

DIVI
BERNARDI
DOCTORIS
SVAVISSIMI.

AC PRIMI ABBATIS
CLARAVALLENSIS OPERVM,
TOMVS ALTER.

quibus adiecimus eiusdem Authoris Opuscula, non minus, quàm
cetera omnia, & Aurea, & Diuinissima.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.
MARCO SCITICO COMITI.

Ab Altemps Archiepiscopo Salisburgensi Principi Sacri Imperij, &c.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M DC XVI.

Ex Typographia Salicata.

D-1-1

BERNARD

OF THE

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY

OF TORONTO

1880

1880

1880



2

D I V I B E R N A R D I
D O C T O R I S M E L L I T I S S I M I ,
A C P R I M I A B B A T I S C L A R A E V A L -
L E N S I S C O E N O B I I , E P I S T O L A E .

Miraculum de prima Epistola .

PATER Robertus sancti viri monachus, & secretum carnem propinquus, in adolescentia sua quorundam persuasione deceptus Cluniacum sese contulerat. Venerabilis utem pater posteaquam aliquamdiu dissimulavit, eundem fratrem statim per epistolam reuocare. Quo dictante venerabilis Vuillelmus Rieuallis postea monasterij primus Abbas, in membrana scribens, eamdem excipiebat epistolam. Erant autem pariter sub dio sedentes (ad dictandum quippe secretius septa monasterij egressi fuerant) subito autem inopinatus imber erupit: & is qui scribebat (sicut ipso referente didicimus) chartam reponere voluit. Ad quem pater sanctus: Opus, inquit, Dei est, scriberene timeas. Scripsit ergo epistolam in medio umbre sine imbre. Cum enim vndique plueret, chartam expositam virtus operuit caritatis: & qua dictabat epistolam, schedulam quoque pariter conseruabat. Et hac quidem epistola ob raris grande miraculum in codice epistolarum eius à fratribus non immerito prima est ordinata.

B- E P I S T O L A P R I M A A D R O B E R T V M
nepotem suum, qui de ordine Cisterciensi
transierat ad Cluniacum .

Atis, & plus quam satis sustinui dilectissime fili Roberte, si forte Dei pietas, & tuam per se, & meam per te animam dignaretur inuisere. tibi scilicet inspirando salutarem compunctionem, mihiq; de tua salute letitiam. Sed quomodo vique adhuc frustratum me cerno ab expectatione mea: iam non valeo tegere dolorem meum, anxietatem reprimere, dissimulare tristitiam. Vnde & contra iuris ordinem cogor reuocare læsus, eum qui mihi læsit: sperius requirere contemptorem iniuriam passus, iniuriam satisfacere, rogare denique à quo rogari debueram. Dolor quippe nimis non deli-

berat, non verecundatur, non consulit rationem, non metuit dignitatis damnum: legi non obtemperat, iudicio non acquiescit, modum ignorat & ordinem: id omnimodo, & solummodo satagente animo, quo vel careat quod se dolet habere, vel habeat quo se dolet carere. At, inquis, nec læsi quempiam, nec spreui: sed spretus potius ego, ac multifarie læsus, tantum fugi malefactorem meum. Cui iniuriam feci, si iniurias fugi? An non expedit cedere persecutori, quam resistere? fugere scientem, quam referre? Recte. Assentior. Non ut contenderem ceppi hac, sed ut contentionem dirimerem. Fugere persecutionem non est culpa fugientis, sed persecutantis. Non contradico. Omitto quod factum est: non requiro, cur, vel quomodo factum

ctum est: culpas non discutio, non retracto
causas, non recordor iniurias. Solent enim
hæc magis instigare quam mitigare discor-
dias. Solum quod mihi magis est cordi lo-
quor. Me miserum quod te careo, quod te
non video, quod sine te vivo: pro quo mori
mihi vivere est: sine quo vivere, mori
Non igitur quero, cur abieris: sed quod
non redieris, quero. Non causas discus-
sionis, sed moras causor regressionis. Veni tan-
tum, & moras erit. Reuertere, & satisfactum
est. Redi inquam, redi, & lætus cantabo:

Luc. 14.

C Mortuus es, & reuixit, perierat, & in-
uentus est: meritis certe meæ culpæ, quod dis-
cessisti: de meo quippe adolescentulo au-
sterius exultatam, & tenerum durus nimis
inhumanè traxit. Vix enim, & præsens
quodam aduersum me (quantum memini)
murmurare solebas: hinc nunc (sicut audi-
ui) etiam absenti derogare non cessas. Non
tibi impetetur. Posses forsitan excusare, &
dicere: quia sic lasciuia pueritiæ motus coer-
cendierant: ac rudibus annis debebantur
aspera illa disciplinæ districtioris initia: scri-
ptura attestante quæ ait: Percute filium
tuum virga, & liberabis animam eius à mor-
te. Et rursum.

Prouer.
23. 6

Ier. 12.
a

Quos enim diligit Dominus, corrumpit, fla-
gellat autem omnem filium quem recipit.
Et illud.

Prouer.
27.

Vitiora sunt verbera amici, quam oculo-
rum inimici. Sed fuerit (vt dixit) me
pe quod discessisti, ne dum de re
petratione contenditur, emendatio reuocetur.
At verd hinc vel proculdubio incipiet
esse & tuæ, si non parcas poenitenti, indul-
geas consententi, quia potui quidem aliquan-
do in aliquibus fuisse erga te indiscretus,
sed certè non maleuolus. Quod si & in fu-
turo hanc ipsam indiscretionem meam su-
spectam habes, noueris me iam non esse qui
fueram, quia nec te puto fore qui fuisti. Ma-
tutus mutatum inuenies, & quem ante me-
uebas magistrum, comitem amplectere se-
curus. Itaque siue mea culpa recesseris (vt
tu putas, & ego non excuso) siue tua (vt mul-
ti putant, etsi ego non excuso) siue mea si-
mul & tua (quod ego magis puto) ex hoc
iam si redire reuereris, solus profecto inex-
cusabilis eris. Vis ab omni culpa liber esse?

D

Reuertere. Si tuam agnosco, agnosco. Igno-
sce & tu mihi, ubi meam agnosco. Alioquin
aut tibi nimis indulges, qui tuam culpam, &
agnoscis, & dissimulas; aut mihi nimis inhu-

fericors es, cui nec satisfaciendi ignoscendum
putas. Iam si redire recusas, aliam qua-
re occasionem vnde falso blandiaris con-
scientiæ tuæ, quia non erit ultra quod for-
midare debeas de rigore districtioris meæ.
Neque enim formidandum est quod futu-
rus sim præsentis formidolosus: cui tunc
absenti iam toto sum corpore prostratus: to-
tis astrictus visceribus. Humilitatem
hibeo, caritatem promitto, & tu timor
Intrepidus veni quod te, vnde tuas, caritas,
pertrahit caritas. Securus accere, talibus
præuentus obsidibus. Fugisti suum, reuer-
tere ad mansuetum. Reuocat te, caritas
tas, cuius seuentas effugauit. Vnde
te cupiam duci, non spiritu leuitatis ite-
in timore, sed spiritu adoptionis filiorum, in
quo clamare & tu non confundaris. Abba
pater: causam vtique tanti doloris mei nõ
minis apud te, sed blandimentis, precibus
non terroribus agens. Alius forsitan aliter
tentaret. Et vere quis alius nõ magis discu-
teret reatum, & incuteret metum, non oppo-
neret votum, & proponeret iudicium, non
argueret inobedienciæ, non indignaretur
apostasiæ, & de tunicis ad pellicias, de oleri-
bus ad delicias, quod denique ad diuitias
de paupertate transferis? Sed ego non no-
ui animum tuum, qui facilius possit amar-
flecti, quam timere. Denique quid
neesse est bis pungere non recalcitrantem,
valde timidum magis exterrere, per se satis
erubescens confundere amplius: cui sua
ratio magister, cui propria conscientia virga,
& ingenua verecundia lex disciplinæ est?
Quod si cui mirum videtur quomodo puer
verecundus, simplex, timoratus, ausus fue-
rit contra voluntatem fratrum, magister im-
perium regulare decretum, suum deserere,
& votum & locum: miretur, etiam quod
David sanctitati subreptum, quod sapientia
Salomonis illusum, quod simplicitati
titudini obuatum.

Qui protoplastum dolo captum exul-
de patria felicitatis: quid mirum si tenero
subripuit adolescentulo in loco horum, &
vasta solitudinis?

Huc accedit quod nec sicut illos Baby-
lonicos fenestras, species decepit cum, nec si-
cut Giezi pecuniæ animum honoris am-
bitio sicut Iulianum Apostatam: sed fefel-
lit illum sanctitas, seduxit religio, perdi-
dit auctoritas seniorum. Queris quo-
modo? Primo quidem missus est magnus
quidam

4. Reg. 31

108. 9. d

Videant & iudicent quid potius stare de-
buerit: an voti patris de filio, an filij de seip-
so, praefertim cum filius aliquid maius de-
uoverit. Videat & famulus tuus legislator
noster Benedictus, quid regularius fuerit:
vtrum quod factum est de infantulo nec scie-
te ipso, an quod ipse per se postmodum
prudens & sciens fecit, cum iam a tatem ha-
beret, vt de se loqueretur. Quamquam du-
bium non sit promissum illum fuisse, non
donatum.

L

Nec enim petitio quam regula praecipit,
pro eo facta fuit a parentibus: nec manus
illius cum ipsa petitione involuta palla al-
taris, vt sic dicitur, retur coram testibus. Oſten-
ditur deinde terra qua cum illa, & pro illo
dicitur data fuisse. Sed secum terra eum re-
ceperunt, cur non & cum terra eum retine-
rent? An forte requirebat magis datum qua
fructum: & plura aſtimata est terra, quam
anima? Alioquin oblatus monasterio: quid
quaerebat in saeculo? Nutriendus Deo, cur
expositus erat diabo? Ovis Christi, cur
inuenta est patere moribus lupi? De saeculo
quippe non de Cluniaco, te teste Rober-
te, venisti Cistercium. Quaeſisti, petisti, pul-
sasti: sed tu adhuc teneitudine, te licet in-
uito, dilatus es per biennium. Quo tempore
patienter exieris, & absque calūnia tuis de-
mū precibus, multisque, si meministi, lacry-
mis, diu expectatam impetraſti misericor-
diam, & que satis desideraueras ingressum,
obtinuisti. Post haec, per annum iuxta regu-
la in omni patientia probatus, perseueran-
ter & sine querela cōuersatus, post annum
sponte professus: tunc primum saeculari ve-
ste reiecta, religionis habitum suscepisti.
O insensate puer, quis te fascinavit non sol-
uere vota tua, q̄ distinxerunt labia tua? Aut
non vel ex ore tuo iustificaberis, vel ex ore

M

tuo cōdemnaberis? Quid de patetis voto so-
licitus es, negligens tu, cum ex ore tuo non
illius habeas iudicari, morum nō illius vo-
to laborum exigendus sis? Et quid tibi fru-
stra quispiam blanditur de absolutione A-
postolica, cuius conscientiam diuina ligatam
tenet sententia? Nemo, inquit, mittens ma-
num suā a larari, & respiciens retro aptus
est regno Dei. Numquid & hoc perſuade-
bunt non esse retro respicere qui dicunt tibi:
euge euge! Fidele, si te lassat, cur perca-

109. 1. b

tores, ne acquiescas eis. Noli credere omni
sermoni. Sicut ubi multi necessarii, unus au-
tem sibi sibi consiliarius de mille. Tolle oc-

usiones, respue blandimenta, adulationi-
bus claudere aures, te interroga de te, quia tu
te melius nosti quam alius. Attende cor tuū
suscipite intentionem, consule veritatem: tua
sibi conscientia respondeat, cur abieris, cur
ordinem tuum, cur fratres, cur locum, cur
me, qui & tibi propinquus carne, & propin-
quior spiritu sum, deseruisti. Si videris,
vt rectius, vt perfectius viueres: securus
esto, quia non retro aspexisti, sed & gloria
re cum Apostolo, dicens: Quae retro solitus
& ad ea quae ante sunt extenderis, quor
ad palmam gloriae. Sin aras, non altum sa-
pere, sed time, quoniam (vt cum venia tui
dixerim) quidquid tibi amplius
in victu vestituq. superfluo, in moribus
in vagatione licentiosa, & curiosa, quam
videlicet promissisti, quam apud nos tenui-
sti: hoc proculdubio retro aspiceris, & pu-
nicari est, apostatare est. Et haec dico fili, non
vt te confundam, sed vt tamquam filium ca-
rissimum moneam: quia etsi multos habeas
in Christo praedagogos, sed non multos pa-
tres. Nam si dignaris: & verbo, & exemplo
meo in religionem ego te genui. Nutriui
deinde lacte quod solum adhuc paruulus ca-
pere poteras, daturus & panem, si exspecta-
res vt grandesceres. Sed hec quam pro-
perè & intempestiue ablactatus es. E ve-
reor ne totum quod solum blandimenta
tuis, roboraueram ad hortationibus, & so-
nibus solidaueram, amittam, & deficiat
deficiat percat: & legeam miser non tam casti
laboris damnum, quam damnatae sololis
miserabilem calum. Placeat tibi, quod alius
nunc gloriatur de te, qui mihi vique labo-
rauit in te? Simile mihi contigit, quod & illi
meretrici apud Salomonem: cui videlicet
paruitus suus ad altera quae sunt a te op-
pressum exlaxerat, sursum ablatum est. Ta-
quoque desina mihi, & non abscissus es.
Ablatum gemo, repeto vix inter apulsi n.
Nō possum obliuisci viscera matris. Quoniam
vultum parte detracta non modica non
potest nisi torqueri pars reliqua. Veritatem
men quo tuo commodo, qua tui necessitate
hoc nobis moliti sunt amici nostri, quorum
manus sanguine plena sunt: quorum abi-
mam meam pertransiuit gladius: quorum
dentes arma & sagitte, & lingua eorum gla-
dius acutus. Nam vtrique manus in aliquo
vniquam eo offenderam (quod vtrique mi-
hi conscius non sū) plenā probris repende-
re vice non renuo. Mirū vero si non plus ta-
hione

hil. 3. e

1. Reg. 3.

Isai. 2. a

2. f. 56. a

one recepi: si videlicet tale aliquid in eos
 deliquisse potui, quale nunc ab eis pertuli.
 Nam vt verum fatear, nō os de offibus meis
 vel carniū de carne mea: sed tulerunt mihi
B hanc gaudium cordis mei, fructū spiritus mei,
 coronam in pectus meum: & velut mihi sentire ve-
 dere animi mee dimidiū. Vt quid hoc? For-
 te, miserunt tui: & cæco cæcum ducēti in-
 dignātes, ne perires post me in suum te trā-
 dere. Lucarum. O molesta cautus: d dura
 nocce. Tantum tuam dilexere salutē,
 vt in meā impingerent. Nisi me percipio,
 te saluati nō poterat. Et vtiā ipsi te ab-
 sine me saluet. Vtiā & si ego moriar, vel
 morer. Sed quid? Salus ergo magis in cul-
 cellis ciborum est opulentia, quam
 in sobrio victu, vel itiq. moderato: Si pelli-
 ciae leues & calidæ: si panni subtiles & pre-
 ciosi: si longe manicæ, & amplum capitiū:
 si venterium illustre, & molle stamincū,
 sanctum faciunt, quid moror & ego quōd
 te non sequor? Sed hæc infirmantium sunt
 fomenta, non arma pugnatum. Ecce enim
 qui mollibus vestiuntur, in domibus regum
 sunt. Vniū & similia, mullum & pinguia
 corpori: multā non spiritui. Frixuris non
 anima cōginata, sed caro. Multi in Aegypto
 fratres multo tempore Deo sine piscibus ser-
 uant. Piper, aniziber cyminum, salua, &
 omnia huiusmodi, species alimentorum, pa-
 larum quidem delectant: sed a bitumem ac-
 cendunt. Et tu mihi in his securitatem po-
 nēs: tu cum huiusmodi tutam duces adole-
 scentiam? Prudenter sobrieq. conuersanti,
 satis est ad omne condimentum salcum fa-
 me. Qua sola nō respectata: necesse est alias
 atque alias de neccis quibus succis extra-
 neis, & sic permixtionem, que videlicet pa-
 larum repant, gulam prouocent, excitent
 appetitum. Sed, quid faciet (inquis) qui a-
 liū nō potest? Ne scio quia delicatus es:
 & quod his aliis modo duriora nō pos-
 si fecerit, quid potes facere vt possis? Quæris
 quoniam modo? Surge, præcingere: tolle otium:
 exerce vires, moue brachia, complosas expli-
 cā manus, exercitare in aliquo: & statim sen-
 tes nō te appetere que famem tollant: nō
 fauces demulceant. Reddet quippe sapores
 rebus exercitium, quos tulit inertia. Multa
 quæ respicis onerosi, post laborem sumes cū
 desiderio. Sed uideam otium parit fastidium,
 exercitium famem. Fames autē in miro mo-
 do dulcia reddit, quæ fastidium facit insipi-
 da. Ous, caba, pultes panisq. libarius cum

aqua, quiescenti quidem fastidio sunt: sed
 exercitato magnæ videntur delitiæ. Iam for-
 te tunicis dissuetis exhorres, nimirum eas:
 tam propter hyemis frigus, quam propter
 æstatis ardorem. Sed numquid legisti: Qui
 met pruinam, veniet super eum nix? *Vi-lob 6. c*
 bilias times & ieiunia: manuumq. laborem.
 Sed hæc leuia sunt meditati flammam per-
 petuas. Recordatio deinde tebrarum per-
 teriorum facit non horrere solitudinem. Si
 futuram cogitas de verbis otiosis dis-
 cussionem: non valde displicebit silentium.

Fletus æternus & stridor ille *Matth.*
 te cordis oculos reductus, parens tui reddet *12. c*
 mattam & culcitram. Denique si totum de *Ibidem.*
 nocte quod regula præcipit bene ad Psal-
 mos vigilaueris, nōis durus erit lectus in *13. f*
 quo quietē non dormias.

Si tantum in die quantū professus es ma-
 nibus laboraueris, durus erit cibus quem li-
 benter non comedas. Surge miles Chyristi, **D**
 surge, excutere de puluere, reuerrere ad pæ-
 lium vnde fugisti, fortius post fugam præ-
 liaturus gloriosus triumphaturus. Habet
 quidē Christus multos milites qui fortissi-
 mē ceperunt, steterunt, vicerunt, paucos au-
 tem qui de fuga conuersi rursus se periculo
 ingesserint quod declinauerāt, rursus fuga-
 rint hostes quos fugiebāt. Et quia omne ra-
 rum pretiosum, gaudeo te de illis posse esse,
 qui quanto ratiōres, tanto apparebunt glo-
 riosiores. Alios autem si multū timidus es,
 cur vel times vbi non est timor, non autem
 times vbi magis est timendū? An quia fugi-
 sti ex acie, putas te manus hostiarum euasisse?
 Libentius te insequitur aduersarius fugien-
 tem, quā sustineat repugnātem, & auda-
 cius insisit à tergo quā resistat in faciem.
 Securus nunc proiectis armis, capis matu-
 tinos somnos, cum illa hora Christus re-
 surrexerit, & ignoras quod exarmatus & tu
 timidior, & hostibus minus timendus sis?
 Armatorum multitudo circumvallauerunt
 domum, & tu dormis? Iam ascendunt ag-
 grem, iam dissipant sepem, iam irruunt
 per posticum. Tutius ne est ergo tibi vt te
 inueniant solum quam cum alijs? nudum
 in lectulo quā armatum, in campo? Ex-
 pergitescere, sume arma, & fuge ad commi-
 liones tuos quos fugiens deserueras, vt
 qui te ab eis disunxerat, ipse te denuo ti-
 mor iungat. Quis armorum refugis pon-
 dus & asperitatem delicate miles? Aduer-
 sarius instans & circumuolantia specula fa-

cient clypeum non esse oneri, loriam non sentiri vel galeam. Et quidem subito procedenti de umbra ad solem, de otio ad laborem: graue uernitur omne quod incipit. Sed postquam ab his disuoluerit, & ad illa paulisper assuescere coeperit, vsus tollit difficultatem, inuenitque facile esse quod impossibile ante putauit. Solent etiam fortissimi milites audita buccina ante congressum trepidare. At ubi ad proelium uentum inuenit: spes uictoriae, & timor ne vincantur, reddit intrepidum. Quid uero tu trepidas? quod tuum uictum uiam? uitas armatorum circumnumerae, cui Angelus assistent à latere, quem dux belli Christus praesentat, suos animans ad uictoriae, & uictoriae. Confidite, ego uici mundum. Si Christus pro nobis, quis contra nos? Securus potes pugnare, ubi securus es de uictoria. O uere tuta pro Christo & cum Christo pugnare: in qua nec uulneratus, nec prostratus, nec concussus, nec millies si fieri possit occisus fraudaberis à uictoria: tantum ne fugas: sola causa qua perdere possis uictoriae fuga est. Fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes: & beatus si pugnando moriaris: quia mortuus, mox coronaberis. Vae autem si declinando pugnam, perdis, & uictoriam simul & coronam. Quod ipse auertat à te fili dilectissime, qui in iudicio de his meis litteris maiorem tibi habet inferre damnationem, si nullam ex eis in te repererit emendationem.

quod cum sis dolendus, non doles. Et inde magis miseretur, quod cum miser sis, miserabilis non es. Nec frustra forsitan tibi compatitur, dum modo patienter tu audias unde comparatur. Vult te tuum sentire dolorem, ut iam non habeas unde dolere: uult te tuam ferre miseriam, ut incipias miser non esse. O bona mater caritas, quae siue doceat infirmos, siue exerceat pueros, siue arguat iniquos, diuersis diuersa exhibes, sicut filios diligis uersos. Cum te arguit, mitis est, et blanditur, simplex est. Pie forsitan tuum dolorem mulcere, patienter nouit irasci, humiliter indignari. Ipsa est quae hominem mater & Angelorum, non solum quem in terris, sed etiam quae in caelo sunt pacificauit. Ipsa est quae Deum homini placans, hominem Deo reconciliauit. Ipsa est mihi Fulco, quae fratres illos cum quibus olim dulces capiebans cibos, habitare facit unius moris in domo. Haec talis tamq. honorabilis mater, à te se queritur offensam, expostulat laesam. Laesa tamen non prouocat: sed sperata te reuocat, ostendens tibi in te de se ueraciter scriptum esse: Caritas patiens est, benigna est. Licet laesa, licet offensa, si conuersus fueris ad illam, obuiabit tibi quasi mater honorificata. Contemptis oblita sui, suae in amplexum tuum gaudens quem perdidit esse inuentum, qui mortuus fuerat uiuū. Sed in quo, inquis, est in quo contempsi? Auertit te, pro cuius tuo, quae quem sinu suo lacte nutriedum materno susceperat, ante tempus ablactasti: & expertam laetis dulcedinem in quo posses crescere in salutem, tam leuiter, tam celeriter exsufflasti. O puer inmensa est. O puer magis sensu quam aetate: quis te fascinauit à bene incepto itinere ita cito discedere? Auunculus, inquis. Sic Adam quondam uxorem, uxor. Terpea- Gen. 3. a tem ad excusandas excusationes in peccatis praetendebant. Vterque inuenit suae culpae dignam excepit sententiam. Nolo decanum accusas: nolo te per illum excusas. In excusabilis enim es. Illius culpa tuam non excusat. Quid nam ille fecit? Numquid contempnit? numquid uisum intulit? Rogauit non ligauit. Blandiendo attraxit, non uoluntate traxit. Quis te cogebat credere blandienti, assentiri? Cur ab eo? ille sua nondum reliquerat: quid mirum, si te qui suus eras, requirebat? Magnam de grege, uel uolum de armento cum serdit requirit, nemo caesatur: te qui que qui multis oculis uel uisus apud eum plures es, ademptum si re-

Ioan. 16.
g
Rom. 8. f

Eccl. 1. d

G

1. Cor.
13. ab
Luc. 15.
bg

F Ad Fulconem puerum, postea Lingonensem Archidiaconum. Epistola secunda.



Onae indolis adoleſcēti Fulconi, frater Bernardus peccator: inde lætari in adoleſcētia unde in ſenectute nō poeniteat. Non miror ſi mireris, ſed miror ſi non mireris unde mihi ad te ſcribere uelle, ciuem ruſticum, ſcholasticum monachum, cum nulla hinc tibi occaſio neceſſaria occurrat, nulla ſeratio patens oſtēdat. A ſi atrederis quod ſcriptum legis. Sapientibus & inſipientibus debitor ſum: & illud: Caritas non querit que ſua ſunt: forſitā intelliges quid quid illa uoluerit, non eſſe preſumptum. Caritas enim ad te oburgandū me compulſit, quae tibi cōdoleat, quantum nō dolent quae tibi miſeretur, licet non miſerabili. Et inde magis dolet,

Rom. 1. b
1. Cor.
13. d

Gen. 3. a

H

met;

petit: quis inde miretur? Siquidem non
 viurpat illam sibi perfectionem de qua dici-
 tur: Si quis abstulerit tua, ne repetas. Repē-
 tebat ergo suum, qui sua adhuc tenebat. At
 tu qui iam sæculum spreueras, sæcularem te
 qui debebas? Fugit quis tremebunda, ve-
 niente lupo. Abscondit se columba tre-
 mens, accipit. De cauernula sua
 rous esuriens exire non audet, ambiente ca-
 to. Et tu cum videbas furem, currebas cum
 eo. Nam quid aliud quam furem dixerim,
 qui pretio amicum margaritam, id est
 animam suam furari non dubitauerit? Vo-
 lebam si possem illius errorem dissimulare,
 & nullum fructum consequeremur
 venia. Sed non potui, fateor, inta-
 crum transire quem usque ad hanc diem
 cōperi spiritu sancto pro viribus restitisse.
 Nam qui manum non retinet à malo quo
 potest: licet quandoque frustratur effectus,
 non minus culpatur affectus. In me certe
 feruorem nouitium extinguerere voluit, sed
 Deo gratias, non valuit. Alteri quoque ne-
 poti suo Guirrico cognato tuo multum res-
 tituit. Sed quid nouit? Imo plurimum præ-
 stitit. Desistit inuitus tandem senex auuncu-
 lus à persequutione: exstitit inuictus puer
 nepti, gloriosior de tentatione. Sed heu,
 quem modo te vicit, qui illum vincere non
 potest? Aut quomodo qui te vicit, ab illo
 superatus est? Numquid prudentior? Certe qui antea vt-
 tuumque nouerat, Guirrico Fulconem præ-
 ferebant. At postquam ventum est ad bel-
 lum, exitus indicauit hominum errasse iu-
 dicium. Ibi pro pudor fugit qui præfere-
 batur, vbi fortiter vicit qui inferior crede-
 batur. Sed quid de auunculi animi malitia
 quia Christi militia retrahit nepotes suos,
 vt secum ratur ad inferos? Itane solet bea-
 re a nicos? Christus vocat secum in
 æternum maturos, auunculus reuocat se-
 cum infantes in arduos. Miror si iam Chri-
 stus non irascatur, & dicat: Quoties vo-
 lui congregare nepotes tuos, quemadmo-
 dum gallina congregat pullos suos sub alas,
 & non potui? Ecce relinquetur tibi domus
 tua deserta. Christus dicit: Sinite paruulos
 venire ad me: talium enim est regnum cæ-
 lorum. Auunculus ait: Sinite nepotes meos
 vt ardeant. Christus dicit: Mei
 sunt: mihi debent seruire. Sed oportet,
 inquit auunculus, eos mecum perire: Chri-
 stus dicit: Mei sunt: ego illo redemi, Sed

ego, inquit auunculus, eos nutruim. Tu qui-
 dem, ait Christus, illos nutristi, sed pane
 meo, non tuo, ego vero redemi nō sangui-
 ne tuo, sed meo. Sic carnalis auunculus con-
 tra patrem spirituum pro nepotibus certat:
 quos dum bonis cupit onerare terrenis, cæ-
 lestibus exhæredat. Christus tamen non ra-
 tinam arbitratus, si suos quos fecit & rede-
 mit, sanguine proprio, ad se venientes colle-
 gerit: iuxta quod ante promiserat. Et cum
 qui venit ad me, non eieciam foras. Fulconi
 primo pullanti lætus aperuit, lætus ampli-
 xibus lætum excepit. Quid plerumque? Veterem
 hominē exiuit, & nouū induit, quodque
 solo nomine exstiterat, motu: & vita cano-
 nicū proficitur. Fama volat bonus odor
 Christo, rei nouitas circūquaque diffusa per
 uenit ad aures auunculi. Quid ergo faceret
 carnalis nutricius qui carnis quam nutrie-
 rat, quā carnaliter amabat solatium perde-
 bat? Et si alijs fuit res illa odor vitæ ad vitā,
 sed nō illi. Quare? Quia animalis homo nō
 percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia
 enim illi videtur. Nam si spiritum Christi
 haberet, non tam de carne doleret, quā
 gauderet de spiritu. Sed quia terrena non
 quæ sursum sunt sapiebat, turbatus & tri-
 stis tale aliquid secum volebat: Quid au-
 dio: Væ mihi, à quāta spe cecidi? Sed quid?
 Deberne stare quidquid absque meo consi-
 lio, absque mea licentia fecerit? Quod ius,
 quæ lex, quæ iustitia, quæ ratio, vt quem ex
 vtero nutriendum suscepi, alius fruatur a-
 duito? Iam caput aspersus canis, heu vitæ
 meæ reliquum expēdam cum mærore, quia
 me deseruit baculus senectutis meæ. Heu
 mihi. Si hac nocte expetitur à me anima
 mea, quæ parauim, cuius erunt? Promptua-
 ria mea plena eructantia ex hoc in illud, o-
 ues meæ factosæ, abundantes in egressibus
 suis, boues meæ crassæ cui remanebūt? Præ-
 dia, prata, domus, argentea vasa, & aurea, cui
 congregata sunt? Ditiores quosque ac qua-
 stuosiores ecclesiæ meæ honores acquisierā
 mihi, reliquos etsi non licebat habere, spe
 tamen in Fulcone tenebam. Quid igitur fa-
 ciam? Propter illum vnum tot & tanta per-
 dam? Nam quidquid sine illo possederim,
 amisisse me iudico. Quin potius & ista re-
 tinebo & illū reuocabo si potero. Sed quo-
 modo? Factum est, auditum est.

Quod factum est, non potest non fieri,
 quod auditum est, secretum esse non pote-
 rit, Fulco canonicus est regularis, si reuer-
 titur

nr. d

Ps. 49

Ioan. 6. 8

K

1. Cor. 2

I

Ps. 143.

Matth.

23.

19. n

L

sic peruersus conuersum : reuertitur canis
 ad vomitum . Ecclesia vestra suum recepit
 alumnu, quem melius habebat amissum . Sic
 Lugdunum olim studio similiter & indu-
 stria sui, eiusdem decani nepotem suum ca-
 nonicum, quem bene perdiderat, male recu-
 perauit . Sicut ille Fulconem beato Augusti-
 no Othobertum ille S. Benedicto subri-
 pit . O quam ordinatius ipse cum sancto
 eius efficeretur, quam cu peruerso san-
 ctus peruerteretur . O quam pulchrius senē
 secularem puer religiosus ad se traheret, &
 sic vinceret vterque, quam religiosum secu-
 laris ad se retraheret, in quo victus est vter-
 que . O tenem infelicem, o auunculum cru-
 cem, qui decreperis, statim moriturus,
 nepotis animam prius interfecit : quem vt
 Ecc. 14. peccatorum suorum haberet heredem, a Chri-
 sti forte priuauit . Sed qui sibi nequam est,
 cui bonus? Maluit in suis facultatibus habe-
 re successorem, quam pro iniquitatibus in-
 tercessorē . Sed quid ad me de Decanis magi-
 stris nostris, qui principatum meruerunt in
 Ecclesijs? Clauem scientiæ tenēt, & primas
 cathedras in conuentibus possident . Vite-
 rint ipsi qualiter subditos iudicent, fugiti-
 uos reuocatos si ita voluerint ite-
 rum aduentent, dispersos colligant, collectos
 dispergant . Quid ad me? Fateor aliquan-
 tum in illos propter te mi Fulco . modū no-
 stræ paruitatis excessi: dum tuam de illis cu-
 pio palliare verecundiam, temperare cul-
 pam . Omitto ergo illos, ne non tam repre-
 hensionem, quā reprehensionem iuste indignen-
 tur : nec tam de sua correctione cogitent,
 quam mihi de presumptione calumniuentur .
 Non Ecclesiæ principem, sed puerum
 scholare oburgare suscipi: qui nesciat in-
 dignari, non norit irasci: nisi forte, & tu
 sensu non malum paruulus, id ipsum mihi
 calumniaris, & tuas . Immo qd mihi & ipsi?
 Quid ad illum peccatorum meo? Numquid
 ego sum monachus? Et ad hoc fateor quod
 respondeam non habeo: nisi quiddam confisus
 sum tibi de tua quam in te credidi ingeni-
 ta mansuetudine, tum de Dei caritate, qua
 sem. principio Epistolæ excusasse me memi-
 ni . Cuius zelo tantum tui erroris misertus,
 tantum tuæ miseriæ compassus sum: quate-
 nus supra modum & morem meum de te
 non meo mentromiserim . Grauis lapsus
 tuus ac miserabilis casus protulauit me vt
 hoc presumpserim . Quem enim coxtaneo-
 rum tuorum me vidisti arguere? Cui vel

breuissimas aliquando litteras direxisse? Nō
 tamen quod omnes ceteros sanctos puta-
 uerim, aut nihil in eis reprehensione di-
 gnū inuenierim . Cur ergo, inquis, singu-
 liter me reprehendis: cum & in alijs vi-
 ceas quod iustus forsitan reprehendere
 possis? Ad quod ego : Propter singula-
 ritatem erroris tui, propter immanitatem pec-
 cati tui . Nam etsi plerique alij perditē vi-
 uunt, etsi inordinati & indisciplinati sunt :
 nondum tamen ordinem aut disciplinam
 professi sunt . Sunt quidem peccatores, sed
 non præuaricatores . Tu vero tantumli-
 bet modeste, & honeste viuas : si forte, si so-
 briè, si omnino religiosè te habes . Deo ta-
 men minus accepta est tua religio, quam
 deturpat voti præuā . Sic Lucisco carissi-
 me, ne te tuis coxtaneis compares, a quibus
 professio separat . Nec respectu secularium
 de tua tibi torte paulo grauiori continentia
 blandiaris : cum tibi Dominus dicat . Vti
 nam te calidum aut frigidum inuenissem .
 Hic ostenditur aperte quia minus Deo te-
 pidus places, quam si vel quales illi sunt,
 frigidus esses . Illos vtique Deus patienter
 expectat de frigore quandoque ad calorem
 proficere . Te verò indignans, aduertit de
 calore iam in teporem defecisse . Et quia te
 pidum inueni, incipiam, inquit, te euomere
 ex ore meo . Et merito, quia tu ad tuum vo-
 mitum redijsti : quia tu eius gratiam euo-
 muisti .

Heu quomodo Christum tam cito fasti-
 dis, de quo scriptum est : Mel & lac sub lin-
 gua eius? Miror, quod ad gustum cibi dul-
 cissimi naufeas: si tamen gustasti quam
 dulcis est Dominus . Aut certe nondum gu-
 stasti, & nescis quid sapit Christus, ideoque
 non appetis inexpertum: aut si gustasti, &
 dulce non sapuit sanum non habes pala-
 tum . Ipse quippe Dei est sapientia, quæ ait:
 Qui comedit me, adhuc esuriet : & qui bi-
 bit me, adhuc sitiet . Sed quomodo potest e-
 surire vel sitire Christum, plenus quotidie
 siliquis porcorum? Non potes bibere simul
 calicem Christi, & calicem dæmoniorum,
 Calix dæmoniorum superbia est: calix dæ-
 moniorum detractio & inuidia est: calix
 dæmoniorum crapula & ebrietas est . Quæ
 cum impleuerint vel mentem, vel ventrem
 tuum Christus in te non inueniet locum .
 Non mireris quomodo . In domo auunculi
 tui non potes inebriari ab vberitate domus
 Dei . Cur? inquis .

Quia domus deliciarum est. Quomodo ignis, & aqua simul esse non possunt; sic spirituales, & carnales deliciae in eodem se non patiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula senserit Christus: vina sua dulciora super mel & fauam menti propinate non dignatur. Vbi curiosa ciborum diversitas; ubi diuitis supellestilis discolor variata; oculos pariter pascit & ventrem caelestis panis reuinam deserit mentem. Eia laetare inueni. Adolescentia tua: vt decedente pariter cum te late tenet porali letitia, succedat quae te ab arbeat aeterna tristitia. Sed absit hoc ab adolescentulo nostro: auertat hoc Deus à patre suo. Quin potius disperdat

Ecl. 1. 1.

Pf. 11. 8.

Pf. 69. 8.

Pf. 13. 6.

Luc. 16. 1.

F Dominus diuersa labia dolosa eorum qui tibi tale contumeliam faciunt, qui dicunt tibi quotidie, euge euge: & quaerunt animam tuam. Perant cum quibus habitas, quorum praeva colloquia adolescentis bonos mores corrumpunt. Sed quomodo iam non exis de medio eorum? Quid facis in vrbe qui claustrum elegeras? Quid tibi cum saeculo qui saeculum spreueras? Funes ceciderunt tibi in praclaris: & tu opibus inhias terrenis? Si vis habere simul haec & illa, breuiter tibi respondebitur: Memento filii, quia recepisti bona in vita tua. Recepisti dixit, non rapuisti: ne etiam de hoc tibi frustra blandiaris, quod tuis contentus aliena non rapias. Verumtamen quae sunt illa tua? Beneficia Ecclesiae? Rectè, quia surgis ad vigilias, vadis ad missas, horis chorum nocturnis diurnisq; frequentas? Bene facis. Sic Ecclesiae praebandam gratis non accipis. Dignum est vt qui altario deseruit, de altario viuat. Conceditur ergo tibi, vt si bene deseruis, de altario viuas, non autem vt de altario luxurieris, vt de altario superbias, vt inde compares tibi frena aurea, selas depictas, calcaria deargentata, varia griseaq; pellicea, à collo & manibus ornata purpureo diversificata. Denique quidquid praeter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est. Orabat quidam sapiens canuum victui suo tribui necessaria, non superflua.

Prou. 30. 6.

1. Tim. 6. 6.

Gen. 28. 12.

G Habentes (ait Apostolus) victum & vestitum, non victum & ornatum. Et quidam alius sanctus; Si dederit, inquit, mihi Dominus panem ad manducandum, & vestimentum quo operiar. Non quo operiar. Sic ergo & nos contenti sumus vestimentis quibus operiamur; non quibus laetiamur.

non quibus superbiamus, non quibus mulierculis, vel affluuarii, vel placere studemus. Sed hoc faciunt, inquis, cum quibus habito: si non facio quod ceteri, de singularitate notabor. Propterea, inquam, exi de medio eorum; ne aut in vrbe notabiliter viuas, aut exemplo peccatorum. Quid agis in vrbe delicate mices? Commilitui quos fugiens deseruisti, pugnant & cuncti, pulsant & intrant, caelum rapiunt regnant. Et tu sedens super caelum forentium indutus purpura & abyssi circis plateas, vicos perambulas? Haec sunt pacis ornamenta, non belli munimenta. An dicis pax, *Ez. 26. 13*

& non est pax? Purpura non propinqua, bellum non superbiunt, non tantum pellit: & si qua sunt alia ista inimicis iacta non extinguit. Denique quod magis mortuis, febrem non prohibet, mortem non arceat. Vbi sunt arma bellica, ubi scuti fidei, ubi galea salutis, ubi patientia lorica? Quid trepidas? Plures sunt nobiscum, quam cum illis. Sume arma, resume vires, dum adhuc proelium durat. Ad sunt Angeli, scissatores & protectores: adest ipse Dominus adiutor & susceptor, qui doceat manus tuas ad proelium, & digitos tuos ad bellum. Procedamus in adiutorium fratrum, ne si forte sine nobis pugnent, sine nobis vincant, sine nobis ingrediantur: nouissime cum illa *Matth. 23. 6.*

respondeatur Amen dico vobis, nescio vos. Fac, quaeso, te prius sciri, fac te prius videri, ne tunc nesciaris ad gloriam, sciaris autem ad penam. Si te Christus agnoscit in bello, recognoscat in caelo: & sicut promissit, manifestabit tibi seipsum: si tamen & tu peccando seipsum exhibueris, vt cum si iura dicere possis: Tunc cognoscam te, & cognitus sum. His necerim admonitionibus verecundum adolescentem animam pulsatum esse officiat. Iam enim nostris etiam precibus, tuo eodum pulsanda est pietas. Quae si ad istum *1. Cor. 13. 4.*

aditum inuenit, vel parum molliam inuenit, confido de ipsa quod citius nos de ipso laetificabit.

Ad quosdam canonicos regulares.
Epistola 111.

Ad Arnoldum Abbatem Mormundi.
Epistola 1111.

K

EXhortatio illa in litteris vestris tam salubris, tam compendiosa magna quidem scientiæ, mira caritatis vestræ iudicia mirantibus nobis, & congratulantibus præfert. Sed quod laudibus nostris pro vestra deuotione, quam tamen non probastis, tam excellentia præmiseritis: etiam ad humilitatis quoque formam quantum ex vobis est, non mediocriter instruere nos potuit, conscientias tamen nostras multo inferius iacentes, quantum in vobis est, vehementer exterruit. Quis enim nostrum suam attendens conuersationem, tanta de se & tam in debita sine magno vel metu, vel periculo possit audire? De huiusmodi quippe alieno, seu etiam proprio se iudicio committere, securum non est. Qui enim iudicat nos, Dominus est. Ceterum de fratribus, de quorum salute vestram nimirum caritatem sollicitam esse cognouimus, & securo vos reddamus, noueritis, multorum illustrium virorum, & clarissimi viri Vvilhelmi Cathalaunensis episcopi, horatu & cōsilio ad nos declinasse: seque à nobis suscipi multis precibus ac supplicationibus impetrasse: ea videlicet intentione, vt ob tenorem arctioris vitæ, ab institutionibus Beati Augustini ad obseruantias sancti Benedicti Dei adiutorio sic transeant, vt tamen ab eius magisterio qui vnus est omnibus magister in cælo & in terra, non discedant: illamque primam fidem qua apud nos, imo quam primum in baptismo promiserunt, non irritam faciant. Ied saluam integramque custodiant. Talibus itaque taliter susceptis, abest vt sinceritatem vestram aut in suscipiendo læsam, aut in retinendo lædam esse reddamus: dum tamen illos scilicet infra annum probationis qui regulariter constitutus est, cæpta deserere, & ad vos redire velle contigerit: inuitos non detineamus. Alioquin sanctissimi fratres, vestræ non refert vt spiritum libertatis qui in eis est, anathematæ inconsulto frustra impedire nitamini, nisi forte

(quod Deus auertat) quæ
vera, non quæ Iesu
Christi sunt, que-
re studea-
tis.

Domino Abbati Arnolde frater Bernardus de Claraualle spiritum compunctionis & consilij. Primo scire te volo Dominum Cisterciensem, necdum quando tuus nuntius ad nos venit de Flandria, quo paulo ante per nos transierat remeare, & ob hoc nec litteras accepisse quas ei misisti presentari, & adhuc esse tantæ à te præsumptæ nouitatis ignarum. Felix interea cui tam tristes rumores, vel ad tempus liceat ignorare. Deinde quòd de tui deserendo nos reuocatione interdixit, ne quod quasi inconcussè apud te fixum est, frustra tibi litteras dirigendo dissuadere conarer: in hoc tibi obedire fortasse quidem pro ratione non debui, reuera autem præ dolore, fateor, non potui: cum etsi pro certo scire, vbi te opportune inuenissem: ipse potius venissem, quam has misissem, effecturus fortasse per me ipsum quod nullis litteris possum. Rides forsitan meâ huiusmodi tamquã casam fiduciam, vt pote propriæ pertinaciæ cōfiscius: ad quam vtique flectendam, nullâ vim nullam precem, nullam speras præualere industriam. At verò ego de illius potentia nō dissidens, qui dixit: Omnia sunt possibilis credenti: fidenter vsurpans & mihi illam sententiã. Oia possum in eo qui me confortat. Quamuis in magna parte lapidei cordis tui obstinationem, & ipse non ignorem, vt i nam nūc tamen sine fructuose siue frustra tuo lateri adharerem. Quanti quæ me mouet aduersum te, (frustra nescio an fructuose) iacerem tibi in faciem, non solum verbis sed & vultu & oculis. Tuis deinde prouolutus vestigijs, tenerem pedes, amplecterer genua, totusque à collo pendens illud mihi dulcissimum caput deoscularer, quod sub vno mecum proposito, suauis iugo Christi iam pluribus annis attritum est. Flerem quoque quantum valerem, rogarem & obsecrarem per Dominum Iesum, quatenus parceres primo quidem eius cruci, quia vtique redemit quos tu quantum in te est perimis, collegit quos tu dispergis. Perimis, inquam, & dispergis, siue quos ducis, siue quos hic deferis, quibus vtique est diuersum, nō dispar tamen vtrisque metuius periculum. Deinde etiam parceres, & nobis amicis tuis, quibus

Cor.

5. 4

Mar. 9.

Phil. 4.

L

quibus licet immeritis, non nisi fletum, & lacrymas reliquisti. O si hoc mihi licuisset, flexissem forsitan affectione, quem rationem non possum, pectusq. illud ferreum quod nec Christi timori in hac re dumtaxat cedere acquiescit, fraterna forte pietas emolliuisset. Sed heu: & hanc nobis copiam subtraxisti. O magna nostri ordinis columna. Patienter, quæro, audi amicum vel absentem tuæ penitus discessionis impatientem, tuum medullis & labori & periculo compatientem. O inquam magna nostri ordinis columna, nõ me: te ruente magnam mox proculdubio ruina sequitur?

M At ego, inquires, non tu: scio quod facio, bonam conscientiam habeo. Esto. Credimus tibi de te. Sed numquid de nobis, qui iam & grauiam tuam ex discessu gementes sustinemus scandala, & grauiora pauentes expectamus pericula? An & tu quoque non ignoras ista, sed diffingulas? Quæ ratione ergo multorum faciundo ruina, te ruere non præsumis, qui in hoc uidelicet positus eras, ut non quod tibi est uile, sed magis, quod alijs: nec quæ tua, sed quæ Iesu Christi sunt, querere debeas? Quomodo inquam securus abis, qui regi tibi commisso, omnem de se securitatem in perpetuum auferis? Quis occurret lupis incurfantibus, quis consolabitur in tribulationibus, quis præuidebit in tentationibus, quis denique leoni resistet rugienti,

1. Pet. 5 & quærenti quem deuoret? Patebunt sine dubio morsibus malignantium qui deuorant plebem Christi sicut escam panis. Heu quid facient nouellæ plantationes Christi, quæ per manus tuas confitæ fuerant diuersis in locis, & locis horroris & vastæ solitudinis? Quis circumfodiet, quis impinguabit fimo, quis sepem circumdabit, quis succrescentes sollicitus erit rescindere furculos? Aut flante profecto tentationum vento, tennerrimæ adhuc, heu facile eradicabuntur: aut inter fruteta certè simul exortitia, cum non erit qui purget, suffocate nullum afferent fructum? Quæ cum ita sint, iudica tu quale hoc tuum bonum erit, aut si vel esse poterit bonum cum tantis malis. Quamlibet dignos facturum te fructus poenitentia: confidas: nonne humusmodi spinis necesse erit suffocari? Nonne denique si rectè offers, & non rectè diuidis, peccas? Quid enim? Rectène fortè dicitur esse dices, soli animæ tuæ consolare, & filios tuos quos orphanos relinquis, consilio paterno destituis.

A re? O miseros & miserabiles, & eo miserabiliores quo uiuo se conspiciunt orbati patre. Quamquam dubitare te quoque oportuisset, an vel tibi rectè consulas: in eo uidelicet, quòd absque consilio fratrum & cohabitatum tuorum, absque patris, & magistrati licentia, rem tam nouam præsumis. Illud etiam multos per maxime mouet, quòd pueros imbecillos & delicatos iuuenes tecum ducis. Alioquin si boni & robusti fuerint, desolatæ domui fuerant necessarii. Si delicati (ut dixi) & imbecilles, dæmones laboriose peregrinationi non erant idonei. Sed & regendis animabus eorum nequaquam te ultra creditus uelle præesse: quoniam cuius cognouimus esse propositum, palatium abijcere sarcinam dumtaxat tuorum, & soli deinceps uiuere tibi. Valde enim, incongruum esset, ut alibi præsumptuose non uocatus refumeres, quod alibi prohibitus inconsultè relinquis. Sed iam ne omnia sciant multa superfluo ingeram, in fine & uide tibi polliceor, si opportunitatem loquendi tecum mihi dederis, daturum me operam quatenus id ipsum, quod inordinauisti & periculose aggressus es, licite & ob hoc securè peragas. Vale.

Ad Adam monachum, qui prædicto abbati Morimundis adhaesi: in qua desynodus ne peregrinetur cum illo.
Epistola quinta:

Va mihi satis coperta humilitas, & instans periculi necessitas prebet mihi fiducia conuenienti te acrus, & arguendi liberius. O infensate, quis te factu uauit tã cito recedere ab illo saluberrimo consilio, in quod dudum tibi pariter, & mihi Deo solo teste conuentum est? Cogita inmensas tuas, & cõuente pedes tuos in testimonia Domini. Nõ recordaris quòd primò in Maicini monasterio tuæ conuersionis injuria dedisti: secundò apud Rufinacum uos tuæ te uoluptatis prouidentia commea. Iam tertiò in Morimundis stabilitatem tuam firmasti: quarto mecum rursus in isto consilio, fugeste tibi ab abbate Arnolde peregrinanti, imò uagationi, ingenere abi renunciastris: postius quoque tibi confortum, si nõ ipse licite posset abire, illicitum iudicasti? Quid enim? licite ne dices illi recedere, qui & sibi commissis lacrymabile



Ps. 148.

abile scandalum reliquit, nec commissoris licentiam expectauit? Sed quorsum, inquires, tendunt hæc quæ sic retractare uoluit? Ut te manifesta leuitatis arguat, ut est, & nõ esse te apud te euidenter ostendam: sicq; errorem tuum iam tandem agnosceas

1. Roñ. 4. & erubescens, uel sero discas ab Apostolo, non ~~non~~ ~~non~~ ~~non~~ credere, discas a Salomone

Eccl. 6. a ne multos quidem amicos vnum autem habere consiliarium de mille: discas præcurso-

Matth. 11. a ris Domini exemplo, non solum mollibus non ueltri sed nec in modum uento agitate arundinis circumferri omni uento doctrinæ; discas ex Euangelio domum tuam supra petram fundare, discas, & cum discipulis sepe ~~sepe~~ non obliuisci prudentiam cum simplicitate columbæ, & tam ex his quam

Matth. 7. d ex alijs atque alijs scripturarum testimonijs hanc colligas summam quantum tibi uidelicet vsque modo milleformis ille seductor illisit: qui cum in te boni initium non ualuit præpedire, inuidit persequentiæ. Hoc nimirum suæ posse sufficere malitiæ iudicans, si hanc posset auferre tibi, quam solam virtutum nouerat coronari. Obsecro te per viscera misericordiæ Christi ut nullatenus abeas, aut uel non prius quam ad nos loco quide oportuno uenias loqui, si quod forte tantis malis, quæ iam nobis ex uestra discessione, aut uenisse sentimus, aut uentura metuimus. queat remedium inueniri. Vale.

Matth. 10. b

Ad Brunonem Coloniensem, uide supra. Epistola VI.

Domino Brunoni Coloniesi viro illustri, & dilecto fratri Bernardus abbas cælestis de Clara ualle salutem: & si quid potest peccatoris oratio. Ex quo dudum Rhemis nostri inuicem utrique gratam cœpimus notitiam, nõ uero uos nostræ penitus uisitebari tatis oblitum. Et ob hoc non timide tamquam ad extraneum: sed fidentissime scribo ad uos quæcumque uolo, ut ad nouum & familiare nostrum. Arnoldus Abbas Morimundensis in graue totius nostri ordinis scandalum, suum nuper monasterium satis inordinate deseruit. Quippe qui nec coabbatum nostrum in tam scrupuloso facto expectauit consilium, nec ipsius, cui præcipuum debuit subiectione, abbatis scilicet Cisterciensis licentiam, uel assensum.

D

Sed cum esset homo sub potestate, habens, & ipse sub se milites, potestatis impatiens superioris, alienum quidem iugum à propria ceruice superbus abiect, suum autem superior in subiectos retinuit. Siquidem de magna multitudine monachorum quos, circueiens mare, & Aridam inaniter congregauit, non Christus, sed sibi, paucis ad modum, hisq; simplicioribus ac remissioribus relictis detortis, meliores quosque, & perfectiores sui socios erroris assumptit. Inter quos tres, quorum nos maxime ablatione turbauit, ausus est etiam seducere, & secum ducere statuit Eurardum, uidelicet fratrem nostrum, & Adam quem bene nostis, nobis emque illum puerum Conradum, quem & pridem non sine scandalo tulerat de Colonia. Quos tamen, si opera in dare uolueritis, uestra consilijs posse reuocari industria. Nam de ipsius Arnoldi reuocatione, quia iam in pluribus eius in flexibilibus animi obstinationem probauimus, incassum laborare uos nolimus. Audiuimus autem Eurardum, & Adam, & nonnullos eiusdem consortij alios fratres, in uestris adhuc partibus demorari. Quod si uerum est, oportet uos eos per uos interim, si dignamini, conuenire, flectere precibus, ratione conuincere, & columbinam eorum simplicitatem prudentia intruere serpentina: ne putent obedientiam inobedienti adherere, ne licite sequi se posse confidant uagantem illicitè, ne seducantur deserere professum ordinem propter inordinatum hominem, cum ipsum quoque angelum de cælo, si aliud eis euangelizauerit, dubitare non oporteat Apostolica auctoritate anathema dicere: & ab ipso doceantur Apostolo, se ab omni fratre inquiete ambulante debere subtrahere. Qui uos quoque doceat, non superbe sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, donec omnibus abrenunciantem probatum sibi Christus uendicet discipulum. Valete.

Ad Adam monachum, uide supra: in qua monet eum, ut mortuo Abbate, redeat, & quod non debuit ei obedire. Epistola VII.

Si maneres in caritate, quam in te olim aut nouimus, aut putauimus, caritatis profecto damna sentires, quæ utique sunt scandala pusillorum. Nec enim caritas caritatem offende-

ret

ret aut contemneret, cum sentiret offensam. Nam seipsum non potest negare, nec enim in se diuisa est. Nouit potius in se quia conuincere, coniuicta diuidere nescit.

F Proinde, ut dixi, si maneret in te, non silet, non quiesceret, non dissimularet, gemens, & æstuans, & intra pium pectus tuum procul dubio submurmurans illud: Quis scandalizatur, & ego non vror? Si quidem benigna est, pacem diligit, congaudet vnitati. Sola quippe est quæ illam generat, colligat, format, & conseruat, vbicumque seruari cognoscitur in vinculo pacis. Infensa ergo vobis hæc tam honorabili matre vnitatis, & pacis, quo pacto vestrum quodcumque sacrificium Deo fore acceptum præsumitis, cum absque illa neque martyrium quidem aliquid esse possit Apostolus? Aut qua ratione vobis forte infensam non esse confiditis, cuius castis visceribus, cuius caris pignoribus tam inhumanè agendo non pepercistis, nec parcitis, sciendentes vnitatem, tum penes vinculum pacis? Ponendum est ergo manus quodcumque offerre paratis, & prius habenti aduersum vos non fratri, sed fratrum multitudinem reconciliandum. Ecce nimium vnictæ fraternitatis vnitas aduersum vestram paucitatem, quodam veluti vestri discessu gladio sauciata conqueritur, quasi quæ plangens miserabiliter dicat: Filij matris meæ pugnaverunt contra me. Et meritò. Qui enim non est cum illa, contra illam est. Putas sine gemitu tam iustum filia gemitum pia possit mater caritas audire? Ideo ipsa nostris lachrymis iungens suas, ait de vobis: Filios enutriui, & exaltavi, ipsi autem spreuerunt me. Caritas ipse Deus est. Pax nostra Christus, qui fecit vtraque vnum. In trinitate vnitas maxime commendatur. Cui ergo caritas, pax & vnitas irata cognoscitur, quid habet in regno Christi, & Dei? Sed forsitan dicis: Abbas noster abduxit nos, & secum ire præcepit, num inobedientes esse debuimus: Scis quidem, nisi forte oblitus sis, quid quadam diem communicato mecum iam conspirati scandali consilio, ac diligenter mutua collatione discussio, inter nos conuenerit. In quo si permansisses, & de te illud non incongruè diceretur: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Sed esto, Debuisti obedire filij patri, magistrum sequi discipuli.

Libere certe Abbati monachos suos du-

cere quo libuerit, & docere quod voluerit, sed quamdiu vixit. Nunc verò mortuo illo, quem vel audire doctorem, vel sequi ducentem cogimini, cur adhuc tam graue scandalum emendare cunctamini? Quis iam prohibet non dico me, sed Deum nostrum per os Ieremie benigne vos reuocantem audire? Ait enim: Numquid qui cecidit, non resurgat? An qui auctus est, non reuertetur? An & ille moriens interdixit ne vel post casum tentetis resurgere, post auersionem mutire audetis de reuersione? Itane etiam defuncto necesse est vos obedire, & obedire contra caritatem, obedire in vestra ipsorum salutis periculum? Sed arbitror quod nequam firmitus (seu tenacius dices esse vinculum Abbatum ad subditos, quam coniugum ad seipsos, quorum quippe Deus copulam, & non homo, inuolabili ligauit sacramento, loquente Saluatore: Quos Deus coniunxit, homo non sepat. Apostolo autem asserente solutam esse mulierem à lege mortuo illo, tu te abbatis existimas defuncti lege teneri, & hoc contra legem quæ sanctior est, legem videlicet caritatis? Et hæc dixi non quod putem vos, vel videnti in hoc paruisse debere, aut vel dicendam esse obedientiam sic paruisse. Alioquin generalis de huiusmodi illa sententia est: Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. At ne forte quis abbatum etiam in malo obedientiam ab hoc maledicto liberam esse contendat, audi alibi peritum: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij.

Ex his ergo liquido apparet, mala imperantibus non esse parendum, præsertim dum prauis temperans imperijs, in quo homini videris obediens, Deo planè qui omne quod perperam agit, interdixit, inobedientem te exhibes. Valde autem peruersum est profiteri te obediens, in quo noceris superiorem propter inferiorem, id est, diuinam propter humanam solvere obedientiam. Quid enim? Quod iubet homo, prohibet Deus, & ego audiam hominem, sumus Deo? Non sic Apostoli. Clamant quippe dicentes: Melius est obedire Deo, quam hominibus. Hinc Dominus in Euangelio Phariseos increpans: Quare, & ait: vos, inquit, transgredimini mandatum Dei, & propter traditionem vestram: Et per Isaiam: Sine causa autem, ait, colunt me, man-

2. Cor.
11. g

1. Cor.
13. a

Can. 1. d

Isa. 1. c
Eph. 2. c

G

Psal. 1. a

data, & doctrinas hominum tenentes. Et item ad protopitatum. Pro eo quod obedi-
 ta voci vocis iuxta plus quam mea, maledi-
 ca terra in opere tuo. Igitur facere malum
 quolibet etiam iubente, constat non esse obe-
 dientiam, sed potius inobedientiam. Sane
 non duertendum, quod quaedam sunt pu-
 ra bona, quaedam pura mala, & in his nul-
 lam debent hominibus obedientiam: quo-
 nam nec illa omittenda sunt etiam cum pro-
 hibentur, nec illa, vel cum iubentur comit-
 tenda. Porro inter haec sunt media qua-
 dam, quae pro modo, loco, tempore, vel per-
 sona, & male possunt esse, & bona, & in his
 lex posita est obedientiae, tamquam in ligno
 scientiae boni, & mali, quod erat in medio
 paradisi. In his profecto fas non est nostrum
 sensum sententiae praescribere magistrorum.
 In his omnino praetatorum, nec iussio, nec
 prohibitio contemnenda. Videamus ne for-
 te tale fuerit, quod arguimus in vobis: & ob
 hoc forsitan argui non debuerit. Quod eui-
 dentius elucebit, si praemissa diuisionis ex-
 empla noscere. Fides, spes, caritas, & ce-
 tera huiusmodi, pura sunt bona, quae quia
 male non possunt, vel iuberi, vel teneri, be-
 ne non possunt, vel prohiberi, vel non teneri.
 Pura mala sunt, furtum, sacrilegium, adulte-
 rium, & cetera talia, quae utique, nec vel
 bene praecipitur, vel perferri possunt, nec male
 prohiberi, vel non fieri. Aduersus huiusmo-
 di non est lex. Nullius quippe prohibitio va-
 let obuiare praecipitis, nullius iussio praedi-
 care prohibitis. Sunt deinde media, quae qui-
 de per se, nec bona esse noscuntur, nec mala:
 sed sunt in indifferenter, & bene pariter, &
 male, vel prohiberi, vel iuberi, sed male nul-
 tens in his a iudicis obediunt. Ex his sunt
 ut exempli gratia ponam, ieiunare, vigila-
 re, legere, & quaeque talia. Sciendum ve-
 ro, quia media quaedam in purorum pleru-
 que bonorum, & malorum uas esse: ratio-
 nem non contingunt, cum & bene licet, &
 non bene factum non licet. Quod
 ergo ante nuptias medium esse liquebat, in
 iam coniugis puri boni vim obicit. Item
 propterea possidere, seculari quidem homi-
 ni medium est, quoniam, & non possidere
 licet: monacho vero, quia possidere non li-
 cet, purum malum est. Videtne iam fra-
 ter, vestrum factum cum per illud mem-
 bro diuisionis conueniat? Si puris aptan-
 dum bonis probabile est. Si puris malis de-
 putandum, vituperabile est. Sin vero collo-

candum inter media: via quidem excusari
 forsitan potest, propter obedientiam, mo-
 ra vero penitus non potest, quae non fit per
 obedientiam. Nam mortuo iam Abbati, si
 quid ante iussit, quod non debuit: nequa-
 quam esse parendum, superior patefecit
 disputatio. Et si res per se iam satis eluce-
 scat, tamen propter quosdam qui quaerunt
 occasionem, vbi ratio non supeditat, cla-
 rum faciam breuiter, & ita clarum, ut om-
 nis dubietatis umbra dispareat: quod nec
 purum, nec medium bonum, sed plane pu-
 rum fuerit malum sic obedisse, tunc vestrum
 monasterium reliquisset. Et quidem taceo
 de mortuo, qui suum, & solum iam iudi-
 cem habet Deum, & verè nunc suo Domi-
 no, aut stat, aut cadit: ne forte indignans,
 & merito indignans dicat Deus. Tulerunt
 homines à me iudicium. Tamen ad corre-
 ctionem viuentium, non quidem, quod ges-
 sit: sed quod iussit, discutio, vtrum videli-
 cet illa iussio vim habere debuerit, quate-
 nus in scandalum multorum ei fuerit obse-
 quendum. Et praemittendum, quod si qui
 simpliciter, nihilque suspicantes mali, ma-
 le licet proficiscentem sequuti sunt, putates
 cum episcopi Lingonensis, & abbatis Ci-
 sterciensis (nam utriusque debitor erat) li-
 centia proficisci (quod utique nonnullos
 de illo comitatu sic credidisse incredibile
 non est) nostra haec illos non tangit repre-
 hensio, dummodo, vbi copererint, sine mo-
 ra regrediantur. Igitur aduersus illos tan-
 tum, immo pro illis sermo est nobis, qui
 scientes, & prudentes miserunt manus in
 ignem, qui conscij praesumptionis, sequuti
 sunt praesumptorem, non audientes Apo-
 stolum perhibentem, & denunciantem, ut
 se ab omni fratre ambulate inordinate sub-
 traherent, contemnentem, & ipsius Domi-
 ni vocem dicentis: Qui non colligit me-
 cum, dispergit. Vos fratres, vos inquam,
 aperte, & specialiter notat illud apud Hie-
 remiam, quod cum dolore quidem remi-
 niscor, opprobrium. Haec est, inquit,
 gens quae non audivit vocem Dei sui. Dei
 enim proprie vox est ista, hostem suum
 proprio designantis ex officio, & tamquam
 digito demonstrantis, ut simplices ab eius
 impio deterreat consecratu. Qui non est
 inquit mecum, dispergit. Ac si dicat,
 In hoc te iam mecum non esse intelli-
 gas, si sequeris dispersorem? Deo ergo
 clamante: Qui non colligit mecum, disper-

L

2. Thef.
 3. b
 Maeth.
 1. 2. c
 1. 2. c
 1. 2. c

M

gite, sequi vos oportuit disperforem? Deo, inquam, vos inuitante ad colligendum, homini potius ad dispergendum obsequi debebatis? Magistros contemnebat, subditos exponebat, socios conturbabat: & vos videntes furem, currebatis cum eo? Silete de mortuo statueram, sed compulsus sum, fateor, aliquantulum prætergredi, dum non potuit improban obedientio, si non reprobandi moneretur & iussio. Porro iussio hominis, & actio cum diuersa non fuerint, impossibile visum est vnam sine altera, vel approbari, vel respici. Liqueat tamen huiusmodi iussioni non fuisse obtemperandum, Deo quippe imperante contraria. Item maiorum institutus minorum non esse præponenda, aut communibus priuata non præiudicare imperia quis dubitat? Nam ex regula sancti Benedicti hoc habemus. Postquam quidem Abbatem Cisterciensem ad medium deduceres, qui vtiq; superior illo quantum patet filio, quantum magister discipulo, quantum denique abbas commissio sibi monacho, merito se à vobis propter ipsam queritur fuisse contemptum. Postem & episcopum, cuius nihilominus, quia non fuit expectatus consensus, inexcusabilis est, & contemptus, cum ad ipsos, & de ipsis Dominus dicat. Qui vos spernit, me spernit. Sed quoniam his posset ambobus opponi, & anteponi Romani Pontificis, tamquam grauior auctoritas, cuius quippe vos aiunt præmunis fuisse licentia, quæ & ipsa licentia suo quidem loco erit discutienda, talis potius proferatur, cuius omninodas fas non sit auctoritati contradicere. Certe summus ille pontifex qui per sanguinem proprium solus, & semel introiuit in sancta æterna redemptione inuenta, terrificæ voce denunciatur in Euangelio, ne quis vnum de pusillis eius audeat scandalizare. Vobis autem vnus donetur scandalum, si non vltra processit malum. Facilis sequatur venia culpam, ex qua graue damnum non oritur. Nunc verò quod dubium non est pluribus scandalizatis, quis aperte non videat, quam inhumanè humanam iussionem diuine præuuleris? Quod quidem audere, quis nisi amens dicere audeat bonum esse, aut bonum fieri posse, quantumlibet dignitatis homine præcipitate? Quod autem nec bonum est, nec bene fieri potest, purum præbolum malum est. Vnde consequenter aduertitur, quod iter vestrum in multorum

vsurpatum, scandalum, ac per hoc, & contra Dei mandatum, non purum, bonum, aut medium, sed purum omnino fuerit malum, quoniam quidem, & purum bonum semper bonum est. & medium bene fieri potest. Quomodo ergo vel Abbatis iussio, vel Papæ permissio licitum facere valuit, quod purum (sicut irrefutabiliter probatum est) malum fuit, cum superius nihilominus a legatum sit ea quæ huicemodi sunt, id est pure mala, vt nunquam iuste uberi, sicut licite, posse fieri? Vides quam inanis excusatio de humana obedientia, vbi in Deum contumetur facta transgressio? Nec tamen mihi arbutor, quod ad illud Domini responsum de sibi nuncio scandalo Pharisæorum refugias, vt quomodo ille nihil debebat dicens: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum, ita & nostra vobis scandala non esse timenda existimes. Vides nempe quæ nil simile habeat in hac parte proportio. Nam si compares personas illic Pharisæi superbi, hic pauperes Christi scandalizantur. Si causas, hic veritas, vbi veritas in causa esse dignoscitur. Rursus, quod & superius propositum est, vos non solum diuinis humana, sed & communibus priuata prætulisse imperia, hoc solum ad probationem sufficiat, quod vestra illi, & nouitati insolita, & insolenti præsumptioni, non tantum nostri ordinis vniuersitas, sed etiam omnium monasteriorum, & consuetudo, & institutio reclamare videtur. Quod & vos quoque non immerito timentes, nec satis de propria causa confidentes, remorsas ac remorderes conscientias, Apostolica conati estis delinire licentia. O trivolum scelerum medicum, quod non est aliud, nisi more protoplastorum cauteriatis conscientijs texere per izomata, videlicet ad velamentum, non ad medicamentum. Apostolicam, inquit, licentiam quaesiuimus, & impetrauimus. Vtina non licentiam quaesieritis, sed consilium, id est, vt non liceret, sed an liceret. Vnde tamen quaerebatur licentiam? Vt liceret, quod non licebat? Facere itaque volebatis, quod non licebat. Sed quod non licebat malum erat. Mala igitur erat intentio, quæ in malum tendebat. Nunc forte tale hoc fuisse dicatur, quod absque licentia quidem non liceret, liceret autem si cum licentia fieret. Verum id iam superius, inuincibili exclusum est ratione. Nec enim Deus, vbi

Matth. 15.6

Luc. 10.

A

Heb. 9. c

Matth. 18. a

C

ait :

Nō: Nolite contemnere vnum ex ijs pusillis, qui in me credūt, addidit etiam, nisi cum licentia, aut dicens: Qui scandalizauerit vnum de pusillis meis, & cetera: determinauit subiungens sine licentia. Constat igitur vbi veritas, & veritas necessaria in causa nō est, nec licitē scandalum quodlibet posse à quolibet committi, nec iuste præcipi, nec innoxie consentiri. Huius tamen patrandi mali quærendam putastis esse licentiam. Sed ad quid? An vt quanto licentius, tanto securius, & quo securius, eò & periculosius peccaretis? Mira cautela, & stupenda prouidentia. Malum quod iam corde conceperāt, opere tamen cauti fuerunt nō implere, nisi cum licentia. Conceperunt dolorem, sed non pepererunt iniquitatem, donec iniquo Papa conceptui præbuisset assensum. Quo lucro? Quove saltem compendio mali? Numquid ideo, aut malum esse desijt, aut vel minoratum est, quia Papa concessit? Quis verò malum esse neget, assensum præbere malo? Quod tamen summum fecit Pontificem nequaquam crediderim, nisi aut circumuentum mendacio, aut importunitate victum. Quando etenim aliter huiuscemodi vobis licentiam indulgeret, seminandi videlicet scandala, schismata suscitandi, amicos contristandi, fratrum conturbandi pacem, & confundendi vnitatem, propriumq. insuper contemnendi Episcopum? Et hæc qua necessitate, necesse nō habeo dicere, cū reflexus satis indicet. Profectos nempe plangimus, profectum nōa cernimus. His ergo talibus, & tam grauibus malis dare assensum, exhibere obsequium, impendere adiutorium, tu mihi obedientiam nominas, modeste an nuncupas, appellas mansuetudinem? Tu, inquam, conaris pessima vitia virtutum palliare nominibus? An te putas hoc sine iniuria facere Dominum? Num, quod virtutibus facis iniuriam? Vanissimam præsumptionem, surpissimam auitatem, crudelissimam dissensionem obedientiæ, modestiæ, mansuetudinis nominibus velas, & in talibus fordidibus terra illa vocabula maculas. Hanc ergo nunquam æmuler obedientiam. Talem mihi nunquam libeat modestiam, vel potius molestiam imitari. Huiuscemodi mansuetudo semper longe fiat à me. Talis siquidem obedientia, omni est contemptu deterior. Talis quoque modestia vitra omnem modum extenditur. Ultra dicam, an

citra? Sed verius forsitan, & vtroque competentius dixerim extra. Qualis denique illa est mansuetudo, quæ ipso etiam auditu oranium aures exasperat? Volo tamen eam ipsam, vt & mihi modo exhibeas. Cum tam patiens sis, vt à quolibet etiam quò non licet pertrahi non contendas, liceat, & me obsecro, paulo nunc confidentius agere tecum. Alioquin malè multum merui de te, si quod nemini soles, soli mihi indignandū putaueris. Igitur tuam conuenio conscientiam. Volens, an inuitus profectus es? Sed si ex voluntate, iam non ex obedientia. Si autem inuitus, suspectum videris habuisse imperium, cui obsequi grauaris. Vbi verò suspicio, ibi discussio necessaria. Verum tu, vt tuæ patientiæ dares, vel caperes experimentum: nihil discutens, trahi te passus es non solum præter voluntatem tuam, sed & contra conscientiam.

O patientia omni digna impatientia. Non possum, fateor, non nasci huic contentiosissima patientiæ. Videbas dispergentem, & sequebaris? Scandala dictantem audiebas, & obsequebaris? Vera patientia est, pati vel agere contra quod libeat, sed non, præter quod liceat. Mirum verò, quod hominem audiebas furtiue suffurrantem, Deum non audiebas aperte reclamantem tali quasi cælitus emisso tonitru. Vt illi, per quem scandalum venit. Non tantum autem Dominus: sed & sanguis ipsius clamore nihilominus vehementi (surdis licet) terribiliter irrugiebat. Clamor eius: eius effusio. Effusus quippe pro dispersis filijs Dei, vt eos congregaret in vnum, iuste fremebat in dispersores. Odit nimirū dispersores, qui non nouit nisi colligere. Magnus eius clamor, & vehemens: qui corpora de sepulchris, animas ab inferis excitauit. Terram cælosq. tuba illa conuocauit in vnum, quippe, quæ in terra, & quæ in cælis sunt pacificans. Isti omnem terram exiuit sonus ille, *Pf. 18. a* & vestram non valuit rumpere surditatem? Vox nempe illa in virtute, vox illa in magnificentia. Et quid clamat? Exsurgat Deus, & *Pf. 67. a* dissipentur inimici eius. Et iterum: Disperge *Pf. 58. c* illos in virtute tua, & depone eos prosector meus Domine. Sanguis Christi est, frater Adam, sanguis Christi est, qui propius congregatis aduersus impios dispersores quasi tuba exaltat vocem suam. Minatus autem se dispersores dispergere, qui pro dispersis colligendis effusus est. Et si eius vocem tu

non auis, audit eam de cuius latere manauit. Quomodo namque proprium non audit, qui Abel sanguinem auisabat? Sed quid ad me? inquis. Ille uiderit cui mihi contradicere fas non erat. Non est discipulus imper magistrum. Docendus, non doctor eius lateri adhaerebam. Sequi debui non praereceptorem auctor. O uotum temporam Paule simplex, si tamen, & ille alterum se tibi exhibuisset Antonium, ut qui quid, vel leuiter de labijs eius proceperet, necesse non haberes discutere, sed sine contradictione ad omnia nihil hostians obedire. O monachum obedientissimum, cui ex quibilibet seniorum uerbis uerbum quidem iota praeteruolet. Non attendit quale sit quod praecipitur. Et haec est obedientia sine mora. Si ita oportet, sine causa legitur in ecclesia: Omnia probate, quod bonum est tenete. Si ita oportet, delectamur in te libro Euangelij: Estote prudentes sicut serpentes: sufficiente quippe quod sequitur, & simplices sicut columbae. Nec dico à subditis mandata praepositorum esse diiudicanda, ubi nil inberi reprehenditur Diuinis contrarium institutis, sed necessariam assero, & prudentiam, qua aduertatur si quid adueniatur, & libertatem, qua & ingenue contemnatur. Ceterum iste, nihil inquit, habeo interrogare, uiderit ille quid iusserit. Dic quaeso, si dato in manus gladio suum te armari iussisset in iugulum, acquiuisse? Aut si se tuo uoluisset impulla in ignem, vel in aquam praecipitem dari, obtemperasse? Nonne etiam ab his non prohibere cum possis, in crimen tibi reputatur homicidij? Age ergo, uide ne forte sub praetextu obedientiae, in quippiam ei grauius inferueris. Non ignoras certe, qui dixerit: (nam mihi hic fortasse non crederes) expedire scandala facientibus, demergi potius in profundum maris. Cur hoc dixit, nisi quia significare uoluit tam graua illos in posterum manere tormenta, ut eis comparata mors temporalis, nec poenalis esse uideatur, sed commoda? Qui ergo cum scandala facere iuisti, iuisti enim sequendo illum, obsequendo illi: nonne uulius (iuxta praemissam ueritatis sententiam) molam aliam collo eius suspenderes: & sic eum demergeres in profundum maris? Quid ergo? Tu ille obedientissimus discipulus, illum patrem & praepotorem tuum, quem ne puncto quidem temporis, vel transuer-

ut dicitur, pedis, à te quamdiu uis praesens elongari: ita ut in foueam quocumque uolueris, non quidem caecis, sed apertiore more Balaam oculis, cadere non cunctatus iustitiae, inquam, illum tuo ita beandum praesens obsequio, ut morte illi grauiorem exhibueris obedientiam? Quera nunc experior quam uera sit illa sententia. Inimici hominis, domesticici illius. Sic itaque sentiens, & sic conscius ipse tibi: nonne si sapias, gemis: & si non desipis, tremis? Quippe cuius obedientia non meo, sed ueritatis iudicio petor inuenta est homicidio? Si haec non ignoras: quomodo non trepidas? Quod si trepidas, quomodo non emendare festinas? Alioquin qualem hinc ad illud tribunal terrificum conscientiam portas: ubi iudex uelle non indiget, ubi ueritas discutit intentiones, ubi inquisito culparum perstringit ad abdita cordis, ubi denique seceratissimos recessus mentium diuinus ille inuestigat incuitus: & ad subitum illum solis iustitiae fulgorem, animarum exansissimus, cuncta sine bona, sine mala pronuntiat, quae celebrant? Ibi, frater Adam facientes, & consentientes pari poena punientur. Ibi fures, & socii furum similem sunt accepturi sententiam. Ibi par subibant iudicium, & qui latant, & qui latant peccatores. Perge igitur iam dicere: Quid ad me? ille uiderit. Tangere picem, & dic, non sum inquinatus ab ea. Absconde ignem in sinu tuo, & te iactato non aduri. Pone denique portionem tuam cum adulteris: nihilque tua interesse putato. Non ita Isaias: Redarguit enim seipsum non solum quia ipse immundus, sed & quod facius sit immundorum: Quis inquinens, in ponit labijs ego sum, & in medio populi immunda labia habentis ego habito. Redarguit autem se, dixerim, non quia cum malis habitaret, sed quia mala non redarguerit. Sic namque ait: Vix mihi quia tacui. Quando uero ipse malum facere acquiescens, quod se in alio non redarguisse redarguit? Quis enim etiam Dauid? Nonne alieni contagio peccati senserit inquinari posse, cum diceret: Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum? Denique, & orat dicens: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Vnde etiam malorum quorum noluit participare malum, studuit declinare confortium. Aut etenim: Non sedi cum concilio

1. Thess.
5. d
Matth.
10. b

Matth.
18. a

Mich. 6.

Isai. 5. d

Ibidem.

Pf. 140.

Ibid. 18.

Pf. 25. a

licet vanitatis: & cum iniqua gerentibus non
 introibo. Huic versiculo concinit, & subse-
 quens. Odiui (inquit) Ecclesiam malignan-
 tum, & cum impijs non sedebo. Audi de-
 nique, & Sapientis consilium: Filij mi (ait)
 si relictauerint peccatores, ne acquiescas
 eis. Tu ergo aduersus hæc atque alia in hūc
 modum innumera veritatis testimonia, pu-
 tasti cuiuspiam obediendum? Odiosa puer-
 litas. Obedientiæ virtus, quæ semper mi-
 litat veritati, aduersus veritatem accingi-
 tur? Felicem ego dixerim fratris Henrici
 inobedientiam, cui cito respicienti ab er-
 rore, & reuertenti ex itinere, talem contig-
 git non experiri obedientiam. Quam potio-
 rem nunc, & dulciorem suę huiusmodi ino-
 bedientiæ carpit, iamiamq; degustat fru-
 ctum: bonam habens conscientiam, quod
 ceteris collegis suis fraterna corda graui
 scandalo concutientibus, ipse inter fratres
 in proposito, & ordine suo sine querela cō-
 uerteretur. Cuius ego, si optio detur, pigram
 penitentiam egerim inobedientiam cum ipsius
 conscientia, quam horum studiosam obe-
 dientiam cum scandalo aestimō enim quia
 melius agit iste sic inobediens abbati, sed
 non caritate, seruando unitatem in vincu-
 lo pacis, quam illi, qui ita obtemperant ho-
 mini vni, vt vnum præferant unitati. Fi-
 denter, & hæc addiderim, expedire magis
 cuiuslibet sola vnius hominis periclitari obe-
 dientiam, quam reliquis omnibus pietatis
 bonis, & votis propriæ professionis. Siqui-
 dem, vt cetera taceam, duo præcipua nobis
 in monasterijs conuersantibus obseruanda
 traduntur: subiectio Abbati, & Stabilitas
 voti obseruanda, quæ vterque
 præpediat alterum, nec alterutrum sibi præ-
 iudicent. Vt verbi gratia: sic te stabilem in
 loco exhibeas, vt abbati subijci non con-
 temnas: sic obedias subiectus abbati, vt sta-
 bilitatem non mittas. Porro si detestaris
 in loco licet perseuerare, qui Abbas tibi
 forte subdi contemnit imperijs: miraris si
 reprehendimus obedientiam, quæ vobis
 vestrum deserendi locum, vel causam exsti-
 tit, vel occasio: præsertim cum in professione
 regulari sic promittatur stabilitas, vt de
 subiectione Abbati exhibenda, nulla pe-
 nitentia mentio fiat? Sed quaris forsitan, in-
 quiens mihi: Quid ergo tu de stabilitate
 tua facis, quam apud Cistercium firmasti:
 & nunc alibi habitas? Ad quod respondeo.
 Ego quidem Cisterciensis monachus ibidem

professus, ab abbate meo vbi nunc habito
 missus sum: sed missus in pace, missus sine
 scandalo, sine discordia, missus iuxta con-
 suetudinem, & communem institutionem.
 Quādiu ergo in eadem qua missus sum pa-
 ce, & concordia perseuero: quamdiu in uni-
 tate sto, communibus priuata non præfero:
 quietus, & subditus in quo positus sum per-
 maneo: secuta dico conscientia quod pro-
 misi, firmiter teneo. Quomodo enim sta-
 bilitatis præuaricor votum, qui vnanimi-
 tatis non rumpo vinculum, pacis firmamen-
 tum non deserō? Et si corpus absentauit
 obedientia, sed spiritum semper ibidem
 præsentem tenet cōcoris deuotio, & in nul-
 lo dissimilis conuersatio. Qua die autem
 (quod quidem Deus auertat) alijs incipiam
 viuere legibus, alijs moribus conuersari,
 diuersis deseruire obseruantijs, adinueni-
 re noua, extraneas vsurpare consuetudines:
 transgressor professionis, promissam sta-
 bilitatem iam non me tenere confido. Dico
 ergo abbati per omnia obtemperandum,
 sed salua professione. Verum tu professus
 secundum regulam sancti Benedicti, vbi
 promissisti obedientiam, promissisti, & sta-
 bilitatem. Quod si obedieris quidem, sta-
 bilitas autem non fueris: dum offendis in vno,
 factus es omnium reus. Si omnium, & ipsi
 obedientiæ. Vides itaque pondus tuæ obe-
 dientiæ? Quomodo nempe stabilitatis trans-
 gressionem sufficit excusare, quæ nec sibi
 quidem valet patrocinari? Item. Notum est
 sollempniter ac regulariter profiteri quem-
 que in præsentia Abbatis. In præsentia er-
 go tantum, non etiam ad nutum ipsius sic
 cuiusque professio. Testis proinde adhibe-
 tur abbas, non dictator professionis, adiu-
 tor, nõ fraudator adimpletionis, vindex, nõ
 auctor præuaricationis. Quid igitur? Po-
 nā in manu Abbatis quod absque vlla ex-
 ceptione coram Deo, & sanctis eius propria
 manu, & ore firmaui, audiens ex regula,
 si quando aliter fecero, à Deo me esse dam-
 nandum, quem irrideo? Si abbas meus, aut
 etiam Angelus de cælo contraria iusserit, li-
 bere recusabo huiusmodi obedientiam, quæ
 me transgressorem voti proprii, & peccare
 faciat nomen Dei mei. Scio enim me iux-
 ta Scripturæ veritatem ex ore meo, vel con-
 demnandum, vel iustificandum: & quia
 os quod mentitur, occidit animam: & quod
 Deo veraciter canitur. Perdes omnes, qui
 loquuntur mendacium: & quia vnusquis-

lati. Te autem, vt meum iam olim familiaris quum paucis, & cum omni fiducia inueno, ne iam diutius animas desiderantium te, in tua quidem animæ horrendum periculum, tui expectatione suspendas. En tua curam, (ni fallor) qui tecum sunt, & mors & vita in manu tua est. Arbitramur enim quidquid feceris tu, aut volueris: illos esse facturos. Alioquin aperte denuncia illis: quia iuxta omnium abbatum nostrorum contempendam sententiam, quæ merito processit in vos: qui redierint uiuent, qui reuerint morientur.

Ad Brunonem Colonienfem electum
Epistola VIII.

Quæris à me consiliū vir illustris Bruno: an uolentibus te promouere ad episcopatum acquiescere debeas. Quis hoc mortaliū diffinire præsumat? Deus forsitan uocat: quis audeat dissuadere? Forte non uocat: quis appropinquare uocanti? Vt uero uocatio Dei sit, an op sit: quis scire possit excepto spiritu qui scrutatur etiam aīta Dei: uel si cui forte reuelauerit ipse? Magis quoque dubium reddit consiliū illa in litteris tuis humilis, sed terribilis confessio: quia uitam tuam tam grauer, & (vt credo) non nisi ueraciter accusat. Nec enim negandum est huiusmodi uitam esse indignam tam sacri dignitate ministerij. Sed rursū non immerito è regione times (nam & nos idipsum metuimus) si ob malum conscientia de commisso scientia talento non facis lucrū: nisi quod alio forte negotiandi genere, etsi minus copiosius, uos uel uolens uel uolens fructificare ualeres. Horreo, fateor: sic enim tibi, vt mihi loqui debeo quod sentio. Horreo inquam, considerans, unde, quò uocaris: præsertim cum nullum interirent penitentia tempus, per quod utrumque huiusmodi periculosissimā transus fiat. Et quidem rectus ordo requirit, ut prius propria, deinde alienis curare studeas conscientias. Primum quippe pietatis gradus est, e quo scriptum est: Misereere animæ tuæ iacens Deo. Ex hoc autem ad miserandum proximum, recto iam tramite caritas ordinata procedit: quippe quem ad sui quisque mensuram amare præcipitur. Quod si in hunc modum quore hætenus ipse amasti, & tibi commissos amaturus es: malo ego quidem

tibi non comaniti quam sic diligi. Si autem prius te diligere didicisses, & me forsitan scires amare. Sed quid si suam Deus acceleret tibi gratiam; & multiplicet misericordiam; & sit ad restituendam innocentiam efficacior uelox clementia, quam diuturna pœnitentia? Beatus siquidem, cui non imputabit Dominus peccatum. Nam quis accusabit aduersus electum Dei? Si Deus iustificat: quis est qui condemnet? Hoc salutis compendium sanctus ille latro consequutus est: vno eodemq; die simul, & confessus latrocinia, & introductus in gloriam: breui quodam contentus ponte crucis ad transcendendum de regione dissimilitudinis in paradysum uiuentium, & de luto fecis in paradysum uoluptatis. Hoc subitum pietatis remedium, percepit felix illa peccatrix: cum repente ubi superabundauerant delicta, abundare cœpit & gratia. Absque multo pœnitentiæ labore dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: & in breui meruit caritatis accipere latitudinem: quæ (vt scriptum est) cooperit multitudinem peccatorum. Hoc & ille paralyticus in Euangelio duplex atque celerimum potentissimæ bonitatis persensit beneficium, prius mente quam carne curatus. Sed aliud est celerem adipisci ueniam peccatorum: & aliud de ipsis sceleribus ad infulas mox prouehi dignitatum. Video tamen Matthæum de Telonio ad Apostolatus culmen assumptum, sed hoc me rursū conturbat, quod non prius audierit cum ceteris coapostolis suis. Itē in orbem uniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ, quam egerit pœnitentiam, multo tempore, ac labore sequendo Dominum quocumque iret, permanens cum eo in tentationibus suis.

Sed & si occurat de Ambrosio, quòd de tribunalibus ad sacerdotium raptus fuerit, non me ualde confortat, cum à puero mundam in mundo duxerit uitam, & sic etiam fuga, & latebris multisq; dissimulationum modis declinare conatus sit. Si de Saulo quoque factus repente Paulus repente yas electionis, repente doctor gentium, in exemplū adducitur, hoc exemplū euacuat similitudinem, quod ille ideo misericordiam consequutus sit, quia ignoras ipso teste peccauit, manens in incredulitate. Quamquam si talis quippiam quandoque bene, & utiliter factum fuisse agnoscitur, de quo dici

1. Tim. 1. c. Ps. 76. c. 4
G veraciter possit: Hæc est mutatio dextera excelsi, non tam exemplum quam mirastulum afferre debeat. Hæc interim à me ad id quod quæritis suspensiuè responsa faciunt. Neque enim possum vnde certum non sum certam proferre sententiam. Sic contingere debet quærenti rem vbi non sit. Sermo à Propheta, consilium à sapiente quærendum est. Numquid enim de luto limpatum quippiam haurire potestis? Vnū tamen est, quod amico absque periculo, & nequaquam sine fructu impendere possumus, nostræ videlicet pro hac re orationis ad Deum, qualescumque suffragium. Deo ergo relinquentes sui, quod ignoramus secretum consilij, ipsum supplicij deuotione, & deuota supplicatione precamur vt in vobis & se vobis operetur, quod & se deceat: & vobis expediat. Habetis autem Dominū Nosberrimū: quem melius presentem præsentem de talibus interrogare potestis. Nam tanto vti ille in diuinis aperiendis mylterij nobis promptior: quanto & Deo propior esse cognoscitur.

Ad eundem iam Archiepiscopum Coloniensem. Epistola I X.

D Ignationis vestræ suscepi scripta deuotus, & ad iniuncta sollicitus fui: & si profui, vos probabit. Sed de hoc satis. Porro in eadem caritate audeo, quæ sequuntur. Si cunctos qui vocantur ad ministerium, constat eligi, & ad regnum profectio securus est Colonienis Archiepiscopus. Quod si etiam & Saulem in regno & Iuda in sacerdotio legitur elegisse, non alius quam ipse Deus: & non potest solui scriptura, que hoc asserit, timeat necesse est, & Colonienis Archiepiscopus. Si verò (quod verum est) & illa sententia hodie quoque viget, quia non multos nobiles: non multos potentes: non multos sapientes elegit Deus, numquid non triplicem quoque habet timendi causam Colonienis Archiepiscopus? **H** *1. Cor. 1. d.* *Eccl. 3. 2.* *Eccl. 3. 6.* *Luc 9. f.* *Sap. 6. 4.* Curemus ergo in a to positi, non altum sapere, sed timere, sed humilibus consentire. Principem inquit, te constituerunt: esto in illis, tanquam vnus ex illis. Et iterum. Quanto maior es: tanto humilior te in omnibus. Sapiens est qui hoc consiliū quippe haud secus sentiens ab ipsa sapientia, que ait: Qui maior est vestrum, fiat sicut minor. Alio-

quin iudicium durum his qui præsumunt timeat potestas. Seruus quoque sciens voluntatem Domini sui, & non faciens digna, vapulabit multis. Timeat qui cognouit litteraturam. Timeat nobilis, quia iudex omnium non est acceptor personarum. Ille profecto necessarj timoris funiculum triplex difficile rumpitur. Durusne videor quia non blandior, quod metum incutio, quod amico cupio initium sapientia? Sic mihi contingat semper beare amicos, id est, terendo salubriter, non adulando fallaciter: ad illud me prouocat qui dicit: Beatus homo qui semper est pauidus. Ab hoc reuocat qui ait: Popule meus, qui te beatificant, in errorem inducunt. *Prouer. 28. c.* *1. Sai. 3. b.*

Ad eundem. Epist. X.

H Orrendum punire nefas, est duplici ratione incumbat vobis, tum pro debito videlicet officij, tum quia & Apostolica iniungit auctoritas, puto tamen quæ non superuacua in re tanta etiam antici cōmonitio accedit. Hoc autem est, quod amicum & patrem cupimus esse admonitum, vt hæc ipsa vltio, quæ facienda est, eo quoque zelo quo facienda est fiat, quatenus non solum præsens facinus multatum esse videamus, sed etiam à simili temeritate audiens omnis malignitas compefscatur.

Ad Carthusienses, & Guigoni priori. Epistola. XI.

I nter patres reuerendissimis, & inter sanctissimos carissimos Guigoni Priori Carthusiensi, ceterisque sanctis, qui cum eo sunt, frater Bernardus de Claraualle salutem æternam. Sanctitatis vestræ literas tam lætus accepi, quam auidus, & olim desideraueram. Legiteas, & quas voluisti in amore litteras scintillas sententiarum in pectore, quibus, & conscaluit in meum intra me, nunquam ex illo igne quem Dominus misit, scintillam. O quantum in illis meditationibus exardescit ignis, è quibus huiuscemodi euolant scintillæ? Vestra illa succensa, & succendens saluatio sic mihi (vt verum fatear) accepta fuit, & est: quasi non ab homine, sed certissime ab illo, qui mandat salutem Iacob, descendere videretur. Non

Nō me sane arbitror salutatum in via, nō in t. insitu, non veluti ex occasione, vt assol-
 let, consuetudinis, sed plane ex visceribus,
 v. s. c. o, caritatis prodit hæc tam grata,
 & inopinata benedictio. Benedicti vos à
 Domino qui me in benedictionibus dulcedi-
 nis tantæ præuenire curatis, vt daretur
 puero vestro vobis primum scribentibus:
 fiducia scribendi, scribere quidem ad vos
 iam pridem gestienti, sed non præsumen-
 ti. Verebar nimirum sanctam quam in Do-
 mino habetis importunis scriptationibus
 infestare quietem, iuge illud vestrum sa-
 crumq. silētium à sculo, susurrum cū Deo,
 vel ad modicum interrumpere, nostraq.
 ingerere auribus secretis penitus occupatis
 supernis eulogijs. Timebam omninō mole-
 stus fieri vel Moysi in monte, vel Helie in
 deserto, aut certe excubanti in templo Sa-
 mueli, si diuinis intentissimos confabula-
 tionibus aliquatenus auocare tentassem.
 Clamat Samuel: Loquere Domine, quia
 audit frater tuus, & ego me audiri præ-
 sumam, inquam, si & Dauid
 elongauit se & fugient, manentiq. in soli-
 tudine, importunus insisterem, indignans
 excusaret & diceret: Sine me, non audio te
 modo, audiam potius quod dulcius auscul-
 to. Audiam quid loquatur in me Dominus
 Deus, quoniam loquetur pacem in plebem
 suam, & super sanctos suos, & in eos qui
 conuertuntur ad cor. Aut certe illud: De-
 dicit hæc à me maligni, & scrutabor manda-
 ta Dei mei. Quid enim? Ego ne tam teme-
 rarius essem, vt inter sponi brachia suauiter
 quiescentem auerem suscitare dilectā
 quousque vellet ipsa? Putarem illico audi-

mini. Glorior, & ego plurimum tanto testi-
 monio, & seruorum Dei tam grata quam
 grauata admodum familiaritate delector.
 Hæc iam gloria mea, hoc gaudium meum,
 hæc delicia cordis mei, quod non frustra le-
 uauerim oculos meos in montes, vnde quip-
 pe iam non mediocre venit auxilium mihi.
 Hi iam nobis stillarunt montes dulcedinē,
 & adhuc spero quia stillabit quousque val-
 les nostræ abundabunt frumento. Festiuus
 enim erit mihi dies ille ducendus, & me-
 moriale sempiternum, in quo virum illum
 videre ac suscipere merui per quem factum
 est, vt in cordibus vestris ego reciperem.
 Et quidem iam ante receperam, vt apparet
 in litteris vestris, sed nunc arctius, vt compe-
 ri, & familiarius cum ille vobis retulit de me
 quædam, quæ etsi non probauerit, putauit
 tamen. Fidelis quippe, & religiosus, absit
 vt aliter loqueretur quā credidit. En reue-
 ra in me ex prior quod ait Saluator: Qui
 recipit iustum in nomine iusti, mercedem
 iusti accipiet. Mercedem quippe iusti de-
 xerim quod iustus reputor, non ob aliud
 nisi quod iustum recepi. Nam si qua super-
 addita sunt, ea iustus non tam ex verita-
 te rei quam ex puritate sui loquutus est. Au-
 distis, credidistis, exultastis, scripsistis, & me
 non parum latificastis, non solum quod
 aliquem locum gratiæ, & locum nō medio-
 crem apud vestram merui sanctitatem, sed
 & quod nobis vestrorum non parua ex par-
 te puritas animorum innotuit. Paucis
 pro certo aperuistis cuius spiritus estis.
 Gaudeo proinde mihi, gaudeo & vobis,
 mea vilitati, & vestra sinceritati. Illa
 siquidem vera, & sincera est caritas, & om-
 nino de corde puro, & conscientia bona, &
 fide non ficta iudicanda procedere, qua
 proximi bonum æquē, vt nostrum diligi-
 mus. Nam qui magis, aut certe solum dili-
 git suum, conuincitur non caste dilige-
 re bonum quod vtrique propter se diligit,
 non propter ipsum. Et hic talis non potest
 obedire Prophetæ, qui ait: Confitemini Do-

1. A
3. b

27. 2. b

Cāt. 2. c Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi,
 qui pacifiter inter lilia. Verum quod non au-
 deo ego, audeat caritas, & cum omni fidu-
 cia pulsat ad otium amici, nequaquam pu-
 tans pati se turbare repulsam, quæ amicitia-
 rum matrē se non turbaretur vestrū
 est gratissimū propter quietare otium,
 propter suū negotium. Ipsa, tecto, ip-
 sa eam vult facit vos excedere Deo. Ipsa &
 cum vult fecit sobrios nobis, adeo vt mihi
 minime duceretis indignum, me non modo
 sustinere loquentem, sed talem in super
 benigne pronocare. Amplius benignitate,
 dignationem admiror, laudo, & veneror
 puritatem, qua de nostris profectibus quos
 putauis, tam in Domino exultatione gloria-

M

Matth.
1. 8. 1

Ps. 117.

Ps. 48. d

K

simpli-

simpliciter bonus est. Primus seruus est, & timet sibi; Secundus mercenarius est, & cupit sibi; Tertius filius, & desert patri. Itaque & qui timet, & qui cupit, vterque pro se agunt. Sola quæ in filio est caritas, non querit quæ sua sunt. Quamobrem puto de illa

2/sal. 18. dictum: Lex Domini immaculata, conuertens animas; quod sola videlicet sit quæ ab amore sui & mundi auertere possit animū, & in Deum dirigere. Nec timor quippe nec amor priuatus conuertit animam. Mutant interdum vultum vel actum, affectū numquam. Facit quidem etiam seruus nonnumquam opus Dei, sed quia non sponte, in sua adhuc duritie permanere conuincitur. Facit & mercenarius, sed quia non gratis, propria trahi cupiditate cognoscitur. Porro vbi proprietatis, ibi singularitas. Vbi autem singularitas, ibi angulus. Vbi vero angulus, ibi sine dubio sordes siue rubigo. Sit itaque seruo sua lex timor ipse quo constringitur: sit mercenario sua cupiditas, quæ & ipse arctatur: quando ab ipsa tentatur abstractus & illectus.

B Sed harum nulla aut sine macula est, aut animas conuertere potest. Caritas verò conuertit animas, quas facit & voluntarias. Porro in eo eam dixerim immaculatam: quod nil sibi de suo retinere consuevit. Cui nempe de proprio nihil est, totum profectò quod habet, Dei est. Quod autem Dei est, immundum esse non potest. Lex ergo Domini immaculata, caritas est, quæ non quod sibi vtile est querit, sed quod multis. Lex autem Domini dicitur, siue quod ipse ex ea viuat, siue quod eam nullus nisi eius dono possideat. Nec absurdum videatur, quòd dixi etiam Deum viuere ex lege: cum non alia dixerim, quam caritate. Quid verò in summa & beata illa Trinitate summam & ineffabilem illam conferunt unitatem, nisi caritas? Lex est ergo, & lex Domini caritas, quæ Trinitatem in unitate quodammodo colhibet, & colligat in vinculo pacis. Nemo tamen me existimet caritatem hic accipere qualitatem, vel aliquod accidens: alioquin in Deo dicerem (quod absit) esse aliquid quod Deus non est, sed substantiam illam diuinam, quod vtiq; nec nouum nec insolitum est, dicente Ioanne:

1. Io. 4. Deus caritas est. Dicitur ergo recte caritas & Deus, & Dei donum. Itaque caritas dat caritatem. Substantia accidentalem. Vbi tantem significat, nomen est substantiam. Vbi donum, qualitatis. Hæc est lex æternæ,

creatrix & gubernatrix vniuersitatis. Sic eadem in pondere, & mensura, & numero per eam facta sunt vniuersa, & nihil sine lege relinquitur, cum ipsa quoque lex omnium sine lege non sit, non tamen alia quam seipsa, quæ & seipsam etiam non creauit, regit tamen. Ceterum seruus & mercenarius habent legem non à Domino, sed quam ipsi sibi fecerunt, ille Deū non amando, iste plus aliud amando. Habent, inquam, legem non Domini, sed suam, illi tamen quæ Domini est subiectam.

Et quidem suam sibi quisque legem facere poterunt, non tamen eam incommutabili æternæ legis ordini subducere poterunt. Tunc autem dixerim quemque sibi suam fecisse legem, quando communi & æternæ legi, propriam prætulit voluntatem, perueise vtiq; volens suum imitari creatorem, vt sicut ipse sibi lex, suiq; iuris est, ita is quoque seipsum regeret, & legem sibi suam faceret voluntatem, graue vtiq; importabile iugum super omnes filios Adæ, heu

inclinans, & in infernum appropinquauerit. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo vtiq; sic premor, vt nisi quia Dominus adiuuat me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Sub hoc onere grauius gemebat quid dicebat: Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum grauis? Vbi dixit: Factus sum mihi metipsum grauis, sed non dicit quod lex ipse sibi esset, nec alius hoc quam ipse sibi fecisset. Quod autem Deo loquens præstitit, posuisti me contrarium tibi, Deus tamen non effugisse legem indicauit.

legem Dei pertinuit, vt qui à Deo noluit suauiter regi, ponatur à seipso regeatur, quiq; sponte iugum suauæ & onus leuæ carnis abiecit, propria voluntatis leuè importabile pareretur iniuris. Mirò itaque modo æternæ legi, iugum suum, & posuit sibi contrarium, & renouit subiectionem, dum videt nec iustitiam pro meritis legem esse: nec tamen cum Deo in luce, in qua requie, in sua gloria remansit, subiectus potestati, & submotus felicitati. Domine Deus meus cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam, vt abiecta graui sarcina propria voluntatis, sub leui onere caritatis respirem, nec iam seruili timore coæctar,

libidem.

ne mercenaria cupiditate illiciar, sed agar spiritu tuo, spiritu libertatis, quo aguntur filii, qui testimonium reddat spiritui meo, quod & ego sum vnus ex filiis, dum eadem lex mihi fuerit, quæ & tibi, & sicut tu es, ita & ipse sim in hoc mundo? Hi si quidem qui hoc faciunt quod ait Aposto-

Rom. 13.

lus, Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, proculdubio sicut Deus est, & ipsi sunt in hoc mudo, nec serui aut mercenarij sunt, sed filij. Itaque nec filij sunt sine lege, nisi forte aliquis aliter sentiat

1. Tim.

1. b

propter hoc quod scriptum est: Iustis non est lex posita. Sed sciendum est quod alia lex est promulgata à spiritu seruitutis in timore, alia à spiritu libertatis data in suauitate. Nec sub illa coguntur esse filij, nec sine ista patiuntur. Vis audire quia iustis non

Rom. 8. c

est lex posita? Non accepistis (inquit) spiritum seruitutis iterum in timore. Vis audire quod tamen sine lege caritatis non sint? Sed accepistis (ait) spiritum adoptionis filiorum.

1. Cor.

1. c

tem, & quod non sit sub lege, nec tamen sit sine lege. Factus sum (inquit) his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege. His qui sine lege erant, tamquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi. Vnde aptè non dicitur: Iusti non habent legem, aut iusti sunt sine lege, sed iustis non est lex posita. hoc est, non tamquam inuitis imposta, sed voluntarijs eo liberaliter data, quo suauiter inspirata. Vnde, & pulche Dominus:

Mat. 23.

11.

Tollite, ait, iugum meum super vos. Ac si diceret: Non impono inuitis, sed vos tollite. Non enim impono inuitis, sed laborem inuenietis anima bus vestris. Bona itaque lex caritas, & suavis, quæ non solum leuiter suauiterque portatur, sed etiam seruorum, & mercenariorum leges portabiles ac leues reddit, quas vtique non destruit sed facit vt impleatur dicens Domino. Non veni legem tollere, sed implere. Illam temperat, istam ordinat, vttramque reficit. Numquam erit caritas sine timore, nec casto, numquam sine cupiditate, sed ordinata. Implet ergo caritas legem serui, cum inuadit deuotionem. Implet, & mercenarij, cum ordinata cupiditate. Porrò timore permixta deuotio ipsum non annullat, sed castificat. Pœnantium tollitur, sine qua esse non potuit dum fuit seruilis, & timor manet in sæculum sæculi castus, & filialis. Non quod levi-

Matt. 5.

b

tur. Perfecta caritas foras mittit timorem, pœna intelligenda est, quæ serui (vt diximus) numquam deest timori, illo scilicet genere loquutionis quo sæpè causa ponitur pro effectu. Deinde cupiditas tunc restat à superueniente caritate ordinatur, cùm mala quidem penitus respuuntur, bonis vero meliora præferuntur, nec bona nisi propter meliora appetuntur. Quod cum plenè per Dei gratiam assequutū fuerit, diligitur corpus, & vniuersa corporis bona tantum propter animam, anima propter Deum, Deus autem propter seipsum. Verum tamen quia carnales sumus, & de carnis concupiscentia nascimur, necesse est cupiditas vel amor noster à carne incipiat: quæ si recto ordine dirigitur quibusdam suis gradibus duce gratia proficiens, spiritu tandem consummabitur, quia non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Et prius necesse est portemus imaginem terrestris, deinde celestis. In primis ergo diligit seipsum homo propter se. Caro quippe est, & nil sapere valet præter se. Cumque se videt per se non posse subsistere, Deum sibi quasi necessarium incipit per fidem inquirere, & diligere. Diligit itaque in secundo gradu Deum, sed propter se, non propter ipsum. At vero cum ipsum cœperit occasione propriæ necessitatis colere, & frequentare cogitando, legendo, orando, obediendo, quadam huiusmodi familiaritate paulatim sensimque. Deus innotescit, consequenter, & dulcescit, & sic gustato quam suavis est Dominus, transit ad tertium gradum vt diligit Deum, non iam propter se, sed propter ipsum. Sanè in hoc gradu statur, & nescio si à quoquam hominum quartus in hac vita perfectè apprehenditur, vt se scilicet homo diligit tantum propter Deum. Asserant hoc si qui experti sunt: mihi, fateor, impossibile videtur. Erit autem proculdubio, cum introductus fuerit seruus bonus & fidelis in gaudium Domini sui, & inebriatus ab vberitate donus Dei. Quasi enim ebrius miro quodam modo oblitus sui, & à se penitus velut deficiens, totus perget in Deum, & deinceps adhærens ei, vnus spiritus erit. Arbitror hoc Prophetam sensisse, cum diceret: Introibo in potentias Domini, Domine memorabor iustitiarum solius. Sciebat profectò, cùm introit in spirituales potentias Domini, tantum se iri vniuersis infirmitatibus car-

nis.

nis.

nis.

nis.

nis, vt iam nil de carne haberet cogitare, sed totus in spiritu memoraretur iustitiæ Dei solius. Tunc pro certo singula Christi membra dicere poterunt de se, quod Paulus *2. Cor. 5.* bat de capite: Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Nemo ibi se cognoscit secundum carnem, quia caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. Non quod carnis substantia illie fututa non sit, sed quod carnalis omnis necessitudo sit defutura, carnisq. amor amore spiritus absorbendus, & infirmæ que nunc sunt humanae affectiones, in diuinas quasdam potentias habeant commutari. Tunc sagenâ caritatis, quæ nunc tracta per hoc mare magnum, & spatiosum ex omni genere piscium congregare non desinit, cū perducta ad litus fuerit, malos foras mittens bonos solummodo retinebit. Siquidem in hac vita ex omni genere piscium intra sinū suæ latitudinis, caritatis rete concludit, vbi se pro tempore omnibus conformans omniumq. in se siue aduersa, siue prospera traiciens, ac sua quodammodo faciens, non solum gaudere cum gaudentibus, sed etiam flere cum flentibus consuevit. Sed cū perucenit ad litus, velut malos pisces omne quod triste patitur foras mittens, sola, quæ placere, & iucunda esse poterunt, retinebit. Numquid enim tunc (verbi gratia) Paulus aut infirmabitur cum infirmis, aut vretur pro scandalizatis, vbi scandala & infirmitas procul erunt? Aut certe lugebit eos qui ante non egerunt penitentiam, vbi certum est sic neminem sanæ fore qui peniteat, quomodo qui peccet non erit? Absit autem vt vel eos qui ignibus eternis cū diabolo, & Angelis eius deputandi sunt plāgat, & defleat in illa ciuitate, quam fluminis impetus lætificat, cuius diligit Dominus portas sup omnia tabernacula Jacob, quod videlicet in tabernaculis, et si quando que gaudetur de victoria, laboratur tamen in pugna, & plerūque periclitatur de vita: in illa autem patria nulla prorursus admittetur aduersitas siue tristitia, quemadmodum de illa canitur. Sicut lætātium omnium habitatio est in te. Et rursum. Lætitia sempiterna erit eis. Denique quomodo misericordiæ recordabitur, vbi memorabitur iustitiæ Dei soli? Proinde vbi iam non erit miseris locus, aut misericordiæ tempus, nullius pro se esse poterit miserationis affectus. Longum quidem adhuc texere sermone iustitabili col-

loquēdi ad vos desiderio pulsor fratres mei carissimi, & desideratissimi, sed triuant que finem indicunt Primum quidem, & maxime vereor ne fiam onerosus vobis: Secundum, quia pudet loquacitatis. Tertium, quod domesticis vrgor curis. In fine precor miseremini mei, & si exultastis in bonis de me tantum audistis, certè, quia so compatiimini malis. Vidit fortassis qui ea vobis narravit, aliqua parua, & de paruis grandia aestimauit. Vestra autem sinceritas facile credidit quod libenter audiuit. Gratius quidem de caritate, quæ omnia credit, sed confundor pro veritate, quæ omnia nouit. Volo vos mihi credere de me magis quam alteri, qui tantum videt in facie. Nemo quippe scit que sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est. Dico vobis ego, qui de me loquor non ex coniectura, sed ex sententia. Non sum talis qualis putor vel dico: quod quidē tam securus fateor, quam cecus experior: ita vt nihil malim vestris rationibus specialiter obtinere, quam vt ea si qua qualem littera vestra predicant.

Ad eosdem in qua supplicat, vt erent protose, Epistola duodecima.

A Mantissimo Domino, & reuerendissimo patri Guigoni Patri Carthusiensi, & sanctis fratribus adhaerentibus ei, frater Bernardus de Claraualle modicum id quod est. Primum quod accedens ad partes illas non adieci peruenire usque ad vos videre facies vestras commemorari iniquitates, & necessitates meas: sed forsitan vobis fati fuerit, & mihi, fateor, non possum. Itaque occupationibus meis, quibus factum est non vt neglexerim, sed vt nequiverim. Hoc frequenter patior, & ideo frequenter ita scorriguus ytinam cui omnis sanctus condoleat. Alioquin dupliciter miser sum, si nec miserabilis sum. Ego vero fratre pietati hominum me ostendo, sed merito miseremini mei, non quia dignus, sed quoniam inops, & pauper sum ego. Iustitiam meriti meam, misericordiam miseriam intuetur. Vera misericordia non iudicat, sed misit: non iudicat discussione, occasione contenta. Non enim expectatur ratio, vbi affectio trahit. Luce. 1. Reg. bat Samuei Saul, miserans, non deliberans. 15. Fundebat lacrymas David filio patricidæ, 2. Reg. csi non profuturas, pias tamen, ita & vos 18.

Pf. 86. a
Pf. 61. c

1.

misere-

Miseremini mei: non quia merui, sed quia
 eget. Miseremini tamquam misericordiam
 consequuti à Domino: vt sine timore à
 mundi tumultibus liberati seruiatis ei. Felices
 quos abscondit in tabernaculo suo in
 die malorum, in vmbra alarum suarum spe-
 rantes, donec transeat iniquitas. Ceterum
 ego infelix, pauper, & nudus homo natus
 ad laborem: inplumis auicula penè omni
 tempore nidulo exulans, vento exposita, &
 turbini turbatus sum, & motus sum sicut
 ebrius: & omnis scientia mea deuorata est.
 Miseremini proinde: & si nihil meriti, cer-
 te sic affecti.

*Ad Dominum Papam Honorium,
 Epistola XIII.*

SVMMO Pontifici Honorio, frater
 quidam professione monachus, cō-
 uersatione peccator, seipsum quan-
 tus est. Aiunt apud vos plus vale-
 re pauperis precem, quam potentis vul-
 tum. De qua vestra iugulari dignatione
 tam sancta opinio facit me dignitatis celsi-
 tudinem non vereri quo minus audeam lo-
 qui ad vos, id præsertim quod caritas sug-
 gerit: de ecclesia dico Domine Cathalau-
 nensi, cuius quantum in me est nec valeo,
 nec debeo dissimulare periculum. Videmus
 nimirum iam iamque imminere, sentimus
 nos qui vicini sumus, pacem videlicet me-
 moratæ ecclesiæ grauius mox esse turban-
 dam: si electioni illustri illius viri, id est, ma-
 gistri Alberici, in quam vtique totus tam
 clerus quam populus pari voto, & voce con-
 uenerant, & conueniunt, vestræ pietatis as-
 sentium impetrare nequeant. De qua re,

M si & nostra quæritur aut curatur sententia:
 nouimus hominem sanæ fidei, & doctrinæ
 hactenus extitisse, in diuinis pariter & hu-
 manis prudentem esse: & speramus in

domo Dei (si tamen ipse elegit

sum) fore in honorem:

& vtile futurum non

solum illi, sed &

omni Gal-

licanæ

Ecclesiæ. Vestræ iam discretionis est

iudicare an merito flagitetur à

vobis facienda dispositio,

unde talis potest

sperari recom-

pensatio.

*Ad eundem Dominum Honorium Papam,
 Epistola XIII.*

SVMMO Pontifici Honorio, frater Ber-
 nardus vocatus Abbas Claræuallis,
 salutem, & si quid potest peccato-
 ris oratio. Quanto ad vos timore
 scribam nouit ipse quem timemus in vobis.
 Sed vt audeam, domina caritas facit, quip-
 pe quæ imperat, & vobis. Pro Ecclesia Di-
 uionensi rogatus, suscepi facere precem:
 sed quid potissimum precari debeam, penè
 dubito. Nam sicut tentare aliquid vel pre-
 ce, vel pretio aduersus iustitiam, iniquum
 est: sic pro iustitia multum laborare apud
 iustitiæ amatorem superfluum. Verum, etsi
 nos quid oremus sicut oportet nescimus:
 confidimus tamen quod vestra benignitas
 præsertim in causa religiosorum otiosa esse
 non poterit. Et quidem sanctitatis vestræ
 prudentia sollicitaque discussio, quid iruen-
 tura sit, ego nescio: sed hoc dico quod au-
 diui, & frequenter audio, quia videlicet
 longo, & inconcusso tenore fertur Diui-
 onensis Ecclesia possedisse ea de quibus ad-
 uersus eam causantur Lexouicenses, ita vt
 hi qui videntur antiquiores de vicinis, mi-
 rentur, & indignentur, nouam abominan-
 tes calumniam.

*Ad Haimericum Cancellarium, unde supra,
 Epistola XV.*

Viro Illustri Domino Haimerico Apo-
 stolicæ Sedis Cancellario, Bernardus
 de Claraualle, quæ retro sunt obliuisci, &
 ad ea quæ ante sunt, Apostolum sequi. Non
 latet amicos nostros quod me famulari as-
 sectu diligitis, & tantæ mihi felicitatis fru-
 ctum inuidet, si solus habere voluero. Mo-
 nachi Diuionenses ob antiquam illius eccle-
 siæ religionem mihi carissimi sunt. Sen-
 tiant si placet, quod non sit amor otiosus, si-
 ue vester ad nos, siue noster ad illos, salua
 tamen in omnibus iustitia, contra quam, ne
 amicum quidem respicere fas est.

*Ad Petrum presbyterum Cardinalem, unde
 supra. Epistola XVI.*

Carissimo Domino suo Petro presby-
 tero Cardinali, frater Bernardus ab-
 bas Claræuallis salutem, & non in via. Ego
 causam non habeo, causam tamen Diui-
 onensium

nenfium monachorum, quia viri religiosi sunt, meam facio. Manu tenete eam vt meam. Sic tamen meam, vt & iustitiae sit. Quod vtique & nos confidimus, & tota fere patria testatur.

Ad Petrum Diaconum Cardinalem Legatum, vide supra. Epistola XVII.

Domino venerabili Petro Romanae Ecclesiae Diacono Cardinali & Legato, frater Bernardus seipsum quantum potest. Quod ad vos non veni, vt mandastis, non mea fugitia, sed causa fuit non contemnenda. Siquidem salua vestra omniumque bonorum reuerentia, mihi propositum est nequaquam egredi de monasterio, nisi certis ex causis. Quarum vtique nulla modo se obtulit vt licite possem vestrae in hoc, in tanto & nostrae satisfacere voluntati. Verum vos quid facitis de eo quod iam dudum vestrarum priorum litterarum promissione tenemus, vestro scilicet quem adhuc sustinemus aduentu? Quae illa deinde scripta sint, quae & ante nobis fieri iussistis, & nunc requiritis, omnino nescimus, ideoque nihil parauimus. Ego enim nescio me quippiam quandoque scriptitasse de moralibus, quod vestrae excellentiae studio dignum putem. Aliqui fratres nonnulla ex his quae me coram audire loquentem, stylo suo exceperunt. Quorum vnus vobis praestata est, Praecentor videlicet Trecensis, & Archidiaconus Gebuinus, & facile potestis habere si qua placent, quae ab illo excepta sunt. Tamen si curae vobis, aut curis quandoque vestris vacuum fuerit, & ita dignum iudicatis, dignitatis videlicet vestrae promissam praesentiam expectantibus exhibere filiolis: tunc si quid in manibus inuentum, aut nostro posse adhuc elaborari studio visum fuerit quod forte delester, vestrae omnino pro viribus non deero voluntati.

Diligimus enim bonam famam vestram, reueremur quam in vobis audiamus circa res Dei sollicitudinem & sinceritatem: & ideo valde gratum habemus, si nostra vobis forte in aliquo esse possit officiosa rutilitas.

Ad eundem Petrum. Epist. XVI.

Cum totum me dederero vobis parum est, vt digne mihi videar recompensasse vel dimidium beneuolentiae, quam erga nostram humilitatem habere vos aunt. Gaudeo quidem de gratia, sed temperat, fatear, pro tanto fauore laetitiam, quod eundem mihi fauorem non opus, sed opinio acquiescit. Pudet nimirum granditer exultare vt sentio in me venerari vel diligi non quidem quod sum, sed quod putar. Neque enim ego tunc diligor, quando sic diligor, sed nescio quid in me, pro me, quod non sum ego. Immo, vt verius loquar, non nescio: nam certissime scio quod nihil. Nihil enim proculdubio est, quidquid putatur, & non est. Porro cum amatur quod non est, sed esse putatur, non amo: vel amans nihil est, sed quod amatur. Mirandum, sed magis dolendum, quam mirandum, non id quod nihil est, amari poterit. Amare plane sentimus vnde, quo venimus, quid perdidimus, quid inuenimus. Adhaerendo ei qui semper & beate est, semper & nos esse, & beate esse poteramus. Adhaerendo autem dixerim, non solum per cognitionem, sed per amorem. Nam quidam ex filiis istam cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanciuunt in cogitationibus suis. Merito proinde obscuratum est inspiens cor eorum, quia cum veritatem cognoscerent, & contempnerent, aut receperunt in poenam, vt nec cognoscerent. Heu scilicet quod veritatem per cognitionem, terribi ab illa delinendo per amorem, amando pro illa scilicet vanitatem, homo vanitati similis factus est. Et quid vanius quam diligere vanitatem? Et quid iniquius quam contempnere veritatem? Quid vero iustitiam quam contemptioribus subtrahi & ipsam cognitionem? Quid, inquit iustius, quod vt iam de sua cognitione gloriari non possit, qui cognita non glorificauit: itaque appetit vanitatem, et contemptus veritatis: contemptus veritatis, causa nostra caecitatis. Et quis non probauerunt (inquit) Deum habere in notitiam, tradidit illos in reprobum sensum. Ex hac ergo caecitate descendit, quod plerumque pro eo quod est, amamus vel approbamus quod non est, quoniam dum sumus in hoc corpore

corpore, peregrinamur ab eo qui sumus est. Et quod est homo, o Deus, nisi quod innotuit ei? Itaque si notitia Dei causa est ut homo aliquid sit, ignorantia facit, ut nihil sit. Sed qui vocat ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt, miserius quodammodo redactos in nihilum, manna illud absconditum, de quo Apostolus: Et vita (inquit) vestra abscondita est cum Christo in Deo: quia necdum possumus contemplari per speciem, vel plene amplecti per amorem: dedit interim nobis, & sapere per fidem, & quærere per desiderium, per quae utique duo ad esse de non esse secundo redacti, fieri incipiamus initiū aliquod creaturae eius, transitoriū quādoque in virum perfectū, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quod proculdubio erit, cum iustitia conuertetur in iudicium, hoc est, fides in intellectum, iustitia videlicet quae ex fide est, in iudicium plenae cognitionis, & iterum desiderium peregrinationis in plenitudinem commutabitur dilectionis. Si enim adhuc absentes in itinere fides, & desiderium, praesentes profectū consummat intellectus, & amor. Sicut autem fides ducit ad plenam cognitionem, sic desiderium ad perfectam dilectionem. Et sicut dicitur: Nisi credideritis, non intelligetis: sic dici aequè non absurde potest: Si non desideraueritis, non perfectè amabitis.

F Intellectus igitur est fructus fidei, perfecta caritas desiderij. Interim iustus ex fide viuit, nam beatus ex intellectu. Interim iustus desiderat ad Deum sicut ceruus ad fontes aquarum: nam beatus haurit iam in gaudio de fontibus saluatoris, hoc est, delectatur in plenitudine caritatis. His ergo fortassis quasi duobus animae brachijs, intellectu videlicet, & amore, id est cognitione, & dilectione veritatis, amplectitur, & comprehenditur cum omnibus sanctis longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum, hoc est, aeternitas, caritas, virtus, & sapientia. Et haec omnia Christus. Aeternitas est, quia haec est vita aeterna, ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Caritas est, quia Deus est. Deus enim caritas est. Est, & Dei virtus, & Dei sapientia. Sed quando haec erunt? Quando videbimus eum sicuti est? Quando amabimus eum prout est? Nam expectatio creaturae, iaculatione filiorum Dei expectat. Vanitatem enim creaturae subiecta est non volens. De qua vniuersali vanitate incit nobis, & velle lau-

dari cum simus vituperabiles, & nolle laudare quos scimus esse laudabiles. Sed, & hoc vanum est quod nostra plerumque ignorantia, & tacetur quod est, & praedicatur quod non est. Quid ad ista dicemus, nisi quia vani filij hominum, mēdaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum? Laudamus mēdaciter, delectamur inaniter, ut & vani sint qui laudantur, & mēdaces qui laudant. Alij adulantur, & ficti sunt: alij laudant quod putant, & falsi sunt: alij vtrorūque praedonijs gloriantur, & vani sunt. Solus sapiens qui cum Apostolo dicit. Parco autē ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Haec interim vobis nimis festinè, & ob hoc minus festinè, exaravi potius quam distaui: ac fortassis loquacius quā debui, sed omninō veracius non potui prout sapui. Sed ut inde sumat epistola finem vnde sumpsit exordium, nolo vos de me incertae famae nimis credulū esse: quae, ut optimè nostis, saepe in sua folet vtrorūque falli sententia, & de laude videlicet & de vituperatione. Probate si placet & aestimate quatenus amor vel fauor vester, & iustus, & eo sit amplius amico gratus, quo pro meritis moderatus, ut cum laus de grauitate iudicij, non mendacio processerit vulgi, & si minus honoris, minus quoque cōferat & oneris. Est certè quod me magis quātuluscūque sū, facit esse vestri: quod videlicet in rebus Dei strenuè sincereque (ut aiunt) pro vestra vice versamini. Hoc ut semper de vobis verè dicatur, semper in vobis verè inueniatur. Librum quē quae scribitis, ad transcribendum habetis. Opuscula nostra quae requiritis, & pauca sunt, & nihil est in eis omninō, quod vestro studio dignum putem. Tamen quia melius iudico mihi, nostrum culpam ingenium, quā voluntatem, & periclitari apud vos potius imperitiam, quā obedientiam: quae horum, & quod vobis placet, ut mittam, scripto nobis per praesentem nuncium significare: ut quae modo penes me non sunt, ab his qui habent ea requirant, & dirigam quocumque mandaueritis.

Et ut sciatis quid petatis, scio me scripsisse libellum qui inscribitur, de humilitate, & quattuor homilias de laudibus Virginis matris: nam hunc habet titulum, super illum videlicet locū Euangelij apud Lucam, ubi dicitur: Missus est angelus Gabriel. Necnon & apostoliam ad quemdam amicum nostrum, ubi aliqua

Ps. 61. c

2. Cor.

12. b

G

H

Luc.

aliqua

D. Bernardi Epistola.

aliqua differui de Cluniacensibus & nostris, id est, Cisterciensibus obseruantijs. Sed & paucas ad diuersos epistolas dictaui. Aliqui fratres ex his qui me coram audiere loquentem, suo stylo exceperunt, & penes se retinet. Vtinam, quod minime spero, nostra vobis in aliquo possit esse officiosa rusticitas.

Item ad eundem. Epistola XIX.

Tempus est vt promissum exigā, vtq. probem ne forte frustra de vobis semper confisus sim, ex quo vestram & noticiā merui & amicitiam. Mihi siquidem vos praestitisse confidite, quiddid opis vestrae illi Rhemenses legati sibi esse persenserint. Non quia me tanti putem, haec audeo, sed quia vos promissistis, vtrumne dignē, vos videritis.

Ad Haimericum Cancellarium, vide supra. Epistola XX.

Viro Illustri Domino Haimerico sanctae Romanae Sedis Cancellario, frater Bernardus de Clauualle salutē & orationē. Quia semel coepi, loquar, & loquar ad vos, eroq. importunus, sed importunus caritatis, sed veritatis, sed iustitiae. Nā et si tanti non sum vt Romae habeam propria negotia, nulla tamen quae Dei esse constiterit a me duco aliena. Quapropter si verā id mihi gratiae apud vos manet, quod multorum habet opinio, liceat illud obsecro Legatis Domini Archiepiscopi Rhemensis in praesenti negotio experiri. Nil quippe eos nisi quod iustum est perficere vel quaerere suspicamur.

Ad Martham Legatam. Epistola XXI.

Fuit quidem parere paratum cor meum, sed non aequē & corpus meum. Scruentis iniquidem acuta febris exusta ardoribus, & exhausta sudoribus, nō valui sustinere spiritui prompto caro infirma. Volui ergo, sed prauiolanti voluntati obstitit ea quam dixi occasio. Quae an iusta sit, ipsi iudicent amici nostri, qui me omni exclusa excusatione obedientiae rebus circumclusam, quotidie de claustro ad ciuitates pertinere mouent.

Simulque attendant istam meam occasionem non fallaciter adinuenisse, sed grauius pertulisse, vt vel nunc experiantur, quia non est consilium contra consilium Dei. Quibus si ego respondiissem. Exui tunicam meam: quomodo induam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? profecto indignarentur. Nunc autem diuino aut succēscant aut acquiescant iudicio: quod factum est, vt et si velim, non valeam proficisci. Sed grandis, inquit, fuit causa, grauisq. necessitas. Quarendus ergo fuerat, qui grandibus diffinendis fuisset idoneus. Si me talem putant, ego me talem non esse se quaquam puto, sed scio. Denique siue grandia sint siue parua, ad quae me ita perurgent, ego causam non habeo. Quaro siquidem, facilia sunt an difficilia, quae ad perturbandum amicū silentium tanloperē imponere curatis amico? Si facilia, absque me possunt fieri. Si difficilia, per me non possunt effici. Nisi forte tanti estis mor, cui grandia & impossibilia referuntur: tamquā ea ego possum, quae nemo alius facere potest. Quod si ita est, Domine Deus meus quomodo tuum de me solo frustratū est iudicium, ponens sub modio lucernam quae poterat lucere supra candelabium: & vt apertius loquar, tentans me facere monachum, & volens abscondere in tabernaculo tuo in die malorum, hominem necessarium mundo, sine quo episcopi non possunt sua pertractare negotia? Sed & hoc mei mihi necessarii praestiterunt, vt nunc quoque videat loqui turbatus homini, cuius nunquam nisi feruus, & cum omni iugunditate seico recordari. Non tamē vobis dico parerē, noueritis quia paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata vestra. Vestrae autem indulgentiae erit parcere mihi, vbi parcendum decreueritis.

Ad Humbaldum archiepiscopum Lugdunensem. Epistola XXII.

Rueren tissimo Domino & patri sup Humbaldo Lugdunensi Archiepiscopo, & Romanae Sedis Legato, frater Bernardus Clauualis abbas, si quid potest peccatoris oratio. Dominus Episcopus Meldensis cum accepit literas vestras, forte tunc ad nos visitandi gratia veniebat: Cumq. iam e domo nostra rescribere pararet, suis nostras tamquam

tanquam vestri familiaris litteras iungere curavit, suo sperat negotio profuturas. Cui si non possem negare quod vellet, id solum vestre reuerentiæ familiariter breuiterq; intimandum putavi: quia si aduersus Episcopum querentem, quæ sunt Iesu Christi homines seipfos amantes, & quæ sua sânt querentes audieritis, hoc nec vestra congruit dignitati, nec officio.

Ad Antonem Trecentem Episcopum.
Epistola X XIII.

Pauperi Episcopo pauper Abbas, paupertatis consequi præmium, quod est regnum cælorum. Laudarem vos, & iure laudarem, si non me reuocaret illa sententia. Neminem laudaueris in vita sua. Siquidem rem laude dignam egistis, sed ei laus ascribenda est, à quo accepistis & velle & perficere quod merito laudaretur. Deum ergo per vos, & in vobis operantem glorificamus, qui tamē hoc in vobis voluit glorificari, vt & vos redderet gloriosum. Qui nimirum cum sit mirabilis in maiestate sua, etiam in sanctis suis gloriosus apparere dignatur, ne solus habeat gloriam. Ipse nempe licet sibi sufficiens sit ad omnem magnificentiam, quærit tamen gloriam & in sanctis, non vt augeat sibi, sed vt suis communicet. Nouit autem qui sunt eius, sed nobis non facile innotescunt, nisi cum ipse reuelare dignatur. Scimus sanè de qualibus scriptum est: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et quia vobis hæc ipsa sententia non congruit, nihilominus modo cognoscimus scriptum quoque est: Quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Flagellatum videro, & emendatum, vt aliud suspicer quam vnum esse ex filiis? Porro correptionis vestre clarum vobis insignis tenemus, ipsam paupertatem nunc vobis. Nobilis reuera titulus paupertatis, quam ipse Deus ore commendans propheta: Ego sum, ait, vir videns paupertatem meam Super omnes regios thesauros, hic vos titulus nobilitatis amplius, & reddit illustrem. Scio me ex scriptura commemorasse superius, non esse laudandum hominem in vita sua. Verum quomodo me possum cohibere à laude illius, qui post aurum abire iam desijt, & sperare contempsit in pecuniæ thesauris? De quali

Oper. D. Bern. Tom. II,

nimirum Scriptura sic loquitur. Quis est hic? & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. An fortasse non est quidam laudandus homo in vita sua, quæ tentatio est super terram; nec ideo tamen laudandus non est, cum mortuus peccato viuuit Deo? Vana quidem laus & seductoria qua laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, in qua qui me beatificat, in errorem inducit: sed non idcirco prædicanda, & multum commendanda non erit illius vita, qui dicere potest: Viuo autem iam non ego, viuuit verò in me Christus. Cum ergo laudatur homo in quo iam viuuit non ipse, sed Christus: non in sua laudatur, sed in Christi vita, ac per hoc non laudatur, contra sententiam, quæ prohibet hominem laudari in vita sua. Cur denique dignus meis laudibus non erit, quem sui quoque nominis Deus laude dignatur, dicente Dauid: Pauper, & inops laudabunt nomen tuum? Laudatur Iob, quod sua patienter amisit, & non laudabitur Episcopus, qui & libetè dimisit, & liberaliter distribuit? Non expectauit mortem, quando iam nec dare nec retinere in sua haberet potestate: quod vtiq; multi faciunt, quorum videlicet testamentum non nisi in mortuus consumatur, sed adhuc inter spem vitæ metumq; positus mortis, viuens libensq; dispersit, & dedit pauperibus, vt iustitia eius maneret in sæculum sæculi. Numquid, & pecunia mansura similiter erat in sæculum sæculi? Bona ergo recompensatio iustitiæ pro pecunia, quando pro eo quod teneri non poterat, id restitutum est, quod feliciter maneat in æternum. Melior est enim incomparabiliter iustitia, quam pecunia, quod illa dicit, & repleat arcam, hæc animam. Denique sacerdotes Dei induuntur iustitia, & multo vtiq; decentius, & ditius quam auro, vel serico. Sed gratias Deo, qui iam harum rerum iam vobis gloriæ transitorie gloriosum est operatus cõtemptum, dum de animæ periculo saluberrimum incussit metum. O mira circa vos diuina clementia. Mortem intenuit, ne inferret. Formidare vos voluit, quam vos noluit experiri. Cum hoc fecit, quid effecit nisi ne vestra vobis essent cariora quam vos? Inter medullas artuum febris acuta sæuiebat, & tardante sudore, cruciatus vehemens indies ingrauescebat. Cūque iam foris membris frigeſcentibus calor molatissimus introrsum se colligens, ex-

C hausta

hausta longa inedia viscera depasceres, pal-
lidæ interim mortis ante oculos tristis ver-
sabat^r imago. Et ecce tãquam de supernis
vox emissa diuinitus insonuerit: Ego sum,
ego sum, qui deus non te, sed iniquitates
tuas. Mox vbi sacerdos Dei, vt pauper mo-
reretur, sua omnia pauperibus erogauit, eg-
perunt subito de intimis desperati iam su-
doris inopinati fontes erumpere, sicq. ani-
ma pariter, & corporis suo ordine salus v-
traque procedens, liquido monstrauit, in vo-
bis adimpletum quod in scriptura sua pol-
licetur Deus. Ego occidam, & ego viuere fa-
ciam, percutiam, & ego sanabo, & non est
qui de manu mea possit eruere. Percussit
carnem, vt anima sanaretur. Occidit auari-
tiam, vt iustitia viuereis. Sic viuificatus, &
sanato quid sperandum est, nisi vt iam non

Esai. 43.
d

Deut. 32

C

Ioan. 5. c

Pf. 117.

Ibidem.

fit, qui vos de manu Dei possit eruere? si ta-
men euangelicum illud consilium obserua-
re non negligitis: Ecce sanus factus es, iam
noli peccare, ne deterius aliquid tibi contin-
gat. Quod videlicet idcirco præmonet pius
pater, quia non vult vt contingat, quippe
qui non vult mortem peccatoris, sed ma-
gis, vt conuertatur, & viuat. Et merito
Quæ enim utilitas in sanguine peccatoris?
Non enim inferius confitebitur Deo, ne-
que mors laudabit eum, sed vos qui viuistis
benedicitis Domino, & dicitis: Non moriar,
sed viuam, & narrabo opera Domini. Et il-
lud: Impulsus euerfus sum, vt caderem, &
Dominus suscepit me.

Ad magistrum Gilbertum vniuersalem Epi-
scopum Londoniensem. Epist.

XXIIII.

Longe satis exijt sermo quem feci-
sti, & magnũ dedit suauitatis o-
dorem, ad quoscumque potuit
peruenire. Extincta est auaritia,
cui non suauē redoleat? Caritas regnat,
cui dulce non sapiat? Quando hoc cogno-
scunt omnes quia verè sapiens sis, qui sapien-
tiæ hostem maximum contriuisi; hoc cer-
tè, & tuo sacerdotio dignũ, & nomine. Ta-
li profecto decebat specialem tuam philo-
sophiam clarescere testimonio, hoc præcla-
ra illa tua studia sine compleri. Verè illa
& indubitata sapientiæ est, quæ turpia luera
cõtemnit, & indignum sibi iudicat eodem
cum idolorum seruitute contubernio frui.
Non magnum fuit magistrum Gilbertum

Episcopum fieri, sed Episcopum Londoni-
sem pauperem viuere, id planè magnificū:
Nec .n. tanto nomini quidquã augere glo-
ria potuit sublimitas dignitatis, auxit autem
plurimũ humilitas paupertatis. Pauperie m-
æquo animo ferre, virtus patientiæ est: spõ-
te appetere, sapientiæ laus est. Laudatur de-
nique, & ad mirabilis prædicatur, qui post
aurum non abiit: qui verò & abiecit, plus
nihil merebitur? Nisi quòd vigilatio mi-
randum minimè ducit, si sapiens sapienter
agit, & ille sapiens, qui in cunctis huius mũ-
di sapientum litteris, & studijs ludeas, om-
nem quoque studuit, & potius diuina quod-
dammodo reuocare, & renouare scripturã.
Quid enim? Dispersisti, dedisti pauperibus
sed pecuniam. Quid vero pecuniæ est ad il-
lam quam pro ea commutasti iustitiam? Iu-
stitia, inquit, eius manet in sæculum sæculi.
Num ita, & pecunia? Quæstuosum sanè ho-
nestumq. commercium, illam quæ præterit,
pro illa dare, quæ permanet. Sic semper tibi
negotari domi, bone, & omni laude pro-
sequende magister. Superest, vt laudabile
principium condignum cõsequatur finem,
& cauda hostiæ capiti coniungatur. Bene-
dictionem tuam libèter accipimus, præfer-
tim, quòd tanta tuæ huius perfectionis fue-
rit cumulata iucunditate. Latorem episto-
læ etsi pro seipso satis cõmendabilem, tamè
etiam pro me vestræ magnificentiæ esse cu-
pio commendatum. Est siquidem mihi pro
sua honestate, & religioſitate carissimus.

E

Ad Hugonem Rotbomagensem Archiepisco-
pum. Epistola XXV.

SI dici malitia inualescit, non præ-
ualeat. Si turbat, non perturbet.
Mirabiles relationes maris, sed mi-
rabilior in altis Dominus. Beni-
gne, si non dissimulas, egit tecum vsque ad-
huc superna miseratione, pareat illustriſ.
Pro uida namque dispensatione, non prius
præfectus es malis, quam inuocatus bonis,
quorum consortio, & exemplo bonus fe-
res, vt sic postmodum etiam inter malos
uiuere bonus posses. Et quidem inter bo-
nos bonum esse, salutem habet, inter ma-
los verò, & laudem. Illud tantæ facilita-
tis est, quantæ & securitatis: hoc tantæ
virtutis, quantæ & difficultatis. Quale
nempe est istud, tangere picem, & non in-
quinari ex ea, in igne sine lætione versari,
&

& in tenebris absque caligine? Palpabant quondam tenebras Aegyptij, cum tamen

Exod. 10 de populo Dei scriptura dicat. Vbicumque Israel erat lux erat. Erat Dauid verus Israelita. & ideo caute dicebat se habitare non

Pf. 119. in Cedar, sed cum habitantibus Cedar, tamquam qui semper habitaret in lumine, licet ipsi fuerit cum habitantibus Cedar, corporalis cohabitatio. Vnde & arguit quosdam non veros Israelitas, quod commixti inter gentes didicerint opera eorum, & factum sit illis in scandalum. Dico ergo. Sufficiebat tibi apud Cluniacenses custodire innocentiam, sicut scriptum est. Cum viro innocente innocens eris. Porro apud Rothomagenses est opus patientia, quemadmo-

2. Tit. 2. dum docet Apostolus: Seruum Dei, in-

quiens, non oportet litigare, sed magis patientem esse ad omnes. Nec solum patientem, qui nolit vinci à malo, sed & pacificum qui vincat in bono malum Alterum, vt malos portes, alterum, vt & quos sustines, san-

Luc. 21 In patientia tua possides animam tuam: sed sis etiam pacificus, vt & commissas tibi

Pf. 119 oues possideas. Quæ tanta gloria, quam dicere posse: Cum his qui oderunt pacem, erã pacificus? Esto ergo patients, quia es cum malis: esto pacificus, quia præes malis. Habeat caritas zelum, sed adhibeat pro tempore modum seueritas. Censura quidem numquã remissa, intermissa tamen plerumque plus proficit. Vigor iustitiæ semper feruidus, sed numquã præceps. Sicut non omne quod libet licet: sic nõ omne quod licet, statim etiam expedit. Hæc melius me ipse nosti, ideoq. supersedeo. Orari pro me instantanter postulo, quia incessanter pecco.

Ad Guidonem Lausennensem Episcopum.
Epistola XXVI.

MAnum vestram misistis ad fortia, opus est fortitudine. Speculator domui Israel factus estis, opus est prudentia: sanientibus, & insipientibus debitor estis, opus est iustitia. Postremo maxime temperantia opus est, ne qui alijs prædicat, ipse (quod absit) reprobus fiat.

Ad Arduossem Gebennensem electum.

Epistola XXVII.

CRedimus electionem tuam esse à Deo, quam tanto cleri populi. consensu fuisse celebratam accepimus. Gratulamur gratiæ eius, ne dicam meritis tuis: quoniam ne tibi plus quam oportet blandiamur, non ex operibus iustitiæ, quæ fecisti, sed secundum suam misericordiam hoc fecit tibi. Si secus tu (quod absit) sapiis, erit exaltatio in ruinam. Si autem cognoscis gratiam, vide ne in vacuum acceperis. Bonas fac de cetero vias tuas, & studia tua, & ministerium sanctum: si vitæ sanctitas non præcessit, sequatur saltem. Tunc verè fatebimur te preuentum in benedictionibus dulcedinis, tibi de bonis meliora sperante. Exultabimus, & lætabimur, quod fidelis seruus, & prudens cõstitutus sit super familiam Domini futurus ex hoc filius felix, & potens, super omnia bona patris constituendus. Alioquin si altiore, quam meliorem esse delectat, non præmium, sed præcipitum expectamus. Optamus, & oramus ne hoc contingat: parati, si opus est, obuias manus apponere, & pro nostro exiguo posse iuuare, ad id potius, quod decet, & expedit.

Ad eundem iam Episcopum.

Epist. XXVIII.

Præbet audaciam caritas, vt fiducia-
lius loquar tibi. Cathedra, carissime, quam nuper sortitus es, hominem multorum expetit meritum: quæ in te, aut nulla, aut non quantum satis est, præcessisse dolemus. Siquidem & facta tua, & studia tua præterita, in nullo profusã visã sunt Episcopali conuenire officio. Quid tamen? Non potest Deus de lapide hoc suscitare filium Abraham? Non potest facere Deus, vt quæ præire debuerant bona, vel subsequantur? Quod utique, & libentius accipimus, si contingat. Nescio enim quo pacto plus placebit subita hæc mutatio dextere excelsi, quam si vitæ prioris merita suffragantur. Dicemus nempe, quia à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Sic Paulus ex persecutore Doctor gentium factus est. Sic Matthæus de The-lonio vocatus: sic Ambrosius de palatio assumptus

sumptus est: iste ad Episcopatum, ille ad Apostolatam. Sic alios quam plures nouimus de vita, & habitu seculari vtiliter extitisse promotos. Denique nonne multos vbi superabundauerunt delicta, videtur superabundare & gratia? Et tu igitur carissime, his atque huiusmodi animatus exemplis, præcinge, sicut vir lumbos tuos, bonas facito deinceps vias tuas, & studia tua, quantum nouissima tua antiqua sopiant, & delicta iuuentutis tuæ deleat vespertina correctio. Paulum imitari curato in honorificando ministerium tuum. Honorificabis autem grauitate morum, maturitate consiliorum, ac tua honestate. Hæc sunt quæ officium Episcopale maximè nobilitant, & ornant. Omnia fac cum consilio, nec tamen omnium, aut quorumcumque, sed tantum honorum. Bonos in consilio, bonos in obsequio, bonos habebas contubernales, qui vite, & honestatis tuæ, & cultores sint, & testes. In hoc enim te bonum probabis, si testimonium à bonis habueris. Sint pietati vestræ commendati pauperes fratres nostri, qui circa vos sunt. Alpeses illi de Bonomonte, & illi de Aitacumba. In his experiemur, quanta vobis de nobis cura sit.

*Ad Stephanum Metensem Episcopum.
Epistola XXIIX.*

Stephano Metensis Ecclesie Dei gratia strenuo ministro, eius in Christo humiles fratres de Claraualle, salutem & orationes. Ex quo dudum (si recolitis) nostræ vos fraternitati dignanter sociastis: nostris vos orationibus humiliter commendastis, semper solliciti fuimus (vt debuimus) aliquid scire de esse vestro, & euentus vestros crebro sciscitari studuimus à quibus potuimus, desiderantes iugiter, & orantes, vos prosperari in Dei opere, ad quod assumptus fueratis, & gressus vestros dirigi in seuita mandatorum ipsius. Benedictus itaque Deus, qui non auouit orationem nostram, & misericordiam suam à vobis: latificans vtique nos per hunc venerabilem fratrem Guglielmum: cuius profecto non minus verbis, quam nostris credimus oculis de vestra sospitate, & prosperitate, ac pace, per vos Ecclesie reddita. Congratulamur vobis, sed damus gloriam Deo scientes quod estis, & quod potestis, ipsius, non vestrum esse. Quod & vos semper senti-

re in vobis amicabiliter admonemus, ne nihil, & esse, & posse incipiat, si quid aliter sapitis, & vestris (quod absit) meritis, vel vobis quippiam horum asseribitis. Alioquin verendum ne pax vestra conuertatur in perturbationem, & prosperitas in aduersitate: sic nimirum illo iuste iudicante, qui vt humilibus gratiam dare, ita & superbis resistere consuevit: qui & non solum cum sancto sanctus, sed & cum peruerso peruersus, in Psalmo legitur: nec tantum faciens pacem sed & creans malum, per Prophetam describitur.

*Pf. 17. d
Isa. 45. b*

*Ad Alberonem Primicerium Metensem.
Epistola XXX.*

Honorabili viro Alberoni, Dei gratia Metensis Ecclesie primicerio fratres qui in Claraualle qualicumque obsequio seruiunt Deo, salutem & orationes. Fidelem curam vestram in his, quæ Dei sunt, esse olim, & audieramus, & videramus, sed nunc in nobis ipsis experiendo peruersimus. Ceterum, cum in his, quæ nuper à vobis missi fratres, vestro quidem consilio suggererent Episcopo, & vestram beneuolentiam, & ipsius Episcopi promptum teneamus assensum: quia tamen Dei quoque beneplacitum in omnibus, & his maximè, quæ ad eum pertinent, ante omnia, & super omnia necesse est nos & inquirere, & custodire, idcirco ad comprobandum certius, quid ipse de hac re potius velit, rem sicut inter Episcopum, & monachosque, conuenerat vestra vtique industria medianas, & ordinare qualiter fieri deberet, & hortante, vt celeriter, & iuuante, vt honorabiliter heret: non quidem omittendam, sed vsque post mentionem, tum pro vestra, tum pro temporis opportunitate expectanda, necessario intermittendam esse putauimus. Iam vero tunc, si & Episcopi voluntas in eodem persistiterit, & vobis amittimus id ipsum, quæ, vt modo placuerit, tali coniectura Dei quoque esse consilium securus adfidentes speramus nos vestre vtiusque deuotione iuxta, quæ duxerunt, satis esse facturos. Arbitramur enim acceptum esse Deo, si quantum in nobis est, nemini oneri esse ista iuerimus: ne non tam fructui, quam datum in hoc eius negotio requirere (quod absit) videamur, & præcipue vestris nos maioribus, atque instantioribus occupationibus

M

tionibus sub huius rei occasione importunus ingerere, & molestos cum necesse non est vobis exhibere, & hoc gratum non esse Deo, & nostris scimus moribus non congruere.

Ad Hugonem comitem Campaniæ, militem Templi factum, Epist. XXXI.

SI causa Dei factus es ex Conite miles, & pauper ex diuitie: in hoc profecto tibi, vt iustum est gratulamur, & in te Deum glorificamus, scientes quia hæc est mutatio dexteræ excessi. Ceterum, quod tua iucunda præsentia nobis, ita nescio quo Dei est subtracta iudicio, vt ne interdum quidem te videre valeamus, sine quo numquam, si fieri posset, esse vellemus, hoc æquamiter (fateor) non portamus. Quid enim? Possumusne obliuisci antiqui amoris, & beneficiorum, quæ domui nostræ tam largiter contulisti? Vtinam ipse pro cuius amore fecisti, in æternum non obliuiscatur Deus. Nam nos quantum in nobis est, minime prorsus ingrati, memoriam abundantia suauitatis tuæ mente retinemus: & si liceret, opere monstrarem. O quam libenti animo, & corpori tuo pariter & animæ prouidissimus, si datum fuisset, vt simul fuisset.

A Quod quia non est, restat vt quem præsentem habere non possumus, pro absente semper oremus.

Ad Abbatem Sancti Nicasi Rhemensis. Epist. XXXII.



Vanto tibi affectu condoleam, scit ille qui nostros omnium dolores in corpore suo tulit. Quam libenter tibi si scirem consulerem, si possem succurrerem: tam efficaciter ipse mihi, qui omnia scit, & omnia potest, in cunctis meis necessitatibus consulat, & succurrat. Si frater Drogæ de sua discessione me consulisset, absit vt consentirem. Si post discessionem ad nos diuertisset, absit vt susciperem. Denique quod solum potui, ad Abbatem qui eum suscepit nostras mox (sicut scis) pro eo literas misi. Et nunc super hoc quid tibi ultra possum facere pater? Iam vero quantum ad te pertinet optime mecum nouit sanctitas tua profecto solere viros, non solum in spe,

Opus D. Bern. Tom. 11.

sed & in tribulationibus gloriari, consolante eos scriptura, & sic loquente: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio. Et iuxta est Dominus his qui tribulatio sunt *Eccles. 27.* corde. Et per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cælorum. Et omnes qui pie volunt viuere in Christo, perfectionem patiuntur. Nec ideo tamen immerito his quos in anxietate positos videmus, amicis nostris compatimur: quibus vtique dum exitum ignoramus, defectum metuimus, quoniam quidem, sicut sanctis, & electis tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit: sic dampnandis, & reprobis tribulatio patitur e contrario pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatione desperationem, & illa interimit. Ne ergo hæc te tam horrenda (quod Deus auertat) demergat tempestas aquæ: ne huius tam tremendæ abyssi absorbeat profundum, neve vrgeat super te tam inexplebilis puteus os suum. sollicitè studeat humilis prudentia tua non vinci à malo, sed vincere in bono malum. Vinces autem, spem tuam in Deo fortiter figendo, & rei finem longanimitè expectando. Et si quidem ille respicerit, siue ob tui timorem, siue ob suum laborem, bene. Sin autem, bonum est tibi humiliari sub potenti manu Dei, & nequaquam velle resistere supernæ dispositioni, quia si ex Deo est, non poterit dissolui. Conandum est potius illi, tuæ licet iustæ indignationis stimulos tibi repræmere sententia, quam quidam sanctorum in simili fertur causa protulisse. Siquidem in stigmatibus eum quibusdam fratribus, atque increpantibus, cur suum, in sui iniuriam, ab alia susceptum ecclesia fugitium non requireret. Nequaquam, inquit, vbiicumque enim est, si bonus est, meus est. Fraudulenter tibi, & non fideliter consilio, si ipsum à me ipso non exigo. Nam cum vnus noster non solum religione professus, sed & carne propinquus, Cluniaci, me inuiti, & susceptus sit, & detineatur, doleo quidem, sed iuleo, orans & pro illis, vt velint ablatum reddere, & pro illo, vt velit sponte redire, sin verò, seruans ei vindictam qui facturus est iudicium iniuriam patientibus, & aegere habet in æquitate pro mansuetis terræ. Fratrem Hugonem de Lausanna ore tuo, & nostro spiritu commonemus non obsequi spiritui credere, & ne cito moueatur, certa

D. Bernardi Epistola.

pro incertis deserere: sciens diabolum soli semper perseverantique insidiari, quam solam virtutum novit coronari, tutiusque esse in ea vocatione qua vocatus est simpliciter perseverare, quam sub specie, quasi melioris boni, id quidem, quod iam cepit, amittere: nec ad id quod praesumit, fortassis sufficere.

*Ad Hugonem Pontiniacensem Abbatem.
Epistola XXXIII.*

Dilectissimo suo Domino Hugoni Abbati, frater Bernardus de Claravalle, idem quod sibi. In nostris prioribus literis, aut ego quantum ex vestris perpenditur minus aperte scripsi, quod volui, aut vos aiter illas intellexistis, quam debuistis. Si quidem qua vobis de monachi illius suspensione euentura denunciaui, veraciter ita timui, & adhuc timeo, vt scripsi. Non tamen ad hoc illa vobis praedicere studui, quod vel suaderem, vel consulerem, vel certe, vt scribitis, censerem illum debere reddi, quippe, qui ipsius iam dudum feruentissimum desiderium noui, & ei potius, quod nunc illud adimpleuerit, debeo congratulati. Sed cum a familiarissimo nobis Abbate eius, & ab Archiepiscopo Rhemen- si, nostrae litterae ad requirendum illum vehementer exigerentur, vt a me, si fieri posset, omnem depellerem suspicionem: tales prout sciui dictare curavi, quibus & ipsis satisfacerem, & vos contra eorundem imminentes calumnias vobis illas non tace- do praemunirem. Haec me ita in illis literis sensisse vestram sagacitatem, vel ex eo aduertere posse credidi, quod in fine illarum posuisse me memini: si tamen eo a vobis oculo legerentur, quo a me scriptae fuerunt. Nam cum denunciatis malis, qua non immerito vobis metuebam, tandem inferrem, quod si haec omnia pati melius ducitis, quam illum amittere, mea nihil interest, vos videritis. Aut enim ipsa mea verba sunt haec, aut prope ipsa; cum itaque hoc in fine dixi: quid aliud vobis, quam illa superiora dispensatorie (vt non dicam simulatorie) a me ita scripta fuisse latenter intimaui? Quod vero scripsistis me per nuncium eidem monacho, de quaerenda, si ad nos diuertisset, ipsius absolutione priuatim insinuassee, veritatem testor hoc verum non esse. Ego ne de notissimo mihi monasterio

vel iactarem, vel sperarem monachum me posse suscipere, quem nec vos quidem puto sine grandi scandalo posse retinere? Sed esto. Inuidebam illum vobis, & mihi attrahere gestiens, aliquid de eius obtinenda absolutione machinari me posse sperabam, siue fingebam. Sed numquid credendum fuit me hoc meum consilium ipsi nuncio, quod vtique contra suum monasterium excogitaueram, voluisse patefacere? Sed iam ne quod de nostra erga vos dilectione hucusque credidistis, falso vos credidisse inueniatis, pro vestra, vt video causa, non saltem, aequè vt pro mea, immo multo amplius laborandum est mihi, & hoc non quomodo hucusque solebam, vt videlicet nostra vnanimitas fortius solidetur, sed ne penitus dissoluatur. Quid dicam vobis? Ego certe, nec vobis, nec de vobis tale aliquid credere possem, quale vos sola de me suspitione diuinastis. De cetero nouerit vestra benignitas, Comitum Theobaldum nostras pro Humberto litteras iam recepisse, sed necdum suo mihi rescripto quidquam respondi. Quid super hoc vobis agendum sit, ipsa vos melius pietas docebit, si pie hominis iniuste exultantis misericordiam pensare non negligitis.

*Ad Drogonem monachum, vide supra.
Epistola XXXIV.*

QUAM non immerito tui iam dudum non mediocri fueram affectus amore, nunc apparer dilectissime Drogo. Et ante quidem totum pulchrum, totum erat amabile quod cernebas, sed ego nescio, quid aliud de te supra id quod videbam, aut audiebam ex te, excellentiori dignum veneratione praesentem. Numquid forte caelestis sponsi, cuius nunc artius castus te amplexibus impreflisti, iam tunc vocem audieras dicentis ad pudicissimam virtutem tuam animam tuam. Tota pulchra es amica mea, tota pulchra absque eo, quod intrinsecus lateret? Quid fecisti? Quis hoc crederet? Sanctorum te a religiosissimum tota ciuitas personabat, ita vt nihil tibi addi posse crederetur ex omnibus bonis, & tu velut de saecularibus vnus, monasterium tanquam saeculum deserens, iam attritum Christi sarcina colulum, nouae rursus obseruantis disciplinae submittere non erubescis? In te nunc fra-

Cont. 4.

ter veram probamus illam esse sententiam, qua dicitur: Cum consummatus fuerit homo, tunc incipit. Indicum ergo tuæ consummationis est quod nunc cepisti, & in quo arbitrabaris te non comprehendisse, iam comprehenderas. Nemo quippe perfectus, qui perfectior esse non appetit. Et in eo quod perfectiorem se probat, quod ad maiorem tendit perfectionem. Sed ecce carissime, is cuius invidia mors intrauit in orbem terrarum, arcum suum tetendit, & parauit illum: & quia pulsus de corde tuo intus potestatem amisit, foris sauiet quantum poterit. Et ut apertius loquar, nescis quia Pharisæi scandalizati sunt in hoc verbo quod fecisti? Sed memento non omnium scandalum magnoperè esse curandum, iuxta responsionem Domini dicentis: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Melius est enim, ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur. Memento, qui natus fuit in ruina, & resurrectionem multorum, & non mireris, si tu quoque alijs quidem sis odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem. Si maledictiones intentauerint, si anathematatum intorserint spicula, audi Isaac pro te respondentem: Qui maledixerit tibi sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Sed & tu muro inexpugnabili conscientie tue circummunitus de intus, responde, & dic: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Non enim confunderis cum sic loqueris inimicis tuis in porta. Confido autem in Domino, quod si ad primos ictus fortiter steteris, & nec minis eorum cesseris, nec blandimentis, citò conteres satanam sub pedibus tuis, & tunc videbunt resti, & lætabuntur, & omnis iniquitas opilabit os suum.

*Ad magistrum Hugonem Farsium,
Epistola XXXV.*

Carissimo fratri, & Coabbati suo Hugoni, frater Bernardus debuit sincerissimæ dilectionis affectum. Humbertum itum inuente (ut aiunt) exheredatum, cuius nos pro Dei amore apud vestrum Comitum causam ueni suscepimus, de vestra confidentes caritate vestro patrocinio committimus, per vos (ut fideliter speramus) terræ prin-

cipi, cæli domino cooperante, reconciliandum patriæ, uxori, filijs, rebus & amicis suis restituendum. Hoc autem fatagendo, & egenum de manu peccatoris liberabitis, & oppressoris ipsius nihilominus saluti consulētis, nobis quoque vos non mediocriter officiosam exhibebitis: sed & officium implendo pacificorum, vobis inter filios Dei sedem in excelso collocabitis. De cetero Epistolam illam quam ad me iam olim scribere sanctitas vestra dignata est, non me (sicut vos audisse audiui) incendio tradidisse, sed penes me adhuc seruare noueritis. Quid enim hoc luoris, in dō furoris fuisset, opus vtile, & laudabile, vbi nihil nisi quod sanæ fidei, quod doctrinæ saluberrimæ, quod ædificationis spiritualis est deprehendi, temerario damnate iudicio? Excepto quia inter amicos contra veritatem nulla debet esse meticulosa (cum sit periculosa) palpatio: quod hoc me fateor mouit, & mouit, & mouet, quod illam inter nos iam ante habitam de sacramentis collationem, in principio prædicti opusculi defendere, & astruere conati estis. In qua utique collatione, si vestræ summæ sententiæ bene meministis, an sensui conueniat, vel congruat Ecclesiastico, vos videritis. Vestræ autem ingenuæ humilitatis est non erubescere corrigi, si quid aliquando aliter sapuistis. Valete.

Ad eundem. Epistola XXXVI.

Dilectissimo suo, & olim, & modo, Dei gratia sancto Abbati Hugoni, frater Bernardus de Claraualle irreuerberatum sin cere dilectionis affectum. Ad litteras vestrę dignationis licet quidem breuiores quā cupierim, lengiores tamen quam meruerim rescribere largius, & debui, & volui, sed festinans nuncius non permisit. Ne tamen vacuus omnino recederet, pro tantis, quarum me debitorem agnosco, has tantillas, quas & vix expectauit, velocissimè reddidi. Vbi primum breuiter ac veraciter insinuo antiquum nostrum, & dilectorem, & dilectum totis me caritatis visceribus, & suscipere, ut catholicum, & suscipere ut sanctum, & amplecti, ut charissimum. Siquidem de integritate fidei, credo vestræ confessioni, famæ, & opinioni, de sanctitate, de affectu quem erga vos me ha-

bere protestatus sum propriae conscientiae. Nam quod illius sententiae, quae mea simplicitati merito, vt mihi videbatur, scrupulum mouebat, oblitum vos esse fatemini, tam libenter accipio, quam laetus compendiosam purissimae veritatis assertionem in litteris vestris nouissimis lego, ita, vt me potius sensa vestra non intellexisse, quam vos quippiam mali sensisse penè crediderim. Deinde modestiae vestrae fraterna praesumptione confuso, quatenus episcopum sanctum, & doctum quem quiete viuere permistis mortuum inquietare desinat, ne dum non valentem pro se respondere reprehendit, magis hoc ex caritatis inopia, quam veritatis oblitia descendere, totam pro eo respondentem ecclesiam audiatis.

K Pro Humberto sicut rogavi vos iterum rogo, vt vestram ei cum poteritis, nec consiliump desit, nec patrocinium. Valere.

Ad Comitem Theobaldum.
Epist. XXXVII.

L Audabili Principi Theobaldo, Bernardus eorum, qui in Claraualle sunt seruorum Dei, inutilis seruus, sospitatem, & pacem. Quod de nostra infirmitate vos audiui fuisse sollicitum, non mediocriter gratum habeo. In hoc quippe dum vestram erga me agnosco dignationem, Deum quoque vos diligere non dubito: Quando enim tantillum tantus, vel nosse dignaremini, nisi propter Deum? Cum ergo constet, quod diligitis Deum, & me propter ipsum, miror quomodo ad vnam Dei fiducia praesumptam petunculam, nec iniustam, vt puto, nec irrationabilem, à vobis tamen repulsus sum. Si aurum, si argentum, vel quodecumque huiusmodi, quaesissim. Sed quid dico quaesissim? Nam etiam non querens, iam plurima vestrae largitatis beneficia suscepi. Hoc autem vnum quod non mei, sed Dei causa, nec tam mihi, quam vobis à vobis postulauit, quid causae extitit, quod accipere non merui? Quid enim? Ergone iudicastis indignum, vel mihi ad petendum, vel vobis ad praebendum, vt homini Christiano quantum libet apud vos crimine accusato, postquam purgavit faciat misericordiam? Aut certe si non creditis, quod plenè se purgauerit, quia hoc in curia vestra non fecit, eiusdem rursus vos in vestri praesentia recipiatis sa-

tisfactionem, & sic consequatur indulgentiam. An ignoratis quis minetur: Cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo? Quod si iustitias, quanto magis iniurias? An non timetis quod rursus scriptum est, quia, in qua mensura mensi fueritis, remetitur vobis? An nescitis, quia quam facile vos Humbertum, tam facile, immò incomparabiliter facilius Deus Theobaldum (quod absit) exheredare possit? Et quidem in talibus vbi culpa tam aperta atque inexcusabilis esse videtur, quatenus nulla nisi cum iustitiae periculo misericordiae occasio relinquatur, etiam tunc tremens, & dolens iudicem vos exhibere debetis, magis videlicet officij compulsus necessitate, quam vindicandi libidine. Vbi autem obiectum crimen, aut minus certum esse cognoscitur, aut excusandum suscipitur, hoc non solum non renuere, sed & libentissimè debetis amplecti, laetus nimirum quod salua iustitia, pietas vestra locum inuenerit. Ecce hoc secundo vestrae supplico eximietati, vt sicut Deum vobis vultis misereri, ita vos Huberto miseretamini, siue illa vobis promissione dominica bladiante: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: si ne illa vos comminatione terrente. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam. Valere.

Ad eundem Epist. XXXVIII.

P IO Principi Theobaldo, Bernardus Abbas de Claraualle salutem, & orationes. Valde timco ne occupatissimis auribus vestris, crebris interpellationibus meis praesumptuosus me ingrendo molestus fiam. Sed quid faciam? Si vos offendere timeo sapius ad vos scriptitand. quanto magis Deum, cui vtique magis timoris debet, timendum est mihi ne offendam non interpolando pro misero? Alias autem indulgeat mihi benignitas vestra, quia non possum non misereri illius miseri, pro quo iam en & altera vice importunus forsitan precator accessi, Humberti videlicet mendici & pauperis, & hoc facti de diuite, quod est infelicius. Non possum non compati viduae, & orphanis, sed viuo orbatu patre, quod est miserabilis. Gratas ago vobis pro gratia, quam de hac re in oculis vestris inuenire merui, & quod ipsius Humberti pro indignanter sequie-

Ps. 74. 6

Matth. 7. a

Matth. 5. 7
Iac. 2. 13

M

aequienistis veram suscipere defensionem, & quod falsam aduersus ipsum iustissime resistitis accusationem. Illud autem quod ad consummandum pietatis opus, reddendam vxori, & liberis eius suam hereditatem benignissime disposueratis, satis mirari non possum quid impedierit, vt tam pium verbum vestrum necdum factum cosequutum sit. Et quidem in alijs principibus si quando verbum leuitatis, aut etiam falsitatis deprehendimus, nec nouum, nec mirum reputamus. At verò apud Comitem Theobaldum est, & non: nequaquam omninò patienter audimus: cui vt dicitur, simpliciter dicere, iurare est: & leue mendacium graue periurium imputatur. Inter plurima quippe virtutum insignia quæ vestram plurimum nobilitant dignitatem, & vestrum per orbem clarum reddunt, & celebre nomen, præcipue laudatur in vobis veritatis constantia. Quis ergo suo vel hortatu, vel consilio tantum robur firmissimi pectoris vestri eneruare tentauit? Quis inquam veritatis in vobis tam sanctum, tam eximium, tam omnibus imitabile principibus propositum euellere sua fraude conatus est? Falaciter non veraciter vos diligit: fraudulenter, & non fideliter vobis consulit, qui tam gloriosam de veritate famam vestram obnubilare sua cupiditate contendit, dum verbum quod os vestrum loquutum est, & verbum Deo placitum, vobis dignum, piè iustum, & iuste pium, euasare nescio qua malitia, nocendo pauperi satagit. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt eandem vos consequamini: cauete ne superbiat impius vnde incenditur pauper; & hoc potius agite, quatenus promissionis vestræ veritas compleatur: qua primum quidè Domino Norberto, deinde etiam nobis polliciti estis restitutum vos Humberti hereditatem, eius & vxori, & filijs. Valete.

Ad eundem, Epist. XXXIX.

CVM multa mihi vestræ erga me dignationis indicia præbentis, hoc me maxime toto vobis affectu dilectionis attingit, quod cum iam me vestram iam pro multis ausum fuisse interpellare dignitatem, in nullo tamen repulsum me memini. Hinc non immerito factus fidentior: iursum pro canonicis de Marzicurve non dubius precator

accedo. Non quidè pro ipsorum iure nunc precor: in tantum quippe de vestra iustitia, & legalitate confidens, vt nec hosti vestro in vestra curia placitanti de suo iure tumendum esse existimem. Sed hoc est quod pro ipsis, & cum ipsis omni qua possum absens supplicatione deponco, & quod eis omninò esse cognoui necessarium: vt videlicet ad vestræ serenitatis vultum, solito illic clementiorem atque promptiorem indulgentis accessum, quatenus vicini eorum religioni debiam discant exhibere reuerentiam, cum vos eis beneuolam esse cognouerint; Et si forte illorum seu ministrorum vestrorum res illorum iniuste contingere, aut quietem quam in Deo habere dicunt infestare in aliquo tentauerit: pro certo se sciat vestram sibi ob hanc rem, gratiam grauissimè redditurum insensam. Item aliud est quod supplex exoro. Nuper fortè per Barrum transeunti, occurrit mihi mulier satis miseranda: anima quippe eius in amaritudine era, & mea suis doloribus commouit viscera, satisque egit vris precibus ac lachrymis, quatenus pro ipsa apud vos intercedere deberem. Ipsa est vxor Belini illius hominis vestri, in quem dudum iuxta malum quod ipse commiserat, multa, & graua reddidistis. Facite cum ea misericordiam, vt, & vos apud Deum eam inueniatis. Et quia semel cœpi, loquar adhuc cum domino meo. In manu Barrensis prepositi, dudum facto duello qui victus fuit, statim ex vestra iussione oculos amisit. Insuper quoque quasi parua hæc mala essent, quod, & victus, & oculis orbatus fuerat, res ei omnes suæ à ministris vestris, sicut ipse conqueritur, ablatae sunt. Iustum est, si vobis placet, vt ei vestra pietate restitatur vnde misera eius vita possit vtrumque sustentari. Sed & filijs eius innocentibus patris iniquitas non debet imputari, quo minus si qua sunt paterna hereditent ædificia. In fine volumus vos sanctos Episcopos qui pro his quæ ad Deum pertinent in vestra ciuitate conuenerunt, omni habere acceptione dignos. Sed & ipsi legato qui vos vestramque ciuitatem tanti celebratione concilij voluit honorare, per omnia quantum in vobis est deuotus, & obediens assistatis, roborare, & cōfirmare bona quæ ab eo iussa & instituta curetis. Nostrum quoque ac vestrum pariter Episcopum, id est, Langonensem, abundantiori vt decet, honore suscipia.

D. Bernardi Epistola.

scipjatis: & de casamento quod tenetis, homagium quod debetis, reuenter ei, & humiliter offeratis. Valete.

Ad eundem. Epist. XL.

DVO vobis commendamus in homine isto, quem videtis, paupertatem & religionem: vt si vni non compaui mihi, alterum in eo reueramini, quo nullatenus id ei negare possitis, propter quod vos eum tanto labore de longe requirere curauit. Itaque etsi nō propter ipsum, certe propter vos ei succurrite, quia quantum vos illi sua paupertas: tātum, imo amplius vobis illum nec essarium facit sua æquē religiositas. Denique de multis quos iam eadem de causa ad vos misimus, nullum fuisse recolimus, de quo magis Deo placere sciamus, quā si huic benefeceris. Valete.

Ad eundem. Epist. XLI.

Timeo vos grauari in tam crebris scriptationibus nostris. Sed in hanc importunitatem vrget me Christi caritas, & amicitiorum necessitas. Hunc itaque & senem, vt videtis, & de domo, vt nos scimus, religiosā ad vos missum, non remitti vacuum supplicamus: & insuper vt vestris litteris ad auunculum vestrum regem iturum munire dignemini, rogamus. Vellem omnes seruos Dei, si fieri posset, vestros fieri debitores, qui pro mammona iniquitatis quandoque vos recipere in æterna tabernacula. Valete.

Ad Henricum Senonensem Archiepiscopum. Epistola XLII.

DOmino venerabili Henrico Senonensium Archiepiscopo, frater Bernardus, si quid potest peccatoris oratio. Placuit præstantiæ vestræ nouum aliquid nobis dictatum requirere. Grauiamur pondere dignitatis, sed dignationis munere gratulamur. Et blanditur petentis fauor, & petitionis terret exactio. Qui enim nos sumus, vt scribamus Episcopis? Sed rursus qui sumus, qui non obediamus Episcopis? Vnde dare, inde & negare compellor quod postulo. Scri-

bere tantæ altitudini, supra me est: & eidem non obedire contra me. Vtrobique periculum: sed in ea parte maius imminere videtur, si non obediero. Hac itaque exiens, quā minus apparet, facio quod iubetis. Dat quippe ausum ipsius dignitatis dignanter indulta familiaritas, & excusat præsumptionem auctoritas imperantis. Igitur ex quo regni calorū clauces, Deo auctore vobis traditas suscepistis, ac iuxta ritum fortis illius mulieris manū mittere cœpistis ad fortia, si qua vos aut egisse, quæ non deberetis, aut pertulisse quæ nolletis audiuimus: & illa agentem doluimus, & condoluitur hæc patienti. Inter hæc autem ego recordabar illorum versiculorum: Qui ascendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ascendunt vsque ad caelos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat: turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Et ideo non iudicabam, vt assolet: magis quippe ad compassionē me prouocabat huicmodi cogitatio. Si inquam, tentatio est cuiuscūque hominis vita super terrā, quantis putatis periculis patet vita pontificis, cui omnium necesse est ferre tentationes? Si ego latens in caverna, & quasi sub modio, non quidem lucens, sed fumigans, ventorum tamen impetus nec sic declinare sufficio, sed continuo tentationum varijsq; fatigatus impulsibus, instar vento agitata arundinis, hac illacq; circumferor: quid positus supra montem, positus supra candelabrum? Solus mihi seruandus, solus tamen ipse in hi sum scandalo, solus tædio, solus oneri atque periculo: ita vt propria gulæ & ventri, & oculo scadalizanti, frequenter irasci oporteat. Quibus ergo molestijs angitur, quibus lacessitur iniurijs, cui etiam etsi propria cessent, nunquam tamen de alienis defunt feris pugna, intus timores? Nuper autem nobis a vestris caribus flare cœpit aura secundior. Rumoribus siquidem recentioribus nunciata sunt de vobis salubriora, & non ex incerto fama, sed ore veridico venerabilis Meldensis Episcopi interrogatus enim dicit esse vestro, vultu auctori, & tāquam bene fidens vnde requirabatur. Puto, inquit, hominem ex hoc iam consilijs se subacturum Carnotensis Episcopi. Hoc ab eo responsum tam lætus accepi, quam certus sui consilia viri fidelissima fore. In nullo melius poterat nobis cordi vestri propositum

Gratum commendare, in nullo spem dare certiore vestri profectus in Domino. Securè (ni fallor) præfatis ambobus viris, & vos, & vestra credetis. Talibus vtendo consiliarijs, bonam vobis seruabitis, & famam, & conscientiam. Sic Dei sacerdotem, sic tantæ ciuitatis decet Episcopum, puerilibus non agi secularibusque consilijs. Omnes (iuxta *Luc. 6. d* Domini præceptum) etiam inimici diligantur: sed ad consilium soli eligantur, qui, & prudentes esse videantur, & beneuoli. Absque prudentia & beneuolentia non esse solent perfecta consilia. Propterea Dominus & imprudens discipuli, & fratrum infidele consilium refutabat, respondens impro-
Marc. 8. d 10: Non sapio. *Dei iuniorum & malucolis:*
d Vos ascendite ad diem festum huic, ego autem non ascendam. Nec istorum malitiæ, nec illius imprudentiæ se credendum putauit. Quærens denique cui se credere debeat, cui tunc sua committat dispensanda mysteria, & quasi difficile inueniens, sub admiratione interrogat. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Quamobrem & Petro curam ouium crediturus, prius eius studuit probare beneuolentiam, ter sciscitans, si se diligeret. Probauit & prudentiam, quando errantibus hominibus, & putantibus ipsum esse quempiam ex prophetis, ille prudenter veritatem aduertens, Deum potius prophetarum adfusus est: Tu es (inquirès) Christus filius Dei uiui. Vt nostro generi ab imperfectione sua. Vix in multitudine hominum vnū reperias in vtraque gratia consummatum. Haud facile siquidem vel prudenti beneuolentiæ, vel fidei inesse sapientiã deprehendas. Sine numero autem sunt, quos vtriusque muneris expertes esse cõiterit. Prudenter igitur cogitasti Sacerdotale onus, Episcopale opus, curamque pastoralem digne non posse administrari sine consilio. Hinc ipsa castorum consiliorum mater sapientia de se ipsa loquens: Ego sapientia (inquit) habito in consilio. Sed quali consilio? Numquid in qualicumque? Et eruditus *(ait)* intersum cogitationibus. Sed & quod infida consilia declinanda sint, per os Salomonis taliter monet. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles. Pulchrè quoque per alium quendam sapientem, cum sine consilio nil agendum consulat: Virorum tamen consilij intruens *Eccl. 6. a* paucitatem, ita loquitur: Multi sint tibi

amici, vnus autem sit tibi cõsiliarius de mille. Vnus, inquit, de mille. Benignam ego non dubitauerim vobis esse diuinitatem, cui de tanta raritate inter mortales non vnus, sed duos, ipsosque idoneos satis indulsit consiliarios, prouidos, beneuolos, & vt facile adsint comprouinciales: vt gratis, debito iure subiectionis. Horum acquiescendo consilijs, & nec præceptis in sententia, nec vehemens in vindicta. Non in corrigendis remissior, non superior in parcendis, nõ pusillanimis in expectandis. Nec superfluus in victu, nec notabilis in vestitu. Non citus ad promittendam, nõ ad reddendum tardus, nec prodigus dator. Istorum consilium longè semper faciet a vobis malū tempore vetus, sed cupiditati nouum, simulationem, & matrem eius auaritiã, quæ est idololorum seruitus. Et vt breui omnia sermone concludam, si his credideritis: in omnibus exemplo Apostoli, honorificabitur ministerium vestrum. Ministerium, inquam, non dominium. Ipsum itaque honorificabit, non vos. Nam qui quarit quæ sua sunt, se cupit honorari, non ministerium. Honorificabitur autem non cultu vestium, non equorum fastu, non amplis ædificijs, sed ornatis moribus, studijs spiritualibus, operibus bonis. Quam multialiter. Cernitur in nonnullis Sacerdotibus vestium cultus plurimus, virtutum aut nullus, aut exiguus. Quibus ego si rememorem illud Apostolicum: Non in veste pretiosa: veror ne indignentur: dum nimium indignum ducat in se assumptam sententiam, quam prius in villorem sexum, & ordinem prolatam tuis se recognouerint. Quasi verò non eodem vtantur medici ferro secandis regibus, quo & popularibus hominibus, aut capiti fiat in iuna si ipsi forpicibus capilli excrecentes detondeantur, quibus, & vnguium fuerint refecata superflua. Attamen si dedignatur pari cum mulierculis, nõ quidem ad me, sed ab Apostolo feriri sententia: dedignentur, & cum ipsis eadem inuolui culpa. Despiciant iam tetricum sive pellicum, & non proprijs operibus gloriari. Horreant, & muru rubricatas pelliculas, quas gulas vocant, manibus circumdare sacris, & sacrantibus tremèda mysteria. Respuant & apponere pectori: quod decentius ornat gemma sapientia. Pudeat & collo circumtexere, quod honestius atque suauius Christi iugè submittitur. Non Christi stigmata sunt hæc,

I
Ro. 11. 6

1. Tim. 2

K

quæ

quæ isti martyrum exemplo, circumferat in corpore suo. Multebria potius esse noscuntur insignia: quæ vtique curiosus & sumptuosus illæ sibi præparare consueuerunt: cogitantes nimirum quæ sunt mundi, quomodo placeant viris. Verum tu Sacerdos Dei altissimi, cui ex his placere gestis, mundo, an Deo? Si mundo, cur Sacerdos? Si Deo, cur qualis populus, talis & Sacerdos? Nam si placere vis mundo, quid tibi prodest sacerdotium? Nec enim potes duobus dominiis seruire. Qui autem vult amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et propheta: Deus, inquit, dissipabit offensa eorum qui hominibus placent, confusi sunt quoniam Deus spreuit eos. Et Apostolus: Si nominibus placerem, Christi seruus non essem. Volens itaque placere hominibus, Deo non places. Si non places, non placet. Cur ergo, vt dixi, Sacerdos? Sin verò quod addidi, placere intendis non mundo, sed Deo, cur qualis populus, & Sacerdos? Enimvero si Sacerdos pastor est, & populus oues, dignum est vt in nullo appareat ouibus pastor dissimilis. Si inстар mei qui ouis sum, pastor meus & ipse incuruus graditur, vultum gerens deorsum, & terram semper respiciens, & foli ventri mente ieiunus pabula quæritans: in quo discernimur? Væ, si venerit lupus, non erit qui præuideat, qui occurrat, qui eripiat. Decetne pastorem pecorum, sensibus incubare corporeis, hæcere infimis, inhæere terrenis: & non potius erectum stare vt hominem, cælum mente suspicere, quæ sursum sunt & quærere, & sapere: non quæ super terram? Ceterum, mihi indignatur si vel nutum facere audeam, iubetq. ori manum apponere: dicens, monachum, qui nõ habeam iudicare de Episcopis. Vtinam & oculos mihi claudas, vt nec cernere possim quæ corrâdicere prohibes. Magna verò præsumptio si ouis cum sim, in ipsum pastorem meum lupas ferissimas vanitatem & curiositatem irruere cernens infremuero, quo ad meum forte balatû cruentis bestiis à quopiam occurratur & succurratur perituro. Quid facient de me qui ouicula sum, quæ & in ipsum pastorem tanta feritate insilunt? Et quidem si non vult vt clamem pro se, nunquid non & pro me balare licebit? Sed etsi ego sileo, ne potest videar in cælum os meum: clamatur tamen in ecclesia, non in veste pretiosa.

Iac. 4

Pf. 52. b

Gal. 1. b

L

i. Tr. 2

Clamatur autem specialiter ad feminas,

vt erubescat in se deprehendi Episcopus, quod in fragiliori quoque sexu audierit reprehendi. An forte nulla timeatur confusio, si ego solus submaussitare desiero? Numquid & si ego non loquor, sua cuique non loquitur conscientia? Quid si alius audacior me non quidem de Apostolo vt ego, nõ de Euangelio, non de Propheta, non de nentique quippiam ecclesiasticum, sed illud tantum gentilitum ingerat: Dicite pontifices, non quidem in sancto, sed freno, quid facit aurum. Quam tolerabilis cernitur in sancto, quam in freno. Hoc me etiam tacente, etsi non curia regum, tamen penuria pauperum clamat. Sileat licet foma, sed non fames. Fama quidem, quia nõ potest mundus ostendit vos. Nam quomodo arguet mundus peccatum, à quo potius laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur? Clamant vero nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt: Dicite pontifices, in freno quid facit aurum? Numquid aurum à freno repellit frigus sine esuriam? Nobis frigore & fame laborantibus quid conferunt tot mutatoria vel extensa in pestibus, vel plicata in manticis? Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis. Et nos enim Dei plasmatio, & nos sanguine Christi redempti sumus. Nos ergo fratres vestri. Videte quale sit de fraterna portione pascere oculos vestros. Vita nostra cedit vobis in superfluas copias. Nostris necessitatibus detrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de vna prodeunt: radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos spoliando perimitis. Iumenta gradiuntur onusta gemmis, & nostra non curatis cura nuda caligulis? Annulli, catenulae, tintinnabula, & clauata quædam corrigiæ, multaq. talia tam speciosa colgribus, quam ponderibus pretiosa, mulorum dependet ceruicibus fratum autem lateribus nec semicinctia miscrantes apponitis? Huc accedit, quod hæc omnia nec negotiationis studio, nec proprio manuum exercitio vobis elaboratis, sed in iure hereditario possidetis, nisi forte & vos in corde vestro dixeritis: Hereditate possideamus sanctuarium Dei: Et hæc patere modo quidem coram Deo tantum, cui corda loquuntur. Nec enim audient aperte causi auersum vos, quibus interim pro sua vita necesse habet potius supplicare. Ceterum

Pf. 52. a

Matth.
25. d

In futuro stabunt in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, stante autem pro eis patre orphanorum, & iudice viduarum. Ipsi enim tunc vox erit: Quamdiu non fecistis vni de his minimis meis, nec mihi fecistis. Vos autem reuerendissime pater, vos inquam, abistis vt in talibus honorificandum putetis ministerium vestrum. Videntur quidem honorifica, sed oculo qui videt in facie, non qui videt in abscondito. Nam quæ videntur in abscondito, nullis apparent fucata coloribus, spectabilia sunt tamen, nulli condita saporibus, prædulcia sunt tamen, nullis eleuata culminibus, excelsa tamen. Castitas, caritas, humilitas, nulli quidem coloris sunt, sed non nullius decoris, nec medicamenti decoris, qui diuinos quoque delectare possit aspectus. Quid castitate magis decorum, quæ mundum de immundo conceptum femine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter se homo pudicus & Angelus, sed felicitate, non virtute. Sed et si illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas, quæ in hoc mortalitate & loco & tempore statum quemdam immortalis gloriæ representat. Sola inter nuptiarum sollempnia, morem beatæ illius vendicat regionis, in qua neque nubunt, neque nubuntur: præbens quodammodo terris, cælestis iam illius conuersationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus, in quo & crebro periclitamur, tenet castitas, vt monet Apostolus, in sanctificationem, & instar odoriferi balsami quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus ipsa & artus continet & constringit, ne dissoluantur otijs, ne corrumpantur desiderijs, ne carnis voluptatibus computrescant: quemadmodum legitur de quibusdam, quia computruerunt vt iumentum in stercore suo. Hoc itaque tantæ pulchritudinis ornamentum, dignè dixerim sacerdotum honorare, quod dilectum Deo & hominibus faciat sacerdotem: cuius quippe memoria non in carnis successione, sed in spirituali benedictione sit, reddatque similem in gloria sanctorum, in hac licet adhuc regione dissimilitudinis constitutum. Verum quantalibet venustate sui castitas eminere appareat, sine caritate tamen nec premium habet nec meritum. Nec mirum. Quod enim absque illa bonum suscipitur? Fides? Sed nec si montes transferat, Scientia? Sed

ne illa quidem quæ lingua loquitur Angelorum Martyrium? Nec si tradidero, inquit, 1. Cor. corpus meum ita vt ardeam. Nec absque illa quodlibet bonum suscipitur, nec cum illa quamlibet exiguum respuritur. Castitas sine caritate lampas est sine oleo. Subtrahe oleum, lampas non lucet. Tolle caritatem, castitas non placet. Sed quam pulchra est (vt Sapiens clamat) casta generatio cum caritate. Cum illa, inquam, caritate quam describit Apostolus, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Porro puritas cordis in duobus consistit: in querenda gloria Dei, & vtilitate proximi, vt in omnibus videlicet actis suis vel dictis, nihil suum querat Episcopus, sed tantum aut Dei honorem, aut salutem proximorum, aut vtrumque. Hoc enim agens, implebit non solum pontificis officium, sed & etymologiam nominis, pontem vtiq; seipsum faciens inter Deum & proximum. Pertingit pons iste vsque ad Deum ea fiducia, qua non suam, sed illius gloriam querit. Pertingit vsque ad proximum illa pietate, qua & ipsi non sibi prodesse desiderat. Offerit Deo bonus mediator preces & vota populorum, reportans illis à Deo benedictionem & gratiam. Supplicat maiestati pro excessibus delinquentium: vindicat in peccantes iniuriam Dei. Ingratis improperat beneficia pietatis, contemptibus potentæ seueritatem insinuat. Vtrique tamen nihilominus placere studet indignantis furor: nunc quidem hominum obtendens infirmitatem, nunc diuinæ magnitudinem pietatis. Denique siue excedat Deo, siue sobrius sit nobis, aut Deo, semper quantum in ipso est placere gestit, aut præstare nobis: non quod sibi omnino vtile est querens, sed quod multis. Fidelis pontifex, qui bona quælibet per manus suas transeuntia, siue diuina beneficia ad homines, siue hominum vota ad Deum, columbino intuens oculo nihil sibi retentat ex omnibus. Nec populi requirit datum, sed lucrum, nec Dei gloriam vsurpat sibi. Acceptum talentum non ligat in sudario, sed paritur numularijs, à quibus vsuras recipit non sibi, sed Domino. Non habet foueam vt vulpes, non tamquam volucres nidum, non oculos quomodo Iudas: non denique (sicut nec Maria) locum in diuersorio. Imitatur profecto illum qui non habebat vbi reclinaret caput: factus in præ-

1. 3. d

Ibidem.

C
Sap. 4. d

1. Tim. 1

D

sen-

sentiarum tamquam vas perditum: quod o-
que proculdubio futurum vas in honorem,
& non in contumeliā. Denique perdit ani-
mam suam in hoc mundo, vt in vitam eter-
nam custodiat eam. Hoc tāto puritatis inti-
mā bono gloriari non potest veritas, nisi
qui extrinsecas gloriolas perfecte respuit.
Nec enim pure valet Dei vel proximi qua-
rere lucra, qui propria non contempserit. Is
tantum puritatis interioris gloria non trau-

10m. 3. f. datur, qui dicere potest cum Dño: Si ego
Phil. 1. c. quero gloriam meam, gloria mea nihil est.
Et cum Apostolo: Mihi viuere Christus est,

Pf. 30. d. & mori lucrum. Et cum Propheta: Obliuio-
nis datus sum, tamquam mortuus à corde,
id est à propria voluntate. Bona obliuio, si
se ipsum nescias, vt proximo pro sis. Bene
autem mortuus à corde, si iam non tibi vi-
uere stud eas, sed ei qui pro te mortuus est:

Gal. 2. d. Bene mortuus est à corde, qui dicit: Viuo
autem iam non ego. Sed si mortuus à se, nō

B tamen à Christo. Sequitur enim: Viuit ve-
rō in me Christus. Mortem hanc quæ fit à
corde, infert caritas de qua loquitur sponsa

Cāt. 4. c. in Canticis, Vulnerata caritate ego sum. For-
Cāt. vlt. tis quippe est vt mors dilectio, & mortem
in nobis non vitam occidit. Vnde & auda-

b citer inuitatur: O mors, ero mors tua. Pecca-
Osee 13. d. tum exstinguit, quod a nimā vitam expule-
rat, animamq. restituit innocentiae. Verum

si preualt morti caritas, ita vt illam in con-
gressu perimere possit, vt dicitur fortis vt
mors: & non potius, morte fortior? An for-
te quia & ipsa est mors, & seipsa fortior esse
non potest? Bona mors, & nequaquam abhorrenda:
quæ vitam etsi adimit, nō perimit. Adimit
quidem, sed ad tempus, restituenda in tem-

Col. 3. a pore, duraturam sine tēpore. Denique mor-
tui cētis, inquit, & vita vestra abscondita
est cum Christo in Deo. Cum autem Chri-
stus apparuerit vita vestra, tunc & vos ap-
parebitis cum ipso in gloria. Libenter igitur
carebo ad tempus, vt in æternam possi-
deam. Et ista sufficiant pro eo quod scriptū
est: Caritas de corde puro. Sanè in tanta
obliuione sui necesse est cor bene esse con-
fessum sibi, quo se in lucra secularis foris ex-
tendat, cum securam intra se reliquerit cō-

1. Tim. 2. a scientiam. Quid enim prodest homini, si
vitiuerit mundum lucretur, animæ au-
tem suæ detrimentum patiat? Sed & or-
dinis exigit ratio, vt qui ad sui mensuram
proximum iubetur diligere, prius seipsum

Matth. 26. d.

diligere nō. Itaque duo sunt præcipuē,
quæ bonam reserunt conscientiam, pecu-
tere de malis, & abstinere à malis: hoc est
(vt verbis loquar beati Gregorij) & com-
missa flere, & sciende non committere. Ho-
rum neutrum solum sufficit: Nam si pri-
mum absque secundo sufficeret, frustra &
David hortaretur, dicens: Declina à malis.
Et Isaias: Quiescite agere peruerse, & Deus *Pf. 36. c.*
ipse ad Cain. Peccasti, quiesce. Rursum si se- *Isai. 1. c.*

cundum per se post peccatum bonam suffi-
cit reserare conscientiam, sine causa cla-
mat perueniens in Psalmo: Beatiſſimorum te-
misse sunt iniquitates, & cetera. Et illud:
Vide humilitatem meam & laborem meum,
& dimitte omnia delicta tua. Et in oratio-
ne Dominica: Dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Vtriusque virtutis bene cōscio tantum se-
cure iam seipsam deserat, & quo tammodo
perdat, vt aliquos lucrifaciat. Cum infirmi-
tibus infirmetur, vratur, cum scandalizatis
fiat etiam (si oporteat) ludus, nihilq. for-
midet cum tali conscientia exemplo. Iere-

miā, & Ezechielis in Aegypto. Vel in Chal- *Pf. 32. a*
dæam cum transfregitibus captiuari: & *Eccl. 11. c.*
cum sancto Iob frater fieri draconum, & se- *Luc. 11. c.*

cius Aruthionum: cū Moysē quoque (quod *Luc. 11. c.*
gramus est) deleri de libro Dei, & cum Pau- *1. Cor. 9. c.*
lo anathema esse à Christo pro fratribus.

non timeat cum huiusmodi conscientia. Ip- *1. Cor. 9. c.*
sam denique si necesse est intrare gehennā, *1. Cor. 9. c.*

scire medias perferens flammās lata de- *Exod. 3. c.*
cantet conscientia: Et si ambulauero in me- *Rom. 9. c.*

dio ymbra ignis, non timebo mala, quo- *Pf. 118. c.*
niam tu mecum es. Comparemus, si placet, *Pf. 118. c.*

thesaurus regum, & fastigia regnorum cū
huiusmodi fiducia. Nonne cuncta horum
felicitas, præ tanti boni diuitijs, miseria re-
putabitur? Et hanc fiduciam operatur cari-
tas de corde puro, & conscientia bona. Sans
verò quod resat de fide non sista: & item
quod ex alio loco in mentem venit, fides sine
operibus bona est: duo ista mittunt
nos ad quendam talem insariam distionem,
vt dicitur: fides in ortu facta probatur.

Et mortuum quidem Apostolus dicitur *1. Cor. 9. c.*
esse, quæ sine operibus est: sic est, quæ non
operatur ex dilectione, quasi non habens
animam ipsam distionem, qua vegetetur
& moueatur ad opera. Distam autem e-
go arbitror istam vocari fidem, quæ susce-
pta quidem ex caritate, in vita moueri in-
choat ad bene operandum, sed non perfec-

uerans deficit, & moritur tamquam abortiua. Eo utique sensu fictam dixerim nominam, quo vasa figuli vocamus fictilia: non quia videlicet vitilia non sint quamdiu durant, sed quia fragilia cum sint, diu minime durant. De hac fidei fictione puto illos notari in Euangelio qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Interroga eos qui dicunt caritatem à quo semel accipitur, nequaquam ultra recedere. Ait veritas de quibusdam: Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Vnde, & quò recedunt? Vitique à fide in infidelitatem. Item quæro: poterant in illa fide saluari, an non. poterant? Si non poterant, quæ iniuria Saluatori, quæ tentatori lætitia, quòd hinc recedant vbi saluus non sit? Siquidem nec Saluator zelatur nisi salutem, nec malignus inuidet nisi saluti. Si autem poterant, quomodo aut sine caritate sunt quamdiu in illa fide sunt, cum sine caritate salus esse non possit: aut deserentes fidem, non etiam deserunt caritatem, cum caritas, & infidelitas simul esse non possint? Recedunt ergo quidam à fide, quia veritas asserit. Consequenter, & à salute, quia Saluator redarguit. Inde nos colligimus, quòd à caritate, sine qua salus esse non potest. Et hi, inquit radicem non habent. Nec negat eos habere bonum, sed in bono potius radicatos non esse causatur. Denique sequitur, & ait: Quia ad tempus credant. Bonum est, sed vitam duraturum. Non enim qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Non autem durant, quoniam in tempore tentationis recedunt. Beati si interim rapti fuissent autequã malitia mutaret corda eorum. Nunc verò væ prægnantibus, & lactantibus in illis diebus, teneros utique fetus gestantibus, & de vita recenti facilè in periculis exturbandos. Tales sunt animæ parua adhuc, & teneram habentes caritatem: & ob hoc earum fidem vitam sed fictam, necesse est in tentione deficere. Vasa figuli, ait, probat fornax, & homines iustos tentatio, illos videlicet qui ex fide viuunt. Iustus nempe ex fide viuunt, sed ex fide quæ viuat. Neque enim quæ mortua est, vitam dare potest. Dæmonium fides non adducitur in examinationem, vacua quippe caritate mortua est. Credunt quidem & contremiscunt, sed timor non est in caritate, Proinde in labore ho-

minum non sunt, & cum hominibus non flagellantur: non quòd extinctæ fidei nulla iam debeat probatio, sed reprobatio. Solam utique iusto & fidem, idest, viuorum vitam fornax tentationum suscipit examinandam. Sed non omnium iustitia manet in sæculum sæculi: quoniam sunt qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Qualis sit cuiuscumque fides, tribulatio probat. Si cuius deficit (deficit enim cum in caritate non perseuerat) ficta esse dignoscitur. Si cuius perseuerat, probata & perfecta censetur. Liqueat ex his satis (vt arbitrator) non omnes qui habuerint caritatem, habere & perseuerantiam in caritate. Alioquin frustra commonerent discipulos Dominus: Manete, inquit, in dilectione mea. Aut enim si necdum diligebant, non debuerat dicere, manete, sed estote in dilectione mea: aut si iam diligebant, necesse non erat moneri de perseuerantia, quæ secundum istos priuari non poterant. Curet igitur seruus bonus & fidelis, siue seruare non fictam caritatem de corde puro & conscientia bona: pluris æstimans animæ vitam, quam corporis: minus horrens carnis mortem, quam fidei. Iam de tribus quæ superius proposuimus, sola (ni fallor) tractanda restat humilitas. Hæc duabus præmissis virtutibus intantum est necessaria, vt absque ista illæ nec esse virtutes videantur. Nempe, vt castitas seu caritas deat, humilitas meretur: quoniam humilibus Deus dat gratiam. *Iac. 4. 6* Seruat acceptas, quia non requiescit spiritus Domini nisi super quietum, & humile. *1. Pet. 5. 6* Seruatas consummat: nam virtus in infirmitate, hoc est, in humilitate proficitur. Inimicam omnis gratiæ omnique, initium peccati debellat superbiam, & tam à se quam à cæteris viuentibus, superbiam illius propulsat tyrannidem. Siquidem cum ex alijs quibusque bonis virium magis suarũ capere soleat incrementum superbia, sola hæc omnium propugnaculum quoddam turrisque virtutum, eius fortiter resistit malitiæ, obuiat præsumptioni. Sola denique est de qua omnium plena virtutum Maria gloriandũ esse putauit. Audito quippe ab Angelo: Aue gratia plena: quasi solam ex ipsa plenitudine humilitatem in se recognosceret, solam repẽdisse ac respondiisse memoratur in gratia: Respexit, inquit, deus, & dator virtutum Christus, in quo oēs thesauri sapientiæ, & scien-

Luc. 8.

Et

Ibidem.
Matth.
10.Ecc. 27.
Rom. 1. b
Act. 2.

I

Iac. 1. 5.

Iac. 4. 6
K
1. Pet. 5. 6
2. Cor.
1. 2. 6

Luc. 1. 6

Ibidem.

Matth.
11.

& scientiæ sunt absconditi, in quo omnis quoque plenitudo diuinitatis habitat corporaliter; nonne tamen & ipse de humilitate, tamquam in summa sua doctrinæ suarumque virtutum gloriatur? Diserte ait à me; non quod sobrius, aut castus, aut prudens, aut aliquid eiusmodi: sed quia mitis sum, & humilis corde. A me, inquit, diserte. Non ad doctrinam patriarcharum, non ad prophetarum libros ego vos mitto, sed me vobis exemplum, me formam humilitatis exhibeo. Inuiderunt mihi altitudinem quam habeo apud patrem. Angelus, & femina ille potentia, illa scientia. Vos autem amulantes mihi charissimam meliora, discentes à me, quam mitis sum, & humilis corde. Commodum reor indagare aliquid, & de superbia, quantum ex opposito sibi vitio virtutis decor manifestior appareat. Superbia est appetitus propriæ excellentiæ. Hæc in species duas dividitur, in cæcam, & vanam superbiam. Quæ quidem, & alijs nominibus appellari possunt contumacia, & vanitas: quarum prior intelligentiæ, posterior voluntatis vitium est. Nam ex illa rationis fallitur oculus, & ex ista voluntatis malus appetitus afficitur: Quod melius ex singularum definitionibus demonstrabimus. Cæca superbia seu contumacia est vitium, quo se existimans aliquis vel esse bonum quod non est, vel à se esse quod est, in se, non in Domino gloriatur. Vana superbia seu vanitas est vitium, quo quis tam de eo, quod est, quam de eo quod non est, suis magis quam Dei laudibus delectatur. His ita præmissis, aptemus iam contraria humilitati, singula singulis opponentes. Humilitas est contemptus propriæ excellentiæ. Contemptus opponitur appetitui. Duabus quoque superbiæ speciebus duas nihilominus humilitatis opponuntur. Contra cæcam, ut quis de se nouerit sentire humiliter. Contra vanam, nec cõsentire aliter sentiētibus. Nempè, qui de seipso sentire humiliter nouit, in neutro ipsius de se iudicium falli potest, videlicet ut aut maius aliquid putet se esse, quam sit: aut à se esse, quod sit. Et ideo patienter carens quod sibi nouit deesse, humiliter de eo quod certus est ad esse, non in se, sed in Domino gloriatur. Porro ad uersus hoc ut de se alius se aliquid sentiat, solet ne insolescat uersus humilis illud sibi iugum meditatione reuoluere. Non alta sapientes sed humilibus consentientes. Et illud: Non ambulauit, in magnis, neque in mirabilibus

Rom. 12.
c
Ps. 136.

super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltati animam meam. Et item: Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se humiliat. Contra hoc autem ut à se sentiat esse, quod se sentit esse, sollicitè seipsum interrogat: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti; quid gloriaris quod non accepisti? Item, qui humanas laudes contempsit perfectè contēnere, cum se laudari percipit de eo quod in se non ita esse, nullatenus acquiescens illud sibi commemorat. Quis te beatificat in cœlo, te mittunt? / 1/a. 3. b
Sed, & illius nihilominus ueritatem recordatur. Verumtamen uani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, uide inuident ipsi de uanitate in idipsum. Proinde sciētē studet imitari Apostolus ita de se loquentem: Parco autem, ne quis me existimet ita pra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Cum uerbò laudari se comperit de bono quod se forte habere cognoscit: nihilominus quantum in se est scuto ueritatis curat à se iaculum fauoris repellere, dans gloriam Deo; & dicens: Gratia Dei sum id sum. Et propulsans à se omnem suspicionem, ait Dominus. Non nobis Domine, uō nobis, sed nomini tuo da gloriam. Meruit nimirum, si aliter egerit, ne forte audiat ab ipso: Recepisti mercedem tuam. Et iterum: Gloriam ab inuicem quaritis, & gloriam que solo Deo, non uultis. Refugiens ergo, & de hoc ad cõsiliū Apostoli probat ipse opus suum, ut sic habeat in semetipso gloriam, & non in altero. Fidelis suimet custos, qui sibi oleum fauoris sine fraude reseruet, ne in aduentu sponis lampas conscientiæ uacue extinguatur. Non in altero, inquam. Nec enim tutum arbitratur labijs hominū committere gloriam suam, arce utique sine clauē, & sine sera, nulliq. omnino causa nocere uolentis. Non tutum plane, sed stultum sibi thesaurum eum recondere, unde non ualeas resurrexerit cum uoluerit. Si ponis in os meum, iam non in tua, sed in mea potestate est, cœ utique pro meo libitu vel laudare te possim, vel derogare tibi. Sanum uas, & inconcussum conscientia, & secretis seruandis idoneum, nullis patens insidijs, nulli uolenti cedens, nulli quippe oculo vel manui accessibilis, excepto dū taxat spiritui qui scrutatur etiam alta Dei. Quid quid in ea repositum, securus sum quia non perdam, seruabit uuo, defuncto restituet. Nam quo cuiusque uado ego, ipsa in secum, secū

1 Cor. 4.

1/a. 3. b

Ps. 61. 6

1 Cor.

1/a. 3. b

Ps. 103.

Matth. 6.

1/a. 3. b

Gal. 6. a

terens depositum, quod seruandum accep-
 rit. Adest viuo, mortuum sequitur: vbi mi-
 hi, vel gloria, vel confusio inseparabilis pro-
 qualitate depositi. Beati qui in veritate di-
 cere possunt. Gloria nostra hec est, testimo-
 nium conscientie nostrae. Non potest dice-
 re nisi humilis, qui iuxta vulgare, & oculos
 non metuere, & sylvanarum aures soleat sem-
 per habere suspectas. Beatus nempe homo
 qui semper est pauidus. Non potest dicere
 arrogas, & presumptor, qui seipsum impu-
 denter ostentans passim, & ubique iniquam
 per campum incedens, totus fertur in glo-
 riam. Gloria autem eius malefecerit, & exul-
 tat in rebus pessimis. A seipso non vide-
 tur, si plures habent imitatores quam repre-
 hendores, caecus luxuriosus. Sed habet hic
 corpus oculos sanctorum proculdubio An-
 gelorum, quos semper offendere solet indi-
 sciplinata conuersatio. Non dicit hypocri-
 ta, gloria mea est testimonium conscientie
 mee: quia etiam iudicantium secundum faciem,
 verbo, vultu, habituue simulatorio eludat
 opinionem, sed non eius qui scrutatur renes,
 & corda, fallit, vel euadit iudicium. Siquidem
 Deus non irridetur. Timeat ergo & iste
 nemoris aurem. Lingua licet, manuque ces-
 santibus, auri tamen ubique praesenti de
 quacumque sylvula latebrosae duplicitatis, &
 spinosae calliditatis, tacentis, & quiescentis
 cor loquitur, cogitatio confitetur. Prauum
 est cor hominis, & imperscrutabile, ita ut
 nemo sciat, quae sunt in homine, nisi spiri-
 tus hominis qui in eo est: sed nec ipse ple-
 ne. Nam cum Apostolus diceret. Mihi pro-
 minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab hu-
 manis dicitur: adiecit. Sed nec ego me ipsum iu-
 dico. Quare? Quoniam non possum, ait, ra-
 tam, vel ipse de me proferre sententiam. Ego
 enim nihil mihi conscius sum, non tamen
 in hoc iustificatus sum. Non ex toto credo
 me, vel ipsi conscientie meae, quippe cum ne
 ipsa quidem queat me comprehendere totum.
 Nec potest iudicare de toto qui totum non
 audit: Qui autem iudicat me, Dominus est.
 Dominus, inquit, cuius utique sententiam non
 cogit, sententiam non subterfugit etiam
 quod propria latet conscientiam. Audit
 Deus in corde cogitantis, quod non audit,
 vel ipse qui cogitat. Aderat auris Prophe-
 tae absentis ori furtive poscentis pecuniam:
 & ego quantumlibet in occulto ladere co-
 gitans, aut proximum nequiter, aut turpi-
 tate me ipsam non verear, aurem nusquam ab-

sentem? Tremenda praesens auris, & reue-
 renda, cui non cessat quies, non tacet silentium.
 Denique ait. Auferte maius cogitationum
 vestrarum ab oculis meis. Sed quid est, quod
 dicit, ab oculis meis? An & nostra Deus non
 solum audit, sed & videt arcana? Quales
 oculi qui contemplantur cogitationes? Non
 sunt colorati, ut videantur, sicut nec sonant
 ut audiantur. Solent sententiae cogitantis,
 non audiri ab auscultate, non a contemplan-
 te videri. Merito tamen Dominus scit cogi-
 tationes hominum, quoniam vanae sunt.
 Cur enim nesciret, quas & audit, & videt?
 His praecipue duobus sensibus, id est, visui,
 & auditui nemo fidem putat esse negandam.
 Hoc nos scire constanter astuimus, quod
 vidimus, & audiuius. Merito itaque non
 erat opus Domino Iesu, ut quis testimonium
 perhiberet de homine. Ipse nimirum scie-
 bat, quae essent in homine. Quid cogita-
 tis (ait) mala in cordibus vestris? Respon-
 debat non sermonibus, sed cogitationibus.
 Audiebat non loquentes, videbat non ap-
 parentes: Contremisco totus tuam Domi-
 ne Iesu quantillo possum intuitu conside-
 rans maiestatem, praesertim cum recordor
 in quantis ipsis aliquando contemptor ex-
 titerim. Sed & nunc cum iam a facie mai-
 statis fugi ad genua pietatis, quid amplius
 facio? Vereor ne qui aliquando contrarius
 extitit maiestati, & nunc ingratus pietati in-
 ueniar. Quid enim si cessant manus, & non
 cesset pectus? Quid si os iam silet, necdum
 cor quiescit? Si singuli illiciti motus animi
 mei singula sunt quaedam in te Deus con-
 uicia, ut puta iracundiae motus in mansue-
 tudinem, inuidiae in caritatem, in fruga-
 litatem luxuriae, turpitudinis in castitatem,
 & innumera his similia, quae de conuulso la-
 cu prurientis pectoris mei, etiam nunc in-
 cessanter ebulliant inundantes, & impin-
 gentes in serenitatem praesulgentis vultus
 tui, quid magnum feci solos cohibere artus,
 actus corrigere? Si has atque huiusmodi,
 quas foris licet vacans, intus acitare non
 cesso iniquitates, obseruaueris, o Domine,
 quis sustinebit? An forte iam non ago illa,
 sed patior? Aguntur quidem in me, sed a
 me non aguntur si non consentio. Sane si
 mei non fuerint dominata tunc immacula-
 tus ero, & immaculatus coram eo, si non so-
 lum caruero: sed & si obseruauero me ab ini-
 quitate mea. Mea dixerim, non quia facio,
 sed quia sustineo. Corpus gestio mortis,

Isai. 1. c

Mat. 9.

D

D car.

carnemque peccati sufficit interim mihi si non regnet peccatum in meo mortali corpore. Sic corpus criminis non reputatur, nec habitat in eo peccatum: si tamen non delector, si tamen non exhibeo membra mea arma iniquitati. Pro hac oratio, o misericors, quis eriam sanctus in tempore opportuno: supplex nimirum, quod malum sentiat, & nihilominus sanctus dum non contentat. Supplex pro periculo, sanctus pro virtute. Sanctus plane atque beatus, qui conditatus legi secundum interiorem hominem de malo, quod ita inesse corpori sentit ut nisi pariter cum corpore carere non possit, merito se esse culpatur, & ait: Nam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Veruntamen delicta quis intelligit? Nam si possem dicere cum Paulo, quod quidem longe est a me: Nihil mihi conscius sum; non tamen in hoc esse iustificatum, oporteret me gloriari. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est: sed quem Deus commendat. Si applauserit mihi iustitia humanus dies, pro minimo habeo, quia ille luceat tatum in facie. Homo. n. videt in facie: Deus autem intuetur cor. Propter hoc Ieremias non satis popularibus sententijs velut quibusdam humani diei radijs mouebatur, sed fidenter loquebatur Deo: Diem hominis non concipiui, tu scis. Si meus mihi arriserit dies, neque me ipsum inquit iudico: quia nec ipse me satis intelligo. Solus merito constitutus est iudex viuorum, & mortuorum, qui finxit sigillatim corda vniuersorum, & intelligit omnia opera eorum.

Solum attendo iudicem, quem & solum iustificatorem agnosco. Pater dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Non usurpationi, vel super me seruis filij potestatem: nec me annuero illis de quibus ita conqueri solet: Tulerunt homines a me iudicium. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Et ego mihi presumam, quod nec ipse pater sibi assumit? Velim autem, ipsi me altare necesse est: ipsi horum, quae gestum in corpore, reddere ratione, cui nec verbum praeuolat, nec subterfugit cogitatio. Sub tanto equo libratore meritorum, sub tanto intimo secretorum inspectore quis gloriabitur castum se habere cor: Sola profecto, quae non solet gloriari, non nouit presumere, contere non consuevit, gratiam inuenta est in oculis pietatis, humilitas. Deus naque superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Non con-

tendit iudicio, nec preterdit iustitia qui uere humilis est, sed dicit: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Recusat iudicium & postulat misericordiam: facilius sibi veniam impetrare posse, quam iustitia vindicare confidens. Nouit naturam diuinam naturaliter pia, quae nostram nequaquam humilitatem abhorreat. Non despicit illa maiestas contritum, & humiliatum in nostro genere, quae corpus ex eo humilitatis assumere non designata est. Nescio quo pacto familiarius semper humilitati propinquare solet diuinitas. Denique illa se induit, ut appareat hominibus. Substantiam, formam habitumque gestauit humanum, ipsius nobis commendans virtutis excellentiam, quam speculati uoluerit honorare praesentia.

Vobis sane dilectissime, vobis precipue tanto magis arbitror haec esse necessaria, quanto maior noscitur materia suppetere superbiendi. Genus, etas, scientia, cathedra, & quod maius est praerogatiua, cui non essent inoletic fomes, elationis occasio? Quanquam esse possint, & humilitatis. Meditabitur quidem honores blandiuntur: sed onera pensantibus tedio sunt atque formidini. Non autem omnes capiunt hoc uerbum. Multum, non tanta fiducia, & alacritate curret ad honores, si esse sentirent, & onera. Grauari profecto metuerent, nec cum tanto labore & periculo quatuorlibet affedarent infulas dignitatum. Nunc uero quia sola attenditur gloria, & non penam purum esse clericum erubescit in Ecclesia, seque uiles aestimant, & inglorios, qui quocumque emineant in locum non fuerint sublimati. Scholares pueri & impuberes adulescentuli ob sanguinis dignitatem promouentur ad Ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris: latiores interim, quod uirgas euaserint, quod quod meruerint principatum: nec illis blanditur adeptum, quam ademptum magistrum. Et hoc quidem in initio. Processu uero temporis paulatim insolescentes docti sunt in breui uedicare altaria, subditorum mansupia vacuare, magistris nimirum in hac discipulina uentes idoneis, auiditate, & auaritia. Verum quantauis industria tua tibi lucra conquirere cautulus uidearis, quantalibet vigiliantia rem possis seruare tuam, quantocumque studio regum tibi ac principum gratiam captare cures: dicunt tamen: Vae terrae, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Nec dicimus

E

Rom. 7.

1. Cor. 4.

Jer. 17.

b

F

Ps. 141.

G

H
Ecl. 10.

quamcumque etatem Deigratia præmatu-
ram, sicut nec seram: cum multos videamus
superiorum super senes intelligere, moribus
antiquare dies, præuenire tempora mentis, &
quod ætati deest, compensare virtutibus. Boni
pueri, qui quod veritate videntur, esse stu-
dēt, & malitia. Malitia, inquam, se non sensu
quærit, iuxta admonitionē Apostoli, nemo
contemnat adolescentiam. Meliores boni
indolis adolēcentes, inueteratis dierū malo-
rum. Puer secum annorum maledictus est,
& est de regione senectus venerabilis, quæ fu-
tura, neque numero annorum computā-
da. Bonus puer Samuel, qui loquenti Deo
promittit adesse audire, dicens. Loquere
mihi, quia auertit a facie tua. Ac si diceret,
Paratus sum, & non sum turbatus, vt custo-
diam mandata tua. Bonus & Jeremias qui
ante sanctificatus, quam natus, cum se excu-
saret de pueritia, nihilominus constitutus est
super gentes, & super regna. Bonus quoque
Daniel, cuius spiritum suscitauit Deus, vt
conuinceret iniqua iudicia, & sanguinem
innocium liberaret. Denique cani sunt sen-
sus hominis, & eras senectutis vita immacu-
lata. Sicubi huiuscemodi puer senex promo-
tus inuenitur: opus Dei est, his qui tales nō
sunt mirandum, non imitandum.

Ceterum, curritur in clero passim ab om-
ni ætate, & ordine à doctis pariter, & indo-
ctis ad ecclesiasticas curas, tamquam sine cu-
ris iam quisq; victurus sit, cum ad curas per-
uenerit. Nec mirum de his qui necdum in
semetipsis experti sunt. Videntes quippe il-
los, qui iam proprios humeros suppetæ farci-
næ summiserunt, non solum non gemere,
tamquam sub onere, sed in super appetere
plus onerari: non deterrentur periculis, qui
cupidine cæcati non vident, sed fauoribus
amplius quos illis inuident, prouocantur. O
infinita semper ambitio, & insatiabilis aua-
ritia. Cum primos honorū gradus merue-
rint in Ecclesia: meruerint autem, vel vitæ
merito, vel pecuniæ, siue etiam carnis, & san-
guinis, quæ regnum Dei non possidebunt,
prærogatiua: non ideo corda quiescunt du-
pliciter semper est uantia desiderio, quo vtique
magis, ac magis, & dilatentur in plura, & ad
celsiora sublimentur. Verbi gratia, cū factus
quis fuerit in quacumque Ecclesia decanus,
presbiter, archidiaconus, aut aliquid hu-
iusmodi non contentus vno in vna, plures
sibi, nō quotquot valet, conquirere hono-
res fatagit, tam in vna, quam in pluribus.

Quibus tamen omnibus si locus euenerit,
libenter vnus præferet episcopi dignita-
tem. Sed numquid sic fatiabitur? Factus epi-
scopus, archiepiscopus esse desiderat. Quo
forte adepto, tursum nescio quid altius som-
nians, laboriosis itineribus, & sumptuosis
familiaritatibus Romanum statuit frequen-
tare palatium, quæstuosas sibi quasdam ex-
inde comparans amicitias. Si lucri spiritua-
lis gratia hæc faciunt, laudandus est zelus:
sed præsumptio corrigenda. Nonnulli cum
illa non possint, vertunt se ad aliud ambi-
di genus, in quo nihilominus aperiunt eam,
quam habent dominandi libidinem. Nam
cum præsideant vrbibus, & parochiis, &
totas, vt ita dicam, patrias propriæ dicecesis
ambitu circumcludant, occasione inuenta
ex quocumque veteri priuilegio, satis agūt,
vt & vicinas sibi subijciant ciuitates: quate-
nus duæ, quibus duo vix præfules sufficie-
bant, sub vno redigantur antistite. Rogo
quæ hæc tam odiosa præsumptio, quis hic
tantus ardor dominandi super terram, quæ
principandi tam effrenis cupiditas? Certe
cum primum tractus es ad cathedram, fle-
bas, & fugiebas: vim querebaris, multum à
te, & omnino supra te esse dicens: miserum
clamitans, & indignum, qui non esses ido-
neus, tam sancto ministerio, tantis non suf-
ficeres curis. Quid igitur nunc verecunda
depulsa formidine, in sponte ambis ad am-
pliora, imo irreuerenti audacia, proprijs
non contentus, inuadis aliena? Cur hoc?
Forte vt plures populos salues? Sed in alie-
nam messem tuam mittere falcem, iniurio-
sum est. Vt tuæ præstes ecclesia? Sed Ec-
clesiarum sponso non placet tale vnus in-
crementum, quod sit detrimentum alte-
rius. Crudelis ambitio, & incredibilis si
fidem oculi non astruerent. Vix tenent ma-
nus quin illud ad litteram impleant, quod
legitur in Propheta. Secuerunt prægnan-
tes Galaad ad dilatandum terminos suos. *Amos 1.*
Vbi est illa terrificæ comminatio. Væ qui
coniuugitis domum ad domum, & agrum
agro copulatis? Numquid in his duntaxat
exiguus væ istud metuendum est, non au-
tem cum vrbes vrbibus, aut Prouincijs Pro-
uincijs continuantur? Imo etiam respon-
deant si vo'unt se imitari Dominum Chri-
stum: facientes & ipsi vtraque vnum, ad-
ducentes & ipsi ex diuersis pascuis greges,
vt fiat vnus pastor, & vnum ouile. Huius rei
gratia non pigritantur crebro terere limi-

na Apostolorum, inuenturi & ibi, quod magis dolendum est, qui suæ faucant improbe voluntati: non quod valde Romani curent quo finibus terminetur, sed quia valde diligunt munera, sequuntur retributiones. Nudè nuda loquor, nec retegenda, sed inuerecunda confuto. Vt nam priuatim, & in carceris hæc loquent, vt nam soli viderimus, & audierimus: vti nec loquentibus crederetur, vti nam nobis reliquerint: non lerni Noe, vnde a nobis possent aliquatenus operiri. Nunc vero cernente orbe mundi fabulam, soli tacebimus? Caput meum vndique conuassatum est, ego sanguine circumquaque ebulliente, putredinem esse regendum? Quidquid appofuero, creuetabitur, & maior erit confusio voluisse celare cum celari nequiuerit. Bona humilitas, quæ & in presentiatum ab humis nodi mordacibus curis mëtem facit esse quietam, & à minacibus poenis in futuro securam reddit conscientiam. Hæc vestros, pater, animos ab horum omnium pestifera æmulatione compefcatur. Audite potius Prophetam taliter à talibus dehortantem. Noli inquit, æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Aemulari magis oportet Apostolum non gloriatam in immenfum, nec se vltra se extendentem: nec audentem se (vt ipse fatetur) comparare quibusdam, qui seipfos commendant, sed sibi comparantem, & metiëtètem secundum mësüram regulæ quam mensus est ei Deus.

1. Cor. 7. a Audiendo etiam ex ore eius: Nolite fraudare inuicem: proprijs placebit esse contenti. Qui & prouocans ad humilitatem, suum illud archiepiscopo non cunctabitur salubriter intimare: Noli altum sapere, sed time. In alto posito non altum sapere difficile est, & omnino inuisitatum: sed quanto inuisitatus, tanto gloriosius. Timor de adeptu iam altitudinem, tædè magis, quam placere faciet altiora. Non vos ergo felicem, quia præstis: sed si non prodeltis, infelicè putate. Vt autem securè præesse possitis, subesse & vos si cui debetis non dedignemini. Dedignatio quippe subiectionis, prælationis reddit indignum. Sapientis est consilium. Quanto maior es, tanto humilia te in omnibus. Sapientia vero præceptum: Qui maior est vestrus, fiat minor. Quod si expectat etiam minoribus esse subiectum, mandum iugum quomodo licet contemneret? Videant in vobis potius subditi quod

vobis redhibeant. Intelligitis, quæ dico? Cui honorem, honorem. Omnis anima (inquit) potestatis sublimioribus subdita sit. Si omnis, & vestra. Quis vos excipit ab vniuersitate? Si quis tentat excipere, conatur decipere. Nolite illorum acquiescere consilijs, qui cum sint Christiani, Christi tamen, vel sequi facta, vel obsequi dictis opprobrioducunt. Ipsi sunt, qui vobis dicere solent: Seruate vestræ sedis honorem. Decebat quidem ex vobis, vobis commissa, Ecclesiam crescere: nunc verò saltem in illa quam suscepistis maneat dignitate. Estis vos enim vestro prædecessore impotentior? Si non crescit per vos, non decrescat per vos. Hæc isti. Christus aliter vult, & gestit. Re te (ait) quæ sunt Cesaris Cesaris, & quæ sunt Dei, Deo. Quod ore locutus est, mox opere implere curauit. Conditor Cesaris, Cesar non cunctatus est reddere censum. Exemplum enim dedit vobis, vt & vos ita faciatis. Quando vero Dei sacerdotibus debitam negaret reuerentiam, qui hæc secularibus quoque potestatibus exhibere curauit? Porro vos si Cesaris successori, id est, regi sedulus in suis curis, consilijs, negotijs, exercitijsq; adestis: indignum erit vobis cuiusque Christi vicario taliter exhibere, qualiter ab antiquo inter Ecclesias ordinatum est? Sed quæ sunt, inquit Apostolus, à Deo ordinata sunt. Viderint ergo huius ignominia dissuasores, quale sit Dei ordinationi resistere. Valde ignominiosum seruo, si sit sicut Dominus eius: aut discipulo, si sit sicut magister eius. Plurimum se vobis deferre putant, cum vos Christo prædicantur, ipso reclamante ac dicente: Non est seruus maior domino suo: neque Apostolus eo, qui misit eum. Quod non dedignatus est magister & dominus, talisque & magister & dominus, indignum sibi iudicabit seruus bonus, deuotusq; discipulus? Quam pulchrè loquutus est beatus ille Centurio, cuius fidei nota par inuenta est in Israel. Ego, inquit, homo sum sub potestate habens sub milites. Non iactabat potestatem, quam nec solam protulit, nec priorem. Dicturus quippe, habens sub me milites, præmisit: homo sum sub potestate. Prius se agnouit hominem, quam potentem. Agnouit inquam, se hominem, homo genens: vt in se iam impleri ostenderet quod lon-

Pf. 36. a

1. Cor. 10. c

M

1. Cor. 7. a

Rom. 11. e

Ecl. 3. e

Luc. 22. e

A

Marc. 12. d

Rom. 13. a

10. 13. b

B

Luc. 7. d

ante dixerat David: Sunt gentes quoniam homines sunt. Homo, inquit, sum, & homo sub potestate. Iam quidquid submissis, suspectam non habemus iactantiam. Premissa siquidem est humilitas, ne altitudo præcipit. Nec enim locum inuenit arrogantia, ubi tam clarum humilitatis insigne præcesserit. Agnoscis infirmitatem, conuenit subiectionem: iam & te sub te habere minus proferre securus. Reuera, quia non conueniens est de subiectione, iure ex prælatione meruit honorari. Non erubuit sapere se potestatem, & ideo dignus, qui haberet, & se se milites. Ex abundantia cordis os loquebatur: & iuxta quod iustus ordinis nabunt. Foris quoque verba decenter composuit. Dedit prius honorem præpositis, ut iam à subditis iuste reciperet: scies se à superioribus accipere quod impenderet inferioribus: & quia melius propriæ subiectionis disceret experimento sua ipse moderari imperia. Forte non ignorabat, quod subiecto sibi homini Deus omnia subiecerit sub pedibus eius: offendentem se, insensa reddiderit: & is quem humilem constituerat super opera manuum suarum, superbiam merito comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nouerat & fortassis, quod humanus spiritus subditus conditori subiectam sibi possederit carnem, rebellis rebellem inuenerit, factusque transgressor legis superioris, sentire ceperit aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in legem peccati.

Miror quosdam in nostro ordine monachorum abbates hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere: & sub humili (quod peius est) habitu, & tonsura, tam superbe sapere, ut cum ne vnam quidem verbulum de suis imperijs subditos prætergredi patiantur, ipsi proprijs obedire contemnunt episcopis. Spoliat Ecclesias, ut emancipentur, redimunt se, ne obediant. Non ita Christus. Ille siquidem dedit vitam, ne perderet obedientiam: qua isti, ut ceperant, totum fere suum, suorumque victum expendunt. Quid hoc est præsumptionis? monachi? Neque enim quia prælati monachis, ideo non monachi? Nempe monachum facit professio, prælatum necessitas. Ut autem non præiudicet necessitas professio, accedat non succedat prælatio monachatum. Alioquin quomodo illud im-

plebitur: Principem te constituerunt: esto inter illos tamquam vnus ex illis? Quomodo tamquam vnus ex illis, manens inter humiles superbus: inter subditos rebellis, immitis inter mansuetos? Ut te putemus tamquam vnum ex illis. Ideamus tam exhibere paratum, quam exigere obedientiam: videamus tam benè præpositis obtemperare subiectis: quam imperare subiectis. Quod si semper vis obedienties habere, & numquam esse, probas te non esse tamquam vnum ex illis, dum vnus esse renuis ex obedientibus, à quibus dum te superbiendo segregas, quorum aggregeris consortio patenter aduertimus: & si tu vel impudenter contemnis, vel imprudenter dissimulas, reputat pro te inter illos te noueris, de quibus scriptum est: Alligant onera grauias, & importabilia, & imponunt humeris hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Quorum ergo tibi indignus consortio iudicas, delicatorum magistrorum, quos veritas increpat: an obedientium monachorum, quos amicos suos commemorat? Ait siquidem: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis. Vides igitur quale est tuberc, quod ipse non feceris: aut nolle facere quod docueris? Deinde, ut taceam illud de regula ubi à sancto Benedicto tibi præcipitur, ut quæ doces discipulis esse contraria, in tuis factis indices non agenda: ut item præmittam quod aperte diffinit tertium humilitatis esse gradum, ut quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori: in regula veritatis, attende quod legitur. Qui soluerit, inquit, vnum de his minimis meis mandatis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum. Proinde tu docens, & renuens obedire, non minimum, sed maximum Christi mandatum, & docere, & soluere conuinceris. Itaque doctor, & solutor mandati: minimus tu vocandus es in regno caelorum. Si ergo tu putas iniuriam prioratus, minore summis videri sacerdotibus: non magis indignum æstimandum est minimum vocari in regno caelorum? Si multum superbus es: plus minimus, quam minor vocari confundere. Minor quippe utilitas est minorem videri, quam minimum. Longè autem præstantius tuis subdi episcopis, quam vniuersitati. Sed non propter me, inquit, facio, sed quæro Ecclesiæ libertatem. O libertas omni (ut ita loquar) seruitute seruitor.

Ecc. 3. 2.

D

Matth.

23. 4

Ioan. 15

6

Matth.

5. 6

E

Oper. D. Bern. Tom. 1. 1.

D 3 Patien-

Patienter ab huiusmodi libertate abstineã ,
 quæ me pessimè addicat superbie seruituti .
 Plus timeo dentes lupi , quam virgam pasto-
 ris . Certus sum enim ego monachus , & mo-
 nachorum qualiscumque abbas , si mei quã-
 doque pontificis à prætorijs cernicibus excu-
 rere in eum tentauero , quod satana mox ty-
 rannide incipsum subijcio . Avertens nimirum
 cruenta illa bestia , quæ circumquærens
 quem deuoret , elonga tam custodiam . Heu-
 statim insilit in prælamptræ . Merito enim
 non cunctatur præsidere superbo , qui se iure
 regem gloriatur super omnes filios su-
 perbiæ . Quis dabit mihi centum in mei cu-
 stodiam deputari pastores ? Quanto plures

Heb. 13. reddenda pro se ratione sollicitant . Qui autem
 præsumunt mihi , ipsi potius (Paulo dicen-
 te) peruigilant , tamquam rationem pro me
 reddituri . Illi etsi honorant , onerant : hi

Sap. 6. a non tam premunt , quam protegunt . Scio
 me legisse : Iudicium durissimum his , qui
 præsumunt , exiguo autem conceditur miseri-
 cordia . Quid igitur vos , ò monachi , sacer-
 dotum grauat auctoritas ? Metuitis infesta-
 tionem ? Sed si quid patimini propter iusti-
 tiam , beati . Sæcularitatem contemnitis ?

10ã. 9. b Sed sæcularior nemo Pilato , cui dominus
 astitit iudicandus . Non haberes , inquit , in
 me potestatem , nisi tibi data esset desuper .
 Tam tunc per se loquebatur , & in se experie-
 batur , quod post per Apostolos clamauit in

Ro. 13. a Ecclesijs : Non est potestas nisi à Deo . Et qui
 resistit potestati , Dei ordinationi resistit . Itē
 nunc ergo resistere Christi Vicario , cum
 nec suo aduersario Christus resistit . Aut
 dicite , si audetis , sui præsulis Deum ordi-
 nationem nescire : cum Romani præsidis
 potestatem Christus super se quoque fateatur
 fuisse cælitus ordinatam . Verum aperte
 indicant quidam horum quid cogitet , dum
 multo labore ac pretio Apostolicis adeptis
 priuilegijs , per ipsa sibi vendicant insignia
 pontificalia , viuentes . & ipsi more pontifi-
 cum , mitra , annulo , atque sandalijs . Sane
 si attenditur rerum dignitas , hanc mona-
 chi abhorret professio . Si ministerium , so-
 lis liquet congruere pontificibus , profecto
 esse desiderant quod videri gestiunt , meri-
 toque non queunt esse subiecti , quibus iam

ipso se comparat : desiderio . Quid si & ne-
 men eis conferre priuilegiorum posset a-
 storitas , quanto putas auro redimere itē ,
 vt appellarentur pontifices ? Quo ista , ò
 monachi ? Vbi timor mentis ? Vbi rubor
 frontis ? Quis vnquam probatorum mo-
 nachorum tale aliquid , aut verbo docuit ,
 aut reliquit exemplo ? Duodecim humilitatis
 gradus magister vester edisseruit , pro-
 prijsque distinguit descriptionibus . In quo
 quæso illorum docetur , aut continetur , vt
 haustu delectari monachus , has quærere
 debeat dignitates ? Labor & latebræ , &
 voluntaria paupertas , hæc sunt monacho-
 rum insignia , hæc solent vitam nobilitare
 monasticam . Vestri autem in omnibus
 blime vident : vestri pedes omne foras cir-
 cumeunt : vestra lingue in omnibus audiuntur
 conuilijs , vestra manus omne alienum
 diripiunt patrimonium . Tamen si ita oportet ,
 vt emancipati à subiectione pontificum ,
 pari cum successoribus Apostolorum gloria ,
 pari cathedra , eisdemque solemnium
 indumentorum insigniis attollamini : cur
 non & sacros ordines celebratis , & benedi-
 ctiones datis in populis ? Quam multa moueor
 dicere aduersus impudentissimam præ-
 sumptionem , sed frenat impetum quod scri-
 pturis occupatis scribere me recolens , lon-
 giori lectione vereor fieri onerosius archie-
 piscopo , & quia res tam manifesta est , vt
 multitudo reprehendentium videatur im-
 pudentiam obdurasse . Quod si & hæc ipsa
 cernuntur gratas excedere compendij me-
 ritas , vobis , ò domine Donate : qui me , & in
 hoc propriam prodero coegitissimè imperitiã ,
 dum morem modumque solemnium in scri-
 bendo seruare ascicium .

Ad eundem . Epist. XLIII.

Prioris precis nostræ benigna susce-
 ptio habet ampliora sperandi fi-
 duciam . Præmissa itaque deuotif-
 simum gratiarum actione pro
 experta beneuolentia , iterum audeo pete-
 re , quod iterandis gratijs secundo me fa-
 ciat debitorem , quatenus videlicet Molis-
 mensi Ecclesie ipsam Ecclesiam pro qua se
 vestram serenitatem quoque modo ohnu-
 bilasse dolebat , eam libertate tenere con-
 cedatis , qua prædecessorum vestrorum em-
 poribus eam certum est tenuisse . Valeat .

H

Ad eundem. Epistola XLIII.

Videtur certe quantum præsumã de vestra beneuolentia, vt nec crebra impetratio preces finiat, & toties exauditus, rursus accedere precator importunus non verear. Magis quidem præsumptio, sed non meretur indignationem: quoniam de caritate, non temeritate descendit. Meminit (ni fallor) vestra paternitas, quæ dudum Trevis querelas vniuersas, quas pro Ecclesiâ Senonâ aduersum Molisimenses monachos ante habuerat, pro amore Dei, & nostro penitus dimisit. Ecce ipsi monachi conqueruntur, quod resio quas nouas, & (vt ipsi aiunt) indebitas vobis consuetudines in prædicta Ecclesiâ vendicetis. Obsecro ergo & ipsas dimittite, confidens me ne hac quidem vice passurum repulsam: vt qui iam de maioribus merui non repelli, in obtinendis minoribus non confundar. Valete.

*Ad Ludouicum Regem Francorum.
Epistola XLV.*

Eximio regi Francorum Ludouico, Stephanus abbas Cisterciensis, totusque conuentus abbatum, & fratrum Cisterciensium, salutem, & prosperitatem, & pacem in Christo Iesu. Rex cæli & terræ regnum vobis in terra donauit, donaturus & in cælo, si id quod accepistis, iuste & sapienter administrare studueritis. Hoc est, quod vobis optamus, & pro vobis optamus, vt & hic fideliter, & illic foeliciter regnetis. Cæterum vos, quoniam consilio eisdem nostris pro vobis orationibus (quas, si recollitis, oltra tam humiliter requisistis) modo tam acriter repugnatis? Quæ enim iam fiducia manus pro vobis leuare præsumimus ad sponsum Ecclesiæ, quam ita, & sine causa, vt putamus: ausu inconsulto contumistatis? Grauem siquidem aduersum vos apud eundem sponsum, & Dominum suum querimoniam deponit, dum quem acceperat defensore, sustinet oppugnatores. Attenditis iam cui ex hoc inensum vos redditis? Non vtiue episcopo Parisiensi, sed Domino paradisi, & quidem terribili, & ei qui aufert spiritum principum. Ipse quippe est, qui ad episcopos dicit. Qui vos spernit, me spernit. Hac ita vobis, &

pro vobis audeat et quidem, sed amanter intumare curauimus: monentes, & rogantes per illam inuicem amicitiam nostram, & fraternitatem cui vos satis dignanter sociastis: sed nunc ipsam grauius læsistis, quatenus à tanto malo citius desistatis. Alioquin si non mereamur exaudiri, sed contemnimur: nos fratres, & amici vestri, & qui quotidie oramus pro vobis, & filii vestri, & regno: ex hoc iam noueritis prauitatem nostram in quibus valuerit non posse deesse Ecclesiæ Dei, & ministro eius, venerabili videlicet patri, & amico nostro episcopo Parisiensi, qui nostram aduersus vos humilitatem interpellans, nostras pro se ad dominum papam iure fraternitatis literas requisit. Verum nos iustum ducentes his potius literis vestram excellentiam conuenire: præsertim quia idem episcopus per manum omnium religioso iam se ad iustitiam offert: si tamen prius (quod quidem eadem ipsa iustitia videtur exigere) res eius in iuste ablata restituantur: eius interim petitioni differendo super sedimus. Et si quidem Deo inspirante placuerit vobis nostris precibus aurem inclinare, nostro consilio studioque pacem cum episcopo, imo cum Deo reformare: parati sumus huius rei gratia fatigari, vsque ad vos quocumque vobis placuerit. Sin autem, nosamicum audire, & Dei sacerdoti obedire necesse est. Valete.

*Ad Dominum Papam Honorium.
Epistola XLVI.*

Summo pontifici Honorio, pauperum Christi abbates, Hugo de Pontiniaco, & Bernardus de Claraualle, quidquid potest peccatorum oratio. Lachrymabilem episcoporum immo totius Ecclesiæ querimoniam, nos quocumque eius filij (si tamen digni) dissimulare non possumus. Quæ vidimus, loquimur. Magna siquidem nos necessitas de claustris ad publicum traxit: vbi & quod loquimur vidimus. Tristes vidimus, tristes eloquimur, honorem Ecclesiæ, Honorij tempore non minimè læsum. Iam regis flexerat iram humilitas, vel potius constantia episcoporum, cum ecce à summo pontifice summa superueniens auctoritas, heu deiecit constantiam, superbia in statuit. Scimus quidem id vobis per mendacium fuisse surreptum,

quod ex vestris literis palam datur aduer-
ti: vt euerit tam iustum, tamque necessariū
interdictum iuberētis. Sed numquid nō vel
tandem deprehensio mendacio, mentitam
se sentiet iniquitas tibi, & non tantæ, vtiq;
maiestati? Est autem quod miramur qua-
nam ratione iudicatum sit de parte, abiudi-
catum absenti. Quod quidem non temera-
ria præsumptione reprehendimus, sed filia-
li amore paterno cordi suggerimus quan-
tum ex hoc & superbit impius, & incendit
tur pauper. Cæterum quamdiu illum pati,
quantumve huic compati debeatis, non est
nostrum præscribere vobis. Vos vestra hinc
potius dulcissime pater viscera consulite.
Valete.

Ad eundem, ex persona Gaufridi Carnoten-
sis Episcopi. Epistola XLVII.

TRistissimæ historiæ seriens vo-
bis, & causam replicare super-
fluum est, qua iam quippe pa-
ternitatis vestræ viscera, scri-
bente religioso Parisiensi episcopo, commo-
ta esse non ambigo. Ne tamen fratri, & coe-
piscopo etiam nostrum desset testimoniū:
quæ vidi ego, & audiui, necessarium duxi
breuiter intimare. Excepta siquidem tam
modesta prædicti episcopi querimonia.
Senonensis dicecesis vniuersi episcopi, vna
cum venerabili metropolitano nostro, affec-
tis etiam nobiscum quibusdam alijs reli-
giosis personis, regem super graui iniuria
per nos ipsos humiliter, vt debuimus conue-
nimus, vt episcopo nil quidem tale merito,
sua quæ tulerat restitueret rogauimus, nec
impetrauimus. Sentiens tandem nos ad ar-
ma Ecclesiæ pro Ecclesia velle confugere,
timuit, annuitque sese omnia redditurum.
Sed in eadē forte hora superuenientibus lit-
teris vestris, quibus eius terram ab interdi-
cto absolui præcepistis, male in malum
confortatus, quod bene promiserat, mini-
mè executus est. Die tamen nominata qua
id se rursus promissit executurum, eius nos
conspectui præstantes, sustinimus pa-
cem, & non venit, quæsiuimus bona, & ecce
turbatio. Hoc denique litteris vestris factum
est, vt male ablata peius teneantur, & reli-
qua passim indices rapiantur: eo vti que se-
curè, quo impunè illa retinentur. So uo
nempe ad vestrum imperium, episcopi,
iusto (vt putamus) interdicto nostroque

quod parabamus, & quo sperabamus pacem
consequi, vestro æque timore suspensio in-
terim facti sumus opprobriū vicinis nostris.
Quousq; vestræ viderit pietatis compati o.

Ad Haimericum Romana sedis cancella-
rium. Epist. XLVIII.

Viro Illustri Haimerico sanctæ
sedis cancellario, frater Ber-
nardus Abbas diocesis Clara-
uallis, salutem, & non in via.
Etiam in pauperi, & inopi veritas odiū pa-
rit: & ne ipsa quidem miseria declinare in-
uidiam potest? Querar an gloriæ
sum, & ipse inimicus vera dicens? Vera di-
cens, an recta agens? Sed hoc viderint fra-
tres vestri, qui contra legem maledicunt sur-
do, & maledictum propheticum nō veren-
tes dicunt bonum malum, & malum bonū.
Quid in me, o boni viri, displicuit paterna
ira vestræ? Vtrumne, quod apud Cathala-
num amotus est à villicatione sibi credita,
homo vsque quaque diffamatus, quia in Ec-
clesia virdunensi cui præfueras, dissipasset
bona domini sui? An quod in vrbe Cassiacē-
si monasterij sui manifestus destructor Ful-
bertus cedere compulsus est Paruino, qui
omnium testimonio fidelis est seruus, &
prudens? an certe quod Lauduni de prosti-
bulo vinceris, sum Deo sanctuarium resti-
tutum est? Propter quod horum me nō di-
co lapidatis, sed læteris, vt minus aliquid
recipiam à domino meo? Et hoc merito, at-
que cum omni gloria responderem, si quid
in eis meum cognoscerem. Num autem, vt
quid iudicor ego de factis alienis? Aut si
meis, cur tamquam de malis cum cuncta hæc
iuste & præclare gesta fuisse nulla imprudē-
tia dubitare, nulla negare impudentia pos-
sit? Eligite nunc vtrumlibet, aut negate com-
ite, aut fatemini, sic horum auctorem. Si fe-
ci, laude dignum est laudabilia peregisse, &
inique redarguor vnde laudari merueram.
Si non feci, vt laudem nō merui, sic nec pro-
fecto vituperationem. Nouū genus detra-
ctionis, & reuera simile aliquid habens ope-
ri Balaam, qui ductus, & conductus ad ma-
ledicendum populo, magis cumulabat bene-
dictionibus. Quid iustus, quid iucundus,
quam vt quem reprehendere intendis plus
commendes, vt praconijs pro conuitijs ita-
ris, nescius, & volens detrahere, laudes mui-
tus? Quasi vero nulla mea mala inueniant,

A

I. s. 5. 6

B

ut pro malis mihi bona obijciat, vel potius
adijciant aliena. At ego nec indignis vitu-
perationibus moueor, nec indebitas reci-
piam laudes: nil in ea refert de his, quorum
auctor non extiti. Laudent si volunt vel vi-
tuperent, si audent: de primo quidem do-
minum Albanensem, de secundo vero do-
minum Rhemesem, poiro de tertio eundem
aque a. I. episcopum simul, & episcopum
Lugdunensem, sem. cum rege pariter, & multis
alijs reuerendis personis, qui se vitique au-
ctores in his, & principes extitisse mihi me
dissentur. Si bene egerunt, quid ad me? si
aliter, quid equè ad me? An tota, & sola mea
culpa est, quod affui, homo solis latebris di-
gnus, solus enim iudex, solus accusator; & arbi-
ter constitutus, quatenus monstrat actio quod
habet confessio, & nomen monachi solitarii
mihi conuersatio interpretatur? Affui enim,
negare non possum: sed vocatus, sed tractus.
Si hoc amicis meis displicuit, fateor, & mihi.
Vtinam non issem ad illa, utinam non irem
ad similia. Vtinam & nuper non issem, ubi
vidissem aduersum Ecclesiam apostolica (proh
dolor) auctoritate violentam armari tyran-
nidem, quasi non satis per se infanisset.
Tum demum sensi (iuxta prophetiam) adha-
rescere linguam meam palato meo, cum
subito pondus superiectum est nostris ceruicibus
atque irrefragabilis auctoritas literarum.
Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis:
& dolor meus renouatus est, quando vidi
repente ad illas litteras impleri facies inno-
cètiū ignominia, & lætari amplius impios
quod malefecerint, & exultare in his rebus
peilimis. Misertum est impii (iuxta dictum
propheticum) non disceret facere iustitiam:
& qui in terra sanctorum iniqua gessit,
ipsius terra iustissimo quo tenebatur abso-
luta est interdicto. Propter huiusmodi, &
si aliud non sit, grauior interesse causis,
quarum presertim mea non interesse cognosco.
Grauior sed trahor. At verò ab hac necessitate
per quem melius reuolui posse spe auerim,
quam per vos vir optime: cui in hac re, nec
potestas deest, nec voluntas ut comperi. Gaudeo
nempe quod & vestre prudentiæ nostram in
talius occupationem displicere cognoui. Et
quidem iustissime, & amicissime. Age ergo
si ipsa vultis, imo quia sic cernitis ac
decernitis, & amico expedire, & monacho
conuenire, date quæso operam, quatenus vna
vultusque voluntas citius impleatur, quo &

vobis videlicet satisfiat ad iustitiam, & mihi
ad salutem animæ consulatur. Indicatur, si
placet, clamosis, & importunis raris de
cauènis non egredi, sed iuis contentas esse
paludibus. Non audentur in concilijs, in
palatijs non inueniuntur, ad causas, ad ne-
gotia nulla necessitas, nulla trahere possit
auctoritas. & forsitan posset vester amicus
declinare præsumptionis notam. Nam no-
xam, vnde contrahere potuerim igneo, cum
sciam mihi consilium esse, & propositum,
numquam (si causa dumtaxat nostri ordi-
nis non fuerit) exire monasterio, nisi aut a-
postolicæ sedis legato, aut certè proprio vi-
cario episcopo, quibus nostræ humilitati, si-
cut optime nolitis, contradicere omnino cas
non est, nisi ex quocumque superioris aucto-
ritatis privilegio. Quod vitique si vniquam
per manum vestram, ut spero, mihi in ma-
nus venerit, tunc procul dubio, & pax mihi,
& pax erit de me. Non tamè idcirco enim
me latente, & tacente cessare puto murmur
Ecclesiarum: si non cesset Romana curia
pro voluntate assistentium facere præiudicium
in absentes. Valet.

*Ad Dominum Papam Honorium pro Henrico
Senonensi Archiepiscopo.
Epist. XLIX.*

SVMMO pontifici Honorio, serui, &
si digni iudicamur, filij, Stephanus
Cisterciensis, Hugo Pontiniacensis,
B. de Claraualle, quod reuerendissimo
domino, quod benignissimo patri. De-
gentes in monasterijs, ad quæ nos nostra
peccata cõpulerunt, non cessamus orare
pro vobis, & pro commissa vobis Ecclesia Dei:
congaudentes, & spõsæ Domini super tam
fido custode, & spõsi amico super labore tam
fructuoso. Fidenter proinde atque fideliter
vestræ paternitati suggerimus, quod in regno
nostro eidem matri nostræ dolentes cernimus
aduersari. Quantum quidem nos sentimus
qui vicini sumus, Rex Ludouicus non tam
episcopos, quam in ipsis, iustitiæ persequitur
zelum, pietatis cultum, habitumque religionis.
Quod vestre quoque prudentia sanctitati,
vel esse eo facile aduertere potest, quod
qui ante in habitu actuque seculari hono-
rati sunt, sublimes iudicati, fideles habitus sa-
mihares: modò inimici facti sunt dignè suo
sacerdotio cõuersantes: & per omnia hono-
rificantes ministerium suum. Hinc grauius
con-

Ps. 121.

6

Ps. 38. a

Isa. 26. a

E

contumelijs, & iniurijs Episcopi Parisiensis innocentia pulsata est: sed non quassata, quia Dominus supposit manum suam, cū vestrā opposuit. Hinc, & nunc domini huius Senonensis constantiam concutere, & labefactare conatur: vt metropolitano (quod absit) eiectione facile prouoluenter grassetur in suffraganeos. Postremo quis ambigit non aliud eum quam oppugnare religionem, quam nimirum aperte sui regni destructionem, suae coronae pronunciat inimicam? Et aiter Herodes Christum non iam in cubilibus habet inspectum, sed in Ecclesijs inuidet exaltatum. Nec aliud fanē credimus eū habere aduersus archiepiscopum, nisi quod ipsum in ipso loco in ceteris laborat extinguere. Denique si fallere de his quae attestantur, fidere putamur: vestrae citius inueniet examinationis discussio, si tamen (quod & vehementer optamus, & suppliciter examus) de vultu tuo pater sanctissime iudicium prodeat. de quo profecto confidimus quod custodias innocentiam, & videas æquitatem. Alioquin reduci causam in regis praesentia atque potentia, non plane est aliud, quam tradi (heu) hominem in animam inimicorum eius.

Ad eundem. Epist. L.

Ostebat quidem, si ita vestrae visum fuisset auctoritati, vt in vestri, praesentia causa domini Senonensis discuteretur: ne insensus videlicet regi, in regis praesentia, & potentia suis pro se aduersarijs responsurus, traditus homo videretur in animam inimicorum eius. Sed quoniam vt tenendum irrefragabiliter quidquid praecipitis, sic sperandum indubitanter bonum de omnire quam decernitis: id solum a vestra, pater pietate deposcit, omnium, qui apud nos esse videntur religiosorum cunctitas, vt si se ad vultum forte potentis (vt assolet) senserit praegravari, confugere sibi liceat ad viscera patris, quod vtique haecenus oppresso nemini negatum audiuius. Alioquin videat Ioseph vir iustus quid sibi etiā nunc faciendum sit de puero, & matre eius, quia etiam nunc in Senonensi prouincia Christus quaeritur ad perdendum. Nam vt, quod verum est, manifestius proferamus, rex in archiepiscopo ex eo aperte noxam persequi religionem dignoscitur, quod

cum in antiqua seculari conuersatione, & habitu sicut pro moueri omnimode voluit, sic ab omni penitus securum inestitauerit dimisit.

Ad Haimericum Romanae sedis Cancellarium. Epistola LI.

Viro Illustri Haimerico in Romanae sedis cancellario. Abbas dictus de Claualle salutem, & si quid videret peccatoris oratio. Quousque durat illa sententia. Omnes qui pie volunt vivere in Christo persecutionem patiuntur? Quousque relinquitur virga peccatorum super iocum iustorum? Quis det, vt stare incipiant iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt? Quis iam ferat tantam inter caelum terramque discordiam, vt exultantibus angelis in peremendatione malorum, filij Adam fremant, & tabescant: Quasi non sit passus Iesus pacificans in sanguine suo quae in terra sunt, & quae in caelo: aut in ipso Deus non fuerit mundum reconcilians sibi. Laudabatur quondam archiepiscopus in desiderijs animae suae, & in seculari vita, & habitu benedicebatur. At nunc sub pannis infantiae Iesu quaeritur simonia, & inter nascentes virtutes emortuorum vel cadauera vitiorum scrutatur curiosa malitia. Videtis, & nunc stare Iesum in signum cui contradicitur. Per ipsum vos obsecro, pro ipso supplico vobis. Habet siquidem vnde & illum reuerentiam, & vnde illi miserentur. Stare pro ipso nunc in defensione archiepiscopi, cui quandoque, & vos habetis in examinatione vestri.

Ad eundem. Epist. LII.

Amicus vester, & noster dominus Carnotensis Episcopus voluit vos etiam per me certum fieri, quia id quod de ipso a quibusdam domino, pro persuasum fuisse cognouimus, vt cum videret Hierosolymam permitteret proficisci, nec sui fuerit studij, nec voluntatis. Quod etiam multum voluisset proficisci, tamen non poterat, nisi eum graui scandalo omnium, qui apud nos sunt, bonorum metuentium quippe, ne plus mali eius absentia faceret suis, quam boni alienis praesentia. Haec pro Episcopo. Ceterum, vt & pro

Ecl. 30. ne aliquid loquar, secundu n quod Scriptura admonet: Miserece inquens, animæ tuæ placens Deo: placetne vobis, vt causis oneretur, occuperque negotijs, nihilque proffit exoccupari proprijs, cum totus implicer alienis? Si inueni gratiam in oculis vestris, date operam vt prorsus amouear ab huiusmodi, quatenus liceat mihi pro meis atque vestris curâ delictis. Et quidem nihil mihi fecerius iudico, quam obedire domini Papæ voluntati, sed si dignetur attendere ipse quid possim. Vt nam nemp nouerit quæ ista non possum, aut quàm difficile possim. Et de hoc satis dictum est sapienti. Quasiuit à me præfatus Episcopus aliqua ex nouis opusculis, quæ vobis mitteret: sed non fuit ad manum quod vestro dignum crederem studio. Libellum tamen de Gratia & libero arbitrio nuper edidi, illum vobis libenter mittam, cum vos velle cognouero. Valet.

Ad eundem. Epist. LIII.

Pro multis & per multos memini me scripsisse ad vos: sed nunc ipse qui loquebar, ecce adsum. Tres in duobus conspicitis, quoniam absque me esse non possunt: in quorum iugiter pectoribus requiesco, & quidem fecerius atque suauius quam in proprio. Mentiri videor: sed ei qui amicitie vim nunquam sensit, qui virtutem caritatis ignorat, qui non credit multitudinis credetium fuisse cor vnum, & animam vnâ. Qui ergo videt eos, videt & me, etsi non in meo corpore. Et quod loquuntur ipsi, ego pariter loquor, sed eorum linguis. Corpore fateor abssum, sed hæc est exigua portio mei. Porro qui videt faciem meam tantum sine culpa, & sine nota mendacij, asserit se non videri partem mei, sed me: cum tamen non nisi partem, & partem modicam viderit. Quanto itaque verius esse me dixerim, etiam sine præsentia corporis, vbi meam sentio voluntatem, meum spiritum & amorem, quæ vti que est pars potior digniorque mei. Tribus ergo in corporibus vnâ nos esse noueritis, non pari sanctitate, qua ambobus ego inferior sum: sed eadem voluntate, & summa concordia animorum. Cur enim vnitatem hanc inter diuersos non faciat compago caritatis in vno spiritu, si carnalis copula efficit vt sint duo in carne vna? Quar-

tum vos addi velim, si dignum iudicatis, & in eandem concurrere vnitatem dilectionis. Quod facile, si non contemnitis, obtinebitis, tantum id vos nequaquam contemnere eis cognitum iaciatis. Vale.

Ad eundem Epist. LIIII.

Volo & precor, vt harum latior venerabilis Altecumbæ Abbas Viuianus, mihi ob suam religiositatem admodum familiaris amicus, amicum vos pro Dei amore, & nostro in suo negotio experiatur. Et hæc pro illo, reliqua autem vobis. Quid prodest homini, si vnuersum mundum lucratur, animæ autem suæ detrimentum patitur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Nec totus mundus sufficeret. Magna res anima, quæ Christi sanguine redempta est. Grauis animæ casus, quæ non nisi Christi cruce potuit reparari. Si rursum corruerit peccato dumtaxat ad mortem, vnde iam reparabitur? Numquid aut alter Christus, aut idem iterum crucifigi habet pro illa? Super hoc vellem vos nunquam obliuisci illud sapientis consilium: *Ecl. 7. d* Fili memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis,

Ad Gaufridum Carnotensem Episcopum. L
Epistola LV.

Fidelissimo ac prudentissimo seruo Dei Gaufrido Carnotensi Episcopo, B pauperum Christi de Claraualle seruus, claritate perfundi motum æternorum. Quantum vobis honoris vestra laudabilis vita, tantum affert & oneris laudans fama. Ecce enim is per quem & pro quo præsentis litteras accipitis, exemplo ceterorum, quos sæpe tales non paucos experimus, motus, & ipse bono odore vestri, quem de longè sensit, tam communem cum fiducia pietatem requirit, spe vti que ductus inueniendi non solum consilium, quid agere debeat, sed & auxilium, quo perficere valeat. Est autem hæc causa eius. Quadã se celâ pro amore Dei & proposito incluserat. Egressus a que transgressus suæ vobis ipse causas exponet. Et quidem ad propositum redire cupit: sed per vos implere proposuit, si tamen nostris hoc precibus, quibus se præmunire curauit, obtinere potuerit. Facite

Facite etiam morem vestrum, ferte opem misero: imo quia vos sapientibus & insipientibus debitorem agnoscitis, erroneam Christi ouiculam & faucibus lupi festinate eripere, & ad pascuum reducendo priorem, iuxta aliquod ouilium vestrorum quacumque in cella cubate recludi, nisi forte aliud quid ei magis expedire prospexeritis, & licere iudicaueritis, & persuadete poteritis.

Ad eundem. Epist. LVI.



Vod à me de dno Norberto sciscitami, si videlicet iturus sit Hierosolimam, ego nescio. Nam cum ante hos paucos dies eius faciem viderem, & de balesti fistula, ore

videlicet ipsius, pium ma haurire meruerim: hoc tamen ab ipso non audiui. Verum de Antichristo cum inquirerem quid sentiret: durante adhuc ea quae nunc est generatione, reuelandum illum esse certissime se scire protestatus est. At eum eandem certitudinem vnde haberet, sciscitanti mihi exponere vellet, audito quod respondit: non me aliud pro certo credere debere putavi. Ad summam tamen hoc asseruit non visurum se mortem, nisi prius videat generalem in Ecclesia persecutionem. De cetero memorari vestram pietatem volo illius pauperis & exulis Humberti nomine: qui dudum cum Trevis essetis, vobis supplicabat, quatenus ad comitem Theobaldum, qui eum exheredauerat intercederetis. Quod & ego nunc pro ipso & cum ipso itidem a vestra flagito pietate. Nam nostras litteras de hac re precatorias iam ad praedictum principem misi, sed gratiam non inueniens nihil effeci. Iam quod libenter auditis, libenter debeo dicere vobis. Stephanus vester sic currit, non quasi in incertum, sic pugnat non quasi aërem verberans. Orate quatenus sic currat, vt comprehendat: sic pugnet vt vincat.

Ad eundem. Epist. LVII.



Ictus à vestra mihi parte reportauit, idcirco ipsius desiderio & petitioni vsque adhuc satisfacere distulistis: quia primū votū, pergendi videlicet Hierosoly-

maim. Ictum vobis fecisse videtur. Super

quo si nostram sententiam requiritis, ego non arbor minor vota impedire debet, & maiora: nec Deum exigere quodcumque sibi promissum bonum si pro eo melius aliquid fuerit persolutum. Enimvero alicui forte debent vobis duodecim nummos, numquid si pro eis die constituto marcham solueret argentis, iuste irascere mini? Iam si & ab alio Episcopo aliquid timetis, sed iam vos reddo quia non solum ei, si quod non auxilium impederitis, non displicebit: sed etiam vobis gratum habebit. Vale.

Ad Ebalum Cathalaunensem Episcopum. Epistola LVIII.

Domino Ebalus venerabili sanctae Cathalaunensis Ecclesiae Dei gratia Episcopo, frater B. Abbas de Claraualle, si quid potest peccatoris oratio. Nauicula illius (de Ecclesia loquor omnium sanctorum, quae sub oculis vestris gubernatore destituta fluctuat) non est bonum vobis negligere vel dissimulare periculum. Res quippe vestrae cura est. Vnde miror, quae ratione quae securitate à clerico illo, qui à religiosis personis vir (vt aiunt) religiosus, eisdem Ecclesiae electus est, requiendo desistitis, etiam si hoc quorundam qui in ipsa Ecclesia sunt incuria vel desidia non mereatur. Qui (vt audiuimus) illum qui electus est nolentes, nec aliud nisi quod religiosus est, afferentes, de eligendo alio nostrae quoque aucti sunt copulare grauitatem, quasi qui videatur esse communior, & affabilior, qui non sit extraneus, sed cuius tā grauis quam cognita, patria gnarus, rebus Ecclesiae tractandis idoneus. Reuera, vt ad istos caustissimos consultores me vertam, qui vicia vestra non redarguant, qui miserae conuersationi vestrae aut consentiant, aut contradicere non audeat. Non sunt audiendi, sed potius (velint, nolint) omnimodo satandus est vobis, vt is qui boni testimonij est Ecclesiae desolatae quae ocyus perquiratur: quoniam si talis est qualis praedicatur, Deus proculdubio cum ipso est, qui suam ei gratiam ministrabit, placentem omnibus, efficacem in omnibus. Quod si hunc istis non merentibus fortasse nullo modo haberi posse contigerit: alius de alia qualicumque domo religiosa, qui videatur idoneus prouideatur: non qualem isti volunt, qui nisi quod sua carnalitati blanditur non

Clent; sed qui sic sciat negotia disponere re-
riam exteriorum, vt norit per omnia præ-
ponere curam animarum. Certè duobus
monasterijs, sancti videlicet Petri & san-
cti Vrban; pastoraliquando solatio simi-
liter destitutis, bonæ memoriæ prædeces-
sor vester Dominus Vuillelmus non longi
iuneric labore, non hyemis reputans as-
peritatem, bis (ni fallor) Cluniacum, semel
Diuionem per seipsum adiit, hincque vi-
rum bonum dominum Hugonem qui post
defunctus est, illinc virum venerabilem, qui
adhuc superest, dominum Radulphum vix
multis precibus impetratos abduens, sin-
gulum singulo præposuit monasterio, tutū
videlicet nō arbitrans cuiquam monacho-
rum domesticorum illam committere cu-
ram. Quod ideo vobis in exemplum addu-
it, vt vestram caritatem commonefaciam,
qualiter & in hoc, quod nunc in manibus
est, oporteat eam esse non minus cautam
quam sollicitam.

Ad Guilencum Lingonensem Episcopum.
Epistola LIX.

Domino suo & patri Guilenco,
Dei gratia Lingonensi episco-
po, frater Bernardus Clara-
uallis abbas seipsum. Audito
obitu domini Garnerij archidiaconi, neces-
sarium duximus vestrā paternitatem preci-
bus præuenire, imò præuenire consilio, si
tamen dignum putatis monitis nostræ ac-
quiescere paruitatis, quatenus videlicet de
rebus sancti Stephani Diuionensis quas te-
nere placeat liberalitati vestræ misericor-
diam superexaltare iudicio. Siquidem non
ignoramus quod in manum vestrā debeant
redire, iuxta quod in capitulo Lingonensi
dispositum & scripto firmatum fuisse etiā
nos meminimus, quando tūc vester Har-
bertus in illa Ecclesia primū abbas regula-
ris constitutus est. Sed quia canonice gra-
ui scandali, & abbati magni improprij oc-
casionem fore cognouimus, si ad ea quæ
diuenerit illa Ecclesia, quacumque occasio-
ne manum vestram extendieris, conque-
rentibus quippe illis de illo quasi qui ma-
lum principium dederit adueniens, cum
eius causa & ad eius introitum tam grande
Ecclesia damnū incurrerit: pietati vestræ
supplicamus, & supplicando consulimus, vt
& tot pueris Christi, à tanto scandalo par-

catis, & hunc vicarium Christi à tanto im-
proprio simul liberare curetis, conceden-
do vtique Ecclesiæ, quod hætenus iuris Ec-
clesiæ fuisse cognoscitur.

Ad eundem Epistola LX.

Pro Ecclesia Molismensi supplex,
non vt arbitror importunus in-
teruentor accedo. Multa quippe
sunt, quæ me confortant, vt repul-
sam non metuat hæc nostra petitio. Pri-
mum, quia non pro qualibet extranea, sed
pro vestra vobis Ecclesia supplicamus. De-
inde quod eandem Ecclesiam non alienum
vsurpare, sed suum ius tantum à vestra æ-
quitate requirere credimus. Tertio quod
ipsam talis nobiscum postulat, qui solus
ad impetrandum etiam maius aliquid à vo-
bis sufficere possit, videlicet comes Theo-
baldus. Quartum quoque si addidero,
non temere id me præsumere putauerim.
Neque enim vel ipsi de vestra adeo humili-
tate diffidimus, quin aucter, si opus sit,
per nosmetipsos ad vestræ celsitudinis no-
bis iam satis expertam beneuolentiam, pe-
tituri quod rationabile visum fuerit, acce-
damus. Vale.

Ad Ricuinum Tullensem Episcopum.
Epistola LXI.

Rueredo patri domino Ricuino,
gratia Dei, Tullensi Epo, frater
Bernardus dictus Abbas de Cla-
raualle, salutem & orationes.
Peccatori huic, quem ad nos peccatores ob
animæ suæ consilium, vestra, vt ipse perhi-
buit, dirigere curauit dignatio, nihil ad præ-
sens sanius consulere in promptu habui-
mus, quam vt ad sinum paternæ pietatis re-
diret, & ex ore sacerdotis legem require-
ret. Nos enim nostræ paruitatis & officij
mensuram attendentes, nec nos vltra nos
extendentes, dare pœnitentiam maxime in
criminalibus nulli hominum præsumere
omnino solemus, nisi solis quos in nostram
curam suscepimus. Qua namque temerita-
te tractanda Episcoporum negotia, & hu-
iusmodi negotia, peccatores & imperiti sus-
cipimus, qui ipsi quoque sicut & ceteri
hominum, quoties grauior aliqua causa
inter nos oboritur, quam per nos diffinire,
aut nescimus, aut nequimus, aut non aude-
mus.

mus: episcopali, vt dignum est, sententiæ re-
seruamus: & nisi summi prius sacerdotis
vel iudicio vel consilio confirmati, securi
non sumus. Proindeatur igitur morbida
oui à proprio pastore, & tali pastore, qui ca-
nones non ignorat, congrua poenitentia
medicina, ne si in peccata (quod absit), ani-
ma pro qua Christus mortuus est moratur,
sanguinem eius de manu vestra summus
pastor requirat. Verum nos Deo illi inspi-
rante mundum relinquere persuasimus: si
tamen homo senex, & pauper aliquo se re-
cipi intra diocesim vestram sanctorum
conuentu vestro obtinere poterit inter-
uentu. Plenum vos diem suscipiat, dies
vna illa melior in atrijs Domini super mil-
lia, sancte ac venerabilis pater.

Ad Henricum Virdunensem Episcopum.
Epistola LXII.

Domino Henrico, Dei gratia,
Virdunensi Episcopo frater
Bernardus dictus abbas de
Claraualle salutem, & oratio-
nem. Hæc muliercula, quam ecce iam mul-
tis annis multis, & perplexis peccatorum
nodis satanas alligauit, super statu salutis
sua, nostræ prauitatis consilium expetiit:
& tale accepit, vt post multum videlicet ac
diuturnum erratum ad proprii pastoris si-
num profuga ouicula fidenter recurreret:
qui vtiq, eo citius ac sollicitius inopi ferret
opem, quo se certius atque districtius de si-
bi commissa, agno qui pro ipsa mortuus est
redditurum nouit rationem. Nostrum fuit
deuiantem corrigere, vestrum sit peccatri-
cem non despiciere imò poenitentem susci-
pere: & si vera est suæ quam nobis expo-
suit infelicitatis historia, aut viro suo priori,
si adhuc viuuit, reconciliare, aut si ille nolue-
rit, sicut hanc innuptam, sic illum cogere
absque vxore manere. Vale.

Ad eundem. Epistola LXIII.

Super his, quæ à nobis excellentiæ
vestræ placuit, sciscitari, aut nos
fallimur, aut ille qui ea vobis retu-
lit, fallit. Si quid tamen fuit, suspen-
spectam quippe meam habeo, quam noui,
labilem memoriã, ne tantam in fratre,
qui hæc loquitur suspicer falsitatem: hoc
certissime scire confido, & vos indubi-

tanter credere volo, nemini me super no-
mine vestro reprehensionis aliquando vel
accusationis verba fecisse vel inuixisse. Ab-
sit hæc à nostra pusillitate temeritas, vt cõ-
tra episcopos, & absentes loqui, quæ ad nos
non attinent, audeamus, præsertim quæ nõ
probauimus. Deinde quod nõstris notitiam
dignanter expetiitis, gratanter accipimus,
abundantius nos & innotescere vobis, & vos
noscere cupientes. Qua iam sine fiducia
præstantia vestra supplicamus, imò vestram
indenter commoneamus beneuolentiam, de
de illo loco, quem sub tutela vestra, vestro,
vt aiunt, ortu frater reuerendus, & coab-
bas nostre domini Guido de tribus fontibus
contraere suscepit. In illo nobis quæ-
tum nos curatis, ostendite, & quidquid ei se-
ceritis, nobis factum reputate. Vale.

Ad Alexandrum Lincolniensem Episcopum.
Epistola LXIIII.

Viro honorabili domino Alexan-
dro, Dei gratia, Lincolniensi epi-
scopo, Bernardus abbas dictus
de Claraualle, velle honorari
magis in Christo, quam in seculo. Phi-
lippus vester volens proficisci Hierosoly-
mam, compendium viæ inuenit, & citò per-
uenit, quò volebat. Transfretauit in breui
hoc mare magnum, & spatiosum, & pro-
sperè nauigans attingit iam litus optatum,
atque ad portum tandem salutis applicuit.
Stantes sunt iam pedes eius in atrijs Hieru-
salem, & quem audierat in Effrata, inuenit
in campis syluæ, libenter adorat in loco, vbi
steterunt pedes eius. Ingressus est sanctam
ciuitatem, sortitus est cum illis hereditatem
quibus meritò dicitur. Iam non estis hospi-
tes, & aduenæ: sed estis ciues sanctorum, &
domestici Dei. Cum quibus intrans, & exiens
tanquam vnus & sanctis, gloriatur, & ipse cõ-
ceteris dicens. Conuersatio nostra in caelis
est. Factus est ergo non curiosus tantum spe-
ctator, sed & deuotus habitator, & cuius co-
scriptus Hierusalem, non autem terrena hu-
ius, cui Arabia inons Syna coniunctus est,
quæ seruit cum suis suis, sed liberæ illius
quæ est sanctam mater nostra. Et si vultis
scire, Claraualle ipsa est Hierusalem, ei
quæ in caelis est, tota mentis deuotione &
conuersationis imitatione & cognatione
quadam spiritus sociata. Hæc requies ili-
lius, sicut ipse promittit in seculum facili-
elegit

I elegit eam in habitationem sibi eo, quod apud eam sit etsi nondum visio, certe expectatio vera pacis illius utique de qua dicitur Pax Dei, quæ exuperat omnem intellectum. Verum hoc suum bonum etsi desuper accepit, in vestro tamen beneplacito facere cupit, imo se facere confidit, sciens vos sapientis non ignorare sententiam, quod filius utique sapiens sit gloria patris. Rogat autem paternitatem vestram, & ita manus contriti cordis quod offert quotidie, non recipiat, dum frater quispiam habet aliquid aduersus eum. Precatur deinde, ut domus quæ ipse matri suæ in terra Ecclesiæ construxit, cum terra, quam ibi delegauit, eidem matri, quæ tamdiu vixerit concedatur. Hæc pro Philippo. Reliqua hæc pauca pro vobis, ipso quidem intimante, imo vero inspirante Deo adijcienda putauimus, hortari vos in caritate præsentem, ne casuri gloriam mundi quasi stantem aspiciatis, & verè stantem amittatis, nec plus vobis, aut pro vobis vestra diligatis, & sic vos & vestra perdat, ne blandiens præsens prosperitas sui vobis finem abscondat, & aduersitas sine fine succedat, ne lætitia temporalis luctum vobis æternum & operiat quem parit, & pariat quem operit, ne mors longe esse putetur, & præoccupet improuidum & vitæ dū longa expectatur, cito deseratnalè consensum, sicut scriptum est: Dum dixerint: pax & securitas: tunc subitaneus superueniet eis interitus tanquam in utero habenti, & non effugient. Valete.

X Ad Abbatem Aluifum Aquiscinti.
Epistola LXX.

Aluiso Abbati Aquiscinti monasterij B. salutem ex corde. Retribuat vobis Deus misericordiam, quam fecistis sancto suo venio Goduino Audium enim quod auctore eius obitu, mox velut immemor pristinae calumniæ, sed non amicitia, consolationem potius, quam vltorem vos exhibuistis. Patre quippe vos cognouistis, ut res exigebat, non iudicem. Ideoq. quod pietatis, quod caritatis est, ut ferè suo pater impen-

dere studuistis. Quid melius, quid laudabilius, quid vobis dignius agere poteratis? Sed quis hoc crederet? Verè nemo scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est. Vbi est nuncula austeritas, illa seueritas, illa indignatio quam olim in illum lingua, vultus, oculi terribiliter ostentare & intentare solebant? Ad vnum nempe nuncium de morte filij, paterna viscera commota sunt, subitoque hæc omnia quæ simulatoria, sed dispensatoria, ac per hoc transitoria erant, disparuerunt. Illa vero, quæ vera erant, sed latebant caritas, pietas, benignitas apparuerunt. Siquidem in religioso animo vestro misericordia & veritas obuiauerunt sibi, & quia nimirum misericordia superabundauit iudicio, iustitia & pax osculatae sunt. Nam quantum mihi videor conijciendo videre, quid animi tunc habueritis, cum ad vlciscendam illam, quæ vobis videbatur facta, iniuriam iustitiæ zelo accensa veritas se accingeret, illa quæ exemplo Ioseph prudenter antea dissimulabatur misericordia, vltra iam latere non ferens, ne in hoc quidem dissimiliter ab Ioseph, ex abdito celatae pietatis erupit, seque veritati adiungens repressit motum, temperauit zelum, pacem cum iustitia fecit. Tunc de purissimo placidi pectoris fonte talium credo limpidissimi cogitationum riuuli ebullierunt: Quid opus est indignari? Misereri potius oportet, & non obliuisci, quod scriptum est: Misericordiam volo, & non sacrificium, & implere quod iustum est: Solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis; & expectare quod promissum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Alioquin num filius meus erat iste? Quis vero irasci filio potest? Nisi forte tunc tantum filius meus fuit, dum mecum fuit, & non etiam, cum me deseruit. Sed numquid quia corpore ad tempus recessit, etiam animo recedere potuit? Aut forte vel ipsa mors eum mihi poterit auferre? Itane localis corporalisve necessitas animorum sese amantium libertatem angustat?

Certus sum, quia nec locorum distantia, nec corporum vel mors, vel absentia disungere poterit, quos vnus spiritus vegetat, vna caritas ligat. Denique si iustorum animæ in manu Dei sunt: profecto & qui iam in ipso deposita carne quiescunt, & qui ipsi adhuc in carne non secundum carnem

Gen. 45.

L

Osæ 6. b

Eph. 4. a

Matt. 5.

Sap. 3. a

M carnem militamus, simul procul dubio sumus. Meus ergo erat viuis, meus erit defunctus, meum in patris recognitionem. Si quis est qui de manu Dei possit eruere, & à me illius separare valebit. Itaque pro filio quidem vestra vobis affectio satisfecit. Sed de nobis pater quid erit? Quæ, inquam, de nobis digna vobis satisfactio placebit, quibus vtique pro grandi iniuria imponitis quoddam à vobis recedens, à nobis acceptus sit? Quid dicam? Si dixerò: Non recepimus (quod vtina sine peccato dicere possem) mentior plane. Si dixerò: Recepimus quidem, sed iuste: excusare me velle vidor. Sed tutius respoñdebo. Peccauimus. Veruntamen quantum? Non ad defensionem dico. A quo enim ille non reciperetur? Quis inquam sanctum illum aut puifantem repelleret, aut susceptum expelleret? Quis vero scit, si de vestra abundantia nostram Deum voluerit suppleri inopiam, vt scilicet vnum de multis qui forte apud vos religiosi tunc erant ad nos dirigeret, nobis quidem ad solatium, sed nihilominus vobis ad gloriam? Filius quidem sapiens gloria est patris. Denique non cum præuenimus sollicitando, non circumuenimus attrahendo, quod vos desereret, vel ad nos veniret: quin potius rogantem, pulsantem, supplicantem non prius (Deus scit) consensus recipere, quam remittere ad vos tentauimus. Non autem eo acquiescente, eius nos importunitati vix tandem acquieuius. Hominem ergo religiosum peregrinum solum, si culpa est quod suscepimus, & ita suscepimus, non erit vobis indignum semel tantum commissam culpam talemque culpam dimittere: cui etiam fas non est ne vsque quidem septuagies septies peccantibus in vos veniam negare. Vt tamen noueritis, quam non leuiter seu negligenter, imo quam non impunè feramus quod vquam reuerentiam vestram quoquo modo offendimus sepe Deum testor, quod corpore non possum, mente ad vos suppliciter transeo. sepe genibus flexis humiliter satisfacere vobis altare me video. Vtinam ipse qui id mihi fortasse inspirat, vobis quoque spiritus sentire faciat quam febilis, quam miserabilis tanquam præfens ad genua vsque vestra descendendo, quam frequenter nudus humeros virgaq; in manibus gestans, & quasi ad vestram iussionem vapulare paratus, peccato veniam, gratiam tremebundus expecto. Hæc qualiter vobis paterna accepta sint, ve

stro, si vos non grauat, citius scire flagitamus rescripto, vt sic satis iam securi de indulgentia consolemur: si quo minus, magis vt dignum est, humiliemus, & amplius aliquid à nobis si possumus exigamus, quo dignus satisfacere debeamus. Valete.

Ad Gaufridum Abbatem sancti Theodoric.
 Epistola LXXVI.

Primo precor vt presentes litteras domino abbati Aquileiensi monasterij dirigere non graueris. Deinde vt ad id quod portat pro absente amico præfens fatagor cum venerit locus. Neque enim cuiuslibet, nedum tanti patris iustum iniustumve aduersum me debeo scandalum dissimulare. Quod quã non faciam, loquens potius quam scribens cõperire forsitan potuissem. Nam solet in talibus acceptior esse sermo viuus, quam scriptus, & efficacior lingua, quam littera. Oculi quippe loquentis fidem faciunt dictis, nec ita potest affectum exprimere digitus, quomodo vultus. Nunc autem, quia absens per me non possum, per te satisfacere quantum possum. Rogo ergo te, & iterum rogo, vt de regno Dei quod est videlicet intra nos, scandalum auferas, dum salubriter potes, ne si (quod absit) vsque ad Angelos qui vtique in fine sæculi in id ministerij deputandi sunt, perdurauerit rancor necesse sit irretocabiliter aut ambos aut alterum è nobis de medio tolli. Vnde autem ad me tu iam dudum scripsisti conquerendo super tribulationibus vestris, scitis quia iuxta est Dominus his qui tribulatio sunt corde. De ipso comdite, quia ipse vicit mundum. Ipse scit inter quos habitatis, & in cõspectu eius sunt omnes qui tribulant vos. Ipse exaudiet vos in abscondito tempestatis, qui nunc probat ad aquas contrafectionis. Valete.

Ad Monachos Flauiacenses.
 Epist. LXXVII.

Domino, H. patri Flauiacensi & ceteris, & fratribus qui cum eo sunt, fratres qui in Clara vale sunt salutem. Lectis litteris vestris, vestram reuerentiam propter quemdam monachum qui apud nos est, contristatam cognouimus. De qua vestra tristitia nos quoque contristati sumus, timentes ne non sit

Pron. 10

A

Cilla tristitia de qua quibusdam dicebat Apostolus: Contristati. n. estis secundum Deum. Nam si secundum Deum esset, non usque adeo vos commouisset, ut nos etiam vobis ignotos, fratres tamen vestros, & si placet amicos, quos necdum vel praesente verbo conueneratis, vel absentem scripto praemonueratis, hac prima vice tam subito, tam acriter argueretis. Miramini (ut scribitis) quod fratrem G. suscepimus, miramini, nisi eum vobis cito restituerimus. Proponitis nobis de regula, de noto monasterio monachum, non suscipiendum, pro constanti scilicet habentes vestrum non esse ignotum. Sed quid si alijs notum, dummodo nobis ignotum sit? Et si enim, ut verba ipsa ponam, religionis vestrae se adeo fama effuderit, ut etiam Romae Ecclesiae vestrae habeatur notitia, nos tamen, qui utique multum citra Romam positi sumus, nescio quo pacto ita praeterijt, ut ne vnus quidem vestrum, abbatis scilicet, vel monachorum, non ipsius vestrae habitationis, non religionis ac conuersationis, usque ad hoc tempus, vel tenuem notitiam habuerimus, sed nec aliquam aliquando mentionem nobis de vobis factam fuisse meminimus. Nec tamen mirum, quia & multis terrarum spatijs, & diuersis prouincijs, & dissimilibus linguis abinuicem distamus. Nec solum episcopatibus proprijs absumus, sed etiam in eodem archiepiscopatu non degimus.

Putamus autem, quod non de cuiusque notis, sed tantum de nobis notis monasterijs monachos suscipere prohibemur, alioquin cum nullum monasterium sit, quod alicui notum non sit, nullum nobis relinquitur, de quo quis regulariter suscipiatur. Quomodo ergo illud implebitur, quod a beato Benedicto, vel praecipitur, vel permittitur, peregrinum videlicet monachum non solum debere suscipi ad habitandum pro hospite, quanto cupit tempus, sed etiam inuentum vtilem suaderi ad manendum omni tempore? Quamquam tamen nos aliter erga praedictum fratrem egerimus. Nam cum veniens se suscipi a nobis humiliter postularet, primo quidem repulsus, deinde admonitus est, ut ad monasterium suum rediret. Sed ille non acquiescens, in viciniam nobis eremum se contulit, ibique septem ferme menses nullam interim calumniam passus quiete habitauit. Sed cum sibi tutum non crederet, quod solus degeret, post primam repulsam id ipsum a nobis re-

Per. D. Bern. Tom. 1. l.

quirere non erubuit. Rursus nos admonentes cum de reditu, cum causam suam ab eo discessionis requireremus: Abbas, inquit, meus habebat me non monachum, sed medicum. Cogebat seruire, imo ipse seruiebat per me, non Deo, sed saeculo, quando non saecularium malevolentiam incureret principum, mederi me compellebat etiam tyrannis, raptoribus, excommunicatis. Quod animae meae periculum cum ei nunc priuatum, istanc palam suggestissem, nec profecissem: quorundam tandem sapientium virorum consilio fretus fugio meam damnationem, non congregationem: perditionem, non religionem. Consultite salutem quaerenti, aperte pulsanti. Cuius nos viuentes constantiam, audientes causam, & nullam contra eum calumniam: annuimus introitum, probauimus susceptum, astrinximus probatum, tenemus professum. Nec intrare compulsumus, nec exire cogemus. Quamuis sicut eijceremus, ad vos (ut ipse asserit) non rediret, sed magis se adhuc a vobis elongaret. Desinite ergo, fratres, desinite tam indebitis innoxios lacerare iurgijs, & cassis scriptitationibus inquietare: quia nec cumulatius etiam contumelijs prouocari poterimus ut vobis, nisi quod reuerentia est, respondeamus, nec minis his exterreri quo minus monachum teneamus, quem regulariter suscepisse nos credimus.

Ad eosdem, de eodem. Epist. LXXVIII.

MOdestiae quidem vestrae erat, o boni fratres, super querimonia vestra priori nostra satisfactione contentos esse debere, & iam ab immeritorum infestatione quiescere. Sed quia prioribus malis peiora iunxistis, & rursus nobis iurgiorum seminaria transmisisistis, quae absit, ut germinet, sicut nec priora germinauerunt in nobis: ne tamen non respondendo, culpam (quae non est) cognoscere videamur, hoc etiam secundo ad ea, quae procaciter obijcitis, veraciter respondemus. Hac tota nostra culpa est, quantum aestimamus: haec grandis illa iniuria, quam vobis fecimus: quod monachum, solum, peregrinum pauperem, miserabilem, animae suae periculum fugitantem, salute sua sollicitum quaerentem, pulsantem, supplicantem suscepimus: seu quod tale taliter a nobis susceptum de novo sine causa non eijcimus ut quod

E adu.

edificauimus, iterum destruentes, prauari-
catores nos constituamus. Hinc regula, hinc
canonum, hinc ipsius naturalis legis trans-
gressores iudicamus. Opponitis enim indi-
gnantes, cur vestrum & a vobis excommu-
nicatum nobis sociare presumpimus, quod
vtique ab alio pati nolumus. Sed de excom-
municatione quid respondebimus, quan-
do vos inde vobis satisfacitis pro nobis, scie-
tes procul dubio prius a nobis fuisse rece-
ptum quam a vobis excommunicatum? Cum
autem prius susceptus, dum tamen regula-
riter fuerit: profectus non iam in vestrum,
sed in nostrum vestrae maledictionis sen-
tentiam intorsistis. Quod si recte factum sit,
vos videtis. Et stat igitur sciendum, & hoc
tantum quaeritur inter nos, an rationabili-
ter susceptus fuerit. Et vos quidem, quomam
de ignoto in monasterio monachum regulari-
ter posse suscipi negare non potestis, vestrum
nobis notum esse contenditis. Negamus,
& non creditis. Verum si non creditis sim-
pliciter negantibus, credite, vel iurantibus.
In veritate, quae Deus est, vobis dicimus,
nec nouimus vos, nec noscimus: ignotorum
scripta suscepimus, ad ignotos rescriptimus.
Sensimus quidem stimulationes, & inquit-
tationes vestras, sed necdum stimulatōres,
& inquietatores ipsos agnouimus. Vos tame-
n ad conuincendum nos de simulata igno-
rantia, inuictissimum argumentum induci-
tis, non posse videlicet ignotos esse nobis,
quorum, & abbas scilicet, & ipse mona-
sterij nomen in nostris posuimus litteris,
quasi mox, vt rerum vocabula scimus, etiam
res ipsas nouerimus. Multum ergo valet mihi
Michaelis, Gabrielis, Raphaelis nomina
nosse, quando ex solo auditu vocabulorum
etiam de ipsorum beatorum spiritu cognitione
iam beatus sum. Non mediocriter, in-
quam, profeci, quia didici ab Apostolo para-
disum & tertium caelum nominare, si enā non
raptus cum Apostolo, solis ex hominibus
secreta caelestia iam noui, & audiui ineffabi-
lia verba, quae non licet homini loqui. Stul-
tus ego, qui iam sciens nomen Dei mei, ne-
scio quid adhuc superfluo quotidie gemo,
frustra suspirans, & dicens cum propheta:

Ps. 26. c Vultum tuum Domine requiram. Et illud:

Ps. 41. a Quando veniam, & apparebo ante faciem

Ps. 79. a Dei? Et ostende nobis faciem tuam, & salu-
erimus. Sed quid est quod vobis facimus,
quod nobis fieri nolumus? Hoc nos vtique
nolle putatis, vt quis a nostro monasterio

discedens monachus in alio suscipiatur.
Vtinam omnes commissos nobis, sine nobis
saluare possentis. Si quis de nostris ad vos
maioris perfectionis gratia, & actionis vna
desiderio conuolauerit, non solum non cauf-
samur, si ei in tali studio consulitis: sed &
multum precamur, vt hoc faciatis. Nec of-
fensos nos conqueremur, sed valde in hoc
adiutos esse fatebimur. Negatis deinde, quod
de vobis audieramus, vel ego scilicet iussu,
vel assensu fratrem B. quamdiu fuit apud
vos, in medicinali arte secularibus deser-
uisse, ipsumque hoc dixit, fallitatis argui-
tus. Si meritis sit nescimus, ipse viderit. Sed
haec scimus quod, siue per se, vt vos fatemi-
ni, siue per vos, vt ipse testatur, haec fecerit.
in magis interim periculo fuit. Quis ve-
ro tam inhumanus, qui sic periclitanti non suc-
curreret si posset, non consuleret, si nosset?
Attamen si, vt asseritis, non compulsus obe-
dientia, sed proprio quatuor cupiditate, ac
vagandi curiositate, haec illa; quae artem suam
venditans discurreret, quid caueat extitit,
quod a vobis discessit? An quia iam tandem con-
silia pastoralis districtione non licebat, quod
ante licuerat? Cur igitur, cum iam apud nos
esset, volentes eum reuocare, ad persuaden-
dum de reditu promissistis ei quietem in
claustrum, nisi quia haec velle hominem noue-
ratis haec quae ille memineras? At ille iam
adepto apud alienos quod non potuit inter
suos, ne certa pro incertis desereret, tenuit
quo iam fruebatur. spernens quod seruo sibi
offerebatur. Desinite itaque, fratres, desinite
fratrem sollicitare, de quo non valde necesse
est vos sollicitos esse, nisi forte (quod absit)
quae vestra, non quae Iesu Christi sunt, querere
& magis vestrum de illo solatium, quam eius
salutem diligatis. Nam cum semper apud
vos, & uagus fuisset: & vt scribitis, contra
suum propositum, & abbas imperium in
proprius usus, quod de arte sua esquirebat,
expenderet, gaudeat, qui ea debgit, quae apud
nos Deo miserrante sanatus sit. Testimonium
enim ei perhibemus, quod usquam nudo
aliqua occasione vagatur: sed quiete perse-
ueras in monasterio, pauper inter pauperes
sine querela conuersatur, primam fidem, quam
quidem apud vos promissit, sed non tenuit:
non irritam, vt dicitis, faciens, sed ratam in-
tegramque custodiens morum vtique conuer-
sione, & obedientissima conuersatione, si-
ne qua sese fallit, qui de loci stabilitate con-
fidit. Rogamus vos fratres, vt quiescat iam in-
dignatus

H

G

I

dig'natio vestra, & desinat inquietatio nostra, Sin autem, facite quod vultis, scribite vt vultis, persequimini quantum vultis: caritas omnia suffert, omnia sustinet. Nobis autem decretum est, ex hoc iam vos pure diligere, reuerenter suspicere, familiariter colere.

Ad Guidonem Abbatem de tribus fontibus.
Epistola L XIX.

VNde te contristatum cognouimus, contristatum quidem esse laudauimus, sed si non nimis. Contristatum enim (nisi fallor) quomodo ait Apostolus, secundum Deum, nec dubium est huiusmodi tristitiam tuam conuerti quandoque in gaudium. Itaque, dilectissime, irascere, & noli peccare. Peccabis autem non minus nimis irascendo, quam omnino non irascendo. Siquidem non irasci, vbi irascendum sit, nolle emendare peccatum est. Plus vero irasci, quam irascendum sit, peccatum peccato addere est. Quod si malum est peccatum non emendare, quomodo malum non erit augmentare? Si ex rerum euentibus reatum penderet iudicium, non foret culpanda tua et ingens tristitia, vbi nimirum constitisset, quod ingens fuisset, & culpa. Tanto quippe culpa grauior, quanto res facior appareret. Nunc vero quia rerum causa, non materia, nec exitus actuum, sed intentionis propositi culpas discernit, & merita, dicente Domino: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: si nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit: in tui quoque examinatione commissi, non tam, vt arbitror, sacrorum est attendenda maiestas, quam propria intentio discutienda. Porro ego, & prior noster, rem ipsam, & intra nos pesantes, & intra nos conferentes tuam quidem ibi deprehendimus ignorantiam, ministrantiū quoque negligentiam, sed plane nullius malitia. Et certe optime nosti, nullum esse bonum, nisi fuerit spontaneum. Malum ergo poterit esse magnum, quod constat voluntarium non fuisse? Alioquin si quod sit a non volente, bonum quidem nulla gratia, malum autem multa cōsequitur poenā. Hoc est, si circa vnam eandemque causam, & malum imputatur, & bonum non suscipitur: quisquis ita sentit, asserat si vult, & quod non sapientia malitiam, sed malitia vincit sapientiam.

Vt tamē faciamus satis inquietiori cōscientiæ tuæ, & ne forte malum hoc mali cūsumpiam grauioris latentis adhuc in monasterio fuerit commonitio, pro poenitentia tibi iniungimus vij penitentiales psalmos quotidie vsque ad Pascha septies prosternendo te decantare, vij disciplinas accipere. In hūc modum satisfaciatur, & ille, qui tibi ad illam missam ministravit. De illo autem, qui sibi ante apparuerat, & oblitus est mittere vinū in calicem, cuius & maiorē in hoc aestimamus culpā, si tū, & tu ita putas, tuo arbitrio derelinquimus. Sane, si sermo exiit iter fratres & ipsi oēs singuli singulas accipiant disciplinas, vt fiat qd legitur. Alter alterius onera portate. Deinde q̄ comperta ferō licet negligentia, vinum fudit in calice super hostiā sacratæ particulā, laudamus, nec sub tanto articulo melius fieri potuisse putamus, arbitantes liquorē et si non ex consecratione propria, atque solēmi in sanguinē Christi mutatum, sacrum tamen fuisse ex contactu corporis sacri. Aiunt tamen, nescio quē, alium aliud sensisse scriptorem, non posse videlicet absque tribus, id est, pane, vino, & aqua hoc sacrificium esse, ita vt si quodlibet deesse contigerit, reliqua non sanctificentur. Sed de huiusmodi vnusquisq̄ in suo sensu abundat. Ego autē pro meo fatuo sensu, si mihi idem contigisset, quod tibi, vellem ad remediū mali vnū eū duobus egisse, aut ipsum quod fecisti, aut certe ab illo loco, vbi dicit: Simili modo, posteaquam cœnatum est: verba sancta interesse, & sic cōplectere, quod restabat de sacrificio. Neque enim dubitauerim de corpore iam consecrato, quod vtique iuxta ritum Ecclesiæ didici ab ipsa, quod & ipsa accepit à Domino: panem scilicet, ac vinum, & simul apponere: non simul tamen ex his sacra conficere. Cū ergo prius de pane corpus, quam de vino sanguis more Ecclesiastico conficiatur: si per obliuionem tardius, quod posterius faciendum est, apponatur, non video quid sacris præcedentibus tarditas possit præripere consequentiū. Puto enim quod si Domino post factū de pane suum corpus, vini consecrationem placuisset aliquam diu intermittere, aut certe penitus omittere: nihilominus corp⁹ mansisset, quod fecerat: nec factis faciendæ præferberet. Nec nego panē, & vinū, aqua quiddē mixtū simul debere apponi: quin potius assero, haud aliter dēre fieri. Sed aliud est culpā negligentia, aliud negare efficaciam.

Aliud inquam est, quod causamur non bene quippiam fieri: & aliud quod mentimur nec fieri. Hæc interim de hac re dixerim, & senserim absque præiudicio, vel tuæ sententia: si quid melius sapias, vel cuiuslibet famius sapientis.

Ad eundem. Epistola LXX.

Considerans miseri huius miserabilem conditionem, misereo quidem, sed vereor ne frustra. Neque enim non ideo mihi videor frustra misereri, quod ipso licet remanere in peccatis, mea tamen, vel mihi non sit infructuosa misericordia: in quam utique misericordiam non propria utilitas inclinavit, sed inuisis eam visceribus proximi miseria, & fraternus dolor infixit. Misericordia quippe affectio est, quæ nec voluntate coercetur, nec rationi subijcitur: quando non eam in se quisque pertrahit voluntario nutu, sed ipsa piæ mentes ad compassionem dolentium necessario cogit affectu: ita ut etiamsi peccatum esset misereri, etsi multum vellem, non possem tamen non misereri. Potest quidem ratio, vel voluntas affectui effectum subtrahere, sed numquid ipsum affectu euellere? Discendant à me qui consolantur, & dicunt, quia oratio mea in sinu meo reuertetur, dum is pro quo emissæ est nondum conuertitur. Nec audio illos qui mihi blandientes asserunt. Iustitia iusti super eum erit, dñi impius in sua adhuc impietate remoratur. Non in quâ recipio consolationem, ubi fratris video desolationem. Si ergo, dulcissime fili, tua quoque pia mens similiter affecta est, imo quia aliter affecta non est, quamquam tibi infelix iste cunctas suæ egressionis de monasterio, & denuo regressionis, regulares vias infelicitate percurrisse videtur; quia tamen ipse aliter putat, non solum patienter, sed etiam libenter audiendum est, quod humiliter calumniatur, si forte tam desperatæ salutis reparandæ rationabilis vlla occasio inueniatur, quam (ut bene me eum tua intelligit experientia) difficile quidem in congregatione, sed multo difficilius foris poterit obtinere. In initio itaq. omnium fratrum consilio, omnia, quæ in eum fecisti iudicia diligenter retractare non dedigneris, quatenus tua humilitate eius contumacia sanctur, si vel sic videlicet adiuueneri poterit, quomodo adhuc semel

regulariter suscipiatur. Nec timendum est in hac retractatione, quod displiceat iusto, ac misericordi Deo, si misericordia superexaltatur iudicio.

Ad Monachos eiusdem loci.
Epistola LXXI.

Quod nondum veni ad vos, non putetur incuria. Curamus quidē vos, tamquam viscera nostra. Si mater potest filij vteri sui negligere curā, possum & ego forsitan in suspicionem duci, & argui negligentia. Itaq. opportunitatem expectauimus, & expectamus, ut cum venerimus, visitatio nostra non sit sine fructu. Interim de abcessu patris vestri non turbetur cor vestrum. Deus vobis prouidebit alium, sicut speramus, pro eo idoneum: sed nec istum perdetis. Nam etsi translatus est, nō tamen ablati. Tamen qui vobis fuerat specialis, erit communis & nobis. Donec ergo venio, viriliter agite, & confortetur cor vestrum, & omnia vestra in caritate fiant.

Ad Ramaldum Fusinacensem Abbatem.
Epistola LXXII.

Dilectissimo suo Ramaldo B. eius non pater, aut Dominus, sed frater, & conseruus, quod fratri carissimo, & fideliconseruo. Primo ne miseris, si terrear dignitatis nominibus, eum me ipsis rebus sentiam indignum. Et te quidem decet, ut facis, sed mihi assentire non expedit. Nam si tibi obseruandum putas illud: Honore inuicem præuenientes, & subiecti inuicem in timore Christi: si non frustra utrobique positum est inuicem, intelligis æque, & mihi æque verumque congruere. Quod si cogitas tibi illam regulæ sententiam obseruandam: Iuniores priores suos honorent: mihi ex regione in mentem venit ex regula veritatis. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et qui maior est vestrum, fiat sicut iunior. Et quantū malores, tantū humilia te in omnibus. Et principem te constituerunt, esto inter illos, quasi vnus ex illis. Et non quia dominamur fidei vestræ, sed ad iutores sumus gaudij vestri. Et nolite vocari ab hominibus Rabbi. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Quantum itaque tuis attollor fauoribus.

A
Ps. 34. b
Ezech. 18. c

Ps. 22. c
Eph. 4. d
Matth. 20. b
Luc. 22.
Ecc. 3. a
Ecc. 3. 2.
1. Cor. 1.
Matth. 23. a
Ibidem

bus, tantum his molibus premor. Vnde me
Pf. 87. d rito in Psalmo non canto, sed plango: Exal-
Pf. 101. tatus aut humiliatus sum, & conturbatus. Et
 quia eleuans allifisti me. Sed verius fortasse
 proferre quod sentio: quia videlicet qui me
 exaltat, humiliat, & qui me humiliat, exal-
 tat. Tu me ergo potius exaltando deiecis, &
 extollendo premis. Sed ne ita premas, vt op-
 primas, consolantur me hæc, & his similia
 veritatis testimonia: quæ miro modo, dum
 reprimunt, erigunt: dum eiiciunt, erudiunt,
 ita vt vnde proiectus, inde & prouectus, to-
Pf. 118. ta cum hilaritate decantem: Bonum mihi
 Dñe, quia humiliasti me: vt discam iustifica-
 tiones tuas. Bonum mihi lex oris tui, super
 millia auri, & argenti. Et hoc miraculū agit
 sermo Dei viuus, & efficax, hoc illud verbū,
 per quod facta sunt omnia, benignissimè, &
 potentissimè operatur, hoc denique facit iu-
 gum Christi suaue, & onus leue. Libet ad-
 mirari, quam leue sit onus veritatis. Num
 verè leue est, quod portantem non grauat,
 sed leuat? Quid eo leuius onere, quod non
 solum nõ onerat, sed & portat omnem cui
 portandum imponitur? Hoc onus potuit
 vterum grauidare virgineum, grauari non
 potuit. Hoc onus ipsa quibus se præbuit su-
 stentandum, senis Simeonis brachia susten-
 tabat. Hoc etiam Paulum in graui licet, &
 corruptibili corpore positum rapiebat vs-
 que ad tertium cælum. Quæro in rebus, si
 quid forte huic exoneranti oneri simile in-
 ueniamus: occurrit mihi de pennis auium,
 quod vtcumque coaptem, quæ quodam vi-
 delicet singulari modo, & corpulentio-
 rem reddunt substantiam, & agiliorē. Mirum
 opus naturæ. Vnde grossescit materia, inde
 sarcina leuigatur, & quantū crescit in ma-
 sa, tantū decrescit in pondere. Hoc planè in
 pennis Christi oneris exprimit similitudi-
 nem, quod & ipse ferunt, à quibus feruntur.
 Quid & de quadriga dicam? Hæc nimirum
 admota iumento sarcina, quæ ab ipso mo-
 ueri non poterat, auget quidem, sed porta-
 biliorem facit. Onus oneri additur, & mi-
 nus onerat. Sic & oneri grauissimo legis ac-
 cedēs quadriga Euāgelij, & auxit perfectio-
 nem, & difficultatem mouit. Velociter, ait,
Pf. 147. currit sermo eius. Sermo vtique ante, notus
 in Iudæa tantum, nec se præ sui quidē gra-
 uedine valens vltra extendere, quippe qui
 & ipsius Moysi manus suo pondere pregra-
 uatas demitteret, leuigatus per gratiā, & ro-
 tis euāgelicis superpositus velociter in om-
 ni

Oper. D. Bern. Tom. II.

nem terræ exiuit, & in fines orbis terræ ce-
 lerrimè peruolauit. Sed longè nimis digre-
 dior. Tu itaque, dilectissime, celsa iā indebi-
 tis me honoribus magis obiuere, quam at-
 tollere. Alioquin cœturi te inimicantiū mihi
 amica licet voluntate commisceas. Ipsi sunt,
 de quibus soleo soli Deo ita cōqueri in ora-
 tionibus. Et qui laudabant me, aduersum
 me iurabant. Ad quam meam querimoniā
 Deum audio respondentem mox, & acce-
 stantem, quodd verax sit. Verè, inquit, qui te
 beatificant, in errore te mittunt. Et ego,
 Auertantur ergo, inquam, erubescentes, qui
 dicunt mihi, euge euge. Quod tamen ne pu-
 tetur in quoscūque aduersarios à me quan-
 doque intorta maledictio, vel imprecatio,
 exponere debeo, qualiter intelligā. Precor
 nimirum, vt quicumque existimant de me
 supra id, quod vident in me, aut audiunt ali-
 quid ex me, auertantur, id est, à laudibus
 meis in quas ignari nimis seruntur, resiliāt,
 & pedem retrahant. Quomodo? Quandoq.
 videlicet cognoscētes plenius quem immo-
 deratius laudant, & consequenter erube-
 scentes vel errorem suum, vel amici depre-
 hensam inutilitatē. Et hoc modo vtrumque
 nocentium genus, & illi scilicet, qui volunt
 mihi mala, & me adulatoriè commendant,
 & hi qui licet innocenter, tamen nocent,
 dum beneuolè quidem, sed nimis laudant,
 auertantur retrorsum, & erubescant: hoc est
 tam vilis, & abiectus eis appareā, quatenus
 pudeat eos talem ita laudasse, & sic defināt
 iā indiscretè laudare. Igitur aduersus vtro-
 que laudatores illis me duobus munire cō-
 suezui versiculos: Contra maleuolos quidem
 priorem: Auertantur retrorsum, & erube-
 scant, qui volunt mihi mala. Contra bene-
 uolos autem proferens sequentem: Auertantur
 statim erubescētes, qui dicunt mihi,
 euge euge. Cū ergo, vt ad te reuertar, exem-
 plo Apostoli, tuæ religiositati nõ dominari,
 sed congratulari tantum debeam, & iuxta
 verbum Domini vnus sit pater noster in cœ-
 lis: nos autem omnes fratres simus: non im-
 meritò Domini, patrisq. celsa nomina qui-
 bus me honorandum, sed non onerandum
 putasti, scuto à me veritatis repuli, con-
 gruentius pro his me fratrem nominans,
 & conseruum: tum propter eandem hære-
 ditatem, tum propter æquam conditio-
 nem: & ne si forte, quod Dei est, vsurpauero
 mihi, audiam ab ipso: Si ego Dominus,
 vbi est timor meus? Si pater, vbi est honor
 meus?

E 3 meus?

E

Pf. 101. b

Isai. 3. b

Pf. 69. a

Pf. 34. a
F

Ibidem.

2. Cor.

1. d

Matth.

23. a

Malach.
1. b

meus? Et patris quidem habere me erga te affectū non nego, sed auctoritatem renuo. Nec enim te minore (vt existimo) quam paterno complector affectu. Hæc ergo pro tituli causa. Iam vero vt ad reliqua epistolæ tuæ respondeam, eandem quam tu de mei, possem & ego vicissim de tui absentia non immerito facere querimoniam, nisi quia nostris (quod ipse non negas) & affectibus, & Profectibus Dei est præponenda voluntas. Alioquin, quando ego te comitem mihi carissimum valdeq. necessariū, quippe obedientissimum in agendis, studiosissimum in inquirendis, in conferendis vtilissimum, promississimum in rememorandis, pateret longe heri a me, si non esset Christus in causa? Beati si sic permanferimus vsque in fine, semper & vbiq. quærentes non, quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi.

6 *Ad eundem. Epist. LXXIII.*

Plangis, dilectissime fili R. super multis tribulationibus tuis: pijsq. querimonijs me quoque excitas ad plangendum. Nec enim te dolente possum non dolere, nec nisi molestus, & anxius tuas molestias, & anxietates audire. Verum, quia hæc ipsa mala, quæ te inuenisse causaris, & ego præuideram, & tibi si recordaris prædixeram, puto leuius te præscita portare debere, & mihi vnde paucere potes, molestum non esse. Satis namque, & plus quam satis crucior te carendo, te non videndo, te dulcissimo mihi solatio non fruendo, ita vt penè pœniteat me, quod te elongauerim a me. Et licet caritas hoc cogere: quacumque tamen necessitate quo te non videam missum, plango te tamquam amissum. Cum ergo super hoc etiam velut quodam tuæ pusillanimitatis baculo me percellis, qui mihi debueras esse baculus sustentationis, tristitiam super tristitiam ingeris, & cruciatum cruciatibus addis. Et si mihi pium est nullas tuas angustias dissimulare: tibi tamen durum est sic affecto cunctas indicare. Quid enim necesse est satis sollicitum amplius sollicitare, & absentia filij faucia patris viscera grauioribus torquere doloribus? Onus meum tibi partitus sum, vt filio, vt necessario, vt fideli coadiutori meo. Vide quomodo te oporteat paternam portate sarcinam. Si enim sic portas, vt me non alleues, sed magis premas: tu quidem es one

ratus, sed ego non sum exoneratus. Hoc autem onus animarum est, & infirmarum. Nā quæ sanæ sunt, portari non indigent: ac per hoc nec onus sunt. Quoscumque igitur de tuis inueneris tristes, pusillanimes, murmurosos, ipsorum te patrem, ipsorum te noueris esse abbatem. Consolando, exhortando increpando agis opus tuum, portas onus tuū, & portando sanas quos sanandos portas. Si quis vero ita sanus est, vt magis iuuet te, quam iuuetur à te: huius te non patrem, sed parem, comitem, non abbatem agnoscas. Quid igitur causaris te aliquorum, qui tecum sunt, magis grauari consortio, quam tui solatio, cum solus omnium omnibus carere solatijs, tanquam omnibus sanior, omnibus fortior, qui omnibus sufficias per Dei gratiam solariari, & à nemine omnium indigeas cōfortari? Denique in quantum grauaris in tantū lucraris, & in quantum iuuaris, in tantum tua tibi præmia inuis.

Elige ergo quos eligas, an qui grauando iuuant, an qui iuuando grauant. Hi tibi promeritores, illi fraudatores meritorum existunt. Nam qui socij laboris, procul dubio, & mœcedis participes erunt. Sciens ergo te missum iuuare, non iuuari: illius te agnosce vicarium, qui venit ministrare, non ministrari. Plura tibi ad tui consolationem scribere volebam, sed non vti necessarium. Nam quid opus est verbis superfluis mortuam chartam implere, vbi viua præfens loquitur? Viso siquidem priore, puto, quod ista tibi sufficiant, & ad eius presentiam spiritus tuus euixerit, ita vt iam consolationem scripturam non requiras, cui interim licet verborum illius solatio releuari, in quo & per quem meum quoque spiritum, quem tibi in tuis litteris mitti postulasti, si quo modo tamen mittere potui, missum esse nō dubites, cui quippe, vt bene nosti, idem mecum consilium, eadem solet esse voluntas.

Ad eundem. Epist. LXXIII.

Sperabam, carissime, aliquid me percipiturum meæ pro te sollicitudinis remedij, si tua te non indicante nescirem incommoda. Vnde & in alia epistola meministi me ad te inter cetera scripsisse: Et si inquam, mihi pium est, nullas tuas angustias dissimulare; tibi tamen durum est sic affecto cunctas indicare. Sed ecce vnde meas mihi curas cre-

didi leuigari, inde fatcor, amplius grauari me sentio. Nam autē quidem sola, quæ te innotescēte perceperam, aut dolebam, aut metuebam. Nunc autē quid vnquam mali euenire potest, quod ego non metuam?

Quidid. Imo iuxta tuum Ouidiū: Quando ego non
a. Epist. timui grauiora pericula veris? Ego quippe suspectus omnia, quod incertus de omnibus, veram sæpe de falsis tristitiam contrahere cogor. Mens siquidem, quam semel affecturitas caritas, sui iuris esse non sinitur. Metuit quod nescit, dolet quod non oportet, sollicitatur plus quam voluerit, & vnde noluerit: compatitur nolens, miseretur inuita;

K Et quia vides, fili, nec meam meticulosam, industriam, nec tuam piā prudentiam in hac parte prodesse nihiliam, quæso, noli celare, quæ circa te aguntur: ne vnde te mihi parcere putas, magis affligas. Opuscula mea, quæ habes, da operam, cum opportune poteris, vt habeam.

Ad Artaudum Paltariensē Abbatem.
Epistola LXXV.

Quid quid gratiæ & dilectionis sibi impendere possunt absentes amici, puto & me debere tibi, & mihi debere à te, non solum ob confortium propositi, & professionis, sed etiam ex debito nostræ inuicem pristinae societatis. Quæ tam grata vtrique, tamque debita deuotio, quantum in vnoquoque nostrum ferueat, in nullo euidētius agnoscere seu innotescere possumus, quam si alterutrum non celemus, si quid forte de aëtheris quoddam deceat audimus. Audui autē ego de te, quod de sancto conuentu tuo abbatiam in Hispania constitutere velis. Quod mihi nimirum in magnam admirationem venit, quid causæ videlicet sit, quid consilij, quid vtilitatis, quod filios tuos exulare cupis, in locum vniq; tam longinquum, tanto sumptu, & labore, & querendum & edificandum: est prope te habere possis, vbi eos colles, iam edificatum, & bene præparatum. Nec enim (vt reor) hinc te exulare potes, quod locus ille tuus non sit, cum certissimè sciam, quod facillimè si vis, tuus esse possit. Numquid iam abbas dominus P. qui illum tenet, tibi sequenti negaret? Imo si velles recipere, grauisimam haberet: non quia bonus non est, sed quia sibi, vt scis, opus non est. Timendum valde tibi pariter, & mihi,

ne si sollicitè in operibus nostris non seruiamus, quod Apostolus dicit: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: citius quia iuuenes sumus de leuitate notemur. Sed confido, quia tu consultus ages, & locum qui vicinior etiam cōstructus est, eliges: quem amicum quidem tenenti, nostri oneri esse, tibi autem necessarium fore.

Adeundem. Epistola LXXVI.

Vnde placuit tuæ dignationi fratrem hūc nostram paruitatem consulere: sic nos, quod nobis visum fuit, non erit consilium dedisse, vt saniori non præiudicauerimus. Ne ergo rerum quas scis, superbia narratione te grauemus, hæc est summa consilij. Periculosum quidem est, & te crassis illicenti, hominem post diuinam in domo, & habitu religionis conuersationem ad sæculum redijisse: quique prius, & adhuc priore vxore viuente, ac consentiente fortissimè, ac diutissimè continentiam tenuit, secundis rursus amplexibus se ineptissimè, atque inhonestissimè implicuisse. Quia tamen publice, ac solemniter iuxta morem ceterorum hominum, & sine querela, vel calumnia ipsum qualecunque coniugium celebratum fuit: non nobis videtur tutum, illum illam non consentientem dimittere, nisi prius Episcopalis auctoritatis, vel consilij fretum, vel imperio, aut certè Ecclesiastico canonicoque iudicio. Quoniam verò hoc tam grande hominis periculum ad te nimirum nō minima ex parte respicere credimus, (ex eo quippe, quod volentem, ac flagrantem suum confirmare propositum, nimis suscipere distulisti, occasione sumpta diabolus in hæc eum mala præcipitauit) omnino ex caritate suademus, & consulimus, vt quacunque industria, quocunque sumptu, vel labore potes miserum omnimodo satagas liberare: conueniendo scilicet, aut mulierem, vt illum sponte dimittat, & continentiam promittat, aut Episcopum, vt ambos vocari iubeat, & quod recto posse fieri credimus iudicio, separet.

E 4 Ad

Ad magistrum Hugonem de sancto Victore.
Epistola LXXVII.

SI tibi videor tardius rescripsisse, scito me tardè quoque accepisse, ad quod rescriberem. Nam quod miseris, non continuo ad me vsque perlatum est, sed Pontiniaci diu ante retentum. Porro vbi accepi, moram minimè feci in referendo. Ceterum id breuius, quàm tua forte deponcebat intentio, sed non plandè, quam meà occupatio sineret. Curavi tamen, ne te vique lateret, quidquid super interrogatis ego sentirem, tuo sane eadem sententia, & otio, & ingenio plenius astruenda relinquens, si ita oportere cognoueris. Nec dubito ad manum tibi esse rationes certas, & congruas auctoritates, quibus facile id possis. Is ergo cuius me respondere assertionibus iubes, & nomen taces, tibi nouerit à me super consultis, quod sentio dictum, non sibi contradicendum, etiamsi quid aliter ab ipso sapimus. Nam si verum nos sapimus, veritas ei contradicit, non nos. Sed enim si non confunditur acquiescere veritati, & veritas cum eo sapit, & nos. Sin autem, seruum Dei tamen non oportet litigare, sed magis patientem esse ad omnes. Ideoque non quærimus pugnas verborum, nouitates quoque vocum iuxta Apostolicam doctrinam euitamus. Patrum tantum opponimus sententias, ac verba proferimus, & non nostra. Nec enim sapientiores sumus, quam patres nostri. Abundet sane in suo sensu qui vult, quantum vult, dummodo nos patiat in scripturarum sensibus abundare, quomodo dicit Apostolus. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis, sed I sufficientia nostra ex Deo est.

Scribis itaque quendam asserere (nescio quem: nam non nominas) ex quo primum dictum a Domino legitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum: ex eo neminem absque eodem percepto actualiter visibili sacramento, vel eius vice martyrio, vlatenus potuisse saluari: sed etsi forte illud, quispiam cum vera fide, & contritione cordis expectet, sed præuentus mortis articulo assequi, quo sciperet, non valeret, tamen omninò damnari. Vbi primo de temporis quidem præfixione durè nimis austerumque videtur, vt videlicet verum absconditum palā

iam noceat, & ante iudex feriat, quam minetur, quodq. interim in tenebris loquitur, & in aure Saluatoris, nodum quidem saluet, quia nondum apparet, & iam mundum impleat condemnatis. Itane ergo verbum factis, & præceptum vitæ, non prius vitam restituere valuit, quam mortem infixit, idque eo innocētibus, quo & nescientibus adhuc voluntatem Domini sui? Num gentem ignorantem, & iustam, vt cum ethnico loquamur, debuit interficere Deus? Quis ita sapiat? Non equidem vitæ concordat auctori, morte quidem, quam exterminare venerat, vt iuxta in initio viarum suarum ad præiudicium sæculi, caeleste adhuc recentissimum ignorantem edictum. Nefas est profecto sentire de omnium largitore bonorum, quod tam malum principium dedit adueniens. Minimè prius id ego cuiuspiam de Christo assenserim, quod magis ab antichristo merito formidatur, quia videlicet & ipse parauerit sagittam suam in pharetra, vt sagittaret in obscuro rectos corde. Quanti namque interim toto orbe non baptizati moriuntur, profecto ignorantes, quid cum Nicodemo Iesus noctu secretoque confabuletur? Quid ergo? Necdum lex promulgatur, & iam præuaricantes tenentur? Et quomodo, inquit, credent in eum, quem non audierunt? Quomodo verò audient sine prædicante? Quomodo autem prædicabit, nisi mittantur? Necdum iniuncta, necdum vulgata, necdum audita prædicatio est, & iuxta pigri, ac nequam serui sententiam tã durus est Dominus, vt necdum facta iam mete re velit, & non sparsa colligere? Absit. Sed audi magis huius rei veritatem. Qui vnus est magister in cælo & in terra, ei qui magister tantum in Israel erat, familiaris priuatoque colloquio tradebat, quod traderet, docebat, quod doceret, non quod exigeret & ab absentibus, non vnde præscriberet, & his qui non audierant. Valde quippe iniuste exigitur obeditio, vbi non præcesserit auditio. Neque enim tale est hoc, quod & absque promulgatione naturalis lex ignorare non sineret, quale verbi gratia illud est. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Factitium enim magis quodammodo est, & non naturale mandatum. Quenam enim natura seu ratio docet internam, æternamque salutem, mortalium neminem posse percipere, cuius foris corpus, persusum visibili non fuerit elemento?

1. Tim.
2. d

2. Cor.
3. d

10. 3. a

Rom. 10.

Tob. 4. 2

A

a

C

B

Sacra mentum Dei altissimi est suscipien-
dū, non discutiendū: venerandum, nō diju-
dicādum; fide sortitum, non innatum in tradi-
tione factitum, non adinuentum ratione.

Rom. 10. Porro fidem necesse est vt auditus præcesse-
rit, dicente Apostolo: Ergo fides ex auditu.

Quod ergo omnino sciri non poterat, si nō
audiretur, quo pacto, quoq̄, exigi debeat, &
antequam audiretur. Vide autem, quomo-
do hoc refugit Apostolus, & de solo au ditu
cōuincit incredulos. Sed dico, inquit, num-
quid non audierūt? Ac si dicat: Excusari po-
terant, si non audissent. Vbi enim non est

Ps. 18. lex, nec prauaricatio. Nunc vero cū in om-
nem terram exierit sonus prædicantium, &
in fines orbis terræ verba eorum; quia disti-
mulari iam non valet auditus, profecto in-
excusabilis est & contemptus. Multa profecto
scienda nesciuntur, aut sciendi incuria,
aut discendi desidia, aut verecundia inqui-
rendi. Et quidem huiusmodi ignorantia nō
habet excusationē. Sed numquid forte tale
est hoc, quod inquisitū humano pot sit ad-
disci magisterio? Homo hominis nisi ipso
iudicante non intelligit cogitatum: quanto
minus diuinum quis poterit inuelligare co-
siliū, nisi cui ipse voluerit reuelare? Audi

Ioan. 15. denique ipsum: Si nō venis, ait, & locutus
eis non fuisset, peccatū non haberent. Nō
dicit simpliciter, & locutus non fuisset, sed
interferens eis, & locutus eis, inquit, nō fuif-
sem: ostendens sine dubio non ante cense-
ri inexcusabiles de contemptu, quam ad ip-
sorum vsque notitiam iussio perueniret.
Nam si locutus quidem fuisset, sed non eis,
inobedientiæ culpam ignorantia nihilomi-
nus excusaret. Nunc autem, inquit, quoniā
locutus sum eis, excusationem non habent

Ioan. 18. de peccato suo. Vnde & aiebat: Ego palam
locutus sum mundo, & in occulto locutus
sum nihil. Non quod suos domesticos multa
in occulto priuatimque non docuerit,
sed quod tanquam nihilum interim repu-
taret, & nec penā, nec præmium ea auge-
re quæ in secreto tradebat iudicaret, donec
de medio fierent, & prodirent in lumine.

Matth. 10. c. Denique, & dicebat: Quod dico vobis in te-
nebris, dicite in lumine: vt meritō videli-
cet iam audientibus obedientiæ vel meri-
tum ascriberet, vel contemptum, cū in me-
dio proferrentur. Item: Qui vos audit, in-
quit, me audit: & qui vos spernit, me sper-
nit. Ac si diceret: Iudicium meum inter obe-
dientes, & contemptentes, nō de mea secre-

ta traditione, sed de vestra publica prædicatione
pendebit. Sed forte aliquis dicat eos qui-
dem, qui non audierunt, etsi non de conte-
ptu iudicari, damnari tamen propter origi-
nale peccatum, à quo vtique nisi per laua-
rum emundari minimè potuerunt. At ve-
rò quis nesciat & alia præter baptismū con-
tra originale peccatū remedia antiquis non
defuisse temporibus? Abrahæ quidem, &
semini eius, circumcissionis sacramentum,
in hoc ipsum diuinitus traditum est. In na-
tionibus vero quotquot inuenti fideles sūt
adultos quidem fide, & sacrificijs credimus
expiatos, paruulis autem etiam solam pro-
fuisse, imo & sufficisse parietum fidem. Por-
rò hoc ita vsque ad baptismi tempora per-
durasse, quo vno substituto vacasse cetera.
Quærimus itaq̄ baptismi tempus, ex quo
coeperit. Ex quo, inquit, primum dictum
est: nisi quis renatus fuerit & cetera. Tene
ergo firmiter dictum hoc ad Nicodenum
vtique amicum Iesu, occultum tamen pro-
pter metum Iudæorum, occultumque il-
lud de nocte requisisse colloquium. Quan-
ta autem putas obijisse interim, vt de genti-
bus taceam, millia circumcisorū, cū necdum
in lucem prodierit, quod de baptismo tunc
in tenebris dicebatur? Quid ergo? Dam-
natos illos omnes dicimus, quia baptizati
non sunt? Fit ergo iniuria antiquo illi Dei
æquè mandato, si nouo adhuc furtiuè quo-
dammodo superueniente, non tamen sub-
ueniente, illud ita subito euanuisse putetur
vt prodesse deinceps non valeret. Et qui-
dem quam longe post putas publicè prædi-
catum, & clamatum super tecta fuisse. Si cir-
cumcidamini, Christus vobis non proderit?
Quomodo deinde stabit illud, quia à diebus
Ioannis Baptista regnum celorum vim pa-
titur: si præcipue tunc temporis contigisse
constiterit huiusmodi à regno violentam
interclusionem, qualis quidem nec ante fue-
rit, nec post futura sit? Sancito quippe no-
ui mysterij decreto, sed adhuc secreto: qui-
nam, quæso, morientibus interim ad regnū
patet accessus, dum & vetus iam deficit,
quoniam à nouo excluditur: & nouum ta-
men non subuenit, quoniam dum nescitur,
non percipitur? O intelicissima illa tempo-
ra, quæ sola à sæculis omni penitus salutis
remedio vacua transferunt: dum & circum-
cissio, quæ illo vsque viguerat, prodesse iam
subrepente baptismate non auderet: & ba-
ptisma, quoniam adhuc lateret, non succurre-

Ioan. 3. a

F

Gal. 3. a

Matth.

11. d

vet. Forſan dormiebat eo tēpore Deus, nec fuit interim, qui redimeret, neque qui ſaluum faceret. Satis profecto ex his, quantum reor, apparet, quōd damnatio non baptizatorum, & fruſtratio circumciſorum, & euacuatio ſacrificiorum, quæ forte contra originale peccatū ritus obſeruabat antiquus, generaliter iam tunc minimè cōperit, quādo Nicodemus clam dictum eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum: ſed nec quādo Apoſtoliſ palam inuētum eſt: Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Sed ex eo tēpore tantum cuique cōcepit antiqua obſeruatō non ualere, & non baptizatus quiſque noui præcepti reus exiſtere, ex quo præceptum ipſum inexcuaſabiliter ad eius potuit peruenire notitiam.

Sane parua eſt, & necdum ratione vtiſſibus, quia ſola nocere creditur peccati cōtagio, non etiā mandati prauaricatio, tam diu credendum eſt antiqua valuiſſe ſacramēta, quādiu palam interdicta nō fuiſſe conſiterit. An verò vltra, penes Deum eſt, nō meū diſſimulare. Porro ī maiori ætate quiſquis poſt vulgatum ubiq; baptiſmi remedium renouit iam baptizari, generali originalique macula addit, & ex proprio crimen ſuperbię, duplicem ſecum portās iuſtiſſimæ damnationis cauſam, ſi ſic de corpore exire contigerit. Tamen ſi ante exitum reſpucit, & voluerit, & petierit baptizari, ſed mortis præoccupatus articulo forte obtinere nequie rit, dum non deſit fides recta, ſpes pia, caritas ſincera, propitiuſ ſit mihi Deus, quia huic ego ob ſolam aquā ſi deſuerit, nequaquam omnino poſſum deſperare ſalutē, nec vacuam credere fidem, nec confundere ſpe, nec excidere caritatem, tantum ſi aquam non contemptuſ, ſed ſola (vt dixi) prohibeat impoſſibilitas. Si quis aliter ſapere vide rit vnde ſibi, quod aſſerit, perſuaſerit, nā me nō facile fateor aſſentire, ſi non firmior in ducta fuerit vel ratio ad intelligendū, vel ad credendum auctoritas. Sed minor admodū, ſi nouuſ iſte nouarum inuentor aſſertionū, & aſſertor inuentionum, inuenire in hoc rationem poterit, quæ ſanctos patres latuerit Ambroſium & Auguſtinum, ſiue auctoritatem eorundem auctoritate potio rem. Nam ſi neſcit, vterque idem profecto ſenſit quōd ſatemur ſentire & nos. Librum certe Ambroſij de morte Valentiniani legat, ſi

non legit: recolat ſi iam legit, non diſſimulet ſi recolit: & aduertet ſine dubio ſanctū, homini non baptizato & mortuo fidenter de ſola fide ſalutem præſumere, & tribuere indubitanter bonæ voluntati, quod deſuit facultati. Legat & Auguſtini contra Donatiſtas de vnico baptiſmo librum quartum, & ſe vel agnoſcat imprudenter deceptum, vel probet impudēter obſtinatum. Baptiſmi, inquit, vicem aliquando implere paſſionē, de latrone illo cui nō baptizato dictum eſt: Hodie mecum eris in Paradifo: beatus Cyprianuſ non leue documentum aſſumit. Et addit: Quod etiam atq; etiam conſiderans, inuenio, inquit, non tātum paſſionem pro nomine Chriſti, id quōd ex baptiſmate deerat poſſe ſupplere, ſed etiam fidem, conuerſionemq; cordis, ſi forte ad celebrandū myſterium baptiſmi, in anguſtiſ tēporum ſuccurri non poteſt. Et intra. Quātu itaq; ait, valeat etiam ſine viſibili ſacramēto baptiſmi, ꝑ ait Apoſtoluſ: Corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem in illo latrone declaratuſ eſt. Sed tunc inquit, impletur inuiſibiliter, cum myſteriuſ baptiſmi nō cōtempſerit religioniſ, ſed auctuſ neceſſitatis excludit. Et quidem non ignoto retractare ipſum id, ꝑ poſuerat teſtimonium de latrone, tamuſq; idoneū ad cōprobandā illā ſententiam conſiteri, eo ꝑ ſane incertum ſit, verumnam fuerit baptizatus. Ceterum ſententiam & an laſter proſequitur, & multiplex eſt conſuetudo, nec vſuſ (niſi fallor) retractaſſe reperies. Item in alio loco Auguſtinuſ cum aliquoſ præmiſiſſet, quōſ Scriptura cōmemorat inuiſibiliter quidem non tamen etiam viſibiliter ſanctificatos, tandem inferit. Ex his colligitur, aut inuiſibilem ſanctificatiōē quibuſdam aſſimile & poſſibile ſine viſibilibus ſacramētis, quæ ꝑ tēporum diuerſitate mutata ſunt, vltra tunc inuenit, & alia modo ſunt. Et paulo poſt: Nec tamen, inquit, viſibile ſacramētum omnino contemnedum, nam cōtempſor eiſ inuiſibiliter ſanctificari non poteſt. Vbi ſatis euidenter oſtēdit, fidem & conuerſum ad Domnuſ, non ſi nequie rit, ſed ſi contempſerit baptizari, fruētū priuari baptiſmatus. Ab his ergo duobuſ columpniſ, (Auguſtinum loquor & Ambroſium) crede mihi, diſſidē auel lor. Cum his, inquam, me aut errare, aut ſapere fateor: credens & ipſe ſola fide hominem poſſe ſaluari, cum de latrone perci

Iom. 3. A

G
Matth.
28. d

Luc. 23.

Rom. 10.

I.

5

placit

piendi sacramentū, si tamen pio adimplen-
 do desiderio mors anticipans, seu alia qua-
 cumque vis inuincibilis obuiarit. Vide etiā,
 ne forte ob hoc Saluator, cum diceret: Qui
 crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit:
 caute, & vigilanter non reperierit: Qui ve-
 ro baptizatus non fuerit, sed tantum, qui ve-
 rō, inquit, non crediderit, condemnabitur.
 Nimirum inuens solam interdum fidem
 sufficere ad salutem, & sine ipsa sufficere ni-
 hil. Quapropter etiam martyrium vicem bap-
 tismi posse implere conceditur, non planē
 hoc facit poena, sed ipsa fides. Nam absque
 ipsa quid est martyrium nisi poena? Quae er-
 go martyrio praestat, ut absque vlla dubita-
 te pro baptismo reputetur, ipsa ita inur-
 ma, & imbecillis per se erit, ut quod dare al-
 teri valet, sola non valeat obtinere: Est pro-
 fus sanguinis pro Christo effusio magna ex
 iustam fieri indubitata probatio, non Deo
 tamen, sed hominibus. Sed quid si Deus, qui
 profecto ad probandum, quod vult, nullis in-
 diget experimentis, aequē magnam in cor-
 de cuiusquam in pace morientis inspicit fi-
 dem, martyrio quidem non interrogatam
 martyrio tamen idoneam? Si recordatus fue-
 rit homo necdum se salutis percepisse my-
 sterium, & dolens poenitentem, toto deside-
 rio expeuerit, sed assequi morus celeritate
 praecipuus nequieuit; damnabit fidele
 suum Deus, damnabit inquam hominem
 pro se etiam paratum mori? Paulus dicit:
 Nemo potest dicere, Dñs Iesus nisi in spiritu
 sancto. Hunc ergo, qui in articulo mortis
 non solum inuocat Dñm Iesum, sed ipse
 quoque toto desiderio experit sacramenta,
 dicemus aut non loqui in spiritu sancto, &
 falsus erit Apostolus, aut & cum spiritu san-
 cto damnari? Saluatorem habet habitatem
 per fidem in corde, & in ore per confessio-
 nem, & cum Saluatore damnabitur? Pro cer-
 to cum non aliunde martyrium nisi ex fidei
 merito illam obtinuerit praerogatiuam, ut
 singulariter vice baptismi securē suscipiat-
 ur, non video cur non ipsa aequē, & sine
 martyrio apud eum tantumdem possit, cui,
 & sine martyrio probamento procul dubio
 innotescit. Possit sane tantumdem dixerim
 quantum ad salutis spectat obtentum, non
 autem ad meriti cumulum, quod indubi-
 tantly martyrium antecellit. Legimus Om-
 nis qui odit fratrem suum, homicida est. Et
 1. Jo. 3. e item: Qui viderit mulierē ad concupiscen-
 dam eam, quam moechatus est eam in corde

suo. Quid planius, quam quod voluntas pro
 facto reputetur, ubi factum excludit neces-
 sitas? Nisi forte putetur in malo, quam in
 bono efficacior inueniri voluntas apud
 Deum, qui caritas est, & promptior esse ad
 viscendum, quam ad remunerandum mi-
 sericors, & miserator Dñs. Quomodo is, qui
 alieno debito se teneri forte in extremis
 positus recolat, si desit vnde persoluat, sola
 nihilominus poenitentia, & cordis contri-
 tione obtinere veniam creditur, ne iam pro
 eo damnetur: sic sola fides, & metis ad Deū
 conuersio sine effusione sanguinis, & sine
 perfusione aquae salutem sine dubio opera-
 tur, volenti sed non valenti, prohibe-
 tulo baptizari. Et sicut nulla illi poenitentia
 remittitur peccatum, si cū possit nō restituit
 ablatum: sic & huic nulla proderit fides, si
 cum possit non percipit sacramentum.

Quamquā & fidem conuincitur non ha-
 bere perfectam si negligit. Vera enim, &
 plena si se vniuersa praecipua cōplectitur.
 Est autem hoc vnum, ipsūque praecipuum
 ex praecipuis. Merito ergo non fidelis, sed
 plane rebellis atque contemptor reputabi-
 tur, quisquis obedire renuerit. Quomodo
 denique fidelis, qui Dei contemnit sacra-
 mentum? Sanē infantes, quia hanc prohi-
 bente aetate non possunt habere fidem, hoc
 est cordis ad Deum conuersionem, conse-
 quēter nec salutem, si absque baptismi per-
 ceptione moriuntur. Non quod vel ipsi, qñ
 baptizantur fide omnino careant, sine qua
 impossibile est vel ipsos placere Deo. fed sal-
 uantur & ipsi per fidem, non tamen suam,
 sed alienam. Dignum nempe est, & ad Dei
 spectat benignitatem, ut quibus fidem aetas
 enegat propriam, gratia prodesse cōcedat
 alienam. Nec enim omnipotentis iustitia
 propriam putat ab his exigendam fidem,
 quos nouit propriam nullam habere culpā.
 Porro aliena opus est fide, cum sine forde
 non nascatur aliena, quatenus nec à parui-
 lis alienū sit quod de omnibus generaliter
 dicitur. Fide mundus corda eorū. Nec du-
 bium, quod macula contracta ab alijs aliorum
 quoque fide valeat vel debeat emundari.
 Hæc sunt quippe iudicia diuinæ iustitiæ, in
 quibus exultans sanctus Dauid, Memor fui,
 inquit, iudiciorum tuorum a saculo Dñe, &
 consolatus sum. Huc vsque de his. Asserit
 praeterea, ut dicis, ille quem dicis, oēs anti-
 quos iustos, quotquot videlicet, Christi aduen-
 tum praecesserunt, tantā oīno habuisse praes-
 sciam.

M

Aa. 15.

Ps. 118.

A scientiam futurorum, quātam nos qui post sumus praeceptorum scientia, ita ut nullus vel simplicium iustorum aliquid prorsus ignoraret ex oibus quae modo nobis euangelica pandit historia. Verbi gratia. Verbum incarnatum, partum virginalem, doctrinam Saluatoris, miracula, crucem, mortem, sepulturam, descensum ad inferos, resurrectionem, & ad caelos ascensionem, sic omnino omnibus illorum temporum iustis & aperte omnia & distincte singula fuisse praecognita; quemadmodum suo sunt tempore post exhibita, & modo cognita nobis: adeo ut nec iusti fuerint nec salui sint quibus ita clara omnia & perspicua non fuerunt. Et id quidem falsum. Verum ad refellendum tu tanta in tua epistola posuisse videris, ut nil addendum penitus putem: & pene quid addi possit, non inueniam. De homine tamen, qui ista loquitur pace ipsius dico paucis quod scio. Videtur plus nouitatis curiosus, quam studiosus veritatis, grauarique de omni re sentire cum alijs, & dicere quod aut solus non dixerit, aut primus. Vnde fit, ut in his, quae sentit, & loquitur, modum omnino tenere aut ignoret aut dissimulet. Ecce enim & in hac assertionem sua dum pares in scientia facit omnes, qui ventura sperabant, ijs qui praeterita legunt; Deum profecto aut nimis parum praedicat, aut nimis largum: oculum discretionis ex nulla parte aperiens: Aut enim numerum electorum illius temporis sub paucitate reddidit rarissimorum spiritualium, quos profusa sanctitatis specialis excellentia insignes illustresque illis temporibus extitisse, ac singulari munere spiritus singula uti ventura erant, prauidere certissime potuisse Scriptura commemorat; & sic nimis abbreviat magnum Dei, dum praeter paucos illos perfectissimos neminem eo tempore putat potuisse saluari: aut certe si & illa tempora multitudinem saluandorum etiam praeter istos habuisse, non diffitetur, magnam sed inaudita diuini muneris largitate veteri populo collata asserit, siquidem omnem multitudinem omnia quae de mysterio nostrae redemptionis superius enumerata sunt, liquido praecognouisse conlitterit. Cum enim ex his quippe tunc nec scriptum manifeste, nec publice praedicatum fuisse manifestum sit, restat ut fateamur omnia omnibus per spiritum reuelata fuisse: & sic omnes spirituales, omnes perfectos, omnes extitisse Prophetas, quotquot ab aduentu Domini retro iusti & salui fuerunt. Fuit ita-

que antiquis temporibus aut perrara salus, aut nimium numerosa perfectio. Quorum quidem quodlibet sapere, discretionis terminos excedere est. Quod si videtur tolerabilius, imo & Deo iustius iudicatur, replese potius & ditasse saecula illa multitudinem perfectorum, quam saluandorum tanta fuisse paucitate contentum, quatenus & salui non pauci tunc fierent, & omnes nihilominus repleti spiritu prophetico necdum reuelata mysteria iam tunc penetrarent: si inquam hoc recipitur, benedictus quidem Deum in donis suis, sed quid tempore gratiae reuerentem sit, non videmus: nisi quod tempore gratiae illud potius iuxta sententiam hanc fuerit appenninum, in quo tot & tanta Dei populo diuitiae spiritus affluebant: ut illud profusum incredibili felicitate cerneatur impetum, quod Moyses optabat eam diceret.

Quis dabit, ut omnes prophetent? Quae *Num. 11.*
 so quid simile attulit Euangelium? Frustra *1. Cor.*
 riat Paulus de primitiis spiritus, quas *12.*
 putat cum suis coapostolis accepisse, cum nil tale in diebus suis potuerit experi. Denique aiebat: Numquid omnes Prophetae? Frustra, inquam, gloriatur pro Euangelio suo, *Gal. 1. 6.*
 quia non ab homine neque per hominem illud accepit: sed quasi speciali quadam praerogatiua per reuelationem Iesu Christi, cum & ante ipsum per spiritum fuerit etiam populis reuelatum. Sed nec Apostolus Petrus profecto debuit propheticum illud ad sua tempora retorquere. Effundam *Ab. 1. 2.*
 de spiritu meo super filios, & filias vestras, & prophetaeum filij vestri, & filiae: si abundantior iam praecesserat tractatis saeculis effusus Spiritus. Aut certe Propheta, vel potius in Propheta Deus, si vere illa tempora apostolica cum hoc diceret intuebatur, non plane effundam, sed subtraham magis de spiritu meo, dixisse debuerat. Quid enim? Si filij Euangelij omnes veteres iustos pares facimus in scientia, numquid non & superiores in gratia consequenter fateri necesse est, ut pote quos non lectio sicut nos, aut praedictio, sed ipsa uentio docuerit omnes de omnibus? Esto tamen, toleremus nos nostram iniuriam, & Apostoli quoque suam, ut & ipsis minimi etiam antiquorum iustorum comparentur in scientia, praeferrantur in gratia. Sed est sane quod vilo omnino pacto merito non ferimus, ut Dominus videlicet gloria sentiat vel falli unquam potuisse, vel fallere voluisse. Qui quidem ipse protesta-

Matth. 23. 6. tus est, inter natos mulierum maiore Ioanne Baptista non surrexisse. Vide autem si non vere factum fateri cogimur veritatis hoc testimonium, si tantum tribuamus veteribus, quantum nec Ioanni vendicare valemus. Non utique sit iniuria Ioanni, si quid ignorasse creditur, aut dicitur, nimirum quod & ipse non distitetur. Sed si quod praconi veritatis negamus, contra praconium veritatis alteri damus, hoc non tantum iniuria, se i & blasphemia est, & plane Ioanni non contradicere, sed veritati. Quid ergo? Amicus sponii dubitat & querit: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? & nos milibus hominum certitudinem de omnibus nostro mendacio confirmamus.

Ibidem. se ita veteres & nunc paucis aduertere porium.

Exo. 3. 0. Moyses scribit Deum ad se loquentem dixisse sic. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob; & nomen meum Adonai non indicaui eis, subaudi, sicut tibi. Ostendit ergo se de Dei notitia plus aliquid praecedentibus patribus accepisse. David quoque super doctores suos & seniores donum sibi intelligentiae audacter praesumit, ita dicens: Super omnes doctores me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est: Et rursus: Super senes intellexi.

Dan. 12. b. Sed & Propheta Daniel, pertransibunt, ait plurimi, & multiplex erit scientia: amplior scilicet rerum notitiam promittens, & ipse posteris. Si ergo (vt ait etiam sanctus Papa Gregorius) secundum incrementa temporum creuit & scientia spiritualium patrum, & quanto viciniores aduentui Saluatoris extiterunt, tanto mysterium salutis plenius perceperunt, non est dubium, quin in his qui & praesentes fuerunt, multo amplius contulerit rerum ipsarum exhibitio, atque praesentia exhibentis. Denique & audiunt. Beati oculi, qui vident quae vos videtis. Item:

Luc. 10. d. Vos autem dixi amicos, quia omnia quae

Ioan. 13. d. Multi, inquit, reges & Prophetae voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt: &

Luc. 10. d. audire quae auditis, & non audierunt. Quare? Vt videlicet clarius largiusque perciperent, quod vix tenuiter obscureque praesentarent. Alioquin quid opus erat foris videre carnem, & carnis audire sermones, si iam intus a spiritu praeserant perfecte instructi de omnibus, praeserunt eum Dominus dicat:

Ioan. 6. g. Caro non proficit quicquam, spiritus est qui vivificat: Quod si Prophetae & qui illustratio-

res videbantur in illo populo, non omnes omnia liquido aequaliter agnoscere valuerunt, sed alij plus, alij minus, prout eis spiritus dabat, diuidens singulis prout volebat, idque absque prauiudicio suae sanctitatis atque perfectionis: quanto magis simpliciores quippe iusti sine detrimento salutis, saluationis tempus, modum, & ordinem ne scire potuerunt, quae tamen certa spe & fide vt promissa fuerant firmissime tenerunt? Quanti hodieque profecto in populo Christiano vitae aeternae, saeculi futuri, quod in dubitanter credit & sperant, & ardentius desiderant, formam tamen ac statum ne cogitare quidem vel tenenter norunt?

ita ergo multi ante Saluatoris aduentum, Deum omnipotentem tenentes & diligentes suae salutis gratuitum promissorem, credentes in remissione fidei, sperantes certissimum redemptorem: in hac fide & expectatione saluati sunt, licet quando & qualiter & quo ordine salus repromissa fieret, ignorarent. Denique Reda aperte docet, aperta omnia omnibus nequaquam fuisse, quae de Christo futura erant, quod tu quoque testimonium in tua Epistola posuisti. Vnum, inquit, idemque dominicae crucis trophaum prius Prophetae & Moyses, quam Apostoli noverant & praedicabant, sed Prophetae hoc aliquoties figuratis velatisque sermonibus, Apostoli autem Apostolorumque successores patefacta luce Euangelij semper aperte praedicabant, ita vt nunc ois populus Christianus scire & confiteri debeat fidem, quam eo tempore pauci admodum, & perfectiores quique nouerunt: quamuis omnis populus Dei etiam tunc eiusdem mysteria fidei in legalibus ceremonijs typice portaret. Multa sunt, quae ad haec confirmanda concurrunt, sed modus epistolarius cuncta non patitur, nec opus est. Arbitror enim (vt ante iam dixeram) me quoque non respondente, ea potuisse sufficere, quae tua super hoc epistola continet. Sed hoc addidi, ne intactum quid praeterirem ex omnibus, quae petijisti. Iam contra assertionem tertiam non multum nobis arbitror laborandum: tum quod manifestam nimis praesertat falsitatem, tum quod ipse eius inuentor, in sua superiori sententia ipsam per se satis impugnet, sibi metipsum contrarius. Cum enim de nocturno illo priuatoque susurrio Domini cum Nicodemo, laqueum necat publicae damnationis per totum orbem ignorantibus, arbitrans

videli-

videlicet neminem ex illa hora potuisse saluari, qui non fuerit baptizatus: nonne aperte peccatum ignorantiae, & peccatum damnable confitetur? Nisi forte, tam proteruius sit, vt Deum homines sine culpa damnare existimet. Verendum tamen ne si, vel breuiter non responderetur stulto iuxta stultitiam suam, putans fortè sapientiam, securus spargat seminarium veritatis in auribus insipientiam, & ita iam insipientiae eius non sit numerus. Veritatis proinde testimonij paucis & manifestis, manifestum mendacium confutetur. Is forsitan, qui aliter, non posse peccari per ignorantiam, nunquam pro suis ignorantibus deprecatur, sed potius Prophetam irridet deprecantem & dicentem: Delicta iuuentutis meae & ignorantias meas ne memineris. Forsitan & reprehendet Deum exigentem pro peccato ignorantiae satisfactionem. Loquitur enim in 2. canticis ad Moysen dicens: Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his, quae lege Domini prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, offeret anietem immaculatam de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram estimationemque peccati. Et rursus: Qui orabit pro eo, quod nesciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Domino. Si ignorantia nunquam peccatum est, cur dictum est in Epistola ad Hebraeos, quia in secundo tabernaculo semel in anno solus pontifex intraret non sine sanguine, quem offerret pro sui & populi ignorantia? Si peccati ignorantiae nullum est, non ergo peccauit Saulus, quod persecutus est Ecclesiam Dei, quoniam quidem ignorans hoc fecit, manens in incredulitate. Bene itaque faciebat, quod erat blasphemus & persecutor, & contumeliosus, quod erat spirans minarum & credis in discipulis Domini, in hoc ipso quippe abundanter amulator existens paternarum suarum traditionum. Non ergo debuit dicere: Misericordiam consecutus sum, sed mercedem recepi, quippe quem ignorantia à peccato reddebat immunem, insuper & aemulatio remunerabilem iudicabat. Si, inquam, ignorantia nunquam peccatur, quid ergo caussantur aduersus occisores Apostolorum, quoniam quidem non solum malum esse nescierunt interficere illos, sed insuper quoque id faciendum arbitrati sunt obsequium se praestare Deo? Sed & frustra in cruce Saluator pro suis orabat crucifixoribus; quippe ne-

scientibus (ipso teste) quid facerent, & ita nequaquam in peccatis. Neque, n. fas est vlatenus suspicari mentitum fuisse Dominum Iesum aperte perhibent, eos ignorare, quod facerent, etsi forte de Apostolo dubitet quod, quod carnem suam emulans, sicut homo metiri poterit, vbi ait: Si enim cognouissent, nisi 2. Cor. quid non ex his satis apparet, in quantis laecar ignorantiae tenebris, qui ignorat peccari posse interdum per ignorantiam? Sed de his haecenus. In fine mihi insinuas, inuincibiliter quidem, moueri aliquos super quadam mea sententia, qua dixi cum Euangelio exponerem, consilium Dei nulli etiam veterum sanctorum antequam virgini reuelatu. Primum quidem in me (vt arbitror) quia non satis iuste mouetur, aduertens, quod eandem sententiam non contemner affirmo, sed cum temperamento, suspendens subdistinguit iunctura particula, vel ideo, inquam, dictum est à Deo: Siquidè praemissa vna causa quae mihi videbatur, cur Euangelista cum diceret: Multus est Angelus Gabriel: nominatum subiecit à Deo, altera quoque temperate quidem, & sub distinctione subiunxit, quo & mihi non incumberet defendendi necessitas, & lectori daretur eligendi facultas, quam è duabus voluisset. Si igitur vna quaelibet illarum stare potest, de altera quid saggillor, quippe qui neutram affirmas, lectoris veritate magis iudicio derelinquo? Quamquam etsi ex sententia Siximi, ignotum vsque adhuc sanctis Angelis fuisse Dei consilium, non quidem quia per incarnandi verbi mysterij Dei propositum erat quandoque operari salutem in medio terrae, hoc enim, & multis mortalium & praesere donatum est & praedicere, sed quod potissimum tempus, quaeue locum, vel modum, praecipueque quam virginem ad implendum propositum suum elegisset Deus: si, inquam, hoc Dei consilium non de opere, sed de tpe, loco, modo, atque persona, et sanctos ignorasse Angelos sentimus & scripserim: profecto non video, cur incredibile videatur. Sane ibi nusquam in suo sensu securus abundat, vbi aut certa ratio, aut non eodem modo auctoritari, quod sentitur non obuiat. Quamnam, n. me ratio siue auctoritas sentire cogat etiam tempus illud ab antiquo Angelis innotuisse, de quo Apostolus: Postquam venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum à lege. Cre-

Pf. 24. n

Leu. 4. c

H
Ibidem.

Heb. 9. b

1. Tim.
1. c

Gal. 1. c
1. Tim.
1. c

5. Ioan.
16. n
Luc. 23.

Lus. 1. c

X

Gal. 1. c

libi.

dibilis magis fortasse videtur, ut scuti futuri aduentus Domini (ipso teste) die protus ignorant, ita quoque prioris tempus nequaquam præserint. Quis scit enim si modo illo spirituali Dei sapientia de primo aduentu suo, & angelis illud locuta sit, quod apostolis per os carnis assumptæ de secundo legitur respondisse. Non est, inquit, vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate? Quæ me rursum credere cõpellat necessitas, angelos iam ante aduertisse ciuitatem Nazareth, quam illo cernerent nullum archangelum virginæ salutare, & partum nũciare diuinum? Si quidem quod præcæta fuerit Bethleem natiuitati, Hierusalem passioni, etiam sic aperte præscitum, & prædictum est à prophetis.

Quod & Nazareth prouisa similiter est conceptioni, non tamè similiter, ut arbitrator, præsumisse, & à prophetis, euidè aliquid inuenitur de scripturis testimoniũ. Nam quod legitur. Quoniam Nazareus vocabitur: profecto Euangelista qui hoc de propheta sumit, non tam ad conceptionem quam ad educationem referri satis euidè nter ostendit, quod illo videlicet ex ægypto reportatus fuerit, illicque nutritus. Denique Iudæi ad Nicodemum: Scrutare, auiunt, & vide quoniam propheta à Galilæa non surgit. Et quidem scienti legem loquebantur, & qui magister erat in Israël, nihilque facile ignoraret ex omnibus: & tamen tota fiducia instabant monstrantes scripturas nõ loqui Christum venire à Galilæa, cuius Nazareth ciuitas esse cognoscitur. Plus sane ad manum fuit eis testimonium de propheta, ex quo regi locum festi-

tantanti natiuitatis, incunctanter Bethleem responderunt. Itaque natus in Bethleem Christus est, & in Hierusalem passus, & vtrumque aperte prædixisse propheta manifestũ est. Conceptus æquè est & in Nazareth ciuitate Galilææ, nec tamen visum est occurrere quippiam vel Nicodemum per quod siue Galilæam, siue Nazareth ad Christi aduentum vnde cumque pertinere doceret. Sic quoque Nathanael doctus, & ipse in lege, Philippo nunciati Iesum filium Ioseph à Nazareth, mox sub interrogatione admirando respondit. A Nazareth, inquit, potest aliquid boni esse? Nimirum admirans, quod à Nazareth Christus nunciaretur, quod ex nulla penitus scriptura recoleret. Aut si nõ interrogando qualem, sed magis affirman-

do illud respondisse contenditur, memor vtique præfati testimonij, quoniam Nazareus vocabitur: nõ tamen perinde, quod in Nazareth cõceptus fuerit Iesus, cum agnouisse constabit, cum multæ aliæ causæ occurrere potuissent, cur illud propheta prædixisset. Potuit ergo, & de conceptionis loco vt prophetas, sic & angelos diuinum latuisse consilium. Modum deinde illum tam incomprehensibilem, quem & virgo sollicita requisit, vnde quæso docere queam angelis fuisse præcognitum? Mihi vero videtur ne ipsi quidem, (vt pace eius dixerim) qui nunciabat. Quod, & ipse fatetur, si eius verba diligerenter aduertimus. Respondens quippe, Spiritus sanctus superueniet in te: nonne aperte mittit ad magisterium Spiritus sancti, cuius vnctione doceatur de omnibus, quorum ipse sibi non præsumit scientiam, & discat experiendo quod audiendo non poterat? Denique subiungit: Et virtus altissimi obumbrabit tibi: expressius profecto significans modum secretissimum arcani incomprehensibilis, & ineffabilis sacramenti, quo quasi in vmbra cum sola, & in sola Virgine, sola Trinitas cõceptum fuerat operatura diuinum. Ad hoc quoque inuestigandum mylterium, minus se idoneum confitetur ille magnus Ioannes, cum se indignum perhibet soluere corrigiam calceamenti. Sed & ipsam virginem rogo, vnde probabitur ex nomine vel ex facie ante cognitam angelis, quod ipsa videlicet esset quam Deus elegerit in matrem sibi, excepto dumtaxat archangelo, cui, & seruanda ab initio tradita fuisse credenda est?

Porò autem si diabolus eã nec post conceptionem agnouit, Ioseph vtique desponsatione deceptus: credi potest & sanctis angelis vel ante minimè innotuisse, quod ipsa videlicet esset mater Dei futura. Sane etenim reprobi spiritus etsi destituti sunt participatione gratiæ spiritualis, non tamen viuacitate industriæ naturalis. Vides ne in quantis salua fide & veritate Scripturarum diuinum angeli consilium poterant ignorasse, præsertim vt horum reuelandorum prærogatiua matri virgini seruetur? Primum equidem est tempus, secundum locus, tertium modus, quartũ electio personæ virginalis. Hoc responde fratribus qui me reprehendunt, quod dixerim ad laudem virginis, ideo possum esse à Deo, ne cui forte vel beatorum angelorum suum consilium Deus prius quã virgini reuelasse

Act. 1. a

Matth. 2. d

L

Ioan. 7. f

Ioan. 1. g

M

Luc. 1. c

Ibidem.

Ioan. 1. d

A

reuelasse putetur excepto dumtaxat archangelo Gabriele. Suum consilium dixi, non de opere: sed de operis tempore, de loco, de modo, de personâ quoque electione. Vale.

Ad Suggestionem Abbatem sancti Dionysij.
Epistola LXXVIII.

Existat sermo bonus in terram nostrâ, bonum sine dubio bonis cooperaturus, ad quoscumque peruenerit. Enimvero audientes omnes qui timeant Deum, quanta fecit anima tua, gaudent & stupent. Inprestanta & iam subitum mutatione dextera excelsi. Vbi que in Domino laudatur anima tua, adduntur in fidei & constantur: & mirantur etiam qui te non nouerunt, sed tantum audiunt qualis de quali factus es, atque in te Deum glorificant. Auget vero gaudium & miraculum passiter, quod salutis consilium cœlitus infusum tibi, protinus tuis refundere, atque ita implere fatiguli tuis legitur: Qui audit, dicat, veni. Et illud: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Sic strenuus in bello miles, imo sic pius ac fortis militum dux, vbi suos forte cōspexerit in fugâ versos, iamque hostili passim gladio trucidari: etsi se vel solum videat euadere posse, libet tamen mori magis cum illis, sine quibus vivere pudet. Proinde stat in prælio, fortiter dimicat, & inter euentos gladios per medias acies hac illacq. discurrens, voce & ense terret, quantum valet, aduersarios, animat suos. Vbi acrius insistere hostem, sociisque grauius comperit imminere periculum: ibi adest. Occurrit ferienti, pereuerti succurrit: eo quippe mori paratus pro singulis, quo desperatus de vniuersis. At verò dum paulisper retentare, & retardare nititur insequentes: suos verò quos valet erigit corruentes, reuocat fugientes, se plerumque vt in manu forti iam gratam quâ inopinatam obtineat salutem suis, hostibus confusione. Fugant tandem quos fugiebant, superant quos pene sustinebant victores. Et qui prius periclitabantur de vita, postmodum exultant & de victoria. Sed quid nos tam religiosum, tam forte factum secularibus comparamus, quasi exempla nobis de ipsa nobis desint religione? An non liquido certus erat, Deo pollicente, Moyses, siquidem percussisset populus, cui precebat, se non solum pa-

riter periturum non esse, sed insuper, & misericordiam gentem magnam? Et tamen quo affectu, quo studio, quibus pietatis visceribus irritantibus subuenit, obuiat irascenti? Denique & se obijcens pro delinquentibus, ait: si dimittis, dimitte, sin autem, dele me de libro tuo, quem scripsisti.

Fidelis aduocatus, qui quoniam nō quaerit quæ sua sunt, facile obtinet omne quod quaerit. Planè benignus qui tamquam caput vitium membris, genti suæ firma caritate coherens, aut illam saluabat secum, aut non potest nisi idem cum illis subire periculum. Sacramentis quoque vincetus, & ipse inseparabiliter suis, sed affectu compassionis, non contentus inueniendi, præconium exitio, & remittit. Obtemperat fatale solum, ac propriam voluntatem. Quippe cum in migratibus liberè manere in partem liberū fuit, sed maluit captiuus abduci cum populo, cui se fore, & in ipsa captiuitate nouerat necessarium. Paulus eodem procul dubio spiritu optans anathema cuius ab ipso Christo pro fratribus, proprio experitur affectu, quam vna sit illa sententia: Fortis est vt mors dicere, sed dura sicut infernus amulatio. Videtis quorum vos imitatore probaueritis? Sed addo adhuc (quem pene pretermiseram) & sanctum Dauid, qui cernens dolensque populi stragem, angelo percipienti festinus occurrit, & in se potius domumque patris sui diuinam transferri flagitat vitionem. Quis hanc tibi perfectionem proponebat? Ego tanta fateor audire de te, & si desiderabam, non eam sperabam. Quis nempe te crederet saltu (vt ita dicam) repentino summam occupare virtutum, sublimia mentorum attingere? Sed absit, vt pro nostræ fidei speiue angustijs immensa Dei pietas aestimetur, qui quod vult, in quo vult, operatur, accelerans opus, & alienans onus. Quid enim. Tua certè, nō & tuorum errata, sanctorum carpebat zelus: tuus, non ipsorum excessibus succensebant: solamq. in personam tuam, non etiam in abbatiam fratrum susurrū immurmurabat. Solum denique te in causam vocauerant. Tu te corripes, & nil residuum quod pateret caumnia. Te inquam mutato, mox omnis tumultus concederet, quiesceret strepitus. Solumque ac totum erat quod nos mouebat, tuus scilicet ille habitus & apparatus cum procederes, quo paulo insolentior appareret. Deponeres lassum habitumq. mutares, & facile quiescere

Apocal.
22. d
Matth.
10. c

Exo. 32
8
Ier. 43.
Rom. 9.
Cant. 8.
1. Re. 24

D

scere poterat indignatio. Ceterum tu & fecisti satis causatibus & adiecisti quod merito collaudemus. Quid enim iam in humanis operibus iure laudabitur, si hoc summa admiratione, & laude dignissimum non habetur? Quamquam non humanum, sed diuinum profecto sit opus: tantorum simul, & tam repentina immutatio. In celestibus magnum suscitatur gaudium vnius peccatoris conuersio, quid totius congregationis? Quid & istius? Locus quippe ab antiquo nobilis, & regie dignitatis extiterat: palatii caulis, regumque exercitiis deseruire solebat. Sine cunctatione, & fraude sua Casaria reddebantur, sed non etiam Deo. quae Dei sunt, perloquebantur, & que fideliter.

Quod audiuius, non quod vidimus loquimur. claustrum ipsum monasterij frequenter (vt aiunt) stipari militibus, vrgeri negotijs, iurgijs personare, patere interdum & feminis. Quid inter hec caeleste, quid diuinum, quid spirituale poterat cogitari? Nunc vero vacatur inibi Deo, studetur continentiae, disciplinae inuigilatur, lectionibus sanctis intenditur. Iuge quippe silentium, & ab omni strepitu saecularium perpetua quies, cogit caelestia meditari. Porro continentiae labor, & rigor disciplinae, psalmorum, hymnorumque dulcedine releuatur. Pudor de praeteritis nouae conuersationis temperat austeritatem. Is autem qui in praesenti per patientiam capitur bonae conscientiae fructus futurorum quoque honorum operatur desiderium, quod non frustrabitur, & spem, quae non confundit. Venturi timor iudicij, pio cedit fraternae caritatis exercitio. Caritas quippe foras mittit timorem. Tardum, & accediam procul pellit sanctarum varietas obseruationum. Et haec reteximus ad laudem, & gloriam Dei tanquam omnium auctoris, non tamen sine uestigia, tanquam ipsius coadiutoris in omnibus. Potuit quidem ea ipsa agere sine vobis, sed maluit vos operum habere consortem, vt haberet, & gloriae. Increpabat Saluator quosdam, quod orationis domum speluncam latronum facerent. Habebit ergo sine dubio commendatum, qui in regione operam dedit medicare sanctum a canibus, a porcis margaritam, cuius studio, & industria Vulcani officina studiis videtur mancipata caelestibus, modo sua Deo habitatio reddita, & in id potius, quod ante fuit, ex synagoga fatana restituta.

Sane non ad confusionem cuiuspiam,

sive improprietum praeterita mala reteximus, sed vt ex comparatione, veterum, nouitatis decus gratius, venustiusque appareat. quia tunc recentia iucundius bona clarescunt, cum fuerint malis comparata prioribus. Similia ex similibus innotescunt, sed ex contrariis contraria aut placent amplius, aut displicent. Iuge nigra candidis, & mutua collatione in proprio quaque colore distinctius enitescunt. Sic foeda admota pulchris, pulchriora reddunt: magis foeda redduntur. Ne qua tamen offensionis, vel confessionis subrepat occasio, replicamus, & nos vobis illud Apostoli: Et hoc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis. tam nullis saecularibus in domum Dei patet aditus, nullus ad sancta curiosus accessus. Nulla iam cum otiosis cofabulatio permiscetur, solitus puerorum aut puellarum strepitus non auditur. Solis pueris Christi, de quibus dicitur: Ecce ego, & pueri mei mecum: locus sanctus peruius & expositus diuinis tantum laudibus, ac facris soluendis votis, debita sollicitudine & reuerentia custoditur. Quam laeta martyres aure (quorum permaxima locum ipsum turba nobilitate) horum clamorem puerorum, strepitusque percipiunt, quibus & vicissim non minori vtique suae affectionis clamore respondent: Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini: Et rursum: Psallite Deo nostro, Psallite: Psallite Regi nostro, Psallite. Dum manibus peccatorum, genibus pauimenta tunduntur, votis & deuotis precibus altaria cumulantur, sordent genae lacrymis, gemitibus atque suspirijs mugiunt diuersoria, & pro forensibus causis caecis spiritualibus sacra tecta resulant, nisi supernis citius magis spectare libet, nil Regi summo iucundius exhibetur. Quid enim aliud est quod ait: Sacrificium laudis honorificabit me? O si quis haberet oculos apertos, quos orando Propheta puero reuelauit: videret procul dubio, quem ad modum praue niunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuencularum tympanistriarum. Videret, inquam, qua cura, quoue tripudio intersunt cantantibus, adsunt orantibus, insunt meditantibus, supersunt quiescentibus, ordinantibus, & procurantibus praesent. Agnoscunt nimirum supernae potestates conciuies suos, & pro his qui hereditatem capiunt salutis, solliciti congaudent, confortant, instrunt protegunt, prouidentque omnibus omnes in omnibus. Felicem ego me dixerim, qui

1. Cor.
6. c.

1. Sai. 8. d

G
Ps. 112.
a
Ps. 46. b

Ps. 49. d

ibid. 67.
f

Matth.
21. b

F

adhuc viuam, ista est non videre, quoniam absens sum, certe vel audire. Ceterum vos Fratres longe feliciores, quibus ea datum est & actitare. Porro super omnes benedixtus, quem tanti primatu boni, totius auctor boni dignatus est. De qua merito praerogatiua tibi praecipue carissime congratulamur, per quem utique totum est quod miramur.

H Grauaris forsitan laudibus nostris, sed non oportet. Nil quippe simile habet quod loquimur, illorum blanditijs qui dicunt bonum malum, & malum bonum: atque ita quemcumque beatificant, in errorem inducunt.

Isai. 5. f

Psal. 94.

Blanda, sed periculosa laus, cum laudatur peccator in desideriis animae suae, & iniquus benedicitur. Nolite qualicumque laude & caritate procedit, & veritatis litem prout summus non excedit. Securus gloriatur, qui in Domino gloriatur: hoc est in veritate. Nos non malum bonum, sed malum diximus, quod malum erat. Verum si malis audacter cum vidimus, oblatraimus: nunc cum ad bona ventum est, silere debemus, & non magis testimonium perhibere bono? Alioquin corrosores fuisse conuincimur, non correctores: quia mordere, quam emendare maluimus, si bonis obmutescimus, qui in tantum reclamauius malis. Iustus corripit in misericordia, peccator adulatur in impietate: ille ut curet, iste ut occultet, quod erat curandum. Nihil tibi apud eos, qui timentes Dominum glorificant, suspicandum est de oleo peccatoris, quo tuum quondam caput impinguare solebant. Laudamus te, quoniam in te facis unde. Non nos sane adulamur, sed in te Dei

Pf. 118.

Ecl. 39.

munere adimpletur, quod psallis: Quid timent te videbunt me, & letabuntur, quia in verbo tuo supersperavi. Et item: Collaudabunt multi sapientiam eius. En tuam quam plures praedicant sapientiam: sed qui priorum detestati sunt insipientiam. Volo te talium praeconijs delectari, qui famam timeant palpare vitia, quam detrectare virtutibus. Veri isti sunt laudatores, qui ita bona laudare soleant, ut lactare in malis non nouerint. Sunt enim ficti laudatores, veri autem detractores, quos Scriptura commemorat

Pf. 61. c

Prov. 1.

dicens: Vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Hi plane sunt deuitandis iuxta consilium sapientis dicentis: Fili si te laetauerint peccatores, ne acquiescas eis. Habent ergo, & lac, & oleum pecca-

tores, suae quidem, sed venenosum, sed mortiferum. Molliti sunt, inquit, sermones eius, hoc est adulatoris, super oleum, & ipsi sunt acula. Habet oleum, & iustus, sed misericordiae, sed sanctificationis, sed lactis spiritualis. Habet etiam & vinum, quod animae insolentis infundat vulneribus. Si quidem dolens, & quam corde viderit esse contrito, oleo misericordiae conficitur de linire tristitiam. Vbi corripit, vinum infundit: oleum, cum blanditur. Et quidem vinum absque odio: oleum sine dolo. Proinde non omnis laus adulatio: sicut nec omnis reprehensio de animi rancore descendit. Beatus qui dicere potest: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quod ubi longe fecerit, ut magnum te probasti oleo, & lacte sanctorum. Querant sibi iam in parualis Babylonis dulces, sed truces matres, quibus lac mortis emulgeant: quos blandis mulceant fauoribus, ac flammis nutriant sempiternis. Nam Ecclesiae alumnus ex vberibus sapientiae lactis melioris expertus dulcedinem, iam accepit crescere in salutem, iam & ex eo fatiatus eructat dicens: Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Et hoc ad matrem. Verum item gustato ac probato quam suavis est Dominus, ut vere patrem dulcissimum ait ad ipsum: Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te. Impletum est profecto desiderium nostrum. Olim enim cum dolens cernerem tanta te auiditate de libijs adulantium, mortis escam, peccati fugere fomitem, optans tibi, & gemens, intra me aiebam: Quis mihi det te iratrem meum fugentem vbera matris meae? Sint procul a te iam blandi ac fraudulenti lactatores, qui cum in faciem te benedicerent, probris omnium atque ludibrijs exponebant, & eorum praesens euge, orbis tibi fabulam pariebat, imo te fabulam orbi. Si misissent etiam nunc, dicitis illis: Si adhuc vobis placere in Chasti seruis non essem. Quibus in malis placuimus, a quibus & in bonis placere non possumus, nisi forte mutati prius incipiat & ipsi odisse quod fuimus, & sic demum quod sumus diligere. Dum nostris temporibus ortae sunt in Ecclesia nouae & execrandae praesumptiones, quarum vna (ut pace tua commemorem) tua est illa pristinae conuersationis insolentia.

Pf. 140.

K

Cat. 1. a

Pf. 30. c

sed hoc auctore Deo emendata est, ipsi ad gloriam, tibi ad coronam: ad gaudium nobis, omnibus ad exemplum. Potest etiam facere Deus, ut citius, & super altaria consolemur. Quasi sine odiosa in modum nouitatem & error proferre in mediū, & prætermittere grauior. Virget quippe linguam in verby dolor, sed timor ligat. Timor, dum taxat, ne quem offendam si palam fecero, quod me mouet, quoniam veritas, non annūquam odium parit. Verumtamen de huiusmodi odio, ipsam, quæ parit illud, ita me audio consolantem. Necessè est, ait, vt veniam scandala. Nec me, vt astimio, tagit omnino, quod sequitur. Vt autem homini illi, per quem scandalū venit. Cum enim capuntur vitia, & inde scandalum oritur, ipse sibi canalicula est qui fecit, & argui debeat, non ille qui arguit. Denique nec cautior sum in verbo, nec circumspectior in sensu, illō qui uis. Melius est, vt scandalum oriatur, quam veritas relinquatur. Quamquā nescio, quid proficiat, quod mundus clamat, ego taceo. omnium passionibus iniecto fetore solus distinuit opelle, nec audeo nasum contra pestimum putorem propria munire manu. Cuius enim cor non indignatur, cuius vel clam lingua non submurmurat, diaconum contra Euangelium. Deo, & mammonæ pariter ministrat, sic quippe sublimatum honoribus Ecclesiæ, vt nec episcopis inferior videatur, sic implicatum militibus officijs, vt præferatur & ducibus? Rogo quid hoc est monstrari, vt cum & clericus, & miles simul videri velit, ne uisum sit? Par satis utrobique abusio, siue quod diaconus mensæ regis deputetur ministerio, siue quod regis dapifer mysterijs altaris inseruiat. Quis sane non miretur, immo & detestetur, vnius esse personæ, & armatum armatam ducere militiam, & alba stolaq. instructum, in medio Ecclesiæ pronunciare Euangelium, iuxta indicere bellum militibus, & iussu episcopi populis intimare? Nisi forte (quod intolerabilis est) erubescit Euangelium, de quo vas electionis admodum gloriatur, & confunditur videri clericus, magisq. honorabile ducit putari se militem? curiam. Ecclesiæ præfert, regis mensam altari Christi, & calici Domini calicem dæmoniorum. Quod planè credibilis ex eo videtur, quia cum honores non paucos, sed quantos nec canones nisi inuiti patiuntur, teneat in Ecclesia vnius tamen quem in balatio ailectum est, magis

(vt aiunt) gloriatur ex nomine, quam ceterorum quolibet appellari. Cumq. sit Archidiaconus, Decanus, Præpositusq. in diuersis Ecclesijs, nihil horum tamen tam en, quam regis delectat vocitari dapiferum. O noua, & exosa peruersitas. Itane plus decet hominis, quam Dei famulum nominari: ac terræ, quam cælestis regis dici officialem altaris ducitur dignitatis? Qui clerico militari, solum anteponit Ecclesiæ: diuinis profecto humana, cælestibus præferre terrena conuenitur. Ergo pulcherrum est vocari dapiferum, quod Decanum, quod Archidiaconum? Et quidem, sed laico, non clerico, militi, non Diacono. Mirum sed ego ambicio, magis mis, quam illum delectari, & curantes ceciderant in præclans, insatiabili desiderio amplexari stercora, & pro nihilo habere terram desiderabilem. Confundit penitus ordines, & utroque officio delicate fati abuntur, dum & hinc eum delectat pompa, non militia secularis, & hinc quaestus, non cultus religionis. In quo quis facile non aduertat, quantum sit de decore, non minus, utique regno, quam sacerdotio. Vt enim clericalis constat non esse dignitas, regum stipendijs militare: sic nec regia maiestatis rem fortium administrare per clericos. Denique quisnam regum suarū unquam militia clericum præfecit imbellem, & non magis quempiam fortissimū ex militibus? Quis item aliquando clericorum eque sibi non iudicauit indignum, laicæ cuiuscumque personæ mancipari obsequijs? Ipsum certè, quod gestat in capite, signū plus regius decet fastus, quam famulatus. Itemq. regale fastigium magis armis, quam Psalmis innititur.

Sane si alteri forte (vt assolet) accessisset, quod detrahitur alteri, quo vel regis videlicet humiliatio clericum amplius sublimasset, aut clerici certe detestio, regio contulisset honori, (vt, verbi gratia, si nobilis aliqua mulier viri nubat plebeo, illa quidem minuitur ex illo, sed ex illa crescit ille) si ita inquam vel rex ex clerico, vel clericus ex rege proficeret, malum, quod ex parte fuisset, utrumque forsitan tolerari debuerat. Nunc autem cum vtriuslibet diminutio neutrum prouehat, sed suarū potius alterutrum plurimum detrahant dignitatis, quando nec clericum decet regis (vt dictum est) esse vocari dapiferum, & nihilominus regem, nisi in manu, utique fortium regni gubernacula possidere: mirū valde quomodo vtraque

B potestas hoc patitur, quod vel Ecclesia non abijcit diaconum militare, vel curia clericum principem non contemnit. Et acrius ista, & multiplicius inculcare volueram, ac fortassis debueram, nisi epistolaris breuitas supersedendum indiceret: maximeq. quia te offendere veritus sum, peperci homini, quippe quem tibi aiunt familiaribus iam olim amicitijs esse deinctum. Sed nollem te nabere contra veritatem amicum. Si tamen persistis, verum te amicum proba: & da operam, quomodo & ipse amicus sis veritatis. Tunc demum vera erunt amicitiae, si veritatis fuerint foederata consortio. Quod si ille non acquieverit tibi, tene quod tenes, hostiaq. caesa in iunge capiti, ac tunicam Dei gratia iam polymitam cura facere, & ta'a rem: quoniam coepisse nil proderit, si (quod absit) non perseverare contigerit. Et hic sit epistolae finis, vbi tu de sine boni commonitus es.

Ad Abbatem Lucam. Epist. LXXIX.

B Onum nobis de te, carissime, & bonum valde rarum offendisti: dum minoris te, non solum non contempseris monita, sed gratias insuper reculeris monitori, prudenter utique non a quo, sed quod moneris attendens. Gratias ago & ipse Deo, quod mea presumptio gratiam egit magis, quam indignationem meruerit. Tenentes, itaque tuae tantae humilitatis insigne, ampliori iam fiducia monemus, quod & prius monuimus. Obsecramus per sanguinem illum, qui pro animabus susus est, ne tanti emptarum parvipendatur periculum, quod maxime ex virorum, & foeminarum cohabitatione non immerito timetur ab his, qui in scola Dei diu iam contra diaboli tentamenta luctati, propria experientia edocti dicere possunt cum Apostolo: Non enim ignoramus astutias eius. Denique quam non negligentem te oporteat audire non meum, sed ipsius Apostoli de hac re consilium, imo praecceptum aperte clamantis. Fugite fornicationem, istius nunc tam turpiter lapsi fratris (super quo, & nostram dignatus es consulere paruitatem) te doceat experimentum. De quo quidem miror, quid tibi visum fuerit me tam remotum expetere consultorem, cum prope habeas virum sapientem nostri ordinis, & tuae praecipue domus amatorem, Vuilelmum scilicet abbatem sancti Theodorici. Sed &

apud Permonstratum non ambigo viros esse consilio, qui in rebus dubijs enodandis, & prudentes sint, & fideles. Verum tamen quia sic tibi placuit, videris tu cur ita placuerit, ego labia mea non prohibebo. Si frater casum suum quantumlibet grauem, quantumlibet turpem, prior ipse confessus fuisset: & curandus foret, & non effugandus. Nunc autem quoniam tanti mali aliofactore emerit, nihilominus quidem eius, si fieri potest, curationi operam dare necesse est, sed aliter. Fortassis enim non expedit, ut ulterius, apud vos remorari sinatur: ne forte (quod te non immerito quidem timere scripsisti) pusillus & nouellus grex huiusmodi tabe contaminetur. Nec tamen filio quantumlibet peccatori paterna omnino claudenda sunt viscera. Arbitror autem & patri piuum, & filio tutum esse consilium, si quaeras ei, quomodo in aliqua e remotioribus Domini Norberti domibus recipiatur, vbi sub districtiori disciplina mutato loco non proposito poenitentiam agat, donec quandoque, cum tibi visum fuerit, ad locum proprium reuocetur. Nam ad nostrum ordinem, ut transeat, vestro fortassis non expedit. Et quidem quod scripsisti, illum saepe dixisse nostra se promissione tenere, quia eum, si cum licentia veniret, susciperemus: hoc in nostra praesentia etiam ipse negauit. Sane si tibi non placet vsquam eum, quae illorum dixi locorum mittere, ad habitandum, aut te volente iste forsitan non consentit, aut cum vtrique complacere, forte non inueniatur, qui eum recipere velit: tunc oportet, ut aut virgente necessitatis causa, quocumque ad saluandam animam suam ire voluerit, eum literis dimittatur, aut dispensante pietatis gratia, in suo loco retineatur: si tamen persentiri poterit, quomodo ibidem omnisi occaso iterandi, aut feminandi hanc turpitudinem penitus subtrahatur. Et de isto ista sufficient. Est aliud apud vos, de quo ea presumptione, qua soleo, non cunctabor dicere, quod sentio. De molendino illo dico, quod conuersi custodientes, foeminarum pati coguntur frequentiam. Si mihi creditur, vnum e tribus fiet. Aut videlicet foeminarum accessus omnimodo a molendino prohibebitur, aut molendinum cuicumque extraneo, & non conuersis custodiendum committetur, aut idem omnium molendinum relinquatur.

2. Cor.

2.6

Ad Guidonem Abbatem Molisimensem.
Epistola LXXX.

Quanto tibi in hac, quam ludiui, tua aduersitate affectu condoleam, nouit affectuum Deus omnium cognitor, bonorum immissor. Sed rursus, cum considero non per quem, sed de quo immissa sit hæc tribulatio, quantum tibi de presenti molestia compatio, tantum de prosperitate mox futura spero congratulari, si tamen & tu consilium in perturbatione non amittedo, id ipsum mecum sapias: & de manu Domini mala, sicut & bona cum sancto Iob æquanimiter suscipias, imo exemplo sancti Dauid non tam his, etsi seruis tuis pro tantis malis indignatur, quam potentis manu Dei (qui procul dubio illos milit ad malefaciendum tibi) humiliari te oportere scias. Verum quia & ad te constat pertinere correctionem illorum, utpote seruorum Ecclesiæ tibi commissa, dignum est, ut pro tam nefaria præsumptione serui nequam corripueris, ac de rebus eorum damnum monasterij aliqua ex parte recompensetur. Sed ne tuam magis in hoc vlsceri injuriam, quam illorum ferire culpam videaris, rogo, roganque consulo, ne tam quod illi digni sunt penses, ut quod tibi dignum est non consideres, ut videlicet misericordia iudicio superexaltetur, & in tua modestia Deus glorificetur. Porro illum filium tuum mihi quoque propter te, & propter seipsum satis carum, ore tuo, & nostro spiritu commoneas, ut non catenus sua, etsi iusta indignatione debetur, quatenus dominici illius præcepti obliuiscatur: quo percutienti vnam maxillam præbere iubemur, & alteram.

Matth.
s. f.

Ad Gerardum Abbatem Pultariensem.
Epistola LXXXI.

Scripsisse aliquid ad comitem Niuernensem in tuæ personæ accusationem, nec recordor, nec verum est. Ceterum si pro Ecclesiâ tua ad eundem principem litteras misisti, hoc non aduersum te, sed pro te egisse me arbitror. Si quidem audieram ipsum pro & assensu, & consilio proposuisse venire ad visitandum vos, ad probandum de tantis malis, quæ de domo vestra diuulgabatur, an vera essent, aut cuius culpa essent, ut quod forte sin-

Bern. Tom. II.

strum reperiret, ibidem eius & studio, & sollicitudine corrigeretur. Cuius tam iustum, & tam pium propositum si hortatu nostro roborare curauit: cur te inde læsum iure conqueraris, non video. Puto enim me recte fecisse, si de domo Dei zelum Dei habens, eius prouidentiam, qui emendaturus erat commonui: Quod autem ex auctoritate Scripturæ arguis me peccasse, quasi quod prius te non corripuerim: scito me nullam de persona tua querelam habere, sed solum, ut pax fiat in Ecclesiâ tua, ex caritate procurare. Denique ipsius rei veritatem plenius cognosces, si ad nos causam ipsam (ut dicis) attuleris. Poteris autem hic me inuenire, quacumque intantis hebdomadæ die libuerit.

Ad Abbatem sancti Iohannis Carnotensis.
Epistola LXXXII.

Ad ea, de quibus nostram curam tibi consulere paruitatem, primum quidem non respondere, statueram, non quod dubitauerim, quid respondere deberem, sed quia viro consilij consilium dare, aut præsumptuosum iudicabam, aut superfluum. Ceterum cogitans, quod plerisque, imo cunctis pene contingere sapientibus solet: in rebus videlicet dubijs plus alieno se, quam proprio, credere iudicio, & qui aliorum facillè ambigua quæque elucidant, in suis consueuerunt scrupulosius hæsitare: statutum non (ut arbitror) irrationabiliter frango, sed simpliciter pando quod visum est mihi, non præiudicans sanius sapienti. Significasti mihi (nisi fallor) per virum religiosum Ursium abbatem Sancti Dionysij, suggeri tibi à cogitationibus tuis deserere patriam, domumque cui Deo auctore præses, & pergere Hierosolimam, vacare deinceps Deo, viuere tibi. Et quidem tendenti ad perfectionem, patriam relinquere fortassis expediat, dicente Deo. Exi de terra tua, & de cognatione tua. Sed qua ratione curam tibi creditam animarum exponere debeas, omnino non video.

Quid enim? Blanditur depositæ sarcinæ libertas? Sed caritas non quærit, quæ sua sunt. Forte quietis prouocat, & otij gustus suauior? Sed euacuatur dispendio pacis. Libenter carebo quantumlibet etiam spirituali quæstu, qui non possit acquiri,

F 3 *nisi*

Ad Simonem Abbatem Sancti Nicolai.
Epist. LXXXIII.

nificum scandalo. Vbi enim scandalum, ibi procul dubio caritatis est detrimentum. Vbi autem diminutio caritatis, miror quod vel quale possit spiritualis exercitij sperari lucrum. Denique si propriam quisque quietem communi prætulit utilitati, quis iam

Phil. 1.5

veraciter dicere poterit: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum? Vbi erit quod iterum dicit Apostolus: Nemo sibi viuunt, & nemo sibi moritur? Et non quod mihi utile est, sed quod multis? Et, vt qui viuunt, non iam sibi viuunt, sed ei, qui pro omnibus mortuus est? Sed dicis: Vnde ergo mihi tantum desiderium, si ex Deo non est? Pace tua diximus quod sentio. Aque fortius dulciores sunt, & huiuscemodi omni (vt ita loquar) absynthio amariorem dulcedinem ab angelo Saronæ sub prætextu angeli lucis, sitienti cordi tuo infundi non dubitat quisquis eius astutias non ignorat. Et reuera quis alius possit scâdalorum esse suggestor, diffidij auctor, turbator vnitatis, & pacis, nisi veritatis aduersarius, caritatis æmulus, hostis antiquus generis nostri, & inimicus crucis Christi diabolus? Si quidem is cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum, etiam nunc bonis, quæ te facere videt, inuidet: & cum sit mendax ab initio, mentitur, & nunc meliora pollicens, quæ non videt.

Ro. 14.6

1. Cor.

10. 6

2. Cor. 5

c

Quando namque veritas fidelissime illi sententia obuiaret: Alligatus es vxori, noli querere solutionem. Aut quando caritas scandalum suaderet, quæ ad omnium scandala vri se perhibet? Ille ergo, inquam, ille nequissimus, & caritati per liuorem, & per mendacium veritati contrarius, falsum melcum vero felle permiscens, dum promittit dubia pro certis, immitit etiam vera pro falsis, non vt conferat quod frustra speras: sed vt auferat quod fructuosè tenes. Circuit, & querit qualiter ouibus curam pastoris subripiat, dum non erit, qui eripiat, & nihilominus pastorem illi horrendo maledicto

Sap. 2. d

I

1. Cor.

7. d

subijciat. Væ illi per quem scandalum venit: Sed confido de sapientia tibi à Deo data, quod nullis malis gni versutis abduci, vel seduci poteris spe incerti boni certum inire malum, & æquè certum deserere bonum.

Matth.

23. 6

Persecutionem, quam propter iustitiam pateris, per litteras tuas non sine compassione cognoscentes, licet Christi consolatio & promissione regni tibi sufficiat, tamen nos quod nostrum est, & consolationem, quam possumus, & consilium, quod intelligimus sanum, fideliter exhibemus. Quis enim sine anxietate videat Petrum de medijs fluctibus brachia tendentem: sine dolore audiat columbam Christi non cantantem, sed gementem, quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quis, inquam, sine lacrymis lacrymas ipsius Christi de limo profundi etiam inerte teuantis oculos suos in montes, vnde veniat auxilium sibi, respiciat? Verumtamen nos ad quos pro humilitate tua respicere te dicis, montes non sumus, & ipsi de conualle lacrymarum laboriosis conatibus eripientes aduersus renitentis inimici insidias, ac multitudine malitiæ violentiam, te quasi clamamus: Auxilium nostrum à Domino, qui fecit caelum, & terram.

Pf. 136.

Pf. 120.

Pf. 120.

Omnes quippe, qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Ita vt cum eis nunquam desit piè viuere, non bsemper tamen adsit, & perficere pro bona voluntate. Sicut enim impiorum est pijs bonorum propositis assidue reluctari: sic contra pietatem non est, propter multitudinem aduersantium, quamuis iusta, & sancta desideria paucorum, plerumque non perfici. Sic Aaron sceleratis tumultuantis populi contra voluntatem suam clamoribus cessit. Sic Samuel eidem populo inordinatè regem petenti, inritus Saulem inuinxit. Sic Dauid eam vellet Deo construere templum, propter infestantium tamen bella inimicorum, quia vir bellicosus erat, prohibitus est facere, quod sanctè proposuit. Simili forma tibi, pater venerande, consiliumus, vt tamen sapientiorum consilio non præiudicemus, quatenus ad tempus propositi tui, tibi que consentientium rigorem se temperes, vt infirmorum salutem non negligas. Inuitandi quippe sunt ad arctiorem vitam, non cogendi, quibus vni que semel in ordine illo Cluniacensi præesse consensisti. Illis autem qui altius viuere desiderant, aut condescendere imbecillioribus ex caritate

2. Tim. 3

Exo. 32.

1. Ro. 10

ritate

ritate (quantum sine peccato possunt) suadendum est, aut ibidem tenetur quod cupiunt permittendum, si absque vitiumque partium scandalo fieri potest, aut certe de congregatione liberos dimitti: fratribusque alijs secundum eorum propositum viuentibus sociari oportet.

Ad V. uillelmum Abbatem sancti Theodorici.
Epistola LXXXIIII.



Qvod me huiusmodi operi operam dare iubes, per quod tollendum sit scandalum de regno Dorotheanter accipio, sed quomodo id uelis fieri, necdum satis elucet mihi.

Nam illam tuam dulcissimam epistolam legens, & relegens (sapius quippe repetita piacebat) intellexi quidem te uelle, ut illis, qui de nobis, tamquam detractoribus Cluniacensis ordinis conuerterentur, satisfactam, quatenus uidelicet sciat non esse uerum, quod male hucusque de nobis uerunt, vel pitiari uoluerunt.

hanc satisfactionem rursus uictus eorum, ac uelutis superfluitatem, & cetera, quae subiungis, quemadmodum iniungis carere uolero: & mihi uidebor contradicere, & quomodo sine scandalo facere queam, non uideo. Nisi forte & ordinem quidem laudabilem, & ordinis reprehensores reprehensibiles doceam, & nihilominus tamen ipsius superflua reprehendam. Si hoc modo uis, aut forte aliter magis expedire uides, manda apertius: & ut ualeam, quod uis, eo modo quo uis: ora instantius. Scito tamen non modico me in huiusmodi scriptitationibus feriri detrimento, quia multum hinc mihi deuotionis subtrahitur, dum studium orationis intermittitur, praesertim cum nec usus suppetat dictandi, nec otium.

Ad eundem. Epistola LXXXV.



I nemo fit, quae sunt in homine nisi spiritus hominis, qui in ipso est: si sola in facie uidet homo, quia solus Deus intuetur cor: miror, nec satis mirari possum, quomodo, quae ratione tuam, atque meam

adinuicem dilectionem pensare, vel distinguere potuisti, quatenus non solum de proprio, sed & de alieno sententiam corde proferres. Error siquidem est humanae mentis, non modo bonum putare malum, & malum bonum, aut uerum falsum, & e-conuerso: sed etiam certa recipere pro dubijs, dubia pro certis. Forte uerum est, quod dicis, minus scilicet à me amari te, quam me diligis: sed certe certus sum, certum non esse tibi. Quomodo ergo pro certo affirmas, de quo certum est, quia certus sum, & uerum. Paulus se suo iudicio non credit: sed neque (inquit) me ipsum iudico. Petrus laet suam, quae se fecerat, cum de suo loqueretur dicens: Et si oportuerit, me mori tecum, non te negabo. Discipuli de proditione Domini, nec in suis fidentes conscientijs, & singuli respondebant: Quis quid ego sum Domine? Dauid suam de se ignorantiam fatetur orans, & clamans: Et ignorantiam meas ne memineris. Tu uero nescio qua fiducia, non solum de tuo, sed & de meo corde tam aperte declamas: Ut plus amans, inquit, minus diligam? Haec quippe sunt uerba tua, quae nollem fuisse tua, quia nescio si sunt uera. Sed & tu si scis, unde scis? Unde, inquam, probasti magis nos à te diligam, quam te à nobis? An ex hoc, quod in tuis litteris subiunxisti, quia uidelicet, qui uadunt, & ueniunt per te de nostris, nullum tibi à nobis deferunt monumentum gratiae, uel amoris? Quod uero monumentum, quod amoris experimentum a nobis requiris? Numquid forte scrupulum mouet tibi, quod ad plura iam tua ad nos scripta, necdum, uel semel rescripsi? Sed quando ego maturitatem sapientiae tuae delectari posse putarem scriptitationibus imperitiae meae? Sciebam enim qui dixit: Filii non diligamus uerbo, neque lingua, sed opere, & ueritate. Quando uero uinquam opere meo opus tibi fuit, & desuit? O scrutans renes, & corda Deus, qui vnus sol iustitiae diuersa feruorum tuorum corda diuersis gratijs uelut radijs illustras, quod diligam illum ex dono tuo, & suo merito, tu scis, & ego sentio. Quatenus autem diligam, tu scis, ego nescio. Tu, inquam, Domine, qui dedisti, scis quantum dedisti, uel illi me, uel mihi illum amare. Et quomodo aliquis nostrum, cui tu non dixisti, audeat dicere. Plus

amans, minus diligit: nisi forte qui iam in lumine tuo videat lumen suum, id est in lumine tuæ veritatis agnoscat quantum ardeat igne caritatis? Ego autem domine interim contentus videre in lumine tuo tebras meas, quoad usque visites sedentem in tenebris, & umbra mortis, & per te reuelentur cogitationes cordium & manifesta fiant abscondita tenebrarum, fugatisque tenebris iam non videatur in lumine tuo nisi lumen: sentio quidem de munere tuo, quod eum diligam: sed necdum video in lumine tuo, si vel satis dilige. Nescio si iam peruenierim ad illam, qua nemo maiorem habet dilectionem, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Nemo quis gloriabitur castum se habere cor, necdum perfectum? O Domine qui illuminas lucernam meam, qua iam video, & horreo tenebras meas: Deus meus illumina ipsas tenebras meas: vt videam, & gaudeam ordinatam in me caritatem, sciens & diligens quæ diligenda sunt, & quantum, & ad quid diligenda sunt, me quoque nolens diligi nisi in te, & quantum diligendus sum: Væ etenim mihi, si quod valde vereor, aut ego plus ab illo, quam merui, aut ille à me minus, quam dignus sit, diligatur: Verumtamen si meliores magis diligendi sunt, sunt autem meliores qui magis diligunt: quid aliud dixerim quam illum plus me diligere, quem meliorem esse non dubito: me vero minus illum, quam debeo, quia minus valeo: Sed quanto in te (tibi pater deo) maior est caritas, tanto minus contemenda est à te nostra possibilitas: quia etsi plus diligis, quoniam plus vales, non tamen plus diligis quam vales. Nos autem etsi minus diligimus, quam debemus, diligimus tamen quantum valeamus. Tantum autem valeamus, quantum accepimus. Trahe nos post te, vt apprehendamus, & tecum amplius accipiamus, vnde largius diligamus. Quid ergo tu niteris nos apprehendere, & queris non posse, quos apprehendisti, si attendisti, & adhuc facere poteris, cum volueris, quales qui sem sumus, non quales sperabas? Nescio quippe, quid aliud intueris in nobis, quod non habemus, & sequeris pro nobis quod non sumus. Ideoque non consequeris, quia non sufficimus: & vt denique in epistola tua iuste causaris, Deus tibi in nobis non nos desicimus. Nunc vero si talia placent, qualia modo natus sum, man-

dato, & adiciam, vt cum obediero, presumptionis non timeam notam. Prefatiunculam, quam tibi mitti iussisti, non habui modo ad manum. Neque enim adhuc distaueram, quia nec necessarium esse putabam. Quidquid, vel amicis tuis recte vis, qui dedit velle, det & perficere pro bona voluntate, omni mihi amicitia iure colende, pie, ac reuerendissime pater.

Ad eundem. Epistola LXXXVI.



Rater Bernardus de Claraualle, suo illi quod suo. Hanc mihi tu salutationis formulam tradidisti. Scribendo, suus ille quod suus. Accipe quod

est, & agnosce vsurpationem vnanimitatis esse iudicium, & cum quo est mihi commune verbum, animum non distare. Iam ad tuas litteras breuiter pro tempore respondendum est. Quæ cum mihi in manus venerunt, natalis domine nostræ dies festus illuxerat: cuius me totum iure sibi deuotio rapiebat, nihil aliud cogitare sinebat. Sed & nuncius repedare festinans, vix vsque in crastinum, vt hæc iam festo exoccupatus qualiacumque rescriberem, expestat. Fugitium itaque fratrem dure à me, vt pote durum corde, increpatum: nihil melius interim potui, quam ad locum remittere vnde iugerat. Quippe quem iuxta nostras consuetudines domi absque consensu abbatis retinere non debui. Oportet autem, & à te eum similiter asperè increpari, & ad humilem prouocari satisfactionem, deinde tuis confortari litteris, ad abbatem pro eo directis. De infirmitate nostra nihil certius modo sciscitanti tibi indicare possum nisi quod infirmus & fui, & sum: nec minus, solito nec multum plus. Quod verò non mihi, quem missurus erā, causa est plus me animarum scandalum quam vnius corporis periculum timuisse. Iam ne quid horum de quibus mandasti, omnino praetermittam, venio etiam ad te. Velle te audire scripsisti, quid te ego (tamquam qui omnia tua norim) facere velim. Sed hoc (nisi fallor) modo dicerem: nec tu posses, nec ego consulerem. Volens enim & ipse, quod te velle de te iam olim non latet me. Ceterum mea, atque tua æque vt æquum est, voluntate postposita, magis quod velle Deum de

te puto, & mihi vt tibi suadeam, tutum duco: & tibi si persuasum, non inanes animo-
F dum. Tene itaque meo consilio, quod tenes, mane in quo es, & stude prodesse quibus praes, nec praesse refuge, dum prodesse potes: quia, vae quidem tibi si praes, & non prodes: sed vae grauius, si quia praesce meis, prodesse refugis.

*Ad Ogerium Canonicum regularem.
 Epistola LXXXVII.*

Totis visceribus caritatis amplectendo fratri Ogerio canonico frater B. monachus, sed peccator dignè Deo conuersari vsque in finem. Si tibi ad tuas litteras tardius
 ...psisse, noueris potius opportunitatem nunciij defuisse. Quas enim nunc primum legis, iam dudum crede distatas. Sed vt dixi propter latoris inopiam tardauit mittere, quod scribere non tardauit. Legi itaque in tuis litteris te illam, quam grauius ferebas, curæ pastoralis sarcinam deposuisse, licentia siquidem ab episcopo vix im-
 ...trata, imo extorta tua importuna. Et hoc non aliter, nisi vt in eius episcopatu quocumque alibi manens ab eius subiectione non recederes. Tu verò cum tibi hoc non placeret, archiepiscopum adiens, & ab ipso tamquam superiori auctoritate securitatem accipiens ad priorem locum, &
G tuum abbatem reuersus es. Vbi qualiter post hæc viuere debeas, à me doceri flagitas, egregio vtique doctore, & magistro incomparabili. Qui cum coepo docere quod nescio, vel tunc incipiet sciri, quam nihil scio. Itane lanam quærit ouis à capra: aquam molendinum à furno: verbum sapiens à stulto?

Præterea per totam seriem litterarum attollens me supra me, multum de me laudabilia intermisces. Quorum quia ipse mihi conscius non sum: & tuæ hæc beneuolentiæ ascribo, & ignosco ignorantia. Tu enim vides in facie, Deus in corde. Sub cuius tremendo aspectu si sollicitè me circumspicio, certum est quod eo ipse mihi notior sum quam tibi, quò propinquior. Ideoque magis credo mihi de me videnti me, quam tibi opinanti de me, quod non vides in me. Quod si quid fortè à me audisti, quod possit prodesse tibi, gratias Deo age, in cuius manu sunt & nos, & sermones nostri. Satis

facis etiam mihi pro eo, quod consilium meum non renueris, confortantis te, & momentis animo non frangi, pusillanimitate non vincis: sed portare patienter onus impositum, quod semel susceptum deponere non licebat. De qua re ipse mihi sicut postulas, satisfacio pro te. Agnosce siquidem sapientia meæ siccitatem, imo inspicientia meæ semper suspectam habens temeritatem, cum non sit, quod fieri laudo, nec audeo nec debeo indignari, desiderans quemquè consultius agere quam à me acceperit. Quoties vero mea sententia eligitur, ac tenetur, graui fateor onere me premi sentio, rei finem semper pauidus, & numquam securus expectans. Videris tui tamè, si consultè meum de hac re consilium mutaueris. Viderint hi quorum saniori, si quorum tamè, super hoc fretus es consilio, an rationabiliter egeris. Viderint, inquam, si liceat Christiano iniunctam sibi dimittere obedientiam ante mortem, cum Christus factus sit obediens patri vsque ad mortem. Etiam, inquis, per licentiam: nam quæsiui eam ab episcopo, & accepi. Bene licentiam quidem quæsiisti, sed quo modo non licebat, ac per hoc non accepisti: sed extorsisti. Extorta autem seu coacta licentia licentia non est, sed violentia. Quod ergo tua importunitate victus episcopus fecit inuitus, non fuit absoluere, sed abrumperre. Congratulor quidem tibi quod sis exoneratus, sed vereor ne Deus à te quantum in te est exhonoratus sit: cuius procul dubio ordinationi resistis, dum promotus ab illo tu te deiecis. Quod si excusans paupertatis præteritis necessitatem, necessitas parit coronam. Si difficultatem, si impossibilitatem, omnia possibilia sunt credenti. Sed responde, quod verius est, quia scilicet placuit tibi magis quies tua, quam vtilitas aliena. Nec mirum. Placet, fateor, & mihi quod hæc quies placeat tibi, si tamen non nimis. Quodcumque autem bonum ita placet, vt si rectè fieri non possit, placeat tamen fieri eo etiam modo, quo fas non est, nimis est: ac per hoc iam quia bene non fit, nõ est bonum. Scriptum est enim: Si rectè offers & nõ rectè diuidis, peccasti. Aut ergo oportuit te gregem Domini cum minimè pauperum suscipere, aut susceptum nequaquam relinquere, iuxta illud: Alligatus es uxori, *1. Cor. 7* non querere solitudinem. Sed ad quid nator his ratiocinationibus? Numquid iudeo tibi redire ad onus regiminis, cum iam

non pateat locus recuperationis? Aut desperare te intendo: quasi qui te tali ligaveris culpa, quam iam solvere non possis? Absit. Sed tantum nolo te illud tamquam nullum vel paruum malum negligere: imo semper timere: semper poenitere: semper securum non esse: sicut scriptum est: Beatus homo, qui semper est pauidus. Vides certe, quem timorem tibi incutere nitor: non qui tibi sit laqueus desperationis, sed qui spem acquirat beatitudinis. Est siquidem timor inutilis, tristis, crudelis, qui veniam qua non quaerit.

Est siquidem timor pius, humilis, fructuosus, qui cuilibet quantumlibet peccatori facit misericordiam. *promeretur.* Talis timor generat, nutrit, & servat humilitatem, sed mansuetudinem, sed patientiam, sed longanimitatem. Quem non delectat tam inclita proles? Alterius vero misera soboles est pertinacia, immoderata tristitia, rancor, honor, contemptus, & desperatio. Non hoc ergo, qui desperationem, sed illo, qui generat spem, times ne non timeres, vel parum timeres, tuam tibi culpam sic memorandam esse putavi. Est etiam adhuc, quo magis timeo tibi, ne forte (sicut de quibusdam scriptum est, quod latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis) tu quoque deceptus, non solum hoc putes, culpam non esse, sed insuper (quod absit) in corde tuo glorieris te magnum aliquid, & quod a paucis solet fieri, fecisse: dum qui emancipatus etiam alijs praeraras, contemnens praelationem rursus subdi praelato malueris. Falsa humilitas veram inducens superbiam in cor tibi cogitantis. Quid namque superbius quam spontaneae, & tamquam libero adferbere voluntati, quod vel cogit necessitatis, vel pusillanimitatis infirmitas? Quod si nec labore victus, nec necessitate compulsus, sed volens hoc fecisti: nihil hoc quoque superbius. Dei quippe consilio tuum praetulisti, magis eligens tibi quiescere, quam eius operi deferuire, ad quod te ipse assumpserat. Si ergo vnde Deum contempsisti, inde ad maiorem eius gloriaris contemptum non est bona gloriatio tua. Sed caue gloriationem, tolle & securitatem, quatenus utiliter semper sollicitus sis, semper humiliter pauidus, non illo scilicet timore, & qui sicut iam dixi, prouocat iram, sed illo qui mitigat.

Qui horribilis timor si quando terrenando tuam passauerit animum, tacite suggerens tui obsequium Deo esse non posse acceptum, & quod tua sit infructuosa poenitentia, qua videlicet vnde Deus a te offensus est, per te emendari non potest, te ad momentum quidem recipias, sed fidenter responde, & dic: Male quidem egi, sed factum est, & iam non potest fieri. Quis scit si hoc mihi Deus expedire prouiderit: & de malo meo ipse qui est bonus, bonum mihi operari voluerit? Malum ergo puniat, quod ego feci, bonum autem maneat, quod ipse prouidit. Nostis quippe inordinatis, seu voluntatibus, seu actionibus non vit bonitas Dei. Tu semper quidem recte in sui ordinis pulchritudinem: saepe etiam pie in nostram utilitatem. O clementissime, circa filios Adam diuinae pietatis recordatio, quae sua non desinit largiri beneficia, non solum vbi nullum inuenit meritum, sed plerumque etiam vbi totum videt contrarium. Sed ad te redeamus. Secundum ergo duos timores, qui supra distincti sunt, vult te timere, & non timere, praesumere, & non praesumere. Timere et poeniteas, non timere vt praesumas. Porro praesumere ne diffidas, non praesumere, ne torpescas. Agnosce frater, quantum de te confisus sum, qui te tam acriter increpare, tuum factum nec mihi satis probatum tam audacter diiudicare non dubitauerim: cum id forsitan rationabilius a te adum fuerit, quam mihi hucusque notum sit. Neque enim tu in tuis litteris fortasse rationes illas, quibus excusari posset hoc factum, ponere voluisti: vel propter tuam humilitatem, vel propter litterarum breuitatem. De re ergo, quam plene non noui, suspensionem relinques sententiam, vnum quod fecisti irretractabiliter laudo: quod videlicet deposito iugo regiminis, sine iugo tamen esse uoluisti: sed amicum repetens disciplinam, de magistro fieri de tuo discipulus non erubuisti. Nam cum pastoralis vinculo solutus, posses tui remanere natus (siquidem promotio abbatis, emancipatio filij est) tu tamen hac potestate tui non vtens, sicut alijs dominari tenueris, sic tibi quoque praeesse imitasti: quique vt magister esses aliorum, minus te iudicabas idoneum: nec te quidem tibi credens, tuus fieri discipulus contempsisti. Et merito, quia, qui se sibi magistrum constituit, statim se discipulum

Promer.
28. b

Promer.
2. f

K

M lum subdit. Et quidem quid alij de se sentiant, ignoro: ego de me experius sum quod dico: & facilius imperare, & securius possum praesse alijs multis, quam solli mihi.

Prudens ergo humilitas, humilisque prudentia fuit, quod nequaquam credens ad salutem te posse sufficere tibi, alieno potius arbitrio deinceps vivere proposuisti. Laudo etiam, quod non nouum vel magistrum vel locum requisisti: sed ad claustrum de quo exieras, & ad patrem, sub quo profeceras, familiariter redisti. Rectius quippe fuit, ut domus, quae te nutrierat, sed pro externa caritate dimiserat, exoccupatum reciperet, quam deo cuius desolatione aliena gauderet. Quod tamen in hoc episcopio licentiam non habueris: nolo ut negligenter ducas, sed aut per te, aut per mediam personam, quantum in te est, satisfacere non differas. Post haec conuersare simpliciter inter fratres, deuotus Deo, magistro subditus, senioribus obediens, iunioribus contemperans, angelis placens, uerbo utilis, humilis corde, manuetus ad omnes. Caue autem, ne quia olim in honore positus fuisti, etiam nunc te putes praeter ceteris honorandum, sed magis humilem omnibus exhibeas, tamquam de ceteris unum. Nec enim dignum est, ut inde exigas honorem, unde refugis laborem. Potest hinc etiam nasci aliud periculum ad quod te praenitum & praenitum esse uolo. Nam sicut omnes ita mutabiles sumus, ut plerumque, quod heri volebamus, hodie recusamus, & quod hodie uolumus, cras desideremus, sic quandoque diabolo suggerente poterit contingere, ut ex memoria relictis honoris tui animum pulset cupiditas, ita ut omnia quae uiriliter contempnisti, pueriliter desiderare incipias. Dulcescent animo, quae prius amara fuerant, sublimitas loci domus curae, rerum dispensatio, obsequia famulorum, libertas tui, potestas in alios: in tantum ut prope reliquisse te poeniteat, quod prius tenere grauabar. Cui pessimae tentationi, si uel ad horam (quod absit) assensum praebueris, non mediocere damnum incurres tuae conuersationis. En tota illius elegantissimi, & eloquentissimi doctoris sapientia, a quo doceri de tam longinquo postulasti. En illud expectatum ac desideratum eulorium, quod audire tantopere

studuisti. Haec summa nostrae eruditionis. An adhuc aliquid magnum expectas? Totum audisti. Quid amplius requiris? Exhaustus est fons: & tu quaeris aquam in sicco? Exemplo illius euangelicae uiduae: de paupertate mea totum, quod habuit, misit. Quid uerecundaris? Quid uultum demittis? Tu me coegisti, sermonem quaesisti, sermonem habes. Sermonem, inquam, habes iam satis longum, sed mutum, uerbis plenum, sensibus uacuum: non quo ut petieras in corde tuo casta oratione: sed quo mea insentia publicetur. Nam uide iam, poterit excusari. Possem forsitan dicere, quod febre tertiana laborans, quod per officio meo curis occupatus haec dictauerim, cum scriptum sit: Sapientiam scribe in uisio, sed haec recte praetenderem, si grande aliquod, atque operosum opus aggressus fuisset. Nunc autem in tantillo opusculo, ut occasionibus me non excusem: nihil horum certius praetendere possum, quam (ut saepe iam dixi) sententiae paupertatem. Sed habeo non nullam meae confusionis consolationem. Nam eum non feci, ut petieras: si non misit quod speraueras, agnoscis certe, quia uolui. Sufficiet autem uoluntas, ubi deesse uides facultatem explendi.

Denique & si tibi nullam conferat utilitatem: uel mihi proficiet ad humilitatem, Stultus quippe dum non loquitur, sapiens putatur. Nam quod non loquitur, non sensus inopia, sed humilitatis esse custodia creditur: Ego itaque si adhuc stituissem, sapiens dicerer: sed non essem. Nunc autem alij insipientem me ridebunt: alij subsannabunt idiotam: alij praesumptori indignabuntur. Petasne paruum hoc mihi conferat religionis emolumentum: cum humilitas, ad quam utique ducit humiliatio, totius sit spiritualis fabricae fundamentum? Siquidem humiliatio uia est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si uirtutem appetis humilitatis, uitam non refugas humiliationis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Prodest itaque mihi meam insipientiam sciri, & a scientibus iure confundi, cui saepe contigit a nescientibus iniuste laudari. Terret me Apostolus: qui & ipse territus dicit: Parco autem ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me, Quam pulchre dixit, parco.

Non

C Non parit sibi arrogans, non parit sibi superbus: non cupidus vanæ gloriæ, & iactator actuum suorum: qui vel sibi arrogat quod est: vel mentitur de se quod non est. Solus qui verè humilis est, parit animæ suæ: qui ne putetur quod non est, semper quantum in se est, vult nesciri quod est. Grande reuera periculum, audire quemquam de se supra quam sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantum de veris digne humiliari, quantum vel de falsis datum est indignè exaltari? Illam mihi vocem propheticam iure assumerem: Exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus. Et illud, Ludam, & visior fiam. Ludam scilicet vt illudar. Bonus ludus, quo Michol irascitur, & Deus delectatur. Bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed Angelis pulcherrimum spectaculum præbet. Bonus, inquam, ludus, quo effimur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Nam reuera quid aliud sæcularibus quam ludere videmur: cum quod ipsi appetunt in hoc sæculo, nos per cõtrarium fugimus: & quod ipsi fugiunt, nos appetimus. More scilicet ioculatorum, & saltatorum: qui capite misso deorsum, pedibusque sursum erectis, præter humanum vsum stant manibus vel incedunt: & sic in se omnium oculos defigunt. Non est hic ludus puerilis: non est de theatro: qui fœminicis fœdisque anfractibus prouocet libidinem, actus sordidos representet. Sed est ludus iucundus, honestus, grauis, spectabilis, qui cœlestium spectatorum delectare possit aspectus. Hoc casto & religioso ludo ludebat, qui dicebat: Spectaculum facti sumus Angelis, & hominibus. Hoc ludo & nos interim ludamus, vt illudamur, confundamur, humiliemur: donec veniat, qui potentes deponit, & exaltat humiles, qui nos latificet, glorificet, in æternum exaltet.

Ad eundem. Epist. LXXXVIII.

O Mitto nunc imperitiam meam, taceo professionis humilitatem, seu humilitatis professionem, nec iam obtendo vel loci, vel nominis mei, non dico, abiectioem, sed mediocritatem, quia quidquid tale dixerò, tu me non necessariam excusationem, sed dilatoriam occasionem nominabis: qui

meam, vt mihi videbatur, nullam verè eundem pro tuo libitu nec indiscretionem, nunc falsam humilitatem, nunc etiam veram superbiam interpretaris. Horum itaque, quia tibi in dubium venire possunt, nihil assero. Illud autem simpliciter tuæ dilectioni intimo, quod indubitanter te credere volo. toto scilicet hoc tempore, ex quo tuus nuncius, non is, sed alius recessit à me, nullum mihi omnino fuisse otium ad id, quod poscis idoneum: tum propter breuium malitiam, tum propter nocturnam breuitatem. Sed & nunc quoque ita me nouissimæ tuæ litteræ occupatissimum inuenerunt, ipsas etiam occupationum causas pro mei excusatione longum fuit mihi scribere tibi. Vix quippe illas tuas inter prandendum (nam illa hora mihi primum reddita sunt) perlegere potui. Vix has meas quantalacumque furtim, raptim, anticipatis horis, breuiter, succincte que rescripsi. **Q**uarum quidem breuitatem an æquo animo seras, tu vides. Ego enim, vt verum fatear, propter te mi Ogeri, ipsis curis meis compesior in asei quamquam in his, teste conscientia, soli caritati cupiam deferuire. Cuius profecto imperio, quia sapientibus, & insipientibus debitor sum: ipsa sola facere potuit, vt necdum tibi potuerim satisfacere. Quid ergo? Caritas tibi denegat quod tu petis ex caritate? Petisti, quaesisti, pulsasti, & caritas te frustrata est. Quid mihi indignaris? Si vis, si audes, irascere caritati. De qua namque præsumis impetrare quod postulas: ipsa prohibente sit ne impetres. Et ecce iam longum causatur sermonem, & tibi indignatur qui cogis. Non quod sibi displiceat zelus, quo id facis: quippe quem & ipsa donauit tibi: sed vult te illum habere secundum scientiam: vt cautus sis maiora minoribus non impedire. Vides quàm inuitus auellor à longiori epistola, dum ductus delectatione tibi colloquendi, & desiderio satisfaciendi, dominæ caritati molestus sit: qua iam dudum imperante finem fieri, necdum taceo. O quam lata in tuis litteris patet materia respondendi. Quod si dignè licuisset, vt libuisset: & tibi forsitan satis esset & mihi. Sed quæ aliud præcipit, domina est, imò dominus est. Deus enim caritas est: & satis agit pro imperio: quatenus debeam potius obtemperare sibi, quam vel mihi, vel tibi.

Et

E

Pf. 87. d
2. Reg 6
d

1. Cor.
4. 6

D

Et quoniam oportet caritati Deo magis obedire quam hominibus nolens, dolensque non quidem nego, quod postulas, sed interim differo: ne dum tuæ cupio humiliter satisfacere voluntati, sub preterito falsæ humilitatis per veram superbiam, arcem tantæ potestatis, quæ te quoque veraciter attestante, etiam Angelis imperat in cælis: terrenus vermiculus in terris videar impugnare. Libellum quem requiris, ipse quoque antequam tuus nuncius ad nos veniret, ab eo cui commendaueram requisivi: sed necdum recepi. Dabo autem operam, vt vel cum veneris: si tamen vniquam aliquando veneris: illum inuenias, videas, & legas: non autem transferbas. Nam illum alium quem te significas transcripsisse, ego quidem legem dum tibi miseram, non transcribendum: videris tu qua vel quorum utilitate transcripseris. Quod autem te imitente cum nunc habet abbas de sancto Theodorico, ego quidem non iusseram: nec tamen displicet mihi. Vt quid enim libellus meus oculos eius formidaret, cui se videndum animus quoque meus totum si posset expenderet? Sed heu in quanta testimonis angustia mentio se ingessit de tali viro, ne liceat vt dignum erat, in tam dulcissima nobis memoria aliquamdiu immorari, quando iam iamque desiderat epistola finem. Obscuro te, ne graueris opportunitatem quærere quomodo ad eum pergas; prædictum quoque opusculum non prius cuiquam scribendum vel legendum exponas, quam cum eo totum peruideas; pariterque conferatis & corrigatis, quæ corrigenda sunt: vt in ore duorum testium stet omne verbum. Et tunc demum an passim cuiuslibet, an paucis tantum, an vel cuiquam, an forte etiã nulli expediat demonstrari: & si illa præfatiuncula, quam de nostris alijs literis tu eidem coaptasti, apte sedeat, an verò aptior quærere debeat vestro vtriusque iudicio derelinquo. Sed iam pene mihi exciderat quod in principio epistolæ tuæ questus es: quod te arguerim mendacij. Hoc aliquando me locutum fuisse, non satis recolo. Si quid tamen fuerit (nam magis me oblitum, quam tuum nuncium mentitum esse crediderim) iocando potius quam serio dictum fuisse non dubites. Egone leuitate te visum putauerim, aut apud te esse, est & non? Absit à me hæc suspicio de te, qui iugo veritatis beatus, quod portas ab adolescentia, lasciuos

annos morum superas grauitate. Nec tam simplex sum, vt simplicem oris prolationem sine cordis duplicitate mendacium putem: nec tam incuriosus tui, vt oblitus sim, vel quod iam dudum conceperis in affectu, vel quid ab effectu impedierit.

Ad eundem. Epist. LXXXIX.

Indignaris forsitan, vel, vt temperantius dicam, miraris, quod pro longiori epistola quam à nobis speraueras tam breuem chartulam receperis. Sed memento iuxta virum Sapientem omnia sub cælo tempus habere: & tempus quidem loquendi, & tempus esse tacendi. Quando autem suum tempus silentium habebit: si hos etiam sacros dies Quadragesimæ, nostra sibi vendicat confabulatio? Eaq. ipsa tanto occupatior, quanto laboriosior, dum non quidem præsentibus alterutrum dicere leuiter valemus quæ volumus, sed absentibus necesse est nobis inuicem diligenter dictare, quæ vel petimus ab inuicem vel petimur.

Dum vero absens cogito, dictito, scriptito, mittoque quod præsens legas: rogo vbi otium, vbi silentij quies? Sed hæc, inquires, omnia facere potes in silentio. Mirum si ex sententia hoc respondeas. Quantus enim tumultus est in mente dictantium, vbi multitudo perstrepat dictionum: vbi orationum varietas, & diuersitas sensuum concurrunt. Vbi sæpe respuitur quod occurrit, & requiritur quod excidit. Vbi quid, pulchrius secundum litteram, quid consequentius iuxta sententiam, quid planius propter intelligentiam, quid vtilius ad conscientiam, quid denique, cui, vel post, vel anteponatur, intentissimè attenditur: multa que alia, quæ à doctis in huiusmodi curiosius obseruantur. Et tu in hoc mihi dices esse quietem? tu hoc, etiam si lingua sileat, silentium nominabis? Quamquam non solum temporis, sed nec meæ professionis est, huic rei operam dare quam postulas, nec possibilitatis adimplere, quod optas. Siquid vel monachi quod esse videor, vel peccatoris quod sum, officium non est, docere, sed lugere. Indoctus quoque (quod & vere me fateor esse) si præsumat docere quod nescit: nihil indoctius agit, Docere itaque nec indocto est in promptu

I promptu : nec monacho in ausu : nec poenitenti in affectu. Sed & propter hoc elongauit fugiēs, & maneo in solitudine, & cum
Pf. 34. b
Pf. 38. a
Pf. 139.
Prou. 18
d
Isa. 32. d
Ibrē. 3.
 Propheta proposui custodire vias meas, vt non delinquam in lingua mea : quoniam iuxta eundem Prophetam : Vir linguosus non dirigitur super terram, & secundum aliam scripturam : Mors, & vita in manibus linguarū. Silentium autem, dicente Isaia, cultus iustitiarū est. Et bonum est expectare (vt docet Ieremias) salutare Dei cum silentio. Ad hunc ergo iustitiarū cultum, ad hanc omnium virtutum matrem, nutricem, custodem, ne penitus videar negare quod petiisti, & te, & quicumque tui similes proficere cupiunt in virtutibus, inuoco, & prouoco, etsi nō verbo doctrinā, certē mei silentij exemplo, vt vel silendo doceam te silere, qui loquendo compellis me docere quod nescio. Sed quid ego facio? Mirum si non rides, quod ego, qui multiloquium tantopere damnare videor, in tam multa verba tam loquaciter iam progredior, & dum cupio tibi commendare silentium, contra silentium per multiloquium pugno. Vuericum nostrum, de cuius conuersatione, & poenitentia consolari desideras: quantum ex fructibus eius perpendimus, noueris Deo dignē conuersari, dignosq. poenitentiarū fructus. Libellum autem, quem à me exigis, penes me modo non habeo. Quidam enim amicus noster eo-lem zelo, quo tu flagitas, diu est quod apud se illum detinet. Sed ne tuarū benignitatis petitionem abiepat omnino frustratam, alium nuper à me editum in laudibus virginis matris tibi transmittō. Quem, quia eius exemplar non teneo, rogo vt quantocyus ad me remittas: vel si maturius adueniens, ipse deferas tecū.

Ad eundem. Epist. XC.

Breues breuibz reddidi litteras, occasione vtique breuiter rescribendi, de tuarū breuitate libenter accipiens. Et verē quid iuuat veras, & vt veraciter loqueris, eternas amicitias vanis atque transitorijs iactitate verbalibus? Quantalibet versuum diuicillitate, verborum multiplicitate, scriptorum varietate tuam mihi caritatem ostentare, seu commendare coneris, minus certē sentio te exprimere quam diligis. Idemq. tu de me sentiendo non falleris. Cum tuarū litte-

re in manus nostras venerunt, te in corde nostro qui eas miseris inuenerunt. Has quoque nostras, nec me sine te scribere certus sum, nec te sine me confido lecturum. Laboramus quidem vterque ad alterutrum scriptitando, alterius fatigantur, & nuncij ad alterum scripta portando: sed numquid spiritus grauantur amando? Cessant igitur quia absque labore non possunt agitari: & illud frequentetur quod quanto attentius satagitur, tanto minus conitatur laborari. Quiescant, inquam, a dictando ingenia, labia à confabulando, à scribendo digiti, à discurrendo nuncij: non autem quiescant corda die ac nocte meditari in lege Domini, quae est caritas. A quo negotio quanto quietiores sumus tanto minus quiescimus, quantoque occupatiores sumus in illo, tanto nos quietiores sentimus ex illo.

Amemus, & amemus in altero nobis, in altero nobis consulentes. Nam quos amamus, in ipsis profecto requiescimus. A quibus autem amamus, ipsis nos in nobis requiescimus. Porro amare in Deo, caritatem habere est. Studere vero propter Deum amari, caritati seruire est. Sed quid ego facio? Ego promissor breuitatis; iam tenebor prolixitatis exhibitior? Si de fratre Vuerico desideras, imo quia desideras scire, sic currit, non quasi in incertum, sic pugnare, non quasi aere verberans. Sed quoniam sed neque pugnantis esse, neque currentis, sed misericentis Dei: ipsum rogat à te orari pro se, quatenus qui iam donauit ei, pugnare, & curere, det & vincere, & peruenire. Abbatem vestrum mihi non tantum propter te, sed & propter suam bonam famam carissimum, corde meo, & ore tuo saluto, gratantissime eum visurus illo & tempore, & loco quo promissisti. Notifico etiam tibi, quod & nunc paulisper, agitata manu Domini super me, impulsus euerfus sum vt caderem: sed vt securus ad radicem infructuosae arboris corporis mei apposita, iam iamque succedi metueam: cum ecce tuis ceteris orationibus, & hac vice praeuenit plus Dominus pepercit mihi, sub spe tamen promissi fructus in futuro.

M *Ad Abbatem Sueffione congregatorum*
Epistola XCII.

Ruerendis abbatibus apud Sueffione in nomine Domini congregatis, seruus sanctitatis corū frater Ber. Abbas dictus de Claraualle, quæ recta sunt videre, constituere, & tenere. Irascor occupationibus meis, quibus impedior interesse conuentui vestro, corpore tamen duntaxat. Nam spiritum nec spatia terrarum, nec turba curarum absentare queunt: quippe orantē pro vobis congratulantem vobis, atque in vobis quiescentem. Non me, inquam, sanctorum potest carere conuentus, nec loci corporisue distantia priuat prorsus à consilio iustorum & congregatione. Illo præsertim consilio, in quo non hominum traditiones obliuiscuntur, aut superstitiosius obseruantur: sed diligenter humiliterque inquiritur, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Illic toto desiderio fessor, deuotione immoror, condelector amore, inheres consensu, æmulatione persisto. Ne ergo in vacuum vos (quod absit) conuenisse subsannet, qui dicunt vobis euge euge, contendite obsecro, bonas facere vias vestras & studia vestra, quæ profectò nimis bona esse non possunt. Esto quoddam nimium fortassis esse iustus, possis & nimium sapiens: sed plane bonus ultra modum esse non potes. Et quidem lego, non esse nimium iustus. Lego, non plus sapere quam oportet sapere. Numquid autem aut ne sis nimium bonus: aut non plus bonus quam oportet potest. Bonus erat iam Paulus: & tamen nequaquam contentus libenter se ad ea quæ ante se sunt extēdebat, posteriora obliuiscens, & seipso semper melior effici studens. Solus Deus melior seipso esse idcirco non valet, quia non valet. Recedant à me & à vobis qui dicunt: nolimus esse meliores quam patres nostros, tepidorum & dissolutorum se filios protestantes. Quorum memoria in maledictione est, quia maleducauerunt vnas acerbas, quibus dentes sanctorum obstupuerunt. Aut si sanctis & bonæ memorię patribus gloriantur, imitentur certe sanctitatem, quorum indulgentias dispensationesque, pro lege defendunt. Quanquā sanctus Helias non sum, inquit, melior quam patres mei: & nō dixit se nolle patribus esse

meliorē. Vidit Iacob in scala Angelos ascendentes & descendentes. Numquid stantem quempiā suę sedentē? Nō est stare omnino in pedulo fragilis scilicet, neque in incerto huius mortalis vitæ quidquam in eodem statu permanet. Non habemus hic manentem ciuitatem, nec futurā adhuc possidemus, sed inquirimus. Aut ascēdas necesse est, aut descendas: Si attentas stare, uas necesse est.

Mimime præcerto est bonus, qui melior esse non vult. Et ubi incipis nolle fieri melior, ibi etiam desinis esse bonus. Recedant etiam à me & à vobis qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Qui dicunt cultum iustitię malum, quodnam bonum iam reputaturi sunt? Vnum verbum olim locutus est Dominus: & Pharisei scandalizati sunt. At novos nunc Phariseos non verbū sed silentium scandalizat. In hoc vno certe aduertitis quod occasioem querunt aduersum vos. Sed finite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Intēdite salutem paruulorum, non murmuri maleuolorum. Non valde illorum vobis curandum est scandalum, qui nō sanantur nisi vos infirmemini. Sed nec vestrīs ipsis omnia omnibus placeant quæ statuitis, expectandum. Alioquin aut nullū, aut rarum bonum constituitis. Satus vero ipsorum profectibus quā voluntatibus prouidetis. Fidei ius cordis coram relinquitis. Commēdo me sanctis orationibus vestris.

Ad Henricum regem Anglorum.
Epistola XCIII.

Henrico illustri Anglorum regi Bernardus abbas dictus de Claraualle, calorum regi de terreno regno resurre fideliter, & humiliter obedire. In terra vestra tenetur præda Dñi mei atque vestri: & illa præda pro qua maluit mori quam carere illa. Ego eam sequi disposui, & mittere de nostra militia, qui in manu valida si vobis non displicet, requirant, recuperent, & reducant. Et nunc huius rei gratia præmissi hos, quos præsentis cernitis, exploratores, qui esse rei indagent sagaciter, renuncient tamen fideliter. Assistite eis tamquam nuncijs Domini vestri, & in ipsis feudū vestrū deseruite. Ipse vero ad honorem suum, ad salutem vestram, ad patrię sospitatem & pacem, lætum vos & inlytu perducatur in bonum ac placidum, sibi.

Ecl. 7. 6

Rom. 12.

3. Reg.

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

19. 6

D. Bernardi Epistola :

Ad Henricum Vuintonensem Episcopum .
Epistola XCIII.

Viro Illustri domino Hérico Dei gratia Vuintonensis Episcopo Bernardus abbas dictus de Claualle, in Domino salutem .

Multorum iam relatione lætabundus accipi locū gratiæ non infimum humilitatem nostram apud vestram celsitudinē obtinere. Non sum meritis, sed eo non ingratus . Ita que refero gratiam pro gratia , & si non condignam, certe quam possum . Nec vereor quantula sit oblata vel potius relatam à vobis sperni, quam & amanter promereri, & dignanter præuenire curastis . Verum modo plura scribere supersedi, donec vestro, si dignū iudicatis, agnoscam rescripto qualiter pauca hæc accipiat. Quæ autem rescribere vel iniungere verbo placuerit, abbati Ogerio bene committere potestis, per quem & hæc nostra recipitis . Pro quo etiam vestram excellentiam compellamus, quatenus & notum ex hoc habeat, & commendatum, utpote hominem honestate, scientia, religioneque commendabilem .

D Ad Abbatem cuiusdam monasterij Eboracensis, unde exierat prior cum aliquantibus fratribus .
Epist. XCIII.

Consilium expetitis à me litteris transmarinis, quod vtiā ab alio potius quesissetis . Coartor siquidem è duobus . Si enim nō respondeo, taciturnitas contemptum quodammodo sonare videbitur . Respondere autem sine periculo me posse non video, cū quidquid respondero, necesse sit aut scandalum cuiquam generare, aut reddere securū quemquam plus quam oportet, aut certe in quo non oportet .

Quod à vobis recesserunt fratres vestri, nec nostrum, nec nostrorum factum est, me sciente, consilio, vel hortatu . Credimus autem ex Deo fuisse, quod nec tātis potuit dissolui conatibus . Credimus hoc idem & ipsos sentire fratres, qui nostrum tantopere de seipsis consilium flagrant, credo remordente eos conscientia, quod retro abierint .

Rom. 14. Alioquin beati sunt (secūdam Apostolum) si se non iudicant in eo, quod probant . Ceterum quid faciam, ut interrogatus nec silē-

do nec respondendo molestus sim cuiquam? Ita fortassis expediat, si misero eos, qui me interrogant, ad doctorem, & cuius reuerentior, sanctiorque auctoritas sit . Sanctus Papa Gregorius in libro pastorali: Quisquis bonum maius subire, inquit, proposuit, bonum minus quod potuit, sibi illicitum fecit . Ad quod probandum subiicit testimonium de Euangelio dicens: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum, Et infert: Qui igitur fortiori studio intenderat, retro respicere conuincitur, si relictis bonis amplioribus ad minima retorquetur . Item ipse in homilia tertia super Ezechielem: Sunt nonnulli: qui bona quidem, quæ nouerunt, operantur, atque hæc operantes meliora deliberant, sed retractantes meliora, quæ deliberauerant, immutant . Et quidem bona agunt quæ coeperant, sed à melioribus quæ deliberauerant succumbunt . Hi nimirum ante humana iudicia stare videntur in opere, sed ante omnipotentis Dei oculos ceciderunt in deliberatione . En speculum . In hoc non vultum natiuitatis, sed factum reuersionis suæ considerent, hic se discutiāt, hic se diiudicent cogitationibus suis accusantibus siue defendentibus, & quidē apud spiritualem, qui omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur . Quidnam vero maius aut minus, superius an inferius arctius siue remissius sit, quod videlicet reliquerunt, an ad quod redierunt, ego quidem haud temerè diffinierim: ipsi viderint . Et hoc illis Gregorius . Tibi vero pater reuerentem, tam tuta certitudine, quam nuda veritate ego dixerim, omnino non expedire spiritum velle extinguere . Noli, inquit prohibere eum qui potest benefacere, sed si vales & ipse benefac . Gloriarī autem magis oportet in profectibus filiorum, quoniam filius sapiens gloria est patris . De cetero nemo mihi molestus sit, quod iustitiā Dei non abscondi in corde meo, nisi quod minus fortasse ob vitandum scandalum, quam debui, dixi .

Ad Archiepiscopum Eboracensem .
Epistola XCV.

Splendor operis . & opinionis odor bene (ut comperi) in gloria vestra conuenerunt . Opinionem opus probat nec falsam fuisse nec vacuam . cum quod

E
Luc. 9. 8

Prov. 3.

Prov. 10

a

quod ante sparserat vbique volans fama, vbique res ipsa faciat manifestum: quomodo nunc maxime claruit zelus iustitiæ, emittit, & inualuit sacerdotalis vigor, in defensione videlicet pauperum, & pauperum quibus non erat adiutor. Olim quidem opera misericordiæ, & eleemosynas vestras enarrabat omnis Ecclesia sanctorum. Sed hoc vobis commune cum pluribus, quippe quod à cunctis substantia huius mundi habentibus exigitur. Verum hoc opus episcopale, hoc paternæ pietatis tam egregium specimen, hic vere diuinus feruor, quo protuendis suis pauperibus, ille procul dubio, zelum vestrum accendit, & accinxit qui facit Angelos spiritus & ministros suos ignem vrentem: hoc totum, inquam, speciale accessit vestræ dignitatis decus, in signe officij, ornamentum coronæ. Aliud est reficere venterem esuriētis, & aliud sanctam zelare paupertatem. Ibi enim seruitur naturæ, hic gratiæ. Visitabis, inquit, speciem tuam, & non peccabis. Ergo qui alienam carnem fouet, sicut ne peccet, qui autem alienam sanctitatem honorat, fructificat sibi. Ideo ait: Desudet eleemosynâ in manu tua donec inuenias iustum, cui des. Quo fructu? Quoniam qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Saluamus proinde naturæ debitum, ne peccemus, simul gratiæ coadiutores, vt & participes fieri mereamur. Sane vtrumque, ita in vobis admiramus, vt vtrumque datum vobis desuper fateamur, quateus diuinis laudibus æternaliter miscatur quidquid ex vobis temporaliter necessitatibus nostris impenditur. Merito reuerende, & omni amoris sinceritate colende, atque amplectende pater.

Ad Richardum Fontanensem Abbatem, & socios eius. Epistola XCVI.

Qvanta audiuiimus, & cognouimus, ea & fratres nostri vterque Gaudifridus annunciauerunt nobis, quæ admodum nouiter recaluitis igne Dei, conualuistis de infirmitate, resloruistis in nouitate sancta. Digitus Dei est iste, subtiliter operans, suauiter renouans, salubriter mutans, non quidem de malis bonos, sed de bonis faciens meliores. Quis dabit mihi, vt transeâ, & videam visionem hanc magnam? Nec enim minus mira, minusve iucunda ista promotio est, quam

Oper. D. Bern. Tom. II.

mutatio: nisi quod multo facilius reperias multos seculares conuerti ad bonum, quam vnum quempiam de religiosis transire ad melius. Rarissima atus in terris est, qui de gradu, quem forte in religione semel attingerit, vel parum ascendat. Vestrum proinde, dilectissimi, tam insigne quam salubre factum, non solum nos, qui serui vestræ sanctitatis esse percipimus, sed & vniuersam merito legitur civitatem Dei: quippe quo rarius, eo & carius. Erat autem, & necessarium ad cautelam proximam defectui, mediocritatem transcendere, & declinare teporem, qui Deo vomitum prouocat, sed & sic oportebat propter conscientiam. Professis siquidem sanctam regulam, an citra eius puritatem sistere gradum tutum sit, ipsi sensistis. Dolens doleo quod urgente diei malitia, & nuncio festinante, plenum affectum exili cogor designare stylo, & breui chartula latam comprehendere caritatem. Si quid deest, frater G. vna voce supplebit.

Ad Ducem Conradum. Epist. XCVII.

Omnis potestas ab ipso est, cui dicit Propheta: Tua est potentia, tuum regnum, Dñe, tu es super omnes gentes. Hinc ergo dignum duxi tuam, & illustri principis, commone excellentiam, quantum te oporteat deferre terribili, & ei qui aufert spiritum principum. Comes Gebannenensis, vt accepimus per os eius, ad iustitiam se obtulit, & offert de omnibus, quæ te dicis habere aduersus eum. Si super hoc alienam pergis inuadere terram, Ecclesias destruere, incendere domos, exulare pauperes, homicidia perpetrare, & humanum fundere sanguinem: non est dubium, quin grauiter irrites aduersum te patrem orphanorum, & iudicem viduarum. Eo certe irato non expedit tibi dimicare in quantalibet multitudine vel fortitudine. Nihil enim intererit apud omnipotentem Dominum Sabaoth, in multis an in paucis cui volet dare victoriam. Ipse nimirum cum voluit fecit, vt vnus mille, & duo fugarent decem millia. Hæc pauper ego, pauperum permotus clamoribus, tuæ magnificentiæ scribere volui, sciens tibi honorificentius humilibus consentire, quam hostibus cedere. Non quod putem hostem te fortiorem, sed quod nouerim Deum omnipotentem

G poten

potentiorē, qui superbis resistit, humilibus dat gratiam. Huius rei gratiam tuam, vir nobilis, presentiam adissem, si licuisset. Nunc autem pro me hos de fratribus nostris destinare curavi, si forte suis, & nostris precibus à tua dignatione obtineant, vel perfectam concordiam, si fieri potest: aut certè inducias vsque dum liceat nobis firmam querere pacem, ad Dei voluntatem, & honorum tuum, & patrie salutem. Alioquin si nec oblatam iustitiam recipis, nec nos precantes respicis, imò Deum in nobis de tua te salute commendentem non attendis, videat ipse, & iudicet. Scimus autem, quod merito formidamus difficile posse credi tantos exercitus absque vtriusque partus grauisima strage.

K De Machabæis, sed ad quem scripta sit, ignoratur. Epistola XCVIII.

Q UOD per fratrem Hescelinum tua caritas à mea paruitate quasiuit, inde iam ad me scripserat Fulco Sparnacensis Abbas. Cui ego nil rescripsi: volens si quam forte super hoc reperissem patrum sententiā, ipsam potius ei transmittere, quam nouum, vel nostrum quippiam respondere, qua non facillè occurrere, iam quod sentio ego sic interim vtrique respòdeo, vt quodcumque forte rationabilis quilibet vestrū super eadem quaestiuicula quandoque, vel legerit, vel audierit, vel certe ipse senserit: mihi vicissim impartiri nō negligat. Quæris itaque quidnam visum patribus fuerit: vt solis ex omnibus antiquis iustis singulari quodam privilegio Machabæis annuā celebritatē pari cū nostris martyribus veneratione decernerent in Ecclesia solēniter exhibendā? Si dixerō dignos meritō martyrum gloria iudicatos, quibus non impar fuit in martyrio virtus: erit forsitan solum cur ipsos, sed necdum plane cur solos, cum & alios nonnullos ex veteribus pari cōster zelo pietatis occubuisse, non tamē pari & tripudto recoli meruisse. Quod si illis non immeritō huiusmodi negatur solēnis celebritas, quia nimirum quod præbuit virtus, præripuit tempus: cur nō & eadem fuit in Machabæis consideratio? Siquidē & ipsi pro tempore non ad cæli mox gaudia, sed ad inferni tenebras descenderunt: ne tunc quippe apparente primogenito ex mortuis, qui aperiret credentibus regna cæ-

lorum, agno videlicet de tribu Iuda qui aperit, & nemo claudit: ad cuius introitum cū omni auctoritate superuenis potestatibus diceretur: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Proinde si incōgruū videtur cum gaudio recolare transitum, qui gaudij non fuit: caueatur, & in istis. Aut si istos ob suæ virtutis meritū festiuo prosequi fauore placet: cur non itidem deferretur, & illis? An dicendū est vtrosque quidem in morte cōmuni habuisse cū martyribus pietatis causam, sed nō etiam vtrosque pariter eandē cum illis adeptos fuisse martyrij formā vniuersis nempe iam veteris, quā noui testamenti martyribus æquē cōuenit pro iustitia occubuisse: sed interest, quod isti passi sunt quia illa tenebāt: illi quia non tenentes reprohēdēbāt. Isti quæ eam non desererent illi, quæ deserentes perituros esse assererent. Et vt breuiter totum in quo differunt, proferamus: hos cultus, illos zelus iustitiæ martyres fecit. Soli ex veteribus, Machabæi, quia non solū causam, sed & formā (vt dixi) noui martyrij tenuerunt, iustè fortasse in Ecclesia cum nouis Ecclesiæ martyribus eandē consuetæ celebritatis gloriā assecuti sunt. Instar quippe martyrum nostrorum libare & ipsi dijs, alienis, patriaq; deferere legē, imo mandata Dei transgredi cogebantur, renebant, & moriebantur. Non sic Isaias, non sic Zacharias, non denique vel magnus ille Ioannes Baptista ita mortuus est: quorū primus ferra fertur scissus fuisse, secundus inter templum & altare legitur occisus, tertius in carcere decollatus. Si quaeritur, à quibus, ab iniustis, & impijs. Si qua causa, pro iustitia, & pietate. Si quomodo, non tam eas confitendo quā proponendo. Proponebāt veritatē audientibus ea: veritas pariebat eis odium, & odiū mortem. Licet iniasti, & impij, non tam tamen in illis pietatem persequebātur quam à se repellebant: nec tam in illorum iustitiam ferebantur, quam propriā tuebantur iniustitiam. Aliud est aliena inuadere, aliud defendere sua. Non est id ipsum nolle sequi veritatem, & persequi: intēdere credentibus, & increpantibus indignari: obturare os consentientium, & redarguentium stimulos non ferre patienter. Denique misit Herodes, & tenuit Ioannem. Quam obrem? Quia Christum prædicabat? Quia vir bonus erat, & iustus? Imo propter hoc magis reuerbatur illum, & audito eo multa faciebat.

faciebat. Sed quoniam arguebat Herodem Ioannes propter Hierodiadem, vxorē Philippi fratris sui, idēo vinctus, ideo & decolatus est: passus quidem & ipse pro veritate: sed quam celare videretur, non negare cogere. Nunc est q̄ hęc ipsa tanti martyris passio, multorum etiā longe minorum festiuitatibus minus festiue recolitur. Profecto si tali ratione & ordine passi fuissent Machabæi, ne vlla quidem fieret de eis mētio. Nunc autem quoniam similes illos fecit martyribus Christianis, non dissimilis veritatis confessio: merito eos similis profequitur & veneratio. Nec moueat sanē q̄ quemadmodū martyres nominati, & ipsi pro Christo minime passi sunt, quia non interest siue sub lege pro legalibus obseruatijs, siue sub gratia pro mandatis euangelicis quis patiat, vterq; enim æquē pro veritate, ac p̄ hoc pro Christo, qui dixit:

10. 14. a Ego sum veritas, pati cognoscitur. Itaque plus contulit Machabæis in hac parte martyrij genus, quam virtus: quando ne hos quidem ex patribus, quos pari conflatur virtute illo in tempore p̄ iustitia decertasse, pari etiam honore concelebrat p̄sentes dumtaxat Ecclesia. Iuto quod arbitretur indignum quantumlibet laudabili morti quæ Christi mortem præcederet, diem festum impendere: præsertim cum ante illam salutariferam passionem non festiua gaudia, sed claustra tenebrosa quousque morientes exciperent. Sane Machabæos ideo (vt dictum est) excipiendos iudicauit Ecclesia: quoniam q̄ eis negabat tempus, contulit martyrij genus. Nec solum ipsos, sed & qui forte vitam iam in carne manifestate mortem sua morte præuenerunt, siue morientes in ipsa, sicut Simeon & Ioannes Baptista: siue etiam pro ipsa, sicut innocentes: quos alia ratione, licet ad inferos & ipsi descenderint, ritu nihilominus solemniter veneramur. Et innocen-

B tes quidem, quoniam iniustum profecto fuit innocentiam pro iustitia morientem vlla vel p̄senti gloria fraudari. Ioānes quoque sciens quod à diebus suis regnum cælorum vni patitur, vnde & clamat: Agite poenitentiam, appropinquauit regnum cælorum, & mulq; videns vitam se protinus futuram, mortem lætus excepit. Quod utique ab ipso Domino moriturus sciscitari sollicitus fuit, ac certificari meruit.

Matth. 11. a Nam cum per discipulos eum interrogasset: Tu es, inquiens, qui venturus es,

an alium expectamus? post enarrata plura miracula audiuit? Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. In quo nimirum verbo significauit se Dominus moriturum, & tali morte quæ posset Iudæis esse scandalum, gentibus stultitia. Ad hanc vocem spōsi, gaudens amicus sponsi, alacri animo processit, quo & illum in proximo esse venturum, iam dubitare non potuit. Porro qui lætus, & tam lætus potuit mori, potuit & lætam sibi memoriā promereri. Sed & senex ille tam plenus virtutum, quam dieum, morte iam propinqua vitam baiulans in manibus aiebat: Nunc dimittis seruum tuum,

Luc. 2. c Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutarem tuum. Ac si diceret: Securus descendo in carcerem, qui tam præsto meam sententia redemptione.

Et hic ergo, qui cum tam secunda iucunditate, & iucunda securitate moritur, merito in Ecclesia celebrari cum gaudio memoratur. Ceterum illa qua ratione mors festiua reputabitur, quam nulla gaudiorum festiuitas comitatur? Aut vnde gaudium iumeret

C moriturus, qui se & ad infernales descendere tenebras certus erat, nec certi quippiam secum ferebat vnde in proximo de sui liberatore consolaretur? Inde est quod vnus sanctorum cum audiret: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues: conuertit se ad parietem, & fleuit fletu magno, atque ita impetrauit exosa mortis aliquam dilationem. Hoc denique & miserabiliter

Ibidem. plangebat dicens: in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Et paulo post: Non videbo, inquit, Dominum Deum in terra viuentium, non aspiciam hominem

Iob 14. c vltra, & habitatorem quietis: Hinc & alius quidā: quis mihi hoc, ait, tribuat vt in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Israel quoque

Gen. 42. ad filios aiebat: Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Quid in his solemnibus lætitiæ, quid festiue celebritatis apparet? Nostri autem martyres cupiunt dissolui, & esse cum Christo: certi vbiq; est corpus, illo siue mora congregatum iri & aquilas.

Mox inquam ibi exultant iusti in conspectu Dei, & delectantur in lætitia. Ibi ibi benigne sime Iesu, ibi statim vt de hoc sæculo neque sanctus quisque eripitur, adimpletur lætitia cum vultu tuo. Vna ibi vox iubilo resonat sepiterno, vox vna exultationis, & salutis

Pf. 123. tis in tabernaculis infortum. Anima nostra
sicut passer erepta est de laqueo venantium:
laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
Nunquid hoc decantare libebat apud inferos
sedentibus in tenebris, & vmbra mortis:
dum non erat qui redimeret, neque qui

D saluum faceret: quando necdum visitaue-
rat nos oriens ex alto, primitiæ scilicet dor-
mientium Christus. Merito igitur Ecclesia
(qua: gaudere cum gaudentibus, flere cum
flentibus nouit) quos pares iudicat ex virtu-
te, discernit tamen ex tempore, nec pari
putat prosequendum obsequio, & transi-
tum ad vitam, & descensum ad inferos.

Itaque martyrium facit causa, tempus ge-
nusque, discernunt. Tempus quippe Macha-
bæos à nouis martyribus disiungit, coniun-
git antiquis. Genus vero nouis aggregat
segregat à veteribus. Et hæc quidem in Eccle-
sia præmitis ex causis differentie obseruan-
tur. Ceterum apud Deum vniuerso ceteri
sanctorum commune est, quod sanctus ait

Pf. 113. Propheta: Preciosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius. Vnde autem precio-
sam dixerit, exponat nobis. Cum dederit,
inquit, dilectis suis somnum: ecce hæredi-
tas Domini filij merces fructus ventris. Nec
putemus solos martyres esse dilectos:

Pf. 126.
102. 11.
apo. 14.
cum recollamus dictum de Lazaro, Laza-
rus amicus noster dormit. Denique, beati
mortui, qui in Domino moriuntur. Non
soli qui pro Domino sicut martyres, sed qui
in Domino moriuntur sicut confessores,
profecto beati sunt. Duæ proinde res mihi
videntur mortem facere preciosam, vita, &
causa; sed amplius causa, quam vita. Porro
illa erit preciosissima, quam & causa com-
mendat, & vita.

E

Epistola XCIX.

Nvincium quo te dicis fuisse turba-
tum, frater Vuillelmus non sua,
sed tua necessitas putauit ad te
dirigendam. Siquidem ipse suo
more Dei gratia fortiter agit alienam à se
interim ad huc faciens illam sententiam:

1ac. 1. 8 Vir duplex animo, inconstans est in omni-
bus vijs suis. Vias quippe Domini simplici-
ter, ac per hoc constantiter ambulans, non
sentit illud væ, de quo dicitur: Væ terram

Ecc. 2. 2 ingredienti duabus vijs. Te autem audieram
in discordia versari, domum vestram
non sine graui scandalo Abbatis, & fratrum

deferuisse, solumque habitare in nescio quo
fatis inconuenienti loco. Quo rumore no-
bis permotis, anxique querentibus, si quo
modo tibi à nobis posset consilium iri, ni-
hil paratius occurrere potui, quam vt te vo-
cato ad nos, per te de te certior, sparius effi-
ci curaremus. Sicque quod in promptu es-
set, præsentis præsentem consuleremus. Sed
iam tuo scripto, nostroque rescripto vtro-
rumque ab alterutro falsa suspicionis timo-
re depulso, pariter quiescamus. Verum hæc
falsitate, quam vera sit ad nos inuicem dile-
ctione comprobatum est. Quam quidem dile-
ctionem per hanc mutuam nostri sollicitudi-
nem non infructuose nunc renouatam esse
putauerim. Cuius fructum tunc non quidē
copiose sperarem accipere, si tui nobis co-
pia cum opportunitate daretur. Alioquin
opportunius ducimus nos nostra conten-
tos esse inopia, quam importuna copia
abundare.

Epistola C.

SI Minus vos pro tanti operis susce-
ptione seruire compensemus, hor-
tandus nobis super hoc, & obse-
randus esset is. Nunc vero cum pri-
ma inuitauerit nos vestra præcurrens deuo-
tio, restat vt ei, à quo bona cuncta procedunt,
& referamus grates pro bono, quod
dedit velle, & fundamus preces, vt adijci-
at & perficere pro bona voluntate: Tamen
gaudium meum non tacebo vobis. Quas
nempe putatis delicias cordi meo affeiat ve-
stra huiusmodi intentio? Delectabitur in
crassitudine anima mea, si infatigabilem
cognouerit vos in studijs solutaribus, & ho-
nestis. Gaudeo enim, non quia quero do-
num, sed requiro fructum. Libenter acci-
pio beneficium, quod prostdanti. Alio-
quin non ambulo in caritate illa, qua non
quirit, qua sua sunt. Et quidem nobis in
hoc beneficiis, sed vobis melius: nisi forte
excidit illa sententia: Beatus est dare,
quam accipere. Hoc plane decet episcopū,
hoc sacerdotum vestrum commendat, or-
nat coronam, nobilitat dignitatem, si quem
minister unius prohibet esse pauperem, ad-
ministratio proleat pauperum amatorem.

Non enim in paupertas virtus reputatur,
sed paupertatis amor. Denique beati paupe-
res, non rebus, sed spiritu.

Epistola CII.

Fratrem Lambertum, quem in aliquibus forte fluctuantem suscepimus, & tantibus quidem vobis pro ipso constantem remisimus, & nullam (vix opinamur) serupulositate pristina laborantem. Causam quippe aduentus eius necnon & discessionis modum, & intentionem sollicitè nobis perferantibus intentionem quidem visus est habere inculpabilem, sed causam non plane sufficientem, vt tali modo, id est, sine licentia discedere debuissent. Vnde & sumpta iustæ in eum inuectionis occasione, increpato, vt oportebat, & confirmato in quibus nutabat, reditum ei persuasimus. Et pro redeunte rogamus, dilectissimi fratres, esse vos videlicet præstabiles super fratris præsumptione, sed præsumptione, vt videtis satis simplici, & non malitiosa: quandoquidem, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinavit, sed directo ad nos tramite venit, quos vtique pro certo sciebat sanctitatis vestra esse seruos, vestrae religionis amatores sincerissimos, & æmulatores fidelissimos. Suscipite ergo eum vos, qui spirituales estis in spiritu lenitatis: confirmeturque in eo caritas, & excuset malum factum intentio bona. Inimò recuperate cum gaudio quem dolebatis amissum: contra tractamque de fratris egressione, ac transgressione tristitiam, effugiet citissima de regressione latitiam. Confido autem de omnipotentis misericordia, quia quidquid exasperavit inordinata discessio postmodum deliniet emendata conuersatio.

Ad quendam Abbatem.

Epist. CII.

Super fratre turbato, & turbante, fratres, & contemnente magistrum, breue tibi, sed fidelè damus consilium. Diaboli studium est circumire in domo Dei, & quærere quem deuoret: tuæ contra vigilantie, in quantum potes, nunquam locum dare diabolo. Quanto igitur ille acrius insidiat, quomodo à grege infirmam separet ouiculum, quatenus eo licentius rapiat, quo non fuerit, qui eripiat: tanto enixius tibi, quantum in te est, intendendum est, ne de manu tua possit eam eruere, ne quando dicat inimicus, prauitui aduersus eum. Itaque aggredere fratrem con-

Opus. D. Bern. Tom. II.

ari officio caritatis, videlicet beneficijs, salutaribus monitis, secretis increpationibus, publicis exhortationibus, duris etiam, & verborum, & verberum correptionibus, quodque efficacius esse solet, tuis ad Deum pro eo fratrumque pijs orationibus. Quod si iam hæc omnia fecisti, nec profecisti ad Apostoli consilium confugiendum est, dicentis: Auferre malum ex vobis. Auferatur ergo malus, ne malos generet. Neque enim potest arbor mala fructus nisi malos facere. Auferatur autem dico, sed non quomodo ipse vult, vt videlicet tanquam ex tua licentia, cum male secura conscientia extra congregationem contra professionem deuitans subiectionem, sui iuris esse, sua permitatur viuere lege. Sed abscindatur, vt omnis morbida à grege, vt putridum membrum à corpore, qui iam exinde se pro certo nouerit à te haberi, tanquam ethnicum, & publicanum. Et ne timeas esse contra caritatem, si vnus eiectione scandalum multorum re-compensaueris pace: quippe qui sua forte malitia, fratrum cohabitantium turbare facile poterat vnanimitem. Consoletur te illa Salomonis sententia: Quem Deus negligit, nemo potest corrigere. Et illa Saluatoris: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, era dicabitur. Et illa beati Ioannis Evangelistæ de schismatis: A nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Et rursus apud Apostolum: Infidelis si discedit, discedat. Alioquin non est relinquenda virga peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Melius est enim, vt pereat vnus, quam vnitas.

Epistola CIII.

Et si facie ignotus nobis, etsi corpore remotus à nobis, amicus tamen es, & amicitia notum iam nobis, & præsentem te facit. Hanc tibi te nesciente comparauit non caro & sanguis, sed Spiritus Dei, qui Vuillelmum fratrem tuum æterna nobis societate & spirituali caritate deuinxit, ac per eum te quoque, si dignum iudicas. At si sapias, non contemnes eorum amicitiam, quos veritas beatos clamat, & reges pronuntiat celorum. Quam quidem beatitudinem non inuidemus tibi. Nec enim communia tibi, nobis inuitus: nec nostri proinde tibi, nobis inuitus, si & tu regnaueris.

K Quenam vero iudicia causa potest esse, ubi fortium magnitudini consortium multitudine nil detrahit? Volo te esse amicum pauperum, magis autem imitatore. Ille gradus proficientium est, hic perfectorum. Amicitia pauperum, regum amicos constituit: amor paupertatis, reges. Regnum denique calorum pauperum est: & est regia potestatis beare pro voluntate amicos. Facite, inquit, vobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Vides quã magna dignitas sancta paupertas sit: ut non modo patrocinium ipsa sibi non quarat, sed & ferat indigentibus. Quale est hoc absque interuentu cuiuspiam Angelorum vel hominũ, sola diuinæ gratiæ confidentia accedere per temetipsũ ad vultũ gloriæ, capescere summa rerũ, attingere totius magnificentiæ culmen?

Verum qualibus ista tu tibi impediatis rebus, utinam sine dissimulatione attendas. Væ, væ, vapor est ad modicum parens, quod æternæ felicitatis aditum intercludit, quod perennis luminis incircumscriptam claritatem abscondit, quod vniuersitatis scientia fraudat, quod summæ priuat dignitatis honore. Quousque tu tantæ gloriæ præfers fœnum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, carnem dico & eius gloriam? Si quidem omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos fœni. Si sapis, si habes cor, si tecum est lumen oculorum tuorum, desine iam ea sequi, quæ & assequi nosferum est. Beatus qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant: An non ea fatius cum honore spernis, quàm cum dolore perdis? An non ea prudētius Christi cedis amori, quàm morti? Est in insidijs prædo: cuius manibus nec te, nec tua potes subducere. Non poterit præuideri, quia tamquam fur in nocte ita veniet. Nihil intulisti in hunc mundum, haud dubium, quia nec quicquam auferes. Dormies somnum tuum, & nihil inuenies in manibus tuis. Sed nosti hæc: non est in docendo te superfluè laborandum. Orandum potius, ut quod tibi iam nosse datum est, detur & implere prout oportet.

*Ad Magistrum Gualterum de Caluo monte.
Epistola CIIII.*

Sæpe meum animũ dulcissima tui subeunte memoria, doleo super te Gualterè charissime, cogitans nimium illud tuæ

inuentus duces, & ingenij acumen, scientiæ, & eruditionis ornatum, quodque his omnibus, excellentius est in Christiano, tuos illos mores ingenuos quam inanibus studijs atteras: dum de tantis muneribus non auctori Christo, sed rebus desertiuis transitorijs. O si (quod aucterit Deus) mors inopinata subripiens ista concasserit heu, subito cuncta velut ad impulsũ vrentis & furentis venti, tamquam fœnum velociter arefcent, & quemadmodum olera herbarũ citò decident. Quid ergo tecum tolles de omni labore tuo, quem operatus fueris super terrã: Quid retribuens Dño pro omnibus quæ tribuit tibi: Quid, inquam, lucri pro tot tibi creditis talentis referes creditori? O si vacuum manũ inuenit ille, ille donorum promptus quidem auctor, sed importunus exactor. Veniet enim veniet, & non tardabit, ad requirendum utique, quod suum est, cum vsura. Suum nempe auferit omne quod te in tua patria pomposus, sed periculosis fauoribus nobilitare videtur. Genus clarum, corpus aptum, forma elegans, ingenium velox, eruditionis vtilitas, & honestas morum, gloriosa quidem sunt, sed ex quo sunt. Si tibi vsurpas, est qui quarat, & iudicet. Esto tamen, liceat tibi hæc interim adscribere nomini tuo, & gloriari in laude tua, & vocari ab hominibus rabbi, & facere tibi nomen grande dumtaxat super terram: quid tibi post mortem de his omnibus, nisi sola fortasse memoria relinquatur, & hoc quoque solummodo super terram? Scriptum quippe est: Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Quod si hic est finis omnium laborum tuorum (ut pace tua dixerim) quid habes amplius iumento? Siquidem & de tuo palestrido cum mortuus fuerit, perhibebitur, quia bonus fuit. Simul vide, quid tibi ante tribunal illud terrificum respondendum sit de eo, quod acceperis in vano animã tuam, & animam talem, si tamen inueniaris nihil egisse amplius de immortali & rationali spiritu tuo, quã quoduis pecus de suo, cum erutus utique spiritus non viuat nisi quamdiu viuificat: & vno eodemque momento & viuificare pariter desinat & viuere.

Quid, quæso, dignum te iudicabis: qui factus ad imaginem factoris tantæ in te maiestatis nõ defendis dignitatem: & tu homo cum in honore esses, honorem tuum non intelligens, comparatus iumentis insipientibus,

bus, & similis factus sis illis: dum nil spirituale videlicet, aut æternum elaboraueris, sed instar beluini spiritus, qui vt à corpore ita cum corpore dissoluitur, si quis fueris contentus corporalibus ac temporariis bonis euangelici illius furdus auditor consilij:

10h. 6. d.

Pf. 2. 6.

operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam æternam? Scriptum est autem quòd non ascendit in montem Domini, nisi qui non accipit in vano animam suam. Sed ne is quidem, nisi etiam fuerit innocens manibus, & mundo corde. Videris tu an de tuis hoc operibus simul & cogitationibus præsumere audeas. Sin autem, attende quid mereatur iniquitas, si sola sufficiat inuitas ad damnationem. Et reuera scita non est spina vel tribulus, vbi securus infructuose arbori poni videbitur: nec parcerit pungenti, qui minatur & sterili. Væ igitur, & væ iterum, de quo dicitur: Expectaui vt faceret vvas: & fecit labruscas. Sed non ego quã liquido & copiose hæc me quoque tacente cogitare sufficias: materno verò deuinctus amore, necdum possis abijcere quod iam ore meminere noris. Et quid ego ad hæc respondebo tibi? Vt matrem deseras? Sed inhumanum videtur. Vt cum ipsa maneat? Sed nec ipsi expedit vt sit filio causa perditionis. Forte vt & mundo simul militet & Christo? Sed nemo potest duobus dominis seruire. Mater tua vult contraria tuæ, ac per hoc & suæ ipsius salutis. Elige ergo tu è duobus quòd vis, aut vnus videlicet satisfacere voluntati, aut vtriusque salutis. Verum si mutum eam digis, desere potius ipsam propter ipsam: ne si Christum deseras vt maneat cum ipsa, propter te peccet & ipsa. Alioquin male meruit de te, quæ te peperit, si propter te perit. Quomodo enim non perit, quæ ipsum quem peperit perimit? Et hæc dicitur, vt tuo aliquo modo carnali condescendam consulamque affectui. Ceterum huius sermo, &

omni acceptione dignus, vt et si impius est contemnere matrem, contemnere tamen propter Christum.

Matth.

15.

Matth.

10. d.

gissimum est: Nam quid dicit Honorati patrem & matrem, ipse etiam dixit: Qui amat, patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.

Ad Romanum Romanæ Curia subdiaconum.
Epistola CV.

Bernardus Abbas Claræuallis, Romano suo quòd suo. Benè fecisti carissime, tui nobis per litteras & renouas dulcem memoriam, & excusans molestissimam moram. Minime quidem desiderantium te cordibus vlla potuit subreperere quandoq. obliuio tuæ dilectionis, sed te tui fateor pene oblitum esse putauimus, priusquam illas litteras videremus. Nunc itaque rumpe moras, fac citò quod scripsisti: etsi veraciter stylus expressit affectum, efficaciter opus stylum testificetur. Quid tardas ipsum quem iam dudum conceperas spiritum parturire salutis? Nil mortalibus vel morte certius, vel incertius hora mortis. Siquidem tanquam fur in nocte ita veniet. Væ praegnantibus in illa die. Si superuenierit, & prauenerit hunc tam salutiferum partum, heu perfoedit domum, sanctum germen extinguet. Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugiet. Volo te mortem etsi non effugere, certe vel non timere. Iustus quippe mortem etsi non cauet, tamen non pauet. Denique si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Moritur quidem & iustus, sed secure, quippe cuius mors vt presentis est exitus vitæ, ita introitus melioris. Bona mors, si peccato moriaris, vt iustitiæ viuas. Hac mors necesse est vt præcurrat, vt sequatur illa securus. In hac vita quamdiu durat, compara tibi illam quæ semper durat. Dū viuus in carne, morere mundo, vt post mortem carnis, Deo viuere incipias. Quid enim si conciderit mors sacrum corporis tui, dum te subinde circumdet lætitia? O quam beati mortui, qui in Domino moriuntur, audientes à spiritu, vt requiescant iam à laboribus suis. Non solum autem, sed & succedit iucunditas de nouitate, ac de æternitate securitas. Bona proinde mors iusti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter securitatem. Contra mors peccatorum pessima. Et audi vnde pessima. Mala siquidem est in mundi amissione, peior in carnis separatione, pessima in vermis ignisq. duplici contritione. Eia ergo festina, exi, recede, moriatur anima tua morte iustorum, quo fiant & nouissima tua ho-

Apoc. 14

c

D

Pf. 33. d

Ps. 115. rum familia. O quam pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Fuge quæso, in via peccatorum ne steteris. Quomodo viuere potes, ubi mori non aures? Cum panibus occurrere fugienti, paratos nos esse confidito.

Ad Magistrum Henricum Murdach.
Epistola CVI.

Dilecto suo Henrico Murdach, Bernardus Abbas di⁹ de Clauualle, salutem, & non in via.

Quid mirum si inter prospera fluctuas, & aduersa? At si iures, & statuas custodire iudicia iustitiæ Domini, quid horum te poterit separare à caritate Christi? O si scires: & quid dicam? Oculus, Deus, non uidit absque te, quæ præparasti diligentibus te.

Isai. 64.

Sed tu frater, qui (ut audiui) Prophetas legis, putas intelligis, quæ legis? Nam si intelligis, sentis utique sensum propheticæ

lectionis esse Christum. Quem uidelicet si

apprehendere cupis, citius illum sequendo quam legendo consequi potes. Quid quæris uerbum in uerbo, quod iam caro factum præsto est oculis? Iam n. de latibulo prophetarum egressus est ad oculos piscatorum, iã de monte umbroso, & condenso tanquam sponsus de thalamo suo profiliuit in campum Euangelij. Iam qui habet aures audiendi audiat illum clamantem in templo: Qui

Ioan. 7. f.

Matth.

11. d.

sitit, ueniat ad me, & bibat. Et Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tu ergo times deficere, ubi se ueritas reficere te promittit? Certe si tantum te delectat tenebrosa aqua de nubibus aeris, quanto iucundius haurias de serenissimis fontibus Saluatoris? O si semel paululum quid de adipe frumenti, unde satiatur Hierusalem, degustares: quam libenter suas erutas rotundas litteratoribus Iudæis relinqueres? O si te unquam in schola pietatis sub magistro Iesu mereat habere sodalem. O si mihi liceat purificatum prius tui pectoris uasculum supponere uictioni, que docet de omnibus. O quam libens uis paniter calidos panes, quos utiq. adhuc fumigantes, & quasi malo de furno (ut aiunt) recens tractos de caelesti largitate crebro Christus suis pauperibus frangit. Utinam si quã mihi guttam quandoq. de pluu. uoluntaria quã

segregauit hereditati suæ, stillare dignetur in dulcedine sua pauperi Deus, mox eam tibi posse refundere, & rursus à te vicissim recipere quod fenseris. Expertus crede, aliquid amplius inuenies in syluis, quam in libris. Ligna, & lapides docebit te quod à magistris audire non possis. An non putas posse te fugere mel de petra, oleumq. de saxo durissimo? An nõ montes stillant dulcedinem, & colles fluunt lac, & mel, & ualles abundabunt frumento? Multis occurrentibus mihi dicendis tibi, uix me teneo. Sed quia non lectionem, sed orationem petis, adaperiat Dominus cor tuum in lege sua, & in præceptis suis. Vale.

Id ipsum ipsi Vuillelmus, & Iuo. Quid super hoc uobis dicemus? Quod uos uidere, & ad quid desideremus, scitis: quantum uero, nec nos dicere, nec uos scire potestis. Oramus ergo Deum, ut uobis, quos præiisse debueratis, tribuat, uel sequi, quatenus, & in hoc tantæ humilitatis magistrum teneamus, cum uidelicet non despexeritis magister sequi discipulos.

Ad Thomam propositum de Beuerla.
Epistola CVII.

Thomæ dilecto filio suo, Bernardus, quod filio. Quid opus est uerbis? Feruens spiritus, & uehemens desiderium

aperit sola lingua non sufficit. Loquantur nobis affectum tuum, & reliqua membra. Præsens melius, & inotescet nobis, & nos cognosces. Iam dudum ab inuicem tenemur alterutrum debitores, ego fidelis curæ, tu humilis obedientiæ. Probet utrumq. si placet opus, non caramus. Volo te, & tibi

G

usurpare, & in me probare illam unigeniti uocem. Opera, quæ dedit mihi pater, ut faciam, ipsa testimonium perhibent de me.

Ioan. 5. f.

Sic reuera, sic unici filij spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij Dei sumus, & nos, cum suscitans ex operibus mortuis largitur opera uitæ. Non ex folijs, non ex floribus, sed ex fructu arbor bona malæ dignoscitur. Denique à fructibus, ait, cognoscetis eos. Opera ergo, & non uerba discernunt inter filios Dei & illos dissidentæ. Operibus proinde desiderium

Matth. 7.

aperi tuum, & experire nostrum. Desideramus præsentiam tuam, quam optatam, immo promissam exigimus. Cur tan-

to? Nil in ea sane expetimus de carne, & fan-
guine. Aut proficere ex te cupimus aut pro-
desse tibi. Generositas sanguinis, proceritas
corporis, forma elegans, iuuenilis decus,
prædia, palatia, immensa supellex, infulcræque
dignitatum: adde & mundi sapientiam: de
mundo sunt hæc, & mundus quod suum est
diligit. Sed quousque? Non solum enim
non semper, ut potest qui non semper erit,
verum nec diu quidem.

Diu siquidem ista in te mundus habere
non poterit, & te quippe ipsum in breui nõ
habiturus: Nam breues dies hominis sunt.
Mundus quidem cum suis concupiscentijs
transit, sed te prius emittit, quam ipse per-
trahit. Quid te sine fide delectat amor mox
finiendus? Nos vero te, non tua diligimus.

H Tua sint à quo sunt. Tu tuæ promissionis
memor, tui nobis copiam diutius non ne-
garis amantibus te sinceriter, & amantibus
perenniter. Purè siquidem nos amantes in
vita nostra, in morte quoque non erimus
separati. Nam ea quæ in te vel potius tibi
appetimus, nõ huius corporis sunt, nec hu-
ius temporis tantum: ideoque, nec cum cor-
pore deficiunt, nec cum tẽpore prætereunt.
Quinimmo posito corpore plus delectant,
post tempora durant. Nil simile habent cũ
supra enumeratis, eorumve similibus, quæ
vtique insunt tibi, non ex parte, sed ex mũ-
do. Quid horum enim vel non præuenit
mortem, vel non inuenit? At vero ista opti-
ma pars est, quæ non aufertur in æternum.
Qui istud? Nec oculus vidit, nec auris au-
diuit, nec in cor hominis ascendit. Qui ho-
mo est, & secundum hominem ambulat
qui videlicet (vt manifestius dicã) carni ad-
huc acquiescit, & sanguini, quid illud sit, pe-
nitens nescit: quia caro & sanguinis nõ reue-
labunt quæ solus reuelat Deus per spiritum
suum. Animalis ergo homo ad hoc secretũ
nequaquã admittitur, siquidem non perci-
pit ea, quæ sunt spiritus Dei. Beati qui au-
diunt: Vos autem dixi amicos, quia omnia
quæcumque audiui à patre meo, nota feci
vobis. O sæculum nequam, quod solos tuos
sic soles beare amicos, vt Dei facias inimi-
cos, consequenter & indignos consilio bea-
torũ. Planè enim qui amicus vult esse tuus,
inimicus Dei constituitur. Quod si seruus
nescit quid faciat dominus eius, quanto mi-
nus iniquus? Porro autem amicus sponsi

I stat, & gaudio gaudet propter vocem spon-
si. Vnde & loquitur; Anima mea liquefa-

cta est, vt dilectus locutus est. Amicus ita-
que mundi excluditur à consilio amicorum
Dei, qui non spiritum huius mundi acceper-
unt, sed spiritum, qui ex Deo est: vt sciant
quæ à Deo donata sunt sibi. Confiteor ti-
bi, pater, quia abscondisti hæc à sapientibus
& prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita,
pater, quia sic fuit placitum ante te, non quæ
sit meritum vel ab ipsis. Omnes enim pec-
cauerunt, & egent gloria Dei, vt gratis mit-
tas spiritum filij tui clamantem in cordibus
filiorum adoptionis, abba pater. Hoc quip-
pe spiritu qui aguntur, in filij sunt: nec pa-
terno profusus arcenti consilio. Habent nõ
pe in se manentẽ spiritum, qui scrutatur et̃
profunda Dei. Denique quid ignorent,
quos vnctio docet de omnibus? Væ vobis
filij huius sæculi à vestra insipiente pruden-
tia ignorantem spiritum salutarem: nec par-
ticipans consilium quod solus soli eructat
filio, excepto cui voluerit, filius reuelare.
Quis enim cognouit sensum Domini aut
quis consiliarius eius fuit? Non equidem
nullus, sed rarus. Soli sane qui veraciter di-
cere possunt. Vnigenitus qui est in sinu pa-
tris ipse enarrauit nobis. Væ mundo à stre-
pitu. Clamat in populis iisdem vnigenitus
tanquam magni consilij Angelus: Qui ha-
bet aures audiendi, audiat. Et quoniam di-
gnos non inuenit sensus, quibus patris com-
mittat arcanum, textit parabolas turbis: vt
audientes non audiant, & videntes non in-
telligant. Ceterum amici seorsum audiunt:
Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei.
Quibus, & loquitur: Nolite timere pusil-
ium grex, quia complacuit patri vestro dare
vobis regnum. Qui sunt hi? vtique quos
præsciuit, & prædestinauit conformes fieri
imaginei filij Dei, vt sit ipse primogenitus
in multis fratribus. Magnum secretumque
innotuit consilium. Nouit Dominus, qui
sunt eius. Sed quod notum erat Dei, mani-
festatum est hominibus. Nec alios sanè di-
gnatur tanti participatione mysterij, nisi
eos ipsos, quos suos præsciuit, & prædestina-
uit. Nã quos prædestinauit, hos & vocauit.
Quis enim sane nisi vocatus ad Dei accedit
consilij? Quos autem vocauit, hos & ius-
tificauit. Oritur quippe & non is qui quo-
tidie oriri cernitur supet bonos, & malos,
sed qui timetibus Deum prophetica pronun-
ciatione promittitur solis ad consilium
vocatis. Vobis, inquit, qui timetis Deum, *Mal. 4. 5*
oriatur sol iustitiæ. Manentibus igitur in

Matth. 13. 35

Luc. 8. 8

K

Luc. 11. 35

d

Mal. 4. 5

tenebris filijs diffidentiae, euadit in nouam hanc lucē lucis filius de potestate tenebrarum, si tamen iam fidenter Deo dicere possit: Particeps ego sum omnium timētium te. Vides quia praecedit timor, vt sequatur iustificatio? Forſitan ergo timore vocamur, amore iustificamur. Denique iustus ex fide uiuit, illa procul dubio, quae operatur ex dilectione. Audiat itaque in ſua uocatione peccator quod timeat: & ſic accedens ad ſolem iustitiae, uideat illuminatus quod diligit. Quidnam eſt illud? Miſericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum. Ab aeterno propter praedestinationem, in aeternum propter beatificationem. Altera carens principio, altera neſciens finem. Siquidem quos ab aeterno praedestinat, in aeternum beatificat, intercedente ſane media uocatione vna cum iustificatione, duntaxat in adultis. Sic ad ortum ſolis iustitiae, ſacramentum abſconditum à ſeculis de praedestinatīs & beatificatis emergere quodammodo incipit ex abyſſo aeternitatis, dum quiſque uocatus per timorem, iustificatus per amorem praesumit ſe quoque eſſe de numero beatorum: ſciens nimirum quia quos iustificauit, illos & magnificauit. Quid enim? Audit ſe uocari, cum timore conuenitur: ſentit, & iustificari cum amore perſuaditur, & de magnificatione diffidet? Initiat, prouehitur, & de ſola conſummatione deſperabit? Nempe ſi initium ſapientiae timor Domini, in quo dicta eſt eſſe noſtra uocatio: quid niſi prouectus in ſapientia eſt amor Dei, iſis duntaxat qui interim ex fide eſt, ex quo & noſtra fit iustificatio? Quid item niſi conſummatio in ſapientia eſt, ipſa, quam in fine ſperamus de diuina illa, & deifica uisione glorificatione? Sic abyſſus abyſſum inuocat in uoce cataractarum ſuarum, cum in terroribus iudiciorum ſuorum inueniſa illa aeternitas, & aeterna immentitas: cuius ſapientiae non eſt numerus: cor hominis prauum & inſcrutabile mira ſua bonitate, & potentia educit in admirabile lumen ſuum. Verbi gratia. Ponamus hominem in ſaeculo, ſaecula adhuc & ſuae carnis amore retentum, & cum terrenis hominis imaginem portet turbantem terrenis, nil de ſe eſtibus cogitantem, quis hunc non uideat horrendis circumſuſum tenebris, niſi qui in caetera mortis uintra ſedet: quippe cui nullum adhuc ſuae ſalutis ſignum

eluxerit, cui necdum in aliquo interna teſtetur inſpiratio an boni de ſe quippiam aeterna teneat praedestinato? At uero ſi ſuperna eum miſeratio dignanter quandoque reſpexerit, immiſeritque ſpiritum compunctionis, quatenus ingemſcat & reſpiciat, mutet vitam, domet carnem, amet proximum, clamet ad Deum, proponatque de cetero uiuere Deo, non ſaeculo: ex qua deinde ſuperni luminis gratuita uisitatio- ne & ſubita mutatione dextere exciſi, agnoſcat ſe merito quidem non iam tenebrae gratiae filium, quippe qui paternum erga ſe diuinæ bonitatis expeſcit affectu, quod ſe utique haecenus in tantum laenerat, ut non ſolum neſciret, utrumnam dignus foret amore an odio, uerum etiam odium magis & non amorem propria conuerſatio teſtaretur, erant enim tenebrae adhuc ſuper faciem abyſſi, nonne ſi tibi uideret quaſi de abyſſo profundiffima, & tenebroſiffima horrendae ignorantiae, in aliam quādam quoque trahi abyſſum de regione amoenam & lucidam claritatis aeternae? Et tunc demum quaſi diuidit Deus lucem à tenebris, cum peccator ſole illuſcente iustitia, abiectis operibus tenebrarum induitur arma lucis, & ſi quem prior uita ac propria conſcientia tanquam reuera filium gehēnae deputauerat ardoribus ſempiternis, ad tantam uisitantis ſe orientis ex alto dignationem reſpirans, gloriari etiam incipit praeter ſpem in ſpe gloriae ſilidam Dei, quam iam nimirum de vicino reuelata facie exultans nouo in lumine ſpeculatur, & dicit: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine: dediſti laetitiam in corde meo. O Domine, quid eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hominis, quia reputas eum? Iam ſe de bone pater uermis uiliſſimus & odio digniſſimus ſempiterno, tamen conſidit amari, quoniam ſe ſentit amare: immo quia ſe amari praesentit, non redamare conuincitur. Iam apparet in lumine tuo, o inaccessibilis lux, quid boni genes te etiam cum malus eſſet, miſerum maneret homunculum. Amat proinde non immerito, quia amatus eſt ſine merito. Amat ſine fine, quia ſine principio ſe cognouit amatum. Prodit in lucem ad miſeri conſolationem, magnum conſilium quod ab aeternitate laenerat in ſinu aeternitatis: quod noluit uidelicet Deus mortem peccatoris, ſed magis ut conuerteretur & uiuere. Habes ho-

Pſ. 118. Particeps ego sum omnium timētium te.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. Misericordia Domini ab aeterno, & uſque in aeternum, ſuper timentes eum.

Pſ. 102. b

mo huius arcani iudicem spiritum iustificatorem : eoque ipso testificantem spiritu tuo , quod filius Dei , & ipse sis . Agnosce consilium Dei in iustificatione tui . Confitere , & dic : Consilium meum iustificationis tue . *Pf. 118.*
 Praesens naque iustificatio tui , & diuini est consilij reuelatio , & quaedam ad futuram gloriam preparatio . Aut certe praedestimatio ipsa potius preparatio est , iustificatio autem magis iam appropinquatio . Denique *Matth. 3.*
 ait : Agite poenitentiam , quia appropinquauit regnum caelorum . Audi , & de praedestimatione , quod ipsa sit preparatio . Percipere , inquit , regnum quod vobis paratum est ab origine mundi . *Matth. 25. c.*

Nemo itaque se amari diffidat , qui iam amat . Libenter Dei amor nostrum quem prauegit , subsequitur . Nam quomodo redamare pigebit quos amauit , & necdum amantes ? Amavit , inquam , amauit . Habes enim dilectionis pignus spiritum , habes , & testem fidelem Iesum , & huic crucifixum . O geminum ipsumque firmissimum Dei erga nos amoris argumentum . Christus moritur , & meretur amari . Spiritus afficit , & facit amari . Ille facit cur ametur , iste , vt ametur . Ille suam multam dilectionem in nobis commendat , iste & dat . In illo cernimus , quod amemus , ab isto sumimus , vnde amemus . Caritatis igitur ab illo occasio , ex isto affectio . Quanta confusio Dei filium ingratis oculis cernere morietem ? Quod quidem facile contingit , si desit spiritus . Nunc autem quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum , qui datus est nobis , amati amantes amplius mereamur amari . Si enim cum adhuc inimici essemus , reconciliati sumus Deo per mortem filij eius , multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius . Quid enim ? Qui proprio filio non pepercit , sed pro nobis omnibus tradidit illum : num etiam omnia cum ipso daturus est nobis ? Cum ergo geminum teneamus nostrae salutis indicium : geminam sanguinis , & spiritus effusionem : neutra sine altera prodest . Nam nec spiritus datur nisi credentibus in crucifixum , nec fides valet si non operatur ex dilectione . Dilectio autem donum spiritus est . Quod si secundus homo (Christum loquor) factus est non solum in animam viuentem , sed etiam in spiritum viuificantem : ex vno videlicet moriens , ex altero mortuus suscitans : quid mihi prodesse potest quod in ip-

so moritur , absque eo quod viuificat ? Denique ipse ait . Caro non prodest quidem , spiritus est , qui viuificat . Quid est autem viuificat : nisi iustificat ? Cum enim mors animae peccatum sit , anima quippe , quae peccauerit , ipsa morietur : vita eius sine dubio iustitia est , quoniam iustus ex fide viuit . Iustus autem quis est , nisi qui amantem se Deo , vicem repedit amoris ? Quod non fit nisi reuelante spiritu per fidem homini aeternum Dei propositum super sua salute futura . Quae sane reuelatio non est aliud , quam infusio gratiae spirituales : per quam dum facta carnis mortificatur , homo ad regnum preparatur , quod caro , & sanguis non possident , simul accipiens in vno spiritu , & vnde se praesumat amatum , & vnde redamet , ne gratis amatus sit . Hoc itaque est illud sacrum secretumque consilium , quod a Patre Filius in Spiritu sancto accipiens : suis quos nouit per eundem spiritum iustificando eos communicat , & communicando iustificat , quando id quisque accipit in sui iustificatione , vt incipiat , & ipse cognoscere , sicut & cognitus est , cum videlicet datur , & ipsi praesentire aliquid de sua ipsius futura beatitudine , quemadmodum ab aeterno latuit in praedestinate , plenius appariturum in beatificante . De qua tamen iam percepta fuerit ex parte notitia , interim quidem gloriatur in spe , nondum tamen in securitate .

Quam miserandi quia ad tam iucundum iustorum consilium nullum adhuc tenent suae vocationis testimonium ! Domine , quis credidit auditui nostro : O vtinam saperent , & intelligerent . Verum nisi crediderint , non intelligent . Sed habetis & vos , o infelices saeculi male securi amatores vestrum seorsum a iustis consilium . Squama squamam coniungitur , & non est spinaculum in vobis . Habetis , inquam , & vos o impij , communicatum adinuicem consilium : sed plane aduersus Dominum , & aduersus Christum eius . Etenim si dicente Scriptura pietas est cultus Dei : profecto quisquis plus amat mundum quam Deum , impius atque idololatra esse conuincitur , colens & seruens creaturam , potius quam creatori . Habentibus autem (vt dictum est) sanctis atque impijs suum ad se quibusque consilium , magnum procul dubio inter vtrique chaos firmatum est . Nam quomodo iustus longe se facit a consilio , & concilio malignantium , ita nec resurgunt *Pfal. 1. b.*
 omni-

omnino impij in iudicio, neque peccatores in cōsilio iustorum. Est quippe iustorū cōsiliū, pluuiā voluntaria, quam segregauit Deus hereditati suæ. Est cōsiliū verē secretum descendens himirum sicut pluuiā in vellus. Est fons signatus, cui alienus non cōmunicat. Est sol iustitiæ, qui timentibus Deum tantum oritur. Porro ceteros aduertens Propheta in sui siccitate & cæcitate remanentes, iustorum siquidem imbris & lucis expertes, infecundos ac tenebrosos, con-

E fusos & auersos, subsannat & norat: Hæc est, inquit, gens quæ non audiuit vocem Dei sui. Non vultis, d' miseri, dicere cum

Ier. 7 f Dauid: Audiam quid loquatur in me Dñs Deus. Vtique fors, fusi in vanitates & insanias falsas: intimum optimumque non

Pf. 84 b requiritis veritatis auditum. Filij hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium? Surdi ad

Psal. 4. a vocem veritatis, ignorantis cōsiliū cogitantis cogitationes pacis: sed & loquentis pacem in plebem suam, & super sanctos

Ier. 15. a suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Iam vos, inquit, mundi estis, propter sermonem, quem locutus sum vobis. Ergo qui hunc sermonem non audiunt, immundi sunt.

Ceterum tu, d' carissime, huic voci Dei tui dulciori super mel & fauam, si præparas aurem interiorem, fuge curiam exteriorē: vt expedito & vacante interno sensu, dicas

1. Reg. 3. c & tu cum Samuele: Loquere Dñe, quia audit seruus tuus. Vox hæc non sonat in foro, sed nec auditur in publico. Secretum cōsiliū, secretum quærit auditum. Auditui tuo gaudium pro certo dabit & lætitiā, si

Gen. 12. a sobria aure perceperis. Abrahæ præcipitur exire de terra, & de cognatione sua, vt videre & possidere mereretur terram viuē-

Gen. 29. b tium. Jacob relicto fratre & patria Iordanem transit in baculo, & excipitur Rache-

Gen. 41. c lis impiexibus. Ioseph dominatur Aegyptio, mercatione furtiua patri sublatus & patriæ. Ecclesiæ iubetur, vt concupiscat rex

Pf. 44. c decorem eius, & obliuisci populum suum, & domum patris sui. Puer Iesus inter cognatos & notos à parentibus quæritur, nec

Luc. 2. f tamen inuenitur. Fuge fratres tuos, & tu, si tuam vis inuenire salutem. Fuge inquam de medio Babylonis, fuge à facie gladij Aquilonis. Parati sumus cum panibus occurrere fugienti. Abbatem tuum me nominas, non renuo interim propter obsequium. Obsequium dico, non quod exi-

gam, sed quod exhibeant: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare in redemptionem pro multis. Verumtamen si signum iudicas, accipe condiscipulum, quem magistrum eliges. Vnus sit ambobus magister. Christus, & ipse sit epistola finis, qui factus est ad iustitiam omnium credenti.

Ad aliterum Thomam de sancto Andemaro, qui transgressus terminum quem posuerat, annuas adhuc petebat indulcias, ob studium literarum eardem conversionem suam. Epist. CVIII.

C Arissimo filio suo Thomæ, frater Bernardus Claraualis vocatus abbas, in spiritu timoris ambulare. Bene facis agnosces

debitum tuę promissionis, & dilate reatum solutionis non dilitens. Sed volo te non solum quid, sed & cui promiseris, cogitare. Nam ego mihi nihil vsu po ex eo, quod

me coram, & non mihi promissum, se mecum recolis. Frustra proinde times exploratum tibi in à me super frustratoria

dilatione, qui teitis accitus sum, & non dominus voti. Vidi, & gaudis sum. Et hoc oro, vt gaudium meum plenū sit, quod

non erit nisi cum fuerit impleta promissio. Terminum posuisti, quem non oportuit transgredi. Transgressus es, quid ad me?

Tuo Domino stas aut cadis. Mihi sanè decretum est pro imminente periculo non probris, non nimis agere tecum, sed monitis, idque quatenus equo admissis animo.

Si me audieris, bene: si non, ego non iudico quemquam: est qui quærat & iudicet. Qui enim iudicat nos, Dominus est.

Et hinc tibi plus timendum arbitror ac dolendum, quia non homini, sed Deo mentitus es. Et si ego (vt vis) tua verecundia parco coram hominibus: num, illa que coram Deo est impudentia, impunita relinquitur? Quid quæso rationis habet verecundari ad diem hominis, & vultum Dei non vereri? Nam vultus Domini super facientes mala. Tu ergo plus times opprobria, quā tormenta, & qui trepidas ad linguam carnis, contempsisti gladium qui deuorat carnes? Hæcine est illa notum nicherrima compositio, qua informari te vobis scientiæ huius apprehensione, cuius studio, & amore sic ferues, vt non vercaris

sancto proposito præiudicium facere? Sed
 H quæso te, quod memoriale virtutis, quæ
 laus disciplinæ, quis scientiæ profectus, vel
 artis fructus, trepidare timore, ubi non est timor,
 & timore Domini relinquere? Quam
 salubrius disceres lesum, & hunc crucifixum?
 Quam vtique scientiam haud facile, nisi qui
 munus crucifixus erit, apprehendit? Falle-
 ris fili, falleris si te putas inuenire apud mû-
 di magistros, quam foli Christi discipuli, id
 est, mundi contemptores Dei munere asse-
 quuntur. Nec. n. hanc lectio docet, sed vn-
 ctio: non litera, sed spiritus: non eruditio,
 sed exercitatio in mandatis Domini. Semi-
 nate, inquit vobis ad iustitiam, metite spem
 vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ: Vi-
 des quia non recte proditur ad lumen sci-
 entia, nisi iustitiæ germen præcedat ad ani-
 mæ, ex quo formetur granum vitæ, & non
 palca gloriæ. Quid ergo? Nondum tibi ad
 iustitiam seminasti, nondum spei manipu-
 los mœssuisti, & veram te præsumis sectari
 scientiam? Nisi forte pro vera supponitur
 illa quæ inflat, & stultius eras appendens
 argentum tuum non in panibus, & labores
 tuos non in futuritate. Obsecro redi ad cor
 & aduerte hunc annuum terminum, quem
 tu tibi indulxisti in iniuriam Dei, non esse
 annum placabilem Domino, sed discordiæ
 seminarium, iræ fomitem, nutrimentum apo-
 stasiæ, qui spiritum extinguat, gratia inter-
 cludat, teporem afferat illum qui Deo solet
 vomitum prouocare. Heu heu videris mihi
 vno spiritu ambulare, sicut, & vno cenferi
 nomine cum altero illo Thoma, olim scilicet
 præposito de Beuerle: q̄ cum se similiter
 nostro ordini, & nostræ domui toto deside-
 rio deuouisset, cœpit induciari, & ita paula-
 tim refrigerare, donec subita, & horrenda
 morte præreptus, factus de medio est facu-
 laris, & præuaricator, & duplo filius gehennæ.
 Quod ab eo, si fieri potest, auertat mis-
 ericors & miserator Dominus. Extat episto-
 la, quam ad cum frustra scripsi, nisi quod
 meam ipsius animam liberaui, denuncians
 quod in me fuit quæ oportet fieri cito. Bea-
 tus foret si me audisset. Dissimulauit: mun-
 dus ego sum à sanguine eius. Verum id
 non sufficit mihi: quia etsi sim in facto isto
 securus de me: illa tamen quæ non querit
 quæ sunt, caritas vtget me lugere illum,
 qui securus non exiit, quoniam male secu-
 rus vixit: O iudiciorum Dei abyssus multa,
 & terribilis in consilijs Deus super filios ho-

minū. Spiritum donauit, quem erat denuo
 ablaturus, vt esset supra modū peccans pec-
 catum: & gratia subintravit, vt abundaret
 delictum. Quod tamen non fuit culpa dan-
 tis, sed addentis præuaricationem. Sui ni-
 mirum arbitrij erat, quod male liber libe-
 rum habuit contristare spiritum cōtemnere
 gratiam, nec mancipare effectui suggestum
 Dei, vt posset dicere: Gratia Dei in me ve-
 cua non fuit: Tu si sapias, illius insipientia
 proderit tibi, & lauabis manus tuas in san-
 guine peccatoris, & curabis cito absolue-
 re te à laqueo perditionis, me à timore horri-
 bili Ego enim haud secus fero, fateor, uer-
 sionem tuam, quam euiscerationem meam,
 quoniam carissimus factus es mihi, & pa-
 terno te amplector affectu. Ea propter ad
 omnem recordationem tuam, animam meam
 tranfuerberat gladius iste timoris, tanto a-
 cerbius, quanto minus timentem cōsidero.
 Scio nempe, ubi de talibus ægerim: Cum
 dixerint pax, & securitas, tunc subitaneus eis
 superueniet interitus, tamquam in utero
 habenti, & non effugient. Multa autem
 presentio immere tibi pauenda tardanti
 respiscere, tamquam multa expertus, quæ
 sic cognouisses & tu. Crede ergo experto,
 crede amanti, cui ex altero non falli, ex al-
 tero non fallere inesse cognoscis.

*Ad illustrem iuuenem Gaufridum de pero-
 na, & sociis eius. Epist. CIX.*

Dilectis filijs Gaufrido, & socijs
 eius, Bernardus abbas dictus
 Claraualis, spiritum consilij,
 & fortitudinis. Sermo qui in-
 sonuit ædificat multos, imò vniuersalem læ-
 tificat ciuitatem Dei, ita vt lætentur cali, &
 exultet terra, & omnis lingua glorificet Deū
 de vestra conuersione. Terra mota est, quia
 cali destillauerunt à facie Dei Sinai, pluetes
 istis diebus solito abundantius pluuiam vo-
 luntariam, quam segregauit Deus hæredi-
 tati suæ. Non apparebit vltra vacua in vo-
 bis crux Christi, quemadmodum in multis
 filijs diffidentia, qui tardantes conuerti ad
 Dominum de die in diem, improuisa mor-
 te subtrahit, in puncto descendunt ad inter-
 ros. Omnino restoruit, & nunc quasi de no-
 uo lignum, in quo pependit Dominus glo-
 riæ, qui mortuus est non tantum pro gen-
 te, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congre-
 garet in vnum. Ipse ipse colligit vos, qui
 diligit

diligit vos tamquam viscera sua, tamquam fructum preciosissimum crucis suæ, tamquam dignissimam recompensationem effusi sanguinis sui. Si ergo gaudent angeli super uno peccatore penitentiam agente, quid in tam multis, & in illis peccatoribus qui quanto illustriores videbantur in sæculo, scientia, genere, iuuentute, tanto pluribus erant perditionis exemplum? Legeram: Nō multos nobiles, non multos sapientes, non multos potentes elegit Deus: at nunc præter regulam mira Dei potentia talium conuertitur multitudo. Vilescit gloria præfens, iuuentutis flos conculcatur, nō reputatur generositas, sapientia mundi stultitia iudicatur, non acquiescitur carni & sanguini, parentum & carorum renunciatur affectibus, fauores, & honores, & dignitates reputantur vt stercora, vt Christus lucrifiat. Laudarem vos, si vobis hæc accidisse ex vobis cognoscerem. Ceterum digitus Dei est iste & mutatio planè dextere excelsi. Datum optimum est, & donum perfectum, nec dubium quin descendens à patre luminum. Idcirco in ipsum omne præconium iure referimus, qui facit mirabilia solus, qui fecit ne in vobis otiosa iam esset ea quæ apud se est copiosa redemptio. Quid igitur opus est factio, dilectissimi, nisi vt satagatur quomodo laudabile propositum, dignum consequatur effectum? Studete proinde perseverantia, quæ sola virtutum coronatur. Nō inueniatur apud vos, est, & non, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, apud quem nimirum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Vos quoque fratres in eandem imaginem transformamini à claritate in claritatem tamquam à Domini spiritu, curantes omni vigilantia, & ipsi nō inueniri leues, instabiles, fluctuantes. Scriptū

1ac. 1. a est enim: Vir duplex animo, inconstans est
Eccl. 3. d in omnibus vijs suis. Et rursum: Vt ingrediens terram duabus vijs. Et ego carissimi quantum congratulor vobis, tantum gratulor & mihi, qui vt accepi, dignus habitus sum minister eligi consilij huius. Et consilium do, & auxilium spondeo. Si videlicet ~~deus~~ ~~inductor~~ non recuso laborem, nō deero pro viribus. Deuotus suppono humeros, etsi iam fessos, sarcinæ huic, si mihi cælitus imponatur. Lætus & obuijs (vt dicitur) manibus excipio ciues sanctorum, & domesticos Dei. Quam

1sa. 21. d libens, iuxta mandatum propheticum, oc-

curro cum panibus, fugientibus à facie gladij, aquam fero sitientibus. Reliqua posui in ore nostri, imò & vestri Gaufridi. Quidquid vobis vice nostra dixerit ille, nostrum non dubitatis esse consilium.

Ad presentes eiusdem Gaufridi consolationem. Epistola CX.



filium vestrum Deus facit & suum, quid vos perditis, aut ipse quid perdit? Fit de diuite ditior, de nobili generosior, clarior de illustri, & quod his omnibus maius

est, sanctus de peccatore. Oportet autem cum præparari regno, quod sibi paratum est ab origine mundi, atque huius rei gratia modicum tempus quod viuere habet, mittere nobiscum, donec abiat spuria vite secularis, ac terreno deterfo punere, celesti mansioni fiat idoneus. Si diligitis eum, gauidebitis utique quia vadit ad patrem, & talem patrem. Ipse quidem vadit ad Deum, sed vos non perditis eum, qui potius multos per eum acquiritis vobis filios. Quotquot sumus in Claraualle, vel de Claraualle, ipsum in fratrem, vos in parentes suscipimus. At fortassis metuitis corpori eius vite asperitatem, quod nimirum teneri notis esse, ac delicatum: Ceterum de huiusmodi timore dicitur: Ibi trepidauerunt timore, ubi non fuit timor. Confidite, consolamini. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, quousque de meis manibus excipiat eum pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Nolite ergo lugere, & nolite flere: quia Gaufridus vester festinat ad gaudium, non ad luctum. Ego ero illi pater, & ego mater, ego frater & soror. Ego faciam si praua in directa, & aspera in vias planas. Ego ei omnia & temperabo, & sic dispensabo.

vt & spiritus proficiat, & corpus non deficiat. Denique seruiet Domino in lætitia & exultatione, & cantabitur vijs Domini, quoniam magna est gloria Domini.

personæ Helia monachi ad parentes suos.
Epistola CXI.

Matth.
10. 2.

Mich. 7.

Sola causa qua non liceat obedire parentibus, Deus est. Ipse enim dicit: Qui amat patrem & matrem plus quam me, non est meus. Si me vere ut boni, ut pii parentes deligitis: si veram, si fidelem erga filium pietatem habetis: quid me patri omnium Ieo placere satagentem inquietatis, & ab eius seruitio, cui seruire regnare est, retrahere attemptatis? Verè nunc cognosco quia inimici hominis domestici eius. In hoc vobis obedire non debet, in hoc vos non agnosco parentes, sed hostes. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad meum atque vestrum, immo vniuersorum patrem. Alioquin quid mihi & vobis? Quid à vobis habeo nisi peccatum & miseriam? Hoc solum quod gesto corruptibile corpus, de vestro me habere fateor & agnosco. Non sufficit vobis quod me in hac sæculi miseriam miserè miserum induxitis: quod in peccato vestro & peccatores peccatorem genuistis: quod in peccato natum, de peccato nutritis: nisi etiam inuidendo mihi misericordiam quam consecutus sum ab eo, qui non vult mortem peccatoris, filium iniqui gehennæ faciatis? O durum patrem, o sauiam matrem, o parentes crudeles & impios, immo non parentes, sed peremptores, quorum dolor, salus pignoris: quorum consolatio, mors filij est. Qui me malunt perire cum eis, quam regnare sine eis. Quo me rursus ad naufragium, vnde tandem nudus euasi: rursus ad ignem, vnde vix semiustus exiui: rursus ad latrones, à quibus semel sum relictus sum, sed miserante Samaritano iam aliquantulum conualui, reuocare conatur, & militem Christi prope iam capto caelo triumphatam (quod non in me glorior, sed in eo qui vicit mundum) ab ipso iam introitu gloria, tãquam canem ad vomitum, tanquam suam ad lutum, ad sæculum reducere moluntur. Mura abustio. Domus ardet, ignis instat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, euadenti suadetur regredi? Et hæc ab his qui in incendio positi sunt, & obstinatissima dementia, ac dementissima oblatione fugere periculum nolunt. Proh furor, si vos contemnitis mortem vestram, cur etiam appetitis meam? Si inquam negligitis salutem vestram, quid iuuat etiam

persequi meam? Quare vos non potius sequimini me fugientem, ut non ardeatis? An hoc est vestri cruciatum leuamen, si me etiam perimatis: & hoc solum timetis, ne soli pereatis? Ardens ardentibus quod solatium præstare poterit? Quæ inquam, consolatio damnatis socios habere suæ damnationis? Quodve remedium morientibus, alios videre morientes? Non hoc mihi persuadet diues ille, qui in tormentis desperatus de sua liberatione, rogabat nunciari fratribus suis, ne & ipsi venirent in locum eundem tormentorum, timens proculdubio ex suorum cruciatu augeri suum.

Quid ergo? Ibo & consolabor lugentem matrem meam mei ad tempus visitatione, ut in æternum lugeam & me & ipsam sine consolatione? Ibo inquam, & satisfaciam patri meo irascenti pro mei ad tempus absentia: consolandus & ipse ad tempus de eius presentia, ut postmodum & quique pro se, & utrique pro alterutro inconsolabili desolemur tristitia? En potius exemplo Apostoli non acquiescens carni & sanguini, vocem audiam Domini iubentis: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et cantabo cum David: Renuit consolari anima mea. Et cum Ieremia: Diem hominis non concupiui: Domine, tu scis. Quid enim? Funes ceciderunt mihi in præclaris, & cælestis hæreditas præclara est mihi, & terrena adulatur promissio, blanditur consolatio carnis? Gustato spiritu, necesse est desipere carnem. Affectanti cælestia, terrena non sapiunt. Aeternis inhiati fastidio sunt transitoria. Desinite igitur parentes mei, desinite & vos frustra plorando affligere, & me gratis reuocando inquietare, ne fradeceritis nuncios ultra mittere pro me, plus me elongare cogatis. Si autem dimittitis, Claramuallem in perpetuum non dimittam. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Ibi pro meis atque vestris peccatis iugiter orabo: ibi precibus assiduis (quod & vos cupitis) impetrabo si poterò, ut qui eius amore hoc modico tempore ab

~~inuicem separamur in alio~~

periculo simul reici, &
inseparabili societate,

in eius amore viuamus per omnia sæcula sæculorum

Amen.

Luc. 16.

Matth.
8. c.
Ps. 76. a
Hier. 17

E

Ad

D. Bernardi Epistola.

Ad Gaufridum Lexoniensem.
Epistola C X I I.

Doleo super te, fili mi Gaufride, doleo super te. Et merito. Quis enim non debeat florem iuuentutis tuæ, quem lætantibus Angelis Deo illibatam obtuleras in odorem suauitatis, nunc à demonibus conculcari, vitiorum spurcitijs, & sæculi sordibus inquinari? Quomodo qui vocatus eras à Deo, reuocantem diabolus sequeris? & quem Christus trahere cœperat post se, repente pedem ab ipso introitu gloriæ retraxisti? In te experior nunc veritatem sermonis Domini, quem dixit: Inimici hominis domestici eius. Amici tui, & proximi tui aduersum te appropinquauerunt & steterunt, reuocauerunt te in fauces leonis, & in portis mortis iterum collocauerunt te. Collocauerunt te in obscuris sicut mortuos sæculi, & iam parum est, vt descendas in ventrem inferi, iam te deglutire festinat, ac rugientibus præparatis ad escam tradere deuorandum. Reuerte quæso, reuerte prius quam te absorbeat profundum, & vrgeat super te puteus os suum: prius quam demergaris, vnde vltimus nõ emergas: prius quam ligatis manibus & pedibus proijciaris in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium: prius quam detruaris in locum tenebrosum, & operitû mortis caligine. Erubescis forte redire, quia ad horam cessisti? Erubescere fugam, & nõ post fugam reuerti in prælium, & rursus pugnare: necdum finis pugnæ, necdum ab inuicem dimicantes acies discesserunt, adhuc victoria præ manibus est. Si vis, nolimus vincere sine te, nec tuam tibi inuidemus gloriæ portionem. Læti occurremus tibi, lætis te excipiemus amplexibus dicemusque: Epulari & gaudere oportet, quia hic filius noster mortuus fuerat, & reuixit; perierat, & inuentus est.

Mic. 7. b
Ps. 37. a

E

Ad Sophiam virginem. Epist. C X I I I.

Bernardus abbas de Claraualle, Sophiæ virginis virginitatis seruare animum, apprehendere fructum. Fallax gloria, & vana est pulchritudo: mulier timens Deum, ipsa laudabitur. Condeictor filia gloriæ virtutis tuæ qua fallacem mundi gloriã respuisse narraris. Ipsa quidem dignè respui-

Prou. 31
d

tur, sed quia multi aliter sapientes in eius æstimatione desipiunt, tu iure laudaris, quia non falleris. Flos fœni est, vapor est ad modicum parens, Ipse eius quasi funque fluitus non te plus anxietatis quam iucunditatis habet? Dum vendicās, dum defendis, dum irasides, dum suspicaris, cum semper ambis quæ non habes, & non vultis accipi, acquirendi non tepescit ardor, quæ requies in gloria tua? Si qua tamen est, præterit iucunditas non reditura, & manet anxietas non relaxatura. Ceterum vides, eam quam plurimos non apprehendere, cõtemnere perpaucos. Cur hoc? Profecto quia necessitas multorum est virtus paucorum. Paucorum, inquam, paucorum, præsertim nobilium. Denique non multos nobiles, sed ignobilia mundi eligit Deus. Proinde benedicta tu in nobilibus, quæ pro gloria certantibus ceteris, de contemptu gloriæ gloriosius sublimaris, & sublimius gloriaris. Insignior plane atque illustrior, quod de paucis factus es, quam quod orta de magnis. Illud namque Dei munere tuum est, hoc tuorum. Porro quod tuum est, tanto carius est, quanto magis in femina fragili & nobili. Denique mulierem fortem quis inueniet? Multo magis quis fortem & nobilem? Minime quidem Deus est acceptor personarum: nescio tamen quo pacto virtus in nobili plus placet. An forte quia plus claret? Siquidem ignobilis cum caret gloria, non facile liquet, vtrum quia nolit, an quia non possit habere.

Prou. 31
b

Laudo factam de necessitate virtutem, sed plus illam quam elegit libertas, non indicit necessitas. Certent ego ceteræ, quæ spem non habent pro rerum fugacium atque fallacium vili breuique gloriola, tu spei quæ nõ confundit innitere. Tu te, inquam, ei quod breue hoc ac momentaneum tribulationis tuæ supra modum in sublime operatur ponderi gloriæ reseruato. Quod si tibi exprobrauerint filia Belial, illa quæ extento collo, fractis incedunt gressibus, compositæ & circumornata vt liminatio templi. Responde: Regnum meum non est de hoc mundo: Responde: tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Responde: Gloria me abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vitam meam: tunc & ego apparebo cum ipso in gloria. Quamquam etsi gloriari oporteat, potes tu quoque ingenuè

H

ingenie, potest lecturę tantum in Domino. Omnia sunt coronam, quam tibi Dominus comparauit in eternum. Sicut repromissio, & quę te in posterum manent, quod felix sponsa admittenda est reuelata facie speculum glorię sponsi tui, quod tibi exhibetur est gloriosus, non habet in malam aut rugam, aut aliquid humilitatis: quod æternis excepturus amplexibus, poterit lauari sub capite tuo, & dextera illius amplexabitur te. Prætereo locum promissum, quem virginittatis prærogatiua singulari a filiis, & filiabus in regno es proculdubio sortitura. Sileo & canticum illud regium, quod virgo cum virginibus singulari nihilominus, dulcique modulamine canitura lætaberis in ipso, & lætificabis ciuitatem Dei cantans, & cursitans, & sequens agnum quocumque ierit. Illud siquidem nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod tibi præparatum est, & cui te præparari oportet. Hęc ergo prætermitto, quę in futuro reposita sunt, tibi presentia tantum loquor, ea loquor, quę de primitiis spiritus iam te es: sponsi xenia, aras sponsalittas, benedictiones dulcedinis, in quibus te præuenit, quem & subsequiturum atque quod deest completurum expectas. Ille, ille in medium ueniat summo decore spectabilis, ipsis quoque Angelis admirandus ornatus, & proferant si quid simile habent filie Babylonis, quarum uere gloria in confusione. Induuntur purpura, & bysso, & subinde conscientia pannosa iacet. Fulgent in oculis, moribus sordent. Resonra tu foris pannosa, intus speciosa. Espondens, sed diuini aspectibus non humanis. Intus est quod delectat, quia intus est quem delectat, nisi forte tu dubitas habitare Christum per fidem in corde tuo. Denique omnis gloria eius filie regis abintus. Iucundare filia Sion, & uultu satis filia Hierusalem, quia concupiuit rex speciem tuam, si autem confessionem & decorem in quis amittit lumine sicut uento. Nempe confessio & purgatio in conspectu eius. Cuius? Speciosi forma pater filijs hominum. Ipsius in quem desiderant Angeli prospicere. Iudis cui places, ama unde places. Ama confessionem, ob quam auaris. Ama confessionem, si affectas decorem. Confessionem iungunt decorem, iungitur pulchritudo. Habes utrumque: Confessionem & decorem induisti. Et confessio, & pulchritudo in con-

specu eius. Reuera ubi confessio, ibi pulchritudo, ibi decor.

Si peccata sunt, in confessionem lauandur, si bona opera, confessione commendantur. Cum mala tua confiteris, sacrificium est Deo spiritus contribulatio. Cum Dei beneficia, immolas Deo sacrificium laudis. Bonum animę ornamentum confessio, quę & peccatorem purgat, & iustum reddit purgatiorem. Absque confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Tu quoque, tamquam qui non fit, perit confessio. Confessio igitur, peccatoris est uita, iusti gloria. Et necessaria est peccatori, & iustum nihilominus decet. Denique rectos decet laudatio. Serica & purpura & tincturarum fucus, decorem habent, sed non præbent. Quidquid tale applices corpori, exponit speciem suam non deponit. Secum denique tollit, cum tollitur ipsum. Porro decor qui cum ueste induitur, & cum ueste deponitur, uestis proculdubio est, non uestiti. Tu ergo noli æmulari in malignantibus, & mendicantibus pulchritudinem alienam, ubi perdidertint suam. Natiuo quippe, & interno se produnt decore nudas: quę tanto studio & pretio de diuersis, & varijs speciebus eius quę præterit figurę mundi, foris tibi conficere satagunt, unde oculis insipientium appareant speciosa. Indignum tibi iudica, formam a pellibus murium, & operibus uermium mutuari. Tua tibi sufficiat.

Ille est uerus, propriusque, eiusque rei decor, qui nulla interiaccante materia per se inest. O quã decenti rubore genas suffundit virgineas ingenti gemma pudoris. Quę in aures reginarum huic comparabuntur? Nec inferioris insigne decoris, disciplina præfert. O quã compositum reddit omnem puellaris corporis statum, nec non & mens habitum disciplina? Ceruicem submittit, ponit supercilia, componit uultum, ligat oculos, cachinos cohibet, moderatur linguam, gulam frenat, iram reddat, format incessum. Talibus decet pudicitie uestem distinguere a uarijs. Circundata uarietate uirginitatis, cui glorię merito non præfertur? Angelica, Angelus habet uirginitatem, sed non carnem, sane felicitior, quã fortior in hac parte. Optimus, & optabilis ualde ornatus iste, qui & Angelis possit esse inuidiosus, sed ad-

verte, & aliud de eodem. Profecto tanto tibi manet tutus, quanto, & proprius. Vides nempe auro, & argento, lapidibus preciosis, & omni quoque cultu regio non tam ornatas, quam oneratas. Vides longas post se trahentes fimbrias, ipsasque preciosissimas, & densas pulueris nubes excitantes in aera, non te moueat hæc. Illa illa, vel in morte deponet, te tua sanctitas non relinquet.

Ep. 11. Non sunt sua quæ portant. Cum interierint non fument omnia, neq. descendet cum eis gloria hæc. **M**unus sunt, nudis illis excuntibus retinebit, eisdem vanis vanas similiter alias seducturus. At vero tuus ille ornatus non ficit. Firmissime tibi (vt dixi) manet propterea tutus, quia tuus. Nullus facile, aut cedit iniurijs, aut patet insidijs. Aduersus huiusmodi nil furis calliditas, nil ferentis crudelitas potest. Nec à tincis roditur, nec vetustate corrumpitur, nec consumitur vsu. In morte viuunt. Nimirum anima res est, non corporis: & ob hoc simul cum anima de corpore abit, non obit cum corpore. Porro animæ non habent quid faciant etiã qui corpus occidunt.

Ad alteram sanctimoniale.
Epist. CXIIII.

Magnũ est mihi gaudiũ quod te ad verũ, & perfectũ gaudium velle tẽdere comperi, quod non est de terra, sed de cælo: id est, non de hac conualle plorationis, sed de illa, quam fluminis impetus latificat ciuitatem Dei. Et reuera illud, verum, & solum est gaudium, quod non de creatura, sed de creatore concipitur: & quod cum possideris, nemo toller à te. Cui comparata omnis aliunde incãditas, mœror est, omnis suauitas, dolor est: omne dulce, amarum: omne decorum, fœdum: omne postremo quodcumq. aliud delectari possit, impletum. Denique tu mihi testis es in hac re. Te ipsam interroga: quia tu tibi familiarius credes. Numquid non hoc ipsum clamat in corde tuo Spiritus sanctus? An non tibi iam ab ipso, ~~vt scis, quia~~ rei veritas persuasa est? Quando enim tu femina, & iuuenula formosa, & ingenua, sic fragilem, & sexum vinceris, & ætatem, sic spectabilem, & formam, & generositatem cõtenueres, nisi cum cuncta, quæ corporis sensibus subiacent in istorum iam tibi comparatione vi-

lescerent, quæ te interius, & conuincas, & delectant, vt præferas? Nec immerito. Modica, transitoria, terrena sunt quæ despicias: maxima, æterna, cælestia sunt quæ appetis. Plus dicam, & verum dicam. Tenbras desis, & lucem ingrederis, de profundo fludum emergis ad portum. De misera seruitute, in felicem libertatem respiras. De morte denique transis ad vitam. Si quidem vsq. modo tua non Dei voluntate, tua viuens non Dei lege, viuens mortua eras. Viuens mudo, mortua Deo: siue (vt verius loquar) nec mundo viuens, nec Deo. Voles quippe sub habitu, & nomine religionis insular vnus de sæculo conuersari, sole Deum à te voluntate repuleras. Non autem valens quod stulte volebas, non te quidem mundum sed te mundus repulerat. Deum ergo repellens, & a sæculo repulsa, inter duas (vt dicitur) fellas corrueras. Nec Deo itaque viuebas, quia nolebas: nec sæculo, quia non poteras, alteri quidem volens, alteri inuitus, sed tamen vtrique mortua. Sic debet contingere his, qui vouent, & non soluant quæ aliud foris ostentant, & inuisa aliud appetunt. At vero nunc per Dei misericordiam incipis reuiuiscere, non peccato, sed iniuria: non sæculo, sed Christo: sciens quia, & sæculo viuere mors est: & in Christo etiam mori, vita. Beati nempe mortui, qui in Domino moriuntur. Ex hoc iam nec votum tuum irritum, nec cassam professionem euasabimur. Ex hoc iam nec corporis integritas animi corruptione infirmabitur, nec morum præuitate virginitatis titulus obscurabitur. Ex hoc iam nec falsum nomen, nec vacuum velamen portabis. Vt quid enim hæctenus nomine sanctimonialis vocitatus es, quæ sub sanctitatis nomine non tamen sancte conuersatus es? Cui velum in capite mentiebatur reuertentiam? & sub velo petulans oculus exhibebat sapudentiam? Caput siquidem gerebas velatum sed clarum. Sub signo verecundis sermo resouabat inuerecundus. Risus in moderatio, in cessus lasciuioi, vestis ornatio, vni imitata magis quam velate congruerent. Sed ecce iam vetera Christo auctore transferunt, & noua fieri incipiunt omnia: dum cultum exteriorum interiore committas, & magis vitam quam vestem appetis habere ornata. Vt cis quod debes, immo quod iam omnino esse debueras: nam olim iam voueras. Sed spiritus, qui sicut, & vbi vult, & quando vult spi-

B
Apo. 14

D. Bernardi Epistola.

mihī, nec tibi est vnde appaream. Est tamen penes te vnde possis de me vtrumque conijcere, etsi nondum cognoscere quod dico.

F Intra ergo cor tuum, & inspicere meum: & vel tantum mihi tribue amoris erga te, quātum tibi erga me inesse sentis, ne si nos quidem minus, te verō amplius amare præsumpseris, eā te nobis præsferre puteris, quo, & vincere nos caritate putaueris. Ceterum tuæ modestiæ est potius id sentire de nobis vt qui te affectu ita me diligere, & eligere ad cōsiliū tuæ salutis, æquē affecteris, & me in obsequium tuæ dilectionis. Tu ergo videris quomodo me tecum retinueris: ego (vt verum fatear) nusquā abs te absque te recedo. Hæc tibi interim de via breuiter in transitu scribere volui, sperans me maiori ocio maiora missurum, si Deus annuerit.

Ad eandem. Epistola CXVII.

R Ecepi delicias cordis mei, pacem tui. Latus sum, quia tu læta nunciaris: meque admodū animo reddit incolorem, tua innotescens alacritas. Hęc nimium læticia nil habet de carne, & sanguine, cum humilis, ex sublimi, ex ingenua ignobilis, pauper ex diuite viuas, fratris, filij, patriæque destituta solatio. Sine dubio ergo quod in te alacritatis natū est, de Spiritu sancto est. Quippe iam dudū à timore Dei cōcipiens parturisti iam tandem spiritum salutis, foras vtrique mittente caritate timorem. O quā liberius ista præsens colloquerer, quam scribo absens? Crede mihi, ita forte occupationibus, quibus frequenter impediri videor ne te videam: & delector occasionebus, quibus, vel interdum expediri videor, vt te videam. Rara quidem datur huiusmodi oportunitas, sed chara, fa teor, est mihi, vel ipsa raritas. Est enim sane melius videre te, vel nonnunquam, quam nuquam omnino.

Spero me
in pro-

ximo venturum ad te, ubi tunc
prælibans gaudium proximè, pleneque
futurum.

Ad Beatricem nobilem, & religiosam matronam. Epistola CXVIII.

M Iror tuæ deuotionis studium, tuę erga nos dilectionis affectum. O bona domina, quid tibi & nobis? Vnde tanta tibi solitudo de nobis? Si filij, si nepotes, si vel aliqua extrema propinquitatis linea tibi iuncti essemus, tua crebra beneficia, frequemes temptationes, innumera denique amoris insignia, quæ quotidie experimur, non tam nobis miranda viderentur, quam ex debito suscipienda. Nunc autem cum genere tantum dominam non matrem te cognoscimus, non mirum si miramur, sed mirum si fati mirari possumus. Quis enim notorum, vel cognatorum nostrorum curam habet de nobis? Quis vniquam de nostra salute interrogat? Quis inquam, non dico sollicitus, sed vel memor nostri est, in saculo? Amicis, propinquis, vicinis nostris facti sumus tanquam vas perditum, sola nos obliuisci non potes. Inquiris de esse, & statu sanitatis nostræ, de via qua nuper egimus, de monachis, quos ad alium locum transtulimus. De quibus breuiter respondeo, quod de terra deserta, & de loco horrois, & vastę solitudinis introducti sunt in abundantiam rerum, ædium, & amicorum: in terram denique fertilem, & locum amœnę habitationis. Letos itaque, & in pace reliquimus, læti nos, & in pace reuersi sumus: præter quod ego paucis diebus, sed non parum febre deunte, ita vt mori timerem, aggregatus fui. Sed rursus Deo miserante cito conualui, ita vt nunc fortiosem, sanioresque me sentiam post viam peractam, quam ante inchoatam.

*Ad Ducem & Ducissam Lotharingia.
Epistola CXIX.*

D Vci, & Ducissæ Lotharingiæ Bernardus abbas de Claraualle, sic suis adiuicem charis, ac castis delectari amplexibus, vt solus Christi amor superet in ambobus. Ex quo coepimus mutere pro nostra necessitate in terram vestram, multam semper in oculis vestræ dignitatis familiaritatem, & gratiam. Benedictione largitatis vestræ, nostris hominibus cum necesse fuit, libera.

liberiter et iunctis. Passim enim esse sentimus, & si quod est aliud vobis vestri debitum, mercatoribus libenter dimittitis. De quibus omnibus sine dubio merces vestra voluta est in oculis. Si non verum esse credimus quod Dominus in Euad. elio promittit: Quamdiu fecistis vni ex minimis istis, non minuetis. Sed quæ est, quod ministros vestros, quæ vos donastis, exigere vrsus permittitis? Dignum est vobis, & honorificum, vt quod vobis pro salute animarum vestrarum placuit donare, nemo vestrorum repetere audeat. Si ergo vos (quod absit) beneficiorum vestrorum non pœneret: *2. Cor. 9. b* Denique quod in beneplacito vestro à vobis sæpe recepimus, æquè adhuc vt habeamus vtrique vestrum complaceat: iuberè ita firmiter, & inconcussè teneri, quatenus vltra fratres nostri à nullo ministrorum vestrorum timeat propter hoc disturbari. Alioquin non tenuimus Dominum nostri sequi exemplum, qui pro se non indignatus est solvere censum: parati, & nos liberè, quæ sunt Cæsaris Cæsari reddere, & vectigal cui vectigal, & tributum cui tributum, præsertim quia (iuxta Apostolum) non tam debemus requirere datum nostrum, quàm fructum vestrum.

Ad Ducissam. Epist. CXX.

GRatias agimus Deo pro tã deuota voluntate, quam erga ipsum, & seruos eius vos habere cognouimus. Quoties enim in corde carnali terrenis dignitatibus alio vlla, vel minima scintillula cælestis amoris accensa videtur, diuinum sine dubio est munus, non hominis virtus. Et nos quidem largitatis vestra vestris in litteris nobis oblata beneficia grate amplectimur. Sed cognita illa subra, & grandi fati occupatione, qua vos nunc detineri necesse est, conueniens ducimus vestram quantum vobis placuerit, expectare opportunitatem. Nemini enim quantum in nobis est vellemus esse oneri, præsertim in his quæ ad Deum pertinent: vbi non dati lucrum, sed dantis fructum magis requirere debemus. Diem itaque nobis si placet, atque locum describendo per hunc nuncium nominatè, qui famulante Deo præsentè expedita instanti, vobis partibus appropinquare debeatis, & fructu quidone vobis obuiam factò,

si quid in terra vestra inuenierit, quod apud sit ordini nostro, promissa vestra expeditus, atque alacrius complectis. Hilarem enim datorem diligit Deus. Aut si forte non placeat vobis dilatio, & hoc notificare, quia parati sumus in hac re quantum ratio patitur, vestra obtemperare voluntati. Ore vestro Ducem salutamus, & tam ipsum quàm vos admonemus, vt si castrum, pro quo gueram facturi estis, vestri iuris non esse noueritis, pro Dei amore relinquatis. Scriptum quippe est. *Matth. 16. e* Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur: se autem perdat, & detrimentum sui faciat?

Ad Ducissam Burgundia. Epist. CXXI.

Vestra dignationis specialis familiaritas, quam erga nos pauperes homines habere videmini, eousque progressa est, vt quisquis vestram dignitatem se habere sentit, infensam, per nullum facilius quàm per nos confidat redire in gratiam. Hinc est, quòd dudum Diuione cum essem, Hugo de Besua multis me precibus ad placendam sibi vestram, quam meruerat, indignationem applicauit: & vt coniugio de filio suo, quod vobis quidem non placitum, sed sibi (vt putat) commodum irretactabiliter facere statuerat, amore Dei, & nostro, assensum præberetis. Cuius rei causa ecce nunc rursus tam suis, quàm suorum precibus aures nostras pulsare curauit. Et nos quidem utilitates illius terrenas non valde curramus. Verumtamen quia res (vt ipse dicit) ita in arcto posita esse videtur, quatenus nisi cum ipsius periurio, nequaquam possit obiciari coniugio, hoc vobis intimare conueniens duximus: quia grandis debet esse vtilitas, quam Christiani & vestri hominis legalitati præponere debeatis. Neque enim, & periurus esse, & legalis simul manere poterit. Quamquam etiam vobis non solum nullum lucrum, sed & multum videamus ingruere periculum: si quos fortassis Deus coniungere disposuit, per vos disturbari contigent. Suam gratiam adiciat dominus, & iugiter vestros diligibilissima, mihi que in Christo dilectissima Domina. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: erogate vestrum frumentum pauperibus Christi, vt in æternum cum vsura recipiatis.

Epistola Domini Hildeberti Turonensis Archiepiscopi ad Bernardum Abbatem.

Rescriptum Clericallis Alouari ad eundem. Epistola CXXIII.

Epistola CXXII.

M Balsamum ex odore suo, & arborem ex fructu cognosci, paucos credimus ignorare. Sic & nobis ex opinione tua charissime frater innotuit, quam sis ad sanctimoniam compositus, & integer ad doctrinam. Cum enim locorum interitibus longius à te separemur, ad nos tamen usque peruenit quam iucundas noctes cum tua Rachele ducas, quæ progenies ex Lya tibi exuberet, quam totum te exhibeas & cultorem virtutis, & hostem carnis. Non alium loquuntur te, quicumque loquuntur nobis de te. Talis est odor olei effusi nominis tui, talia iata tuorum præmia meritorum. Has ex agro tuo spicas ante supremam colligis messioneis. In hac enim vita quedam merces virtutis est, conspicuum & immortale testimonium. Hoc ipsa sibi comparat, hoc sibi ipsi custodit. Huius splendor non inuinitur inuidia, non exterioribus studijs adiuuatur. Quippe honorum æstimatio sicut falsis delationibus auferri non potest, ita æc adulatorijs fauoribus acquiri. Penes ipsos est, eam vel vbertate virtutum proficere, vel defectu minorari. Sane de celebrissima opinione tua spes in sinu Ecclesie reposita est, eam minime casuram, quoniam fundata creditur supra firmam petram. Ex ea nos tua edocti deuotione, desiderio desiderauimus in sacrarium familiaritatis tuæ recipi, ibiq; recordatione tecum esse, vbi te ipsum furatus colloquijs mortaliū, pro mortalibus loqueris cum Rege Angelorum. Porro huic desiderio nostro N. Trecentis Archidiaconus plurimum adiecit, vir moribus & literatura conspicuus.

A Eum tibi censeremus commendandum, nisi constaret illos quos tua dignis gratia, commendatione alia non eget. Si necis, illius etiam attestatione adiuuus te in Ecclesia esse, qui ad eruditionem virtutis, & exemplo sufficias, & Verbo. Ceterum ne litteris prolixioribus oneraris, scripto ponimus iuncta prædicta per te, donec exaudiri mereamur, hæc minime posituri. Quid autem ex hoc animi geras, doceri deprecamur tuarum recessu litterarum.

B Onus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Scripta gloriæ tuæ, immo & meæ facis libenter accepi, vir totius reuerentia, tenens in vno te non merito glorificem, & ipse non immerito glorier. Siquidem gloria nostra hæc est, tuæ sublimitatis dignatio, tua nostræ reputatio paritatis. Neque in alto non altum sapere, sed humilibus consentire, nil Deo charius, nil rariius apud homines. Quis sapiens nisi qui sapienter conuulsi recalcitret? An autem: Quanto maior es, tanto humilia te in omnibus. Hoc tu mihi exhibuisti: minori maior, senior iuniori. Possim proinde & ego tuam probatam sapientiam non indubius efferre laudibus, & forte iustioribus his, quibus me dignata est ipsa. Quippe interest ad dādā rerum certitudinem, quid incerta lætet opinio, quidq; opus euident reddat indubitatum, Quod autem certius probamus, hoc & prædicamus securius. Quæ ergo ad me de me tibi scribere placuit videris tu, vnde probaueris, ego laudum tuarum argumentum teneo minime dubium ipsas mei laudatrices litteras tuas, in quibus alium fortasse delectet eruditionis insigne sermo suavis & purus, oratio luculenta, gratum, laudabileq; compendium. Mihi vero præ his illa ducitur miranda humilitas, qua tantillum tantus præuenire curasti: & obsequio salutandi. A prædicandis, & precandi reuerentia. Sane quod ad me attinet lego de me in litteris tuis, non quod sum, sed quod esse vellem, & quod non esse, pudet. Verumtamen quod sum, tuum est: & si quid melius dei vniquam munere fuero iuuari fieri confido, reuerentissime, atque amantissimè pater.

Ecc. 3.

B

Ad Hildebertum Turonensem Archiepiscopum, qui nondum receperat Papam Innocentium. Epist. CXXIII.

M Agno sacerdoti, & excelso in Verbo gloriæ Hildeberto Dei gratia Turonensium Archiepiscopo, Bernardus Clarcualis Abbas dictus, in spiritu ambulans & piè ritualiter omnia examine. Vt verbis vos prophetis alloquar Consolatio abicōdita est

Osce 13.

C

et in oculis, quia mors diuidit inter fratres. Quidam enim iuxta Esaiam, videntur foedus percussisse cum morte, & cum inferno fecisse pactum. Ex quoque Christus dominus ille innocens potius est in unam, & in resurrectionem multorum. Nam qui Dei sunt, libenter iunguntur ei: quibus autem ex aduerso itat, aut Antichristi, aut Antichristus. Cernitur abominatio stare in loco sancto, que vt obtineret, incedit igni sanctorum Dei. Persequitur Innocentium, & cum eo omnem in nocentiam. Fugit ille nimium à facie leonis, sicut dicit propheta: *Ecce iugiter, quis non timebit?* Fugit secundum præceptum domini dicens: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Fugit, & in hoc vere virum se apostolici probans, quod apostolica sese forma insignierit. Nec enim Paulus erubuit in sporta dimitti per murum, & sic effugere manus quærentium animam suam. Subfugit autem non parcens vitæ suæ, sed dans locum ire: non vt mortem euaderet, sed vt vitam acquireret. Merito ecclesia Innocentio concedit ipsius vicem, quem per eadem vestigia gradientem cernit. Nec sane ociosa fuga Innocentij. Laborat quidem, sed honestatur in laboribus suis. Pulsus vixit ab orbe suscipitur. A finibus terræ occurritur cum panibus fugienti, etsi furor Semei Gerardi Angolimesis nodum ex toto quiescat maledicere Dami. Velit nolit peccator qui videt, & irascitur magnificatur in conspectu regum, portans coronam gloriæ. Numquid non omnes principes cognouerunt, quia ipse est vere Dei electus? Francorum, Anglorum, Hispanorum, & postremo Romanorum rex, Innocentium in Papam suscipiunt, & recognoscunt singularem episcopum animarum suarum. Solus adhuc ignorat Achitofel suum iam paratissimum & dissipatum consilium. Frustra enim querit miser super populum Dei malignare, conuenire, & cogitare aduersus sanctos, in Christo firmissime adherentes, & conuenientes cum re genua ante Baal. Nulla fraude inualebit parricidæ suo obtinere regnum super Israel, & super ciuitatem sanctam, que est ecclesia Dei viuentis, columna fidei, & vniuersum veritatis. Funiculus triplex difficile rumpitur. Electio mentis, approbatio prauum: & quod hic efficacius est, morum attestatio, Innocentium apud omnes commendant, summum confirmant Pontificem. Ad quod sanè, & vestra

pater expectatur, sicut pluuia in vellus, vel fera sententia. Non improbamus tarditatem, quæ grauitatem redolet, leuitatis abolet notam. Nã, & Maria non statim respondit Angelo salutanti, prius cogitans qualis esset illa salutatio. Et Timotheo precipitur nemini cito manum imponere. Dico tamen ego notus pontifici: Ne quid nimis dico vt familiaris, & notus, Non plus sapere quàm oportet sapere. Pudet fateor quod serpens vetustissimus noua audacia resistis insipientibus mulieribus, etiam robur pectoris vestri visus est attentare, & tãram Ecclesiæ columnã ausus concurrere. Confidimus autem quia etsi concutit, non deiecit: quoniam amicus sponsi itat, & gaudet ad vocem sponsi, vocem exultationis, & salutis, vocem vnitatis, & pacis.

Ad magistrum Gaufridum de Lorosorio.
Epistola CXXV.

ODor in flore, in fructu sapor requiritur. Odore prouocati charissime frater, olei effusi nominis tui, cupimus. & ex fructu operis cognoscere te. Non enim nos tantum, sed ipse quoque qui nullius eget Deus, opus tamen habet hoc in tempore opere tuo, si non dissimulas. Gloriosum tibi est, Dei esse posse coadiuotorem: posse & non esse, damnosum. Porro autem gratiam habes apud Deum & homines, habes scientiam, habes spiritum libertatis, habes verbum viuum, & efficacem, & sale conditum: nec oportet te prostantis viribus sponsi Christi deesse in tanto discrimine, cum sis amicus sponsi. Amicus liquidem in necessitate probatur. Quid enim? Tu tibi quiescis, & mater tua Ecclesia grauiter conturbatur? Habuit sua tempora quies, & sanctum oculum hæctenus sua negocia licenter, libenterque exercuit. Tempus faciendi nunc, quia dissipauerunt legem. Bestia illa de Apocalypsi, cui datum est loquens blasphemias, & bellum gerere cum sanctis, Petri cathedram occupat, ramquam leo paratus ad prædam. Altera quoque bestia iuxta vos subfibrat, sicut carum habitans in vobis. Ista reuocior, ista callidior, pariter conuenit, vni vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Demus operam quoque in vobis vincula eorum, & proicere a nobis iugum ipsorum. Nos in nostris partibus vna cum

Uis Dei feruis diuino igne accēsis, Deo co-
operante, laborauimus in conueniēdo po-
pulos in vnum, & reges, ad discipiendū pra-
uorum consensum, ad destruendam omnē
altitudinem extollente se aduersus scien-
tiam Dei. Nec infructuose: Alemanix, Fran-
ciæ, Angliæ, Scotiæ, Hispaniarum, & Hiero-
solymorum reges cum vniuerso clero, &
populis fauent, & adhærent domino In-
nocentio tanquam filij patri, tanquam ca-
piti membra, solliciti seruare vnitatem spi-
ritus in vinculo pacis. Merito autem illum
recipit Ecclesia, cuius, & opinio clarior,
& electio sanior inuenta est, nimirum eli-
gentiam, & numero vincens, & merito.
At tu frater quid adhuc negligis? Quous-
que vicino serpente tua male secura dor-
mitat industria? Scimus quidem te filium
pacis nulla posse ratione induci deserere
vnitatem, sed profecto non sufficit, nisi, &
defensare, atque ipsius quoque turbatores
totis viribus debellare studueris. Nec quie-
tis timeas detrimentum quod non paruo
tuæ gloriæ incremento recompensabitur,
si fera illa vicina vobis tuo studio mansue-
scat, vel obmutescat, & tantam Ecclesiæ præ-
dani (Comitem dico Pictaensem) in ma-
nu tua Dei pietas de ore leonis eripiat.

Ad episcopus Aquitania, contra Herar-
dum Engolismensem episcopum.
Epistola CXXVI.

Dominis, & patribus honoran-
dis, Lemouicensi, Pictaensi,
Petragoricensi, & Xantonen-
si, Dei gratia episcopis sanctis,
frater Bernardus abbas dictus de Claraual-
le constantiam in aduersis. Virtus in pace
acquiritur in pressura probatur, approbatur
in victoria. Tempus est, quo vestra, si qua
est, nec latere iam, nec torpere sinatur, re-
uerendi, & merito suspiciendi patres. Ho-
stilis siquidem gladius, qui vniuerso Christi
corpori mortem denuo nunc temporis in-
tentare videtur, vestris potissimum ceruici-
bus imminet, & in vos eo acrius, quo con-
uus debachatur: ita quot dianis assulti-
bus, aut resistere fortiter, aut accipere (quod
absit) cedere compellamini. Nam is, qui
amat primatum gerere inter vos Diocle-
phas, non recipit vos. Nec enim agnoscit
eum, quem tota vobiscum amplectitur Ec-
clesia venientem in nomine Domini, Non

hunc, inquam, sed qui venit in nomine suo
illum recipit. Nec mirum. Et ipse nempe in-
fatigabilis ad nomen græde multum anhe-
lat, etiam in hac ætate. Nec sanè falsa vel in-
certa opinione ducor notare hominem su-
per vanitate istiusmodi, sed de ore sui ipsius
eum iudico. In litteris siquidē, quas nup-
ad cancellarium scripsit familiares, nonne
legationis sese, & onere grauari, & nomine
honorantanto indignius supplicat, quanto
humilius? Vtinam tamè obtinuisset, Minus
forsan nocuisset petita votis ambitio, quā
frustrata. Tunc quippe soli, aut pene soli
obeslet sibi, nunc vero sauit in orbem. Vi-
des quid facit amor gloriæ? Legatio sarcina
grauis, humeris præfertim senilibus. Quis
nesciat? Et tamè homini senilissimo grauior
videtur pœna, reliquū id breue dierum suo-
rum viuere sine hac pœna. Sed forte causā
bitur se de suspitione iudicari, & nos teme-
ritatis arguet, qui de occultis suis reprehē-
dimus, quod non probauimus. Fateor, sus-
piciosus sum in hac parte: sed nescio an vel
simplicissimus quis secus setere possit, quippe
in tā manifesta coniectura. Vt enim sim-
plicem referam breuiter actionem, primus,
aut inter primos scribit Papæ Innocentio
legationem postulat, non obtinet. Indi-
gnatur, resistit ab illo, transit ad alium, ip-
sius se esse legatum gloriatur. Quod si ab
illo ante non poposcisset, aut postmodum
non accepisset ab isto, credi poterat alium
quemcumque habuisset in prauaricatione
intutum; etsi non rectum aliquem. Nunc
autem excusationem non habet de aucto-
ritate sua. Denique ponat etiam nunc le-
gati, vel vacuum nomen, nam opus amisit:
& ego quidem hac suspitione carebo si po-
terero. Si non, suspicabor inuitus, & me in-
terantē reprehendam. Verum difficile per-
suadebitur ei, ego scio. Minimus homo
diu magnus habitus inter viros videri seip-
so inferior erubescit. Agnoscitur is, quæ scri-
ptura loquitur, pudor adducens peccatum.
An non grande peccatum & delictum ma-
ximum, superba ista verecundia, qua terrā,
& cinerem pudet, non dico subijci, sed non
dominari? Propter hoc ergo reliquit homo
illum suum patrem sanctum Innocentium:
sic enim eum nominabat, & matrem suam
sanctam Ecclesiam catholicam, & adhæret
schismatiarchæ suo, & sunt duo in vnitate
vna. Percusserunt fecus adiuuicem, & su-
per populum Dei malignauerunt consiliū.

Squamam squamam coniungitur. & spiraculum non est in eis. Iste d' im Papam, ille hunc vicissim legatum scriptitat, ut decipiat utriusque de vanitate in idipsum. Inuicem se consolantur, tueuntur, commendant, & quique tamē pro se, non pro inuicem. Numirum homines sunt seipfos amantes. Pari quidem studio conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius, sed plane intentionibus non cohæret. Quærit magis ex alterutro vterque profecto, quæ sua sunt, idque (quod audere nefarium est) in hæreditate Christi.

Quid nisi ante oculos vestros conantur, ut patimini, proferre Christum? Iam nouos apud vos suo Papæ cudit legatus Episcopos, ne soli sit sibi Papa. Nec mortuis successores, sed viuis inuasores tyrannica fretus potentia superintrudit, nactus scilicet de malitia principum occasionem, qui suarum ciuitatum Episcopos odio persequuntur iniquo. Sic sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentes. Per tale ostium intrat in ouile ouium. Numquid autem talia gratis legatus adit pro Papa suo? En ille totam (vt is gloriatur) Franciam atque Burgundiam legationi eius antiquæ superaddidit. Potest & adiungere si vult Medos & Persas, & medios fines Decapoleos.

Quare non & ultra Sauromatas, & quemcumque denique locum calcauerit pes suus, suus sit, quo vel vacuis nominibus gloriatur? O homo non minus sine fronte quam sine mente, nec Dei memor timoris, nec sue honestatis. Putat se non videri, cum sit subfannatio, & illuso omnibus, qui in circuitu eius sunt. Merito quidem certe enim pro foro sacrario vitur, & instar hominis negotiatoris quæritantis lucra sua, & modo hunc, modo illum explorantis venditorem, vt ab illo demum emat quod a se, à quo vilius impetrare valuerit, iste follicite sibi Ecclesiasticam dignitatem hincinde perquirens, cum tandem pro suo arbitrio delegit habere Papam, qui se legatum consenserit. Ergo nisi tu legatus iueris, Roma Papam habere non poterit? Vnde hoc tibi priuilegium in Ecclesia Dei? Quisnam tibi hanc concessit in Christi hereditate prerogatiuam? Numquid tu hæreditate possides sanctuarium Dei? Donec enim in obtinenda pudenda, & impudenti petitione spes tibi vlla promerens. Domini Innocenti gratiam esse potuit, sanctusque ille, te scribente, & Papa fuit,

Quomodo ergo nunc schismaticum criminaris? Numquid cum eadem vana spe tua illius simul & sanctitas euanuit, & Papatus? Mirum quod potuit ira in breui dulce, & amarum ex eodem fonte procedere. Heri catholicus, & sanctus, & sumus pontifex, hodie nequam, schismaticus, & turbator. Heri pater Innocentius, hodie Gregorius diaconus sancti Angeli. Itaque vno quidem ex ore, sed corde profecto duplici contraria processere. Labia dolosa in corde, & corde locuta sunt. Sed enim homo cui cor, & cor diuerberat conscientiam, & est & non, diuariat linguam: putas quia timor ei in mente sit, aut in fronte pudor? Male autem iuxta Apostolum, prouidet bona coram Deo & hominibus, qui more illius iniqui iudicis, nec Deum timet, nec hominem reueretur. Et certe ambitio cum prouipit in impudentiam, efficaciam perdit: & cum improbus affectus se aperit, perit effectus. Ambitio mater hypocrisis latebras amat, & tenebras, lucis impatiens est. Ambitio spurcum vitium in imo iacet: videt tamen omne sublime, sed videri ipsa refugit. Nec mirum. Optato namque necesse est careat, nisi caueat arbitros. Quo enim gloria plus affectatur, eo minus apprehenditur, vbi deprehenditur affectari. Quid denique tam inglorium, quam gloriæ cupidum deprehendi præsertim inter Episcopos? Nec simplicem sane Christianum gloriari oportet, nisi in Cruce Dñi Nostri Iesu Christi. Inclitus erit ambitiosus, quamdiu in nocte versabitur, & donet turpis lucri negotium, perambulabit in tenebris, poterit hypocrita iustus, sanctusque videri, sed oculo, qui videt in facie. At vbi forte foras mittit impudenti, vel imprudenti quod latet in conscientia, nonne intemperans appetitus apparet ad confusionem procacior, quam promptior ad gloriam? Sic reuera, sic probatur quod legitur: Gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Et illud. Si ego gloriam meam quero, gloria mea nihil est. Impleturque in illo qui eiusmodi est, quod Propheta sanctus imprecatur (nisi fallor) hypocritis: Fiat, inquiens, sicut fenam teetorum, quod prius dicitur, & cetera. Non aucto perit pudor à mortalibus, vt nuda impudentique vel ab ipsis honoretur ambitio, præsertim in sene, & sacerdote, quæ eo magis profecto puerilis ista dedecet vanitas, quo eum maior grauitas, maiorque decet sanctitudo.

Psal. 9. c

K

Psal. 78

L

Pf. 11. n

*1. Cor. 8. d
Luc. 18.*

M

*Phil. 3. d
Ioan. 8. g*

Pf. 128.

do.

do. Et si in facie benedicatur ab adulate,
 sed à tergo subsannatur ab omnibus. Est so-
 bria quædam & quodammodo occulta am-
 bitio, moliens saltem caute, etsi non caste.
 Si valet proficere, clam negotia sua curat.
 Si vero, manet in se, & pudoris umbriam
 non deserit. Equidem talis etsi Deum non-
 dum metuit ad salutem, pro ingenta tamè
 recessundia honestatem interim retinet,
 quod homines reueretur & publicum eru-
 bescit. Ceterum quænam ista præceps est,
 & frontosa libido dominandi, vt pro obten-
 tu vix annuæ, quod certe palam est, legatio-
 nis, primo quidem suo nec pareat senio, nec
 deferat sacerdotio, deinde nec laceri salua-
 toris, quod in aqua, & sanguine colligen-
 di in fidei vnitæ populi protulit redem-
 ptionem: vt quisquis tentaret diuidere
 quos ille colligere, & inde redimeret: pro-
 baret sese non Christianum, sed Antichri-
 stum, reum mortis, & crucis Christi? O im-
 patiens & effrenis turpis quæstus cupiditas
 o ardor intemperans, o cæca, & impuden-
 da ambitio. Aperte prius, frontoseque, vt
 iam dixi, & ipse, pro pudor, non diffidetur
 adit indigna satis petitione tentare catho-
 licum: dolensque repulsam, incunctanter
 ad schismaticum refugit, & accepta de ma-
 nu sacrilega male cupita potestate, latus de-
 nuo domini gloriæ crudeliter confodere
 non veretur. Diuidit nempe Ecclesiam, pro-
 qua illud est in cruce diuisum, visurus pro-
 culdubio & ipse in quem transfixerit. Co-
 gnoscetur profecto dominus iudicia facies
 qui nunc iniuriam patiens ignoratur. Cum
 enim ceperit facere iudicium omnibus in-
 iuriam patientibus, & arguere in æquita-
 re pro manuetis terræ, putas auertere po-
 terit aures à charissima sponsa sua, cui
 clamauerit stans aduersus eos, qui se angu-
 stauerunt: non omnino non poterit non
 audire plangentem: Amici mei, & proximi
 mei aduersum me appropinquauerunt
 & steterunt: Et qui iuxta me erant, de
 longe steterunt: & vim faciebant qui qua-
 rebant animam meam. Quomodo nam-
 que non recognosceret os de ossibus suis, &
 os nem de carne sua, immo verò iam quo-
 dammodo spiritum de spiritu. Quæ-
 sit verò non ipsa sit dilecta illa cuius concu-
 puit decorem, cuius formam induit, cui
 sic mirabili dignatione castis, atque indiu-
 diuis deuinxit amplexibus, ita vt essent duo
 in carne vna, vnum in vno spiritu quando-

que futuri. Nam etsi cognoscerat recundum
 carnem Christum, sed tunc iam non re-
 cognoscit, quia spiritus ante faciem eius
 Christus dominus, cui adhuc tenet vnus spiri-
 tus erit, cum absorpta morte in victoria
 quod infimum de carne est, in virtute spiri-
 tus conualuerit, cum exhibuerit eam sibi spò-
 sus gloria gloriosam columbam in tuam, pe-
 sectam suam, formosam suam, non habet
 tem maculam peccati, neque rugam corru-
 ptionis, aut aliquid huiusmodi. Dum liben-
 ter in his in minor, pene ceperit immemor
 factus sum, ita cupiens redimere tempus,
 quoniam dies mali sunt. Excedent enim
 uos leuat, sed reuocat zelus: & vbi rapit
 ibi & cogor recedere, & plangere dolorem
 meum. Audet (quod & nens dico) iumi-
 cus crucis Christi suis sedibus pellere san-
 ctos, qui nolunt bestiam adorare, quæ apoc. 6
 ruit os suum in blasphemias, blasphemare
 nomē Domini, & tabernaculum eius. Alta-
 re contra altare erigere tentat, confundere
 fāsque nefasque non confunditur, abbates
 abbatibus, episcopos episcopis, superinten-
 dere nititur, amouere catholicos, promoue-
 re schismaticos. Miseri & miserandi, qui ita
 promoueri & ab isto consentiunt. Siquidē
 circuit mare & aridam, vt faciat vnum Epi-
 scopum; & cum fecerit, facit eum filium ge-
 hennæ daplo quàm se. Quam verò pu-
 tas est tanti causa furoris? Non alia sane, ni-
 si quod displicet inortalibus angelica illa
 partitio, qua gloria Deo præ hominibus nu-
 ciatur, & dum gloriam vtriusq; turbant pa-
 cens, & dum gloria metetur, quia facit mi-
 bilia solus, sicut dicit Apostolus: Soli Deo
 honor & gloria. Porro autē cum nostro ge-
 nere bene agitur, si datur frui pace Dei, pa-
 ce cura Deo, & quidē feliciter, & misericor-
 diter. Quonā ergo modo stabit pax homi-
 num corā Deo, veltum Deo si Deo non po-
 test apud homines esse tui sui gloria? O
 stulti filij Adam, qui contemneres pacem
 & gloriā appetentes, & pacē perditis, & glo-
 riam. Ob hoc denique nunc Deus vltio-
 num comouit terram, & conturbauit eam,
 ostendit populo suo dura potuit nos vno
 compunctionis. Velimus nolimus, impleti
 quandoq; necesse est veritatem spiritus
 austerique illā quæ prophætico spiritu præ-
 nunciata legitur in scripturis discessio, sed
 hominū per quem venit. Melius erat ei, si na-
 tus non fuisset homo ille. Quis verò se nisi
 homo peccati, qui super electum catho-

2/21.2

2/37.6

Apoc. 3

apoc. 6

1. Tim.

1. 19.6

Mat. 14.6

icis catholicum, & canonice, locum sanctū
inuasit, quem tamen non quia sanctus, sed
quia summus est, affectauit? Inuasit, inquā,
inuasit armis, igne, pecunia, non vite merito
vel virtutum: peruenit, in quo stat, in quo
peruenit. Nam illa quam iactat iuratorum
suorum non electio, sed electio, ymbra tan-
tum fuit, & occasio, & velamentum malitię.
Dici potest electio, sed imprudētis, sed men-
daciter. Stat quippe sententia ecclesiastica,
& authentica, post primam electionem nō
esse secundam. Celebrata proinde prima,

D que secundo præsumpta est, non est secun-
da, sed nulla. Nam est quod minus forte so-
lemniter, minusve ordinabiliter processit
in ea, quę processit vt hostes vnitatis con-
tendunt: numquid tamen præsumti altera
debit, nisi sane priore prius discussa ra-
tione, callata iudicio: Eapropter, qui se super-
ingerere festinant, quippe temerario teme-
re manus imponere nihilominus accelera-

x. Tim. 5
d
uerunt, Apostolo prohibente: Nemini cito
manum imponas: ipsi proculdubio manus
peccatum habent, ipsi auctores schismatis,
ipsi grandisonantia huius principes extite-
re. Ceterum nunc iudicium expectant, quod
ante debuerant expetiisse: & quam suo lo-
co oblatam renuerant, tādē iustitiam of-
ferunt, vt videlicet si recusetur, iusti vos vi-
deamini: si recipiatur, litigantibus inter se
partibus, dilatio redimat tempus, & interim
sua aliquid. An de vestra iustitia desperatis,
& damnū iam crescere non timetis, quem-
cumque causa exitum fortuitur? Quidquid
inquirunt) hæcenus factum huiusmodi qua-
rimus audientiam, iudicium sumus subre-
parati. Ergiuerfatio est. Quid in omni im-
pio conatu vestro vobis relinquatur aliud,
quod afferre que vultis seducendum simpli-
ces, ad armandum maleuolos, ad vestram
ipforum pallidam militiam? Si hoc non
diceretur, quid diceretur? Ceterum iam Deus
iudicauit quod iero reperit homo. Iudicauit
autem operis euidētia, non decreti sen-
tentia. Numquid Dei iudicium audeat hu-
mana temeritas temerare? Quid si cause-
runt homines a dei iudicio? Non est con-
siliū contra consiliū Domini. Velociter
currit sermo eius, in conueniēdo populos
in vnum & reges, vt Domino Papæ Inno-
centio seruiant, & obediāt. Quis reuocabit
Dei sententiam? Quis iudicium transferunt, & consensurū
Gualterius Raucennas, Hildegarius Terra-

cdnensis, Norbertus Magdeburgensis, Con-
radus Salsburgensis Archiepiscopi. De electio-
ne iudicium cognouerunt, & acquieuerunt
Episcopi Equipertus Monasteriensis, Hil-
debrenus Pistoriensis, Bernardus Papien-
sis, Landolphus Astensis. Hugo Gratianus
politanus, Bernardus Parmensis. Horum
gloria specialis, & præcipua sanctitas, & au-
thoritas etiam hostibus reuerenda, facile
nobis qui minorem, & meriti, & officij te-
nemus locum, aut errare secum, aut sapere
persuasit. Taceo multitudinem ceterorum,
Tuscię, Campanię, Longobardię, Germa-
nię, & Aquitanię, Galliarum denique, &
Hispaniarum omnium, necnon & vniuer-
se Orientalis Ecclesię tam Archiepiscoporum
quàm Episcoporum, quorum nomina
sunt in libro vitę, sed epistolę breuitas non
admittit. Hi omnes vnanimis, non condu-
cti pecunia, non seducti fallacia, non illecti
priuato carnis, vel cognitionis amore, non
timore compulsi potentie secularis, sed Dei
proculdubio voluntatem sicut non igno-
rantes, ita nec dissimulantes, Petrum Leo-
nis ingenue refutauerunt, ac secure Grego-
rium in Papam Innocentium susceperunt.
Nostrarum sane nemo ex vobis in his ex-
pressus est litteris, quia & omnes compen-
dium non ferret aliquorum inuidiosa desi-
gnatio, adulationis notam non effugit.
Non autem debeo præmittere faulstos, F
qui mundo mortui, Deo melius viuunt:
quorum vita abscondita est cum Christo
in gloria, vbi certe studiose inquirunt, &
non dubie inueniunt beneplacitum Dei,
qui solliciti sunt quomodo placeant ei. Itaq;
Camandulenses, Vuallambrosani, Cartu-
senses, Cluniacenses, & qui de Maiori Mo-
nasterio sunt, mei quoque Cistercienses,
Cistencienses, Cadumenenses, Tironenses, &
Sauriacenses: vniuersitas denique, & vna-
nimitas fratrum tam clericorum, quàm mo-
nachorum, regularis vitę, probataque con-
seruationis, sequentes Episcopos tamquam
greges pastores suos: Innocentio firmiter
adherent, sincere facient, humiliter parēt,
verum Apostolorum successorum fideliter
recognoscunt. Quis reges & principes
ræ? Nonne in eodem spiritu vna cum sub-
iectis sibi plebibus, Innocentium pariter am-
plectuntur, confitentur & ipsi Papam & Epi-
scopum animarum suarum? Quis postea
in quocumque ordine vitę illustris, &
boni nominis hominid ipsum non sapit. Et
tanta

tamen adhuc isti nescio qua contentiosa importunitate, & importuna contentione reclamant, vocant in causam orbem, & cum sua paucitate vniuersitatem flagitant iudicari, & qui præiudicauerunt in electione, de confirmatione reiuudicare contendunt, tunc præpropere, agentes, modo præposterè retractantes. Quis tantos, quæso, in vnum coegerat quæat exercitus vtriusque ordinis principum, ne dicam plebium, & adducere in examinationem: Quis tot sanctorum milibus persuadere sufficiat, quod prius ædificauerunt, iterum destruere, & abducere semetipfos in præuaricationem? Quis deinde locus omnibus tantus, omnibus tutus? Vniuersæ quippe Ecclesiæ negotium est, non vnius causa personæ. Videtis quod de impossibili calumniam fruitis matri vestræ? Immo vobis foueam foditis, in quam præcipientini, & laqueum nescitis, quo teneamini ne ad gremium reuertamini matris vestræ. Occasio numquam deerit ei, qui vult recedere ab amico. Sed esto, mutet consilium suum Deus (secundum hominem dico) reuocet sententiam, conuocet à finibus terræ consilium, iudicari bis in idipsum, quod ipse non facit, patiat: quosnam, quæso, dabunt iudices sibi? omnes quippe in parte sunt, & partibus: de iudicio haud facile conueniet: atque ita ad litem magis quam ad pacem tantus conuentus fatigabitur. Deinde velim scire cui ille interim vellet credere Romam, quam tanto amore ex longo tempore concupiuit, tanto labore, & sumptibus acquisiuit, tanto fastu possidet, tanto pudore timet amittere, ne frustra conuenisse sæculum omne cernatur, si cum ille cadet à causa, nõ tamen cadat à Roma: Alioquin quis causam spoliatus ingreditur? Nec leges profecto cogunt, nec canones. Et hæc dicimus non de nostra iustitia diffidentes, sed à vestra cauentes versutia. Iam enim Deus eduxit tamquam lumen iustitiam suam, & iudicium suum tamquam meridiem, & si cæco nec lumen appareat, nec meridies luceat; quoniam sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Duo itaque sunt de quibus contenditur, quis eorum rectius videatur Papa. Quorum primo quidem, si personas compares, vt neutri sane vel derogare videar, vel adulari, dicam quod dici passim reperies, & neminem arbitror diffiteri, quia videlicet Innocentij nostri vita vel fama, nec a mulum timet, cum alterius

nec ab amico tutâ sit, Dehinc si electio nes discutias, nostri itidem mox occurrat & promotione purior, & ratione probabilior, & prior tempore. Porro de tempore constat. Reliqua duo merita probant, & dignitas eligentium. Hanc enim (ni fallor) partem lauiorem inuenies tam episcopos, quam cardinales, diaconos, tunc presbyteros, & quorum maxime interest de electione summi Pontificis, & quanti in eligendo, iuxta patrum scita sufficiant. Quid & in consecratione? Nonne Hostiensem, ad quem specialiter spectat habemus? Cum igitur & electus dignior, & electio sanior, & actio ordinabilior teneatur: qua isti ratione, imo qua contentione contra ius, & fas, & vota omnium bonorum, iniqua, & renitenti Dei Ecclesiæ præficere alium, & illum deponere tentant? Horum conatui tam maligno, tam indigno, tam temerario, totis certe viribus sentendum esse videtis reuerentissimi, & illustrissimi patres. Quod cum omni familiaria Dei, tamen vobis maxime vestrisque conuenit, si tamen zelus domus Dei comedat animas vestras. Vobis, inquam, & vestris maxime vigilandum est, & standum, ne in trets in tentationem. In ea sane parte maiore opus est fortitudine & cautela, vnde acrior insilit aduersarius, & vis belli maior incumbit. Quam sæuus, & callidus hostis insurrexerit in vos, proprio certe agnoscitis experimento. Hec, quam multum iam malitia illius in illis partibus pro accepta potestate processit, vtroque sæuens genere malignandi, vobis & dolo. Numquid autem malitia vincet tandem sapientiam? Sed hæc est hora ipsius, & potestas tenebrarum. Ceterum hora nouissima est, & potestas cito transit. Ne terreamini, ne seduca mini. Dei virtus, & Dei sapientia Christus vobiscum est, qui in causa est: Confidit, ipse vicit mundum, fidelis est, non perit ut vos tentari supra id, quod potestis. Videtis stultum firma radice: Sine dubio statim maledicetur pulchritudini eius. Non diu derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Verum vestræ interim vigilantia est, vestris pro vestro officio iocunde providere, sicut & prouidetis, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Oratio pro catholicis: Bene fac Domine, bonis & rectis corde. Pro schismaticis: Imple Domine facies eorum ignem, vt quærant nomen tuum Domine.

1. Cor. 1.

Ps. 124.

idem.

Ps. 124.

Ps. 124.

Ps. 124.

Ex persona ducis Burgundia.
Epistola CXXVII.

Ad eundem Epistola CXXVIII.

Guillelmo Dei gratia e gregio Comiti Pictaorum, & Duci Aquitanorum, Hugo eadem gratia Burgundiæ dux, timere terribilem, & eum, qui auertit spiritum principum. Errorem vestrum vltra dissimulare non sero, quippe carne propinquus, & corde amicus. Si quis de populo deuiat, solus perit. Verum principis error multos inuoluit, & tantis obest, quantis præest ipse. Nec præsumus, sicut scitis, vt perdamus, sed vt regamus subiectos. Per quem reges regnant, ipse nos præfecit populis suis, a nobis tuendis, non subuertendis, plane sanctæ sup̄ Ecclesiæ ministros, non dominos. Cui vos ministerio, cum digne aliàs pro vestris magnitudine potentatus, & laudabiliter deseruistis noscimini: miror quam uersutia modo uestra illa prudentia circumuenta fuerit, eandem matrem uestram, & dominicam deferere in tempore malo, nisi forte, & hoc uobis uestri, illi consilij persuadere conentur, ad solam Petri Leonis domum, vniuersalem Ecclesiam esse redactam. Viri mendaces, quos ueritas sicut, & caput eorum Antichristum destruit spiritu oris sui, affirmans eam per os Dauid ad vniuersos fines terræ, & ad vniuersas familias gentium dilatare. Habet tamen ducem Apuliæ, sed solum ex principibus, ipsumque vsurpatæ coronæ mercede ridicula comparatum. Denique quid boni, quid virtutis, quid honestatis afferunt de summo pontifice suo, vt & nos prouocent ad fauorem? Si uera sunt quæ ubique diuulgat opinio, nec vnus dignus est viculi potestate. Si uera non sunt, decet nihilominus caput ecclesiæ, non solum uitæ habere sanitatem, sed & famæ decorem. Tutius præ inde uobis est (mi cognate charissime) vt in susceptione vniuersalis Papæ, ab vniuersitatis consensu, & consilio non recedatis. Quem omnis religio, quem regum vniuersitas receperunt, uobis quoque & honorificum, & salutiferum est, vt accipiatis. Domini Papæ Innocentij & innocens uita, & integra fama, & electio canonica prædicatur. Priora duo, nec hostes diffidentur. Tertium calumniam habuit, sed Christianissimum Lotharium nuper falsi calumniatores in suo sunt mendacio deprehensi.

In eo animo, & in ea uoluntate meminimus me discessisse dudum à te princeps eximie, vt totis affectibus bene tibi, tuisque cuperem, totis nisibus salutem uestram, & honorem uerum, ubi cunque possem, iuuarem, eo quod non redirem fraudatus fructu aduentus mei ad uos, sed lætus præter spem multorum reportarem mecum pacem Ecclesiæ cum exultatione vniuersæ terræ. Miror autem quo cuiusque consilio mira illa mutatio dexteræ excelsi tam subito in deterius est mutata, vt rursus ad iniuriam Ecclesiæ clericos sancti Hilarij de ciuitate expelleres, & iram Dei in te grauius quam primum excitares. Quis te fascinauit tam cito recedere à uia ueritatis, & salutis? Profecto iudicium portabit quicumque est ille. Vtinam & abscondantur qui uos conturbant. Reuertere, quaeso, reuertere, ne scitu (quod absit) abscondaris. Reuertere, inquam, & reuoca amicos tuos ad pacem, & clericos ad Ecclesiam, antequam irreuerabiliter reddas tibi aduersum, terribilem, & eum, qui auertit spiritum principum, terribilem apud reges terræ.

Gal. 3. a

M

Ad Ianuenses. Epistola. CXXIX.

IAnuensis suis Consulibus cum Consiliarijs, & ciuibus vniuersis, Bernardus Abbas dictus de Clarualle, pacem, & salutem, & uitam æternam. Quod aduentus noster ad uos anuo præterito non fuerit ociosus: Ecclesia paulopost in sua necessitate probauit, à qua & missi fueramus. Honorifice nos & suscepistis, & tenuistis exiguum quod apud uos fuimus, & quidem digne uobis, sed supra nostræ humilitatis modum, Profecto ut non immemores, sic non ingrati sumus. Vicem rependat qui potest, & qui in causa fuit Deus. Nos enim unde illum recompensemus uenerationis cultum, sed obsequium, sed affectum plenum amoris, & gratiæ? Non quod nostro delectemur fauore, sed uestræ deuotioni collectamur. O multi dies illos festiuos, sed paucos. In æternum non obliuiscar tui, plebs deuota, honorabilis gens, ciuitas illultris. Vespere, & mane, & meridie (more utique prophete) narabam, & annuntiabam, & erat tanta audiendi auditas,

Pf. 54. b

D. Bernardi Epistola.

ditas, quanta & audientium caritas. Portabamus verbum pacis, cum que inuenissemus filios pacis, requieuit super eos pax nostra. Exieram plane seminare semen, non mei, sed Dei, & cadens in terram bonam semen bonum fructum fecit centuplum, & tempe stinum. Mira celeritas, quia in magna necessitas. Nec tarditatem passus sum, nec difficultatem, vna pene die, & ferens, & metens, & reportans, cum exultatione manipulos pacis. Hæc quippe messis quam messui. Exulibus, captiuis, compediis, & incarceratis, euadendi, atque repatriandi latam reportauimus spem, merum hostibus confusionem schismaticis, gloriam Ecclesiæ, quibus lætitiā. Et nunc quid restat charissimi, nisi vt ad maneamini de perseverantia, quæ sola meretur viris gloriam, coronam virtutibus: Profrus absque perseverantia, nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor cosequitur. Viger virium, virtutum consummatio est, nutritrix ad meritum, mediatrix ad præmiū. Soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiā, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, sed qui perseverauerit, vsque in finem, hic saluus erit. Saul cum esset paruulus in oculis suis, rex est super Israel cõstitutus: non perseverans in humilitate, & regnum amisit & vitā. Si cautela Sampson, si Salomonis deuotio perseverantiam retinissent, necis profecto priuarentur sapientiæ, nec ille viribus.

1. Reg 17. 17

B Hoc summæ honestatis insigne, hanc totius probitatis vnicam, fidamque custodem, custodiri à vobis firmiter hortor, & precor. Custodite diligenter quod libenter audistis. Mementote scriptum, quia metuebat Herodes Ioannem, & libenter eum audiebat. Sed beatus foret, si audita libenter æque seruaasset. Denique non qui audiunt, sed beati, inquit, qui audiunt, & custodiunt verbum Dei. Seruate proinde vos pacis fratribus vestris Pisanis, fidem domino Papæ, fidelitatem regi, vobis honorem. Hoc enim expedit, hoc decet, hoc iustitia requirit. Audiuiamus, nisse ad vos nuncios ducis Rogerii, quid attulerint, quidve retulerint, nos necimus. Verum ego, iuxta illud poetæ (vt verum fatear) semper timui Danaos, & dona ferentes. Si quis forte in vobis (quod Deus auertat) rem iam scdam committere deprehē-

Mar. 6. 6

Luc. 11. 2

datur, extendere videlicet manum ad turge lucrum, hunc protinus noceat, & iudicet hostem nominis vestri, cuium proditorem, ac veditorem communi honoris, & honestatis. Si quis nem susurro in populo, diaboli sibi assumens vicem, iurgia seminare, & pacem turbare velit, repariatur: quemadmodum ille in coram tempore est amator, & auctor: huic rigida certior remedio citius obuietur: eo quippe pessimæ, quòd intimas pesti. Hostis exercitus vastat agros, domosque spoliæ, praua autem consilia corumpunt bonos mores, & modicum fermentum totam massam corrumpit. Scribite, caritate, negociamini, vt antiqua mala non solum non iteretis, sed etiam de iustis laboribus vestris expiare, & delere possitis. Scriptum quippe est: Redemptio animæ viri propria diuitiæ. Et rursum: Date elemosinam, & omnia munda sunt vobis. Quod est militare placet, & vestra fortitudinis ac strenuitatis iteri expenti vires, arma probare delectat: non equidem id præsumendum aduersus vicinos, & amicos: cum magis Ecclesiæ inimicos expugnare deberet, sed & regni vestri inuasa Sicilia defen sare coronam. Super illos sane, & honestius acquiretis, & iustis possidebitis acquisita. Deus pacis, & dilectionis maneat semper cum omnibus vobis. Amen.

C Proser 12. b Luc. 11.

Ad Pisanos. Epistola CXXX.

PISANIS nostris consulis cum consularijs, & ciuibus vniuersis, Bernardus Abbas dictus de Charuualle, pacem, & salutem, & vitam æternam. Benefaciat vobis Deus, & meminerit fidelis seruitij, & piæ compassionis, & consolationis, & honoris, qua spouit, siq̄ eius in tempore malo, & in diebus afflictionis suæ exhibuitis, & exhiberet. Et quidem hoc iam impletur & parte, & orationis huius nonnullus capitur fructus. Digna plane retributio elegeri iam commendatur effectu. Iam pro meritis tecum acitatur Deus populū, quem elegit in hereditatem sibi, omnino populum acceptabilem, & statorem bonorum operum. Assumitur: si in locum Romæ, & de sanctis tribus terre ad apostolicæ sedis culmen eligatur. Nec fortuito siue humano contigit illud consilio: sed celesti providentiā, & Dei benigno fauore fit, qui diligentes se ad-

lunt:

ligit: qui dixit Christo suo Innocentio: Pisam inhabitata, & ego benedicens benedicam ei, Hic habitabo quoniam elegi eam. Me auctore tyranni Siculi malitiæ Pisana constantia non cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumuenitur dolo. O Pisani, Pisani, significauit dominus facere vobiscum, facti sumus lætantes. Quæ ciuitas non inuidet? Serua depositum vrbs fidelis, agnosce gratiam, stude prærogatiuæ non inueniri ingrata. Honora tuum, & vniuersitatis patrem, honora mundi principes, qui in te sunt, & iudices terrarum, quorum te prærogatiua reddidit illustrem, gloriosam, famosam. Alioquin si ignoras, ò pulchra inter ciuitates, egrediens post greges fodalium tuorum pasce hæros tuos. Sapientibus sat dictum est. Commendo vobis Marchionem Engelbertum, qui domino Papæ, & amicis eius missus est in adiutorium iuuenis fortis, & strenuus, & si non fallor, fidelis. Habetote cum vestris precibus magis commendatum, quia & ego ei vos amplius commendare curavi, mouique, & vestris potissimum consilijs innitatur.

Ad Mediolanenses. Epist. CXXXI.

E Vis Mediolanensibus. vniuerso videlicet clero, & populo, Bernardus Abbas dictus de Claraualle, in domino salutem. Bene vobiscum facit Deus, bene vobiscum facit Romana Ecclesia. Facit ille quod patet, facit illa quod mater. Et reuera quid vobis debuit facere & non fecit? Si postulastis mitti vobis de curia honorabiles personas ad honorem Dei & vestrum, factum est. Si postulastis confirmari quod vnanimitas vestra de venerabilis Patris vestri electione firmauerat, factum est. Si voluistis licuille vobis quæ illicum nisi pro magna quiddam necessitate sacri canones iudicant, translationem episcopi scilicet in archiepiscopum, concessum est. Si rogastis eui ciues vestros de vinculis Placæ tuorum, quæ vtique ego prætermittere nec volo, nec valeo: & hoc factum est. In quo postremo quæcunque rationabilis petitio sit, non dico repulsam, sed vel moram passa est apud piam matrem? En ad complementum a alijs præsto est, plenitudo honoris. Nunc vero audi me in clyta plebis,

gens nobilis, ciuitas gloriosa. Audi, inquam, me (veritatem dico, non mentior) dilectorem tui, zelatorem salutis tuæ. Romana Ecclesia valde clemens est, sed nihilominus potens. Fidele consilium, & omni acceptione dignum: Noli abuti clementia, ne potentia opprimaris: Sed dicit aliquis: Debitam ei reuerentiam exhibebo, & nihil amplius. Esto. Fac quod dicis, quia si exhibeas debitam, & omnimodam. Plenitudo siquidem potestatis super vniuersas orbis Ecclesias, singulari prærogatiua apostoli & sedi donata est: qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Potest, si vtile iudicauerit, nouos ordinare episcopatus, vbi hætenus non fuerunt. Potest eos, qui sunt, alios depræmere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit, ita vt de episcopis create archiepiscopos liceat & conuerso, si necesse visum fuerit. Potest à finibus terræ sublimis quascunque personas Ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam præsentiam, non semel aut bis, sed quoties expedire videbit. Porro in promptu est ei omnem vlcisci inobedientiam si quis forte reluctari conatus fuerit, denique probasti & tu. Quid enim contulit tibi vetus tua rebellio, & recalcatratio male sua: sa à pseudo Prophetis tuis? Quem fructum habuisti, in quibus nunc erubescis? Agnosce potius in qua potestate, gloria, & honore suffraganeorum tuorum tam diu priuata extitisti. Quis pro te valuit obviare apostolicæ auctoritatis iustissimæ seueritati: cum prouocata tuis excessibus, decem te tuis illis antiquis, ac præclaris ornamentis nudare, mutilare membris. Et hodie confusa, & truncata iaceres, si non benignius quam potentius tecum actum fuisset. Quis eam prohibere valebit etiam à grauioribus, si rursus (quod absit) adieceris prouocare? Vide ne patiaris reciduum, quia pro certo (ni fallor) non tam facile denuo poterit inuenire remedium. Si quis itaque dixerit tibi, Partim oportet obedire, partim non oportet: tu in te experta sis plenitudinem apostolicæ potestatis, auctoritatis integritatem, nonne huiusmodi aut seductus est, aut seducere vult? Sed fac quod dico: nam ego te non seduco. Conuertere magis ad humilitatem, ad mansuetudinem. Siquidem & humilibus dat Deus gratiam, & mansueti hæreditabunt terram. Esto eam ta domino, & matris tuæ recuperatam serpare

tuare gratiam. Et sic ei placere studeas de reliquo, quatenus placeat ei non solum seruare tibi, quæ reddidit, sed etiam adijcere quæ nondum dedit.

Ad Clerum Mediolanensem.
Epist. CXXXII.

Benedicti vos à domino, quorum studio, & industria ciuitas uestra liberata est ab errore: & relicto schismate ad catholicam redijt unitatem. Exijt sermo iste inter catholicos: audiuit & lætata est Sion, & est vobis gloria coram Deo, & omni populo. Quàm lætis amplexibus mater Ecclesia colligit tot, & tantorum multitudinem filiorum, quos se amisisse dolebat? Quàm læto, & sereno vultu Deus pater recipit hoc sacrificium de manibus vestris? Quod autem & paci terræ intenditis, & facitis quod filij pacis. Et ego fratres particeps, & socius gaudij vestri fieri cupiens, iuxta petitionem vestram ad vos cum dilectis fratribus nostris nuncijs vestris veniebam, de quibus mihi scripsistis, plenius secundum rationem in beneplacito Dei satisfactorius. Sed quia tempus breue est, quo ad concilium festinamus, non grauet vos vsque ad reditum nostrum sustinere.

Ad vniuersos ciues Mediolanensem.
Epist. CXXXIII.

Vex scriptis vestris percipio, nonnullus mihi locus gratiæ apud vos est. Et quoniam meum non inuenio meritum, diuinitus credo datum. Non recuso fauorem ingentis, insignisque populi. Amplector oblatam gratiam: & obujs manibus gloriosæ ciuitatis deuotione deuotus excipio præsertim hoc tempore, quo abiecto errore schismaticorum, ad sinum matris Ecclesiæ cum gaudio totius orbis reuersa est. Arbitror tamen non solum mihi gloriantium, quod inuitor ad pacem querendam, & à famosissima vrbe, cum sim pauper, ignobilisque persona, tanti boni mediator, atque minister assumor: sed vobis quoque per talem nihilominus honor est flecti ad pacem & concordiam vicinorum vestrorum, quos nec multarum ciuitatum hostilis impetus (vt bene notum est mundo) cedere aliquã-

do compulsi. Itaque festinans ad concilium spero me rediturum per vos, & probaturum de gratia, quam promissus. Qui autem gratiã dedit, faciat ne in me vacua sit.

Ad Noueros apud Mediolanum conuersos.
Epist. CXXXIII.

Charissimis fratribus de Mediolano nuper conuersis ad Deum. Bernardus Abbas dictus de Claualle, in spiritu consilij & fortitudinis quod bene captum est, digno exitu consummavit. Benedictus Deus qui fecit vobis vilescere mundi gloriam, largiturus suam. O quàm vani filij hominum, quàm mendaces filij hominum in statere, qui (secundum illud euangelij) gloriam ab inuicem quærunt, & gloriam quæ à solo Deo est: nolunt: plane in hoc ipsi decipientes de vanitate in idipsam. Vos autem non sic. Ab hoc vos opprobrio liberauit nunc diuina misericordia, vt essetis Christi boni odor Deo in omni loco, ipsi ad gloriam, Angelis ad lætitiã, hominibus ad exemplum. Siquidem gaudium est in celo super vno peccatore pœnitentiam agente: quanto magis super tot & talibus viris, & de tali vrbe conuersis? Et ego fratres tanta lætitiã prouocatus, sed & vocatus, à vobis, per charissimos fratres Ottonem, & Ambrosium, quos ad hoc ipsum direxistis, decreueram simul cum ipsis venire ad vos. Ceterum melius existimans, non in articulo temporis, neque in transitu vos videre, distuli vsque ad reditum. Properamus quippe ad concilium per vos, Deo auxiliante, reuersuri, consilium, & auxilium, quod secundum rationem poterimus, vestro sancto proposito præbui.

A Petram Papiensem Episcopum.
Epist. CXXXV.

Si semen bonum iactum in terram bonam fructum attulisse videtur: ipsius est gloria, qui dedit fructum: serenti, facienti, & crescenti: serenti incrementum. Quis in his nos captus? Ego sane gloriam Christi alteri non dabo, multo verò scrupulosi⁹ usurpabo mihi. Profecto lex domini conuertit animas. & non ego. Testimonium domini est: etiam præstat paruulis, non ego. Laudatur de bono

Interz tornatura misit, non clamauit. Fac-
 eor, vt multum tribuatur mihi, lingua mea
 clamauit scribae velociter scribentis. Sibi ergo
 inquis, quid afferunt boni speciosi pe-
 des euangelizantium bona? Multum per
 omnem modum: primum quidem, quia fi-
 lij sunt patris sui, qui in caelis est, & gloria,
 quam deserunt patri, nequaquam a se du-
 cunt alienam. Nam si filij, & heredes. De-
 inde vero, quod proximorum salutem, su-
 am nihilominus arbitrantur: quippe quos
 tamquam seipfos diligunt. Tertio quoque
 quod labor laborum ipsorum sibi penitus
 perire non poterit. Vauit quisque enim mer-
 cede sua accipiet secundum proprium labo-
 rem. Ego labia mea non prohibui, tu aper-
 uisti, & videri, ideo proculdubio plus ac-
 cepturus, quoniam plus laborasti. Certus
 sum enim, quia non vacat tibi quod sitien-
 ti trahisti aquam, & cum panibus occuisti
 fugientibus. Non inquam, vacant officia hu-
 manitatis, non hortamenta salutis, quibus
 Christi vere viscera in illis pauperibus re-
 fouisti. Ambo tamen collaboratores, am-
 bo coadiutores Dei sumus, ambo pariter
 speremus fructum in resurrectione animarum
 sanctarum. Quis mihi det, numquam me-
 moriam tui deserere, numquam ab ipsa
 deseri.

Ad eundem. Epist. CXXXVI.

Si tristia semper acciderent, quis
 sustineret? Si semper prospera,
 quis non contemneret? Sed rerum
 tanta gubernatrix sapientia, horum
 per necessaria vicissitudine eo moderamine
 electis suis cursum vire temporis alternat,
 vt nec aduersa frangant, nec ieta dissoluat.
 cum potius, & ista ex illis graviora, & illa ex
 his tolerabiliora cedantur. Benedictus pec-
 omnia Deus, tristitia nostra versa est in ga-
 dium: acceperunt oleum post vultum vul-
 nera nostra. Reprobes, & peccatores con-
 quati sunt in vultu. Sacerdotem domini
 in quem saluare mittere manus, cum ho-
 nore remittunt. Spolia, quae diripuerant,
 & in fraudibus recolligunt, & in fraude re-
 stituunt. Si quid horum est, quod inueniri
 non possit, Delphinus pro eo satis faciet ad
 beneplacitum vestrum. Hoc quippe manus
 sua in nostra firmavit. Pro qua sua prom-
 issione agimplendū si venerit ad pedes vestre
 maiestatis, quod & proposuit, mitius quā

Oper. D. Bern. Tom. I. I.

meruit supplicium agi, cum iuuere. Non
 quod velimus impunitum esse tam graue
 facinus, sed vt Ecclesia ita (si fieri poterit)
 debita satisfactione honoretur, vt is, qui
 satisfacit, supra vires patientiae suae non ex-
 speretur, & peniteat hominem nostris ac-
 quiescisse consilijs.

Ad Imperatricem Romanorum.

Epist. CXXXVII.

IN reconciliatione Mediolanensium
 non oblitus sumus vnde vestra ex-
 cellentia praemoniti fueramus. Quod
 etsi non mouissetis, nihilominus
 honori vestro, & regni vtilitatibus inuen-
 deremus: sicut vbiq; & semper fideliter
 quantum possumus, facimus. Non ante sa-
 ne Mediolanenses in gratiam domini Pa-
 pae, & Ecclesiae vnitatem recepti sunt, quo-
 usque palam. Conrado refutato, & abnega-
 to dominum nostrum Lotharium in suum
 Regem, & dominum receperunt. & Ro-
 manorum Imperatorem Augustum vna cu
 toto orbe confessi sunt, & de iniuria transa-
 cta, iusta consilijs, & mandatum domini
 Papae, digne vobis se satisfaturos esse tacto
 sacrosanto Euangelio sponderunt. Vn-
 de magnas agentes gratias diuinae bonita-
 ti, quae absque bellorum periculis, absque
 humani sanguinis effusione, inimicos ves-
 tros sic humiliavit: rogamus vestram satis
 nobis expertam clementiam, vt tempore
 suo cum requisierint praedicti Mediolanen-
 ses per Dominum Papam vtique mediato-
 rem suae reconciliationis gratiam vestram,
 benignos vos, atque placabiles inuenia-
 mus, quatenus nec eos peniteat sanis par-
 uisse consilijs, & vos de eis debitum habeat-
 is seruitium, & honorem. Non enim de-
 cet, vt iudicium vestri, qui pro honore
 vestro laborat, apud vos con-
 fundantur. Confundentur
 autem si quibus be-
 nignitate vestra
 promiserunt, cum pro ipsis
 interuenerint vos
 (quod absit)
 inexora-
 biles.

I

Ad

Ad Henricum regem Anglorum.
Epist. CXXXVIII.

Henrico illustrissimo Anglorum Regi, Bernardus abbas dictus de Claraualle, honorem, sospitatem, & pacem. Velle vos instruere de his præsertim, quæ spectant ad honestatem, aut insipientis est, aut vos penitus ignorantis: ea propter, rem simpliciter intimare sufficit, & hoc paucis, quoniam facile omnia tenenti, multa superflue ingerantur. Ingressu vobis sumus, salus est in ianuis, iustitia nobiscum est, sed Romanis militibus cibus iste non sapit. Itaque iustitia placamus Deum, militia terremus hostes, solis necessarijs necessaria non habemus. Quid opus sit factò, vt opus vestrum compleatur, quod de domini Papæ Innocentijs magnifica, & honorifica illa susceptione fecistis, vos melius nostis.

Ad Lotharium Imperatorem.
Epist. CXXXIX.

Lothario Dei gratia Romano Imperatori Augusto Bernardus abbas de Claraualle, si quid potest peccatoris oratio. Benedictus Deus vos elegit & erexit cornu salutis nobis, ad laudem & gloriam nominis sui, ad reparandum imperij decus, ad subueniendum Ecclesie suæ in tempore malo, postremo ad operandum etiam nunc salutem in medio terræ. Ipsijs enim opus, quod corona gloria vestre ita in dies ampliatur, & sublimatur, mirabiliter crescens, ac proficiens in omni decore, & magnificentia apud Deum, & homines ipsius profecto nuper opus, & virtus fuit, quoddam iter satis laboriosum, & meticulosum pro pace regni, & Ecclesie liberatione susceptum, in tanta prosperitate peregristis: Romæ siquidem imperialis culminis plenitudinem gloriosissime affectus. idque, quod maius fuit in manu non magna, vt animi, fidemque magnitudo clarius emineret. Quod si ante tantillum exercitum terra tremuit, & quieuit: quantus putamus horror hostium corda inuadere habeat, cum ceperit rex procedere in magnitudine brachij sui? Animabit insuper honestas cause, immo duplex prouocabit necessitas Non est meum hortari ad pu-

gnam: est tamen (securus dico) aduocatus Ecclesie arcere ab Ecclesie infestatione schismaticorum rabiem est Casaris propriam vindicare coronam ab usurpatore Siculo. Vt enim constat Iudaicam sobolem sedem Petri in Christo occupasse iniuriam sic proculdubio omnis, qui in Sicilia regem se facit, contradictic Casari. Si autem vtrumque incumbit Casari, restituere scilicet Casari quæ sunt Casaris, & quæ sunt Dei Deo: cur apud Tullum res Dei minuitur, cum Casar nihil ibi lucretur? verendum est ne minimorum neglectus, impedimentum sit maximorum. Hoc est quod dico. Ecclesie sancti Gengulphi grauer, iniusteque (vt dicitur) in illa ciuitate opprimitur, & aiunt vestre prudentie nescio qua fraude subreptum, vt Domino Papæ per iustitiam subuenire paranti, vestre interuentu precis obuiaretis. Obsecro, & consulo consultius agi, noxiam reuocari precem, dari locum iustitie, antequam Ecclesia illa funditus destruat. Pauper sum ego, fidelis tamen vester: & si videor importunus, fortassis inde est. Dominam Imperatricem in Christi caritate oppido salutamus.

Ad eundem. Epist. CXL.

Miror cuius instinctu, vel consilio vigilantie vestre subripi potuerit, vt homines digni certe duplici honore, & gratia, contraria à vobis audirent (Pisanos dico, qui primi, & soli interim adhuc erexere vexillum aduersus inuasores Imperij) Quam iustus in eos regia incanduisset indignatio, qui populum strenuum, & deuotum quacumque occasione offendere ausi sunt. eo præcipue tempore, quo accincti in multis millibus suis exierant oppugnare tyrannum, vlesci iniuriam Domini sui, & Imperialem defensare coronam? Vt enim congruentissime assigne huic genti, quod olim de sancto Dauid dicebatur: quæ nam quæso, in omnibus ciuitatibus sicut Pita, fidelis egrediens, & regrediens, & pergens ad imperium regis: Nonne hi sunt, qui super regni illum vnicum, ac potentissimum hostem ab obsidione Neapolis fugauerunt? Nonne hi sunt qui etiam, quod pene incredibile dictu est, in vno impetu suo expugnauerunt Amalfiam, & Rebellem, & Scalam, atque Atturinam, ciuitates vniuersas impunitas

tissimas & munitissimas: omnibusque q ante hac tentauerunt, vsque ad hoc tempus (vt aiunt) inexpugnabiles? Quam dignum quam reuerentem, quam plenum ratione, & iustitia fuerat, vt in tantum terra interim saltē, dum hæc aditaret, ab omni hoste secunda confiteretur: tum pro præsentia summi Pontificis, quem iam dudū exulem Pisani apud se cum summo honore seruabant, & seruāt: tum pro seruitio Imperatoris, pro quo & ipsi si tunc temporis exulabant? Factum est autem per contrarium, vt gratiam qui offensus sunt, & qui seruierunt iram mererentur, & vos fertalis ad huc ita solaciebat. Operteret ergo nunc quādo res est nota vobis, animo & decet, & expedit, mutare vos & verbum, & animū, vt viri regijs magis fauoribus & muneribus honorādi, à vestra parte de cetero audiat & recipiat prout merentur: quantum meuerie Pisani, quantum adhuc mereri possunt? Sat est dictum sapienti.

Ad Humbertum Abbatem Igniacensem, qui Abbatiam suam dimiserat. Epistola CXLII.

Parat tibi omnipotens Deus. Quid voluisti facere? Quis te crederet ad tantum prouipere malum, hominem tantis præditum bonis? Quomodo potuit arbor bona pessimū hunc ex se producere fructum? O quam terribilis Deus in iudicijs super filios hominum. Non miror, quod diabolus istud potuit, sed quod Deus permisit, quippe cum iam tot annis pure, sicut credimus, & deuote seruisti. Quid faciet de me vtique pigro, & negligenti seruo, qui fidelem famulum suum sic, vel ad tempus tradidit in animam inimicorum eius? Quid quaeso rationis, immo quid non impietatis habet hæc fuga tua, de qua filij lūgent, aduersarij rident? Miror, quod te non terruit Arnaldi Abbatis exemplum: cuius similis præsumptio digna, sed pauendo sine (vt bene meministi) in breui est vindicata. Et quidem ille qualemcumque (vt bene noui ego) habuit causam, tu nullam. Nempe enim aut monachi tuis erant inobedientes imperijs, aut conuersi segnes in operibus, aut vicini forte tibi, tuisve rebus infesti, aut certe modica, & non sufficiens substantia mundi, quatenus relinquere cogeres: quos vel regere, vel pacere non sufficeret?

Vide ne & te tangat vox illa Dei, quia odio habuerunt me gratis. Quid enim debuit tibi facere, & non fecit? Vincam tibi plantauit electam & speciosissimam. Sepem ei circumdedit rotinas: continentiam, rotularum districtissimæ disciplinæ fodit in ea: & ædificauit sanctæ paupertatis turrim ad cælos vsque pertingentem, te cultorem, atque custodem constituit. Honestauit te in laboribus tuis: & complebit illos, si permittis. Sed tu, proh nefas destruis macerem eius: & racemis optimis plenam exponis omnibus, qui prætergrediuntur viam. Heu, quis prohibebit apurum de sylua, vt non exterminet, & singularem ferum, ne depascat eam. Mirum vero si hoc, morti te bene præparare putas, quod quidē ad me scripsisti, vt in tanto scandalo, & in anathemate Domini Papæ mori velle non timeas. Deinde si ita necessarium erat, non potuit aliud tempus considerari, nisi cum necessitatibus vniuersalis Ecclesiæ detineret, vt illi miseræ, quam exponis, non liceat subuenire? Obsecro te per eum, qui pro te crucifixus est, vt fatis afflictos, amplius cruciare parcas, & tristitiam super tristitiam addere desistas: quia vt verū fatear, sic pro hac Ecclesiæ generali, grauique scissura affectus sum, vt tædeat animam meam vitæ meæ, etiam te, & tuis in pace degentibus.

Ad monachos Alpenses. Epist. CLII.

Bonus pater vester, atque noster auctore Deo ad altiorem gradum assumptus est. Faciamus ergo charissimi, quod tunc propheta Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Sol est ille, per quem Alpensis congregatio illustris vbiq. redditur, tamquam luna per solem. Eleuato itaque illo stemus nos in ordine nostro, quicumque elegimus abiecti esse in domo Dei nostri, magis quā habitare in tabernaculis peccatorum. Ordo noster abiectio est, humilitas est, voluntaria paupertas est, obedientia, pax, gaudium in Spiritu sancto. Ordo noster est esse sub iugro, sub Abbate, sub regula, sub disciplina. Ordo noster est studere silentio, exerceri ieiunijs, vigilijs, orationibus, opere manuum, & super omnia excellentiorem viam tenere, quæ est caritas. Perro in his omnibus proficere de die in diem, & in ipis perseverare, vsque ad vltimum

diem: Et hæc quidem assidue vos confidimus actitare. Ceterum vnum opus fecistis, & omnes mirantur, quod cum sancti effectis, non reputantes vestram sanctitatem, alienam participare curastis, vt essetis sanctiores. Impletum est quod legitur in Euangelio: Cum feceritis omnia, quæ mandata vobis fuerint, dicitis, serui mutes sumus. Inuites vos reputatis, & humiles inueniuntis: Recta facere, & inutilem se reputare, apud paucos inuenitur, & ideo multi admirantur. Hoc, inquam, hoc prorsus vos de illustribus reddit illustriores, sanctiores de sanctis. Et vbi cumque diuulgatus est sermo iste: repletum omnia odore suauitatis. Hac virtus, me iudice, profertur etiam protractis ieiunijs, & anticipatis vigilijs, omni denique corporali exercitio, tamquam vera pietas, quæ ad omnia valet.

Luc. 11.
6

Quam lato sinu collegit vos multitudo Cisterciensis, quàm alacri vultu spectauit hoc angelica celsitudo: Nouerunt siquidem illi spiritus omnipotenti Deo placere super omnia fraternam societatem, & confederationem, cum dicat per Prophetam:

1. Tim. 1.
6

Isai. 41. Glutino bonum est. Et per alium: Ecce quæ bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Item, frater fratrem adiuuas, ambo consolabuntur. Aduertitur etiam hoc factum humilitatem redolere, quæ quæ accepta sit diuinæ maiestati, docet ille, qui dicit: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Ostendit, & ipse humilitatis magister per semetipsum, dicens: Discede à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Isai. 41. b

Matth.
23. d

Quid dicam de nostro pusillo grege Clarauallesis, cui specialius adhaesistis, quanto vos, & quàm speciali complectatur affectu? Non potest dici verbo, quod de mutua caritate inter nos, & vos spiritualis infusio mirabiliter operatur. Superest, fratres, vt inuocato Spiritu sancto, maturetis vobis eligere patiem. Nam si me expectaretis, vereor ne aduentus noster differatur in longum, & illa dilatio esset periculosa. Sed vocate ad vos fratrem nostrum charissimum Godfridum priorem Clarauallesis, qui & in hoc sicut in alijs impleat vicem nostram, vt consilio eius, forte illorum, quos ipse pro se miseret, si venire non poterit, nec non, & patris vestri Guarini, talem personam eligatis, de qua, & Deus honorem habeat, & vos salutem. Memores mei estote fratres.

Charissimis fratribus Clarauallesis, monachis, conuersis, nouitijs, frater Bernardus gaudere in domino semper. Ex vobis pendite quid patiar ego. Si vobis molesta est absentia mea, nemo dubitet mihi esse molestiorem. Non enim parisi iactura, nec eiusdem gramini est me vno carere vos, meque vestra vniuersitate desitui. Tot me necesse est affici curis, quot vos estis, & ad singulos quosque vestrum dolere absentiam, timere pericula. Duplex contritio ista non me deseret, quousque meis visceribus ego reddar. Quod quidem, & vos sentire pro me non ambigo, sed ego vnus sum. Vobis ergo vnâ, mihi multiplex incumbit tristandi ratio vixote pro omnibus vobis. Nec solum cruciat quod absque vobis, vel ad tempus viuere cogor, sine quibus, & regnare miseram mihi repute sequitatem, sed etiam quod versari compellor in his, quæ amicam quietem omnino perturbant, & meo proposito minus fortasse conueniunt. Hæc scientes, moræ meæ, quæ meæ non est voluntatis, sed Ecclesiasticæ necessitatis, non oportet vos indignari, sed compati. Spero autem, quod non erit longa, vos orate, vt non sit infructuosa. Detrimenda, quæ interim forte contingent, emolumera reputentur, quoniam Deus in causa est. Qui cum sit benignus, & omnia possit, facile damna reficiet: non solum integre, sed etiam cumulate. Propterea bono animo simus, Deum habentes nobiscum, in quo & vobis praesentes sumus quantumlibet terrarum spacijs diuisis à vobis videamur. Quicumque in vobis bene officium seipsum exhibet, humilem, timorat, studiosum lectorem, orationibus vigilæ, fraternæ caritatis sollicitum, non me putet absentem sibi. Nam quomodo esse praesens spiritu non sum, cum quo est mihi cor vnum, & anima vnâ? Si quis autem suscipiat quod ablit) extitit inter vos, aut bilinguis, aut multilinguis, aut contumax, aut impatiens disciplina, aut inquietus, & vagus, & qui panem otiosus comedere non erubescat, huic etiam si corpore praesens essem, longe essem ab eo anima mea, eo quod ipse longe fecerit à se Deum, morum non locorum distantia. Interim fratres dum venio, seruit. Domino in timore, vt sine timore quandoque de

manu inimicorum vestrorum liberati feruatis illi. Seruite in spe, quoniam fidelis est in promissis. Seruite ex merito, quia multus in meritis est. Nam et si cetera taceam, hoc solo certe non immerito vitam sibi vendicat nostram, quod pro ea praeiuit suam. Nemo igitur sibi vivat, sed ei, qui pro se mortuus est. Cui enim iustus vitam, quam ei, qui non mereretur, ego non viuerem? Curam modius, quam promittenti vitam aeternam? Cui magis ex necessitate, quam flammis perpetuas ministranti? Sed seruioluarie, quia caritas libertatem donat. Huic prouocō viscera mea. Seruite in caritate illa, quae timorem expellit, labores non sentit, meritum non intuetur, praemium non requirit, & tamen plus omnibus urget. Nullus terror sic sollicitat, nulla praemia sic inuitant, nulla iustitia sic extigit. Ipsa vos mihi inseparabiliter iungat, ipsa me vobis iugiter representet, horis maxime, quibus oratis, charissimi, & desideratissimi fratres.

Ad egypti Episc. CXLIIII.

TRISTIS est anima mea usque dum redeam, & non vult consolari usque ad vos: Quae enim est mihi consolatio in tempore malo; & in loco peregrinationis meae? Nonne vos in Domino? Minime quidem deserit me quocumque iero dulcis iocunditia vestri, sed quanto memoria dulcior, tanto absentia molestior. Heu mihi quia incolatus meus non solum prolongatus est, sed etiam cumlatus Et reuera, iuxta Prophetam, super dolorem vulnerrum meorum addiderunt, qui a vobis aliquando vel corpore separant. Est commune exilium, ipsaque molestum satis, quod quantum in hoc corpore peregrinamini a Domino. Huic accessit & speciale (quod pene impatientem me reddidit) ut cogat vivere sine vobis, longa molestia, & tedium expectatio, vanitati huic occupanti omnia, tam diu manere subiectum, foetulentum corporis hostido, & mortis vinculis, funibusque peccatorum necdum absolui, & tanto tempore non esse cum Christo. Ceterum aduersus haec omnia vitam mihi remedium qualecumque erit, & vere datum a deo super, pro vultu videlicet glorie, qui absconditus est usque

Oper. D. Bern. Tom. II.

adhuc videre interim templum Dei sanctum, quod estis vos. Ex hoc in templo facilis mihi videbatur transitus ad illud gloriosum ad quod Propheta suspirat, dicens: Vnam peti a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae, ut videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. Quid dicam, quoties id solatum interpolatum est mihi? Ecce hoc tertio (nisi fallor) auulsa sunt a me viscera mea. Parvuli ablactati sunt ante tempus, ipsos, quos per Euangelium genui, non licet educare. Propria denique deserere, & aliena curare cogor, & dubito pene quid magis aegre feram, an subtrahi illis, aut intricari istis. Itaque bone Iesu, tota de sciat in dolore vita mea, & annuam in gemitibus? Bonum mihi Domine magis mori, quam viuere est, non tamen nisi in te fratres, iuxta domesticos, inter charissimos. Id siquidem dukis, humanus, tutiusque esse constat. Immo vero pius est, ut in hoc remittas mihi, ut refrigeret pius quam abeam, & amplius non ero. Si placito Domino meo ut oculi patris qualiscumque, qui non sum dignus vocari pater, claudantur manibus filiorum, ut extrema videant, exitu confoleantur, spiritum suis desiderijs leuent, ad confortium si dignum iudicatis beatorum, cum pauperum corporibus, pauperis corpus sepeliant: hoc proorsus, si inueni gratiam in oculis tuis, precia, & meritis eorundem fratrum meorum obtinere toto affectu desidero. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Nec mihi viuere volo, nec mori. Sed dignum est, ut qui dolore meum audistis, etiam consolationem non ignoretis, si qua est. Primum quidem de omni labore, & calamitate, quam patior, solum arbitror esse in causa eius, qui omnia viuunt. Velim nolim, necesse est me viuere illi, qui meam sibi propriae vitae positione acquisiuit, qui & potes est si quid patimur pro ipso, recompensare nobis in illa die misericors & iustus iudex. Quod si inuitus militauero ei, dispensatio mihi tantum credita est, & ero seruus nequam. Si autem volens gloria est mihi. In hac ergo aliqua tantulum consideratione respiro. Deinde quae pene non meis meritis superna gratia honestauit me in laboribus meis, & gratia illa in me vacua non fuit, sicut in multis expertus sum, & vos ex parte non latuit. Sed & hac vice, quae necessariae Ecclesiae Dei sit ut vel fuerit praesentia partibus nostrae diceret ad consolationem vestram, non gloriam redoleret. Nunc autem melius

I 3 est

D. Bernardi Epistola.

est, vt hoc per alios cognoscatis, instantissima postulatione Imperatoris, apostolicoque mandato, necnon Ecclesiæ ac principum precibus flexi, dolentes, & nolentes, debiles atque infirmi, & vt verum fatear, pauidæ mortis pallidam circumferentes imaginem, trahimur in Apuliam. Rogate quæ ad pacem sunt Ecclesiæ, rogate quæ ad salutem sunt nobis, vt iterum vos videamus, vobiscum & viuamus, & moriamur, & sic viuere vt obrineatis. Infirmus in arcto temporis, certe cum lacrymis, & singultibus ista dictaui teste charissimo fratre nostro Balduino qui itylo ea excepit: quem Ecclesia vocauit ad aliud officium, & ad aliam dignitatem. Orate, & pro ipso tanquam vnico solatio meo, & in quo spiritus meus plurimum requiescit. Orate pro Domino Papa, qui me pariter, & vniuersitatem vestrâ paterno fouet affectu. Orate, & pro Domino Cancellario, qui mihi pro matre est: & pro ipsis, qui cum eo sunt, domino Luca, & domino Grisogono, magistro Yuone: qui se nobis exhibent fratres vterivos. Qui mecum sunt frater Bruno, & frater Girardus salutant vos, supplicantes, & ipsi pro se orari.

Ad Abbates Cistercij congregatos.
Epistola CXLV.

IN multa infirmitate corporis, & cordis anxietate (Deus scit) dictaui ista ad vos, homo miser, homo natus ad laborem, frater tamen vester. Vtinam nunc ipsum spiritum, in quo congregati estis, merear habere interpellatorem ad vestrâ vniuersitatem, qui imprimat pectoribus vestris calamitatem, quam patior: qui imaginem mei tristem, ac supplicem, sicut est, fraternis affectibus repræsentet. Nec hoc oro, vt creet in vobis nouam misericordiam, quia noui ego, quam familiaris vniuersitati vestræ sis illa virtus: sed hoc oro, vt in intimo sentiat is quo, & quanto affectu oporteat misereri. Certus enim sum, quia si id datum fuerit, continuo lacrymæ de thesauro pietatis erumpent, singultus, & gemitus, & suspiria hinc inde pulsabunt caelos, & audiet Deus, & placabitur mihi, & dicet: Reddidi te fratribus tuis: non morieris inter extraneos, sed inter tuos. Tantis siquidem laboribus, & doloribus affectus sum, vt sæpe tædeat

me etiam viuere. Humanum autem dico propter infirmitatem nostram. Desidero differri vsque dum reuertar ad vos, vt non moriar nisi inter vos. De cetero fratres, bonas facite vias vestras, & studia vestra, quæ honesta, quæ salubria sunt constituent, & tenentes ante omnia solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: & Deus pacis sit vobiscum.

Ad Burchardum Balernensem Abbatem
Epistola CXLVI.

IGnitum eloquium tuum vehementer, & ignitum illo igne, quem Dominus misit in terram. Legi illud, & concauit cor meum intra me. Benedixi illi fornaci, de qua huiusmodi scintillæ euolassent. Nonne cor tuum ardens erat in te, cum ista dictabas? Bonus homo de bono thesauro suo profert bona. Si laboraui in te, vt tu humiliter memoras, non me piget. Araui in spem profecto percipiendi fructus, & spes non confundit. Vnde fructu operum meorum lætantur viscera mea in terra aliena, & sentio ipso meo experimento semen meum non secus viam, non super lapides, non inter spinas, sed in terrâ bonam, & optimam cecidisse. Et si cum parerem, tristitiam habui, iam non a emini pressuræ præ gaudio, quia natus est infans in mundo. Infans dixerim malitia, non sensu, quem posset Saluator preponere senibus ad imitandum denuo dicens: Nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Infans qui dicat: Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Qui dicat: Adolecentulus sum ego, & contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Confiteor tibi Pater Domine cæli & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quia sic placitum est ante te. Tuo plagito sunt id, quod sunt, non suo merito. Nec enim inuenis merita, sed præuenis. Omnes peccauimus, & egemus præueniri. Tu ergo frater, agnosce te præuentum, & præuentum in beatitudinis: non à me, qui nihil sum, sed ab illo, qui me, vt de tua te salute monerem, aspirando præuenit. Nam vt multum mihi tribuas, plantator sum, rigator sum: absq; illo tamen qui incrementum dat, quid sum? Ipsi te in omni humilitate subijcias ipsi tota deuotione inhaereas. Me vero vtere

Matth.
18. 4

Ps. 118.

E

cius

ius seruo, conseruo tuo comite in via, co-
hae sede futuro in patria, si tamen studiosis-
sime impleuero inuiterium, ad quod tibi
in illis sum: idq; quantum in me est, effe-
cero, vt haereditatem capias salutis. Ad ea de
quibus quaeritus es, ita respondeo: Necessita-
tes tuas, vt meas portabo, cum venero.

Ad Petrum Abbatem Cluniacensem.
Epistola CXLVII.

Domino, & patri reuerendissimo
Petro Cluniacensi Abbati, suus
Bernardus, quod suus. Visitet
te oriens ex alto, ò bone vir,
qua uisitasti me in terra aliena, & in loco
peregrinationis meae consolatus es me. Be-
ne fecisti, intelligens super egenum & pau-
perem. Absens eram, & absens etiani
longo tempore, & recordatus es nominis
mei homo magnus, & occupatus in magnis.
Benedixit tui sanctus angelus, qui pio pecto-
ri tuo id suggessit. Benedictus Deus no-
ster, qui persuauit. En teneo, uir glori-
osus apud extraneos, litteras tuas, & alias litte-
ras, in quibus tuam mihi animam effudit.
Glorior, quòd me habeas non modo in
memoria, sed etiam in gratia. Glorior pri-
uilegio amoris tui, resectus sum de abun-
dantia suauitatis pectoris tui. Non solum
autem, sed & glorior in tribulationibus, si
quas dignus habitus sum pro Ecclesia pati.

F Haec plane gloria mea, & exaltans caput
meum Ecclesiae triumphus. Nam si socij
sumus laboris, erimus & consolationis.
Collaborandum fuit: & compatendum
matri, ne & de nobis quereretur dicens: Qui
iuxta me erant, de longe steterunt, & vim
faciebant, qui querebant animam meam.
Deo autem gratias, qui dedit ei uictoriam,
honestauit eam in laboribus, & compleuit
labores illius. Tributa nostra in gaudium,
& luctus noster uentus in cithara est. Hyems
transiit, imber abiit, & recessit, flores appa-
ruerunt in terra nostra, tempus putationis
aduenit, amputatum est superfluum iuuile,
putre membrum. Ille iuuens qui perire
fecit Israel, morte absorptus est, & tradu-
ctus in ventrem inferi. Fecerat quippe, se-
cundum prophetam, pactum cum morte,
& cum inferno foedus iurauerat. Ideoque,
iuxta Ezechielem, factus est perditio, &
non substituit in aeternum. Alius quoque
omnium sicut maximus, ita & pessimus ini-

micus, abscessus nihilominus est. Et is erat
vnu ex amicis Ecclesiae, sed ex illis, de
quibus solet quaeri, & dici: Amici mei, &
proximi mei aduersum me appropinqua-
uerunt, & steterunt. Si qui restant, cito spe-
ramus de similibus idem iudicium. Prope
est, vt reuertar ad fratres meos, si uita co-
mes fuerit, per vos sicut intendo transitu-
rus. Interim commendo me sanctis oratio-
nibus vestris. Salutamus fratrem H. came-
rarium, & omnes, qui circa vos sunt, cum
reliqua sancta multitudine.

Ad eundem. Epistola CXLVIII.

Domino Petro Abbati Clunia-
censi, B. humile dilectionis
obsequium, Lectis litteris ve-
stris laetatus sum in eis, quod
tantillum uidelicet tantis in benedictioni-
bus dulcedinis praeuire curastis. Cete-
rum, uidentur inuicem, & colloquendi
pariter, quoniam dignum iudicatis, quan-
do se offerret illa oportunitas, quando con-
ueniens ocus, quando iusta occasio? Hae
interim paucis vestris pauca reddidimus,
ampliora libenter donaturi, cum ea uobis
onerosa non fore cognouerimus. Alio-
quin quando hoc ipsum auderet nostra pu-
sillitas, nisi daret ad dignitatem veram ac-
cessum uestrae dignationis humilitas?

Ad eundem. Epistola CXLIX.

Quam nolim fieri quod uestrae pu-
tem obuiare reuerentiae, credo sin-
ceritatem uestram non latere. Ea
fiducia suggerere uobis non du-
bito, quod suggerendum uideretur. De mo-
nasterio sancti Bernardi uellem uos mode-
ratus agere, quam cepistis. Nam etsi hoc
uobis in pace subijcere, & absque omni
contradictione possidetis, ne tunc quid uestra
referret, uideo. Neque enim crediderim
uos delectari honore, cum tanto onere.
Nunc uero cum nec absque magno labore
uendicare uobis praefatum monasterium,
nec in pace, ut aiunt, queatis posside-
re: honesta uobis (ut mihi uide-
tur) praebetur quiescen-
di occasio, timor
inquietan-
di.

Ad Dominum Papam Innocentium.
Epistola C L.

Sanitas capitis redundet in membra .
Vnguentum, quod descendit in bar-
bam de capite, extrema quoque sim-
bria vestimenti participet . Si per-
cutto pastore diffugerant oves , valente , &
incolumi secure reuertantur ad pastum .
Quod dicimus, hoc est : de glorię vestrę cre-
bris successibus , creber nuncijs lætificat ci-
uitatem Dei . Iustum proinde est vt vestra
prosperatio , Ecclesię roboratio sit : & cum
exaltat Deus electum de plebe sua, ipsa quo-
que se sentiat exaltari, ac de robotis incre-
mento fortiorem agnoscat . Nam si com-
passa est, & conregnare debet . Sic dignum
nobis, sic nobis necessarium . Quid enim ?
Si in timore , & angustia æquitatis vigor
non languit, non tepuit feruor, modo ce-
dimus cum appropinquamus ad palmam ?
Quę eminuit in infirmitate, in sublimitate
virtus succumberet ? Quām nempe in manu
valida ordinatum est nobile illud monaste-
rium Virziliacense ? Nec insanis profecto
tumultibus armatę plebis, nec effreni fu-
rentium, atque obstrepentium vesanię mo-
nachorum, nec quod his fortius fuit, copijs
mammonę cedendum putauit, vel ad mo-
dicum apostolica celsitudo . Quid apud san-
ctum Benedictum ? Numquid regia indi-
gnatio prohibere potuit spiritum libertatis
accensum, atque accinctum aduersus car-
nem, & sanguinem ? Sic sancti Meminij, sic
sancti Satyri, miro modo Ecclesię immuta-
tę sunt, & de synagoga sathanę restitutę
sunt in sanctuarium Dei, vellent nolent
omnes iniqua agentes superuacue . Sed nec
Leodij ceruicibus imminere mucto barba-
ricus compulsi acquiescere importunis, im-
probisque postulationibus iracundi, atque
irascens regis .

Quis vero dignis efferat laudibus, quod
nouissime diebus istis de manu potentis,
eminus licet, emissum est in conturbatores
Ecclesię Aurelianensis ? Reuera nunc sagi-
ta Ionathę non abiit retrorsum, & hasta
eius non est auersa . In quo tamen verò
rex quidem turbatus est, sed non omnis He-
rosolyma cum illo . Magis autem mitigauit
omnē iram suam & ipse tandem, Erubuit
siquidem, & timuit frustra armari aduersus
Dominum, & aduersus Christum eius .

Hinc prorsus eleuata est magnificentia tua
super cęlos, tatum vt laudabile principium
condigno exitu perornetur . Quod qui-
dem vniuersi, qui vos amant, vehementer
expectant, idque flagitant maturari . Sane
simili zelo, & in manu æque potenti Eccle-
się Turonensi iamiamque subuenire neces-
se est . Alioquin prope interitum est & ip-
sa, nisi cito feratis auxilium . Reuixit (vt
aiunt) Gilberti spiritus in Philippo, ipsius
plane & nepote carnis, & hæredæ ambitio-
nis . Quanta nempe dominandę cupiditate
& iste iuuenis inardescat, indicat matris sue
Ecclesię diuturnus & miserabilis cruciatus,
quo pene eam euiscerat miser, vt se parti-
riat in honorem . Est tamen auctore Deo
eius tergiuersationibus finis tandem impo-
situs : si tamen quod dictante iustitia, & cõ-
pellente malitia, & pace provocatę in cum
actum est, Apostolicę auctoritati ratam ha-
bere placuerit . Absit autem vt confundat
fideles suos benigna maiestas, quibus idem
negocium dignum duxit committere ter-
minandum . Absit, absit vt sæua ambitio
refugium habeat apud innocentię defen-
sorem . Hoc ipsum quantę audacię est,
quod tentat, quantę desentię quod spe-
rat ? Semel & secundo iam Apostolici con-
temptor mandati, iustitiam subterfugit, &
nunc impudentiori temeritate audeat de-
nuo nihilominus tantę æquitatis vultibus
præsentari ? Cui obscurum est quām impie
cogitet in mammonę viribus turrim forti-
tudinis oppugnare, homo qui de iustitia
peccatum non præsumit ? Sed securi sumus .
Siquidem que tentatur, Innocentię est, &
filius iniquitatis non apponet nocere ei .
De cetero memoriam abundantię suauita-
tis tuę dulcissime pater, cum suspiramus
præsentię dulciter inuicem cruciamus
quia caremus illa, in ista consolamur . Hęc
sedula cordibus, hæc oribus frequens est .
Sal est in omni sermone, a res malcet, dul-
corat ora, corda recreat, & inflammat . Ce-
leberima est in conuetsibus sanctorum,
colloquia condita, impugnat preces, ad o-
randum sonant . Oramus & nunc solliciti
pro vobis & vestris, vt æterna memo-
ria dignos vos ipsa æternitas
habeat, cui & pro qua
temporaliter
laboratis .
Amen .

K

I

ps. 88. d.

E

Ad Philippum Turonensis ecclesie electum.
Epistola C L I.

Doleo super te Philippe charissime, sed queso te ne rideas dolorem meum. Nam si ibi minime videris forsitan esse dolendus, ideo magis dolendus. Tu videris quid de te sentias, ego te arbitror omni lacrymarum fonte plangendum, dolor meus non est dignus subfannatione, sed compassione: quia dolor meus non est de carne, & sanguine, non de amissione rerum peritura, sed de te o Philippe. Non potui expressius demonstrare magnitudinem causae doloris. Philippus est in causa. Cum hoc dico grauem Ecclesiae pronuncio luctum: quae te aliquando suo gremio fouebat, germinantem sicut lilium, florentem donis innumeris. Quis tunc temporis non clamabat, bonae spei iuuenem, bonae indolis

Thi. 4. n adolescentem? Sed heu mutatus est color optimus. A quanta spe decidit Francia, quae te genuit, & nutrauit. O si cognouisses, & tu. Tu inquam, si apponeres scientiam, apponeres & dolorem, & dolor tuus faceret ne noster omnium esset infructuosus. Procederem, si sequerer spiritum meum, sed nolo proferre plurima in incertum, & esse quasi aere verberans. Sed haec scripsi, vt nostrum vtrumque erga te affectum cognosceres, & vt nos scires esse in proximo, si forte Deus aspiraret tibi nostrum curare colloquium, & optatam nobis tui velles exhibere praesentiam. Sumus enim Viterbij, & te morari in vrbe audiuius. Dignare rescribere nobis quidquid illud sit, quod de his litteris corde coeperis, vt sciamus quid faciendum sit nobis, plus videlicet, minusve dolendum. Quod si omnia contemnis, & in nullo nos audis: ego quidem fructum non perdam litterarum, quae ex caritate procedunt: sed tu de contemptu ante tribunal terrificum respondebis.

Ad Dominum Papam Innocentium pro Tre-
vensi episcopo. Epistola CLII.

Insolentia clericorum, cuius mater est negligentia episcoporum, vbique terrarum turbat, & molestat Ecclesiam. Dant Episcopi sanctum canibus & margaritam porcis: & illi conuersi conspuant eos. Merito quales fouent, ta-

les, & sustinent. Quos ditant Ecclesiae bonis, non corrigunt eorum mala, malosque grauati portant. Alienis nimirum laboribus locupletantur clerici, comedunt fructum terrae absque pecunia: & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Quos proprie, hodieque respicit vetus illa scriptura: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.

Mens quippe assueta delicijs, nec exculta disciplinae sarculo, multas contrahit fordes. Porro inueteratam rubiginem si tetes abradere, nec fummis saltem digitis contingi patientur, sed sicut scriptum est, in crassatus est dilectus, & recalcitrauit. Insurrexerunt testes iniqui, homines, quos delectat vitam semper alienam rodere, negligere suam. Supplicat puer vester pro eo, cuius in hac discordia (si non fallor) tota culpa est, quod culpas redarguerit clericorum. Haec pro episcopo. In reliquo pro me satisfacio. Scripta dignationis vestrae, quibus me venire ad vos cum iubere possentis, rogare dignatissime maluistis, norit paternitas vestra ad me ante natiuitatem sanctae Mariae minime peruenisse. Itaque non dico: Iuga bouum emi quinque, aut villam emi, aut uxorem duxi: sed plene (quod & vos non ignoratis) paruulos lactare me fateor, & ideo quomodo sine graui scandalo, ac periculo ipsorum venire possim, non video.

Ad Bernardum de portis, de ordine Car-
tunensi. Epistola CLIII.

Petis instanter, & ego constantes abnuo, sed parcens mihi, non te spernans. O vtinam tuo studio, ingenioque dignum aliquid elaborare possem. Lumē oculorum meorum, & ipsam quoque animā, si fieri posset, partirer tibi amice charissime, & in Christi visceribus mihi potissimum in omni plenitudine dilectionis spiritualiter amplectende frater. Ceterum vbi ingenium, aut quando ocium mihi sufficiens ad id quod petis? Neque enim leue quid aut vile, & quod nos possumus, postulare videris. Minime quippe pro minimis sic instares. Nam voluntatem tuam, & curam in hoc satis produnt crebrae epistolae tuae, & vehementior Spiritus eas animans. Nimirum proinde quāto id curiosius velle te sentio, tanto credere mihi scrupulosius acquiesco.

scio. Cur hoc? Ne magna videlicet expectans, ridiculum producam murem. Hoc vereor, & hæc causa cunctationis meæ. Et quid mirum si vereor dare, quod edere verecundor?

Inuitus, fateor, præbeo, quod me exitum non tam ehere pro futurum, quam proderem contemendum. Quis sane dare velit, quod dedisse dedecet, accepisse non possit? Liqueus do, inuitus perdo. Scimus quoniam speranti grandia, modica minus grata venire solent. Quod autem non venit gratum, perditum est, non datum. Tibi studij est, utpote ociofo & vacanti, vnde cunq; perquirere incentiu igni, quo ardes: ut ardeas magis, & impleas voluntatem domini tui dicentis. Et quid volo nisi ut ardeat? Laudo, sed frillie ea quaras, vbi te frustratum postmodum non queraris. Erras si apud nos quaris. Ego potius illa abs te mendicare debuerim. Scio quidem, dare, quam accipere beatus esse, sed si detur quod danti honestum, accipienti vtile sit: quale vtiq; penes me quicquam esse penitus nescio. Quod autem habeo, vereor, si in medium venerit, ne te quoque optasse illud pudeat, poeniteat postulasse. Sed quid? Non melius nos apud te tu ipse excusabis? Tui tibi certe fidem oculi faciant. Cedo importunitati tuæ, ut vel exhibitio tollat suspitionem. Res est cum amico. Non parco iam verecundia, profus dū fiat, quod tu vis: insipientiæ meæ non memorabor. Sermones paucos in principio Canticorum Salomonis recens dictatos, tu facio transferri, & tibi cum necdum ediderim, quam citius mitto. In quo opere cum accepero tempus (Christo imperante curis) tentabo procedere: si tamen me inde confortes. Dominum & patrem nostrum priorem vestrum cum ceteris fratribus, per te deuota saluto, & propitios habere apud Deum corde humili supplico.

Ad eundem. Epist. CLIIII.

Dissimulare nō valeo tristitiam cordis mei, nec patior ultra latere te cruciatum, quem patior, Bernarde charissime. Memori antiquæ meæ promissionis, propositum habui, & desiderium magnum transire per vds, reuifere quos diligit anima mea: itinere meo solatium, laboribus leuamen,

peccatis remedium postulare: & culpas tuis exigentibus factum est non ut nollem, sed ut non possem. Poenam siquidem hoc agnosco culparum, non culpam. Cuius sis homo Dei minime profus amici tui incuriam, non pigritiam, non negligentiam, sed causam obstitisse plane non negligendam, & causam Dei. Nihilominus tamen vermis iste continue redit me, & dolor meus in conspectu meo semper. Et quidem aliàs fatis tribulor, sed ut verum fatear, in nullo æque. Vincit labores inmeris, caloris incommodum, curarum anxietates. Ecce quæru vulnus amico, tu frater interea compati mihi: hoc est portare mecum quod patior, ut releuet ego, tuas & per te sanctorum, cum quibus es, orationes supplex flagito. Sermones super principia Canticorum, quos tu petisti, & ego promiseram, transmitto tibi. Quibus lectis, peto ut quam citius opportune poteris tuo rescripto moneamur vel ad procedendum, vel ad supersedendum.

Ad dominum Papam Innocentium, pro eodē quando electus est. Epist. CLV.

Dilectū Deo & hominibus Bernardum de parus, pater venerande, vocatione vestra, rogi ad opus & onus episcopale audiuimus. Probabilis res, accidens plane vestro apostolatu, ponere in lucem, ut ab absconditum, ne sibi soli viuat, qui & alios ad vitam trahere possit. Vsq; quo namque latet & ardet tatummodo, qui & lucere valet? Leuetur si placet super candelabrum, ut sit lucerna ardens & lucens: sed sane vbi non praualeat vis ventorum, ne forte (quod absit) extinguetur. Siquidem insolentia Longobardorum & iniquitudo eorum, cui non est nota: Aut cui magis quam vobis? Nobis magis, nisi, quam sit ille episcopatus, distipatus, quamque domus exasperans. Quid preciamus esse latium iuuenem viribus corporis fractum, & quicquid eremum: in populo barbaro, tumultuoso, procioso? Quando poterit conuenire tantæ sanctitati, & tanta peruersitati, tantæ simplicitati, & tantæ dolo sitati? Reseruetur si placet congruentiori loco, atque alteri populo cui sic præstare proficit, & festinatione non pereat fructus, quem poterit dare in tempore suo.

Ad eundem pro clericis Aurelianensibus.
Epistola CLVI.

VSquequo misera illa Aurelianensis Ecclesia incassum viscera pulsat patris orphanorum, & iudicis viduarum? Quippe iacet iam olim in pulvere virgo nobilis Israel non solum viduata viro, sed & charis orbata pignoribus. Proh dolor, non est qui subleuet eam. Quousque & filios non dimittit cum matre misera clamantes post vos? Illos dico, qui amissis rebus & domibus, capitibus suis refugium solum inuenere diffugium. Quid tardat intrepida manus, nullis hactenus vel negata oppressis, vel remissa praesumptoribus? Quid tardat (inquam) afflictos eripere de manu fortium, & reddere retributionem superbis. Et si tardat, non derelinquat usquequaque. Oportet magis dilatum auxilium tandem venire validius, & subuenire perfectius. Illa sit si placet, modesta tarditatis recompensatio, ut & qui Apostolica patientia superbe abusi sunt, nihil inde in fine lucentur, & qui in verbo vobis patienter passi sunt, minime eos suae quandoque pigeat patientiae.

Ad Haimericum, pro eisdem.
Epistola CLVII.

Speciali amico suo Haimerico, Dei gratia diacono Cardinali, & Apostolicae sedis cancellario, frater Bernardus de Claraualle, luce sapientiae & virtutis clarificere. Nisi quia vestram noui, & circa afflictorum compassionem, & contra proteruos indignationem, opportune importune instarem vobis pro magistro Vulfhelmo Maudu-nenti, & socijs eius, compellentes aduersus oppressores, & calumniantes eorum. Nunc autem sufficiat memorasse vestrum esse opere probare cito, quod reuera sufficiat.

Ad Dominum Papam Innocentium super
interfectione magistri Thomae, prioris
Sancti Victoris Parisiensis.
Epist. CLVIII.

Amantissimo patri & domino Innocentio summo Pontifici Bernardus Claraualle Abbas indignus nimirum id quod est, & quod potest in Domino. Fera pessima, quae deuorauit Ioseph, canum nostrorum importunitate non ferens, ad vestra dicitur defensionis auxilium confugisse. In quantam misera deuenit amentiam, ut vaga & profuga & tremens super terram, illic potissimum fugam inierit, ubi plus timere oportuit? Sceleratissime, tu summam equitatis sedem putas esse speluncam latronum, aut cubile leonum? Tu filij recentem adhuc cruorem ore rabido, ac ferali spumans & masticans, fugis ad sinum matris, patris audes apparere conspectibus? Tamen si penitentiam petit, neganda ei non est. Quod si audientiam, accipiat illam si placet. Quam vel Moyses indulsit populo ante conflatile curuanti genu, vel Phinees fornicanti Israele, vel Mathathias demonibus immolanti: vel certe ut vobis de vestris al quem proponamus, quam a beato Petro Ananias, & Sapphira meruerunt: quam denique audientiam dedit negotiantibus in templo Saluator. An ignoramus quorumdam peccata pia cedere ad iudicium? Nonne vox sanguinis fratris tui clamat aduersum te de terra? Credimus & nostri martyris spiritum, quem nouissime diebus istis tua crudelitas morti dedit, cum ceteris animabus interfectorum, voce valida sub altari clamare & flagitare vindictam, quoque instantius, quo recentius ipsius sanguis effusus est super terram. Sed numquid ego, inquit, occidit eum? Nonne tu, sed tui, & propter te, an & per te, videat Deus & iudicet. Si excusabilis tu es, cuius dentes, arma & sagittae cuius lingua, gladius acutus: proinde nec Iudei Christi de morte culpandi sunt, quippe & ipsi inanus continere cauti. Ob illicitas exactiones, quas sibi occasione archidiaconatus in presbyteros minime iam, ut consueuerat usurpare liceret: beati utique Thomae obuiante zelo, atque industria, utpote iustitiae amatoris, & defensoris, oderat illum, & mortem ei iam ipso odio homicida minitari solebat. Multi se addidisse nunc perhibent, quibus discredendum

non

non est. Postremo nepotes eius vt impias manus in sanctum Domini mitterent, quid aliud vniquam aduersus eum habuerint, ipse certe dicat, si potest. Si ergo iste qui causa, qui inceptor, quia etiam (vt omnium pene suspicio est) extitit, & dictator facinoris: si is, inquam, impune ferat (quod vtique mira impudentia de vestra apostolica auctoritate praesumit) quanta putamus impunitas ista in Ecclesia parturiet puniendi? Vnum est duobus fore necesse est, aut nullos ex nobilibus siue potentibus secundum hoc facultum admitti deinceps ad honores Ecclesiasticos: aut passim ad omne illicitum permitti libere clericos sacris abuti officijs, ne forte si quispiam zelo Dei accessus prohibere tentauerit, ferro illico militari reus iustitiae trucidetur. Atque ita quid impune gladio, quid censurae Ecclesiasticae, quid Christianae legi & disciplinae, quid reuerentiae sacerdotali, quid denique diuini timori relinquitur: si metu potentiae secularis, nullus mutare iam audeat contra insolentiam clericorum? Quid enim insolentius, quid ve indignius in Ecclesia esse potest, quam vt sibi quisque Ecclesiasticas vendicat dignitates feritate armorum, non morum probitate? Quam obrem Domine pater aliquid, vt videtis, prorsus decernendum in hominem quod Ecclesiae proficit, vt salus facta hoc tempore per vos transfundatur in posteros, vt cognoscatur generatio altera, non solum quod praesumptum sed & qualiter vultum.

I Alioquin si serpat venenum, nec sequatur pariter & antidotum, multos (quod absit) habeat perimere.

Ad eundem, ex persona Stephani Parisiensis Episcopi, vide supra.
Epist. CLIX.

Priissimo patri innocencio summo Pontifici, Stephanus miserandus episcopus Ecclesiae Parisiensis, misericordiam & iudicium. Vir religiosus prior sancti Victoris, magister Thomas in obsequio caritatis: in itinere quod indixerat pietas, in opere sancto, in sancto comitatu, in dominico die, certe in hunc meo, & inter manus meas crudeliter ab impijs pro iustitia excerebratus est, factus obediens vsque ad mortem. Non opus est praed, vbi pietatis melius in silentio lacrymae prouocant, & singultus qui intermum-

pit precem, exprimit affectionem. Haeplae compassioem veram etfi non pliant, merentur tamen, vtpote quae vnam iudicant, produntq. dolorem, & simulationis fugant ambigunt. Puto proinde subcere mihi ad incutendam paternis viscibus calamitatem, quam patior, rem vix simpliciter intinasse. Tristis, flebilisq. historia fati pro se agit, praesertim apud vos, & suafortijs fueri non indiget Exitus aquarum deducite oculi mei, quoniam dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum, Nec enim illum lugeo, sed me. Nam ille quo pato lugeatur, qui mortis precioso compendio transiuit ad vitam? Quis illum non magis laudibus quam fletibus prosequatur cui vixere Christus fuit, non est lacrum? Episcopi nomen ego gerebam, ille exercebat opus. Honore spreto, onus totis viribus supportabat. Idcirco ille reuera mortuus ad vitam, ego viuus in morte. Ille mortis vincula non incidit, sed euasit, & ecce circumdant me dolores mortis, & torrentes inquitant conturbant me. Ego igitur ego miser, ego miserandus in morte tua mi frater dulcissime Thoma, blandi (ne) ablatas solatio, cauto priuatus consilio, & certe tuo patre amio desistimus. Expediebat me magis mori pro te, quam post te viuere. Propter hoc defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Condoler mihi Ecclesia, sed dolet & pro se. Commune damnum, commune desolatio est: me cum omnis religio plorat, paternam pariter implorat consolationem. Si Theobaldus Noterius adierit vos, sentiat vel ipse in se quoniam exaudiunt Dominus vocem fletus mei. Nepotes ipsius, auctores extitere sceleris, ipse causa. Vtrum & dictator, in quaestione est. Non attendas ad verba eius, donec veniat qui mittendus est, qui vobis plenius insinuans veritatem, caugum faciat a labijs iniquis, & a lingua dolo.

Pf 37.6

K

Psal. 117.

Ad Haimericum cancellarium, in persona

Domino Haimerico charissimo venabili S. Romanae Ecclesiae diacono cardinali, & cancellario, sumo Stephano Parisiensis quod domino & amico. Amicus in necessitate probatur. Quod dico, non quia de sanctitate dilectionis vestrae

vestra dubitem, sed ne contingat, vt dubi-
tum. Continget autem proculdubio, si ze-
lum illum vestrum modo (quod absit) dissi-
mulare comperero. Porro dissimulationis
mihi argumentum inexcusabile fore no-
ueo, si Theobaldum Notorium non reci-
peret pro meritis quacumq. occasione con-
tingentem qui dimidium anime mee nepotum
suorum manibus creduli ambitione præci-
dit, soli cruciatui parte reliqua reseruata.

*Ad Dominum Papam Innocentium, vide su-
pra. Epistola CLXI.*

VOx sanguinis Archebaldi sub-
decani Aurelianensis inualuit.
Nam ecce (proh dolor) iuxta
Prophetam: Sanguis Sangui-
nem tangit, & simul iuncti fortius clamant
ad vos de Francia. Clamat, inquam, & vo-
ciferatur vterque sanguis clamore tam va-
lido, vt valeat ipsum quocumque palatum ce-
leste concutere: tam prope & cæca pecto-
ra & beat emollire. Quid facis amice spon-
sif, custos sponsæ Christi, pastor ouium Chri-
sti? Putasne sufficiens excogitare remedium,
quod huic obuiet pesti tam nefandæ, tam
inauditæ? Id sane necesse est inueniri, quod
de recēti Ecclesiæ vulnere in præsentiarum
medelam afferat, & posteris valeat ad cau-
telam. Ergo accingere gladio tuo super fem-
ur tuum, potentissime. Si non steterit, &
nunc Phinees, & placuerit, nõ cessabit qua-
satio. Si, inquam vigor ecclesiasticus peper-
cerit istis, Ioannici dico, & Theobaldo No-
terio: quorum, etsi non manu assensu certè,
fortè & instinctu sanguis innoxius effusus
est super terram: quis non videat quid lo-
quatur? Quantos in clero horum impunitas
contra ius, & fas, faciet promoueri, metu
vtrique suorum, non suæ merito fan-
ditatis? Nouis morbis, nouis ob-
uiandum est medicamentis.

Vtilissime, vt multus
videtur, iustissi-

mos a pontifica facile ab omni successe.
res ecclesiastica dignitate, ita vt
habitis careant, & de cete-
ro ad alias non af-
surgant.

*Ad Hiemerium cancellarium, pro eodem.
Epistola CLXII.*

Frequentem, & amicabilem recorda-
tionem, qua dominum episcopum
Parisensem commendare soletis,
ego postmodum ipsi frequenter
testatus sum. En à vobis exigitur non ver-
bo aut lingua, sed opere, & veritate proba-
re nec me fuisse fallacem, nec vos menda-
ces. Sic vestra interest, non solum propter
episcopum, sed & propter alios amicos ve-
stros: qui vobis pro certo grauitur, si quo
modo præter spem procedere causam con-
tingeret, turbarentur.

*Ad Ioannem Cremensem Cardinalem pres-
byterum, de eodem.
Epistola CLXIII.*

Dilectionem, & dignationem,
qua me amplecti à vobis nul-
lus dignitatis homuncio sen-
sit, in æternum non obliuiscar.
Poenitentiam, & conuersionem vestram, de
qua iam Angelis collatus sum, & conde-
lectatus, dignos facere fructus opto iugiter,
& oro frequenter. Et nunc maxime ipsos
nostra illa Gallicana Ecclesia mecum expe-
ctat, credo non intemptiuus. Inter est ve-
stra pariter, & mee famæ, vt non confun-
dar in vobis. Sic ergo clareat omnibus ze-
lum apud vos veritatis, iustitiæque, & ferue-
re contra interfectores clericorum, & insti-
gatores eorum, vt non me pigeat gloria-
tum fuisse de vobis.

*Actio causa Ligonienfis Ecclesia, ad Do-
minum Innocentium Papam.
Epist. CLXIII.*

DVM adhuc Romæ essemus, con-
tingit illò venire dominum archie-
piscopum Lugdunensem. Vene-
nerunt, & cum eo Robertus
Acanus Ecclesiæ Ligonensis, & Vlricus ca-
nonicus, querentes licere sibi, & capitulo
Ligonensi eligere sibi episcopum. Manda-
tum liquidem à Dño Papa acceperant, ne-
quaquam præsumere hoc, nisi ad consilium
religiosorum virorum. Quod dum per me
cuperent & peterent obtinere: absit, in qua
nisi sciam, & certus sint, quod bonam, ido-
neamque personam intendatis eligere Re-
spon-

sponderunt propositum suum, atq. in cōtentionem, de nostro pendere arbitrio, nec aliud se facturos, nisi quod ego consulerem. Et sponderunt. Verum me non satis fidem accommodante, accessit ad persuadendum Archiepiscopum, pollicēt firmiter id ipsum. Et addidit: quōd si secus clerici agere molirentur, quidquid aliud facerent, minime se confirmaturum, nec ratum habiturū. Adductus est, & dominus Cæcellarius in testimonium. Nec contenti, audiuius etiam præsentiam Domini Papæ, v. eius fauore, & auctoritate quōd inter nos conuenerat, confirmaretur: prius tamē habita inter nos collatione mutua, ac diuturna super faciendā electione, & de multis personis, quarum ibi mentio facta est, duabus tādē nominatis, à quibus nostrum penitus dissentiret, qualibet illarum eligi placuisset. Itaq. quod nobis complacuit, Dominus Papa immutabiliter obseruari præcepit: & tam Archiepiscopus, quā clerici firmiter promiserunt. Illis abeuntibus, ego post discessum eorum dies paucos in vrbe faciens, vbi à Domino meo impetrare potui facultatem redeundi, ad fratres iter arripuimus. Et transfalpinantes comperimus instare diem, qua foret sacrandus homo in Episcopum Lingonensem: de quo vtinā meliora, atque honestiora audiuissemus. Nolo autem dicere, quæ inuitus audiui. Quid plura? A religiosis viris non paucis, qui nobis salutandi gratia occurrerant, persuasi sumus diuertere per Lugdunum, qua tenus si fieri posset, rem nefariam ne fieret prohiberemus. Nam ego aliunde ob viæ compendium ire statuerā, consules valetudini, & lassitudini corporis, presertim, quōd nō liquido, fateor, credebam rumoribus. Quis enim crederet tantum virum ita vti leuitate, vt postposita tam recente promissione sua, in super domini sui mandato, personæ notabili manum imponere non timeret? Itaque consilio religioso nō acquiescentes, Lugdunū iter direximus: & penitentes omnino sicut audiuius, sic viximus. Parabantur illa non festa, sed inausa solēnia. Decanus tamen, & maxima (ni fallor) pars Lugdunensium canonicorum constanter, aperte, contradicebant. Sed & rumor pudendus, dolēdusq. passim crebrescēs, & inualescēs, ciuitatem repleuerat. Quid faceretur? Cōueni Archiepiscopum reuerenter quidē super pacta, quod fecerat, & super mandato, quod acceperat, & nil horū nega-

uit. Causam vero præuocationis respiciens in filium Ducis, quæ a collucto resisterat, ut ille turbaretur, in id se mutabilitatis incedit, se dicebat, patris velle et intente. Et in id, quia quidquid negotium egerit, iam prodestro deinceps arbitrio se facturum. Tunc gratias agens, ablit inquam, tamen non nostra: sed Dei potius volūtas fiat. Quæ si forsitan cognosceretur, si res ponatur in consilio episcoporum, aliarumq. religiosarum personarum, quæ hic ad vestram ipsius vocationem conuenerunt, vel adhuc ventura sunt. Quod si inuocato Sancto Spiritu, consensus omnium vos ad procedendum incepto opere animaduertit, procedite vt cepistis. In autem acquiescendum Apostolo dicente. Neminis in manu imponas. Visum est enim consilium placuisse. Interim homo ille nēnisse nunciatur, sed in hospitium, non in palatium. Vespere sextæ ferre venit, sabbato mane recessit. Non est mentu dicere, cur nec in curia apparere voluerit, ad quam ei cura fuit longo itinere peruenire, nisi quōd verecundia monachalis, non nisiq. contemptus, forsitan putari posset, si nō aliud alia, quæ sequuta sunt, indicarent. Et reuera quid aliud tūc suspicari debuimus, quā dō Archiepiscopus rediens ab illo, restatus est coram omnibus nullo modo eum voluisse acquiescere: sed quidquid de eo factum fuerat, penitus refutare? Denique, et mandauit mox electionem fieri. Hoc per quōsdam Lingonenses Canonicos tunc præfertes, hoc, per litteras, quæ adhuc extāt. Quibus in capitulo Lingonensi oblati, & lecti, pro pudor, incontinenti legitur aliæ per omnia contrariæ illis: afferentes vtrique consecrationem datam, nō diuissam, assignate diem, & locum ad causam decidendam, quā litteræ priores nunciabant de nam. Putares in litteris non modo diuersas, sed, & aduersas sibi loquentes personas aduersum se nōn contendentem, tūc quōd vna, eademque in ego in præfatis ceris, vnum, idemque nomen præsignatū in schedalis, manifeste forte dulce, & amarum illud manere vidētis, qui aderam in vtriusque decora bant. Vt actur in mandatis contradicentia liti est: vtriusque obtineat & creveris, inobediens necesse est tenearis. Aut enim priorem te recipientem epistolā, posterior condemnabit: aut si posteriorem sequeris, manū urabit. Et vtinam secunda epistolā sicut potuit euertere primam, ita posset sese, vel ipsa tunc aduersus tertiam.

Cluniacenses. In fraude, & temeritate istorum, hęc quàm ingens multitudo sanctorum turbabitur si angariati fuerint tale portare iugum taliterque impositum. Pro nefas, hoc ita accepturi sunt, ac si cogantur

Is. 21. d genua curuare Baal, aut certe (iuxta Prophetam) pactum facere cum morte, & cum inferno foedus inire. Rogo, vbi ius, vbi lex, vbi factorum auctoritas Canonum, vbi denique reuerentia maiestatis? Illa, illa, quæ nulli negatur oppresso, soli mihi non profuit appellatio. Vbi nimirum imperabat aurum, iudicabat argentum, leges, canonesque silebant, locum ratio, & æquitas non habebat. Eisdem telis (quod intolerabilissimus est) arcem quoque apostolici culminis oppugnare minantur. Id vero ridicule. Fundata est enim supra firmam petram. Sed quid ago? Excessi, fateor, non est meum accusare quemquam, aut reprehendere, sufficit mihi, vt plangam dolorem meum. Post longam moram, multosque labores, quos pro seruitio Romanæ Ecclesiæ pertulimus, tandem placuit serenitati vestræ reditum annuere ad fratres meos, etsi fructus viribus, corporis tamquam male operans, latus tamen ob manipulos pacis, quos reportabam, ad monasterium cum prosperitate perueni. Credidi me de labore euasisse ad requiem: licere mihi vteumque resarcire spiritualium damna studiorum, ac sanctæ quietis detrimenta, quæ foris incurram, & ecce tribulatio, & angustia inueniunt me. En lectulo recubante plus cordis, quàm corporis dolor exerceat. Nec enim ego deploro temporale incommodum vllum. Anima mea in manibus meis, salus eius in causa est. Placet vobis, vt illi homini credam animam meam, qui perdidit suam? Scio quia non placet. Quamobrem dixi animæ meæ expedire magis inire fugam, quàm & marore consumere residuum dierum meorum, & nihilominus in periculum salutis incidere. At Deus vobis potius inspiret, quod potius est, reducere videlicet ad memoriam (si dignum iudicatis) qualiter vobiscum egerim, & ponere oculos pietatis super puerum vestrum, & liberare afflictum de angustia. Quin potius non obliuisci quanta deus ipse fecerit vobis, & in quantulacunque vicem recompensationis ad ipsius gloriam, quod tam perperam factum est, reuocare.

Ad eundem pro eodem negotio
Epist. CLXVII.

Clementissime pater, nonne precipiendo præcepisti in Lingonensi Ecclesia personam quædam religiosam, atque idoneam, & ad consilium pueri tui? Nonne deus Lugdunensis hoc ipsum mandatum ex apostolico ore tuo præsens excepit, tam fideliter executurum, quàm firmiter in unum, ac frequenter inuicatum? Nonne denique & spondit? Quid ergo vnum est ei mutare voluisse, quod utilissime, & constantissime statutum fuerat, aliudque in præsumptione moliri, quod non conueniat, in vestræ ipsius maiestatis contemptum, & in nostræ pusillanimitatis scandalum? Quomodo non erubuit, bonus ille vir apud te constas non inueniri, tentans imponere tam indignum iugum cæruicibus, tam numerosæ multitudinis religiosorum seruorum tuorum, & uelut statutum tuum, & promissum suum? Inquire pater, inquire diligenter, quale homo ille, cui festinat manum imponere testimonium habeat, & ab his, qui prope sunt, & ab his, qui longè sunt. Mihi enim interdicit dicere pudor quid publica fama de eo dicit, ambrosiana celebrissima diuulgauit. Et quid dicam? Tristis est anima mea vsque ad fugam. Etiam forsitan fugissent, nisi me retinisset consolationis spes, quam de visceribus vestris expedo. Volebam scribere per ordinem, per lacrymabilem uisera nostræ historia, sed præ tristitia languet manus, sensus hebescit, horret lingua eloqui malignam fraudem: sed subreptionem, sed circummentionem, sed temeritatem, sed perfidiam. Quid ergo? Filius tuus Pontius archidiaconus, qui & in hac causa constanter, fideliterque se habuit, cuncta tibi pater narrabit, & quid factum doleamus, & quid faciendum flagitemus. Ipsi crede tamquam mihi. Ego autem

que tibi erant adiuuauerunt, &
me ipsum nunc sentio, de-
ficiet in dolore vita
mea, & anni
mei in ge-
mitibus.

Ad Episcopos, & Cardinales Ro-
mana curia, unde supra.
Epist. CLXVII.

Vos scitis, si dignum ducitis re-
cordari, qualiter vobiscum in
tempore malo conuersatus sū,
egrediens & regrediens, & per-
gens ad imperium regis: persistens, ac per-
manens vobiscum in tentationibus vestris,
ita vt consumptis pene viribus corporis, vix
post redditam cœlitus pacem Ecclesiæ re-
patriare potuerim. Et recole hoc non glo-
rians, aut impropers, sed prouocans, &
efflagrans, monens & repositens debitum
vestrae miserationis affectum. Vrget neces-
sitas in lo omnes repetere debitores. Ego
vero si feci, quod facere debui, haud aliud
me ex eo quam seruum inutilem reputo:
iuxta sermonem domini. Veruntamen si fe-
ci quod oportuit, aut quod faciendum fuit,
nunquid merui vapulare? Et ecce accedens
ad vobis, tribulationem, & dolorem inueni,
& nomen Domini inuocaui: sed non pro-
fuit. Inuocaui & vestrum, & non valuit. Si-
quidem Distortes terræ vehementer eleua-
ti sunt: Lugdunensis scilicet archiepiscopus,
& Cluniacensis Abbas. Hi confuentes in
virtute sua, & in multitudine diuitiarum
suarum gloriantes, aduersum me appro-
pinquauerunt, & steterunt. Et non aduer-
sum me tamen, sed aduersum magnam
multitudinem seruum Dei, aduersum
vos quoque aduersum seipsos, contra Deū,
contra omnem æquitatem, & honestatem.
Denique impoferunt hominem super ca-
pita nostra, quem (proh pudor) & boni
horrent, & mali rident. Quo ordine, imo
quam extraordinarie, videat Deus, & iudicet,
videat & Romana Cusia: Videat, & do-
leat, misereatur, & accingatur ad vindi-
ctam malefactorum, laudem vero bono-
rum. Quid enim? Placet tibi Domine, muni-
di vniuersitati constituta vindix in iram, iu-
dex in misericordiam? Placet inquam tibi,
quod dicit scriptura: Impius, in cœcis pauper-
um, & ille pauper, qui per suo remedio eam
non habere censum, quem effunderet,
sanguini non pepercit? Dignum ne tibi vi-
detur tua perfrui pace, & nostram non cu-
rare, nec recipere in sortem consolationis,
quos habuisti consortes laboris? Si inueni
gratiam in oculis vestris, eripite inopem de

Oper. D. Bern. Tem. 11.

manu fortiorum eius, egenum, & pauperē
à diripientibus cum. Alioquin ego quidem
vt potero laborabo in gemitu meo, & erunt
mi hi lacrymæ meæ panes, die ac nocte, vo-
bis autem legam illum versiculum. Qui tol-
lit ab amico misericordiam, timorem do-
mini dereliquit. Et illum. Omnes necessarij
mei recesserunt à me. Illud quoque: Qui iux-
ta me erant, de lōge steterunt, & vim faci-
bant, qui quærebant animam meam.

Iob. 6.

ibidem.
Psal. 37.

A

Ad dominum Papam Innocentium un-
de supra. Epist. CLXIX.

Dignatio vestra fecit me familia-
rem, familiaritas presumpto-
rem. Adsit solita cordi vestro
benignitas, ne forte presump-
tio pariat indignationem. Audite tamen
patienter, non solum quid egerim, sed &
cur egerim, si forte causa factum possit, vel
aliquatenus excusare. Ausus sum retinere
clericos Lingonenses, qui vocati erant, con-
posita tamen pace inter eos, ipsisque persua-
sis stare deinceps de faciendâ electione in
beneplacito vestro, & consilio bonorum,
sicut in litteris eorum continetur. Erat au-
tem per necessarium eos hac vice remanere,
propter terras, & possessiones Ecclesiæ, quæ
data sunt prædæ, & direptioni, dum non est
qui custodiat, aut defendat. Itaque perso-
nis, quæ non sint suspectæ, quæ non quæ-
rant, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, in-
iungatur, si placet, cura eligendi qui Deo
placeat, & finem tandem accipiat Ecclesiæ
iam diuturna, & miseranda vexatio. Reli-
quæ vero dicenda commissimus domino
Haberto abbati Santi Stephani Diuionen-
sis, & archidiacono Lingonensi, so-
cijisque eorum. Adijcimus etiam
vt archidiaconum Lingo-
nensem, & Bonum
amicum eiusdem
Ecclesiæ
presbiterum; quoniam fideles in cau-
sa Dei extiterunt, eos, & res eo-
rum in defensione vestra
recipiat. Dignus est
enim operatius
mercede
sua.

Luc. 10.
B

K

AA

Ad Ludouicum iuniorem regem
Francorum, ubi supra
Epist. CLXX.

SI totus orbis aduersum me coniu-
raret, vt quippiam molirer aduer-
sus regiam maiestatem, ego tamen
Deum timerem, & ordinatum ab
eo regem offendere temere non auderem.
Nec enim ignoro vbi legerim. Qui pote-
R^{o. 13.} stati resistit, Dei ordinationi resistit. Sed
nec me latet, quam omni Christiano, quã
meã præcipue professioni mentiri contra-
rium sit. Veritatem dico, non mentior,
quod Lingonis de priore nostro factum
est, præter spem, præter intentionem epis-
coporum, & meam factum est. Sed est qui
volentium quodammodo extorquet athen-
sum, & suo arbitrio etiam aduersas humili-
um voluntates pro vt vult subseruire com-
pehilit. Quando enim ego periculum quod
mihi timui, illæque non metuerem, quẽ
diligo tanquam me ipsum? Quando ego
illorum consortium non horrere, qui alligant
onera grauia & importabilia, & impo-
nunt humeris hominum, digito autem suo
nolunt ea mouere? Factum est tamen quod
factum est, contra vos nihil, contra me plu-
rimum. Mihi baculus imbecillitatis meã
subtractus est, mihi lumen oculorum meo-
rum ereptum est, mihi abscissum dextrum
brachium meum. Omnia excelsa ista, &
C fluctus isti super me transferunt. In me tran-
sierunt iræ. Mihi euadendi nulla ex parte
patet via. Vnde onera fugio, inde subeo in-
uitus, & ingratus. Durum mihi sentio con-
tra stimulum calcitrare. Tolerabilia fortasse
spontaneo, quam nolenti & renuenti fuis-
set. Nam si quid virium in me est, nonne
id facilius meis, quam alienis humeris ex-
cererem? sed acquiesco aliter disponenti,
cum quo vtique aut iudicio, aut viribus con-
tendere, nec cautum mihi omnino, nec
P^{f. 75. a} possibile est, sed nec regni. Si quidem ter-
H^{eb. 10.}ribilis est etiam apud reges terræ. Horren-
dum est incidere in manus Dei viuentis eti-
am tibi o rex. O quam molestis auribus au-
diemus contraria tam bonis principiis
f^fstris. O quam amarior Ecclesiã meror post
tanta prelibata gaudia, si frustrari (quod
absit) contigerit tamen iucunda spe singu-
laris elypei sui vestræ indolis, sicut hæcenus
est experta. Hec corruit virgo Rhemen-
sis Ecclesia: non est qui subleuet eam. Cor-

ruit & Lingonensis, non est qui porrigat
manum. Auertat diuina clementia a corde
& consilio vestro super dolorem nostrum
adijcere, cumulate tristitia super tristitia.
Quis mihi tribuat mori, ne videam re-
bonæ opinionis, sed spei melioris, coram
Dei consilio obuare, irritare aduersus seme-
t ipsum summi iudicis iram, pedes patris or-
phanorum madefacere lacrymis afflictorum,
pulsare celos clamoribus pauperum, san-
ctorum precibus iustisque querimonijs elã
rissimè sponse Christi, quæ est Ecclesia Dei
viuentis? Absit, absit. Meliora speramus, D
expectamus iucundiora. Non obui-
sectur misereri Deus, nec continebit in ira sua mi-
sericordias suas. Non contristabit per illum,
& de illo Ecclesiam suam, per quem & de
quo in tantis iam letificauit. Quem suo mu-
nere contulit, sua longanimitate seruabit.
& si quid aliter sapitis, & hoc ipsum vobis
reuelabit, & erudiet corda in sapientia. Hoc
optamus, hoc optamus die, ac nocte. Hoc
sentite de nobis, hoc sentite de nostris. Nõ
infringetur veritas hæc in nobis, non im-
minuetur honor regis regnique utilitas per
nos. Gratias autem agimus vestræ clemen-
tiã pro benigno respensio, quod à vestra di-
gnatione meruimus. Verumtamen dilatio
terret nos, qui videmus terram datam præ-
dæ & direptioni. Terra vestra est, & in hoc
plane cognoscimus, & dolemus deducus re-
gni vestri, quod vos iure abhorrere man-
dastis, si non fuesit qui defendat. Nam in
quo alio regia maiestas, recte in eo, quod
factum est, imminuta dicatur? Electio vite
celebrata est, electus fidelis est. Non autem
esset si lelis, si vestra & non per vos habere
vellet. Nequid ad vestram manum extendit,
nequid ciuitatem vestram ingressus est,
nequid prorsus se intrumisit de aliquo, quã
quam inuitatio cleri & populi, & oppresso-
rum afflictio, & vota bonorum id ab eo ve-
hementissime flagitauerint. Quæ cum ita
sint, opus est, vt videtis, maturatione con-
siliij, non minus vestro honori, quam no-
stre necessitati. Et pro præsentibus nunci-
is expectamus populo, qui vestri est, serene-
ritas vestrã pro vobis respondenti, multorum
religiosorum aduersum vos (quod non ex-
pedi) deuota vobis tunc corda turbabitis: E
& regalibus vestris ipsis, quæ ad Ecce-
siam pertinent, non paruum,
vt veremur incomodum ac-
quiretis.

Ad Dominum Papam Innocensium, pro Falcone Lugdunensi Archiepiscopo.

Epistola CLXXI.

Qui in aliorum negocijs toties exauditus sum, puto in proprio non confundar. Ego Domine mi, causam Archiepiscopi mei meam duco, utpote membrum, quod nil à se ducat alienum, quod capitis sit. Quod tamen non dicerem si homo ipse sibi assumpsisset honorem, & non magis à Deo vobatus tamquam Aaron. Nec enim ab alio estimauerim factum: quod votator hominum tam facile conueniant in eum: ut non dico contradictio, sed nec cunctatio vlla fuerit. Et merito. Est quippe illustris non minus mentis generositate quam sanguinis, est scientia: est vitæ honestate. Denique famæ eius integritas nec inimici quidem dentem veretur. Quod ergo de tali: & tali modo factum est, dignum profecto est, ut favor Apostolicæ gratiæ prosequatur, & honoris plenitudine, quæ sola hæc est, gaudia piebis suæ consueta benignitate, immò debita liberalitate accumularet. Hoc vniuersa Ecclesia instantissimè supplicatione deposcit, hoc puer vester solita præsumptione efflaguat.

Ad eundem, in persona Godefridi Lingonensis Episcopi. Epist. CLXXII.

Inter crebra mala, quæ his diebus in Ecclesijs videntur accidere occasione electionum, Dominus de cælo prospexit super matrem nostram Lugdunensem Ecclesiam, qui decedenti piæ memoriæ Petro Archiepiscopo, virum optimum Falconem decanum in omni pace substituit. Peto Domine, ut qui à suis concord ter est electus, utiliter promotus, rite consecratus, à vobis honoris sui, officijque plenitudine consequatur. Quod vti que audere me facit non meritis scientia, sed delicti.

Debitum dico, non

solum quò

id à

me illa Ecclesia iure metropolitico exigit, sed quia in hoc polius sum, ut testimonium perhibeam veritati.

Ad ipsum Falconem. Epist. CLXXIII.

Scripsimus ad Dominum Papam, Dominus Episcopus, & ego pro vobis, prout oportere putauimus, & habetis exemplar litterarum. Habemus autem in voluntate in æternum nõ deficere vobis pro viribus, propter bonum quod de vobis confidimus. Vestra autem interest facere, ut non confundamur sic confidentes. De cetero si inueni gratiam in oculis vestris, intelligite super egenos, & pauperes illos, qui sunt apud benedictionem Dei. Quod enim vni ex illis feceritis, mihi, imò Christo, facietis. Nam & pauperes sunt, & habitant inter pauperes. Hoc præcipue obsecramus, ut Saunianenses monachos prohibeatis ab infestatione eorum, quoniam calumniatur eos iniuste, ut putamus. Aut si se confidunt habere iustitiam, iudicate inter illos. Filius noster abbas Albericus, etsi suis meritis commendabilior, nostris tamen precibus vobis ut commendatior sit, obsecramus. Tenere quippe diligo eum, tamquam mater vnicum filium, & diligit eum, qui diligit me. Denique in eo experiar, si me curatis. Quo enim longe à me positus est, eò magis necessariam habet paternam vestram consolationem.

Ad Canonicos Lugdunenses de Conceptione sanctæ Mariæ.

Epistola CLXXIII.

Inter Ecclesias Galliæ constat profectò Lugdunensem hæcenus præeminuisse, sicut dignitate sedis, sic honestis studijs, & laudabilibus institutis. Vbi enim æquè viuunt disciplinæ censura, morum grauitas, maturitas consiliorum, autoritatis pondus, antiquitatis insigne. Præsertim in officijs Ecclesiasticis haud facile vnquam repentinis visa est nouitatibus acquiescere, nec se aliquando iuuenili passâ est decolorari leuitate, Ecclesia plena iudicij. Vnde miramur satis quod visum fuerit hoc tempore quibusdam vestrum veluisse mutare colorem optimum, nouam inducendo celebritatem, quam ritus Ecclesiæ nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio. Numquid patribus doctores, aut deuotiores sumus. Periculose præsumimus quidquid ipsorum in talibus prudentia præterit: Nec verò id tale est,

K 2 quod

quod nisi prætereū dum fuerit, patrum qui-
 uerit omnino diligētiam præterisse. At val-
 de honoranda est (inquit) mater domini. Be-
 ne admones, sed honor reginæ iudicium dili-
 git. Virgo regia falso non eget honore, ve-
 ris cumulata bonorum titulis, in fulis digni-
 tatum. Honora sane integritatem carnis, vi-
 re sanctitatem. Mirare fecunditatem in vir-
 gine, prolem venerare diuinam. Extolle ne-
 scientem vel in concipiendo concupiscen-
 tiam, vel in pariendo dolorem. Prædica re-
 uerendam Angelis, desideratam gentibus,
 Patriarchis, Prophetisq; præcognitam, ele-
 ctam ex omnibus, prælatam omnibus. Mag-
 nificam gratiæ inuentricem, mediatricem sa-
 lutis, restauratricem sæculorum. Exalta de-
 nique exaltatam super choros Angelorum,
 ad caelestia regna. Hæc mihi de illa cantat
 Ecclesia, & me eadem docuit decantare. Ego
 vero quod ab illa accepi, securus & teneo
 & trado: quod non scrupulosius, fateor, ad-
 miserim. Accepi sane ab Ecclesia illum diē
 cum summa veneratione colendum, quo as-
 sumpta de sæculo nequam, cælis quoque in-
 tulit celeberrimorum festa gaudiorum. Sed
 & ortum virginis didici nihilominus in Ec-
 clesia, & ab Ecclesia indubitanter habere fe-
 stiuum, atque sanctum, firmissime cum Ec-
 clesia sentiens, in vtero eam acceperisse, vt san-
 cta prodiret. Et de Hieremia siquidem le-
 go, quod prius quam de ventre exiret, san-
 ctificatus sit. Et de Ioanne Baptista non se-
 cundum sentio, qui ex vtero Dominum in vtero
 sensit. Videris etiam tu, an & de sancto Da-
 uid id ipsum liceat opinari, pro eo quod di-
 cebat Deo: In te (ait) confirmatus sum ex
 vtero: de ventre matris meæ tu es prote-
 ctor meus. Itē, De ventre matris meæ Deus
 meus es tu, ne discesseris a me. Et Hie-
 remie quidem sic dictum est: prius quam te
 formarem in vtero noui te: & antequam e-
 xires de vulua, sanctificauit te. Quam pul-
 chre inter figuratorem in vtero, & partu-
 ritionem ex vtero diuinum distinxit oracu-
 lum, vt illam tantum præcognitam, istam
 & sanctitatis munere præornatam ostēda-
 ret, ne quis Prophetæ prærogatiuam de so-
 la præsentia, seu prædestinatione putare-
 rit æstimandam. Eito tamen vt hoc de Hie-
 remia concedamus. Quid respondebitur de
 Ioanne Baptista, quem Angelus prænūcia-
 uit Spiritus sancto repletū iri adhuc in vte-
 ro matris sue? Propris hoc ad prædestina-
 tionem præsentiamve referri posse non

arbitror. Verba nepe Angeli (sicut ipse præ-
 dixit) completa absq; dubio sunt in tempo-
 re suo: & quæ prælocutus est Spiritus sancto
 replendum, non est fas credere non imple-
 tum, idq; loco & tēpore quo prædixit. Cer-
 tissime autem sanctus spiritus, quem imple-
 uit, sanctificauit. Ceterum quatenus aduer-
 sus originale peccatum hæc ipsa sanctifica-
 tio voluerit, siue pro isto, siue pro illo Pro-
 pheta, vel si quis alius simili præuentus gra-
 tia fuerit, non temere dixerim. Sanctifica-
 tos tamen non dubitauerim dicere, quos
 Deus sanctificauit, & cum eadem sanctifica-
 tione prodisse ex vtero, quam acceperunt
 in vtero, nec reatum, quem in conceptione
 traxerunt, valuisse vllatenus horum, natali-
 iam donata præpedire, seu præripere bene-
 dictionem. Attamen quis dicat Spiritus san-
 cto repletum, manere adhuc filium nihilo-
 minus iræ: & si mori in vtero contigisset
 cum hac plenitudine spiritus, poenas luitu-
 rum damnationis? Durum est. Minime ta-
 men auidi hæc quippiam mea sententia
 diffinire. Sed quidquid de hoc sit, miserito
 Ecclesia, quæ ceterorum non natiuitatem,
 sed mortem sanctorum iudicat, & prædi-
 cat preciosam, singulari quadam exceptio-
 ne, totis præfert gaudijs, veneraturque il-
 lius natalem, de quo nunciante Angelo sin-
 gulariter legit: Et multi in natiuitate eius
 gaudent. Cur enim non sit illius exitus
 sanctus, ac proinde festiuus ac lætus, qui
 potuit exultare & in vtero? Quod, itaque
 vel paucis mortalium constat fuisse colla-
 tum, fas certe non est suspicari tantæ vir-
 ginis esse hegatum, per quam omnis morta-
 litas emerit ad vitam. Fuit præcaldubio, &
 mater domini ante sancta, quam nata. Nec
 fallitur omnino sancta Ecclesia, sanctum re-
 putans ipsum natiuitatis eius diem, & om-
 ni anno cū exultatione vniuersæ terræ voti-
 ua celebritate suscipiens. Ego puto quod
 copiosior sanctificationis benedictio in eam
 descenderit, quæ iohanni non solum sanctifi-
 caret ortum, sed & vitam ab omni deinceps
 peccato custodiret inuicem, quod nemini
 alibi in nato quidem mulierum creditur
 esse donatum. Decuit nimirum reginam vir-
 ginum singularis priuilegio sanctitatis, abs-
 que omni peccato ludere vitam, quæ dum
 peccati, mortisque pateret peremptorem,
 munus vitæ, & iustitiæ omnibus obtine-
 ret. Sanctus igitur ortus, quoniam im-
 mensa prodians ex vtero sanctitas sanctum
 fecit

K

LUC. 1. b

L

I
 Hier. 1. a
 Luc. 1. c
 Ps. 70. b
 Ps. 21. b

fecit illum. Quid adhuc addendum his pu-
 gamus honoribus? Ut honoretur, inqui-
 unt, & conceptus, qui honorandum præ-
 uisit partum: quoniam si ille non præcessit,
 nec iste esset qui honoratur. Quid
 si alius propter eandem causam etiam vtri-
 que parenti eius festos honores asserat de-
 ferendos. Sed de auis, & proavis id ipsum
 posset pro simili causa quilibet flagitare:
 & sic tenderetur in infinitum, & festorum non
 esset numerus. Patriæ est, non exilis frequen-
 tia hæc gaudioiorem: & numerositas festiui-
 tatum ciues decet, non exules. Sed profertur
 scriptum superne (vt aiunt) reuelationis, quasi
 & quiuis non queat scriptum æque produ-
 cere in quo virgo videatur id ipsum manda-
 re & de parentib. suis, iuxta domini manda-
 tum dicentis: Honora patrem tuum, & ma-
 trem tuam. Ipse mihi facile persuadeo scri-
 ptis talibus non moueri, quibus nec ratio sup-
 peditare; nec certa inuenitur fauere aucto-
 ritas. Nam quid cõsequentiæ habet, vt quo-
 niam sanctum præcessit natalem cõceptus,
 propterea reputeur, & ipse sanctus? Num-
 quid quoniam præcessit eum, facit, & sanctum?
 Quia si præcessit vt esset, non tamen
 vt sanctus esset. Vnde etenim illa ipsi sancti-
 tatis, quam secuturo transmitteret? An non
 potius quia præcessit absque sanctitate con-
 ceptus, oportuit nimirum sanctificari con-
 cepta vt sanctus sequeretur iam portus? an
 forte mutuatus sit sanctitatem a posteriori
 prior? Potuit sane illa, quæ in iam concepta,
 facta est sanctificatio, ad ipsum qui seque-
 batur transire natalem, redire vero retror-
 sum ad conceptum qui præcesserat iam om-
 nino non potuit. Vnde ergo conceptionis
 sanctitas? An dicitur sanctificatione præ-
 uenta: quatenus iam sancta conciperetur,
 ac per hoc sanctus fuerit, & cõceptus quem
 admodum sanctificata iam in ytero dicitur,
 vt sanctus consequeretur & ortus? Sed, non
 ualuit ante sancta esse, quàm esse. Si quidem
 non erat antequam conciperetur. An forte
 inter amplexus matris sanctitas se ipsi
 conceptioni immiscuit, vt simul & sanctifi-
 cata fuerit, & concepta? Nonne et quomodo
 admittit ratio. Quomodo natale pro-
 ceptas absque spiritu sanctificante: aut san-
 cto spiritui societas cum peccato fuit, aut
 certe peccatum, quomodo non fuit, vbi libi-
 do non defuit? Nisi forte quis dicat de spi-
 ritu sancto, eam & non de viro conceptam
 fuisse. Sed id hætenus inauditum. Lego deni-

que Spiritum sanctum in eam, non cum ea
 uenisse, dicente angelo: Spiritus sanctus su-
 perueniet in te. Et si licet loqui quod Eccle-
 sia sentit, (& verum ipsa sentit) dico glo-
 riosam de Spiritu sancto concepisse, non au-
 tem, & concepta fuisse: dico peperisse virgi-
 nẽ, non tamen, & partã a Virgine. Alioquin
 vbi erit prerogatiua matris Domini, qua si
 gulariter creditur exultare, & munere pub-
 lis, & integritate carnis: tantumdem dede-
 ris, & matri ipsius? Non est hoc virginem ho-
 norare, sed honori detrahere. Si igitur ante
 conceptum sui sanctificari minime potuit,
 quoniam non erat, sed nec in ipso quidem
 conceptu propter peccatum quod inerat,
 restat vt post conceptum in vtero iam exi-
 stens, sanctificationẽ accepisse credatur: quæ
 peccato sanctam fecerit natiuitatẽ
 non tamen, & conceptionẽ. Quamobrẽ et si
 quibus, vel paucis filiorum hominum datum
 est cum sanctitate nasci, non tamen, & con-
 cipi, vt vni sane seruaretur sancti preroga-
 tiua conceptus, qui omnes sanctificaret: so-
 lusque absq; peccato veniens, purgationem
 faceret peccatorũ. Solus itaque dominus Je-
 sus de Spiritu sancto conceptus: quia solus
 & ante conceptum sanctus. Quo excepto,
 de cetero vniuersos respicit ex Adam natos
 quos vnus humiliter de semetipso, ac vera-
 citer constitetur: In iniquitatibus, inquiens,
 conceptus sum, & in peccatis concepit me
 mater mea. Cum hæc ita se habeant, quæ
 nam iam erit festiuæ ratio conceptionis?
 Quo pacto, inquã, aut sanctus asseretur con-
 ceptus, qui de Spiritu sancto non est, ne di-
 cam de peccato est, aut festus habebitur, qui
 minime sanctus est? Libenter gloriosa hoc
 honore carebit, quod vel peccatum honorari,
 vel falsa induci videtur sanctitas. Alioquin
 nulla ei ratione placebit contra ecclesiæ ri-
 tum præsumpta nouitas, mater temeritatis,
 soror superstitionis, filia leuitatis: Nam si sic
 videbatur, consulenda erat prius Apostoli-
 cæ sedis auctoritas, & non ita præcipitanter
 atque incõsulte paucorũ sequenda simplici-
 tas imperitorũ. Et ante quidẽ apud aliquos
 errorem cõpererã, sed dissimulabã, parcens
 deuotioni, quæ de simplici corde, & amore
 virginis ueniebat. Verũ apud sapientes, atq;
 in famosa, nobiliq; Ecclesia, & cuius specia-
 liter filius sum, superstitione deprehensa, ne-
 scio, an sine graui offensa etiã vestri omniũ
 dissimulare potuerim. Quæ autẽ dixi, absq;
 præiudicio sane dicta sint sanius sapientis. Ro.

manâ præferim Ecclesiæ auctoritati, atque examini totum hoc, sicut & cetera, quæ eiusmodi sunt vniuersa referuo: ipsius quid si aliter sapio, paratus iudicio emendare.

*Ad Patriarcham Hierosolymorum.
Epist. CLXXV.*

Patriarchalibus scriptis sapius visitatus, ingratus iam videbor si non rescripsero. At si saluto eum, qui me salutauit, quid amplius feci? Tu enim me præuenisti in benedictionibus dulcedinis, tu me prior dignatus es tuis transmarinis epistolis visitare, tu mihi primas humilitatis, caritatisque præbuiisti partes. Quid condignum iam referam? Nihil mihi denique reliquisti quod pari quærendere vice qui etiam de thesauro sæculorum mihi impartiri curasti, id est de ligno domini. Quid tamen? Debeone omittere quod possim, quoniam quod debeo minime possim. Affectum saltem, voluntatemque aperio referendo duntaxat, atque resalutando, quod solum interim per tota utriusque spatia terræ, & maris licet. Ostendam autem si ynquam accepero tempus, me nequaquam diligere verbo siue lingua, sed opere, & veritate. Super milites templi ponite quæso oculos vestros, & tantæ pietatis viscera, tam strenuis Ecclesiæ propugnatoribus aperite, Hoc siquidem acceptum erit Deo, & gratum hominibus, si foueris eos, qui suas animas pro fratribus posuerunt. De loco autem, ad quem non inuitatis, frater Andreas dicet vobis voluntatem nostram.

*Ad dominum Papam Innocentium, ex persona Alberonis Treuerensis Archiepiscopi.
Epistola CLXXVI.*

Voluntas cordis mei & desiderium satis inquietum ad eundem, & videndum, desideratam beatitudinis vestræ præsentiam, sed & cognoscendi certus, quæ circa vos sunt, rursusque qualiter se habeant nostra, vobis vicissim diligentius intimandi, iam ductum itineris me admonet, atque indefinenter sollicitat. Ceterum terræ, ac dici malitia, & preter instantiam meam quæbidianam etiam nonnulla vestræ necessitatis cæ impedire: voto facere satis non potui vsq; adhuc,

sed necdum possum. Sed quid? Sanè in istis propositum numquid omittendum ex toto fuit, quia ex toto adimpleri nõ potuit? Fuit ergo consilij per hunc venerabilem H. Tullensis Ecclesiæ archidiaconum interim saltem aliquatenus consolari conceptum iam olim desiderium, curamque reuelare, quam patior. Nec enim fidelior, cautior ve illo ad manum esse potuit, siue in referendo ad vos quæ nos illi iniungimus, siue in referendo ad nos, si qua vestræ dignationis placuerit, remandare. Itaq; de beneplacito, de statu Curia, ac vestræ sospitate personæ, & si quid blandius aura sequeodiara diuina clementia recessus forte spirauerit Ecclesiæ aduersus schismaticorum procacem, sed inefficacem rabie desudanti, de his omnibus plenius instrui cupimus, & supplicamus. Porro nostrâ citromontanâ Ecclesiam tam in nostro, quàm in Francorum regno noueritis fortem in Fide, pacificam in vnitatem, deuotam in vestra obedientiam, promptam ad seruitium. Nequaquam vos Reuerti, non Capuæ, nõ ipsius Romæ terreta, Deo sic iudicante, amissio: scietes Ecclesiæ statum non armis æstimari, sed meritis. Ipsius quippe non alterius agnoscimas voces illas in psalms: Si consistat aduersum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Propterea & nos, quia de Ecclesiæ sumus nõ timebimus dum turbabitur terra, & trāsferentur montes in cor maris. Glorietur tyrannus, Siculus quantum vult, gloriatur in malicia quod potens est in iniquitate. Nostra autem virtus in infirmitate perficitur. Ecclesia quando infirmatur, Pauli magisterio didicit esse potentior. Didicit, è regione, & à Salomone, quod prosperitas stultorum occidit eos. Didicit, & stultum firma radice cum viderit statim maledicere pulchritudini eius. Ideo cum sancto David sese in vtroque consolatur, & hostium, videlicet casu, & liberatione sui. Ait siquidem: Hinc cum vobis, & hi in quibus: nos autem in nomine domini. Et inuocabimus. Ipse si obligati sunt, & cederunt, nos autem saltem in domino ceteri sumus. Hæc pauca vobis de vobis gratia, de quibus certus fui, fideli attentione intimandum esse putavi, ad releuandam, vel ex aliqua parte eam, quæ vestra viscera incessanter affligit sollicitudo omnium Ecclesiarum. Hoc quoque addo, dominum regem, Deo cum confortante, seruere, & accingit ad

Ps. 26. 10

2. Co. 12

E

Pro. 1. 4

Iob. 5.

Ps. 19. 6

liberationem Ecclesie, & parare sibi exercitum multum nimis: nos quoque fideliter ad hoc ipsum pro viribus laborare, exhortari, & sollicitare quos possumus, & cum tempus aduenierit, non expensis, non personarum pariter parcituri sumus.

Ad eundem in persona eiusdem.

Epist. CLXXVII.

Numquid petiui episcopatum à domino meo? Et si forte cathedra affectavi, sed non Treuerensem. Sciebam quippe domum exasperantem, populumque dura ceruicis. Oderam illos, quod semper in face discordie iacuisent, Ecclesie resistentes. Pro qua, si quos labores quandoque sustinui, non me piget: sed hunc inde fructum, nec speraui, nec volui. Laboraui sustinens, libens quidem, sed non hac spe præmij. Duram provinciam nactus sum, peccatis meis exigentibus. Inter cetera, quibus angor, suffraganeos accepi iuvenes & nobiles. Adiatores esse debent, & vitiam non aduersarentur. Sed super sedeo, per alium malo ut innotescant vobis mores eorum & studia, si nescitis. Dico tamen, iustitiam, honestas, religio, in nostris episcopatus perierunt. Malum, quod pro debito officij dissimulare non audeo, breuiter, simpliciterque intimaui: ut quod non placet providentiæ vestræ per me corrigi, per me saltem vobis, qui corrigere potestis innotescat, ne omnino vacuū videar portare nomen Archiepiscopi. Et mihi melius quidem esset non ascendisse, quam sic descendere cum rubore. Sed de me quæ cura? Bene quod dignus sum patiar, tamquam male operans. Sim certe opprobrio etiam meis, sua spe nimirum frustratis, quam de me, ut sibi me præesse velent, conceperant: dum comperiant Ecclesie suæ per me magis imminui dignitatem, cuius per me etiam antiqua damna restitui posse putauerant. Hæc omnia sustineo: & si non libenter, certe patienter: ne vnumquam videar recalcitrare obedientiæ, pro qua etiam dare animam si necesse sit debere me fateor. Verum hoc sollicitudinem vestram attendere velim, creationis iniuriam respicere ad carentem: & vires, quas mihi subtrahitis, vobis minuitis, & contemptus meus, & delectio mea, redundat in vos. Multa habeo conqueri vobis de vobis, sed

refero ea pandenda nuncio, quem novi ad hoc satis industrium, & fidelem. Significo etiam vobis sustinere nos periculum in falsis fratribus. Legati quippe schismaticorum intrant, & exeunt ad quosdam de nostris liberius, quam solebant, & verba tyranni Siculi familiariter admittuntur.

Ad dominum Papam Innocentium, pro eodem Alberone Treuerensi Archiepiscopo.

Epist. CLXXVIII.

Amantissimo patri, & domino Innocentio, summo Pontifici, suis B. quod suis Fideliter loquor, quia fideliter amo. Nec enim sincerus est amor, ubi dubietatis scrupulus, suspitionis faciem retinet. Querimonia domini Treuerensis non est eius solius, sed communis multorum: eorumque præcipue: qui sinceriori affectu vos diligunt. Vox vna omnium, qui fidei apud nos cura populis præ sunt, iustitiam in Ecclesia deperire, annullari Ecclesie claves, episcopalem omnino vilescere auctoritatem, dum nemo Episcoporum in promptu habeat vlcisci iniurias Dei, nulli liceat illicita qua quis ne in propria quidem paræcia castigare. Causam referunt in vos, curiamque Romanam. Recte gesta ab ipsis (ut aiunt) destruitis, iuste destructa statuitis. Quique flagitiosi & contentiosi de populo siue de clero aut etiã ex monasterijs pulsati currunt ad vos, redeuntes iactant, & gestiunt se obtinuisse tutores, quos magis vitiores sensisse debebant. An non gladius Phinees promptissime, atque iustissime eductus fuerat ad condemnandum incestuosum concubitum Drogonis & Milis? Sed confusus, atque retusus abiit retrorsum, scuto nimirum Apostolicæ defensionis apposito. Proh pudor, quos cachinnos res ista mouit, & mouet Ecclesie inimicis, eisque etiam ipsis, quorum fortasse metu, aut favore à recto tramite abducti sumus. Amici confunduntur, fidelibus insultatur, episcopi ubique in opprobrium veniunt, & contemptum: quorum dum recta iudicia contemnantur, vestra quoque plurimum derogatur auctoritati. Ipsi sunt enim qui honorem vestrum zelant, qui vestra pro pace, & exultatione laborant fideliter quidem, sed vereor ne inefficiter. Quid vobis minuitis? quid robur vestrum deprimatis? Quousque retinuitis arma fidei

D. Bernardi Epistola.

mililitantia vobis, humiliatis cornua erecta
vestrae virtutis, & salutis? Plorans plorat
desolationem suam apud Tullum Ecclesia
sancti Gengulfi, nec est qui consoletur eam.
Quis enim se opponat brachio excelso, tor-
rentis impetui, summæ arbitrio potestatis?
Eandem se sustinere beatus Paulus vio-
lentiam apud Viridunum conqueritur, archie-
piscopo iam non valente eum defendere ab
insania monachorum, quippe apostolicis
sustentationibus amplius confortata, quasi
non satis per se insanirent. Quid quæso no-
væ rationis tantum inuentum est, ut quod
semel bonæ famæ, & vitæ canonicis vestra
fuerat provida, & necessaria dispensatione
concessum, secundo confirmatum, tertio
(ut aiunt) roboratum: rursus veniat in ius,
reuoctetur in discussionem? Siquidem & antea
illa supra memorata, per vos nihilominus
sanctita, per vos & conuulsa dicuntur. Tali-
bus hostijs non promeretur Deus, heu non
placatur ira, non conciliatur gratia, non pro-
uocatur misericordia. Pro his, atque simili-
bus necdum auertitur furor Domini, sed
adhuc brachium eius extentum, & virga il-
la apud Hieremiam vigilans super peccata
nostra. Et quidem iratus est Deus schisma-
ticis, sed catholicis nequaquam propitius.
Ecclesia quoque Metensis graui (quod vo-
bis bene cõpertum est) episcopi & clerico-
rum contentione perichatur. Super quo
quid decernere vobis placuerit, vos scitis:
sed pax nondum est, nec proxime futura spe-
ratur. Ego (ut quod super his meæ visum
est paruitati, non taceam) & hoc, & duo illa
alia, Tullensè dico, ac Viridunensè, termi-
nanda negocia securius metropolitano, at-
que conuenientius posse committi putauerim,
qui & omnia nouit, & in multis probatus
Ecclesiæ testimonio fidelis inuentus est.
Alioquin videte quid illis episcopatibus faci-
atis, Metensi, satque Tullensi, quia ut ve-
rum fatear, videntur esse absque episcopis.
Et vtinam absque tyrannis. Tales cum de-
sentantur, sustentantur, honorantur, fouen-
tur, mirantur nimirum, & scandalizantur
multi, qui illa in moribus, & vita eorum cer-
tissime sciunt, quæ magis essent non dico
in episcopis, sed etiam in quibuslibet sæcu-
laribus damnanda penitus, & execranda.
Quæ quidem & me scribere puduit, nec vos
decuisset audire. Esto quod nemine accu-
sante non possint deponi, numquid tamen
quos passim accusat fama, à postolica sedis

essent familiaritate speciali donandi, vel am-
plius exaltandi? quonam enim merito suæ
vel sacerdotalis sanctitatis, vel episcopalis
honestatis obrinuit Metensis, ut & electio
facta à canonicis, ad nutum eius vnà cum
ecclesiæ libertate cassetur, & Primicerius
ad consilium eius contra illius Ecclesiæ pri-
uilegia eligatur? Quam iustius honestius-
que, si vestrae placuisset discretioni, homo
maiori digno honore, debito proprioque non
priuaretur? Treuerensem dico, quem & ab
hoc, & à ceteris diocesis suæ terminandis
negocijs quasi suspectum aut minus exper-
tum non sine murmure multorum Deum
timentium exclusistis. Credite, fidei vestro
quia prouincia illi, quantum comperi, om-
nino non expedit: Hæc scribens, præsum-
ptionis metuerem notam, si nescirem cui,
& nescire quid scribam. Sed noui ingenitâ
mansuetudinem vestram, noui & me notâ
vobis, & affectum, quo hæc audeam apud
vos, dulcissime atque amantissime pater. Ite-
rum de Treuerensi, ut sciatis qualiter nun-
cium eius suscipere oporteat, & verba, quæ
portat, dico vobis quod magnum locum te-
net in regno illo, vobis & ecclesiæ Dei ho-
mo fidelis, & constans, & nullatenus male-
uolis & subuersoribus assensum præbens, à
quibus non deest ei frequens, & satis impor-
tuna tentatio, nec deerit insultatio, si quo-
minus à vobis eum exaudiri contigerit. Nū-
cium in fine commendare volui, sed satis
eum suæ honestatis commendant merita,
præcipueque amor specialis, & fidelis deu-
tio, quæ ipsam vobis firmiter in hære se
non crederem, nequaquam per eum tam
familiaria scriberem.

Ad eundem pro eodem. Epist. CLXXIX.

Quomodo malitia vincit sapientiam?
Nostri pie Domine, nostri Treue-
rensem Archiepiscopo? Scio quia
nostri. Nostri & illum sancti Ma-
ximini non sanctum abbatem? Puto, quia
non nostri. Quis dignior honore illo prio-
ri? Sic nemo confusione dignior isto se-
quenti: & tamen iste honoratus est, ille
opprobrio datus. Quid peccauit Archie-
piscopus? Prædam Ecclesiæ suæ recupera-
uit, captiuam ecclesiam de manu laica li-
berauit. Numquid pro bono reddidit ma-
lum, & odium pro dilectione? Hic, quæ-
so, hic erigilet oculus pietatis, & sermo

tis paulisper occupationibus consideret quantum subreptum sit ei: ut talis, qualem pudet dicere, talem, qualem tu ipse nosti, faciat opprobrium vicinis suis, inimicis tuis. Possime pater, affectus filialis loquitur. Huc vsque condoluimus misero, & miserabili Archiepiscopo. Verum ex hoc iam si non fuerit emendatum, dolor cordis nostri, & compassio ex intimis medullis, tota transibit ad illum, per quem potuit emendari. Sunt & alia lachryosae praefati viri, quas cum ei alleuiaueritis, vobis proculdubio laborabit. Quidquid dulcissimi domini mei nomen decolorat, cor meum excoriat.

M *Ad eundem pro eodem. Epist. CLXXX.*

Iterum supplicatio, iterum preces, & decies repetita non desinent. Non desistimus, quia non diffidimus. Bonam causam habemus, & aequum iudicem, qui non cunctabitur euacuare quod subreptum est, cum apparebit quod verum est: nec poterit inde ridere, qui voluit irridere, sed ut scriptum est, Mentita est iniquitas sibi. Hoc solet habere praecipuum Apostolica sedes, ut non pigeat reuocare, quod a se forte deprehendit fraude elicitum, non veritate pro meritum. Res plena aequitate, & laude digna, ut de mendacio nemo lucretur, praesertim apud sanctam, & summam sedem. Haec sciens puer vester, secure supplicat pro Treuerensi, & ne mita non quasi in incertum. Ego quippe, ego hominis illius noui merita, causam, intentionem. Propter quod horum monachi cum volunt lapidare? Quia male meruit? Sed fideliter astirit, & multum seruauit. Ob causam iniustitiam? Sed iniustum nemo nisi iniustus causabitur. Quod de manu laica vendicauit? Immo recuperauit sedi episcopali monasterium, tamquam clauam de manu Herculis extorquens in manu fortiori. Ob prauitatem intentionem? Sed pius est reformare religionem in monasterio, quod ille intendit. Ad sit dominus cordi domini mei, ne iterum possit ei subripi a monachis, non tam (ut simulant) petentibus libertatem, quam fugitantibus disciplinam.

Ad Haimericum Cancellarium. Epist. CLXXXI.

SI verbis contendere velim ad beneficia, quibus me obruitis, idem erit ac si impetitus sagittis, festucis dimicem, nisi quod hoc iocus videtur, illud dolus. Facta factis compensari oportet. Verum id quidem multum est ad me. Nam vnde sufficeret pauper, & modicus? Sed rebus pauper & viribus, non voluntate. Aequabo ergo beneficia votis, quae factis non possum. Desiderijs diues sum, affectibus abundo. Et certe verus beneficus, amplius non requirit. Nam quomodo beneficus, qui non & beneuolus sit. Porro beneuolus nil sibi charius ipsa aequat beneuolentia: qua & beneuolus nominatur, & beneficus est. Denique beneuolentia fructus est beneficii, nisi quis forte beneficium putet quod in spe seruauerit, aut timore dimiserit. Sed quis non videat hoc relictum, illud venditum, neutrum datum? Oportet autem beneficium vt vere sit, esse gratuitum. Danti itaque rependi quidquam gratius ab accipiente non potest, quam si gratum habuerit quod gratis accepit. Et haec beneuolentia creatur de beneuolentia dantis in animo accipientis, beneficio quidem interueniente. Hac me fateor locupletem, hanc de corde pleno dignam profecto offero remunerationem meae benefactori: hanc deuotus immolo sacrificium laudis factori omnium pro salute mei benefactoris.

Ad Henricum Senonensem Archiepiscopum. Epistola CLXXXII.

Pro multis visus sum multoties scribere, & fateor, propter vos: & statueram non facere ob vestram odibilem duritiam, sed caritas praeualebit. Volo vobis amicos vestros retinere, & non dignamini: volo reconciliare inimicos, & non patimini. Non vultis habere pacem: manibus, ac pedibus accersitis vestram conturbationem: sed confusionem, sed depositionem. Multiplicatis nobis accusatores, defensores subtrahitis. Excitatis in vos olim sopita discrimina, prouocatis aduersarios, patronos offenditis. Vbi apud vos pro ratione voluntas, totum pro imperio, nihil ex timore Dei. Qui de vobis non ridet finitici, non conquerruntur amici? Quomodo de vestris

vestitis hominem, non dico iudicio nō conuictum, sed nec verbo conuentum? Quantos hoc verbum scandalizabit? quot ora ad subfannandum, quot corda ad succendendum mouebit? Itanē putatis perisse iustitiam de toto orbe, sicut de vestro corde: vt homo sic ablatum perdat Archidiaconatū? Sed vos forsità plus amatis reddere, & perdere, quā gratiam de beneficio retinere. Nolite quāso, nolite facere hanc rem: quā qui audierint, omnes mirabuntur, nemo laudabit. Hæc vobis, mordaciusque quā velletis audire, scripsi, sed non ad insipientiam vobis, si velletis corrigere.

Ad Conradum Regem Romanorum.
Epist. CLXXXIII.

Scripta vestra, & salutationes tā deuotus suscipio, quā modicus sum ad illa. Modicus dixerim dignitate: sed non deuotione. Quæ immo regis nostræ sunt, & maxime illa, quā dignanter exprimitis de inuasiōe Imperij. Regis dedecus, regni diminutionem nunquam volui: volentes odit anima mea. Legi quippe. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Quam tamen sententiā cupio vos, & omnimodis moneo custodire, in exhibenda reuerentia summæ, & Apostolicæ sedi, & B. Petri, cuius in ipsam vobis vultis ab vniuerso seruari Imperio. Sunt quæ non putavi scribenda, præscens ea fortassis opportunius intimarem.

Ad Dominum Papam Innocentium.
Epist. CLXXXIIII.

Fratrem Andream lætū, incolumēque suscepimus, & læta annunciantem de vestra incolumitate, & gloria de pace, & prosperitate Ecclesiæ, de cuius statu florente, & valente: postremo de gratia, & beneuolentia, quæ nobis apud vos perseverat. Beneficentia misericordia Deus dignatus est facere nobiscum: facti sumus legantes. Verum quod vobis de mittendis ad vos fratribus placet, difficile adimplebitur, præsertim cum nō sit copia personarū, quæ esse solebat. Siquidē præter illos, qui bini, aut triini ad diuersa destinati sunt loca, tria ex eis noua monasteria, ex quo à vobis discessimus, integre ordinata sunt, & adhuc restant

alia proxime ordinanda. Curamus tamē vni decūque euocare, quos vobis mittamus: cupientes per omnia vestris obedire mādatis.

Ad Eustachium occupatorem Valentinae
Epist. CLXXXV.

Viro Illustri Eustachio frater B. salutē, tibi vir Illustrissime, et si non scribo, opto tamen. Optate quis prohibet? Affectui, nec leges imperant, nec principes dominantur. Liber est, & maxime si spiritu ducitur: quia vbi spiritus domini, ibi libertas. Inde est sane ausus iste meus de præfenti quo ad tuam magnitudinē præsumo scribere, tāquam aliquis magnus facer, nec iussus à te, nec rogatus, nec inuitatus. Sed quod si caritas iubet? Alius aliter fortassis accipiat, ego viri nobilem, quod in me est, in vera caritate decreui his litteris suæ ipsius cōmonere sententiis, exortat, & moneo, reuocare ad cor, prouocare ad gratiam. Quis scit si cōuertatur, & agnoscat Deus, & relinquat post se benedictiōnem? Imo quis nescit quas, & quantas iam diuitias suæ bonitatis, & longanimitatis thesaurizauit super eum misericors, & miserator dominus? Deique miseretur, parcit, expectat, dissimulat. Vique adhuc, factus sicut homo non audiens, & nō habens in ore suo edargutiones, tardans seruire, paratus ignoscere. Sed tu domine vsquequo? Tu inquit, obone vir, quousque dissimulas? quousque contemnis? Durum tibi est, contra stimulum calcitrare. An ignoras, quia benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Quādiu autem vi secundum duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ? An non secundum duritiam quidem, sed secundum verecundiam? Quid refert secundum quid percas? O verecundia expertis rationis, inimica salutis, totius ignara honoris & honestatis. Hac plane illa, quā sapiens loquitur, & fusio adducens peccatum. Ita ne verecundum est homini vinci à Deo. & Eccl. 4. e probro ducitur humiliari sub potenti manu altissimi? Non ita rex ille gloriosus David: Tibi soli peccaui, inquit, & malum corā te feci, vt iustificeris in sermionibus tuis, & vincas cum iudicaris. Summum victoriæ genus, diuinæ cedere maiestati: & auctoritati matris Ecclesiæ non reluctari, summus honor & gloria. O perversitas. Non pudet inquamari, & ablu pudet? Est pudor (iuxta Sa- Eccl. 4. e pica-

No 13. a
Ibidem.

D

neutem) adducens gloriā, si videlicet peccare pudeat. Si non pudeat, vel peccasse: & ita vel fera gloria non carebis, reducete nimirum pudore, quem culpa fugauerat. Secundum tenent beatitudinis locum, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testis

Pf. 31. a sunt peccata. Honorabile tegumentum de quo legitur: Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Quis mihi tribuat videre te in

Pf. 103. F vestitu deurato: vt dicamus & tibi: Confessionem & decorem induisti, amissus lumine sicut vestimento? Reuertere Sunamitis, reuertere vt intueamur te. Confurge

Eccl. 5. confurge, induere fortitudinem, induere vestimento salutis, surge qui dormis, & exurge à mortuo, & illuminabit te Christus: A mortuo tamquam qui non est, perit confessio. Vsq̄quo obliuisceris te in finem? vsquequo dormis in morte, decus nobilium,

Ecc. 17. e nauclium nētis (Quamdiu contra mortem tuum pernixas, contra honorem tuum tequestus, contra salutem tuam rebellis? Quid illis egregios mores, & usque tuos tam diffusimiliter pergis exitu consummare? Quomodo

atrasita, quam in misericordia vberis requiescere oportebat, omnium praetextorum hinc penas dierum tuorum, nec diluit culpas? Cur

pron dolor? sola veneranda canonicis solita veneratione fraudatur, sola sine honore marcescit, quam vel maxime decuit hono-

Eccl. 30. rari? Miserere anime tuae placens Deo. Et enim qui hominibus placet, consili sunt, quoniam Deus spercutit eos. Beatus dies hominis sunt: tenuis mors in manus est. Modicum

habes prorsus modicum tempus, cū his qui dicunt tibi, euge, euge? Sit etiā pro modico tibi iudicari ab ipsis, aut humano die: qui angelico examini iamquam praesentā

Pf. 52. b dus: qui ad tribunal iudicium Christi ipso iam defectu naturae miserandus vgeris. Illi te oportet preparare iudicio, illi saeculo conformare, illius curiae affectare fauorem, formidare resulsam. Quid illorum sententia conturbat, quorum nec hinc de probis

Job. 17. a nis, nec vniuersatione reprobus inueniris? Denique vani filij hominum, mendaces filij hominum in state ris: vt decipiant ipsi de

Pf. 61. e vanitate in idipsum. Propterea qui te beatificam, in errorem inducant, dantes verba, munera reportantes. Vana haec, atque illa, sed verba amplius. Et decipitis de vanitate in idipsum: sed tu magis deciperis, illi minus. Das quippe quod vtiunque plaris est: & das ingratis, das immeritis. Siquidem tua,

Esa. 3. b non te diligunt. Imo certe, nec tua, sed quae sua sunt, quærunt. Tua quoad poterunt venerabuntur adulationibus vanis & falsis. Moliti sum sermones eorum super oleum: & ipsi sunt iacula. Et ideo dicebat David, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ab his laudatur peccator in de-

Pf. 54. b siderijs animae suae, & iniquus benedicitur. Ab his ergo cauere, non ego, sed sapiens doceat. Fili, ait si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Attende potius illi, qui iudicat in aequitate pro mansuetis terrens quos tua non pastoralis diligentia pascit, sed secularis premit potentia, quam non haberes super eos vllam, nisi data esset tibi desuper. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Attende autem iudicium graue his, qui praesunt, & potens potenter tormenta patientur. Hoc si paues, caues: si negligis, incidis: & horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Auertat hoc vnus: & f

Pf. 140. verus Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Plura adhuc loquitur animus sed non fert forte auditus. Nec placent aspera, quamuis recta, & salubria, quia sunt amara. & non sapient. Ponam itaque digitum super os meum donec sciam ista qualiter acceptentur. Placebo autem si potero, non stylo, neque lingua, sed opere, & veritate.

Heb. 10. Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Exe. 18. Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

non te diligunt. Imo certe, nec tua, sed quae sua sunt, quærunt. Tua quoad poterunt venerabuntur adulationibus vanis & falsis. Moliti sum sermones eorum super oleum: & ipsi sunt iacula. Et ideo dicebat David, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ab his laudatur peccator in de-

siderijs animae suae, & iniquus benedicitur. Ab his ergo cauere, non ego, sed sapiens doceat. Fili, ait si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Attende potius illi, qui iudicat in aequitate pro mansuetis terrens quos tua non pastoralis diligentia pascit, sed secularis premit potentia, quam non haberes super eos vllam, nisi data esset tibi desuper. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Attende autem iudicium graue his, qui praesunt, & potens potenter tormenta patientur. Hoc si paues, caues: si negligis, incidis: & horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Auertat hoc vnus: & f

verus Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Plura adhuc loquitur animus sed non fert forte auditus. Nec placent aspera, quamuis recta, & salubria, quia sunt amara. & non sapient. Ponam itaque digitum super os meum donec sciam ista qualiter acceptentur. Placebo autem si potero, non stylo, neque lingua, sed opere, & veritate.

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

Cognoscens dilectissime, nunciate abbate Radulfo de Valcellis, desiderare ac nostri praesentiam atque colloquium, delectatissimum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiae. Noueris & me esse voluntatis, tuo satisfacere de desiderio, sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quam & ab alijs plurimis, plurimumque necessarijs negocijs. Sed licet absens corpore, sum tamen praesens spiritu: donec quandoque fiam, Deo volente & corpore & spiritu, si tamen non ore tantum, & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo, vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses, & eorum Ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & maneas vbi necesse fuerit, vt in hoc, & tuae liberali-

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola. CLXX XVI.

D. Bernardi Epistola.

beralitatē in signe p̄beas documentum, & eius, quam mihi promittis, caritatis clarifcat indicium. Quam nunc caritatem in eo, vel primum cupio experiri, si Ligecurtem, quam mihi pater tuus p̄senti contulit ad opus illius monasterij, tu quoque concesseris, & donum patris tui non feceris irritum. Nos quoque quod nostrum est, de p̄teritis gratias agentes, & in reliquum similia sperantes, pro te, tuisque illi preces fundimus, qui voluntatem timentium se facit, & deprecationem eorum exaudit. Oramus te, & uxorem tuam, & omnes, qui ad vos pertinent, bene valere.

Pf. 144.
d

*Ad episcopos Senonas conuocandos,
contra Petrum Abailardum.
Epist. CLXXXVII.*

EXijt sermo inter multos, & credimus ad vos peruenisse: quomodo videlicet apud Senonas in octauis Pentecostes vocamur, & prouocamur ad litem pro defensione fidei: cum serui Dei nō oporteat litigare, sed magis patientem esse ad omnes. Si mea propria cā esset, posset non immerito fortassis puer s̄c̄t̄itatis vestrę in vestro patrocinio gloriari. Nunc autem quia, & vestra est, imo plus vestra, fidentius moneo, & obnixius rogo, vt amicos vos in necessitate probetis: Amicos dixerim non nostros, sed Christi cuius sp̄sa clamat ad vos in sylua haresū, & in segete errorum, quibus sub tutela, & custodia vestra pullulantibus, pene iam suffocatur. Amicus sponsi non deseret eam in opportunitatibus in tribulatione. Nec miremini quod ita de subito, & in arcto temporis vos inuitamus; quoniam hoc quoque aduersa pars in sua versutia, & calliditate prouidit, vt improuidos inuaderet, & congregaret immunitos.

s. Tit. 2.
d

K Ad Episcopos & Cardinales Curia, de eodem. Epist. CLXXXVIII.

Dominis & patribus reuerēdis, Episcopis, & Cardinalibus, qui sunt de Curia, puer s̄c̄t̄itatis eorum. Nulli dubium quin ad vos specialiter spectet tollere scandala de regno Dei surgentes succedere spinas, sed a re querelas. Sic enim p̄cepit Moyses cum montem subiit. Habes (inquiens) Aaron, &

Ex. 24. d

Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad ipsos. Illum loquor Moysen, qui venit per aquam, & non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et ideo plus quàm Moyses, quia & in sanguine venit. Et quoniam pro Hur, & Aaron stat zelus, & autoritas Romanę Ecclesię super populum Dei, ad ipsam merito referimus nō quæstiones, sed læsiones fidei, & iniurias Christi, patrum probra, atque contemptus, p̄sētium scandala, pericula posterorum. Irridetur simpliciū fides, euiscerantur arcana Dei, quæstiones de altissimis rebus temerarie ventilantur, insultatur patribus quę eas magis sciendas, quam soluendas censuerunt. Inde fit magnus Paschalis contra Dei statutū aut aqua coquitur, aut erudus discerpitur more & ore bestialium. Quod residuum est, nō igne cōbitur, sed conculcatur: ita omnia usurpat sibi humanum ingenium, fidei nil referens. Tenet aliora, se fortiora serutatur, irruit in diuina, lætę temerari magis quàm referat, clausa & signata non aperit, sed diripit, & quid quid sibi non inuenit peruium, id putat nihilum, credere dedignantur. Legite si placet, librum Petri Abailardi, quem dicit theologia, ad manum esse enim cōsuetū obriatur, a plurib; lectum in curia, & videtur qualia ibi de sancta trinitate dicantur, de genitura filij, de processione Spiritus sancti, & alia innumera catholicis auribus, & mentibus distulata. Legite & alium, quem dicunt. Scito te ipsum, & animaduerte quantum & ibi syluescant segetes sacrilegiorum, atque errorum, quid sentiat de anima Christi, de persona Christi, de descensu Christi ad inferos, de sacramēto altaris, de potestate ligandi, atque soluendi, de originali peccato, de concupiscētia, de peccato delectationis, de peccato infirmitatis, de peccato ignorantie, de opere peccati, de voluntate peccandi. Et si quidem iudicatis me iuste moueri, mouetis vos: ac ne frustra moueamini, agite pro loco, quod tenetis, pro dignitate, quia polletis, pro potestate, quam accepistis, quō qui ascendit vsque ad cęlos, descendat vsque ad inferos, & opera tenebrarum ausa prodire in lucem, arguatur a luce in lucem, vt dum qui publice peccat, publice arguetur, cōprimat sese & alij ponentes tenebras lucem disputantes in triuijs de diuinis, qui loquuntur mala in cordib; suis, & in codicibus suis scribunt: & sic obstruatur os loquentium iniqua.

Ad

M Ad dominum Papam Innocentium de eodem
Epist. CLXXXIX.

A Mantissimo patri, & domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici, Bernardus Clarquallis vocatus abbas, modicum id quod est. Necessè est vt veniant scandala. Necessè, sed non suaue. Et ideo dicit propheta: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Et apostolus cupit dissolui, & cum Christo iustificare. Et alius quidam sanctorum: Sufficit mihi dominus nunc, ait: tolle animam meam, neque enim melior sum quam patres mei. Est & mihi nunc aliquid commune cum sanctis, in voluntate duntaxat, non in merito. Nam vellem, & ipse modo de medio iteri, victus fateor, a pusillanimitate spiritus, & tempestate. Vereor autem ne non sicut pariter affectus, ita pariter & paratus inueniar. Tardet viuere, & an mori expectari, nescio: & ideo forte etiam in votis sum à sanctis, quod ipsi prouocentur desiderio meliorum: cum ego scandalis & arum compellam exire. Denique ait: Dissolui & cum Christo. Ergo & in sancto appetitus, & in me pualet sensus: & in hac miserima vita nec ille habere quod appetit bonum, nec ego quod molestum patior non habere valemus. Et ob hoc exire quidem ambo paricipimus voluntate, sed non pari intentione. Stulte mihi dudum requiem promittebam, si quidem leonina rabies quieuisset, & pax Ecclesiæ redderetur. Nam ecce illa queuit, sed non ego.

L Nesciebam me esse in valle lacrymarum, aut oblitus fueram me habitare in terra obliuionis. Non attendebam terram, in qua habito, spinas, & tribulos germinare mihi, succis succedere nouas, & rursum illis alias sine fine, sine intermissione lucrescere. Audieram nec, sed melius vt nunc experior, ipsa vexatio dat intellectum auditui. Innouatus est dolor, non exterminatus, lacrymæ inuaduerunt; quia inuaduerunt mala, & expertis pruinam, irruit super eos nix. Ante faciem frigoris huius quis sustinebit? Hoc frigere refrigescit charitas, vt abundet iniquitas, Leonem euasimus, sed incidimus in draconem, qui non minus forsitan noceat sedens in insidijs, quàm

ille rugiens de excelsis. Quamquam non iam in insidijs, cuius virulenta folia vtinam adhuc laterent in scrinijs, & non in triuijs legerentur. Volant libri: & qui oderant lucem, quoniam mali sunt, impeerunt in lucem, putantes lucem tenebras, Urbibus, & castellis ingeruntur pro luce tenebræ, pro melle vel potius in melle venenum passim omnibus propinatur. Transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

B Nouum cuditur populis, & gentibus euangelium, non proponitur fides, fundamentum aliud ponitur præter id, quod positum est. De virtutibus & vitijs non moraliter, de sacramentis Ecclesiæ non fideliter, de arcano sanctæ Trinitatis non simpliciter, nec sobire discutitur: sed cuncta nobis in peruersum, cuncta præter solitum & præterquam accepimus, ministrantur. Procedit Goliath procero corpore nobili illo suo bellico apparatu circummunitus, antecedente quoque eius armigero Arnaldo de Brixia. Squama squamæ coniungitur, & nec spiraculum incedit per eas. Si quidem sibilauit apis, quæ erat in Francia, api de Italia: & venerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Intenderunt arcum, parauerunt sagittas sua in pharetra, vt sagittent in obscuro rectorum corde. In visu autem & habitu habentes formam pietatis, sed virtutem eius abnegantes eo decipiunt plurimos, quo transfigurant se in angelos lucis, cum sint sathanæ. Stans ergo Goliath nã cum armigero suo inter vtrasque acies, clamat aduersus phalangas Israel, exprobatque agminibus sanctorum, eo nimirum audacius quo sentit. David non adesse. Denique in suggillationem doctorum Ecclesiæ, magnis affert laudibus philosophos, ad inuentiones illorum, & suas nouitates catholicorum patrum doctrinæ præfert, & fidei. Et cum omnes fugiant à facie eius, me omnium minimum experit ad singulare certamen. Dentque scripsit mihi sollicitante quidem ipso, archiepiscopus Senonensis diem statuens congressionis, quo ille in præsentia eius, & coepiscoporum suorum deberet, si posset, statuere praua dogmata sua, contra quæ ego ausus mutire fuisset. Abnuui, tum quia puer sum, & ille vir bellator ab adolescentia: tum quia iudicarem indignum rationem fidei humanis committi.

ti ratiunculis agitandam, quam tam certa, ac stabili veritate constet esse subnixam. **C** Dicebam sufficere scripta eius ad accusandum eum, nec mea referre, sed Episcoporum, quorum esset ministerij de dogmatibus iudicare. Ille nihilominus imò eo amplius leuauit vocem, vocauit multos, congregauit complices. Quae de me ad discipulos suos scripserit, dicere curo. Disseminauit vbique se mihi die statuto apud Senonas responsum. Exiit sermo ad omnes, & non potuit me latere. Dissimulaui primum, nec enim satis tu more populari mouebat. Cedens tamen (licet vix, ita vt flerem) consilio amicorum, qui videntes quomodo se quali ad spectaculum omnes parerent, timebant ne de nostra absentia, & scandalum populo, & cornua crescerent aduersario: & quia error magis confirmaretur cum non esset, qui responderet, aut contradiceret: occurri ad locum & diem, imparatus quidem & imbutus, nisi quod illud iacenter volebam: Nolite prae meditari qualiter respondeatis, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Et illud: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Conuenerant autem praeter Episcopos & Abbates plurimi viri religiosi, & de ciuitatibus magni scholarum, & clerici litterati multi, & rex praesens erat. Itaque in praesentia omnium aduersario stante ex aduerso producta sunt quaedam capitula de libris eius excerpta. Quae cum excipissent legi, nolens audire exiuit, appellans ab electis iudicibus, quod non putamus dicere. Porro capitula iudicio omnium examinata, inuenta sunt fidei aduersantia contraria veritati. Haec pro me, ne leuitate aut certe temeritate vsus in tanto negotio putarer. Verum tu, o successor Petri, iudicabis an debeat habere refugium ad sedem Petri, qui Petri fidem impugnat. Tu inquam, amice sponsi, prouidebis quomodo liberes sponsam a labijs loquacis & a lingua dolosa. Sed vt paulo audacius loquar cum Domino meo, attende etiam tibi ipsi amantissime pater, & gratiae Dei, quae in te est. Nonne cum esses paruulus in oculis tuis, ipse te construit super omnes gentes & regna? Ad quid? nisi vt euellas, & destruas, & aedifices, & plantes? Qui ergo tulit te domo patris tui, & vnxit te vnctione misericordiae suae, attende quae ex tunc & deinceps quanta fecit anima tua, quanta

per te Ecclesiae suae, quanta in agro Dominico, caelo, & terra testibus, tam potenter quam salubriter euulsa sunt, & destructa, quanta rursus bene aedificata, plantata, propagata. Suscitauit Deus furorem schismaticorum in tuo tempore, vt tuo opere contererentur. Vidi stultum firma radice, & statim maledictum est pulchritudini eius, Vidi, inquam, vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Oportet autem aut, haereses & schismata esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Et schismate quidem iam (videlicet est) Dominus probauit te, & cognouit te. Sed quid desit coronae tuae, en haereses suae exeruat: itaque ad conuincationem virtutum, & ne quid minus fecisse inueniamini, a magnis Episcopis antecessoribus vestris, capite nobis pater amantissime vulpes, quae demoliuntur vineam Domini, donec paruulae sunt: ne si cretae & multiplicentur, quidquid talium per vos non fuerit exterminatum, a posteris dispererit. Quaequam non iam paruula, nec paruulae certe grandiuscula & multa sint, nec nisi in manu forti, vel à vobis exterminabuntur. Iacnetur quae voluit fecit, sed visus est mihi patienter ferendus de me, qui nec persona uestra, nec curiae incuria illa pepercit, quod melius Nicolaus iste meus, imò & vester, viua referet voce.

Ad eundem contra quadam capitula illarum haeresum. Epist. CXC.

Amantissimo Patri & Domino Innocentio summo Pontifici, frater Bernardi Claraualis vocatus abbas, modicum id quod est. Oportet ad vestrum referri Apostolicum pericula quaeque & scandala emergentia in regno Dei, ac praesentia quae de fide conuergunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum refarciri damnum fidei vbi non possit fides sentire defectum. Haec quippe huius praerogatiua & sedis: Cui enim alteri aliquando dictum est: Ego pro te rogavi Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod sequitur à Petri successore exigitur: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Id quidem modo necessarium. Tempus est

Matth.
20. b
Ps. 117.
a

D

per te Ecclesiae suae, quanta in agro Dominico, caelo, & terra testibus, tam potenter quam salubriter euulsa sunt, & destructa, quanta rursus bene aedificata, plantata, propagata. Suscitauit Deus furorem schismaticorum in tuo tempore, vt tuo opere contererentur. Vidi stultum firma radice, & statim maledictum est pulchritudini eius, Vidi, inquam, vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Oportet autem aut, haereses & schismata esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Et schismate quidem iam (videlicet est) Dominus probauit te, & cognouit te. Sed quid desit coronae tuae, en haereses suae exeruat: itaque ad conuincationem virtutum, & ne quid minus fecisse inueniamini, a magnis Episcopis antecessoribus vestris, capite nobis pater amantissime vulpes, quae demoliuntur vineam Domini, donec paruulae sunt: ne si cretae & multiplicentur, quidquid talium per vos non fuerit exterminatum, a posteris dispererit. Quaequam non iam paruula, nec paruulae certe grandiuscula & multa sint, nec nisi in manu forti, vel à vobis exterminabuntur. Iacnetur quae voluit fecit, sed visus est mihi patienter ferendus de me, qui nec persona uestra, nec curiae incuria illa pepercit, quod melius Nicolaus iste meus, imò & vester, viua referet voce.

1. Cor.
11. d

1

1

Luc. 22.

ibidem.

vt

et vestrum agnoscatis pater amatissime principatum, probetis zelum, ministerium honoratis. In eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis, & sedem, si vestra admonitione cor

da in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate conteritis fidei corruptores. Habemus in Francia nouum de veteri magistro theologum, qui ab ineunte aetate sua in arte Dialectica luit, & nunc in Scripturis sanctis insanit. Olim damnata, & sopita dogmata, tam sua videlicet, quam aliena suscitare conatur, in super, & noua addit. Qui dum omnium, quae sunt in caelo sursum, & quae in terra deorsum, nihil praeter solū nescio quid nescire dignatur, ponit in caelum os suum, & scrutatur arcanum Dei: rediensque ad nos refert, verba ineffabilia, quae non licet homini loqui. Et dum paratus est de omnibus reddere rationem, etiam quae sunt supra rationem, & contra rationem praesumit, & contra fidem. Quid enim magis contra rationem, quam ratione rationem, & mari transcendere. Et quid magis contra fidem, quam credere

Ecc. 19. non quicquid non possit ratione attingere. Quae tamen quae exponere volens illud Sapientis. Qui credit cito, leuis est corde: cito credere est, inquit, adhibere fidem ante rationem, cum hoc salo non est, quod fide in Deum, sed de mutua inter nos dixerit credulitate. Nam illam, quae in Deum est, fidem beatus Papa Gregorius negat plane habere meritum, si ei humana ratio praebat experimentum. Laudat autem Apostolos, quod ad vnius uisionis uocem secuti sunt redemptorem.

Ps. 137. Scit nimirum pro laude dictum: In auditu auris obediuit mihi, in erepatos e regione discipulos, quod tardius credidissent. Denique laudatur Maria, quod rationem fide praenit, & punitur Zacharias, quod fidem ratione tentauit. Et rursus Abraham commendatur, qui contra spem in spem credidit. At contra theologos nos: Quid, inquit, ad doctrinam loqui proficit, si quod docere volumus, exponi non potest, ut intelligatur. Et sic promittens intellectum auditoribus suis, in his etiam, quae sublimiora, & sacratiora profundo illo sinu sacrae fidei continentur, ponit in trinitate gradus, in maiestate modis, numeros in aeternitate. Constituit denique Deum patrem plenam esse potentiam, filium quandam potentiam, Spiritum sanctum nullam potentiam. Atque hoc esse filium ad patrem, quod quandam potentiam ad potentiam, quod speciem ad genus, quod materiam

ad materiam, quod hominem ad animal, quod aereum sigillum ad aes, Nonne plus quam Arrius hic? Quis haec ferat? Quis non claudat aures ad uoces sacrilegas? Quis non horreat profanas nouitates, & uocum, & sensuum? Dicit etiam Spiritum sanctum procedere equidem ex patre, & filio, sed minime de patris esse, filijue substantia. Unde est ergo? an forte ex nihilo, sicut & uniuersa facta sunt? Nam & ipsa ex Deo esse non diffitetur Apostolus, nec ueretur dicere. Ex quo omnia. Quid igitur? Dicemus ex patre, &

Ro. 11. d. filio Spiritu sanctum non alio prorsus procedere modo, quam omnia: id est non esse essentialiter, sed creabiliter, ac perinde creatum sicut & omnia? Aut nunquid tertium inueniet sibi modum, quo eum ex patre, filioque producat, homo qui noua semper inquit, & quae non inuenit fingit, affirmans ea, quae non sunt tanquam ea, quae sunt? At si esset, inquit, de substantia patris profecto genitus esset, & duos pater filios haberet. Quam uero omne, quod de substantia aliqua est, continuo ipsum quo est, habeat genitorum. Nunc uero pediculi, aut lendes, aut phlegmata, uel filij carnis sunt, uel non sunt de substantia carnis? Aut uermes de ligno putrido prodeuntes, aliunde quam de ligni substantia sunt, qui tamen filij ligni non sunt? Sed & tinea de substantia pannorum substantiam habent, generationem non habent. Et multa in hunc modum. Muror autem hominem acutum, & sciolum, ut quidem sibi ipse uidetur, quomodo cum Spiritum sanctum fateatur patri, & filio consubstantialem, neget tamen ex patris, filijque prodire substantiam, nisi forte illos ex ipsius procedere uelit. Quod quidem inauditum est, & nefandum. Si autem nec is de illorum, nec illi de cuius substantia sunt, ubi quae so consubstantialitas? Aut ergo fateatur cum Ecclesia Spiritum sanctum de substantia illosum esse, à quibus non negat procedere, aut certe cum Arrio consubstantialitatem denegat, & praedicet aperte creationem. Deinde si filius de substantia patris est, Spiritus sanctus non est, differant necesse est à se inuicem, non solum, quia Spiritus sanctus genitus non est, quod filius est: sed etiam quod filius de substantia patris est, quod Spiritus sanctus non est. Quam quidem posteriore differentiam fides catholica hucusque nesciuit. Si eam admittimus, ubi Trinitas, ubi Unitas? Siquide spiritu sancto filioque noua à se differentiarum numerofitate distantibus,

tibus, vnitas dissipatur, præsertim cum substantialem esse pateat differentiam, quã iste conatur inducere. Porro autem Spiritus sancto à patris, filijq. substantia recedente, non trinitas remanet, sed dualitas. Neque. n. dignum est in trinitate admitti personã, quæ nil habeat in substãtia cõmune cū reliquis. Desinat ergo Spiritus sancti processionem à patris, filijq. substãtia separare, ne duplici impietate, numerum & trinitati minuatur, & tribuat vnitati, quod vtrūq; fides abnuat Christiana: Et ne de re tâta solis videar humanis inniti rationibus, legat epistolam Hieronymi ad Avitum: & certe videbit inter ceteras, quas redarguit Origenis blasphemias, etiam hoc eum detestantem, quod dixerit Spiritus sanctũ de substantia patris non esse. Beatus Athanasius in libro de vnica trinitate, ita loquitur. Solum Deum vbi memoratus sum, non solam personã patris indicavi, quia filiũ, & Spiritũ sanctũ de hac ipsa substantia patris esse nõ. ~~g. n. Hoc Athanasius.~~ Videt sanctitas vestra quomodo isto nõ disputante, sed dementante, & trinitas nõ coheret, & vnitas p̄det, nec istud sane absque iniuria maiestatis. Quid quid namque illud est, q̄ Deus sit, id sine dubio est, quod nõ possit aliquid maius cogitari. Si ergo in hac vnica, & summa maiestate iuxta considerationem personarũ, vel parum aliquid claudicare recipimus, dũ quod vni plus datur, alteri minuitur, minus profecto est totũ ad eo, quo nihil maius valeat cogitari. Maius. n. sine dubio est, qđ totũ maximũ est, quã q̄ ex parte. Ille vero digne pro sua possibilitate diuinã æstimat magnificentiã, qui nil in ea cogitat dispar, vbi est totũ summum: nil distans vbi totum est vnũ: nil hians, vbi totum est integrũ: nil deniq; imperfectũ, vel egēs, vbi totũ est totum. Totum nempe est pater, quod pater, & filius, & spiritus sanctus. Totũ filius, quod ipse, & pater, & spiritus sanctus. Totũ spiritus sanctus, quod & ipse, & pater, & filius. Et totũ, vnum est totum, nec superabundans in tribus, nec imminutus in singulis. Nec. n. verum, summũq. bonum, quod sunt, inter se particulariter diuidũt: quoniã nec participaliter id possidēt, sed hoc ipsum essentialiter sunt. Nam quod alter ex altero, vel alter ad alterum veracissime dicitur personarum sane designatio est, nõ vnitatis diuisio. Licet namq; in hac ineffabili, & incomprehensibili deitatis essentia, alter, & alter, id quidem requirentibus proprietatibus

personarum, sobrie, catholiceq. dicatur, non tamen ibi est alterum, & alterum, sed simplex vnũ vt nec præiudicium faciat vnitati trinitatis confessio, nec proprietatum sit exclusio, vera assertio vnitatis. Tam longe proinde fiat à sensibus nostris, quã est, & à regula veritatis execranda illa de genere, & specie non similitudo, sed dissimilitudo, & nihilo minus illa de ære, æreque sigillo: qm̄ cum genus quidẽ & species, quod ad se inuicem sunt, alterũ superius, altera inferior sit. Deus autem vnus sit: numquam bene profecto conueniet aequalitati, & tantã dissimilitati. Et rursum de ære, & quodam ære, quod est æreum sigillum, quoniã q̄ inde in eadẽ usurpatur similitudinis ratio, in, simile est huic, id est, huic. Cui. n. species (vt dixi) minor sit, & inferior genere, absit vt hãc in patre, & filio diuersitatẽ cogitemus. Absit, vt huic ac quiescentis dicenti, hoc esse filium ad patrem, quod speciem ad genus, q̄ nomen ad animal, quod æreum sigillum ad æs, quod aliquam potentiam ad potentiam. Sunt quippe cuncta hæc natura, & ob hoc nulla profus admittenda similitudo ex his ad illud, vbi nimirum inæquale, nihil d. simile. Videns quanta ver imperitia, ver impietate descendat harum ad inuentio similitudinum? Adhuc aduertite clarius quid sentiat, doceat, ~~ut va.~~ Dicit proprie, & specialiter ad patrem potentiam; ad filium sapientiam pertinere, quod quidem est tantum. Nam & pater sapientia, & filius potẽtia verissime sunt, sanissimeque dicuntur: & quod est commune amborum, non erit proprium singulorũ. Alia illa sunt profecto vocabula, quæ nõ ad seipfos dicuntur, sed ad alterutrum: & ideo est cuique suum, & non commune cum altero. Nam qui pater est, filius non est, & qui filius est, pater non est, quoniam non quod ad se, sed quod ad filium pater est, patris nomine dicitur, & itẽm nomine filij non quod ad se filius, sed quod ad patrem, exprimitur. Non sic potentia, non sic sapientia, neque alia multa, quæ ad se dicuntur, & pater, & filius, non singulariter alter respectu alterius. Non, inquit, sed ad proprietatem personæ patris propriẽ, vel specialiter inuenimus omnipotentiam attingere, quod non solum cum ceteris duabus personis, & quæ omnia efficere potest: verum etiam ipse solus à se, non ab alio, existere habet, & sicut

K

M

& sicut habet ex se existere, ita etiam ex se habet posse. O alterum Aristotelem. An non eadem ratione, si hoc ratio esset, & sapientia, & benignitas proprie pertineret, ad patrem, cum & sapere, & benignum esse æque a se pater, & non ab alio habeat, quæ admodum, & esse, & posse? Quod si non abnuit (nec enim de ratione potest) quod quæso facturus est de illa nobili sua partitione, in qua ut patri potentiam: sic filio sapientiam, sic spiritui sancto benignitatem proprie, ac specialiter assignauit? Non enim una, & eadem res proprie poterit conuenire duobus: hoc est, ut cuique propria sit. Eligat, quod vult, aut de sapientiam filio, & tribuat eam patri: aut patri tribuat, & auferat filio, & rursum benignitatem, aut spiritui sancto in patre, aut patri sine spiritu sancto assignet, aut certe desinat nomina & minugia propria facere, & patris, quæ non a seipso habet potentiam, non ideo tamen audeat concedere propria, ne & benignitas eam simili, & sapientiam, quas a se nihilominus habet, identice proprias ipsi sua ratione assignare cogatur. Sed expectemus adhuc, & videamus quam theoretice noster theologus inuisibilis Dei contempletur. Dicit (ut dixi) proprie omnipotentia pertinet ad patrem, atque hæc, ut sit integra, & perfecta, in gerendo, & discernendo constituit. Porro filio ut iam dictum est, assignat sapientiam: ipsamque non simpliciter quidem potentiam, sed quandam in Deo potentiam esse diffinit, id est potentiam tantum discernendi. Nonne timet iniuriam facere patri, si tantum tribuat filio, quantum & ipsi: & cui non audeat potentiam dare integram, concedit dimidiam. Et quod dicit, manifestis declarat exemplis, asserens potentiam discernendi, quæ est filius, ita quandam esse potentiam, quemadmodum homo quoddam est animal, & sigillum æreum quoddam est æs: atque hoc esse potentiam discernendi ad gerendi, discernendi que potentiam: id est filium ad patrem, quod homo ad animal est, quod æreum sigillum ad æs. Sicut, inquit, ex eo quod est æreum sigillum, exigit necessario ut æs sit: & ex eo quod est homo, ut animal sit, sed non e conuerso: ita diuina sapientia, quæ ex potentia discernendi, exigit quod sit diuina potentia, ita non e conuerso. Quid igitur? vis ut iuxta tuam similitudinem ad instar præcedentium, etiam ex hoc quod filius est, exigit, ut pater sit, hoc est, ut qui filius est, pater sit,

Oper. D. Bern. Tom. II.

quamquam non e conuerso? Si hoc dicis, hæreticus es: si non dicis, vacat similitudo. Ad quid enim tibi ipsam tãto circuitu de longepositis rebus, & minus conuenientibus emendicas, tanto labore colligis, tanta inculcas inani multiplicitate verborum, tantis effectis laudibus, si non facit ad quod adducitur, ut videlicet membra ad membra cognoscitur proportionibus, reducatur? Nonne hoc opus, hic labor est, ut per ipsam nos doceas, eam, quæ est inter patrem, & filium habitudinè? Tenemus autem te docente ad hominis positionem poni animal, sed non e conuerso secundum regulam dialecticæ tuæ: qua non quidem posito genere ponitur species, sed posita specie ponitur genus. Cum ergo patrem ad genus, filium ad speciem referas, nonne id ratio similitudinis postulat, ut similiter posito filio patrem ponio ostendas, & non conuerti, ut quomodo qui homo est, necessario animal est, sed non conuertitur, ita quoque qui filius est, necessario pater sit, & æque non conuertatur? Sed contradicit tibi in hoc catholica fides, quæ profecto utrumque recusat, tam patrem videlicet esse qui alius est, quàm esse filium, qui pater est. Nam alius proculdubio pater, atque alius filius: quamuis non aliud pater, quàm filius. Nam per alius, & aliud, nouit pietas fidei, caute inter personarum proprietates, & indiuiduam essentiam unitatem discernere, & mediū iter tenēs, regia incedere via, ut nec declinet ad dexteram, confundendo personas: nec respiciat ad sinistram, substantiam diuidendo. Quod si per simplex esse, dicas vere consequi, ut si filius est, necessario pater sit, nil te iuuat, cum ratio relationis necessario exigit ut conuertatur, & eadem veritas, comitetur conuersam, quod non congruit adductæ de genere, & specie, vel de ære, æreque sigillo similitudini. Neque enim sicut per simplex esse dumtaxat verissime dicitur, si pater est, filius est, & si filius est, pater est, ita etiā possumus inter hominem, & animal, siue inter æreum sigillum, & æs in veritate conuertibilem texere cōsequentiā. Nam etsi verum sit dicere, si homo est, animal est, non tamen vera est conuersa, qua dicitur, si animal est, homo est. Et item si sigillum æreum est necessario sequitur, ut æs sit non tamen si æs sit necessario sequitur, ut sigillum æreum sit. Sed iam pergamus ad reliqua. En iuxta istū habemus omnipotentiam in patre, quamdam potentiam in filio. Dicat nobis etiam de Spi

ritu sancto quid sentiat. Benignitas ipsa, inquit, quæ hoc nomine quod est Spiritus sanctus demonstratur, non est in Deo potentia, siue sapientia. Videbam satanam tanquam fulgur cadentem de cælo. Sic debet cadere qui ambulat in magnis, & mirabilibus super se. Vides pater sancte quas scalas, imo que precipitia iste sibi parauerit ad ruinam? Omnipotentiam, semipotentiam, nullam potentiam. Ipso auditu horreo, & ipsum horrore puto sufficere ad refellendum. Verum tamen testimonium pono, quod turbato interim occurrit ad remouendam Spiritus sancti iniuriam. In Isaiâ legitur, spiritus sapientie, & spiritus fortitudinis. Per quod vnq. aperte fatis istius audacia etsi non comprimitur, conuincitur tamen. O lingua magniloqua. Esto vt iniuria filij vel patris remittatur tibi, nuquid blasphemiam Spiritus? Manet angelus Domini, qui te fecit medium. Dixisti enim: Non est Spiritus sanctus in Deo potentia, siue sapientia. Ita pes inderit, cum irruit. Nec mirum si homo qui non curat quæ dicat, irruens in arcana fidei, thesauros absconditos pietatis tam irreuerenter inuadit, atque discerpit, cum de ipsa pietate dei, nec pie, nec fideliter sentiat. Denique in primo lumine theologiæ (vel potius stullogiæ suæ) fidem diffinit æstimationem: quasi cuique in ea sentire, & loqui, quæ libeat, liceat, aut pendeant sub incerto in vagis, ac varijs opinionibus non recte mensuranda, & nõ magis certa veritate subsistant. Nonne si fluctuat fides, inanis est, & spes nostra? Stulti ergo martyres nostri, sustinentes tam acerba propter incerta, nec dubitante sub dubio remunerationis præmio duram per exitum diuturnum inire exilium. Sed absit vt putemus in fide, vel spe nostra aliquid, vt is putat, dubia æstimatione pendulum, & non magis totum, quod in ea est, certa, ac solida veritate submixtum, oraculis, & miraculis diuinitus persuasum, stabilitum, & consecratum partu virginis, sanguine redemptoris, gratia resurgentis. Testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Si quo minus, ipse postremo spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod filij Dei sumus. Quomodo ergo fidem quis audeat dicere æstimationem, nisi qui spiritum istum nondum accepit, quæ euangelium aut ignoret, aut fabulâ putet? Scio cui credidi, & certus sum: clamat apostolus, & tu mihi submissibilis, fides est. Tu mihi ambiguum garris, quo

nihil est certius. Sed Augustinus aliter. Tides, ait non coniectando, vel opinando hæc in corde, in quo est, ab eo cuius est, sed certa scientia, acclamante cõscientia. Absit ergo, absit, vt hos fines fides habeat Christiana. Academicorum sint istæ æstimationes, quorum est dubitare de omnibus, scire nihil. Ego vero securus in magistri gentium sententia pergo, & scio; quoniam non confundar. Placet mihi fateor, illius de fide diffinitio, & si iste etiam ipsam latenter insimulet. Fides est, ait, substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. Substantia, inquit, rerum sperandarum, non inanium phantasia coniecturarum. Audis substantiam, non licet tibi in fide putare, vel disputare pro arbitrio, non hæc, illacque vagari per inania opinionum, per deia errorum, substantia nomine aliquid tibi certum, quæ præfigitur, certis clauderis limitibus, certis limitibus coarctatis. Non est enim fides æstimatio, sed certitudo. Sed aduertite cetera. Omitto, quod dicit spiritum in nomine Domini non fuisse in Domino: timor Domini castum in futuro sæculo non fuisse, post consecrationem panis, & calicis priora accidentia, quæ remanet, pedere in acre demeritum in nomine filij, & contactu heri lapidum, & herbaram, prout illorum sagax malitia nouit harum rerum vires diuersas diuersis incitandas, & incendendis vitijs, cõuenire spiritum sanctum esse animam mundi mundum iuxta Platonem, tanto excellentius animal esse, quanto meliorem animam habet spiritum sanctum. Vbi dum hæc istud dat quomodo Platonem faciat Christianum, se probat ethnicum. Hæc in quæ omnia, aliafque istiusmodi uarietas eius non pauca pretereo, venio ad grauiora. Non quod vel ad ipsa cuncta respondeam, magnis enim opus voluminibus esse. Illa loquor, quæ tacere non possum. Mythenum nostra redemptionis sicut in libro quodam sententiarum epistolis, & in quibusdam expositione epistolæ ad Romanos legi, temerarius scrutator maiestatis aggrediens, in ipso statim suæ disputationis exordio ecclesiasticorum doctorem vnam omnium de hac re dicit esse sententiam, & ipsam ponit, ac spernit. & gloriatur se habere meliorem non uentus contra præceptum sapientis, transgressus, nos antiquos, quos potuerunt Patres nostri. Sciendum est, ait, quod omnes Doctores nostri post apostolos in hoc eueniunt, quod

diabolus

I. No. 20.

I. No. 11. A

P

I. No. 22.

I. No. 11. C

negas potestatem? Si & Paulo non credis, veni iam ad ipsum dominum, si forte audias, **Io. 14. d** & quiescas. Nempe ab ipso appellatur princeps huius mundi, & fortis armatus, possessorque vasorum: & dicitur eum non habere potestatem in homines? Nisi tu aliud putas hoc loco intelligi atrium, quam mundum, vasa, quam homines. **Quod** si atrium diaboli, mundus erat, & homines vasa eius, quo modo non dominabatur in hominibus? **Luz. 22.** Ait item dominus capientibus se: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum, Potestas ista non latuit illum, qui dicebat: **Qui** eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij claritatis suæ. Hanc ergo dominus nec in se quidem negavit diaboli potestatem, sicut nec Pilati, qui membrum erat diaboli. Ait siquidem: Non haberes potestatem in me ullam, nisi data tibi fuisset desuper. Quod si in viride lignum intantum grassata est ista de super, data potestas, aridum quomodo non fuit a via eorum gere? Nec iniustam puto iste causabitur potestatem datam desuper. **D**icat ergo diabolus non solum potestatem, sed & iustitiam habuisse in homines, ut consequenter & hoc videat, venisse utique in carne Dei filium propter liberandos homines. Ceterum & si iustitiam dicimus diaboli potestatem, non tamen & voluntatem. Unde non diabolus qui inuasit, non homo qui inuenit, sed iustus dominus, qui exposuit. **N**on enim a potestate, sed à voluntate iustus, in iustitiam sue quis dicitur. Hoc ergo diaboli quoddam in hominem ius est non iure acquiritum, sed nequitæ & iniquitatis, iuste tamen permixtum. Sic itaque homo iuste captivus tenebatur, ut tamen nec in homine nec in diabolo illa esset iustitia, sed in Deo. Iuste igitur homo adductus, sed misericorditer liberatus. Sic tamen misericorditer, ut non defuerit iustitia quedam, & in ipsa liberatione, quoniam hoc quoque fuit de misericordia liberantis, ut (quod congruebat remedij liberandi) iustitia magis contra inuasorem, quam potentia vteretur. **Q**uid namque ex se agere poterat ut semel amissam iustitiam recuperaret, homo servus peccati, vincens diaboli? Assignata est ei proinde aliena, qui caruit sua, & ipsa sic est: Venit princeps huius mundi, & in Salutare non inuenit quidquam: & cum nihilominus innocentem manus iniecit, iustissime quos tenebat, amisit: quando is, qui morti nihil debebat, accepta mortis ignavia, iure illum, qui

obnoxius erat, & mortis debito, & diaboli soluit dominio. **Q**ua enim iustitia id secundo homo exigeretur? Homo siquidem qui debuit, homo qui soluit. Nam si vnus, inquit, pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: ut videlicet satisfactio vnus omnibus imputetur, sicut omnium peccata vnus ille portauit: nec alter iam inueniatur qui forefecit, alter qui satisfecit: quia caput & corpus vnus est Christus. Satisfecit ergo caput pro membris Christus pro visceribus suis, quoniam iuxta euangelium Pauli, quo conuincitur mendacium Petri, mortuus pro nobis conuincit nos sibi, dominans nobis omnia delicta, delens quod a uersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, expolians principatus & potestates. **U**tinam ego inueniar in his hostijs quibus spoliantur contra potestates, traductus & ipse in possessionem domini. Si me insecutus Laban arguerit quod recesserim clam ab eo, audiet clam me accessisse ad eum, & ob hoc clam recessisse. **S**ubiecit me illi causa secretior peccati, subduxit me illi ratio occultior iustitiæ. **A**ut si gratis venundatus sum, gratis non redimatur: Si Assur sine causa carnis meæ est mihi, sine causa causam exigit euasione. **Q**uod si dixerit, pater tuus addixit te respondebo: sed frater meus redemit me. **C**ur non aliunde iustitia, cum aliunde reatus? **A**lius qui peccatore constituit, alius qui iustificat a peccato. **A**lter in femine, alter in sanguine. **A**n peccatum in femine peccatoris, & non iustitia in Christi sanguine? **S**ed iustitia, inquit, sit cuius est, quid ad me? **E**sto. **S**ed sit etiam culpa cuius est: quid ad me? **A**n iustitia iusti super eum erit, & impietas impij non erit super eum? **N**on conuenit filium portare iniquitatem patris, & fraternam fieri exortem iustitia. **N**uc vero per hominem mors, & per hominem vita. **S**icut enim in Adam omnes mortui sunt, ita in Christo omnes uiuificabuntur: quoniam non sic illi atripeo, ut non & isti. **S**i illi per carnem, & per fidem huic. **E**t si infectus ex illo originali concupiscentia, etiam & in Christi gratia spirituali perfusus est. **Q**uid mihi plus imputatur de præuicatoris? **S**i generatio, regenerationem oppono: nisi quod spiritualis est illa, & carnalis. **N**ec patitur ratio æquitatis ut æquo contendant, sed vincat necesse est spiritus carnem, & sit efficacior causa, cuius est

porior & naturā: quo plus videlicet profit generatio secunda, quam prima nocuerit. Sane peruenit delictū ad me, sed peruenit & gratia. Et non sicut delictum ita & donum. Nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. A primo homine manauit delictum, à summo caelo egressio gratiae. Virumque à parente, illud à primo, ista à summo. Terrena natiuitas perdit me, & nō multo magis generatio caelestis conseruat me? Nec vereor sic erutus de potestate tenebrarum repelli à patre luminum iustificatus gratis in sanguine filij eius. Nempe ipse qui iustificat, quis est qui condemnat? Non condemnabit iustum, qui misertus est peccatori. Iustum me dixerunt, sed illius iustitia. Quanam ipsa? Finis legis Christus, ad iustitiā omni credenti. Deniq. qui factus est nobis, inquit, iustitia à Deo patre. Quae ergo mihi iustitia facta est, mea nō est? Si mea eraducta culpa, cur non & mea iniuncta iustitia? Et sane mihi tucior donata, quam in nata. Nam ita quidem gloriam habet, sed non apud Deum. Illa autem cum sit salutis efficax, materiam non habet gloriam nisi in Domino. Nā & si iustus fuero, inquit, nō leuabo caput: ne videlicet responsum accipiat: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepis? Hæc est iustitia hominis in sanguine redemptoris, quā homo perditionis exufflans & subfrangens, in tantum euacuare conatur, vt totum se in gloria semet ipsum exinat. Quod minoras est ab Angelis, quod natus de semina, quod cōuer satus in mundo, quod expertus in firma, quod passus indigna, quod demum per mortem crucis in sua reuersus, ad id solum putet, & disputet redigendum, vt traderet hominibus formam vitæ viuendo, & docendo, patiendo autem, & moriendo caritatis mentam præfigeret. Ergo docuit iustitiam, & nō dedit, ostendit caritatem, sed non inuidit, & sic rediit in sua? Itaque hoc totum est magnum illud pietatis sacramētum, quod manifestatum est in carne, iustificatū est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria? Incomparabilis doctor, qui etiā proferens, & ea, quibus vult lucida, & per se faciens altissimum sacramentum, & mysterium absconditum à saculis, sic nobis sua mendacio planum, & aper-

tum reddit, vt transire leuiter possit per illud quiuis, etiam incircuncisus, & immunus quasi Dei sapiētia cauere nescierit, aut neglexerit, quod ipsa prohibuit, sed dederit & ipsa sanctum canibus, & margaritas porcis. Sed non est ita. Nam etsi manifestū est in carne, sed tamen iustificatum est in spiritu, & spiritualibus spiritualia conseruat, & animalis homo non percipiat quæ sunt spiritus Dei, nec fides nostra sit in sapientia verbi, sed in virtute Dei, vnde saluator ait: Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et Apostolus: Et si, inquit, opertum est Euangelium meum, in his est opertum, qui pereunt. Denique aduertite hominem iridentem, quæ sunt spiritus Dei, quoniam stultitia illi videtur, & insultantem Apostolo loquenti Dei sapientiam in mysterio absconditam, inuentem in Euangelium, Dominum blasphemantem. Quam prudentem quod valet comprehendere, credere dignaretur, nec auderet contemnere, aut conculcare sacrum, reuerendumque mysterium. Longum est ad omnes eius ineptias, & calumnias, quas diuino stuit cōsilio, respondere. Pauca tamen infero, è quibus cetera æstimetur. Cum solos, inquit, electos liberauerit Christus, quomodo eos diabolus possidebat, siue in hoc sæculo, siue in futuro, magis quam modo? Respondemus. Imo quia diabolus electos Dei possidebat, à quo (sicut dicit Apostolus) captiui tenebantur ad ipsius voluntatem, vt Dei propositum de ipsis impleretur, opus sui liberatore. Oportuit autem liberari in hoc sæculo, vt liberos haberet in futuro. Deinde infert. Numquid est pauperem illum, qui in sinu Abrahamæ quiescebat, sicut & diuitem damnatum diabolus cruciabat, aut est in ipsum Abraham dominum habebat ceterosque electos? Non sed habuisset, si non liberati fuissent fide futuri, sicut de ipso Abraham scriptum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Item Abraham exultauit, vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est. Propterea iam tunc sanguis Christi rorabat etiam Lazaro, ne flammam sentiret, quod ipse credidisset in eum, qui erat passurus. Sic de omnibus electis illius temporis sentiendum, natos quidem & ipsos æquæ vt nos, sub potestate tenebrarū propter originale peccatum, sed erutos, anteq̄ morerentur, & non nisi in sanguine

Mat. 23. Christi. Scriptum est enim: Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Ergo Christo in carne venienti, & antequam veniret, & post, benedictum est à turbis benedictorū, quamvis prætereuntes plenam minime tunc consecuti sint benedictionē, seruata nimirum hæc prærogatiua temporis gratiæ. Deinde laborans docere, & persuadere diabolum nullum sibi ius in homine vindicare potuisse, aut debuisse, nisi permissu Dei, & quod sine iniuria diaboli iure Deus profugum si vellet misereri, repetere, & solo verbo eripere posset, quasi hoc quis diffiteatur, post multa aliquando infert: Quæ itaque necessitas, aut quæ ratio, aut quod opus fuit, cum sola iustione sua diuina miseratio liberare hominem à peccato posset, propter redemptionem nostram filius Dei carne suscepta, tot & tantas in dias, opprobria, siue ille speraret, aut ipsam crucis ignominiosam, & asperrimam mortē sustinere, vt cum iniquis patibulum sustineret? Respondemus Necessitas nostra fuit, & necessitas diuina sedentium in tenebris, & vmbra mortis. Opus æque nostrum, & Dei ipsius, & sanctorum Angelorum. Nostrum, vt auferret iugum captiuitatis nostræ, Suū vt impleretur propositum voluntatis eius. Angelorum, vt numerus impleretur eorum. Porro ratio huius facti fuit dignatio facientis. Quis negat omnipotentem ad manum fuisse alios & alios modos nostræ redemptionis, iustificationis, liberationis? Verum hoc non præiudicat huius, quæ est multas elegit, efficacitæ. Et fortasse is præstat, per quem in terra obliuionis, grauēdinis, lapsus nostri, tot & tantis grauamigiibus reparatoris fortius, & viuacius admoneremur. Alias autem nemo hominum nouit, nec noscere ad plenum potest quid boni ad gratiam, quid congruentiæ ad sapientiam, quid decoris ad gloriam, quid commoedi ad salutem, penes seipsam conuersionis venerandi mysterij inscrutabilis altitudo, quam Propheta considerans expauit, nō penetrauit, & præcursor domini indignum se iudicauit, qui penetraret. Ceterum si nō licet perscrutari diuinæ sacramentum voluntatis, licet tamen sentire affectum operis, fructum vilitatis percipere. Et quod licet tacere, non licet tacere, quia gloria regum salutare verbum, & gloria Dei inuestigare

sermonem. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, qm̄ cum adhuc peccatores essemus, reconciliati sumus Deo per mortē filij eius. Vbi reconciliatio, & remissio peccatorum. Nam si dicente scriptura: Peccata nostra separant inter vos, & Deum: manente peccato non est reconciliatio. In quo ergo remissio peccatorum? Hic calix, inquit, noui testamenti in meo sanguine, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum: Itaque vbi reconciliatio, ibi remissio peccatorum. Et quid ipsa, nisi iustificatio? Siue igitur reconciliatio, siue remissio peccatorum, siue iustificatio sit, siue etiam redemptio, vel liberatio de vinculis diaboli, à quo captiui tenebamur ad ipsius voluntatem intercedente morte, ingenti debemus, iustificationis gratis in sanguine ipsius, in quo (sicut idē dicit) habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius. Cur, inquis, per sanguinem, quod potuit facere per sermonē? Ipsum interroga. Mihi scire licet quod ita, cur ita, nō licet. Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me finxisti sic? Sed hæc stultitiæ ei videntur, non potest tenere risum. Audite cachinnos. Quomodo, ait, iustificati nos vel reconciliati Deo per mortem filij eius dicit Apostolus, qui tanto amplius aduersus hominem irasci debuit, quanto amplius homines in homines in crucifigendo filium suum deliquerunt, quàm in transgrediendo primum eius præceptum vnus pomi gustum, quauis nō potuerit Deo in vno, eodeque facto, & dicitur, iniquitas malignantium, & placere peccatis suis. Et ait: Quod si tantum fuerat illud Ad peccatum vt expiari non posset nisi morte Christi, quæ expiationē habebit ipsū homicidiū, quod in Christum commissum est? Breuiter respondemus, ipsum sanguinē, quem fuderunt, & interpellationem ipsius, quem occiderunt. Addit etiam. Nūquid mors innocens nisi intantum Deo patri placuit, vt per ipsam reconciliaretur nobis, qui hoc peccando commissimus, propter quod innocens Dñs est occisus: nec, nisi hoc maximū fieret peccatū, illud multo lenius potuit ignoscere? Nō mors, sed voluntas placuit spōte morietis, & illa morte expugnatis mortē, operantis salutē, & iustitiam. Iustitiam, & potentiam, & potestates, spoliantis inferos, ditatis superos, pacificatis quæ in celo sunt, & quæ in terra omnia instaurantis,

Et quoniam hæc tam preciosa mors voluntarie suscipienda aduersus peccatū, non tamen poterat fieri nisi per peccatū: non delectatus quidem bene vsus malitia sceleratorum, & mortem de morte, & de peccatō damnauit peccatū. Et quanto illorum maior iniquitas, tanto huius voluntas sanctior, & eo potentior ad saluandum, quatenus tanta potentia antiquum illud quamuis grāde peccatū, necessario tamen huic quod in Christum commissum est cederet, tamquam minus maiori. Nec peccato siue peccantibus ascribitur hæc victoria, sed bene vtenti peccato, & peccantes fortiter perferenti, & conuertenti in vsu pietatis quidquid in ipsum ausus est crudelitas impiorum. Fuit vero sanguis qui effusus est, tam multus ad ignoscendum, vt ipsum quocumque peccatū maximum quo factum est vt effunderetur, deleteret, ac per hoc de antiqui illius vt per leuioris deletionem nullam omnino dubietatem relinqueret.

Deinde iste, Cui vero, inquit, non crudele & iniquum videtur, vt sanguinem innocentis in precium aliquod quis requisierit, aut illo modo ei placuerit innocentem interfici, nedum Deus tam acceptus filij mortem habuerit, vt per ipsam vniuerso reconciliatus sit mundo? Non requisituit Deus pater sanguinem filij, sed tamen acceptauit oblatum, non sanguinem sitiens, sed salutem, quia salus erat in sanguine, Salus plane, & non sicut iste scribit, sola caritatis ostensio. Quod enim coelodit tot calumnias, & iniquas, quæ in Deum tam impie, quam imperite effomuit, vt dicat totum esse, quod Deus in carne apparuit, nostram de verbo & exemplo ipsius institutionem, siue vt postmodum dicit instructionem, totum quod passus, & mortuus est, suæ erga nos caritatis ostensionem vel commendationem. Ceterum quid prodest, quod nos instituit, si non restituit? Aut numquid destrui mur, si non prius destruitur in nobis corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato? Si omne, quod profuit Christus, in sola fuit ostensione virtutum, restat, vt dicatur, quod Adā quoque ex sola peccati ostensione nocuerit. Siquidem pro qualitate vultus allata est medicina. Sicut enim in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes iustificabuntur. Ergo sicut hoc, ita & illud. Si vita, quæ dat Christus, non est alia, quam institutio eius: nec mors vti que, quam dedit

Adam, non alia erit similiter quam institutio eius: vt ille quidem ad peccatum exemplo suo: hic vero exemplo, & Verbo ad bene viuendum, & se diligendum homines informarent. Aut si, Christianæ fidei, & non hæresi Pelagianæ acquiescentes generatione non institutione traductum in nos confitemur Adæ peccatum, & per peccatū mortem: fateamur necesse est, & à Christo vobis non institutione, sed generatione restitutam iustitiam, & per iustitiam vitam: vt sicut per vnius delictum in omnes homines in cōdemnationem, sic & per vnius iustitiā in omnes homines in iustificationem vitæ. Et si ita est, quomodo is dicit consilium, & Rom. 5. c. causam incarnationem fuisse, vt mundum luce suæ sapientiæ illuminaret, & ad amorē suum accenderet? Vbi ergo redemptio? A Christo nempe, vt fateri dignatur, illuminatio, & prouocatio ad amorē. Redemptio, & liberatio quæ? Esto quod Christi aduentus illis prosit, quæ in ipso non conformare per vitam, & vicem ei dilectionis rependere. Quid de paruulis? Quæ dabit lucem sapientiæ vix adhuc captantibus lucem vitæ? Vnde ascendent ad Dei amorem, qui necdum matres suas amare nouerunt? Nihil ne proderit eis aduentus Christi? nihil quod complantati sunt similitudinē mortis eius per baptismum; quoniam nodum possunt prohibente aetate Christum sapere, aut amare? Redemptio itaque, ait, nostra est illa summa in nobis per Christi passionem dilectio. Ergo paruuli non habent redemptionem, quæ non habent summam illam dilectionem. At sicut non habet vnde diligant, ita nec vnde pereant, vt non sit eis in Christo necessaria regeneratio, vt potius quibus generatio ex Adam nihil nocuerit? Si hoc sapit cum Pelagio, desipit. Quidquid horum sentiat, pater quantum humanæ sacramento salutis inuideat, quantum quod in ipso est, euacuet alti dispensationem ministerij, qui tantum de salute tribuit deuotioni, regenerationi nihil: qui nostræ gloriæ redēptionis, & summam salutis non in virtute crucis, non in precio sanguinis, sed in nostræ constituit conuersationis profectibus. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Dñi nostri Iesu Christi, in qua est salus, vita, & resurrectio nostra. Et quidem tria quedam præcipua in hoc opere nostræ salutis intueor: formam humilitatis, in qua Deus semetipsum exinanit: caritatis mensuram,

quam vsque ad mortem, & mortem crucis extendit: redemptionis sacramentum, quo ipsam mortem, quam perulit, sustulit. Horum duorum priora sine ultimo sic sunt, ac si super mane pingas. Magnum profecto & valde necessarium humilitatis, magnum quod omni acceptione dignū caritatis exemplū: sed non habent fundamentum, ac proinde, nec statum, si desit redemptio. Volo totis nixibus humilem sequi Iesum, cupio eum, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, quibusdam brachijs vicariæ dilectionis amplecti, sed oportet me, & agnum manducare paschalem. Nisi enim mādūcauero carnem eius, & biberō eius sanguinē, nō habebō vitam in memetipso. Aliud est sequi Iesum, aliud tenere, aliud & manducare. Sequi, salubre consilium: tenere, & amplecti, solemne gaudium, manducare, vita beata. Caro enim eius vere est cibus, & sanguis eius vere est potus. Panis est Dei, qui de celo descendit, & dat vitam mundo. Quis status gaudio, sine consilio absque vita? Nempe haud alius quā picturæ absque folido. Ergo nec humilitatis exempla, nec caritatis insignia, præter redemptionis sacramentum, sunt aliquid. Hæc Domine pater, de labore manuum puer vestri qualiacumque tenetis, aduersus pauca quidem nouæ hæreseos capitula. Vbi si non aliud quā zelum agnoscitis meum, tamen propriæ interitum conscientiæ satisfeci. Nam cum non esset quod agerem pro iniuria fidei quā dolebam, operæ mihi precium arbitror, si illum monui, cuius arma potentia Dei, ad destructionem in contrarium assertionem, ad destruendam omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigendum omnem intellectum in obsequium Christi. Sunt & aliam alijs eius scriptis nō pauca, nec minus mala capitula, ad quæ nec temporis, nec epistolæ angustia respondere permittit. Quam quā nec necessarium putem, cum sint adeo manifesta, vt ipsa etiam vulgata fide facile recitentur. Collegi tamen aliqua, & transmisi.

Ad eundem ex persona Domini Rhemensis,
Epistola CXC I.

Reuereatissimo Domino, & charissimo patri Dei gratia summo Pontifici Innocentio, Sampson Rhenorum Archiepiscopus, Iosenus Suesio-

nensis, Gaufridus Cathalaunensis, Aluifus Atrebatensis, voluntarium debita subiectionis obsequium. Auribus occupatis ad plurima, sermonem facimus abbreviatum de prolixo negotio, pro eo maxime quia idipsum diffusius ac plenius continetur in litteris Domini Senonensis. Petrus Abailardus Christianæ fidei meritum euacuare nititur, dum totum quod Deus est, humana ratione arbitrat se posse comprehendere. Ascendit vsque ad cælos, & descendit vsque ad abyssos. Nihil est quod lateat eum, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Homo est magnus in oculis suis, dē fide contra fidem disputans, ambulaus in magnis, & in mirabilibus super se, scrutator maiestatis, hæresum fabricator. Iamdudum fecerat librum de sua trinitate, sed sub legato Romanæ Ecclesiæ igne examinatus est, quia inuenta est in eo iniquitas. Maledictus, qui reedificabit ruinas Hierico. Surrexit ad mortuis liber ille, & cū eo multorum hæreses, quæ dormierant, surrexerunt, & apparuerunt multis. Iam iam extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad Romanam propagine eius, hæc gloriatio hominis illius, quod liber suus in curia Romana habet, vbi caput suum reclinet. Hinc confirmatus, & confortatus est furor eius. Propterea cum in conspectu Episcopi super his argueret eum abbas Claraualis, zelo fidei, & iustitiæ armatus, nec cōfessus est, nec negauit: sed a toto & iudice quem sibi ipse negat, sine lesione, sine grauamine, vt sibi prolonga et iniquitate, ad sedem Apostolicam appellauit. Episcopi autem qui propter hoc in vnum conuenerant, vestra reuerentiæ deferentes, nihil in personam eius egerunt, sed tantummodo capitula librorum eius ad sanctis patribus cōdemnata, ne morbus serperet, medicinali necessitate abudicauerunt. Quia ergo homo ille multitudinem trahit post se, & populum, qui sibi credat, habet, necesse est, vt huic contagio clerici remedio occurratis. Sero enim medicina paratur, cum mala per longas inualuerit moras. Processimus in hoc negotio quousque ausi sumus, tum est de cetero beatissime pater providere ne in diebus tuis aliqua hæreticæ prauitatis macula decor Ecclesiæ maculetur. Pro hoc missa est sponsa Christi, ante sponsi: tuum est tandem vai virginem castam exhibere Christo.

Ad magistrum Guidonem de castello, qui Petri discipulus fuerat, & de quo potissimum praeiudicabat, qui postea fuit Papa Celestinus.

Epistola CXCII.

Venerabili Domino, & charissimo patri magistro Guidoni S. R. Ecclesiae, Dei gratia presbytero Cardinali, B. Claraualis vocatus Abbas, non declinare ad dexteram, nec ad sinistram. Iniuriam facio vobis, si aliquem à vobis ita diligi credam, vt cum eo pariter eius errores diligatis. Quisquis enim sic aliquem diligit, nondum nouit quemadmodum oporteat cum diligere. Talis namque dilectio terrena est, animalis, diabolica, nocens aequè diligenti atque dilecto. Existiment alij de alijs prout volunt, ego adhuc de vobis aestimare non possum, nisi quod vicinum est rationi, quod ad lineam pertinet aequitatis. Quidam prius iudicant, & postea probant; ego de potione vitium dulcis sit, an amara ante gustum non iudicabo. Magister Petrus in libris suis profana vocum nouitates inducit, & sensuum, disputans de fide contra fidem, verbis legis legem impugnat. Nihil videt per speculum, & in aenigmate, sed facie ad faciem omnia inuictur, ambulans in magnis, & in mirabilibus super se. Melius illi erat si (iuxta titulum libri sui) seipsum cognosceret, nec egredere mensuram suam, sed sciret ad sobrietatem. Ego enim accuso apud patrem, ut oremus, liber suus, in quo non male complacuit. Cum de Trinitate loquitur, sapit Arrium: cum de gratia, sapit Pelagium: cum de persona Christi, sapit Nestorium. Minus de vestra aequitate praesumo si diu vos rogauero, vt in causa Christi illum Christo praeponeatis. Illud autem scitote quia expedit vobis, quibus potestas data est à Domino, expedit Ecclesiae Christi, expedit illi etiam homini, vt ei silentium imponatur, cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo.

Ad magistrum Tuonem Cardinalem, de eodem. Epistola CXCIII.

Dilectissimo suo Yuoni Sanctae Romanae Ecclesiae Dei, gratia presbytero Cardinali, B. Claraualis abbas, diligere iustitiam, & odire iniquita-

tem. Magister Petrus Abailardus sine regula monachus, sine solitudine praelatus, nec ordinem tenet, nec tenetur ab ordine. Homo sibi dissimilis est: intus Herodes, foris Ioannes, totus ambiguus, nihil habens de monacho praeter nomen, & habitum. Sed quid ad me? Vnusquisque onus suum portabit. Aliud est, quod dissimulare non possum, quod pertinet ad omnes, qui diligunt nomen Christi. Iniquitatem in excelso loquitur, integritatem fidei, castitatemque Ecclesiae corrumpit. Transgreditur terminos, quos posuerunt patres nostri, de fide, de sacramentis, de sancta Trinitate disputans, & scribens: singula pro sua voluntate mutat, auget, & minuit. In libris, & in operibus suis ostendit se fabricatorem mendacij, & cultorem peruersorum dogmatum, haereticum se probans non tam in errore, quam in pertinacia, & defensione erroris. Homo est egrediens mensuram suam, in sapientia verba euacuans virtutem crucis Christi. Nihil nescit omnium, quae in caelo, & quae in terra sunt, praeter seipsum. Damnatus est Suesione cum opere suo coram legato Romanae Ecclesiae. Sed quasi non sufficeret ei illa damnatio, iterum facit, vnde iterum damnetur, & iam nouissimus error peior est prior. Securus est tamen, quonia Cardinalis, & clericos curiae se discipulos habuisse gloriatur, & eos in defensione praeteriti, & praesentis erroris assumit: à quibus iudicari timere debuit, & damnari. Si quis spiritum Dei habet, illius versucili recorderetur. Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Liberet Deus per vos, & per ceteros filios suos Ecclesiam suam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.

Rescriptum Domini Innocentij Papa contra haereses Petri Abailardi.

Epist. CXCIII.

Innoentius Episcopus seruus seruatorum Dei, venerabilibus fratribus, Henrico Senonensi, Sampisoni Rheimensi, Archiepiscopis, eorumque suffraganeis, & charissimo in Christo filio Bernardo Claraualis Abbati, salutem & Apostolicam benedictionem. Testante Apostolo, sicut vnus Dominus, ita vna fides esse dignoscitur, in qua tamquam in immobili fundamento praeter quod nemo potest aliud ponere, firmitas Catholicae Ecclesiae

C

Gal. 6. 9

Ps. 138.

D

Eph. 4. 6

estis inuoluta consistit. Inde est, q̄ beatus Petrus Apostolorum princeps pro eximia huius fidei confessione, à Domino, ac saluatore nostro audire meruit: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: petram utiq̄. firmitatem fidei, & catholice vnitatis soliditatem manifeste designans. Hæc siquidem est inconfutibilis tu nica redemptoris nostri, super quam milites fortiti sunt, sed eam diuidere minime potuerunt. Contra quam in initio fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. Verum Apostoli duces dominici gregis, & eorum successores Apostolici viri, ardore caritatis, & zelo rectitudinis succensi, fidem defendere, & eam in cordibus aliorum proprii sanguinis effusione plantare non dubitarunt. Demum cessante persecutorum rabie imperauit Dñs ventis, & facta est in Ecclesia tranquillitas magna. Sed quia hostis ~~hæresis~~ generis semper circuit quærens quem deuoret, ad impugnandam sinceritatem fidei fraudulentam hereticorum fallaciam subinduxit. Contra quos viri Ecclesiarum pastores viriliter insurgentes, eorum praua dogmata cum ipsorum auctoribus condemnarunt. In magna namq̄. Nicena synodo Arius hæreticus est damnatus. Constantinopolitana synodus Manichæum hæreticum debita sententia condemnauit. In Ephesina synodo Nestorius dignam sui erroris damnationem excepit. Chalcedonensis quoque synodus Nestorianam hæresim, & Eutychianam cum Dioscoro, & eius complicitibus iustissima sententia confutauit. Martianus præterea licet laicus, Christianissimus tamen Imperator catholice fidei amore succensus, prædecessori nostro sanctissimo Papæ Iohanni scribens aduersus eos, qui sacra mysteria profanare contendant, inter cetera holoquitur. dicens: Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice tractare conetur in posterum. Nam iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata, & recte disposita reuoluet, & iterum disputare contendit: & contemptores huius legis tanquam in sacrilegos pena non deerit. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, consortio clericorum remouebitur. Dolemus autem, quoniam sicut litterarum vestrarum inspectione, & missis à

vestra fraternitate nobis errorum capitulis, cognouimus, in nouissimis diebus quando instant tempora periculosa: in Petri Abailardi perniciofa doctrina, & prædictorum hæreses, & alia peruersa dogmata catholice fidei obuiantia pullulare ceperunt. Verum in hoc maxime confolemur, & omnipotenti Deo gratias agimus: qui in partibus vestris pro patribus rales filios suscitauit, & tempore Apostolatus nostri in Ecclesia sua tam præclaros voluit esse pastores, qui noui hæretici calumnijs studeant obuiare, & immaculatam sponfam vni uero virginem castam exhibere Christo. Nos itaque qui in beati Petri cathedra (sui à Dño est dictum, & tu aliquando conuersus confirmas fratres tuos) licet indigni residere conspicimur: communicato fratrum nostrorum episcoporum, & cardinalium consilio, destinata nobis à vestra discretione capitula, & vniuersa ipsius Petri peruersa dogmata sanctorum canonum auctoritate eiq̄ suo auctore damnauimus, eiq̄e tanquam hæretico perpetuum silentium imposuimus. Vniuersos quoque erroris sui sectatores, & defensores, à fidelium consortio sequestrandos, excommunicationisq̄. vinculo innodandos esse censemus. Datum Laterani decimo septimo Kalendas Augusti.

Luc. 22.

Ad Episcopum Constantinensem, pro Arnaldo de Brixia Epistola

SI sciret paternitas qua hora tu veniret, vigilaret utique, & non sinneret perfodi domum suam. Scitis quia fur de nocte irruerit domum: non vestram, sed domini, vobis tamen commissam? Sed dubium esse non potest, scire vos quod apud vos fit, quando ita ad vos vtrique tam remotos potuit peruenire. Næc mirum si non horam præuidere, aut nocturnum furis ingressum obseruare quinuistis: Mirum autem si deprehensum iam non agnoscat, non tenetis, non prohibetis exportare spolia vestra imo preciosissimas Christi exuias, animas videlicet, quas sua imagine præsigniuit, suo cruore redemit. Adhuc fortan hæreticis, & miramini quænam dicere velint, Arnaldum loquor de Brixia, qui vniuersam sanæ esset doctrinæ, quam districte est vixit,

vita, Et si vultis scire, homo neque manducans, neque bibens, solo cum diabolo esuriens, & sitiens sanguinem animarum. Vnus de numero illorum, quos apostolica vigilatia notat, habentes formam pietatis, virtutem
2. Ti. 3. c
Mat. 7. b illius penitus abnegates. Et ipse Dominus: Venient (inquiens) ad vos in vestimentis ouium, intus tamen sunt lupi rapaces. Is ergo vsque ad hanc aetatem vbicumque conuersatus est, tam se du post se, & tam sequa reliquit vestigia: vt vbi semel fixerit pedem, illuc vltra redire omnino non audeat.

H Denique ipsam, in qua natus est, valde atrociter commouit terram, & conturbauit ea. Vnde & agulatus apud Dominum Papam schismate pessimo, natali solo pulsus est, etiam & abiurata compulsus reuersionem, nisi ad ipsius Apostolici permissio nem. Pro simili deinde causa, & a regno Francorum exurbatus est schismaticus insignis. Execratus quippe a Petro Apostolo, adhaeserat Petro Abailardo. Cuius omnes errores ab Ecclesia iam deprehensos, atque damnatos, cum illo etiam, & pro illo defendere acriter, & pertinaciter conabatur. Et his omnibus non est auersus furor eius sed adhuc manus eius extenta. Nam etiam ira vagus, & profugus super terram, quod iam non licet inter suos non cessat apud alienos tanquam leo rugiens circiens, & quaerens quem deuoret.

Et nunc apud vos sicut accepimus, operatur iniquitatem, & deporat plebem vestram licet in panis. Cuius maledictione, & amara... veloces pedes eius... Confrictio, & infelicitas in vjs eius: & viam pacis non cognouit. Inimicus crucis Christi, seminator discordiae, fabricator schismatum, turbator pacis, vnitatis diuisor. Cuius dentes arma & sagittae, & lingua eius gladius acutus. Molliti sunt sermones eius super plebem, & ipsi sunt iacula. Vnde & solet sibi allicere blandis sermonibus, & simulatione virtutum, diuites, & potentes, iuxta illud: Sedit in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Demum cum fuerit de illorum captata beneuolentia, & familiaritate securus, videbitis hominem aperte insurgere in clerum, fretum tyrannide militari, insurgere in ipsos Episcopos, & in omnem passim Ecclesiasticum ordinem desensum. Hoc scientes, nescio an melius, salubrius in tanto discrimine rerum agere valeatis, quam (iuxta Apostoli mo-

nitum) auferre malum ex vobis: quamquam
1. Cor. 13. c
amicus sponsi ligare potius, quam fugare curabit, ne iam discurrere, & eo nocere plus possit. Hoc enim Dominus Papa du adhuc esset apud nos, ob mala, quae de illo audiebatur, fieri scribendo mandauit: sed non fuit, qui faceret bonum. Denique si capi vultis pusillas demolentes vineam scriptura salubriter monet: num multo magis lupus magnus & ferus religandus est, ne in Christi irumpat ouilia, oues mactet, & perdat?

Ad Guidonem legatum, da eodem.

Epistola CXCVI.

Arnaldus de Brixia, cuius conuersatio mel, & doctrina venenum, cui caput columbae, cauda scorpionis est: quum Brixia eorumque Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere, fertur esse vobiscum. Videte, quaeso, ne vestra auctoritate plus noceat. Nam cum & artem habeat, & voluntatem nocendi, si accesserit fauor vester, erit funiculus triplex, qui difficile rumpitur, supra molium (vt vereor) nociturus. Et vnū existimo de duobus (si tamen verum est quod vobiscum hominem habeatis) aut minus scilicet notum nobis esse illum, aut vos (quod est credibilius) de eius correctione confidere. Et vtinam id non frustra. Quis det de lapide hoc suscitare filium Abrahae? Quam gratum munus susceperet mater Ecclesia de manibus vestris vobis honorem, quae tandem passa est in contumeliam. Licet tamen, sed vir prudens cautus erit non transgredi praefinitum numerum ab Apostolo, qui ait: Haereticum hominem post vnā, & secundā correptionem de vita, & delinquit proprio iudicio condemnauerit. Alioquin familiarem habere, & frequenter admittere ad colloquendū, ne dicam ad conuandū, suspicio fauoris est, & inimici hominis fortis armatura. Secure annuntiabit, & facile persuadebit quae volet domesticus & contubernalis legati Apostolica sedis. Quis enim a latere Dñi Papa mali quippiā suspicetur? Sed & si in manifesto peruersa loquitur, quis se facile opponere audeat vestro collateralis? Deinde videtis qualia post se, vbicumque habitauit, reliquit vestigia: Ne sine ea vigor apostolicus hominem Italiae transalpinae coegit, repatriare non patitur.

Quis

Quis vero extraneorū, ad quos eiectus est, nō cum omnimodis cuperet suis reddidisse? Et certe sic se habere ad omnes, vt omnibus odio habeatur, approbatio iudicij est quod portat, ne quis dicat subreptum fuisse Domino Papæ. Quale est ergo summi Pontificis fugillare sententiam, & illam sententiam, cuius rectitudinem eius ipsis, in quem data est, & si lingua dissimulat, vita clamat? Itaque fauere huic, Domino Papæ contradicere est, etiā Domino Deo. Per quem cumque enim iusta sententia iuste detur, ab illo certum est processisse, qui loquitur in Propheta. Ego qui loquor iustitiam. Confido autem de vestra prudentia, & honestate, quia visis his litteris de veritate certus, non adducemini amodo quippiam assentire in hac re, nisi quod vos deceat, & Ecclesiæ Dei expediat, pro qua legatione fungimini. Diligimus vos, & ad vestrum obsequium paratissimus.

Isai. 3. n

Ad Petrum Bisuntinum decanum.
Epistola CXC VII.

Peregrinationem Abbatis Cariloci sic accipimus, quasi iam mortuum eum videamus. Vobis maxime (quod vehementer doleo) imputatur quidquid illi periculi imminet, quidquid laboris incumbit. Non hoc à vobis expectamus, quia nec meruimus. Alium vos putauimus, & alium experimur. Testimonium perhibent vobis, qui interfuerunt actioni, quod nec sincere, nec secundum iustitiam in ea vos habuistis. Et ex parte. Nam & venerabilis Abbas Belluaalis non multum sibi complacet in vobis. Nolite quæso, nolite persequi seruos Dei, quibus ab ipso dictum legitis: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nolite redicere euellere de cordibus nostris, si quid aliquando bene sensimus de vobis. Et hæc ita dicimus vobis, non quia vos non diligimus, sed vt de medio fiat, quo potest contingere, vt non diligamus.

Zac. 2. c

M

Dico autem tamquam amicus: non expectatis vobis, neque Ecclesiæ vestræ, vt Domino Papæ quod actum est, sicut actum est, innotescat.

In causæ actione, quæ per charissimum fratrem nostrum Guidonem Cariloci Abbatem vestro conspectui presentatur, puto satis apparet, & lacessentis iniuria, & innocentia patientis, & incuria iudicis. Denique violentia calumniantis, & inopia iustitiæ compulsus est pauper confugere ad vestram presentiam, non reputans laborem viæ, non expensas, non periculum temporis. Dedit manus morti, ne viuat in perturbatione, quietis amator Clementer, quæso, respicite super egenum & pauperem, ne frustra vestris paternis auriabus intimatus sit tantillarum vniuum tantus labor & dolor. Olim per Epistolas semel & secundo testificatus sum vobis de homine illo qui huic modo calumniatur, quod sui esset & præuaricator propositi, & monasterij dissipator. Nunc autem & flens dico inimicum crucis Christi, sanctorum, qui in circuitu eius sunt, violentissimum oppressorem, & calumniatorem pauperum. Qui propria iam pene non habens, quæ deuoret, in proxima passim modo tyrannico debeat. Monachum habitu mentiens, se re exhibet vnum de prædonibus omnino immemor regularium obseruationum, legum, cano numq. contemptor. Frontosus ad verendum, insensatus ad memum, inflexibilis ad pietatem, ad iram preceps, audax ad racismus, pronus ad iniurias. Et in modo vir religiosus, abbatem, in modo suo tor & tanta vitia, aut ignorare potest, aut dissimulare. Sed de hoc quid ad nos? Ipse viderit. Ipse suo Domino stat aut cadit. Nobis sufficit liberari de manibus eius. A vobis id omnimodis flagitamus, quod aliunde frustra tetatum est. Circumspeximus, & non erat auxiliator. Ventum est ad comune refugium, illo confugimus, vbi confidimus liberari. Tantū ad sit pietas, nā facultas non deest. Et quidē ex privilegio sedis Apost. constat summā rerum ad vestrā potissimū respicere summā auctoritatem, & plenariam potestatem. Verum hoc inter cetera vestri singularis primatus insignia, specialius, illustriusq. nobilitat, vestrū & inclytum reddit Apostolatum, si eripitis pauperem, de manu torturorum eius. Nulla meo iudicio in corona vestra preciosior gemma zelo illo vestro, quo amulari consueuistis oppressos, nec redlinqui.

21. 114

linquitis virgam peccatorum super sortē iustorum. Nimirum propter illud, quod sequitur: Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas: vel propter illud, quod alibi dicitur: *Psal. 9. d* Quia dum superbit impius, incenditur pauper: & vnde alter torquetur in corpore, inde alter grauius in anima perit. Est item monasterium de nostro ordine vicinum huic, quod malorum similiter hominum graui infestatione vexatur, & non est, qui redimat, neq; qui saluum faciat. Et pro hoc quoque puer vester paterna vestra viscera lacrymosis precibus concutere non veretur. Qui illi sint homines, quæ occasione calumniandi: præsentium lator Abbas veraci, & viua voce referet vobis. Deus omnipotens vos nobis conseruet longis temporibus, ad nostram omnium protectionem, qui in habitu, & proposito pœnitentiæ pauperem vitam ducimus, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, *B* fruamur illi.

Adeundem. Epistola CXCIX.

Vsquequo, & superbit impius, & incenditur pauper: Vsquequo à tanta impudentia innocentia tanta vexatur, & hoc viuo Innocentio? Peccata sine dubio nostra hoc faciunt, quod dominus meus tam sero aduenit mentientes sibi, tam lente exaudit clamantes ad se in hac causa dicitur. Nā aliās quidē sciunt, & dicitur eum domino meo, & citant, & tacite misereri. Propter eum, qui elegit vos, & posuit vos refugium oppressorum, ponite iam tamē finē, & malitiæ oppressoris, & laboribus afflictorum, quia satis vtraque res, venit in lucem, & manifestationem. Denique ad mandatum beneplaciti domini mei causa discussa, & terminata est, superest, vt ipsius auctoritate data sententia confirmetur. Ergo si uenerit homo mendax aduersus tantorum virorum testimonium (Valentinum loquor, & Granopolitanum) audietur? Iterum supplico, & ad pedes domini mei, ea, quæ possum mente anxia descendo, ne ab homine iniquo, & doloso religiosum monasterium destrui patiatur. Etenim non parcat nostro, qui nūm pene destruxit. Vnde addo solita *C* presumptione: Si puero vestro crederetis, nō minē hunc, qui beneficio pietatis vestræ abutitur, in claustrum suum remitteretis, &

domino Abbati casæ Dei mandaretis vt in monasterio, quod ille inutiliter occupat, virū religiosum promoueret, & regularem ordinaret conuentum. Hoc plane dignum apostolatu vestro, hoc beneplacitum Deo, hoc honor domino Abbati casæ Dei, suoque monasterio. Sic etiam liberaretis animam prædicti hominis, & ipsum, cui incubat monasterium.

Ad magistrum Vlgerium Andegauensem episcopum, pro graui querela, quæ erat inter ipsum, & abbatem. Jam fontis Euerardi. Epistola CC.

Lacrymas magis, quam litteras dare libet. Sed quoniam ad neutrum inops est caritas, & has oportet dare, & illas non omittere. Has vobis, illas mihi, & pusillis multis mei similibus, qui sciantur. Dicitis forsitan scandalum non esse per vos. Numquid propter vos esse negabitis? Facile cetera portare, tantum vos nō essetis in causa. Nam in culpa dicere non audeo. Non est meum discutere hoc, est qui querat, & iudicet. Vt homini illi, per quem scandalum venit, iudicium profecto portabit quisquis est, ille, vel illa. Ceterum ad vos mihi nunc sermo. Sustinere modicum quis indipientiæ meæ. Quia semel cepi, loquar ad dominum meum. Faciam satis, vel ex parte, zelo, & affectui, qui loquitur. Non verborum, dignitate non terrebor, non cunctabor ad nomen grande magistri Vlgerij. Nā quo grandius nomen, eo grandius scandalum. Propterea me ipsum transgrediar, & ero insipiens. Seniores increpabo, Episcopū arguam. Magistrum conabor docere, consilium dare sapiēti. Nullum presumptionis genus prætereat caritas, & amulatio, quā olim pro sanctitate, & gloria nominis vestri conceperam. Cuius gloriæ diffusum circumquaque spirituale odorem, inuidia diaboli interpolatum esse, vel modice, mihi pro modico non est, sed neque Ecclesiæ Dei, quæ vbique tam celebri gaudio in hoc meridiano lumine exultare solebat. Verum vos quantum propriam gloriæ contemnatis, satis apparet. Laudo, sed si nō vsque ad iniuriam Dei. Laudo, & constantiam, qua nec summis potestatibus ceditis de iure vestro, quod putatis, sed si non pertinacius, quam

Matth. 18. 4

D

quam constantius id agi à vobis videretur .
 Quam gloriosius, & certe sanctius vobis illa-
 tam iniuriam fortiter sustineretis, & fa-
 ctam vestram ad gloriã Dei custodieritis ?
 quamquam nescio, quomodo, vel conscientiam
 vestram esse in tuto confiditis sub hoc
 scandalo . Nec enim excusat vos etiam si in
 quemquam alterum iure culpam refundi-
 tis . Esto, quòd alius mouerit scãdalu[m], pro-
 fecto compescere vos potestis . Nolle com-
 pescere, sine culpa erit ? aut vero compescere,
 sine gloria erit ? Malum si comprimas
 tuum, reputabitur tibi ad iustitiam : si alienum,
 ad gloriam . Quicumque auctor sit
 scandali, à vobis omnimodis exigitur tolli,
 & in eo loco excusatum dicimus, si non po-
 testis . An non denique ministerium est
 angelorum, tollere scandala de regno Dei ?
 Si dixeritis, quid ad nos ? arguet vos illa sen-
 tentia : Labia sacerdotis custodiunt scientiam,
 & legem requirunt de ore eius, angelus enim
 domini est . Si ergo hoc scandalum cum possitis non tollitis, plane non imple-
 tis ministerium vestrum . Quod quidem an
 nulla sit culpa, vos iudicabitis . Ego vero,
 nec hoc sufficere dixerim, si non & honorificatis .
 Est quoque quod adhuc addam, nisi quia
 timidior sum, fateor, quam promisi .
 Sed tutius adduco magistrum, qui non ve-
 reatur episcopo nudam dicere veritatem .
 Hoc ipsum, inquit, delictum est in vobis,
 quòd causas habetis inter vos . Quare non
 magis fraudem patimini ? Opposuit speculum,
 reflulit iustitiæ sol : emicuit veritas,
 nãuus apparuit . Quanti est igitur nescio,
 quæ illa possessiuncula maledicta, vt vlti-
 rius iam possit, aut obumbrare tam mani-
 festam veritatem, aut impedire tam opta-
 tam correptionem ? Inspiret Deus vobis
 acquiescere consilio, vt non dicam nostris,
 sed omnium qui æmulantur vos Dei æmu-
 latione, reuerende, & omni gloria prosequende pater .

Ad Balduinum abbatem Reatinum
 Epistola C C I.

Epistola, quam misisti, affectum tuum
 redolet : mouet meum . Et doleo,
 quòd prout moueor non possum
 referbere . Nec immoror in excu-
 sandis excusationibus, sciens, quòd sciendi
 me loquor . Nosti, inquam, sub qua sarcina
 gemo, & gemitus meus à te non est abscon-

ditus . Tu vero pro schedulæ breuitate af-
 fectum non æstimes, quem nulla sui proli-
 xitate explicare posset oratio . Et malitia
 quidem occupationum potest facere, vt pau-
 cis scribam, sed non vt parum diligam . Ac-
 tum sane excludat, vel impediatur actus : sed
 numquid affectum ? Sicut mater vnicum
 amat filium, ita te diligebam, hærentem la-
 teri meo, placentem cordi meo . Diligam
 & absentem, ne solatium meum ex te, &
 non te videar dilexisse . Eras per necessa-
 rius mihi . Atque hinc vel maxime claret,
 quam sincere te diligam . Hodie nempe non
 caruissem, si quaesisses de te, quæ mea sunt .
 Nunc autem vides, quod speretis utilitibus
 meis, tuis compendijs non inuidi, ponens
 te utique ibi vnde aliquando transponatis
 super omnia bona Domini tui . Tu autem
 cura inueniri fidelis fræuus, & prudens, con-
 feruis tuis cæleste triticum communicare,
 absque inuidia, & absque desidia cogare,
 & noli frustra assumere excusationem qua-
 si de tui nouitate, aut de imperitia, quod
 putas forte, vel simulas . Nam nec sterilibus ve-
 recundia grata est, nec humilitas præter ver-
 ritatem laudabilis . Officium ergo tuum at-
 tende . Pelle pudorem consideratione offi-
 cij, age vt magister . Nouus es, sed debitor .
 Ex tunc te noueris debitorem, ex quo real-
 ligasti . Numquid nouitas excusabit apud ere-
 ditorem damna lucrorum ? Numquid pri-
 ma tempora vacua prætere potiturus
 rator ? Sed nõ sum, inquires, ad ista sufficiens .
 Quasi vero deueno tua accepisti, nõ sit ex
 eo, quod habes, nõ ex eo, quod non habes .
 De solo tibi credito valento respondere tibi
 para, securus de reliquo . Si multum ac-
 cepisti, da multum . Quod si modicum est,
 id tribue . Etenim qui in modico fidelis non
 est, nec in maximo . Totum da : quia totum
 repetendum est vsq; ad nouissimum quadran-
 tem : sed sane quod habes, non quod nõ ha-
 bes . Memento etiam voci tuæ dare vocem
 virtutis . Quid illud, inquis ? Vt opera tua
 verbis concinant, imò verba operibus, vt cu-
 res videlicet prius facere, quam docere . Pul-
 cherrimus ordo est, & saluberrimus : vt onus,
 quod portandum imponis, tu portes prior : & ex
 te discas qualiter oporteat alijs moderari .
 Alioquin substantiabit te sapiens, vt pote ni-
 grum illum, cui labor sit manum ponere
 ad os . Arguet te & Apostolus dicens : Tu
 quis alios doces, te ipsum non doces . Sed &
 notaberis vitio pharisæorum, qui alligat one-

ra grania & importabilia, & imponunt ea in humeros hominū. digito autem suo nolunt ea mouere. Sermo quidem uiuus, & efficax, exemplum est operis, facile faciēs suadibile quod dicitur, dum monstrat factibile quod suadetur. Ergo in his duobus mandatis, uerbi scilicet, atque exempli, summam tui officij ad conscientiaē securitatem pendere intellige.

H Tu tamen si sapi, iunges & tertium: studium uidelicet orationis, ad cōplementum utique trina illius repetitionis in euangelio de pascendis ouibus. In hoc noueris illius Trinitatis sacramentū in nullo frustratum a te, si pascas uerbo, pascas exemplo, pascas & sanctorum fructu orationum. Manent itaque tria hæc: uerbum, exemplum, oratio, maior autem his est oratio. Nam etsi (ut dictum est) uocis uirtus sit opus, & operi tamen, & uoci gratiam, efficaciamque promeretur oratio. Heu auellor, abripior, non licet ultra. Illud tamen breuiter admonitus sis, ut quā citius poteris, graui me cures soluere cura: quid sibi uult quod inter alia quæstus es, uulnus, a quo non sperabas te pertulisse, non negligas manifestius aperire. Id enim anxie me sollicitat.

Ad clericum Senonensem. Epist. CCII.

D Estituti Benedicto pastore uestro opus est charissimi, ut de substituendo alio sollicito fatamur. Sed sine id non precipitanter agere, non tumultuose, aut in parte forte euacuetur, quod præter rationem, & ordinem præsumitur, & vos intrare incipiatis circuitum quorundam, qui in circuitu uestro sunt. De uicinis si placet Ecclesijs, sumite experimentum, & illarum vexatio de intellectu auditu in causa præsentis. Grandis quippe res est in manibus, nobili Senonensi Ecclesie instaurare pastorem. Grandis prorsus, nec sine grandi adorienda consilio. Expectantium proinde suffraganeorum consilium episcoporum, expectandos assensus religiosorum, qui sunt in episcoporum, atque in commune tractandum commune negotium. Alioquin dilectissimi moleste, & turbetur tribulationem Ecclesie uestrae, moleste uestram ipsorum consilium. Quod utrumque continget facile, si illud contingat effici, quod oporteat

reuocari. Ergo indicatur ieiunium, conuocentur episcopi, religiosi asciscantur: nec sua (quod absit) solemnitate fraudetur tantæ sacerdotis rite celebranda electio. Aderit (ut confidimus) Spiritus sanctus uotis uestris, & honor erit uobis honorificantibus ministerium uestrū, dum pari uoto, & consilio studueritis, quod gloria sit Dei, & salus populi.

*Ad Episcopum, & Clerum Trecentem.
Epistola CCIII.*

L Egemus: Si errauerit quis ex uobis a ueritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerteri fecerit peccatorem ab errore uite sue, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Errat Ancellus noster, errat. Cui dubium? Si dimittimus eum sic, non solus erabit. Quantos trahet post se suo exemplo illustrimus iuuenis? Nec modeste sequaces, sed & omnes, qui poterunt eum reuocare, nec reuocabunt, eodem errore iudicamus inuolui. Mundus ego sum a sanguine eius. Et ei prædixi per epistolam, & uobis nunc dico, quia rem illicitam præsumit. Nec clerici est pugnare armis militaribus, nec subdiaconi uxorem ducere. Annunciate peccatori opus eius, ne ille in peccato suo moriatur: sanguinem uero eius de manu uestra requirat, qui suo eum redemit sanguine pretioso. En de cælo clamat: Virgo Israel corruit, & non est qui subleuet eam. Quomodo in luto autem iacet? Tollite margaritam, tollite, leuate splendidissimam, atque pretiosissimam gemmam de sterquilinio. Leuate eam antequam porcorum, id est, spurcorum spirituum pedibus conculcet, & iam non sit uas in honorem, sed in contumeliam.

*Ad Abbatem Sancti Albani.
Epist. CCIIII.*

E T si facie ignotus es mihi, sed non fama: nec parum, aut uile quid tui gratulor me tenere munere illius. Nam talis fateor per eam innouatus es meo peccatori, ut licet in multis occupatum, ipsa tamen serenissima recordatio tui mi dilectissime frater, facile me plerumque ex omnibus vindicet sibi, ita ut in ea libenter immerer, & saauiter requie-

D. Bernardi Epistola.

quiescam. Ceterum quod memoriam plus accepto, eò auidius suspiro presentiam. Sed quando istud, aut si quando istud? Vtique & si non ante, profecto in ciuitate Dei nostri, si tamen non habemus hic manentem ciuitatem, sed illam inquirimus. Ibi ibi videbimus nos, & gaudebit cor nostrum. Interim vero delectabor, & lætabor nihilominus in his, quæ dicta sunt mihi, sperans, & expectans quod reliquum est de visione corporali in die domini, vt gaudium meum plenum sit. Adde obsecro ad ea bona, quæ abs te, & de te nobis assidue veniunt, tuas tuorumque pro nobis orationes, pater charissime, & desideratissime.

Ad Episcopum Rossensem. Epist. CCV.

DVre scribitis nõ merenti. Quid peccauit? Si monui magistrum Robertum Pullum aliquantũ tempus facere Parisijs ob sanã doctrinam, quæ apud illum esse dignoscitur, id putauit necessarium, & adhuc puto. Si rogauit sublimitatem vestram, vt permetteretis, etiam nunc id ipsum rogarem, nisi eam de priori prece indignatam sensissem. Si dixi hominem sultum gratia amicorum, quorum in curia non minima auctoritas est id dixi, quod vobis formidauit, & adhuc formido. Nam quod post appellationem factam extendistis manum (vt accepimus) ad res appellantis, nec laudauit, nec laudo. Verum tamen voluntati vestræ in aliquo contradicere nec consului ei, nec consulo. De cetero vestri sumus, coronam vestram suscipere, & colere semper digna, & debita veneratione parati. Huius testimonio conscientie audemus adhuc ad vos (prece dymtaxat, atque consilio) vt magister Robertus cum integritate gratiæ vestræ per aliquantum tempus possit Parisijs demorari. Retribuatur vobis dominus in vitã eternam, quod viscera nostra resouistis: filios nostros loquor, quos misimus in Hybernia.

*Ad Reginam Hierosolymorum.
Epistola CCVI.*

AVdierunt homines, quod locum gratiæ habeam apud vos: & multi profecturi Hierosolymã petunt se vestræ excellentiæ per me commendari. Ex quibus est iste iuue-

nis consanguineus meus, iuuenis, vt aiunt, strenuus in armis, suauis in moribus. Et gaudeo, quod ad tẽpus elegit militare Deo magis, quam sæculo. Itaque facite morem vestrum: & bene sit huic propter me, sicut ceteris omnibus propinquis meis fuit, qui per me vobis innotecere potuerunt. De cetero caute, ne voluptas carnis, & gloria temporalis, impediant vobis iter regni cælestis. Nam quid prodest paucis diebus regnare super terram, & regno cælorum æterno priuari? Sed confido in domino, quod melius facietis: & si verum est testimoniũ, quod de vobis perhibet carissimus auunculus meas Andreas, cui multum credimus: & hic, & in æternum Deo miserante regnabit. Peregrinis, egenis, & maxime inclusis curam impendite, quia talibus hostijs promeretur Deus. Scribite nobis frequentius: quia & vobis non oberit, & nobis proderit, si esse vestrum, & bona studia plenius certiusque nouerimus.

*Ad Rogerium Regem Sicilia.
Epist. CCVII.*

Longe lateque satis dilatata est magnificentia vestra super terram. Etenim gloria nonnis vestri, quos fines non attingit? Sed audite consilium diligentis vos. Studete, quod in vobis est, hanc ipsam gloriam referre ad illum a quo est, si non aliter, tam perdere, aut eam perire ab ea. Hoc autem sic fiet, si inter eos quos res magnificentiæ celebri opinio euocat, discretionis oculum aperitis, manumque extenditis non tam cupidis quã egenis. Et vere beatus qui intelligit, non super cupidum, sed super egenum, & pauperem. Illum inquam pauperem qui inuitus petit, & verecunde accipit, & accipiens glorificat patrem suum, qui in cælis est. Cum autem Deo sua gloria de vestro munere ex ore egentium ita fideliter resignabitur, vberiori præcudubio riuo fluat vobis necesse est ille fons gloriæ, qui diligentes se diligit, & glorificat glorificantes se: vt qui seminat in benedictionibus & metat. *1. Cor. 9. 6*
Pro huiusmodi obsecro vos ponere oculos vestros super latorem præsentiam non cupiditas traxit, sed cogit necessitas. *1. Cor. 9. 6* (dico) non sua, sed suorum, multorum videli-

1. Tim. 2
Videlicet à quibus missus est seruatorum Dei
 fidelium. Audite patienter quid patiantur.
 Audite, & compatimini, quia si compatimini,
 & conregnabitis. Nec contemnendum
 regi regnare cum talibus. Ipsorum est enim
 regnum cælorum, qui contempserunt vi-
Luc. 16.
 tam mundi. Facite vobis illos amicos de
 mammona iniquitatis: vt cum defeceritis à
 terreno regno vestro, recipiant vos in suum
 regnum æternum.

Ad eundem. Epistola CCVIII.

Luc. 23.
SI me quæritis, ecce ego, & pueri
 mei, quos dedit mihi Deus. Fer-
 tur namque mea humilitas inue-
 nisse gratiam apud regiam maie-
 statem, ita vt quærat videre me. Et quis
 ego sum vt dissimulem beneplacium reg-
 is? Accurro, & qui quærebar, ecce ad-
 sum: non in præsentia corporis infirma,
 in qua despexit dominum Herodes, at-
 tamen in visceribus meis. Nam quis me
 separabit ab his? Sequar eos quocumque
 ierint: & si habitauerint in extremis maris,
 non erunt absque me. Habes rex lumen
 oculorum meorum, habes cor meum, &
 animam meam. Quid si modicum nostri
 abest? Corpusculum loquor, vile istud
 mancipium, quod etsi voluntas exponeret,
 sed retineret necessitas. Non valet se-
 qui volentem animum, quoniam infirmum
 est, & totum penè illi superest sepulchrum.
 Sed quæ cura? Animum tuum in bonis demo-
 stratur, cum semen meum hereditabit ter-
 ram. Semen meum, semen bonum Ger-
 minabit, si tamen in terram bonam ceci-
 derit. Lætabitur, & delectabitur in cras-
 situdine anima mea, quippe (vt confido)
 dabitur illi de fructu manuum suarum. Re-
 posita est hæc spes mea in sinu meo, vt pa-
 tigniter feram ab his, vel corpore separari.
 Non mireris vexante, elegissem à corpore
 peregrinari, quam istos emittere, si solus
 cause decisset Deus. Suscipe illos tamquam
 aduenas, & peregrinos, verumtamen ci-
 ues sanctorum, & domesticos Dei. Parum
 dixi ciues, reges sunt. Ipsorum est enim
 regnum cælorum, iure & merito paupertatis.
 Non decet frustra è longinquo esse
 vocatos, & sine sedibus exules, inuiti pe-
 regrinatione vagari. Putas potuerunt can-
 tate tantum domini in terra aliena? Sed
 non recte forte dixerim, alienam, quæ se-

Oper. D. Bern. Tom. II.

mini bono spontaneum expandit sinum,
 & pretiosum depositum iam lato in gre-
 mio pietatis fouere susceptum. Cecidit, vt video,
 cecidit granum bonum in terram bonam,
 & optimam, spero in Domino, quod ra-
 dicabit, germinabit, multiplicabitur, & re-
 feret fructum in patientia. Porro hunc cum
 rege partibus, & vnusquisque secundum
 suum laborem accipiet. *1. Cor. 3.*

Ad eundem. Epistola CCIX.

Habetis quod petiistis, fecistis
 quod promisistis. Quos in ver-
 bo vestro exposuimus, & misi-
 mus peregrinari, regia sunt li-
 beralitate suscepti. Occurristis eis cum pa-
 nibus, eduxistis eos in refrigerium, consti-
 tuistis eos super excelsum terram, vt come-
 dant fructus agrorum, vt sugant mel de
 petra, oleumque de saxo durissimo: buty-
 rum de armento, & lac de ouibus, & ficus
 cum medulla tritici, & sanguinem vuarum
 bibant meracissimum. Et hæc quidem ter-
 rena sunt, sed cælestia mercantur. Sic itur
 ad astra. Talibus hostijs promeretur Deus.
 Istorum est enim regnum cælorum, qui re-
 gi terræ, in terra viuentium reddere poter-
 runt pro his terrenis vitam, & gloriam
 sempiternam. Misimus vobis magistrum
 Brunonem, olim mihi per dies multos in-
 diuiduum comitem, nunc autem patrem
 multarum quidem animarum lætantium in
 Christo, sed egentium in sæculo. Experia-
 tur, & ipse munificam manum Regis, vt
 augeatur numerus amicorum, qui ipsum
 recipiant in æterna tabernacula. Quod illi
 facitis, mihi facitis, quia quod illi deest, à
 me exigitur. At quia marsupium nostrum
 minus sufficiens est, ad vestrum sane quod
 aliquanto grossius esse liquet, pauperem
 Christi merito destinare curavi.

Ad dominum Papam Innocentium.
 Epistola CCX.

Dominum Sampsonem Rhemen-
 sem gloriæ vestræ commenda-
 damus, non tamquam de ce-
 teris, sed vere præceteris vnus.
 Idque tam secure, quam securi sumus de
 sua erga vos fideli deuotione, sincera dile-
 ctione, voluntate subdita, atque obedi-
 tissima. Honoretur, quoniam vas est in ho-
 norem, sentiat, quod in vobis est, non fru-

M itra

D. Bernardi Epistola

fra se honorificare ministerium suum, non frustra pollere his moribus, quibus honoratur Deus, ornatur Ecclesia, qui denique deceant domini sacerdotem.

B

Ad eundem. Epistola CCXI.

Dominus Cantuariensis vir bonus, & testimonium habens à bonis, iniuste in causam trahitur, & ab agendo violenter retrahitur. Parabat iter: nam in vestra praesentia fuerant terminanda, & ecce intercipitur à turbine, & tempestate bellorum. Sit excusatus apud vos, cui molesta est excusandi necessitas, tum quia praesumit de iustitia, tum quia desiderio desiderabat videre faciem vestram. Addit, & hoc puer vester, vt si qua alia petitio est venerabilis sacerdotis, tanto citius admittatur, quanto dignor, est qui petit. Audeo adhuc, & quia semel coepi, loquar ad dominum meum. Ille ille antiquus amicus, fidelis seruus, deuotus filius (Robertum loquor Londonensem episcopum) clamat ad vos, quod occupator ille, qui eum praenit in sede, quam Deo auctore ipse sortitus est, ipsius Ecclesiae vada, terrasque distraxerit, & distracta restituere nolit. Quod quam sit iniuriosum, & qualiter corrigendum, meae humilitatis non est tantae sapientiae praedictare.

Ad eundem. Epistola CCXII.

Vir illustri Salamanticensis quodam episcopus, rediens ab vrbe, non pigritauit diuertere ad puerum vestrum, & auxilium ab homunculo flagitare non desepit. Quo audito, recordatus sum prophetiae dicentis: Montes, & colles coram Deo humiliabuntur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Sic vos ludere nostis, alta comprimere, sedare tumentia, & enormia redigere in mensuram. Verumtamen cum tragediae suae historiam in auribus meis homo feriatim exposuisset, laudavi iudicem, iudicium approbaui, sed dico vobis, compassus sum iudicato. Sic quippe totam suam lacrymosam illam orationem coeludit, tanquam in calce ipsius diceret cum Propheta: Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus, & Quia eleuans allisisti me. Cumque memorarer iustitiae vestrae, & virilis animi,

F
H. 40. 6

Pf. 87. d
Pf. 101. b

quem sciebam, coepi tamen simul cogitare diuitias miserationum vestrarum, quas in plurimis expertus sum, & dixi: Quis scit si conuertatur, & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionem? certe, inquam, in omnibus, & per omnia instructus est, & aemulari, & ignoscere, & debelare superbos, & parcere nihilominus subiectis, nisi quod magistrum sequens, etiam confucuit misericordiam exaltare iudicio. Et acquieui solita alia mea praesumptione loqui ad dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Et ministrabat materia spei, precii fiducia, pietatis rationem, quod aduertere hominem, non vt ad solet, verum in furorem, cum indignatione recedere, & repetere natale solum, moliri scandala, tentare seditiones, sed dedit locum irae & induit spiritum mansuetudinis, & declinauit ad vestros Cluniacenses, & inclinauit se humilii genibus, humilibus precibus communiis, armis potentibus à Deo. His telis statim aduersum vos dimicare, & rigoris murum oppositum sibi talibus, vt iactat, pietatis machinis labefactare conabitur. Confidit aut quod respicietis in orationem humilii, nec spernetis precem eorum, & vincet pietas quem tremunt potestates. Ego quoque securus cum talibus tendo manus, flecto genua, supplico pro supplici, audacter pronuncians debere misero suam prodesse humilitate, cui adeo insolentia sua nocuit nec debere virtute vinci à vitio in retributione.

Ad eundem Epistola CCXIII.



Quis mihi faciet iustitiam de vobis? Si haberem iudicem ad quem vos trahere possem, iam nunc ostenderem vobis (vt parturiens loquor) quid meremini. Exstat quidem tribunal Christi, sed absit vt illud appelle vos, qui illic sibi vobis necessarium, & mihi possibile esset, vellem magis totis viribus stare, & respondere p vobis. Itaque recurro ad eum, cui in praesenti datum est iudicare de vniuersis, hoc est ad vos. Vos appello ad vos, vos iudicare inter me, & vos. In quo, quae so, puer vester tam male merui de vestra paternitate, vt cum inurere, & insigare placeret nota, & nomine proditoris. Numquid non me vestrum vicarium dignatione vestra constituit in reconciliatione Petri PAPE, si forte illum Deus per me reuocare à face schismatis

H schismatis dignaretur? Si negatis, probabo tot testibus, quot in curia tunc temporis fuerunt. Numquid non denique post hæc iuxta verbum Domini mei homo in suo ordine, & honore receptus est? Quisnam ergo constantiæ vestræ suo cõsilio, vel magis suo dolo subripuit indulta repetere: & quæ processere de labijs vestris, facere irrita? Et hoc ego dixerim non vt apostolicum reprehendam rigorem, & zelum igne Dei succëssum contra schismaticos, qui in spiritu vehementi conterat naues Tharsis, & instat Phinees confodiat fornicantes, iuxta illud: Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Sed vbi non est par culpa, par plane non debet procedere pœna, nec conuenit eadem inuolui sententia, eum qui peccatum, cum his, quos magis peccatum deseruit. Propter eum qui vt peccatoribus parceret, sibipsum non pepercit, auferte opprobrium meum, & restituendo quem statuitis, vestræ etiam tam sanæ, & integræ opinioni consulite. Super hoc iam alia vice scripseram vobis, sed quia non est responsum mihi, puto non peruenit ad vos hoc ipsum, quod scripseram.

Adeumdem. Epist. CCXIII.

SI cura, si memoria quantulacumque mei exstat adhuc in corde Domini mei, & si qua portiuncula antiquæ gratiæ igne nitur etiam nunc in oculis eius a pueris eius liceat hanc expectari vobis, & humili Nicolao Cameracensi episcopo. Fateor me obnoxium illi, & omnium, quæ pro eo facere valeo debitorem, non solum quia vbiicumque potest honorat nos & nostros, sed & propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: quæ eum etiam apud vos commendabilem reddere possunt. Et (nisi fallor) qui eum tribulant, falsi sunt, & non est in ore eorum veritas. Denique vos probabitis, & non est mihi verbis laborandum super hoc. Est præterea cum eo vir religiosus, & sanctus Godescalcus Abbas montis sancti Martini, pro quo similiter, si quid ad merita eius nostra interuentio addere potest, obnixè oro, vt in suis petitionibus exaudiatur. Arbitror enim nullam illum facere, quæ non digna sit exaudiri.

Adeumdem. Epist. CCXVI.

Scribo vobis frequentissime vilis vermiculus: & in hanc impellor audaciam precibus amicorum. Fateor, audax sum, sed non mendax. Non suspicetur Dominus meus in ore pueri sui inuentum iri mendacium in omnibus, quæ ad ipsum scripserit. Volo amicis gerere mortem, non tamen in meam mortem. Nec enim ignoro vbi legerim. Os, quod mentitur, occidit animam. Falsitatem proinde nego, importunitatem non excuso, ipsa inueniat veniam, cetera non timemus. Amicus est dominus Altissiodorensis episcopus, & præcipuus. Quis nesciat? Habet quam communicet amico anxietatem, non falsitatem. Fidelem pro decano ipsius afferimus excusationem, absolutionem exigimus. Filij sumus vnius patris (quod solita præsumptione loquor) qui estis vos. Confidimus, quia non repellet filios pater, sed voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & lætos faciet illos.

Adeumdem, de Comite Radulpho, & vxore eius. Epistola CCXVI.

Scriptum est: Quod Deus coniunxit homo non separet. Surrexerunt viri audaces, qui non timuerunt coniunctos, à Deo contra Deum disiungere. Neque id solum, insuper & adiecerunt coniungere non coniungendos, addentes præuarcationem. Lacerantur sacra Ecclesiæ, scinduntur (proh dolor) vestes Christi, idque ad cumulum doloris, ab his à quibus resarciri debuerant. Amici tui Deus, & proximi tui aduersum te appropinquauerunt, & steterunt. Nam qui mandatum tuum transgrediuntur, non sunt alieni, non sunt extranei, à sanctuario tuo, sed eorum locum tenent quibus dixisti: Si diligitis me, mandata mea seruate. Comitem Radulphum, & vxorem eius Deus coniunxerat per ministros Ecclesiæ, & Ecclesia per Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Quomodo quos Ecclesia coniunxit, disiunxit camera? In quo facto illud solum conuenienter prouisum est, quod in tenebris facta sunt opera tenebrarum. Qui enim male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non

M 2 arguan-

D. Bernardi Epistola.

arguantur opera eius à luce. Quid meruit comes Theobaldus? Quid peccauit homo ille? Si peccatum est, quòd diligit iustitiam,

L & odit iniquitatem, non potest excusari. Si peccatum est, quòd reddidit regi, quæ regis sunt, & quæ sunt Dei, Deo, non potest excusari. Si archiepiscopum Byturicensem suscepit ad imperium vestrum, hoc est maximum, & primum peccatum. En sanguis iste de manu eius exquiritur. Qui retribuit mala pro bonis, detrahunt eis, quoniam sequitur bonitatem. Multi clamant ad vos in toto corde suo, vt iniuriam. filij vestri, & oppressionem ecclesiæ digna animaduersione vindicetis, & artifices huius sceleris cum ipsorum eorum capite, cui quidquid libuit, licuit, apostolico vigore coerceatis, vt in verticem ipsius iniquitas eius descendat.

Ps. 37. d

Ad eundem. Epist. CCXVII.

Tribulatio, & angustia inueniunt nos. Cómota est, & contremuit terra in moribus hominum in exilijs pauperum, diuitum quoque vinculis, & carceribus. Ipsa religio venit in opprobrium, & còtemptum. Probro ducitur apud nos saltem menciónem facere pacis. Nusquam fides, nusquam innocentia iura. Amator innocentie, & pietatis cultor comes Theobaldus penè traditus est in animam inimicorum eius, impulsus est, vt caderet, sed dominus suscepit eum, & gaudet quòd iustitia, & vestra obedientia in causa sit. Apostolo acquiescente, qui ait. Si qui autem patimini propter iustitiã, beati. Et Euangelio: Beati qui persecutionem pauuntur propter iustitiam. Væ nobis, hæc omnia presentire, sed minime præcauere potuimus.

Quid plura? Vt non penitus desolaretur terra, & omne regnum in seipsum diuisum còcideret, compulsus est ille deuotissimus filius vester, & ecclesiasticæ libertatis defensor, sub iurcurando promittore quæteus sententiam excommunicationis à legato vestro bonæ memoriæ magistro luone datam in terram, & personam adulteri tyraani, qui caput, & auctor existit horum omnium malorum, & dolorum, atque in ipsam adulteram, faceret amoueri. Quod sans tamen præfatus princeps fecit prece, & consilio nonnullorum fidelium, sapientiumque viro-

rum. Dicebant namque id à vobis facile, & absque lesione ecclesiæ impetrari, dum in

manu vestra sit eamdem denuo sententiam, quæ iuste data fuit incontinenti statuere, & irretrahiliter còfirmare: quatenus, & ars arte deludatur, & pax proinde obtineatur: & qui gloriatur in malitia, & potens est in iniquitate, nihil inde lucretur. Multa habeo dicere vobis, sed non est opus de omnibus scribere, cum præfens sit, qui omnia scit, & viuua voce planius potest, & plenius aperire.

Ad eundem excusatoria, & notissima. Epistola CCXVII.

Domino, & Patri Reuerendiss. Innocētio, Bernardus, nihil à id quod est. Putabam me aliquando aliquid vel modicum esse: sed nunc, vt sentio, profus ad nihilum reductus sum, dum nesciui. Nec enim me dixerim omnino nihilum tunc fuisse cum oculi domini mei super puerum suum essent, & aures eius ad preces meas: eum omne quod scriberem, obuijs manibus acceperisset, & vultu hilari perlegisset, benignissime, atque plenissime ad omnia potulata respondens. Modo autem me merito non modicum dico, sed nihilum: quoniam ab hari, & nudius tertius auerit faciem suam à me. Cur hoc? Quid peccauit? Multum fateor: si pecunia Cardinalis luonis bonæ memoriæ meo arbitrio distributa fuit, & non ad nutam ipsius: quod vique ad aures domini mei fuisse perlatum, mihi relatum est. Sed còfido, quia nunc huius rei veritatem cognoscetis, & veritas liberabit me. Non sum tam hebes, vt ignorem Ecclesiæ esse, quidquid ille rerum suarum non dederit. Sed iam audite simpliciter veritatem. Si inuentum fuesit in ore meo mendacium, ipsum os meum condemnabit me. Quando homo exiit hominem, absens oram, imo & valde remotus. Audiu autem ab his, qui affuerunt, quod ipse fecerit suum testamentum, & quod fecit, fecit & scribi: & de rebus suis, quæ voluit, quibus voluit ipse diuisit: quod residuum fuit duobus Abbatibus assistentibus tunc sibi, & mihi pariter qui absens eram, diuidendum commisit: eo quod nobis nota essent loca pauperiora sanctorum. Porro abbates illi domum venientes, & non inuenientes me (desinebar. n. tunc temporis ex vestro mandato pacis quærenda negotijs) nihilominus pecuniã, sicut eis visum est, diuiserunt, me non solum non conueniente, sed nesciente quid fecerint. Cedat iam si placet manifeste.

*1. Pet. 3.
Matth.
3. a*

M

Nifesta indignatio veritati: nec mihi deinceps frons rugetur, aut supercilium deponatur: sed solita redeat serenitas blando, & benigno vultui, ac suo denuo sole læta facies induatur. Nam quod item comperi displicuisse me in multis scriptitationibus meis, hoc me iam metuere non oportebit: quoniam facile emendabo. Scio, scio, præsumpsi plus quam oportuit: parum attendens quis, cui scriptitare præsumerem: sed ad id quidem audiendum vestra me armarat benignitas, non negabitis. Urgebat deinde caritas amicorum, etenim, per pauca pro me scripsi si bene memini. Sed ne quid nimis. Dabo si potero zelo meo de cetero temperamentum, scientiam, & ponam digitum meum super os meum. Tolerabilius enim offendam aliquos amicorum, quam multis precibus defatigem Christum Domini. Et nunc quoque non sum scribere ausus vobis de imminenti Ecclesiæ periculis, & graui schismate, quod timeamus, ac plurimis, quæ sustinemus incommodis. Scripsi autem sanctis Episcopis vestro lateri adherentibus: ab ipsis audire poteritis, si scire placuerit, quæ scripserim ego.

Ad quatuor Episcopos curia, Albericum Hostiensem, Stephanum Prænestinum, Ignarum Tusculanum, & Gerardum cancellarium.

Epistola C. C. X I X.

Quam malum schisma in Ecclesia sit, & quam sit detestandum, & omnimodis deuitandum, euidenter quondam ostēdit famosa, & horrenda mors virorum illorum, quos ob istiusmodi pestem terra deglutiens viuos transmisit ad interos. Ostendit, & illa persecutio Guibertina, siue Burdini temeritas, quos nostra iam tēpora experta sunt inter regnū, & sacerdotiū diuidentes plaga pene incurabili, & castigatione crudeli. Ostendit, illa, quæ & nuper adhuc post multam, & multifariam Ecclesiæ vexationē, & vastationem, tandem Deo miserante finem accepit rabies Leonina. Merito proinde saluator in euangelio: Væ (inquit) homini illi, per quem scandalum venit vobis, qui videmus, plāgere, quæ pertulimus: dolere, quæ sentimus: timere, quæ expectamus. Et quod peius est ad tam malum habitum humanæ

res deuenerunt, vt nec rei humiliari velint nec iudices misereti. Dicimus iniquis: Nolite exaltare cornu, & nō audiunt nos, quia domus exasperans est. Supplicamus his, quorū est peccata arguere, peccātes seruare, ne calamum quassatum cōterant, & linum fumigans non extinguat: & magis in spiritu vehementi conterunt naues Tharsis. Si deuiciamus filijs cum Apostolo, vt obediunt patribus per oīa, quasi aerē verberamus. Si patribus loquimur ne ad indignationē prouocent filios: in nos potius eorum indignationē prouocamus. Nec delinquentes satisfacere, nec rectores seu correctores condescendere vllatenus acquiescere. Oēs suum stomachum sequuntur: & totis viribus funē in diuersa trahentes, rumpunt. Hec necdū recētī Ecclesiæ plagæ cicatrix occalluit: & rursus scindere parant, rursus corpus Christi affigere cruci, rursus fodere letum innoxii, rursus vestimenta diuidere: atq. ipsa, quod in ipsis est, tunicā inconsutilem (quāuis frustra) dirūpere satagunt. Si qua in vobis sunt viscera pietatis, tantis vos opponite malis, ne in illa præcipue terra scissura fiat, in qua solēt (sicut optime nostris) scissuræ aliæ resarci. Nā si auctor scādali, ore singulariter iudicis tremēdo adducitur maledictio, quibus habemus benedictionibus dignos huius acuitæ fugatores, & propugnatores? De duobus nō excusamus regē. Nā & iurauit illicite, & perseuerat iniuste. Verū id non volūtatē, sed verecūdiā. Nā probro ducitur, sicut optime nobis, apud Francigenas iurū soluere quālibet male publice iuratū sit, quāuis nemo sapiēs dubitet illicita iurā nō esse tenenda. Verū tamen ne in hoc quidē excusari possē fatemur. Neq. n. excusare nos, sed veniā postulare suscepimus. Vos videte an excusare aliquatenus eum possit ira, ætas, maiestas. Poterit sine dubio, si misericordiā iudicio superexaltandā decerneris, quatenus videlicet talis aliqua consideratio in rege, & puero hēatur, vt hac ei vice tali quidē tēnore parcat, quo tale aliquid de cetero non psumat. Parcat, sane dixerim, si fieri possit, salua in omnibus ecclesię libertate simul & Archiepiscopo debita veneratione seruata, quē manus Apostolica cōsecrauit. Hoc ipse rex humiliter petit, hoc nostra vniuersa citamōtana nimium iā afflictā ecclesia suppliciter deprecatur. Alioquin damus manus morti, tabescentes, & arefcentes præ

P/74. a

Eze. 52.

Isai. 42.

Eph. 6. a

D

Lmc. 17.

E

timore, & expectatione, quæ superuenerunt vniuerso orbi. Siquidem deprecatio mea super hoc ab anno priore, & peccatis meis exigentibus deprecationem meam non exauditio, sed indignatio, indignationem autem desolatio pene vniuersæ terræ secuta est. Si quid zelo urgente erupit quod non fuit, aut secus quàm fuit dicendum, sit quæso apud vos quasi non dictum. Vbi vero dixi quod oportuit & vbi oportuit dicit, sit non frustra dictum.

Ad Ludovicum regem Francorum, vide supra. Epistola CCXX.

Libenter quidem, sicut ipse fateri dignamini, etiam propria attestante conscientia, quæ ad honorem vestrum, & regni vestri utilitatem spectant, pro nostro exiguo posse, & quærimus, & quæremus. Ceterum quod nostræ humilitati quærimini super anathemate mox innouando in comitem Radulphum: & vultis me dare operam omnimodis, vt non fiat, ob multa mala, quæ secutura inde putatis, profus non video quomodo imple re possim, & mandato obuiare Apostolico. Quod etsi possem, non video quod rationabiliter possem. Dolco quidem de malis si inde proueniant, sed non ideo tamen debemus facere mala, vt veniant bona. Satius tutiusque hoc totum profecto omnipotentis Dei iudicio, & dispositioni relinquimus, qui potest facere, vt & bona quæ ipse vult fieri, fiant, & maneant, & mala, quæ mali moluntur, non veniant, aut certe in eos ipsos potius, qui ea volunt, & quærunt, veniat. Valde autem contristat me vnum quod in litteris vestræ celsitudinis continetur, quod videlicet debeat obuiare res istas paci factæ inter vos, & comitem Theobaldum. An nescitis vos grauiter offendisse in eo, quod comes Theobaldus violentia guerræ vestræ contra Deum, & iustitiam iurare compulsus est, nõ solum quia quæretet, sed etiam quia efficeret, vt prædictus comes Radulphus, & terra eius tam indebite, imo tam illicite absolueretur? Quid iterum vultis peccati peccato addere, & iram Dei super vos (quod absit) accumulare? Quid peccauit comes Theobaldus, vt iram vestram rursus incurrere mereatur, qui & absolutionem comitis Radulphi licet iniustam (sicut scitis) tanto labore, & difficultate obtinuit, & rediuuam

excommunicationem; quamuis iustissime redeuntem, nec quæsiuit, nec quærere utpote quod timore vestro etiam abiurauit? Nolite quæso, nolite Domine mi rex, Regi vestro (imo omnium Conditori) tam euidenter in suo regno, & in sua possessione aude re resistere, & manum extendere tam frequenti, & temerario ausu aduersum terribilem eum, qui aufert spiritum principum, terribile apud reges terræ. Acriter loquor, quia acriora vobis formido: quod non ita vehementer timerem, nisi vos vehementer diligerem.

Ad eundem, vide supra. Epist. CCXXI.

SCit Deus quantum vos ex quo noui dilexi, & vestrum honorem volui scitis vos quanto labore: quantaque solitudine, toto anno præterito quærenda paci vestræ intendi vnâ cum alijs fidelibus vestris. Timeo autem ne sine causa laborauerimus in vobis. Vos namque (vt manifestum est) à bono & sano consilio quod acceperatis, nimirum cito, nimiumque leuiter resilitis: & ad mala priora, quæ dudum non immerito perpetrassè vos plangebatis, adhuc recentibus illis plagis, rursus vt audio, nescio quo diabolico consilio, festinatis. A quo enim nisi à diabolo procedere hoc consilium dixerim, per quod fit, vt incendijs incendia, homicidijs homicidia addantur, clamor de quo, & gemitus competitorum, & sanguis interfectorum, auribus personent patris orphanorum, & iudicis viduarum? Plano his hostijs hostis ille antiquus nostri generis oblectatur: quoniam ipse homicida est ab initio. Et nolite frustra occasionem sumere de comite Theobaldo ad excusandas excusationes in peccatis, cum vir ille paratum se dicat, & hoc omnimodis deprecetur, venire ad conuentiones, quæ inter vos cucurrerunt, quando facta est pax, & secundum iudicium diligentium nomen vestrum (eorum scilicet, qui mediatores inter vos extiterunt) per omnia satisfacere velit, vt si præuacationis forte ab ipsis argui poterit, quod nõ existimat, continuo ad honorem vestrum corrigere non cunctetur. Verum vos, nec verba pacis recipitis, nec pacta vestra tenetis, nec sanis consilijs acquiescitis. sed nescio quo Dei iudicio, omnia vobis ita vertitis in peruersum,

Ioan. 8. f.

vt probra honorem, honorem probra ducatis: tunc timeatis, timenda contemnatis: & quod olim sancto & glorioso regi Dauid Ioab legitur exprobrasse, diligitis eos, qui vos oderunt, & odio habetis, qui vos diligere volunt. Neque enim qui vos instigant priorem iterare malitiam aduersus non merentem, querunt in hoc honorem vestrum, sed suum commodum: imo nec suum commodum, sed diaboli voluntatem: vt regis (quod absit) potentiam concepti furoris habeant effectricem: quem suis se posse adimplere viribus non confidunt: inimici coronæ vestræ: regni manifestissimi turbatores. At quidquid vobis de regno vestro, de anima & corona vestra facere placeat, nos Ecclesiæ filij, matris iniurias, contemptum & conculcationem omnino dissimulare non possumus: quæ illi præter illa, quæ in eam iam præcessisse miserabiliter plangimus: iterum de nouo partim in ferri, partim immittente sentimus. Profecto stabimus, & pugnabimus vsque ad mortem, si ita oportuerit, pro matre nostra, armis quibus licet: non scutis, & gladijs, sed precibus fletibusque ad Deum. Et ego quidem qui me memini, præter quotidianas preces, quas pro pace, & salute vestra, atque regno coram Domino supplicem ipso teste fundebam: etiam apud sedem Apostolicam litteris, & nuncijs causam vestram egisse: fateor vsque pene ad propria conscientia hæsiõne, & ipsius summi Pontificis iustam (quod diffidui non debeo) contra me indignationem: ego, inquam, assiduis vestris, quos innouasse quodidie non cessatis, excessibus prouocatus, dico vobis, incipio poenitere super insipientia mea priori: qua, plus iusto vestræ adulescentia hucusque faui, & de cetero pro mea exiguitate non deero veritati. Non tacebo quod cum excommunicatis iterato fœdus, & societatem inire satagitis: quod in necem hominum, combustionem domorum, destructionem Ecclesiarum, dispersionem pauperum, raptoribus & prædonibus (sicut dicitur) adhereris: iuxta illud Prophetæ. Si videbas fugem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas, quasi non satis per vos mala facere valeatis. Non silebo quod illicitum illud, maledictumque iuramentum inconsultissime vsurpatum à vobis contra Bituricensem Ecclesiam (pro quo, heu, tot & tanta mala iam nunc merito prouenerunt) non ita tandem corri-

gitis, vt Christi ouibus apud Cathalunum pastorem pacifici non sinatis: insuper & fratri vestro, eiusque militibus sagittarijs, ballistarijsque domos Episcopales contra ius, & fas inhabitandas, & res Ecclesiæ in huiusmodi nefarios vsus profugandas, audacter nimium exponitis. Dico vobis non erit diu inultum, si hæc ita facere pergitis. Et ideo **K** Domine mi rex amicabiliter moneo vos, & fideliter consulo vobis, vt citius ab hac malicia desistatis: si forte iam ferire parati manum, Niniuitæ regis exemplo, poenitentia & humilitate præuenire possitis. Dure loquor, quia duriora vobis formido: sed mentote à sapiẽte dictum, meliora esse verbera amici, quam fraudulenta oscula inimici. **A**

Ad Ioslenum Sueffionensem Episcopum, & Sugerium Abbatem sancti Dionisi.
Epistola CCXXXII.

Scripseram regi, arguens eum super malis, quæ sunt in regno eius, ipsius (sicut dicitur) assensu. Et quod rescripsit, dignum duxi vobis, qui de consilio eius estis, insinuandum. Miror enim si ita credit, vt loquitur: & si non credit, quomodo conscio mihi vtrique omnium (sicut scitis) quæ ad pacem reformandam facta fuerunt, ista persuadere conatur. Ait enim, sicut potestis videre in litteris eius (cum male seruata ex parte comitis pacta conaretur ostendere.) Adhuc suspensi manent Episcopi nostri: adhuc terra nostra interdicta est. Quasi vero cuiusquam Ecclesiastici absolutio interdicti ad comitem Theobaldum pertineat: aut hoc ipse aliquo modo pepigerit se facturum. Illus est (ait) comes Radulphus, & iterum religatus est. Et hoc quid ad comitem Theobaldum? Nonne quidquid de hac re promissum, fideliter elaborauit, & efficaciter adimpleuit? Ille vero deprehensus est in astutia sua, & cecidit in foueam, quam fecit. An est hoc torum cur irrita faceret rex pacta sua, quæ distinxerunt labia vestra? An propter hoc decuit incandescere iam regis contra Deum, & Ecclesiam eius, contra seipsum, & regnum suum? Ita ne propter hoc debuit obliuisci honoris sui, vt ad debellandum hominem suum, quem non dico diuidauerat, sed nec submouerat, vel posuerat ad rationem, mitteret fratrem suum, idque per Cathalunum, de qua potissimum curate,

M 4 scitis

scitis quid rex cum comite Theobaldo pepigerit: Sed rex adhuc aliud addit, quod matrimonij sibi molitur coniungere contra eius fidelitatem comitem Flandrensem & Sueffionensem, Et de fidelitate quidem suspicio est, non certitudo. Porro inanes suspensiones certis actionibus praedudicare, quale sit, vos videritis. Quamquam id omnino credendum non fuerit de tali viro. Numquid enim hostes sunt regis, quibus alligatur comes, & non magis homines eius, & eius amici? Nonne consanguineus regis, & sicut fatebatur, baculus regni comes Flandrensium est? Quid ergo contra regis fidelitatem facit eius homo, & fidelis ipsius, si alijs eius amicis, suorum matrimonij copulatur? Nonne si quis simplici oculo rem, ut est, consideraret, magna potius pax regni, magnamque robur, & magna posset putari securitas? Illud autem miror, quomodo rex dicere non timuerit cognoscere se, quia nouerim ego comitem Theobaldum in partem suam contra regem, comitem Radulphum trahere attentasse. Nam & viua voce nuncio nostro plus dixit, quam scripserit: quod mandauerim saepius dicto Radulpho maximam partem peccatorum eius me suscipere, si vellet comiti Theobaldo adherere. Si natus est homo ille, per quem ista mandauerim, veniat, & arguat me palam. Si scripsi litteras proferantur in medium, viderit ipse, cui crediderit, certus ego sum, quia nunquam nouerim quod inquit. Idem arbitror & de comite Theobaldo: quia & ipse omnimodis diffidetur. Videat proinde Deus, & iudicet quod nunc de suspicione comes Theobaldus arguitur ab eo, qui manifeste contra actiones suas ipsum sibi attrahit comitem Radulphum, contra Dei praecipua contra sententiam summi Pontificis adulterum, & excommunicatum communicans. Ait quoque rex: Penes habuimus duos grauissimos oppugnatores. Et Propheta subfannans respondet: Ibi trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Ecce, inquit, oppugnatur, qui non oppugnauimus: persecutionem patimur, qui non persecuti fuimus. Quis oppugnat obsecro? quis oppugnat? quisve persequitur? Nonne comes obsecrat, & humiliatur: honorare paratus ut regem, seruire, & obsequi tamquam Domino suo, obnixè pro pace supplicans, & bonam regis, quod in se est, sibi conciliare fatagens voluntatem? Esto, quod non sit ita, sed magis comes regi mala om-

nia molitur: nonne ad id quod statutum fuisse scitis, fuerat recurrendum? Sic enim inter se pepigerunt, ut si qua de conuentionibus illis controuersia, aut dissensio nasceretur, nihil mali sibi inuicem facerent, aut quaererent, donec coram nobis tribus pariter & domino Altissiodorensi ventilata res esset, atque discussa, qui & tunc mediatores fuimus: & si quid emergeret controuersiae, debuimus esse reconciliatores. At id modo omnimodis comes flagitat: sed Rex abnuat. Denique esto, quod omnino male meruit comes, sed Ecclesia Dei quid meruit? Quid, inquam, meruit, non iam sola Buiricensis Ecclesia, sed & Cathalaunensis, etiam & Rheimensis, etiam & Parisiensis? Habeat rex aduersus comitem ius, sed de quo iure, obsecro, de quo iure praesumit ut Ecclesiarum possessiones, & terras deuaslet, ut Christi ouibus pastores praefici non permittat, ut his quidem electorum promotionem prohibeat, alijs vero (quod haec tenus inauditu est) dilationem electionis indicat, donec vniuersa consumpserit, donec diriperit pauperum facultates, donec penitus desoletur terra? An vos ei consulitis talia? Mirum valde, si contra vestrum consilium sunt haec: mirum magis & malum, si vestro consilio sunt. Etenim consulere talia, manifeste schisma fabricare est, Deo resistere, Ecclesiam ancillare, & nouam in seruitutem Ecclesiasticam redigere libertatem. Si quis Ecclesiae filius est: profecto stabit, & opponet se, quoad poterit, murum pro domo Dei. Nam & vos ipsi si pacem desideratis Ecclesiae, sicut oportet filios pacis: quomodo non dicam tractatis ea, sed vel interestis consilijs tam malignis? Quidquid enim mali fecerit, merito non regi auerit, sed consiliarijs senibus imputatur.

*Ad Epistolam Sueffionensem diuissimè rescribentem et, ita ut haec fuerit saluatio . . .
Salutem in Domino, & non spernitum blasphemiam . . .*

Epistola C C X X I I I .

MInime quidem ego spiritui blasphemiae habere me arbitror, sed nec cuiquam maledixisse aut male dicere velle me scio, principi praesertim populi mei. Ceterum quid illud sit, quo se laetam vestra dignitas iudicat, peto veniam. Scio enim qui dixit: Blasphemia.

1. Cor. Blasphemamus, & obsecramus. Dico ergo cum beato Iob: *Quæ* locutus sum, utinam non dixissem, & ultra non addam. Iam Dño Abbati sãcti Dionysij pro communi querimonia scribens, vtrique vestrum responderam, & putaueram me fecisse satis. Et quoniam, vt video, nondum quietuit indignatio vestra, quæ forsitan aduersus Ecclesiæ conculcatores iustius incanduisset, etiam vobis dico: schismaticos vos aut fomitem esse scandali, nec dixi, nec scripsi, nec credidi, & dico securus: nec vereor quod me pagina arguat mendacij. *Scrutamin* eam si placet: & si ita inueneritis, reum me fatebor grandis sacrilegij: & reuera sic notatis, spiritu blasphemix agitatum illa scripsisse. Ne tamẽ humilis satisfactio spiritum videatur excludere libertatis, dolui, fateor, & doleo, quod nondum ea vos libertate, qua deceret comperimus Christi vlcisci iniurias, Ecclesiæ defendere libertatem. *Dolor iste* compulsi me scribere dura: non tamen illa, quæ impingitis. Putaueram siquidem, & adhuc putarem, nisi timerem vobis in hoc esse molestus, nequaquam sufficere, quod schismatis non estis auctores: nisi & eos qui sunt, cuiuscumque dignitatis sint, tota libertate pro viribus coerceatis, & eorum consilium, atque consortium exeretis. Putarem, inquam, gloriam vobis esse, si dicere possetis & vos: O diu Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Nũquid solum decebat *zeus* ille Prophetam, & non hodie quoque a Domini sacerdote requiritur, de quo dicebat: Nonne qui odiant te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescẽbã? Optarem sane (& salua vestra serenitate id quoque eloquar) hunc zelum vos exercuisse in puerũ regem: qui nõ tam puer pueriliter quam crudeliter sine causa irrita fecit, & vestra sane consilia, & sua pãcta: sine causa regnum suum conturbãt, bella vbique cœlis, terrisque suscitãt, Ecclesias *valet*, sacra temerat, exaltat iniquos, bonos persequitur, perimit innocentes. Hæc, inquam, vellem vos dolere: his contradicere, & resistere, quod in vobis est. Sed mecum non est magistrum dicere Iosenum, minus autem reprehendere Episcopum, qui magis me, & alios peccantes redarguere, & errantes corrigere debet. En quantum vos timeo. Clausam habetis Epistolam, qui de priore aperta male suspicati estis. Nam ego quidem nihil in

hoc aliud cogitavi, nisi quod ad diuersos scribentem necesse est iuxta consuetudinẽ Epistolam cera non claudere. Iam & pro hoc quoque veniam peto.

*Ad Stephanum Prænestinum Episcopum.
Epistola CCXXI III.*

Loquitur Hieremias ad Deum pro *Hier. 18* aduersarijs suis ita dicens: Recordare Domine, quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Et infert: Propterea, inquit, da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij. Et adhuc alia in hunc modum æque grauiã imprecatur illis. Quod propterea nunc apud vestram reuerentiam memorandum putavi, quoniam simile mihi aliquid cum Propheta video accidisse. Vos enim scitis quomodo ego quoque pro rege steterim in conspectu Domini mei, corpore quidem absens, sed præsens spiritu, vt loquerer pro eo bonum. Bona siquidem pollicebatur. Nunc autem ipso redente pro bono malũ, cogor contraria scribere. Pudet erroris, & falsæ spei quã de eo conceperam, & gratias ago, quod pro eo simpliciter supplicans non fuierim exauditus. Putabam me deferre regi pacifico, & ecce inuenio grauissimo hosti Ecclesiæ assentasse. Conculcantur apud nos sancta, Ecclesia turpiter ancillatur. Nam & electiones Episcoporum prohibentur fieri, & sicubi id præsumptum a clericis fuerit, electus Episcopari non sinitur. Denique sedet in tristitia Ecclesia Parisiensis, proprio destituta pastore, & nemo, qui de substituendo alio mutire audeat. Non sufficit spoliari bonis presentibus domus Episcopales: etiam in terras, & in homines manus sacrilega circumquaque defœuit, totius insuper anni ex eis sibi redditus vendicando. Vestra Cathalaunensis fecit quidem electionẽ, sed qui electus est, ecce iam diebus multis debito honore frustratur, & scitis, quã non absque graui gregis dominici detrimento. Commisit rex germano suo Roberto vices Episcopi, & ille in cœstis terris, rebusque Ecclesiæ potestatiue versans, & pro vice sua vbique haud segnitèr agens, infert cœlis quotidianas hostias, non plane pacificas, clamores pauperum, lacrymas viduarum, planctus orphanorum, gemitus

gemitus compeditorum, & sanguinem interfectorum. Verum angustus est malitiae eius ille Episcopus. Rhemensem inuadit, atque in terra sanctorum iniqua gerit, non clericis, non monachis, non sanctimonialibus parcens. Denique sanctae Mariae, sancti Remigij, sancti Nicasij, sancti Theodorici terras fructiferas, & villas populosas, ita in ore gladij deuastauit, ut penè in solitudinem redegerit uniuersas. Frequens in omnium auribus vox. Haereditate possideamus sanctuarium Dei. Sic rex emendat quod in Ecclesia Bituricensi Herodiano iuramento commisit. Praeterea rex nobis quidem non parum laborantibus, pacem cum comite Theobaldo fecerat, firmam, ut putauimus amicitiae fedus inierat, & ecce occasiones que rit, quomodo recedat ab amico. Atque hoc grande crimen, quod impingit comiti, quia cum baronibus regis, de liberis suis contrahit matrimonia. Suspecta est illi dilatio caritatis, nec se putat regem si se amauerint principes. Subiciat prudentia uestra quid animi erga subditos gerat, qui de odio, atque discordia si fuerit inter suos, se aestimat fortiozem. Videat, & perpèdat si est hic homo à Deo, qui in suorum magis mutua similitudine, quam caritate confidit, cum caritas sit Deus. Quod minime faceret si sapientiam illius haberet, qui ait: Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio. Propterea ergo pacis conuersiones, & constitutiones manifeste transgreditur, nec tenet pacta sua, quae distinxerunt labia sua. Denique reuocauit in domum suam, & ad consilium suum virum adulterum, & excommunicatum: quem ex constituto eiecerat, & pro exorcenda maiori malitia, alijs multis nequam aequè excommunicatis, perjuris, incendiarijs, homicidis, rex, & aduocatus Ecclesiae aduersus Ecclesiam (quod non est dubium) amatorem, & defensorem denud sociatur, iuxta illud Propheta: Si uidebas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Ad haec cogit suo more Episcopus ad maledicendum benedicendis, & iterum benedicendum maledicendis, & quoniam non obtemperatur pro suo libitu sibi, circuit mare, & aridam, & inueniat iuratores, quorum periurijs, quos fortassis Deus coniungit, per homines se partentur. Qua fronte, obsecro, tantopere alijs praescribere de consanguinitate laborat, homo cum sua (quod palam est) testio con-

sanguinitatis gradu ferme permansens consobrina? Et quidem inter filium comitis Theobaldi, & comitis Flandrensis filiam: & item inter comitem Sueffionensem, & filiam comitis Theobaldi, si consanguinitas sit nescio (sciant enim illicita matrimonia, nec laudari uquam, nec laudo) sed sciatis vos, & sciat Dominus meus, prohibere horum nuptias. Si quo modo coniungi fas fuerit, exarmare Ecclesiam est, & multum illi subtrahere fortitudinem. Nec aliam puto aduersantium ipsis nuptijs intentionem, nisi ut in terris praefatorum principum non possint habere refugium, quicunque audebunt contradicere schismati, quod minantur, Hucusque zelus meus. Non possum enim ego emendare, quod potui redarguere: potuit & commouere eum, qui possit. Zelus Domini mei faciet hoc. Ipsum duxi necessarium in magno Ecclesiae labore, atque periculo compellendum, & per nullum dignius, quam per vos, qui circulate, & spiritui adhaerentis. Apud quem quæso, habere me excusatum quod rege mutato mutauerim stylum, qui ad ipsum Deum Dei Prophetam dixisse fertis: Cum viro innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris.

29. 32. b

F

1. 10. 4. c

Cant. 8. b

29. 49. c

G

Ad Episcopum Sueffionensem, pro pace. H
Epistola CCXIIII.

Laboramus, sed de profectu adhuc quæsto est. Seminauimus multum, sed intulimus parum. Facemur nos eguisse uestra opera, & presentia. Verum quod eam non requisimus in tanta necessitate, per amicum communem sancti Dionysij Abbatem, docebimini. Nunc itaque ne de cetero dissimuletis, sed secundum sapientiam uobis à Deo datam studeatis quæ ad pacem sunt, inogemus sanctam solitudinem uestram. Nam rogandus non estis pro tali re, quantum constat non modo ualde honorificari missis. Nunc uerum, sed, & turpari admodum si negligitis. In indistincta celebritate apud sanctum Dionysium speramus uide-
se vos.

Psal. 17.

Ad

Ad Ludovicum regem Francorum, vide
supra. Epist. CCXXV.

Ludovicus Dei gratia illustri Regi Francorum, & Duci Aquitano- rum, Hugo Altissiodorensis qualiscumque minister, Bernardus Claravallensis Abbas, diligere iustitiam, & iudicare terram sapienter. Diu est quod egressi de domibus nostris expositis proprijs utilitatibus pro pace vestra & regni, fideliter (sicut vobis Deus est testis) laboramus. Tristamur autem, quod aut nullum, aut exiguum nostri laboris fructum adhuc teneamus. Adhuc pauperes clamant post nos, adhuc terra vadit quotidie in desolationem. Queritis quæ terra? Vestra: non alia. Intra regnum enim, & contra regnum vestrum, ista omnia mala perpetrantur. Nam siue amici, siue inimici vestri sint, qui de guerra ista pauperantur, captiuantur, conteruntur: non aliunde quam de regno vestro sunt. In quo manifeste imminere, iam iamque videtur sermo saluatoris dicentis. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Huc, accedit quod ipsi diuisores, & desolatores, vos constituerunt sibi huius nequitie caput & principem, quem præcipue debuerunt metuere defensores, & sentire vltorem. Nos tamen credebamus vos tactum à Deo & illuminatum, tantam illorum nequitiam aduersisse, & errorem vestrum agnouisse, & cupere omnino consilijs sanioribus à laqueo isto retrahere pedem. Ceterum ab hac spe pene deceit nos colloquium illud habuimus nuper inter nos apud Corbolum. Scitis enim quomodo, & quam irrationabiliter (vt pace vestra dixerimus) à nobis tunc recessistis. Vnde factum est, quod sermonis illius, qui vobis in dicto nostro displicuit, reddere ad liquidum rationem pro vestra nobis turbatione non licuit. Quam si expectare placido corde dignaretur, forsitan cognouissetis & vos, quod nihil vobis indecens, aut importabile dictum fuisse, secundum quod iam res vestra processit. Nunc autem sine causa turbatus, turbatos nos & confusus, & quid faciamus dubios, anxiosque tenetis, homines, qui vobis bona cupiunt, & querunt. Quod non est aliud nisi quia fraus iniquorum, & rumusculi parum scientium hominum, dicentium malum bonum, & bonum malum conturbant vos. Verum nos etsi conturbati non tamen omnino desperati de auxilio

spiritus, quem vestrum animum salubriter super malis præteritis concussisse persensimus, adhuc stamus, & expectamus, vt redeatis ad cor: & quod prudenter cepistis, efficaciter compleatis. Huius rei gratia missimus fratrem charissimum nobis Andream de Baldemento, qui vobis ista plenius viua voce insinuet, & quidquid ab hæc respondere placuerit, fideliter renunciet nobis. Si autem persistitis (quod absit) non acquiescere sanis consilijs, mundi nos sumus à sanguine vestro, Deus non permittet Ecclesiam suam, siue à vobis, siue à vultis diutius conculcari.

Ad Episcopum Sueffionensem.
Epistola CCXXVI.

Semper quidem egui officijs amicorum, homo nimirum mente semper & corpore miserandus: sed nunc maxime opus, & tempus miserandi, cum urgente conscientia, & aggravata manu Domini super me, duro me carceri mancipavi, durus iudex in memetipsum. Si adhuc pater estis (nam fuisse vos fateor) sentiat filius, & ille filius, in quo usque ad hanc diem filialis erga vos affectus non tepuit. Scio, scio, difficile posse extorqueri clauam de manu Herculis: & ideo multum insto, quia rem peto difficilem. At quanto difficilius, tanto violentior ad properandam redhibitionem. Grandis me fatebor beneficij debitorem, grandis profusus, si obtinero. Nec ignoro dare quam accipere beatius esse: sed cedo necessitati, occorro periculis, angustijs consulo, honesti plane nunc aut dissimulatores, aut immemor. Cedens naque honorabiliorem vobis, vt dignum est, partem, mihi verecundior affusum: non modo ad accipiendum inuerecundior, sed & importunior ad petendum. Peto ergo suppliciter, peto instanti, peto oportune, importune. Nec enim illud peto, quod vos non deceat dare, aut me postmodum poeniteat accepisse: etsi ita petere modo minus me deceat. Nam si liberaueris pauperem à potente, in hoc nobis multum præstabitis, vobis plurimum. Eia monstrauimus effectum, rem vos scitis, fructum præstolantur afflicti.

Ab. 20.

Ad

Ad Petrum Cluniacensem abbatem conuenientem, quod ei non scriberet.

Epist. CCXXVIII.

ITane iocari libet? Dignantur sane atque amicabiliter, sed si ita luditis, vt nō illudatis. Nolite mirari hoc. Nam suspectum id mihi facit vestra ipsa tam subita & inopinata dignatio. Non enim multum temporis est, quod scribens ad vos, debita reuerentia vestram magnitudinem salutavi, & non respondistis mihi verbum. Nec multo ante rursus scripseram ad vos ex vrbe Roma, & ne tunc quidem vel vnum iota recepi. Modo miramini quod reuertenti nuper de Hispania, nugas meas denuo ingerere nō præsumpsi: Quod si culpa est quacumque ex causa non scripsisse, sine culpa profecto non erit noluisse, ne dicam contempsisse referbere. En in quō pro me faceret iustitia (quia id à me flagitat) nisi malem occurrere gratiæ redeunti, quàm retardare eam mihi, dum vel me inutiliter excusare volo, vel alium accusare. Sed hoc dixi ne quid clausum in mente retinerem, quod ore non promerē, quod id vera recuset amicitia. De cetero quia caritas omnia credit, iā omnis suspicio de medio fiat. Gaudeo quōd recaluitis priscæ amicitia recordari, & vel læsum reuocare amicū. Libenter redeo reuocatus. Felix qui reuocor. Nullarum iam memor sum iniuriarum. En ego, qui fueram vestræ profecto sanctitatis seruus & nunc, & ante. Gratias ago, optime locatus sum, intimus vobis denuo factus, sicut dignamini scribere. Si forte intemperam, vt arguitis, haud dubium, quin velociter recalescā. fatus vestra caritatis visceribus. Et nunc quod placuit scribere, obuijs manibus suscepi. Legi auide, libenter relego, & placet sæpius repetitum. Placet fateor iocus. Est enim & iucunditate gratus, & serius grauitate. Nescio siquidem quomodo inter iocandum ita disponitis sermones vestros in iudicio, vt & iocus lenitatem non redolet & auctoritas conseruata hilaritatis non minuat gratiam. Pouro auctoritas ita seruatur, vt illud sancti viri merito vobis possit aptari. Si quando ridebam, non credebant mihi, Eia rescripsimus, & puto iam iure exigimus ampliora, quæ promissistis. Dignum est vt sciatis, quæ penes nos sunt. Decretum est mihi vltra non egredi monasterio, nisi ad conuentum

M

1. Cor. 13. b

Job 29. d

A

Abbatum apud Cistercium semel in anno. Hic fultus orationibus vestris, & benedictionibus consolatus, paucis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Propitius sit mihi Deus, vt non amoueat orationem vestram, & misericordiam suam à me. Fractus sum viribus, & legitimam habeo excusationem, vt iam non possim discurrere vt solebam. Sedebo & silebo, si forte experier, quod de plenitudine intimæ suauitatis sanctus Propheta eructat: Bonum est, inquiens, expectare Dominum in silentio. Et ne solus videamini mihi lusisse, puto iam non audebitis me de hoc silentio meo reprehendere, & more vestro appellare soporem, quod vt puto cōgruentius vt magis proprie sãctus Esaias cultum iustitiæ nominat, & de quo legitis in hoc ipso Propheta dicente Domino: In silentio, & spe erit fortitudo vestra. Commendate me orationibus sancti conuentus Cluniacensis, salutato prius ex me seruo omnium, si dignum iudicatis.

Job 14. 8

Thr. 3. 6

Esa. 33. 4

Ad tres Episcopos Hostiensem, Tusculanum, Prænestinum. Epist. CCXXXIX.

AD hoc vos Deus in sublimitate posuit, vt tanto maiori Ecclesiæ suæ utilitati viuatis, quanto in ea eminentiori auctoritate preestis. Alioquin deponet ille paterfamilias potentes de sede, qui pro accepta potestate inuenti fuerint itis utilitatibus defuisse. Quanta sustineat sponsa Christi dama in Episcopatu Metensi, etsi nos amplius horremus, quia viciniores sumus, tamen, & vos arditror non latere. En quantus lupus illud ouile Christi tum insidijs, tum manifestis assultibus quotidie molitur irrumperere, & disperdere oues Christi sanguine congregatas? Idq. non ab heri & nudius tertius, sed ex quo adhuc fuerat lupicellus, non cessat illum dominicum gregem, quibus potest viribus infestare, & vastare rapinis, incendijs, homicidijs. Ego itaque, quod in me est, de-
monstro lupum, instigo canes. iam quid interfit vestra, vos videritis, mecum non est docere doctores.

B

Ad

Ad tres episcopos supradictos, pro abbate
Latiniacensi. Epist. CCXXX.

Vobis audeo loqui quidquid in
bucca venerit. Nam & si oppor-
tuerit sustineri modicum quid in-
sapientiae meae, geret mihi pro-
culdubio merent benevolentia vestra, quae
sapientibus, & insipientibus debitorum est. Et
hoc dico, non quia cogitem precipitare ver-
bum, quod ad rem non pertinet, aut leuitate
vti intendam, aut nugari delectet, prefer-
tim apud vos, qui videmini columnae Eccle-
siae, sed ex abundantia cordis os loquitur,
& veritas dolore urgente intrinseco taciturnitatis impatiens, prorumpit in medium.
C Mei enim, dico vobis, pene moti sunt pedes,
pene effusi sunt gressus mei, quod execranda
(vt videtur) conuersione tam frequenter sapientiam vincit malitia. Adduntur
vbiq; cornua impij, & exarmatur iustitiae zelus,
& non est qui facere bonum, non dico velit,
sed possit. Superbi inique agunt vsquequaque,
& nemo audet mutire contra. Et vnam vel innocentiam tuta est
fet, & iustitia ipsa suimet sufficeret defensionem.
Quid peccauit Abbas Latiniacensis? An quod
bonus monachus, & melior Abbas? quod bonae
opinionis, & melioris est vitae? An quia monasterium
cui praest, & decorauit religione, & bonis temporalibus
ampliauit, & bonorum fratrum numero cumulauit?
En sanguis iste de manu eius exquiratur. Si crimen
est, acceptum esse Deo, & hominibus, tollatur,
& crucifigatur. Negari enim non potest hoc illam
esse, caelo & terra testibus. Si crimen est, esse
hospitalem, benignum, sobrium, castum, humilem,
decedat merito ab inimicis suis inanis. Reuera
namque & in his accusari non potest, conuincen-
tibus se propriae vitae sanctitate, & fama gloria.
At imponitur ei noluisse suscipere nuntium
domini mei. Proferus grauis offensa, si ita est.
Non negat abbas hominem, qui mittebatur in
Angliam, cum esset honorifice susceptus hospitio,
quare loqui cum eo, sed paranti exire interuenit
Humbertus praepositus, dicens, se potius exiturum,
& homini vice ipsius satisfacturum. Si quo minus,
quod oportuit actum fuit cum viro: cuius culpa fuerit,
vobis resignamus iudicandum. Accusatur item
quod litteras domini Papae, praedicto Humberto
violenter abtulisset, & diruperit;

sed exstant litterae integrae, & bullatae: nec
in eas, sicut mentitur, admisit, sed sponte
dimisit, consilio vtique comitis Theobaldi,
& nostro. Dicitur quoque quod quosdam
monachos in captionem posuerit. Atque
id quidem falsum. Sed si quosdam tur-
batores, & conspiratores in diuersa claustra
diuisit, ne simul positi plus nocerent, quis
hoc recte iudicans reprehendat? Iam de ter-
ris & bonis Ecclesiae quasi distractis, & alienatis,
& datis ab eo cognatis suis, coram venerabilibus
episcopis Suesionensi & Altisiodorensi, comiteque
Theobaldo aduocato vtique monasterij, satis responsum
est, & adhuc respondetur, sic illum dedisse suis
quomodo alienis, id est ad eundem censum vel
consuetudinem. Porro autem a saeculo non est
auditum, quod monachus rebellis, superbus,
ambitiosus, priuilegium propriae libertatis
ex apostolica auctoritate meruerit. A tempore
Iudae Iscariotis non est inuentus similis illi,
qui sic insurgeret in magistrum, & traderet
sanguinem iustum. Felix magister, cui cum
magistro omnium communis propheticam illam
vox est. Homo pacis meae in quo sperabam,
qui edebat panes meos, magnificauit super me
supplantationem. Vt olim quidem eratis contra
apostolum Petrum dominantes in clerum, imo
& contra coapostolum eius Paulum dominabamini
fidei totius orbis. At nunc nouum aliquid
addidistis, vsurpantes amplius, & in ipsum,
religionem. Quid restat nisi vt adiciatis
& ipsis angelis sanctis dominari? Nisi quod
in hoc posterior Iudas priorem vicisse
versutia, & fraude videtur, quod cum
illius facinus condiscipuli horruerint vniuersi,
iste callidior potuit ad conueniendum,
immo ad fauendum malitiae, non quoslibet,
sed ipsos apostolorum principes circumuenire.
Non imputo domino meo, cui tamquam
homini subripi potuit, & hoc oro, ne Deus
imputet. Absit autem vbi veritatem agnouerit,
vt praeualeat tam execrabilis magni huius
sacrilegusq; conatus. Et ego de hac re ad
ipsum quoque solito ausu scripisssem, si non
sensissem ipsum quidquid scribimus, minus
solito acceptare. Quae dolete vos qui monachi
estis, vice magistrum vestri beati Benedicti:
cui iam, vt videtis, prope est vt vbiq;
contradicatur, & pereat omnis vigor
monasticae disciplinae, monachis aduersus
Abbatibus suos cornua sumentibus de manu
forti,

Mat. 12

6

Ps. 73. a

Ps. 40. 5

E

P. 95. 21

D

Ad eundem. Epistola CCXXXI.



Ivera sunt, quæ audistis de Abbate sancti Theodofredi, nõ potestis ea dissimulare sine periculo vestro, & propter officium, & propter conscientiam. Conscientiam dico non tantum vestram, sed etiam aliorum. Sunt autem verissima, credo quod & vera. Verax est enim, qui testimonium perhibet de his, presentium lator. Unde hoc quoque sciam quæritis? Falcem teneo litterarum missarum à viris sanctis, quos ego noui, quia sancti & veridici sunt: & omnes illæ pariter continent tam laudes, & præconia huius, quam illius horrendas blasphemias, quem accusat.

Ad abbatem Ioannem de Busino, qui abbatiã suam reliquerat, & abierat in solitudinem.

Epist. CCXXXII.



Illo charissimo Ioanni, frater Bernardus, in spiritu ambulare, & timorem domini nõ derelinquere. Dicere non possum in quanta amaritudine animæ meæ, & tristitia cordis, scribam ad te Ioannes charissime, pro eo quod me video in tot scriptationibus meis proficere nihil, quia non capit in te sermo meus. Scripsi semel, & denuo nisi fallor: & exigentibus peccatis meis in nullo adhuc respondet mihi labor meus. Ecce tertio iacto semen, Deum omnipotentem deprecans, vt non reuertatur ad me vacuum, sed prosperetur & faciat ad quod, illud mitto, lactificans nos tandem aliquando de fructu tuæ obedientiæ, & salutis. Si audieris me, imo si exaudierit me Deus, lucratus sum filium meum. Si non: conuertam me denuo ad arma consueta, orationes videlicet & lacrymas, non quidem contra te, sed pro te. Luxi & lugebo, & anxia traham suspiria ex imis visceribus, pro istis visceribus. Quis det te mihi fratrem meum fugentem vbera matris meæ? Quis reuocet te mihi in illam quietem animi,

concordiam mortui, societatem spiritus, & serenitatem conscientiæ, in qua te aliuando tenui, & possedi? Et ne quod ex me detrimentum in aliquo patiaris seu impedimentum, illud falsum esse non dubites, quod tibi à nescio quo vel quibus falsiloquis persuasum audiui: quia ego videlicet cogitarem sine ratione, & iudicio te à regimine fraternarum animarum, quod tibi credideram, submouere. Non est hoc verum, sed audi potius de hac re paucis, quod verum est. Hoc etsi voluissem non licuisset: & si licuisset (vt de propria conscientia loquar) ego nullatenus voluissem. Hæc veritas. Si ergo hoc totum fuit quod auertit eor tuum: veritate comperta, quid restat nisi vt respicias, redeas ad te, redeas ad nos, arguas in super te ipsum leuitatis & credulitatis incauta? Si enim tantum potuit vna maledicta suspicio ad te alienandum & præcipitandum; quanto magis nunc absoluta certitudo valere debet ad erigendum, & reuocandum te? Turpe est tibi falsitate posse seduci, & veritate reduci non posse. Habeat sane veniam acquirisse ad tempus palliata falsitati, at vero deprehensa iam & nudata acquiescere, adhuc, imò etiam non multum nasci, quantum confusionis habet? Quamobrem irascere, & nolì peccare, si vis nos, vel Deum potius non irasci. Nam quod subreptum est tibi, misericordiam magis quam indignationem meretur. Nimirum homo est nauigans, sicut & omne humanum genus, in hoc mari magno, & spatiofo maribus, vbi repullia, quorum non est numerus. Quis se iacet in eo affiduis non impelli ventis, non naufragasse. Noueris te naufragasse in eis, periculum in falsis siatribus incidisse. Iterum dico: hæc veritas. Deceptus fuisti, & spiritus mendax in ore pseudoprophetarum supplantauit te. Sed ecce euauit falsitas, luce veritatis oborta. Si adhuc (quod absit) pergis in tua obstinatione persistere, ego te interim iudicabo, est qui quærat, & iudicet. Ego autem parco tibi dissimulans, & differens interim in virga venire ad te. Porro in misericordia, & spiritu mansuetudinis allicere te nobis curabo si potero: nam id mihi scario familiarius esse, & tibi persuasibilis fore non dubito. Illum sanè euaginare super te gladium nõ cunctabor, qui in materno meo pectore iacet reconditus, continuus utique doctor cordis meq, & creberri-

Pf. 103.

H

mi ad Deum Gemitus pro te donec venias. Quod si omnes huius tam pie ferientis en-
 se, secundum duritiam tuam, & cor impe-
 nitens frustra ueris ictus, nec possit quando-
 que dicere anima tua, quia vulnerata cari-
 tate ego sum, tu de te videris. Nam non so-
 lum iam veritas, sed & caritas liberabit nos.
 Sed quid dixi? Quomodo miser, quomodo
 liberabor effusus visceribus, filio percunte?
 Non quiescet affectus, etsi non sequatur
 effectus: non sedabitur dolor, non cessa-
 bunt lacryme. Exhibebo tibi quamdiu vixero
 alterum Samuelem, tu utinam non alterum
 Saulem mihi. Rogabo, te rogabo *pro te*, vt
 venias. Veni, veni priusquam moriamur:
 vt qui dileximus nos in vita, in morte non
 separemur.

*Ad Herbertum Abbatē sancti Stephani Di-
 uisionensis. Epist. CC XXXIII.*

SI frater Ioannes dixit in nos
 vel scripsit, quod non decuit,
 vel quomodo non decuit,
 non tam nos læsit quam seip-
 sum. Magis namque ita scri-
 bendo suam prodidit leuitatem, quam no-
 strum deprehendit errorem. Quamquam
 etsi læsisset in aliquo, nostrum tamen non
 erat reponere malum. Attendens proinde
 non quid ille mereatur, sed quid me de-
 ceat, donari iuueni etiam à vobis hanc
 culpam rogo, & supplico quæ magis glo-
 riosam, quam malitiam redolere videtur;
 ut scilicet, vt manus deinceps inhibeat
 à scribendis, tractandisve, quæ supra
 ipsum esse constiterit. Nam vt
 liquido satis apparet, in
 hoc exiguo, quod præ-
 sumpsit, opus
 erat stylo,
 &
 animo maturiori. Certum enim
 sit vobis hominem, licet in
 breui pagina, aut nõ
 scripsisse, vt sentit,
 aut non sensisse,
 vt debuit.

*Ad dominum Papam Celestinum, pro intruso
 Eboracensi. Epist. CC XXXIIII.*



Portet vos secundum iustitiã,
 quæ ex lege est, suscitare se-
 men fratris vestri defuncti.
 Quod digne implebitur, si
 Papæ Innocentij, cui in hæ-
 reditate domini successistis,

& defenditis gesta, & minus adimpleta
 K
 perficitis. Præ manibus est, in quo id liceat
 experiri. Causam Eboracensis Ecclesiæ per
 eum fuisse decisam quis nesciat? At quo-
 modo executioni mandatū sit quod egres-
 sum est de labijs tanti viri, utinam ne sci-
 retur. Quis det vt nõ annuncietur in Geth-
 2. Re. 2.
 neque in compitis Ascalonis? Sed vt verbū
 abbreviatum faciam auribus occupatis, au-
 diat paucis dominus meus quid dictum fue-
 rit, & quid factum teneamus. Cum in mul-
 tis accusaretur is, qui sibi vendicare electio-
 nem in præfata Ecclesia impie cupiebat,
 eadem omnis controuersia ad testimoniū
 viri illustris Vvhelmi ipsius Ecclesiæ tunc
 decani conuiescere iussa est: vt nisi capi-
 tulum intrusionis quod huic inter cetera
 impingebatur, ille propriæ manus iurame-
 to amoueret, suis omnino conatibus tanta
 frustraretur ambitio. Hoc autem non ex iu-
 dicio, sed ex misericordia. Sic enim roga-
 uerat ipse. Mitissima plane sententia, qui-
 pe cum de plurimis, & pessimis pulsaretur,
 quæ nullatenus propulsare volebat. Sed uti-
 nam, vel ipsa stet. Quid enim si non sufficit
 iuri, dummodo sufficiat Ecclesiæ liberatio-
 ni? Non causamur sententiæ remissionem,
 quæ nil nocuit. Neque enim proficit aduer-
 sario etsi largior indulgentia, qui ne ipsum
 quod vltro sponderat implere præualuit.

Nam de quo præsumere visus est, defe-
 cit ei, ne sibi ipsi deficeret peierans. Quan-
 do enim vir bonus attestaretur homini,
 quem rumor publicæ opinionis & operis
 veritas detestatur? Quid ergo? Ille non
 iuravit, & iste episcopus est. O rem igno-
 rantia omnium dignam, & perpetuo, si
 fieri posset, silentio comprimendam. Ve-
 rum id sero Heu, notus est orbi trium-
 phus diaboli. Vbiq; personat plausus in-
 circumcisorum, & planctus bonorum, pro
 eo, quod videatur sapientiã vicisse malitia.

Mon-

D. Bernardi Epistola.

Monstratur digito; matris Ecclesie turpitudinis, patris Innocentij verenda irridentur denudata à seruo nequam, quoniam mortuum putat, sed viuunt in vobis. Si is exitus imminet, cur è longinquo Romam est pertracta causa spurcissima, vmbra magis, & angulo digna? Cur tanta mari terraque à multis assumpta fatigatio? Cur à finibus terræ euocati viri religiosi, qui eum accusarent, & pauperum Christi marsupia longi itineris expensis exhausta sunt: Non poterat episcopari turpis, infamisque persona (quod inuitus, dolensque loquor) nisi quæ in illo horrebat Anglia, Francia abominabatur, etiam Roma cognoscerent? Quam melius in Romana curia causa eius minime ventilata fuisset, & non tangeret, vel sacra limina generalis atque horribilis fœtor? Quam tolerabilius ignorasset apostolica sedes tam intolerabile malum, quam tolerat manifestum? Quid istud temeritatis fuit? Publice infamatus, ante iudicem accusatus, nec purgatus, imo, & conuictus, etsi consecratus est. Viderit qui huic manum post ista imposuit, an magis execratus dicere debuerim. Non enim negabit sic se ista habere, non negabit sic se ex litteris apostolici? ad se pro hoc ipso directis eadem comperisse. Dicat forte aliquis, quia non est datum iudicium, non fuisse conuictum. Ego dico & confessum. Nam qui vt iudicium euaderet, vltro elegit ad testimonium Vuilhelmi decani confugere, illo sibi deficiente, quid nisi suo iudicio à causa decidit, ore proprio condemnatus? Quæ cum ita sint, videte domine pater, ne declinet cor vestrum in opus malitiæ, quoniam (secundum prophetam) declinantes in obligationem, adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Alioquin quod consilium datis miseris Abbatibus illis, quos ad accusandum eum vocatio apostolica Romam traxit, sed & alij quàm pluribus ex illo episcopatu viri religiosi, sintne obedituri huic, & sacramenta accepturi ab homine bis intruso? Primo quidem per regem, deinde per legatum. Quippe qui illum in sanctuarium Dei contra ius & fas, contra mandatum summi pontificis, in iniuriam summæ sedis & totius Romanæ curiæ, cum non potuit per ostium, fodit argenteo (vt aiunt) sarculo, vnde impudenter intrusit. Ante (nisi fallor) suis sedibus exulabunt, quàm dare

acquiescant manus idolo huic, nisi vestra violentiæ auctoritas obuiarit. Ceterum quàm sanctiori vestroque apostolatu digniori zelo gladium Phinees in confusionem duorum tam turpiter fornicantium stringeretis, quàm tot sanctos, aut de suis fugere locis permittitis, aut contra cōscientias suas cogitis remanere.

• Ad totam curiam Romanam, vnde supra. A

Epistola CCXXXV.



Omnibus, & patribus reuerendis episcopis, & cardinalibus curiæ, frater Bernardus Claræuallis vocatus Abbas, salutem, & nostras qualescumque orationes.

Omnibus scribendum fuit de eo, quod spectat ad omnes. Nec vereor, ne forte præsumptionis arguar quippe qui licet omnium minimus, tamen Romanæ curiæ causam iniuriarum à me non iudico alienam. Vrimur assidue, dico vobis, vrimur grauiter nimis, ita vt nos tædeat etiam viuere. In domo Dei videmus horrenda. Et quia corrigere nos non possumus, saltem suggerimus his, ad quos spectat. Si quidem emendauerint, bene, sin autem, nos animas nostras liberauimus, vos excusationem non habetis de peccato. Non ignoratis prolata esse sententiam à domino Papa bonæ memoriæ Innocentio, cum vestro & Romanæ curiæ generali antea, in rebus Vuilhelmi Eboracensis electionem, imo intrusionem, nisi Vuilhelmus alter tunc decanus, quod obiectum ei fuerat, propriæ manus iuramento repelleret. Nec vos lauit quàm plena esset sententia, non iudicij, sed misericordiæ, nimirum cum hoc Vuilhelmus ipse quassisset. Sed vrinam vel ipsa stet, & quod aduersus eum factum est, stare non possit. Quid enim? Non iurauit ille, & ate in cathedra pestilentia sederet. Quis tribuat vt aduersus fornicationem hanc, Phinees cum pugione procedat, aut viuat in sede sua Petrus, qui spiritu labiorum suorum interficiat impios? Multi clamant ad nos in toto corde suo, vt sacrilegium hoc digna animaduersione vindicare studeatis. Alioquin dico vobis, scandalum

dalum magnum nimis erit in Ecclesia Dei, & timeo ne Romanae sedis auctoritas graue admodum iacturam, & detrimendum graue suscipiat, nisi in eum, qui peruertit generalem eius sententiam, vindicta processerit, & taliter, vt ceteri metum habent, Quid enim de eo dicam, quod occultas, & vere tenebrosas litteras habuisse se gloriatur Vuilhelmus ille, vtinam à principibus tenebrarum, non à principibus apostolorum? Et ecce audierunt filij incircumcisorum, subannant Romanam curiam, à qua post datam tam manifestam sententiam furtim datas esse aiunt contrarias litteras. Quid dicam vobis? Si non vos vrit scandalam graue, quo scandalantur non pusilli, sed magni, & perfecti viri, si non compati-mini pauperibus Abbatibus, quos à finibus terrae vocat apostolica Romam traxit, si non miseremini magnis, & religiosis monasterijs, quibus omnino sub incubatore illo destructio imminet, si (quod primum dicere debui) zelus domus Dei non comedit vos, numquid vsque adeo inimici hominis veruscia praeualebit, vt propriū quoque contemptum, & infamiam hanc pessimam Ecclesiae principes æquanimiter ferant? Quid enim si sacrilegam homo ille consecrationem recepit? Profecto longe gloriosius erit iam eleuatum deicere Simonem, quam prohibere conantem. Alioquin quid facietis religiosis viris, qui omnino non inueniunt salua conscientia, vel ipsa communia sacramenta de leprosa manu suscipere? Ante (ni fallor) eligent fugere, quam dare manus morti: & exulare prius quam miserabilem. Quod si contra conscientias suas coegerit eos Romana curia curuare genua ante Baal, videat Deus & iudicet, videat curia illa caelestis, in qua nulla poterit ambitione subueri, iudicium. In fine omnium obsecrat vos

puer vester per
viscera mi-
sericor-
diae

Dei nostri, si quis in vobis est zelus
Dei, miseremini Ecclesiae san-
ctae saltem vos amici eius,
& quantum potestis da-
te operam, ne tam de-
testabili facto de-
tur assensus.

Esper. D. Bern. Tom. II.

Ad omnem Curiam Romanam, quan-
do elegerunt Abbatem sancti Ana-
stasij in Papam Eugenium.

Epist. CCXXXVI.



Omnis, & patribus reueren-
dis cardinalibus, & episcopis
omnibus, qui sunt de curia,
puer sanctitatis eorum. Par-
cat vobis Deus quid fecistis?
Sepultum hominem reuocastis ad homi-
nes, fugitatem curas & turbas curis denuo
implicuistis, & immiscuistis turbis. Fecistis
nouissimum primum, & ecce nouissima il-
lius periculosiora prioribus. Crucifixus mū-
do, per vos reuixit mundo: & qui elegerat
abiectus esse in domo Dei sui, ipsum vos in
dominum omnium elegistis. Cur cōsiliū
inopis confundistis? Cur pauperis hominis,
& mendici, & compuncti corde iudicium
perturbastis? Currebat bene: Quid vobis
vsum est seipre vias eius, auertere semitas,
gressus inuoluere? Quasi descenderet de
Hierusalem, & non magis ascenderet de
Hierico, sic incidit in latrones. Et qui se
tamquam à violentis quibusdam diaboli
manibus, carnis illecebris, & gloria saeculi
potenter excusserat, non tamen valuit ef-
fugere manus vestras. Num idcirco Pisam
deleruit, vt reciperet Romam? Num qui
in vna Ecclesia non sustinuit vicedomina-
tum, dominatum in omni ecclesia require-
bat? Quid igitur rationis seu consilij ha-
buit defuncto summo pontifice repente
irruere in hominem rusticianum, latenti
inijcere manus, & excussa è manibus se-
cū & ascia, velligone, in palatium tra-
here, leuare in cathedram, induere pur-
pura & bysso, accingere gladio ad facien-
dam vindictam in nationibus, increpatio-
nes in populis, ad alligandos reges eo-
rum in compedibus, & nobiles eorum in
manicis ferreis? Sic non erat inter vos sapi-
ens & exercitatus, cui potius ista conueni-
rent? Ridiculum profecto videtur, pan-
nosum homuncionem assumi ad praesi-
dendum principibus, ad imperandum epis-
copis, ad regna, & imperia disponenda.
Ridiculum, an miraculum? Plane vnum ho-
rum. Non nego, non diffido posse, fuisse
hoc etiam opus Dei, qui facit mirabilia ma-
gna solus, praesertim cum audiam vsque qua

N que

Pf. 49.6

E que ex ore multorum, quoniam à domino factum est istud. Sed nec ego oblitus sum iudiciorum Dei antiquorum, & scripturæ plurimos recensentis ex priuata, seu etiam rusticana vita olim assumptos in voluntate domini ad regendum populum eius. Denique nonne (vt vnum è pluribus memorè) tali quodam modo elegit Dauid seruum suum, & suscepit eum de gregibus ouium, de post fatantes accepit eum? Ita, inquam, & ita & de nostro Eugenio in beneplacito domini potuit contigisse. Non sum securus tamen, quoniam filius delicatus est, & tenera verecundia eius assueta potius ocio & quieti, quàm tractandis quæ foris sunt rimendumque ne non ea auctoritate qua oportuerit, sui apostolatus officia exequatur. Quis putatis gerere animi nunc hominem illum, qui de secreto internæ contemplationis, & amica solitudine cordis tamquam infans è gremio & sinu matris subito perturbatus, tractum se ad medium videt, & quasi ouem ad victimam ductum ad tam insueta, & insuauia? Nisi dominus supponat manum suam, heu, necesse est obruatur, & opprimatur onere insueto & nimio, quòd & gigantinis (vt aiunt) vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videatur. Verum tamen quia sic factum est, & sicut muti dicunt, à domino factum est, vestra interest charissimi, vestris feruentibus studijs, fidelibusque obsequijs sollicitè confoueri, quòd vestris manibus constat elaboratum. Si qua ergo consolatio in vobis, si qua virtus charitatis in domino, si quam miseratio pietatis, si qua compas-

F sionis viscera, assistite, & collaborate illi in opere ad quòd assumptus est per vos à domino. Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, hæc ei suggerite, hæc suadete, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.

Ad dominum Papam Eugenum prima.

Epistola CCXXXVII.



Mantissimo patri & domino, Dei gratia summo Pontifici Eugenio, Bernardus Claraualis vocatus abbas, modicum id quòd est. Audiam est in terra nostra, & celebri sermone vulgatum verbum hoc quòd factum est, de vobis à domino. Preseram styllum hæcenus, rem tacitus considerabam. Expectabam enim litteras vestras, & præueniri à vobis in benedictionibus dulcedinis. Expectabam virum fidelem, qui veniret à latere tuo, qui diceret cuncta per ordinem, quid quomodo, vel qualiter, actum esset. Expectabam si quis forte de filiis meis reuerteretur, qui leniret dolorem patris, qui diceret Iosep filius tuus uiuit, & ipse dominatur in tota terra Aegypti. Hinc est quòd litteræ istæ non sunt voluntatis, sed necessitatis, & amicorum extortæ præcibus, quibus negare non possum modicum illud, quidquid residuum est vitæ meæ.

Quia tamen semel capì, loquar ad dominum meum. Iam enim filium dicere non audeo quia filius in patrem, pater mutatus est in filium. Qui post me venit, ante me factus est, sed non inuideo, quia quòd mihi deerat, in eo habere confido, qui non solum post me, sed etiam per me venit. Nam si dignaris, quòdammodo per Euangelium ego te genui. Quod si ergo fuerit nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriæ, nonne vos ante Deum? Denique filius sapiens gloria est, patris. A modo tamen non vocaberis filius, sed vocabitur tibi nomen nouum, quòd os domini nominauit. Hæc est mutatio dexteræ excelsi, & multi in mutatione ista gaudebunt. Nam quòdammodum olim Abram in Abraham, Iacob in Israhel: & vt de tuis magis prædecessoribus tibi proponam, sicut Simon in Cepham, Saulus in Paulum: sic filius meus Bernardus in patrem meum Eugenum, læta prorsus, & ytili, vt speramus translatione promotus est. Digitus Dei est iste: suscitans de puluere egenum, & de stercore erigens pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Superest vt fa-

Et hac pretatione tui, ipsa quoque quæ tibi commissâ est domini tui sponsa mutetur in melius: & iam nequaquam Sarai, sed Sara de cetero nominetur. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus intellectum. Si amicus sponsi es, ne dixeris dilectam eius principem meam, sed principem: nil tuum in ea vendicans, nisi quod pro ea si oportuerit etiam animam dare debes. Si Christus te misit, æstimabis te non ministrari, sed ministrare venisse: & ministrare non solum substantiam, sed ipsam quoque animam, sicut præfatus sum.

H Verus successor Pauli dicit cum Paulo:

2. Cor. 1.

2

1. Pet. 5.

2

Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Petri hæres, audit Petrum, dicentem: Neque ut dominantes in clerum: sed forma facti gregis. Sic enim iam non ancilla, sed libera etiam & formosa speciosissimi sponsi per te in desideratos adfiscetur amplexus. Alioquin per quem hæc tam debita libertas sperabitur, si & tu (quod absit) in Christi hæreditate quaras, quæ tuæ sunt: qui iam & ante didiceras non dico tua nõ retinere, sed nec tuus esse? Ergo fiduciam talem habens in te, qualem in nullo prædecessorum tuorum à multis retro temporibus visa est habuisse exultat merito vbique, & gloriatur in domino omnis ecclesia sanctorum: & specialiter illa cuius vterus te portauit, & cuius vbera tu suxisti. Quid ergo? Nonne & mihi licet gaudere cum gaudentibus? Numquid non ero vnus de numero latantium? Exultaui, fateor: sed cum tremore. Exultaui, sed in iusto exultationis meæ articulo timor, & tremor venerunt super me. Ego enim et si nomen patris deposui, sed non timorem, sed non anxietatem, postremo nec affectum, nec viscera patris. Considero gradum, & casum vereor. Considero fastigium dignitatis, & intus or faciem abyssi iacentis deorsum. Cavendo celsitudinem honoris, & vicino periculum reformido, pro eo quod scriptum est. Homo cum in honore esset, non intellexit. Quod quidem ad causam magis, quam ad tempus arbitrari esse referendum: vt sic intelligatur dictum. Cum in honore esset, non intellexit: ac si diceretur: Honor absorbit intellectum. Et quidem elegeras abiectus esse in domo Dei tui, & recumbere in nouissimo loco in conuicio eius: sed placuit dicere ei, qui te in-

uitauit: Amice ascende superius. Itaque *Lut. 14* ascendisti in altum: noli altum sapere, sed *Ps. 101* time, ne forte contingat sero miserabilem *b* illam emittere vocem: A facie iræ, & indignationis tuæ, eleuans allisisti me. Altiorrem quippe locum sortitus es, sed non tutiorem. Sublimiorem, non securiorem. Terribilis prorsus, terribilis est locus iste. Locus inquam, in quo stas, terra sancta est: locus Petri, est locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius. Locus illius est, quem constituit dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Si forte declinaueris à via Domini, sepultus est in eodem loco, vt sit tibi contra te in testimonium. Merito tali pastori, tali nutricao commissâ est Ecclesia, cum adhuc tenera adhuc in cunabulis esset, cuius docta magisterio, & exemplo educata, omnia terrena calcaret, vtpote qui excusserat manus suas ab omni munere, qui dicebat de corde puro, & conscientia bona: Argentum & aurum non est mihi. *Act. 3* Hæc hæcenus. Ceterum causa quare ante tempus scripserim vobis, hæc est. Vintoniensis episcopus, & Eboracensis archiepiscopus, non gradiuntur vno spiritu cum Cantuariensi archiepiscopo, sed incedunt sibi ex aduerso: & hæc vetus est de legatione querela. Verumtamen quis est ille, & qui sunt illi? Nonne Eboracensis ipse est, cui te præfente, cum adhuc esses quasi vnus ex nobis, fratres tui restiterunt in faciem, eo quod reprehensibilis erat? Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua? Certum est tamen, quod non intrauit per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde. Si pastor fuisset, diligendus erat: si mercenarius, tolerandus. Nunc autem cavendus, & repellendus, vtpote fur & latro. Quid dicam de domino Vintoniensi? Opera, quæ ipse facit, testimonium perhibent de eo. Porro archiepiscopus Cantuariensis cui aduersantur, vir religiosus est, & sua uolentis opinionis. Pro ipso petimus vt respondeat ei iustitia sua. Verum illorum iniquitas super eos: vt sit, sicut scriptum est: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. Cum acceperis tempus, secundum opera manuum illorum retribuēs illis, vt sciant prophetam esse in Israël. Quis mihi det antequam moriar, videre

Ecclesiam Dei, sicut in diebus antiquis: quando Apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti, vel auri, sed in capturam animarum? Quam cupio illius te hereditare vocem, cuius adeptus es sedem? Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem. O vox tonitruum, ò vox magnificentiæ, & virtutis, ad cuius terrorem confundantur, & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. Hoc vehementer expectat & omnino expetit à te mater tua, hoc filij matris tuæ pusilli cum maioribus desiderant, hoc suspirant, vt omnis plantatio, quam non plantauit pater cælestis, tuis manibus eradiceatur. Ad hoc enim constitutus es super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes. Multi audito hoc verbo dixerunt apud se: Iam securis ad radicem arborum posita est. Multi dicunt in corde suo: Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, in quo sarmenta sterilia recidentur, vt ea quæ præualeant, vberius fructum afferant. Confortare igitur, & esto robustus, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Vendica tibi animi constantia, & vigore spiritus partem, quam dedit extra fratres tuos tibi omnipotens pater, quam & tulit de manu Amorrhæi in gladio, & arcu suo. In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominem, & timor eius, qui aufert spiritum principum, semper sit ante oculos tuos. Quantum in breui Romanorum Pontificum mortes tuis oculis aspexisti? Ipsi te prædecessores tui, tuæ certissimæ, & citissimæ decessionis admoncant: & modicum tempus dominationis eorum, paucitatem dierum tuorum nuntiet tibi.

Lugi proinde meditatione inter huius transeuntis gloriæ blandimenta,

memorare nouissima tua: quia quibus successisti in sedem, ipsos sine dubio sequeris ad mortem.

Ad eundem, de Eboracensi intruso.

M

Epistola CCXXXVIII.



Impertunus sum, sed habeo excusationem. Eugenij Apostolatus excusat me. Ait non vos esse Papam: sed me: & vndique ad me cõfluunt, qui habent negocia. Nec de-

sunt in tanta multitudine amicorum, quibus officium negare non possum: non solum absque scandalo, sed etiam absque peccato. Et nunc est etiam alia excusatio non minus idonea, quia causa honestissima est. Contra idolum illud Eboracense iterato stylus dirigitur, ea scilicet necessitate, quod sapenúmero hoc telo impetum à nobis, necdum confossum est. Cur hoc? Quia nil forte à nobis tale directum est, qualis fuit gladius Ionathæ, qui numquam redijt retrorsum. Nec sane fuit culpa iaculi, sed dirigentis iaculum. Patet enim, quod non in ea, qua oportuit fortitudine missum est. Nec mirum. Quis enim in manu forti sagittas mittere potest, nisi filius excussorum? Qui locum Petri tenet, potest, vno iacta extinguere Ananiam, vno Simonem Magum: & vt planius quod loquimur fiat, peremptoriam dare sententiam ad depositionem episcoporum, solius Romani pōtificis noscitur esse: pro eo nimirum, quod et si alij multi vocati sunt in partem sollicitudinis, solus ipse plenitudinem habeat potestatis. Solus proinde, si dicere audeam, in culpa est: si culpa, nõ feritur, quæ ferienda est, & eo impetu, quo fuerit ferienda. Quo autem impetu, non dico ferienda, sed fulminanda fuerit prædicti Eboracensis culpa, vestræ conscientiæ derelinquo. Ceterum quod factum non est, vobis credimus reseruatum: vt in consiatur Ecclesia Dei, cui ipso auctore præstis, feruorem zeli vestri, potentiam brachij vestri, & animi sapientiam: & timeat omnis populus sacerdotem domini, audiens sapientiam Dei esse in illo ad faciendum iudicium.

A

Ad eundem pro eodem.

Epistola CXXXIX.

Quam cupio semper de vobis audire, in quibus glorificetur Deus, honoretur ministerium vestrum, & anima mea latificetur. Inde est quod audita responsione vestra de quibusdam, qui ad officium legationis nimium videbantur, & ambitiose aspirare, & impudenter sperare: supra quam dicere possumus, facti sumus lætantes. Non autem nos tantum, sed omnes, qui diligunt nomen vestrum, gauisi sunt gaudio magno. Porro visis litteris vestris, quas pro causa Rutinensis Ecclesiæ destinatis, tunc profusus, tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Hæc atque huiusmodi digna sunt vestro Apostolatu, summam sedem nobilitant, decent plane orbis episcopum. Unde & flecto genua mea ad ipsum vnicuius huius vestri primatus auctorem, vt det vobis sic sapere, & sic agere semper, in euellendo, & plantando, in destruendo, & ædificando. Siquidem in ruinam & resurrectionem multorum ascendistis hanc cathedram.

B Reant, ruant, qui noxie stant, erigantur digni. Ponatur securis ad radicem steriliū plantationum, purgantur fructiferæ, vt fructum plus adferant. Præsidente inquam, humili Eugenio, deponantur superbi de sede, & exaltentur humiles. Esurientes impleantur bonis, & diuites dimittantur inanes. Nuper nempe exultatione vniuersæ terræ ita factum est in causa cuiusdam superbi episcopi. Age ergo, transeat iam sanctus hic pietatis zelus, & ad miseram illam Ecclesiam transmarinam, quia tempus miserendi eius. Vineam Domini Sabaoth est, vinea electa, vinea speciosissima: sey, heu, in desertum pene redacta, quia singularis fetus depascitur eam. Cur dicunt inrogantes. Vbi est Deus eius? Vbi quem possiderunt custodem in vineis? Vbi manus putas, vbi sarculus excolentis? Quousque sarmento inutili occupatur tellus, suffocatur fructus? Et certe tempus putationis aduenit. Siquidem homo pacis eius in quo sperauit, quod se purgare deberet, non purgatione, sed amputatione opus esse testatur. Extant denique litteræ ipsius de eo ad Apostolicæ sedis legatū, in quibus manife-

ste manifestā adserit intrusionem, electionem negat. Ita ergo quem sibi parauerat defensorem, accusatorem sustinet. Ad hæc quæ vbiq; de eo publica fama concelebrat, etiam virum militarem possent omni iure spoliare cingulo militari. Quomodo iam poterit stare, vbi multiplex vobis subest ratio deiciendi, & voluntas non deest? Legi siquidem zelum vestrum pro Ecclesia illa in litteris vestris, & iam exigo de manibus vestris. Qua nam via procedendum sit ad eius deiectionem (neque enim vna mihi esse videtur) non est meum dictare sapienti. Nec multum nostra interest, in qua parte arbor infructuosa cadat, dummodo cadat. Dico tamen: Qui sibi possessionem vendicat furtiuarum commercio litterarum, nonne fur est & latro? Denique vbi asserit habuisse se clandestinas litteras execrationis suæ, aut verum est, aut falsum quod loquitur. Si verum, reus est furti, & summi Pontificis criminator. Si falsum, debet audire: Occidistis & possedistis. Os enim quod mentitur, occidit animam, sed absit vt tanta de tali viro credatur duplicitas, quanta ab isto ei imponitur. Nempe Innocentius hic erat: cui si pro se respondere liceret, proculdubio diceret huic, quia ego palam in te dedi sententiam, & in occulto locutus sum nihil.

Ad Hildesensem Comitem sancti Aegidij, de Henrico hæretico.

Epistola CCXI.

Quanta audiuimus & cognouimus mala quæ in Ecclesijs Dei fecit, & facit quotidie Henricus hæreticus; Versatur in terra vestra sub vestri *Matth.* mentis ouium lupus rapax, sed ad Domini *7.º* designationem, à fructibus eius cognouimus illum. Basilicæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reuerentia sunt, & sine Christo deinde Christiani. Ecclesiæ synagogæ reputantur, sanctuarium Dei sanctum esse negatur, sacramenta non sacra censentur, dies festi festiuis frustrantur solemnibus. Moriuntur homines in peccatis suis, rapiuntur animæ passim ad tribunal terrificum, heu, nec poenitentia reconciliati, nec sacra communione muniti. Paruulis Christianorum Christi-

N 3 inter-

Matth.
19.6

intercluditur vita, dum baptismi negatur gratia, nec salutem propinquare sinuntur, saluatore licet pie clamante pro eis: Sinite, inquit, paruulos venire ad me. Ergo ne qui homines & iumenta saluauit, quemadmodum multiplicauit misericordiam suam Deus, ad solos tamen innocentes non patitur eandem tam multam misericordiam peruenire? Quid quæso, quid inuidet paruulis saluatorem paruulum qui natus est eis? Inuidia hæc diabolica est, inuidia hæc mors intrauit in orbem terrarum. An putat paruulos saluatorem non egere, quia paruuli sunt? Si ita est, ergo gratis magnus Dominus factus est paruus: vt omittam, quod flagellatus est; quod sputis illitus, quod eruci affixus, quod denique mortuus est. Non est hic homo à Deo, qui sic contraria Deo, & facit, & loquitur. Proh dolor, auditur tamen à pluribus, & populum qui sibi credit, habet. ● infelicissimum populum. Ad vocem vnus hæreticorum siluerunt in eo omnes Prophetica, & apostolica voces, quæ de conuocanda in vna Christi fide à cunctis nationibus Ecclesia, vno veritatis spiritu cecinerunt. Ergo fefellerunt diuina oracula, falluntur omnium oculi & animi, qui quod legunt per prædictum intuentur impletum. Quam certe manifestam omnibus veritatem solus iste stupenda, & prorsus Iudaica excitate, aut non videns, aut inuidens adimpletam, simul nescio qua arte diabolica persuasit populo stulto & insipienti de re manifesta, nec suis credere oculis, fefellerisse priores, errare posteros, totum mundum etiam post effusum Christi sanguinem perditum iri, & ad solos, quos decipit, & totas miserationum Dei diuitias, & vniuersitatis gratiam peruenisse. Et nunc huius rei gratia, licet in multa corporis infirmitate, iter arripit ad has partes, quas potissimum singularis ferus depascitur, dum non est qui resistat, neque qui saluum faciat. Quippe de tota Francia pro simili effugatus malitia, has solas sibi inuenit expositas: in quibus fiducialiter sub tuo dominatu in gregem Christi toto furore bacchatur. Quod tuo ne honori congruat: princeps illustis ipse iudicato. Nec mirum tamen, si serpens ille callidus decipit te, quippe speciem pietatis habens, cuius virtutem penitus abnegauit. Sed nunc audi quis ille sit. Homo apostata est, qui relicto religionis habitu (nam monachus exiit) ad spurcitas carnis, & sæculi tamquam

canis ad suum vomitum, est reuersus. Præ confusione autem habitare inter cognatos & notos non sustinens, vel potius non permissus ob magnitudinem criminis, succinxit lumbos suos, & iter, qua nesciebat, arripuit, factus gyrouagus & profugus super terram. Cumque mendicare cepisset, posuit in sumptu euangelium: nam literatus erat. Et venale distrahens verbum Dei, euangelizabat, vt manducaret. Si quid supra visum eliceret poterat à simplicioribus populis, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certe in vsu turpioribus turpiter effundebat. Frequenter siquidem post diurnum populi plausum, nocte insecuta cum meretricibus inuentus est prædicator insignis: & interdum etiam cum coniugatis. Inquire si placet vir nobilis, quomodo de Lausanna ciuitate exierit, quomodo de Cenomanis, quomodo de Pictauis, quomodo de Burdegali: nec patet ei vsquam reuersionis aditus, vt pote qui facta post se vbique reliquerit vestigia. Tu de tali arbore tandem bonos sperabas fructus; Terra profecto, in qua est, fecit foetere odorem in vniuersa terra; quia non potest (iuxta sermonem Domini) arbor mala fructus bonos facere. Hæc ergo, vt dixi, causa aduentus mei. Nec à meipso nunc venio, sed voce ● Matth. 7.6
tione pariter & miseratione Ecclesie trahor, si forte spina illa, & parua ipsius, dum adhuc parua sunt germina, de agro Domini extirpari queat, non mea, qui nullus sum, sed sanctorum, cum quibus sum episcoporum, manu, tua quoque potenti dextera cooperante. Is præcipuus est venerabilis Rothiensis episcopus ab Apostolica sede ad hoc ipsum directus: homo qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit Ecclesie suæ in multis per illum Dominus omnipotens. Tua interest vir inclyte, honorifice suscipere illum, & eos qui cum ipso sunt, ac
● ne tantus labor tantorum virorum pro tua potissimum, tuorumque salute susceptus, inefficax sit, secundum potestatem desuper datam tibi, operam dare.

Ad Tholosanos post reditum suum.
Epistola CCXLI.

IN aduentu charissimi fratris, & cohabitantis nostri B. de Grandisylua exultauimus, & delectati sumus in his, quæ dicta sunt nobis ab illo de constantia, & sinceritate fidei vestrae in Deum, perseverantia dilectionis, & deuotionis in nos, de zelo, & odio aduersus hæreticos, ita ut quisque uestrum merito dicere possit. Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam illos, inimicifacti sunt mihi. Gratias agimus Deo, quia non fuit ociosus aduentus noster ad vos. Et mora quidem breuis apud vos, sed non infructuosa veritate nimirum per nos manifestata non solum in sermone, sed etiam in virtute, deprehensi sunt lupi, qui venientes ad vos in vestimentis ouium deuorabant plebem uestram sicut escam panis, sicut oues occisionis, deprehensæ vulpes, quæ demoliebantur preciosissimam vineam Domini, ciuitatem uestram. Deprehensæ, sed non comprehensæ. Propterea dilectissimi, persequimini, & comprehendite eos, & nolite desistere donec penitus deprecant, & diffugiant de cunctis finibus uestris, quia non est tutum dormire vicinis serpentibus. Sedent in insidijs cum diuitibus in oculis, ut interficiant innocentes.

H Fures sunt & latrones, quales in Evangelio Dominus notat. Subuersi sunt & parati ad subuertendam, plane maculatores tamæ uestræ, corruptores fidei uestræ. Corruptunt bonos mores colloquia mala. Præsertim talium sermo, sicut dicit beatus Apostolus, serpit ut cancer. Quis dabit mihi ut habeam opportunitatem semel ad huc veniendi ad vos? Nam voluntatem habeo si quomodo possim in voluntate Domini secundo videre vos, laborem non reputaturus, quamuis corpore infirmus & debilis, pro uestra exhortatione, & salute. Interim autem sic state in Domino charissimi, sicut cœpistis, & accepistis à nobis. Obedite Episcopo, ceterisque præpositis uestris magistris Ecclesiæ. Habete diligentiam hospitalitati, quia per hanc multi placuerunt Deo. Abraham pater uester pro studio sancto quod in su-

scipiendis peregrinis habere solitus erat, Angelos hospites suscipere meruit. Similiter & Loth nepos eius pro simili deuotione, & pia consuetudine de eorum susceptione exultauit. Et vos itaque simili forma non Angelos, sed Dominum Angelorum suscipite in peregrinis, pascite egenis, operite in nudis, uisitate in languentibus, redimite in captiuis. Talibus hostijs promeretur Deus, qui in iudicio dicitur: Quod uni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hoc etiam moneo uos charissimi, quod & dicebam uobis cum præfens essem, ut nullum extraneum, siue ignotum prædicatorem recipiatis, nisi qui missus à summo seu à uestro permissus potest prædicauerit. Quomodo, inquit, prædicabunt nisi mittantur? Ipsi sunt qui inducentes sibi formam pietatis, & uirtutem eius penitus abnegantes, profanas nouitates uocum & sensuum, tamquam meli uenenum uerbis celestibus intermiscunt. Cauete proinde eos tamquam ueneficos, & cognoscite in uestimentis ouium lupos rapaces. Sit uobis commendatus lator Epistolæ uenerabilis Abbas Grandisyluæ, & domus eius, quæ & nostra est, nuper nobis & nostro ordini ab ipso tradita, & Ecclesiæ Claraualis specialiter associata. Ostendite nobis in ipso, & in sanctis, qui cum eo sunt, quantum profeceritis ex uestra admonitione in operibus misericordiæ, & date in eis experimentum uestræ caritatis, & deuotionis, quam habetis erga nos. Quidquid illis feceritis, mihi factum reputate. Gratia Dei & pax sit uobiscum. Amen.

Ad Romanos, quando discesserunt à Domino Papa Eugenio.

Epistola CCXLI.



Nobilibus, & optimatibus, atque uniuerso populo Romano, frater B. Claraualis uocatus Abbas, declinare à malo, & facere quod bonum est. Sermo mihi est ad te popule sublimis, & illustris, cum sim uilis &

N 4 exigua.

Rexiguaque persona, ac nullius pene mome-
 ti homuncio. Id quidem verecundum, atq.
 onerosum mihi consideranti, quis, quibus
 scribam, simulque quam aliter hoc alius iu-
 dicare possit. Sed leuius reor verecundia
 apud homines periclitari, quam condem-
 nari apud Deum silentio, veri taciturnita-
 te, & absconsiōne iustitiæ. Ipse enim dicit :

Isai. 58.

a

Ps. 39. c

Annuncia populo meo scelera eorum. Erit
 mihi etiam in testimonium ante faciem do-
 mini si dicere poterō, Iustitiam tuam non
 abscondi in corde meo, veritatem tuam, &
 salutarem tuam dixit. Pro huiusmodi sanè nō
 vereor, quamuis verecundia reluctante, pro
 mea ignobilitate scribere de longinquo ad
 populum gloriosum, atque his litteris tras-
 montanis sui ipsorum periculi, atque pecca-
 ti commonere Romanos, si forte audiāt, &
 quiescant. Quis scit si conuertantur ad pre-
 cem pauperis, qui non cedunt potentium

Dan. 13.

e

minis, nona omni armatura fortium? Nonne
 quondam in Babylone ad vocem pueri
 iunioris vnus, omnis ille populus qui à se-
 nibus iniquis iudicibus seductus fuerat, re-
 uersus est ad iudicium & sic seruatus est sā-
 guis innoxius in die illa? Ita nunc quoque
 et si adolescentulus sum ego, & cōtempus,
 adolefcentulus dico non annorum paucita-
 te, sed meritorum: potens est tamen Deus
 dare etiam voci meæ vocē virtutis, per quā
 fiat vt & is populus quem nihilominus cō-
 stat esse seductū, ad iudiciū reuertatur. Mea
 ergo defensio ad eos, qui mihi hinc forte
 succensendū indignandumve putauerint,
 hæc, sit. Si neque hoc satis est, etiam istud
 adijcio. Communis est causa, & non est di-
 stinctio pusilli, & magni. Dolor nēpe in ca-
 pite

L

hæc per hoc minime alienus, ne à mi-
 nimis quidem vel extremis, quibusque cor-
 poris partibus. Nec à me ergo. Peruenit
 profecto vsque ad me, quamuis omnium
 minimum dolor maximus iste, qui maxi-
 mus est, & quia cum sit capitis, non potest
 non esse, & corporis, cuius membrum sum
 ego. Numquid non dolente capite clamat
 lingua pro omnibus corporis membris, in
 capite se dolere, & omnia per ipsum suum
 caput, suumque capitis fatentur incommo-
 dum? Dimittite proinde, quæso, dimittite,
 vt plangam paululum apud vos dolorem
 meum, nec meum tantum, sed & totius Ec-
 clesis. Nonne ipsius vox est hodie per vni-
 uersum mundū, caput meum doleo, caput

Iob 11. d

meum doleo? Quis namque vel nouissimus
 Christianorū in toto sit orbe, qui non glo-
 rietur hoc capite, & ambo illi gloriosi prin-
 cipes terre, alter amisso, alter submisso in cru-
 ce capite, suo triumpho extulerunt, suo san-
 guine ornauerūt? Ad omnem itaq; spectat
 Christianum iniuria Apostolorū, & sicut in *Ps. 13. d*
 omnem terram exiuit sonus eorum, sic læ-
 sio eorundem ab omnibus vsquequaq; sen-
 titur: vsquequaq; plāgitur, & doletur. Quid
 vobis visum est? Quis vobis visum est nō
 principes mundi, vestros autem speciales patro-
 nos? Cur regem terræ, cur Dominum celi,
 furore quā intolerabili, quā irrationabi-
 li in vos pariter prouocatis, dum sacram, &
 Apostolicam sedem diuinis, regalibusq; pri-
 uilegijs singulariter sublimatam, ausu sa-
 crilego inceslere, suoq; minuere honore cō-
 tēditis, quam vel soli contra omnes, si oport-
 uisset defendere debuistis? Sic fatui Roma-
 ni non iudicantes, neq; quōd honestum est
 discernentes, caput vestrū, atq; omnium, quōd
 in vobis est detur patris, pro quo magis, nec
 vestrīs ipsīs ceruicibus parcendum à vobis
 foret, si necessitas exegisset? Patres vestri vr-
 bi orbem subiugauerunt, vos urbem prope-
 ratis orbi facere tabula. En Petri hæres, Pe-
 tri sedes, & vrbē à vobis expulsus est. En re-
 bus, & domibus suis, vestrīs manibus spolia-
 ti sunt cardinales, atq; Epi ministri Dñi. O-
 popule stulte, & insipiens, nō columba sedu-
 cta non habens cor. Nonne ille caput, & illi *Osae 7. d*
 oculi tuerant? Quid ergo nunc Roma, nisi
 sine capite truncum corpus, sine oculis frōs
 effossa, facies tenebrosa? Aperi gens misera,
 aperi oculos tuos, & vide desolationem tuā
 iam iamq; imminentem: Quomodo in *1. Ier. 4.*
 ui mutatus est color optimus, facta est qua-
 si vidua domina gentium, princeps prouin-
 ciarū? Verum in ita malorum sunt hæc, gra-
 uiora timemus. Numquid nō prope interitum
 es si persistis? Reuertere reuertere Sū-
 namitis, reuertere ad cor tuum: agnosce iam
 vel sero, quæ, quanta, à quibus patiaris, vel
 passa sis. Recordare qua causa, quo fine, per
 quos, & in quos vsus, non longe ante hos
 dies cunctarum, quæ in te sunt Ecclesiarum
 omnis ornatus, & census profligatus est,
 quidquid in altaribus, & in altarum vasīs,
 quidquid in ipsīs sacris imaginibus auri, &
 argenti reperiri tūc potuit, manibus impio-
 rum direptum, & asportatum est. Quid ex
 his omnibus tu in tuis tunc marsupijs inue-
 nis?

M

Osae 7. d

1. Ier. 4.

nis? Porro decus domus Domini irrecuperabiliter perijt. Et nunc quid tibi visum est iterare malitiam, innouare denuo super te dies malos? Quid modo vel lucri amplioris, vel certioris spei arridet tibi? Nisi quod in eo nouissima tua cernuntur incautiora prioribus, quod tunc quidem non solum multi de plebe, sed etiam de clero, & principibus nonnulli per orbem in schismate illo fauerunt tibi. Nunc vero sicut manus tua contra omnes, sic manus omnium contra te. Mundus est à sanguine tuo mundus omnis præter te solam, & filios tuos, qui in te sunt. Væ ergo nunc tibi popule miserandi, & væ duplo, quàm ante, non ab exteris nationibus, non à feritate Barbarorum, non à militibus armatorum. Væ tantum à facie tuorum tibi, væ à domesticis, & amicis, à clade intestina, à cruciatu præcordiorum, à tortionibus viscerum. Agnosce iam quia non omnes pacifici, qui domestici, nec omnes amici qui videntur? Et si alios noueramus, sed nunc per te manifestius edocemur omnem veritatem illius sermonis Domini, quem dixit, inimici hominis domestici eius. Væ fratri à fratre in medio tui, & filijs à parentibus. Væ non à gladijs, sed à labijs inquis, & à lingua dolosa. Vtquequo male in malo vos alterutrum confortatis: & gladijs laborum inuicem sternitis, inuicem perditis, vt ab inuicem consumamini? Congregamini oues dispersæ, redite ad pascua, redite ad pastorem, & Episcopum animarum vestrarum. Redite præuaricatores ad cor. Quod loquor non quasi hostis conuicians, sed quasi amicus obiurgans. Habet vera amicitia nonnumquam obiurgationem, adulationem nunquam. Sed iungimus, & obsecrationem. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, reconciliamini principibus vestris (Petram loquor, & Paulum) quos vtique in vicario, & successore suo Eugenio suis sedibus, & ædibus effugatis. Reconciliamini, inquam, orbis principibus, ne forte incipiat pro eis pugnare orbis terræ contra insensatos. An nescitis quia his offensis nihil omnino valetis, his propitijs nihil omnino timetis? Non inquam, non timeatis sub horum tutela millia populi circumdantis te, vrbs inclyta, ciuitas fortium. Reconciliare proinde illis simul, & millibus martyrum, qui quidem apud te, sed contra te sunt propter græde peccatum quod pec-

casti, in quo & persistis. Reconciliare etiam omni Ecclesiæ sanctorum, qui vbique terrarum audito hoc verbo scandalizati sunt. Alioquin pagina ista contra te in testimonium erit: sed & ipsi Apostoli, & martyres tui stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Sed iam finem loquendi omnes pariter audiamus. Annunciaui iustitiam, prænuiciaui periculum, veritatem non tacui, hortatus sum ad meliora: superest, vt aut de vestra citius correctione lætemur, aut de iusta imminente damnatione certi inconsolabiliter lugeamus, & tabescentes præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuersæ vrbis.

Ad Conradum regem Romanorum.
Epistola CCXLI.

NEc dulcius, nec amicabilius, sed nec arctius omnino regnum, sacerdotiumque coniungi seu complantari in inuicem potuerunt, quàm vt in persona Domini ambo hæc pariter conuenirent, vt pote qui factus est nobis ex vtraque tribu secundum carnem summus, & sacerdos, & rex. Non solum autem, sed & commiscuit ea nihilominus, ac confœderauit in suo corpore, quod est populus Christianus, ipse caput illius: ita vt hoc genus hominum Apostolica voce genus electum, regale sacerdotium appellatur. In alia quoque scriptura quotquot sunt prædestinati ad vitam, nonne omnes reges, & sacerdotes nominantur? Ergo, quæ Deus coniunxit, homo non separet. Magis autem quod diuina sanxit auctoritas, humana studeat adimplere voluntas, & iungant se animis qui iuncti sunt institutis. Inuicem se foueant, inuicem se defendant, inuicem onera sua portent. Ait sapiens, Frater adiuuans fratrem ambo consolabuntur. Quod si alterutrum se (quod absit) corroserint, & momorderint, nonne ambo desolabuntur? Non veniat anima mea in consilium eorum, qui dicunt, vel imperio pacem, & libertatem Ecclesiarum, vel Ecclesijs prosperitatem, & exaltationem imperij nocituram. Non enim vtriusque institutor Deus in destructionem ea connexuit, sed in ædificationem. Si hoc scitis

Mich. 7.
b
& Mac.
10. c

B

1. Pet. 2.

19. a

Prou. 18

D

quo.

quousque vos communem contumeliam, communem dissimulatis iniuriam? Nonne ut Apostolica sedes, ita & caput imperij Roma est? Ut ergo de Ecclesia taceam, num honor regi est truncum in manibus tenere imperium? Et quidem ignoro quid vobis super hoc cōsulant sapientes vestri, & principes regni, sed ego in insipientia mea loquens quod sentio nō tacebo. Ecclesia Dei ab exortu sui vsque ad hęc tempora pluries tribulata est, & pluries liberata est. Denique audite quid ipsa de se loquatur in Psalmo. Ipsius enim vox est: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim nō potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Certus esto ò rex, quoniam nec nunc quoque relinquet Dominus virgam peccatorū super fortem iustorum. Non est abbreviata manus Domini, nec facta impotens ad saluandum. Liberabit & hoc tempore absque dubio sponsam suam qui suo sanguine redemit eam, suo spiritu donauit, donis celestibus exornauit, ditauit nihilominus & terrenis. Liberabit, inquam, liberabit, sed si in manu alterius, viderint regni principes, id ne honor regis, regniue utilitas sit? Non est utique. Quamobrem accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, & restituat sibi

E Cæsar quæ Cæsaris sunt, & quæ sunt Dei Deo. Vtrumque interesse Cæsaris constat, & propriam tueri coronam, & Ecclesiam defendere. Alterum regi, alterum conuenit Ecclesie aduocato. Victoria, sicut in Domino confidimus, præ manibus est. Superbia, & arrogantia Romanorum plusquam fortitudo eorum. Quid enim? Numquid quisquam magnus vel potens, verbi gratia, Imperator aut Rex sedam rem istam in imperium pariter, sacerdotiumq. præsumit? Sed populus hic maledictus, & tumultuosus, qui suas nescit metiri vires, cogitare finem, considerare prouentum, in insipientia sua furore suo ausus est hoc grande sacrilegium attentare. Absit ut vel ad momentum stare possit ante faciem regis popularis manus, vulgi temeritas. Factus sum insipiens, qui cum sim vilis, ignobilisq. persona, tamquam aliquis magnus, contihis tanta magnitudinis, tantaque sapientie me ingessi, & de re magna: At quo ignobilior, atque abiectior, tanto liberior sum

ad loquendum quod caritas suggerit. Unde & adhuc addo in eadem insipientia mea: Si quis aliud, quam locutus sum vobis (quod non credimus) suadere conabitur, is profecto aut non diligit regem, aut parum intelligit quid regiam deceat maiestatem: aut certe, quæ sua sunt, quærit, & non valde quæ vel Dei, vel regis sunt, curare conuincitur.

Ad Dominum Papam Eugenium pro Aurelianensi Episcopo.

Epistola CCXLIII.

ITa quæso, ita facite, Semper consideretur non à quo, sed quid petatur. Pro Aurelianensi Episcopo nō exauditus rex, minime tamen offensus, quia cor eius in manu Dei est. Quod estsi contigisset, sustinendum fuerat, ne Deus offenderetur: qui utique ex hoc magis propitiabitur, & citius respirare faciet à tribulatione malorum & dolore, si iustitia teneatur, si non relinquatur veritas. Hæc & his familia quæ de vobis per orbem celebri in dies iucunditate crebescunt, quæ cor meum suauitate repleant, non est facile distu. Hæc pro his. De cetero si suggestum vobis à quopiam fuerit de me amplius onerando, scitote mihi vires non suppetere ad ea, quæ porto. Quantum mihi, tantum parcetis & vobis. Propositum meum monasterium non egrediendi, credo non latere vos. De fratre Balduino quamuis dilecto, quamuis necessario obediunt est sine mora. De Abbate mitendo ad sanctum Anastasium si factum non est, fiet statim ut factum non esse sciemus. Porro de alia mittenda persona: quia in vltimis litteris vestris nihil scripsistis, nihil præsumpsimus. Ceterum & hoc tam celeriter fiet, quam vobis accelerare placuerit. Plenus vobis, & manifestus de his omnibus respondebunt Dominus Althosiodorensis & frater Balduinus. Quod sanctæ memoriæ Balduinus Pisanus Archiepiscopus fecit in Sardinia de excommunicatione Auorenfis iudicis: quia non, nisi iuste, hoc virum bonum fecisse credimus, vestra auctoritate ratum & inconcussum manere rogamus. Porro Turritanus iudex, quia bonus

bonus dicitur esse princeps, sit vobis commendatus, & à vobis manuteneatur.

Ad eundem, pro eodem, quando predictus Aurelianensis depositus est.

Epist. CCXLV.

Tempus est, vt & ego scribam non iam pro episcopo, sed pro paupere, & humili monacho, idque, quod miserabilis est, factum de diuite, & sublimi. Hic iam non habet adulatio locum, habet miseratio. Multi pro eo scripserunt, vt remaneret episcopus, sed multum hoc erat, non potui adduci ego, vt id auderem. Nūc vero si res humanius æstimetur, ipsa nūc exigit quod ante vitabam. Spes erat homini adhuc, nam sperandi ratio suberat talis. Dicebat. Valde immutatus est rerum status, ex quo mihi sententia purgationis imposita fuit. Et quidem grauem illā satis accepi, & quæ ab innocentissimo difficile impleri posset. Quid nunc cum cuncta pene in impossibile versa sunt? Niuernis non est episcopus, sed ne Trevis quidē. Altissiodorensis transalpinauit. Comprouncialium sane episcoporum, per quos res purgari oportuit, pars multa hæc est. Non certe purgatores deficiunt mihi, sed episcopi, vel defunt, vel absunt. Quid ergo? Recte ne à me exigere potest, quod inueniri non potest? Si res ita iudici comperta fuerit, mātum si de impossibili sententiā ferat. Aut si non ex toto impossibile, minimum quod forte minus est, leniter effugiet vltro negligentius perferantem. Nempe misericordiam vult, nō sacrificiū. Quæ enim utilitas in sanguine meo, vt quærat iniquitatem meam, & peccatum meum ferretur? Maius autē quia benignus, & misericors est, aliquid obliuiscetur, aliquid dissimulabit, aliquid & de suo addet. Dñs est. An nō dicit ei quod vult facere? Etiam si non quantum sat est, rationem mihi supeditare aduerterit, quidni tota tamen libertate, vtetur, prompteque misericordiam superexaltabit iudicio, vir apostolicæ mansuetudinis, & auctoritatis? Ergo cum sic liceret sperare timenti, nec frustra, vt sibi, suisque videbatur: cessit tamen, & nostro se totū commisit arbitrio. Ac ne occasione ipsius diuitius Ecclesia fatigaretur, consulente me antea, pians terminum, & securis icctum, vltro episcopum exiit. Vnum est clementissime

pater, vnde homini generoso, ac verecundo in tam miserāda fortuna posset non parum consolationis offerri. Quæritis quid profecto non ambulat in magnis, nec in mirabilibus super se. Sufficit si vestra indulgentia possit retinere sacerdotē, qui episcopus fuit tātum à nota infamiae, & perpetuæ iniustionis cauterio scuto bonæ voluntatis vestræ obumbretur sibi. O dignam omni exauditu precem. Non rogat, vt gloriosus, sed ne inglorius sit, qui extitit gloriosus. Quidquid illud sit, quod medium est, eo contentus est. Liceat cadenti à gloria, honesto, quo poterit mediocritatis sese excipere gradu, solāque non deuenire in extremitatem opprobrii. Iuuenis est, nobilis genere est: in sublimitate positus fuit: nec tamen humilem refugit locum, sed probrum. Nihilne merebitur vel ista humilitas? Humiliatus est impius Achab, & profuit ei: & in viro fideli, ac nobili humilitas pretium nō habebit? Absit summa, sed absit à sancta mente vestra, cor contritum, & humiliatum despiciere. Si dixerimus, humiliavit se, exaltetur, nihil in hoc temere à nobis præsumptum: possemus forsitan excusare: nimirum ex regula, quam optime nostis. Nunc autem non dicimus exaltetur: sed ne conculcetur: & confundamur ab expectatione nostra. Imo vero si mala suscepimus de manu Domini, bona quare non suscipiamus? Numquid enim potestatem habetis deponere potentes de sede, & exaltare humiles non habetis? Porro potestate accepta malle in malo, quam in bono vti, abuti est. Præterea angitur debitis multis, cum sit pauper, & inops. Iubeat auctoritas vestra de rebus episcopalibus ea solui. Durum est enim simul, & honore priuari, & onere premi debitorum.

Ad eundem pro Rhemensis Archiepiscopo.
Epistola CCXLVI.

Amantissimo patri, & Domino Eugenio Dei gratia summo Pontifici, Bernardus Claræuallensis Abbas, modicum id quod est. Parcat vobis Deus. Quid fecistis? Faciem hominis verecundissimi confudistis, & cuius laus est in Ecclesia, ipsum in facie Ecclesiæ humiliastis. Lætificastis omnes inimicos eius, sed quantos vos contristasse putatis? Non est modus condolēdi, quia amicorum non est numerus. Dilectus à Deo, & hominibus,

nibus, grandis criminis fuit poenas: nullius conuictus, nullius confessus. Tenemus, Phinees sentimus zelum: Israclites perfoditur, sed non cum Madianitide. Imponitur ei, quod regem coronauit, sed in hoc non existimat excessisse se tenorem priuilegiorum suorum. Obijcitur quod scieter diuina præsumpserit celebrare in Ecclesia interdicta. Negat, suo tempore probabitur illud, purgabitur istud. Esto tamen. Putemus omnia constare quaecumque in absentem aduersarijs eius licuit, aut libuit loqui. Debit ne hoc solo excessu, cuius cetera laudabilia extiterunt: tam dure feriri, tam seuerè animaduerti? Semel excessisse, etiam virtus poterat reputari, si de vestro, non de vultu inimicorum eius iudicium prodijisset. Deinde quid in arcto illo fieri oportebat? Dies celeberris, solemniss curia, iuuenis rex: & quod his maius est, Dei negotium, de Hierosolimitana, scilicet expeditione: propter quod omnes contulerant. Profus hæc omnia missarum & coronæ regis solemniss, debitiq. honoris frustrationem nullatenus admittabant. Sed nec ipsi Bituricensi archiepi scopo omnino expediebat, vt honor regis per eum impediretur. Quæ cum ita se habuerint, æstimamus locum misericordiæ nõ deesse vbi tanta necessitas typum excusat contumaciæ. Numquid potestatem habetis tantum percutere, & nequaquam sanare? Nostis qui dixerit, Percutiam, & ego sanabo. Absit vt cuius tenetis vicem, non vsurpetis & vocem, vocem præcipue pietatis. Ergo sola hac vice redeat sagitta Ionathæ retrorsum, & si necesse fuerit, in me magis mittatur. Tolerabilius, fateor, habuissem interdicti mihi missarum celebrationem, quàm archiepiscopo pallij vsu. Est etiam quod non mediocriter vestro pio rigori obuiat in hac parte: quod filio vestro regi Ludouico possit hinc non parua offensionis, & irritationis occasio dari, cum ipse sibi tota mali huius videatur esse occasio. Quod plane tempore isto non expedit, ne bonum, quod vestro hortatu bono & magno animo cepit, dignum (quod absit) non habeat exitum, si in scandalo, & animi perturbatione hoc egerit. De cetero mandastis, & obediui, & fecundauit obedientiam præcipientis auctoritas. Siquidem annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Vacuantur vrbes & castella: & penam iam non inueniunt, quem apprehendant

septem mulieres virum vnum, ad eo vbi que vidua viuis remaneant viris.

Ad eundem. Epist. CCXLVII.

M.

Non est mihi more multorum promissis vti ad vos ambitu verborum: à re ipsa incipio. Homo fallax venit ad vos, credo vt fallat, sed absit vt vos. Hoc enim non nisi in multorum discrimen, idque maximum, posset accidere. Semper quidem sicut fallere malum: ita falli à malo est plerumque, & malum. Sed interest quis, & in quo fallitur. Quanto vestra potestas, & dignitas maior, tanto ea, quæ vobis forte subreptio sit, non modo periculosior, sed & turpior est, præsertim in ecclesiasticis causis. Si verbi gratia, Sagiensis hæc vulpecula fraudulenta concinans dolos vobis (sicut callide cogitat iludere) poterit ad vineam Domini Sabaoth, quæ breui tempore parte non modica demolita est, vestra auctoritate redire, quanta putatis malignitate de cetero sæuituram? Heu, quod reliquum est deuorabit. Nempè qui venit vulpecula, redibit læna, & in quosque tam cleri, quàm populi non iam iuditate vteretur, sed crudelitate. Vigilandum vti que aduersus astutiam, ne ad tantam sæuitiam de nouo prorumpere possit. Non ergo vos moueat hominis facies miseranda, viliis habitus, vultus supplex, demissa supercilia, verborum humilitas, sed nec ipsæ quidem lacrymular: currentes, vt aiant, ad nutum eius doctæ mentiri. Hæc omnia in facie sunt: & Ioan. 7. scitis qui dixerit: Nolite secundum faciem iudicare. In his atque similibus forma pietatis existit: sed non semper & virtus. Vestimenta ouium sunt hæc, frequenter (sicut designauit Dominus) vsurpata à lupis in stragem maximam ouium: dum non se abscondunt, quoniam illi abscondite veniunt. Inde est quod aliqui etiam ex nostris pro eo scripserunt, talibus circumuenti mendacijs: parum aduertentes quod à sapiente sapienter, ac veraciter dicitur: Est qui se humilitat nequiter, & interiora eius plena sunt dolo. Vos ergo non attendatis ad verba eius, neque ad corporis gestus: opera interrogate. A fructibus eius cognoscetis eum. Multa & Matth. graua dicuntur de eo, dicentur, & in cum, 7. c si est qui querat, & iudicet. Nolo dicere omnia, quæ audiui. Nec enim omnibus credendum est: sed nec omnibus de-
creden-

Deuter.
32. f

Ps. 39. b

A
Ioan. 7. c

Eccl. 19.

Matth.
7. c

ere tendum. Vnam pono breuiter meam coniecturam: ferti ne aliquid habeat, vos iudicabit. Cui datos sibi iudices declinauit. Si personas caufatur, non erant suspensa. Si loci importunitatem, erat hoc in terra sua, & in cognatione sua, vbi & expensis paucis, & itinere nō longo, facile, & absque labore totum negocium poterat explicari. Restat proinde nihil aliud suspicandum, quam fugisse hominem subdolum accusantium multitudinem, qui extra patriam eum minime præinopia sequi possent. Gratias agimus domino Lexouiesi, qui zelo domus domini tactus, nec marsupio pepercit, nec corpori. Bonus frater, cui studium est semen defuncti fratris suscitare. Gratias & vos agite illi: quia vestro quoque nomini hæc eius cura non parum conferre videtur: qua fit vt conuincatur malignus, & sic deiciatur, quæ est gloria vestra.

Ad eundem. Epist. CCXLVIII.

SI rebus raritas precium facit: nil in Ecclesia preciosius, nil optabilius habeo, vniuerso pastore. Nempe rara avis est ista. Proinde sicubi talis interdum reperitur, & occasio datur: confestim iniiciendæ sunt manus, & totis nisibus satagendum, ne qua vi, ne qua arte malitiæ fructuosa promotio valeat præpediri. Audiuius in Ecclesia Valentina pari voto cleri, & populi electum esse priorem Casæ Dei. Mirum si bonus non fuerit ad opus, ad quod adsumitur. Scire vultis vnde id sperem? Boni hoc volunt, nec potest bonus non esse, qui bonus placet. Nec minus validum argumentum mihi videtur, quod bonus sit, si malis è regione displiceat. Decet sanctitatem vestram votis assentiri bonorum, ne si ab isto forte resiliere contingat, quem nolletis, studio & consensu priorum contingat recipere.

*Ad Bernardum priorem Portarum.
Epistola CCXLIX.*

REuerendis. Patribus, & Dominis amatissimis, Bernardo priori Portarum, & sanctis, qui cum eo sunt, Bernardus Claræuallis vocatus Abbas, salutem in Domino. Ex quodam beatitudinis vestræ rescripto competenti, scripsisse me aliquid quod me indicaret

commotum, vosque istud non parum mouere. Verum id frustra. Non est quod à puero vestro timendum sit vobis reuerendis dissimi patres, qui vos in veritate diligo vt amicos, & suspicio vt sanctos. Nisi forte nō me, sed mihi, paterno timuisti affectu, quod motus vobis viderer non ex ratione: aut si ex ratione, forte plus quam oporteret. Motus fateor, fui, sed pro vobis, non contra vos, atque id tenuiter fati. Si & hoc temere, sed non temere confiteor aduersum me iniustitiam meam, & vos remitteatis temeritatem peccati mei. Ignoscite mihi, sic sum, zelus domus vestræ comedit me: Non patior plane, quod in me est, decolorari tantæ specimen sanctitatis: nam corrumpi posse, absit vt verear. Prorsus autem displicet in pulcherrimo corpore, non solum morbus, sed & nauus. Non plane bonus color, si sanctorum quispiam anxie ferre abiectionem suam videatur: de qua etiam & non gaudere, & non gloriari minus est à perfecto. Porro in proposito perfectionis apparere imperfectum, nequus est. Ergo hic color mihi in fratre Natali displicuit. Quid enim & si castum id fuerit coram Deo? Nempe oportet providere bona etiam coram hominibus. Sed dicitis: Non ipse grauius tulit, sed nos. Ad idem reuertitur. Iterum dico, quod sentio. Cur vobis graue fuerit, non video: nisi quia ipsi graue esse sensistis. Vos iudicate an hoc eum decuerit, præsertim in nouitate vitæ. Nam ante hanc (vt salua eius pace dixerim) non caruit hac nota: an vero nec culpa, suæ ipsius conscientia relinquendum est. Et quid si forte hoc cogitauerit dominus Papa: cum, sicut dicitis, electioni eius assentiri renuerit? Veritus quippe, vt æstimo linguas obtrectatorum, vetuit festinatam noui eremita promotionem: ne, vt dixi, lingua magniloqua dicere posset hunc esse, quem semper optauerat eremi fructum.

Verumtamen quidquid Dominus Papa intēderit, siue hoc, siue aliud, me ignorasse sciatis illud eius consiliū, ne quis dicat quod meo instinctu id fecerit. Nam quod ad me pertinet, mihi decretum est, vbi opportune possem, non solum non impedire, sed etiam totis viribus: & ambabus vt dicitur trahere manibus, vbi de gratia, quæ in eo est, Deo fructificare valeret. Quis dabit mihi homines litteratos, & sanctos in Ecclesijs Dei præesse pastores: si non in omnibus, certe

erte in pluribus, certe in aliquibus saltem? Quid enim si iuuenis aliqua olim iuueniliter egisse memoratur? Vetera transferunt: noua facta sunt omnia. Consepultus est iterum Christo per eremi baptismum, ego olim sepulta vitia retractabo? Iam quod Abbas Gaziacensis, siue Trecentis dure dicuntur scripsisse vobis, omnino cum audiui, dure accepi, & cum accipero tempus, non dissimulabo, quantum quidem caritas postulabit, & familiaritas, quæ mihi pro eorum religiositate ad ipsos est. Deo autem gratias qui dedit vobis non vinci à malo, sed vincere in bono malo, quia non respondistis eis malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Porro illas, quas ad me aduersus præfatos Abbates ante scripseratis litteras, nec studio, nec voluntate mea ad ipsorum notitiam peruenisse sciatis. Et de his satis. Tempus est, vt non obliuiscar mei. Clamāz ad vos mea monstruosa vita, mea ærumnosa conscientia. Ego enim quædam chimæra mei sæculi, nec clericum gero, nec laicum. Nam monachi iam dudum exui conuersationem, non habitum. Nolo scribere de me quod vos per alios audisse existimo, quid actitem, quid studeam, per quæ discrimina verfer in mundo, imo per quæ iacter præcipitia. Si quominus audistis precor, vt inquiratis, & secundum quod audieritis, & consilium impendatis, & orationum suffragia.

Ad Dominum Papam Eugenium
Epistola CCL.

Amantissimo Patri, & Domino Eugenio Dei gratia sumo Pontifici, Bernardus Claraualis dictus Abbas, modicum id quod est. Baluenses monachi grauius deliquerunt, sed non impune. Vobis pro hoc ipso laus, & gratiarum actio ab vniuersa debetur Ecclesia, quia non siluistis, non dissimulastis, non quieuitis. Efferbuitis, vt debuitis: percussistis, sed vt sanaretis. Quod si obliuiscatur misereri dominus, & contineat in ira sua misericordias suas, vnde sanitas? Fiducialiter proinde post iudicium misericordiam præstolamur, vt misericordiam, & iudicium cantemus Domino. Scimus, scimus, non deuiabit Vicarius à vestigijs eius, cuius vicarius est, nimirum cum ille dicat: Qui mihi ministrat, me sequatur.

Dicit autem de illo Propheta: Quis scit si 10. 22. d. conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Hanc de vestris quoque posterioribus audacter exigimus. Alioquin non decet, vt perdatis innocentem cum impio. Etenim qui malum fecerunt, facti de medio sunt. Quid restat nisi, vt reliquæ salutæ fiant? Quidni saluentur, qui obediunt vobis, qui obediunt prædecessori vestro? Paulum loquor qui aiebat: Auferte malum ex vobis. Ita que miseremini illis, & non præiudicet iniquitas sceleratorum, iustitiæ innocentium. Hæc dico, quia causa est eis cum Eduensibus in præsentia vestræ maiestatis, & timent ne noceat sibi iniquitas aliorum. Sanè id præcipuè obsecramus, vt concordia, & pacis ipsorum operam detis: vtrisque siquidem bene volumus, atque ita vtrique credimus expedire.

Ad eundem pro Eboracens.
Epist. CCLI.



Sæuit frustra: ambitio: imo desperata turis. Insuper ad laqueum homo perditionis: & debitam iam olim, in sententiam damnationis accelerat. Vel nunc manifesta sunt peccata eius præcedentia ad iudicium. Anticipat manum successoris arbor maledicta, & spinosa, & cunctantem securim in semet prouoocat. Heu, quam iustus illa iam dudum excidisset, quam sancti illi, quos contra ius, & fas male, stando deiecit? Etenim si non staret, stantes minime deiecisset. Et illi quidem in innocentia sua, & pro innocentia corruerunt, multo melius stantes: sed sanguis innoxius de manu illorum proculdubio requiretur, qui vires furtivas tam noxiæ arbori, ne statim corrueret, in iustriauerat. Clamat contra eorum capita sanguis sanctorum de terra: quorum animæ in manu Dei sunt, & iam non tanger eos tormentum malitiæ. Verumtamen viscera mea erant: effusa sunt: non recipio de vobis consolationem. Et si possent esse qualicumque solatio sine remedio, deficiunt tamen præ dolore: morore præcluduntur: interumpuntur singultibus. Vnum tamen, ipsum ne extremum, quod utique magis scribere, quàm proloqui possum, adhuc addite, vel potius legite. Si adhuc steterit: prohi dolor, verendum

Dum ne ipsius fructus sit vester casus: dum
radice erit, utpote mala arbor, quae
quidquid dicit nisi malos fructus facere: non
non potest nisi malos fructus facere: non
illi in, sed vobis merito imputetur.

Ad Abbatem de Premonstrato.

Epist. CCLII.

Audiui auditionem vestram, & timui. Scribitis enim contra me amaritudines: absit autem ut rationabiliter quam terribiliter. Quid peccauit an quod vestram personam semper amari, vestrum ordinem foui, & promoueri semper quod in me fuit? Fidem, si verbis non habetur, opera facient. Ut quidem mea mihi conscientia responderet: ego à vobis debui commendari. Sed quia contraria potius loqui, & scribere libet: dabo ego voci meae vocem virtutis ex sanctorum testimonio. Id quidem graue. Videar improbare beneficia quod utique non decuerat. Ut minus sapiens faciam: vos me cogitis. Cui vquam vestrum siue vestrorum nostra opera opus fuit, & defuit? Primo quidem locus in Premonstrato in quo degitis, non erit, & nostro munere habuistis. Nam nobis frater Vuido (hoc nomen primi incolae loci) per manum episcopi ante donauerat. Deinde quod hi de Belloloco vobis se associauerunt, nostri potissimum studij fuit. Apud Hierosolimam rex Balduinus dum adhuc viueret, locum sancti Samuelis donauit nobis, & mille aureos simul de quibus aedificaretur: vos dono nostro, & locum habetis, & aureos habuistis.

Apud Viridunum pro ecclesia beati Pauli ut eam vos haberetis quantum laborauerim, multi norunt: quantum profecerim, ipsi sentitis. Si quo minus recognoscitis vos: extant epistolae ad beatam memoriam Papam Innocentium huius rei veri indices & quasi viuestes. Illis de Septem fontibus locum quem primum inhabitauerunt. Fracualdis nomen ei nos contulimus. Propter quod horum vultis recedere ab amicis? Nūquid redditur pro bono malum: quia minamini violare pactum, valedicere paci, societatem deserere, scindere unitatem? Sed esto de bono opere non me lapidatis, sed de iniuria: quod fratrem Robertum cum esset de vestra professione, susceperim, habitum ei monachicum tradens. Non inficior: apud nos est. Putaueram autem

me super hoc satisfecisse vobis cum susceptionis illius rationem, ordinem, necessitatem, viua & veridica voce exposui, idque non semel. Quia vero necdum quiescitis, non erit mihi pigrum rescribere quod responderam: quando vobis durum non est repetere quod excusaueram.

Minime ego praedictum fratrem Robertum aliquando ut à vobis exiret sollicitauit: magis autem à multis annis id cupientem, non semel, sed saepe compressi. Quoniam denique modo suspectus haberi possum, quod fratrem Robertum subdixerim vobis, cuius consilio, & hortatu magistrum Othonem habetis? Si nescitis, ipsum interrogate. Si bene noui hominem: non negabit. Possem & alios forsitan non paucos nominare, siue conuersos ad vos, siue reuersos: quos hodie haberetis, nisi à nobis sua si fuissent, vel coacti. Parco autem non in ops materiae, sed verecundiae satisfaciens diues. Inueni ego in claustris vestris qui ad verbum praedicationis nostrae compuncti & conuersi ad nos venire disposuerant: cum ecce sollicitantibus vestris retrahentes pedem recepti, & retenti sunt in ordine, & habitu vestro. Postmodum vero remordente eos conscientia exire voluerunt: & ni fallor, exiissent, nisi nostro firmarentur non assensu tantum, sed & hortatu. Sed iam audite (quia iterum vultis audire) quomodo tandem, fratrem Robertum receperim. Dominus Papa precepit: nampe rogatus ab illo, & eius amicis. Dicebat vestrum sese, & abbatis eius assensum prece sua obtinuisse: ne quis dicat quod precepto extorsit. Negatis: quid ad nos? ipse viderit. Si vobis summum & sanctum Pontificem falsitatis arguere libet, ignoscite nobis, quia nos tantae sanctitati non credere, & tantae maiestati non obedire, nefas ducimus. Quamquam & venerabilis Abbas Godescalcus, quod de vestris est, (nam is à domino Papa ad vos huius rei gratia fuerat destinatus) non plane negauerat reportasse se à vobis, & liberam fratris emancipationem, & vestram ipsius spontaneam confessionem. Iam de fratre Fro mundo non est quod nos laescatis, cum nequaquam eum sine voluntaria Abbatis sui concessione receperim. Quod quidem nec vos latuisse, amara illa epistola demonstrat, in qua nobis de sola capituli non expectata conniuentia calumniam struitis. Quasi vero vel in mutua nostra conventionem id prohiberetur, vel emancipatio filij ad capitulum

tulum, & non potius ad solum spectet Abbatem. A dicitis, & de domo quadam fratrum vestrorum de Bassofonte, quod eam nos de medio tulimus, licet extra statutos terminos constitutam. Atque utinam prius quam nos argueretis, eosdem in terrogassetis fratres: nō solum quis eam de medio tulerit, sed etiam qua causa. Neque enim cessasset vobis (vt confidimus) huius rei veritatem, Ceterum audite eam nunc, vel à nobis, ac deinde si ita placet, eos interrogate. Cœperant ædificare locum, vbi aliquas è sororibus suis constituerent, longe quidem ab abbacia sua, in confinio autem duarum grangiarū domus nostræ, & prope pascua ouium nostrarū. Rogauimus eos tamquam amicos, & quibus forte non inutiles fuisset, ne seminarium scādali, & dissensionum fomitem suis pariter, & nostris parerent, posteris relinquendum. At illi nihilominus ædificabant. Hæc fuit tota violentia nostra, sic nos de medio tulimus domum illam. Inexcusabiles sumus, si rogare, vim irrogare est. Reuera episcopus (quod negandum non est) indignatus non modo quod oratorium in suo episcopatu, sed & quod domum in fundo Ecclesiæ, & terra feudi sui ædificare se inconsulto præsumpserent, cœpto interuenit operi, quamuis frustra. Nam nec vetiti ab eo destiterunt. Exinde transeunti mihi per terram illam, is, qui tunc erat Abbas Bassifontis occurrens, indicauit, quod ab ædificatione cessasset. Verumtamen non tam propter nos, sicut ex eius relatione cognoui, quam propter militem illum, qui terram eis visus dedisse grauabat eos in multis, ita vt de eo plurimū quærerentur. Quamquā esset pro sola caritate nostra id voluntarie dimississent, nec religionem eorum dedecisset, nec immeritis præstitisse beneficium viderentur. Miror sane vnde hæc tadem querela merferit, cum & Abbas in bona (nisi fallor) & deuota erga nos voluntate præsentem finierit vitam: & qui substitutus est ei frequenter, & familiariter conueniens nos in necessitatibus suis, nullam nobis quarimoniam huius aliquando fecerit mentionem: denique, & postea in eadem domo humanissime susceptus hospitio, nihil hinc, vel ab ipso Abbate, vel alio quouam audiui. Sed & vobiscum in Claraualle postmodum præsentis fuit Abbas, & nuperrime Barriam instante capitulo vestro,

vnde litteræ illæ querulæ, nō dicam calumniosæ, venerūt: & nec hic nec ibi ^{est} hoc, siue ab eo, siue à vobis, vel tenuerit quidem memini me fuisse conuentū. Præterea famini quod domunculam fratrum vestrorum de Breua, conuersus Igniacensis combussit. O domunculam. Nempe vnde ^{est} cum quoddam ramorum erat, vbi sederet frater, qui stantes adhuc in agro fegetes custodiret. Neque hoc combustum malitia: sicut fideli relatione cognouimus, sed quod positū in agro quodam fratru Igniacensium terrā occuparet, quā excoli oportebat. Denique vix vno taxata est nummulo domuncula hæc, & abbati de Breua, ita iam nisi fallimus, super hoc satisfactum, vt omnino nec quærat, nec habeat vnde quærat. Si quominus, vbi id nos rescire feceritis, parati sumus ad omnem satisfactionem, Sic & de Abbate Lōgipōtis, vbi primo querelam vestram accepimus, quod inter terminos vestros domū vellet ædificare, prohibuimus eum: & iam credimus destitisse. Sin autem, & id fiet, vbi factum nō esse noverimus. Super omnia plangitis quod Ecclesiam sancti Foillani, in ordine vestro est Abbas noster de Villari fecerit inbanniri. At fortè iustius vobis fratris, & coabbatis vestri de prædicta domo sancti Foillani incredibilis obstinatio, quam summi Pontificis reprehensibilis animaduersio displiceret. Noui siquidem quod multis vestrorum ipsius Abbatis animositas displiceret grauitur: mirum valde si non etiam vobis. Ita ergo dico vobis huic indignamini. Siquidem ipse est, cuius aut cupiditas, aut contumacia fratribus vestris diuina fecerit officia interdicti. Et quidem prolixum est hoc negotium: & difficile esset vniuersa eius subterfugia epistolari breuitate cōcludi. Causam tamen interdicti, quam breuiter intinabō. Post duas, aut plures conuentiones pacis, post definitiuam sententiam iudicij, iuxta mandatum capituli vestri per vestros, & nostros Abbates promulgatā; ac citus demum episcopus Cameracensis (ad cuius parochiam locus sancti Foillani pertinere cognoscitur) cum videret Abbatem obstinato animo omnia violare: etiam sententia cum ecclesiastica cogere voluit, vt dicebat. Ille vero, vt redimeret tempus, summi Pontificis audientiam appellauit. Ventum est ante eum. Qui postquam testimonio tam vestrorum Abbatum, quam

ni domicilij ruinas, qui fabricam spiritua-
lem videt in dies in sublimem confurgere,
2. Cor. 5. proficere in æternitatem? Certus namque
est, si terrestris domus dissoluitur, quod
ædificationem habet ex Deo, domum non
manufactam æternam in cælis. Sed dicit
aliquis: Quid si morte præuentus fuerit
homo, necdum videlicet spirituali ædificio
consummato? Perfectus quippe, non ha-
bet quo proficiat. Et qui proficit, coipso
quo proficit perfectus non esse conuincitur.
Est quod securi de illo plena fide re-
spondeamus. Dicemus nempe. Consum-
matus in breui expleuit tempora multa.
Bene multa, quia & vniuersa complecti-
tur. Quomodo enim non expleuit omnia
tempora, qui transiuit ad æternitatem? Quã-
ta sane tempora non longæuitate, sed lon-
ganimitate, hoc est non annorum serie, vel
dierum numero, sed mentis deuotione, &
inextinguibili semper proficiendi desiderio
percurrere potuit, tanta sibi in meritis non
immerito vindicauit. Retinet quippe vir-
tute, quod amisit in tempore. Porro vera
virtus finem nescit, tempore non clauditur.
1. Cor. Vnde est illud: Caritas numquam
13. b excidit. Et item: Patientia pauperum
Psal. 9. d non peribit in finem. Et, Timor Domini
Ps. 118. c sanctus permanet in sæculum sæculi. Num-
Phil. 3. c quam iustus arbitratur se comprehendisse
nūquam dicit, satis est, sed semper esurit, si-
titque iustitiam, ita vt si semper viueret,
semper quantum in se est, iustior esse con-
tenderet, semper de bono in melius profici-
cere totis viribus conaretur. Non enim ad
annum, vel ad tempus instat mercenarius, sed
in æternum diuino se mancipat famulatu.
Ps. 118. Audi denique vocem iusti. In æternum
Ibid. b non obliuiscar iustificationes tuas, quia in
ipsis iustificasti me. Et rursus: Inclinaui
Ps. 111. cor meum ad faciendas iustificationes tuas
in æternum. Non igitur ad tempus. Proinde
iustitia eius manet non aliquanto tem-
pore, sed in sæculum sæculi. Sempiterna itaque
iusti esuries, sempiternam meretur re-
fectionem. Et licet in breui consummetur
pro tempore; iudicatur tamen explexisse tem-
pora multa pro virtutis perpetuitate. Quo
denique pacto temporis breuitas bonorum
præiudicat perpetuæ deuotioni, quæ perti-
nacem reproborum malitiæ excusare non
sufficit? Ob hoc enim proculdubio inflexi-
bilis, & obstinatæ mentis punitur æterna-
liter malum, licet temporaliter perpetra-

tum, quia quod breue fuit tempus, vel ope-
re longum esse constat in perpetuum salutari-
tate: ita si numquam moreretur, vel
peccare desineret, imò semper
let, vt sepe peccare posset. Pr
& de isto per contrarium in idem di
summatum in breui, expleuit tempora multa,
quod merito multorum, imò omnium
temporum receperit vicem, qui nullo tem-
pore voluerit mutare intentionem. Itaque
indefessum proficiendi studium, & iugis co-
natus ad perfectionem, perfectio reputatur.
Quod si studere perfectioni esse perfectum
est, profecto nolle proficere, deficere est. V-
bi ergo sunt, qui dicere solent, sufficit nobis,
nolumus esse meliores, quàm patres nos-
tri? O monache, non vis proficere? Non
vis ergo deficere? Nequaquam. Quid
ergo? Sic mihi inquis, viuere volo, & manere
in quo perueni, nec peior fieri patior,
nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod esse
non potest. Quid enim stat in hoc sæculo?
Et certe de homine specialiter dictum est: Fu-
git velut umbra, & numquam in eodem sta-
tu permanet. Ipse denique hominis, sæculi-
que auctor quamdiu in terris
106. 14. a
est, & cum hominibus conuersatus est, numquid
stetit? Et quid est teste scriptura, pertra-
107. f
sit benefaciendo, & sanando omnes? Per-
transijt ergo sicut non infructuose, ita non
remisse, non pigre, nõ lento gressu, sed quæ-
admodum item de eo scriptum est: Exul-
118. a
tauit, vt gigas ad currendam viam. Porro
currentem non apprehendit qui & ipse pa-
riter non currit. Et quid prodest Chri-
stum sequi: si non contingat consequi?
1. Cor. 9. d
Ideo Paulus aiebat: Sic currite, vt com-
prehendatis. Ibi tu Christiane fige tui cur-
sus, profectusque metam, vbi Christus po-
suit suam. Factus est inquit, obediens
Phil. 2. vltque ad mortem. Quantumlibet ergo
b
cucurreris: si vsque ad mortem non perue-
neris, brauium non apprehendis. Brauium
Christus est. Quod si illo currente tu
gradum sistis: non Christo appropias, sed
te magis longas: timendumque tibi est,
quod ait David: Ecco qui elongant se à te
Ps. 72. d
Domine, peribunt. Itaque si proficere cur-
rere est: vbi proficere, ibi, & currere desi-
nis: Vbi vero non currere, ibi & deficere
incipis. Hunc plane colligitur; quia nolle
proficere, non nisi deficere est. Vidit scalam
Iacob, & in scala Angelos, vbi nullus resideret
G2. 98. e
nullus subsistens apparuit, sed vel ascendere,
vel

videntur vniuersi, quatenus
 reur intelligi, inter profectū
 hoc ita mortalis vite nihil
 nisi sed quo modo ipsum cor
 continet, aut exercere cōstat,
 erescit necesse sit & spiritum, aut

proferre semper, aut deficere. Interest ta-
 men quod nequaquam iuxta ordinem cor-
 poralium vicissitudinum etiam spiritus, sua,
 vel incrementa capit, vel patitur detrimen-
 ta. Nam semper in robusto, & vegeto cor-
 pore animus mollior atque tepidior iacet,
 & rursus in corpore debili, & infirmo for-
 tior viget, promptiorque spiritus. Quod se-
 vtique in se expertum contestans Aposto-
 lus: Quando infirmior, inquit tunc fortior
 sum. Sed & libenter gloriatur in infirmita-
 tibus suis. Vt inhabitet in me, ait virtus

1. Cor. 4.

I
 Christi. Quod quidem sic astruimus exem-
 plis, vt probemus, & oculis: dum in te pater
 manifestum sic nobis quod dicitur: Cuius
 quippe est homo exterior corrumpitur: sed
 interior renouatur de die in diem. Vnde
 enim tantus ardor innouandi ordinis, nisi
 ex renouatione mentis? Sic bonus homo
 sic arbor bona fructus bonos facit. Primi
 & purissimi fructus tui. Sed quoniam arbor
 hos protulit, nisi puritas cordis?

Matth.
12. c.

Alioquin quando impurus animus tan-
 studio, regulæ inquiret, eligeretq. purita-
 tem? Nec de turbido fonte lymphidus eman-
 at riuus, nec de sordida mente manda cog-
 itatio. Intus est, pculdubio, intus est, quod
 delectat: & ex illa plenitudine intus seca
 erumpit totum, quod foris exuberat, atque
 in mente fulget quod sic placet opere. Se-
 quimini filij, patrem: imitatores eius estote
 sicut & ipse Christi. Dicite: In odore va-
 guentorum tuorum curremus. Siquidem
 bonus odor Christi est in omni loco. Nam

Cāt. 1. a

3. Cor.

2. d.

ut dicitur de vobis qui præsentis cominus
 percipitis fragrantiam, tanta ad nos vsque
 qui longe absumus ex studijs eius bonis per-
 uenit huius suauissimæ respersionis vber-
 tas, vt nobis certissime fiat odor vite ad vi-
 tam. Puto quod in celestibus id iam persen-
 ferint in odorem suauitatis, & quadam so-
 lito festiuorum exultatione decarent. Quæ

Cāt. 3. c

K

Ibid. 4. d

est ista, quæ ascendit per descensum sicut vir-
 gula fami ex aromatibus myrrhæ & thu-
 ris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Et il-
 lud. Emissiones tuæ paradisi malorum pu-
 micorum cum pomorum succibus. Qui-

cumque inter vos hunc in cælis iubilum nō
 audit, inuidet. Quisquis hunc non sentit
 odorem, vt omnium pace dixerim, putem.

Ad Ludouicum regem Francorum.

Epistola CCLV.

Ludouico Dei gratia excellentissi-
 mo regi Francorum, Bernardus
 Claraualis vocatus Abbas fidelis
 suus, salutem à rege regum, & Do-
 mino dominantium, ipsi & dilectæ eius, &
 filijs eius. Regna terræ, & iura regnorum
 tunc sana suis Dominis, atque illata persi-
 stunt, si diuinis ordinationibus, ac dispo-
 sitionibus non resistunt. Cur Domine ira-
 scitur furor tuus contra Dei electum, quem
 tua quoque sublimitas suscepit, & præele-
 git, tibi quidem in patrem, filio autem tuo
 in Samuelem? Armatus regis indignatio
 non plane in extraneos, sed in semetipsam,
 & suos. Non mirum si (iuxta scripturam) *1. Cor. 1. c.*
 ira viri iustitiam Dei non operatur, quæ
 propriæ quoque utilitatis, sed indignitatis,
 sed salutis facit sape, vt nec manifestum
 omnibus aduersas periculum, sentias dam-
 num. Colligitur concilium. Quid in hoc
 detrahitur regis gloriæ, regni utilitatibus?
 Ibi vniuersæ Ecclesiæ commendabitur, ac
 rememorabitur excellentiæ vestræ prom-
 pta, & specialis deuotio: quod regnum pri-
 mus, aut certe inter primos rabiei perse-
 quentium, eandem matrem vestram stre-
 nuissime, & Christianissime defendendo
 obuiaſtis. Ibi gloriose ab ingenti illa multi-
 tudine debitæ gratiæ referentur vobis ibi à
 millibus sanctorum orabitur pro vobis, &
 vestris. Alias autem quàm sit hoc tempore
 necessarius conuentus episcoporum, nullus
 ignorat, nisi qui durus corde matris Eccle-
 siæ angustias non attendit. At calor, in-
 quiunt, nimius est: quasi nos glacialia cor-
 pora habeamus.

An corda nobis magis congelata sunt, &
 nemo est qui (iuxta Prophetam) compatiat-
 ur super contritione Ioseph? Sed hæc aliàs, *Amos 6.*
 Nunc autem ego minimus in regno vestro, *b*
 sed dignitate, non fidelitate, dico vobis non
 expedit velle impedire tantum, & tam ne-
 cessarium bonum. Nec desunt euidentes
 causæ, quibus id manifestum facere possent,
 quas & nunc proferre in medium ad ma-
 num mihi est, nisi quod sat arbitror dictum

M sapienti. Tamen si quid ex apostolica auctoritatis rigore processit, unde se merito esse turbatam celsitudinis vestrae serenitas arbitrat, qualiter hoc ipsum reuocetur, aut temperetur prout oportet ad honorem vestrum, fideles vestri qui adherent, totis viribus enitentur. Interim nos quoque si quid possumus, non dissimulabimus.

Ad Dominum Papam Eugenium.

Epistola CCLVI.

Non est leue verbum quod sonuit: triste satis & graue est. Et cui triste? Imò cui non triste? Soli filij irae iram non sentiunt, nec tristantur tristibus, sed trantur, & exultant in rebus pessimis. De cetero communis tristitia est, quia communis est causa. Bene fecistis iustissimum zelum nostrae Gallicanae Ecclesiae collaudando, & corroborando auctoritate litterarum vestrarum.

Protr. 2. c.

Non est (dico vobis) in causa tam generali, & tam graui tepidè agendum, sed ne timide quidem. Legi apud quemdam sapientem: Non est vir fortis, cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Ego autem dico, fidei homini magis & inter flagella fidendum. Intrauerunt aquae vsque ad animam Christi, tacta est pupilla oculi eius. Exerendus est nunc vterque gladius in passione Domini, Christo denuo pariter, vbi & altera vice passus est. Per quem autem nisi per vos? Petri vterque est: alter suo nutu, alter sua manu quoties necesse est euaginandus. Et quidem de quo minus videbatur, de ipso ad

107. 18. b

Petrum dictum est: Conuerte gladium tuum in vaginam. Ergo suus erat, & ille, sed non suus manu vtrique elucendus. Tempus, & opus esse ex animo ambos educi in defensione Orientalis Ecclesiae. Cuius locum tenetis, zelum negligere non debetis. Quale est hoc, principatum tenere, & ministerium declinare? Vox clamantis: Venio Hierosolymam iterum crucifigi. Ad quam vocem, est alij tepidi, alij surdi sunt, successori Petri dissimulare non licet. Loquetur, & ipse: Erit omnes scandalizati fuerint, sed non ego. Nec perirebitur damnis prioris exercitus, quibus magis refarciendis operam dabit. Numquid ideo non debet facere homo quod debet, quia Deus facit quod vult? Ego vero pro tantis malis, tanquam Chri-

Matth. 36. c.

stianus, & fidelis meliora gaudium aestimabo, quod tentationes incidimus. Reuera coloris comedimus, & potati sumus, & punctiois. Quid diffidit si: quasi non more suo vinum bonum quaerit vsque adhuc, benignus, & sapiens sponsus? Quis scit si conuertatur, & ignoscit Deus, & relinquit post se benedictionem? Et certe sic operari, sic iudicare superna diuinitas solet: scienti loquor. Quando autem magna bona mortalibus prouenerunt: quae non magna prouenerint mala? Nam, vt cetera taceam, nonne illud vnicuique, & singulare beneficium nostrae salutis praecessit mors saluatoris? Tu ergo amice sponsi, amicum te in necessitate praebeto. Si triplici illo amore, de quo tuus interrogatus est praedecessor tu quoque toto corde, tota anima, tota virtute Christum diligis vt oportet, nihil reseruabis, nihil dissimulabis in tanto periculo sponsae eius: sed quidquid habes virtutum, quidquid zeli, quidquid sollicitudinis, quidquid auctoritatis, quidquid potestatis, impende in singulare periculum, singularem exigit operam. Eius mentum conuertitur & tanquam imminenti ruinae, totis est nixibus occurrendum. Vt haec propter vos, fidenter quidem, sed fideliter dicta. De cetero verbum illud, quod iam ni fallor, audistis, quomodo videlicet in Carnotensico iuuentu (quoniam iudicio factis miror) me quasi in duces, & principes militiae elegerunt, certum sit vobis nec consilij mei, nec voluntatis meae fuisse vel esse, sed nec possibilitatis meae (quantum maior vires meas) prouenire vsque illuc. Quis sum ego vt disponam castrorum acies, vt egrediar ante facies armatorum? aut quid tantum meum a professione mea, etiam si vires suppetere, etiam si peritia non deesset? Sed neque hoc meum est vestram docere sapientiam, vobis haec omnia. Tantum obsecro per illam caritatem, qua mihi specialiter debitor estis, me humanis voluntatibus exponam, sed sicut singulariter vobis incumbit diuinum consilium perquiratis, & operam detis, vt sicut fuerit voluntas in caelo, sic fiat.

& omne lat. 1. c.

Joel 2. c.

107. 21. c.

Ad

Ad eundem pro fratre Philippo.

Epistola CCLVII.

Est negocium, quod ceteris non miscemus, quoniam ceteris amplius tangit, & angit nos, & eget singulari propriae precis instantia. Philippus noster cum se exaltauit, humiliatus est, sed cum se humiliauit, non est exaltatus quasi utrumque pariter dominus non dixisset: Rigor est, sed sine dispensatione. Iudicium, sed sine misericordia. Multi (quod negandum non est) sic mensurauerunt, sed nullus ita sibi voluit mensurari. Si autem in qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis: erit profecto iudicium sine misericordia ei, qui non fecerat misericordiam. Capax est vester apostolatus rei vtriusque, & zeli, scilicet, & misericordis. Et honor quidem maiestatis iudicium diligit, sed absit ut ad praedictum mansuetudinis. Quamquam dispensator ille, cuius laus est in euangelio, elegit potius fraudem facere suo domino, quam proximo non misereri. Denique pro centum nunc quidem decem, nunc vero quinquaginta reddidit: tunc aduatus est, qui domino suo rerum maluit, quam personarum iacturam facere. Et quia dignus est, qui sic operatur, mercede sua, vno tali opere quos ille retinuit seruos, iste sibi fecit amicos. Quid facimus? Videmur intrasse causam, non porrigere precem: Non expedit ita. Si pergamus ista dicere, iudicium prouocamus, non misericordiam. Nulla mihi fiducia in argumentationibus istis, non plus quam in telis arnearum. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Noui quam validiora valeant mihi responderi, praesertim a tali ingenio. Quamobrem arma mea preces pauperum sunt, & abundamus in genere isto. His cedat necesse est machinis turris fortitudinis, etsi alias inexpugnabilis. Non repellat pauperum preces: pauperum pater, paupertatis amator. Quinam isti? Non sum solus, & si solus, fortasse praesumere possem. Omnes filij vestri, qui mecum sunt, & qui mecum non sunt, mecum tamen sumus in hac supplicatione. Quis numeret eos? Solus sane frater Philippus excipitur, qui nec postulat, nec petit postulari, & an velit, ignoro: magis quod in se est elegit abiectus esse in domo Dei sui. Sed nec nos quidem pro homine, sed pro ordine postulamus, cui dispensatione in eo factam non parum profutura confidimus.

Op. D. Bern. Tom. 1. l.

Ad eundem, pro fratre Rualeno.

Epistola CCLVIII.

In veritate comperimus Rualenum nostrum nedum requiescere in quo positus est, sed nec aliquando inquieturum confidimus. Quamobrem opus est maturato remedio, non solum illi, sed & mihi. Vror, dico vobis, quam diu ille in scandalo est. Nolite mirari hoc, vna anima sumus, nisi quod ego mater, ille filius: nam patris in eo cessi vobis, & nomen, & auctoritatem. Solus qui transfundi non potuit, mihi remansit affectus, qui me excruciat. Mater autem non potest obliuisci filij vteri sui. Id me fuisse quis dixerit, ego adhuc esse sentio. Clamat matrem pectus triste, & continuus dolor cordis mei pro eo. Quæritis de quo quærat? De me. De vobis mihi quæior, sed vobis. Ego ego flexa, & pia mater proprijs visceribus non peperci, ut castificarem cor meum in obedientia caritatis. Immolauit de sinu meo chari pignoris hostiam, & non in angaria, fateor, sed in voluntate mea parui voluntati, quæ quos vult angariat. At ille non ita. Retinebatur quamuis frustra plane angariatus tam à me, quam à vobis. Numquid ego timere potui tanta oblatione semper renixurum? Pij cordis est cedere importunitati, quæ ad id quod oportet, adduci non patitur. Alioquin inuitum tenere ad quod inuitus tractus est, durum pro illo, fructuosum nemini est. Porro occupare locum, & non facere fructum, nec loco expedit, nec vos decet, nec nos. Nemo (vt ait beatus Ambrosius) inuitus benefacit, etiam si bonum est, quod facit, quia nihil prodest spiritus timoris, ubi non est spiritus caritatis. Obsecramus vbi; per viscera misericordiae Dei nostri, exhibere viscera patris, & infantum, dum adhuc viuit, remittere ad vbera matris, cuius fortassis hic totus languor est, quod sit preproperè ablaetatus. Melius enim viuere iunior, quam diuiditur. Quæ utilitas in sanguine eius? Vnum scio, non patris, non matris, la vox erit. Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur. 3 Reg. 3

Hoc vos forte non timetis, quia non creditis prouenturi. Sed scripturae, & amissiones frequentissime venientes in manus nostras, plenæ sunt timore isto, minantes hominis fugam, & diuisionem, vel potius disruptionem non modo à vobis, sed à nobis.

O 3 Ad

D. Bernardi Epistole

*Ad eundem, pro eodem.
Epist. CCLIX.*

F **E**T si quid aliquando volui quod vel-
le me noluitis mansuetudinis ve-
stræ dignatio eo me prouocat, vt
quod vultis, non modo velim, sed
& aude velim. Placet vobis vt frater Ru-
alenus Abbas sit apud sanctum Anastasium,
& mihi. Placuerat & ante, sed quia nimis
ille nolebat, placitum in non placitum ve-
nit. Porro vestro beneplacito non conue-
niente, rursus vt iustum est, non placi-
tum redit. Experiri licet. Factum est quod
præcepistis, non quia præcepistis, sed quia
voluistis. Ex voluntate ergo, & non quasi
ex tristitia, vel ex necessitate executio ma-
turata mandati obedientiam probat, de
voluntate interrogetur. Si contentus non
forem mandatum facere, nonne, iuxta
verbum domini, seruus inutilis essem, solu-
uens debitum? Nunc autem quia adieci
velle, iam non seruus, sed filius.

Luc. 17. c.

Ad abbatem Rualenum. Epist. CCLX.

S **A**tis superque afflixit nos absentia
tua Rualene charissime, sed longe
magis comperta tua tristitia turba-
ti sumus. Etenim iustum te quam
nostram de te desolationem seu destitutio-
nem plangere nobis videtur, & desolatio
quidem non parum damnosa, & non pa-
rum molesta, nempe tam dulci filio, tam
vtili fratre, tam necessario adiutore. Ve-
rum quo verius ista de tua amabilitate me-
moramus, eo affectuosius compatimur me-
rori tuo, plures multo habentes tuum incō-
modum & longe ægrius ferentes, quam no-
strum dānum. Deniq; non dissimulauimus,
non quod eumms, non siluimus, tentantes su-
per hoc Deum pene vsq; ad irritandū sum-
mum & sanctum Pōtificem: vt quocumque
vel cum nostro periculo te reuocaremus.
Sed quia adhuc frustrati sumus in cunctis
molitionibus & conatibus nostris, supernis
tandem iudicijs vel fatigati cedētes, & dan-
tes potentie manus, quoniā quod volumus
nō valemus, id velle cogimur q̄ possumus.
Tu igitur frater charissime, & desideratissi-
me, cōfortare in domino, & noli iam cōtra
stimulū calcitrare, ne dum pungeris tu, plu-
rimi qui te in dño plurimum amant, pari-
ter compungantur. Parce tibi, & nobis, qui

tuo amore nec ipsi nobis plerumque. Ma-
gis autē induere fortitudinem, cōfidentem &
sciens, quia gaudium domini fortitudo est.
Induere lætitia saluari, vt de nos de tua iu-
cunditate lætantes, hilarem de latorem dilige-
ti Deo, tū pro tua pace, tum pro nostra con-
solatione laudes, & gratias referamus.

*Ad dominum Papam Eugenium, pro
quodam paupere Abbate.
Epist. CCLXI.*

V **N**us de militibus templi voluit
monachari in ordine nostro,
nec defuerūt de nostris, qui ei
in tali voluntate assentirēt. Sed
cum non auderent cum in suis claustris re-
cipere, quoniam non licebat, occulto eum
duxerunt ad quamdam abbatiam quæ dicitur
Vallis, mandantes & suggerētes, Abbati,
vt nigrum habitū de alio ordine monachorū
faceret ei tradi, & sic eum reciperēt, no-
strumque illi darent. Et factum est ita. Res
nobis innotuit, & per nos delata ad capitulū
est, capituli de creto frater ille toras mis-
sus est. At fratres de templo minime hoc
cōtenti, litteras nihilominus à vestra maie-
state episcopo Cathalaunensi attulerūt, qui-
bus Abbatem sancti Vrbanī (nā is est, qui
militi habitū tradiderat) ab introitu ecclesie
suspenderet, donec se vestro conspectui presē-
taret. Inde est quod Abbas de Vallibus, quo
rogante ille hoc fecit, nil mali suspicatus,
cōpulsus est in magna anxietate animi fra-
trem latorem præsentium mittere ad pedes
misericordie vestre, vt qui per eū intricatus
est, per eum expediatur si tamen hoc tam
ipse, quam etiam nos alij filij vestri, à vestra
sancta paternitate potuerimus promereri.

*Ad eundem pro monachis Masomensibus.
Epistola CCLXII.*

N **O**n possum deesse de uo domino
Rhemenſi in petitione sua, pre-
sertim cū digna sit exauditu. Ro-
gamus proinde, & omni instātia
supplicamus pro pauperib; monachis Maso-
mensibus, vt ab oppressionē, q̄ sustinet, sicut
per latore presentium nosse poteritis, citius
liberentur, & ab eis iniuriæ, siue calumnie
malignatiū in manu vestra valida propulsen-
tur. Hoc. n. est pro quo pauperes de lōge mi-
serunt

serunt clamantes ad vos iam quale respon-
sum à vobis oportet reportari, doceat vos
amantium iam iustitia quam paupertas, &
præfati viri, qui pro eis interuenit, & vos
non parum diligit reuerentia.

*Ad eundem, pro Abbate Caziacensi.
Epistola CCLXIII.*

Porro exeram preces, cum possem
forte iubere, & me putaueram
exaudiri. Sed quia comperi
nō ita esse, mihi video non iam
simpliciter fore, communiterque petendū,
sed clamandum in vociferatione. Neque
enim tenuiter, seu equanimiter fero repul-
sam, quam hactenus expertus nō sum. Fa-
cite itaque, quod debetis: facite quod sole-
tis, nam consuetudo debitorem vos fecit: fa-
cite, inquam, etsi non quia rogamini, certe
quia iubemini. Itaque reuertimini ad iudi-
cium, nec enim iustitia videtur esse, vt vir
religiosus amicus noster, & filius vester Ab-
bas Caziacensis, quod iuris est monasterij
sui perdat, propter verbū incaute à se, in
consulteque prolixo absq; Ecclesie sue
assensu. Quamquam etsi illi verbo omnino
pertinaciter adereat aduersarius, vt pote
iustitia non confidens iusto, vt putamus,
iudicio prædicto Abbati non debet obse-
re: cum viri illi, in quorum conuientia res
posita est, concordasse, sed potius dissen-
sisse sciatur. Ex hoc credimus, quia non
contristabitis nos, neque conturbabitis. Sic
Deus satisficit animam vestram sic vos ab
omni perturbatione conseruet, pater amā-
de & honorande, si omnibus serui Christi,
sed nobis specialiter.

*Petrus Cluniacensis Abbas ad Bernardum
Abbatem Clarauallensem.
Epistola CCLXIII.*

Forti, ac splendide monastici ordi-
nis, imò totius ecclesie Dei colum-
næ, domino Bernardo Clarauallis
Abbati. Petrus humilis Cluniacen-
sis Abbas, salutem, quam promissit Deus
diligentibus se. Si liceret, si Dei dispositio
non obstaret, si in hominis potestate esset
via eius, maluissem charissimæ beatitudini
tuæ nexu indissolubili adherere, quam vt
Rex principari inter mortales alicubi, & re-
gnare. Quid enim? Nonne regnis omnibus

terrenis præferri à me deberet grata nō so-
lum hominibus, sed & angelis ipsis cohabi-
tatio tua? Conciuem te illorum si dixerō,
licet nondum spes in rem transierit per mi-
sericordiæ Dei gratiam mendax nō ero. Si
plane mihi datum fuisset vsque ad ultimū
spiritum tecum hic esse, daretur fortassis
post hac, & vbi esses etiam perpetuo esse.
Quo enim currerē nisi post te, tractus odo-
re vnguentorū tuorum à te? Quod quia se-
per non datur, vtinam sæpe daretur. Et quia
nec illud est, vtinam saltem frequenter vi-
deā missos à te. Et hoc quoque quia raro cō-
tingit volo vt vel in proximo sanctitas tua
amantem se per suum nunciū vsq; ad octa-
uas domini mecum mansurum visitet, in
quo tuus, mihi v̄ ex parte, & meus ex to-
to spiritus requiescit. Videbo te sancte fra-
ter in illo, audiam te p̄r illum, & quadam
q̄ secreto nota fieri volo sapientiæ tuæ, mā-
dabo per ipsum. Sanctæ aīe tuæ, sanctique
sub regimine tuo omnipotenti dño seruiē-
tibus, me nostrosq; quantis possum preci-
bus, & quāta possum deuotione cōmendo.

*Ad Petrum Cluniacensem abbatem.
Epistola CCLXV.*

Quid facis? bone vir? Laudas pec-
catorem, miserum beatificas. Re-
stat, vt ores, ne inducar in erro-
rem. Inducar autem, si tantis delectatus
p̄conijs, ignorare me cōperō. Propemo-
dum id mihi contigerat visus litteris beati-
tudinis tuæ, & beatificationis meæ. Quam
beatus nunc essem si verbis beari possem?
Beatum tamē me dixerim, sed fauore tuo,
non meis laudibus, Beatum quod diligo à
te, quod diligo te. Quamquam & hęc mihi
dulcem licet bucellam liquandam arbitror,
nec omnino plenā, vt aiunt, buccis admit-
tendam. Miraris cur hoc? Nempe non vi-
deo in me vnde tantum diligi meruerim,
præsertim à tanto. Scio autem, quia plus ius-
to velle diligi, minus est à iusto. Quis mi-
hi det tantæ humilitatis insignie tā imitari
posse, quā admirari? Quis mihi tribuat
sanctā, & desiderata presentia tua, non di-
co semper, nō dico sæpe, sed semel in anno
frui? Puto quia nulla vice reuerteter va-
cuus. Non, inquam, frustra conspicerem
virtutis exemplar, disciplinæ formā, spe-
culum sanctitatis. Quodque minus vsque
adhuc à Christo didicisse me fateor, non

incassum fide occulta perciperem, quam sis & tu misis, & humilis corde. Verum tibi pergo facere quod à te mihi factum queror, etsi veritatem dicam, veritatis tamen legi non concordabo, in qua legitur: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Itaque iam respondeamus petitiuncula vestra, qua epistolam conclusistis. Is quem mitti vobis iubetis, modo mecum non est, sed cum domino Altissiodorensi, & ita infirmus, vt sine nimo incommodo, nec ad nos vsque posse adhuc venire dicatur.

Ro. 4. c

Ad Sugerium Abbatem sancti Dionysij, in obitu eius consolatoria. Epist. CCLXVI.

Charissimo, & intimo amico Sugerio, Dei gratia Abbati sancti Dionysij, frater Bernardus, gloriam, quæ ab intus est, & gratiam, quæ de super venit. Homo Dei ne trepidus exure hominem illum, qui de terra est, illi, qui te deprimit vsq; ad terram, & conatus deprimere vsq; ad inferos. Ille est, qui vexat, qui onerat, qui oppugnat. Quid tibi & terrenis exuuijs, qui ad cælum iturus, stola gloriæ mox indui habes? Præsto est, sed vestito non dabitur. Vestire nouit illa, non super vestire. Sustine ergo patienter, imo libenter accipe nudus, & non vestitus inueniri. Denique & Deus ipse vult vestiri, sed cum nudus est, non cum vestitus. Homo Dei non reuertetur ad Deum, nisi quid de terra est, & terra est, in terram ferit. Hi enim duo homines sibi inuicem aduersantur, nec erit pax donec ab inuicem separentur. Et si pax fuerit, non erit pax domini, non erit pax cum domino. Non es tu de illis, qui dicunt pax, & non est pax. Te expectat pax illa, quæ exuperat omnem sensum, se expectat iusti donec retribuatur tibi, te expectat gaudium domini tui. Et ego quidem charissime, vehementer afficior ante videre te, vt benedictio morituri veniat super me. Et quoniam non est in homine via eius, non audeo vnde certus non sum pro certo polliceri, sed quod nondum video quomodo possum, satis ago, vt possim forte veniam, forte non veniam. Sed quod libet horum sit, dilexi à principio, diligam sine fine. Fidenter dico non possum perdere sic dilectum vsque in finem. Nō mihi perit, sed præit; cuius animæ anima mea adhæsit glutino, quod non dissipabitur, & vinculo, quod non dirumpetur. Tantum memento

Exo. 13.

nostri, cum peruenieris quod nos præuenis vt & nobis cito detur venire post te, & ad te peruenire. Interim tamen nullatenus putas, quia tua dulcis memoria recedat à nostra, etsi præsentia dolentibus subtrahatur. Quamquā potens est Deus te adhuc nobis donare rogantibus, seruare indigentibus, quod vtique non est diffidendum.

Abbati Cluniacensi. Epist. CCLXVII.

Filius vester frater Galtherus, factus est & noster, secundum regulam illam: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Non sit minus familiaris, quæ cōmunis: sed si est quæ possit alia gratia, sit familiarior, atque acceptior vt mihi, quia vester est, sic vobis, quia noster est.

Io. 17. c

Ad dominum Papam Eugenium pro fratribus de corona. Epist. CCLXVIII.

Alij vereantur maiestatem in vobis, & tremulis labijs, ac digitis quod ad te peruenit, vix ad id vniquam, sed ambagibus amfractibusque perueniant. Ego certe utilitatem vestram, & honorem vestrum tantummodo attendens, res vti est nude & aperte illico aperio, & sine cunctatione, & obuoluntione tamquam vni nostrum apostolico opus est intimare non vereor. Subreptum est vobis, & grauius, quod non dubius affirmauimus. Quis vobis suggestit hominem de ambitione notatum, conuictum, cōdemnatum, ad ecclesiasticam cogere dignitate? Quasi non satis per se, ipse se ingerere voluisset. Nonne is est, quem sanctæ memoriæ Lambertus episcopus deprehensum in maleficijs detestandis, quæ ipse stimulante ambitione perpetrarat, non solum à gradu in quo erat, sed à spe totius promotionis sollemniter, vt debuit, degradauit? Non est nisi reuocare sententiam. At propter anxietatem sanctorum fratrum de corona, qui pro hoc clamant ad vos, & ob reuerentiam episcopi sancti & docti, qui in hac re auctor extitit, sed propter conscientiam (conscientiam dico vestram, non alterius) vnum restat vt hoc & pro mea, conscientia inferam, irascimini, & nolite peccare. Peccatis enim, si nō irascimini tanti suggestori mendacij, tam indignæ sententiæ subreptori.

Sal. 4. c

Ad eundem. Epist. CCLXIX.

Serpens decept me. Homo versipellis & versutus, iustitiam inops, audientiam fugitans, propriae conscientiae inimicus, fraternae incubans iniuria, nesciens mihi litteras pro se per dominum Beluacensem elicit. Quid enim ille à me non obtineret? Si non vultis ultra modum onerare conscientiam meam, nil lucretur subreptione dolosus, nec de litteris nostris opprimat innocentes. Quamquam ne hoc quidem mihi satis fuerit, nisi & poenam portet, quam meruit subreptor malignissimus, & avarissimus exactor.

Ad eundem. Epist. CCLXX.

Qui tentant nos, non dormitant, neque dormiunt. Quomodo nunc de novo persecuti sunt in montibus, insidiati sunt in deserto. Cartusienfes turbati sunt. Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrius, & propemodum omnis sapientia eorum deuorata est. Sciat domine *Mat. 23.* mi, iniquus homo hoc fecit. Quid dico fecit? Et adhuc facit. Adhuc fiducia habet, vt & illa sanctitas influat in os eius. Esca eius electa, vlti optime. Quosdam iam preuaciteres constituit, alios, quos per se expugnare non poterat, per illos impugnat bello domestico, & intestino. Ab ipsa fundatione loci, & ordinis non est auditum, vt quis exiens sine satisfactione reciperetur. Qui male exierant, peius reuintrauerunt, ad sentes praeruaricationem. Quid putas pater sancte, illi facturi sunt, quorum egressio in transgressione, regressio in superbia est? Et nunc superbia eorum ascendit semper. Exultant in re pessima, quam egerunt, insultant iniuriam patientibus. Vicere, triumphant, prioriam non est prior. Dum superbit impius, incenditur pauper. Exire etiam vult, non potest videre destructionem ordinis sui. Et iam exisset, si solus exire potuisset. Qui prior, necesse est vt bonus sit: nam quorum innititur consilio, audiuimus à bonis bonos esse. Videtne clementissime pater, quantum subreptum sit tibi? Nihilne dignum recipiar subreptionis auctor? Si benete noui portabit iudicium quicumque est ille. Venerunt ad te in vestimentis onium, in habitu sancto, spe-

cies decept te. Quid mirum? Et tu homo es. Sed iam prodita in luce fraude, exurgat zelus, & partes suas viriliter exequatur aduersus malignantes. Non veniat anima tua in consilium eorum, dissipetur consilium Architozel. Te ipsum custodi. Non est patris periculi excusata subripi, & zelum dormire. Illud excusat ignorantia, hoc negligentia inexcusabile facit. Forte ascendat ex aduerso, & aliud persuadere conetur. Mentiat iniquitas sibi, & non domino meo. Nam & veritas & res sic se habet. Nil vero iucundius, nil iustius in iudicijs vestris, quam cum se istiusmodi occasio praebet, si qui nocere voluit, cadit ipse in foueam, quam fecit, & conuertatur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendat. Zelus domini mei faciet hoc. Et priorabitur iterum (vt confido) qui prior fuit, vt non gloriatur omnis iniquitas. Alioquin (quod non frustra timemus) nisi prior restitatur in gradu suo, ordo non diu erit in statu suo. Inspiret Deus vobis paterne accipere ista, & respondere bona ad nostram omnium consolationem, qui valde desolati sumus, & afflicti super vites. Dominus Cisterciensis deseruit nos: plaga magna in ordine. Mihi vero duplex incumbit meroris ratio, qui in vno homine & patrem amisi, & filium. Ea nunc habemus pro eo dominum Gozuinū, Bonæuallis Abbatē. Sit beneplaciti vestri confortare eum litteris apostolicis, & quod de eo factum est, vestro robore fauore. Nostis eum, & non est ei apud vos opus comēdatore, quem satis commēdat vita sua, & sapiētia sibi data à Deo. Dominus Valētinus cōualet: & vbi valet, operatur bona. Propterea amatores boni diligunt eum, & ipse diligit bonos. In hoc apparet, quia bonus est. Vestrum est tamē diligere & fouere. Puer vester plus solito infirmatur, guttatim defluit, forte minime dignus, qui occidatur semel, & cito ingrediatur ad vitam.

Ad comitem Theobaldū. Epist. CCLXXI.

SCitis quia diligo vos, sed quantum, nouit Deus melius, quam vos. Me quoque diligere à vobis non dubito, sed propter Deum. Quē si offendero, non erit quod me diligere debeatis, cum iam non fuerit in causa Deus. Quis enim ego sum, vt de me tantillo tantus princeps curetis, nisi quādiu Deum in me esse credetis? Ergo vt offēdā

Cum fortassis, nec vobis expedit. Offendo autē proculdubio, si facio quod requiritis. Nā honores, & dignitates ecclesiasticas non ignoro deberi his, qui eas digne, ac secundū Deū aministrare, & velint, & possint. Porro eas acquiri parvulo filio vestro precibus meis, vel vestris: nec vobis iustum, nec mihi tutum esse noveritis. Nam nec cuiquam, vel adulto plures in pluribus Ecclesijs habere licet, nisi dispensatorie quidem ob magnam, vel personarum utilitatem. Quamobrem si vobis videtur hic durus sermo, & placet, quod cogitastis implere: parcite mihi in hoc, nam vos satis (si fallor) per vos & per alios amicos vestros istud obtinere poteritis. Ita nec vos minus quod vultis efficitis, nec ego peccavi. Sane Vvilelmulo nostro cupio bene per omnia, sed ante omnia Deum. Hinc est, quod contra Deum nolo aliquid habere, ne non habeat Deum. Quod si alius fecus voluerit, vobis per me habeat, ne perdam & ego Deum. Vbi vero emiserit, quod secundum Deum habere possit, probabo me amicum, & operam meam, si opus fuerit, nō negabo. Apud amatorem iustitiae in excusando eo, quod pro iustitia est, non multum mihi laborandum. Vos autem apud commissarium per ea, quae vobis rescripsi, habete me excusatum.

Episcopo Laudunensi. Epist. CCLXXII.

Vestri sumus. Si hoc scitis, immo quia non ignoratis, lator praesentium per nos vobis, & per vos alijs omnibus, quos offensus videtur, efficaciter, firmiterque reconcilietur. Alioquin offenditis, quem vestrum non negatis, quod omnino facere non audetis. Ex quo episcopi operi coepistis, nullam à vobis adhuc benedictionem accepimus, neque sacculum, neque peram, neque calcamenta in pedibus.

Ad Dominum Papam Eugenium.
Epist. CCLXXIII.

Amantissimo Patri, & domino Eugenio, Dei gratia summo Pontifici, frater B. Claruallis vocatus Abbas, modicum id quod est. Vox turturis audita est in capitulo nostro, exultavimus, & delectati sumus. Plane eloquium castum, seruum zelo, cautum

scientia. Spiritus vitae spirabat in litteris, spiritus vehemens, in tonans, & increpans, & emulans nos Dei emulatione. Fatcor non facile dixerim quid me amplius delectarit in illis, vestra benignitas, an vestra utilitas: inclinata maiestas, an erecta humilitas: mordens severitas, an mulcens paternitas. Qui in nobis quantulamcumque esuriebant iustitiam, refecti sunt: qui minus, compuncti sunt: qui minus, consulti sunt. Ita quae vobis agiter faciatis, sollicitudo, quae omnibus debetur, nullo modo his, quibus specialius debetur, subtrahenda est, sed propensius exhibenda est. Caritas benigna est, dilatare se, non minorare novit. Colligat sanè, & alios, sed nobiscum. Nec aliena à vestro apostolatus, fouere eiusmodi, qui cum à postolis loqui possent: Et ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Non sunt relinquendi, qui ipsi se reliquerunt. Pusilli domini sunt, in ipsam credentes, non deseret eos fidelis servus, & prudens, is praesertim cui credita vniuersitas est. Nempe vniuersitatis portio hi: & quidem pusillus grex, se hinc in fallor, ac uerentem patrem habere Deum, acceptum coronam gloriae de manu domini, & diademata regni de manu Dei sunt. Nec enim non amarum bitrantur esse se haereticos Dei, coheredes autem Christi. Denique audierunt: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. De his interim satis. Abbas tamen fontium bene plantatus erat, ut pote secus decussus aquarum. Reor ergo ne arbor bona faciens fructum bonum, ex plantata faciat nullum. Vidimus interdum vitia in prima plantatione fortuitam: in secunda, sterilem. Vidimus lignum bene plantatum, virescere, transplantatum aridum. Grauius proinde vultis ralis cor meum, si non remittis eum: quia sumus cor vnum, & anima vna. Quamuis diuisum oris, necesse erit, ut vnaque pars suo sanguine cruceatur. Huiusmodi, quod ambo vix portabamus, quomodo portae folus subducto baculo fenestris meae? Si de me parum est, moueat vos totus ordinis plaga non parua: & ne spe in certi boni, tam certa interim mala fieri velitis. Quod si omnino vobis in eo complacuit, ut retineatis eum: placeat, obsecro, commendatum habere ipsum, ac deinceps ad Deum leuare manus, ut dignetur idoneum pro eo virum prouidere domini illi.

De cetero super his, quae a communi utilitate totius ordinis, & pro alijs quoque negocijs eidem Abbati dignum (imò & necessarium) iudicauimus ad vos perferenda committere, festinatim exposcimus benignitatis vestrae responsum, sed repositum facti, non verbi.

R Abacitrium festinum, contra nepotem
Episcopi Altiſſiodorensis.

Epist. CCLXXIII.

Poenitet me scripsisse pro iuvene illo, & velim, si fieri possit, reuocari precem, per quam videor approbasse iudicium avari super collata, & male collocata ab eo perpositura. Quod utique non facio, nec feci vquam. Sed vicit me, fateor, vt sic scriberem, dilectio, qua tenebar vehementer astrictus auunculo adolescentis, affectu grandi nimis, sed minus spirituali in hac parte. Urgebat maxima plaga recens de morte illius. Videbar leuitate solus, sed malo parclitari apud dominum meum precipitatione scribendi, qua apud Deum suspicione mendacij. Quamquam cautè ac prouide de praepositura scripsi, nihil ad ipsum, quod indubitanter sciu eduos (vt memini) praecedentes eius ipsam aliter ordinasse atque alias, & suo confirmasse privilegio. Tu autem si efficere potueris apud istum, vt Ecclesia privilegium, & privilegium officij reddat, bonum opus operatus es. Vltimè a nauo sanguinis huius, quantum purgaret episcopum, & adolescentem, alijs prouideret.

Ad dominum Papam Eugenium, pro
Altiſſiodorensi electione.
Epist. CCLXXV.

Cum primum vobis pro altiſſiodorensi Ecclesia scripsi, de prima audieram electione, de secunda nihil. Et ecce me veluti prophetae, opprobrium, quod suspicatus sum, secutum est, & timor, quem tenebam, euenit. Mementote quomodo actum sit Niuernis, & videte si non simili arte, imò fraude non dissimili, eodemque auctore, vt aiunt, & nunc secunda electio praesumpta est, vt scilicet vno nominato duos eijciat, & sic demum tertium, quem voluit, subinducât. Miseruat

& isti ad me, vt pro sua parte scriberem: & visum est mihi mittere fratrem à latere meo, qui de vtraque certius actione cognosceret, istque certificaret. Qui intras Ecclesiam, & de omnibus diligenter exploras, reuocatio omnium, qui conuenerat, inuenit nullum praesbyterorum praeter vnum, fratrem scilicet ipsius fratris Gaufridi Hugonem: nullum de diaconis praeter Stephanum solū, ex parte illa esse, exceptis his, qui auctores extiterant personis Ecclesiae, cantore, archidiacono, & vt dicebatur, thesaurario (neque n. ipse praesens tunc affuit.) Porro in parte altera praeter alios inferioris ordinis diaconos nouè, & presbyteros vndecim cōfentire, Duodecimus, q̄ & archipresbyter est, pro neutra parte velle se subscribere, pro neutra scripsisse testabatur, quāquam priorè plus velle. Sigillū Ecclesiae praetant Hugo tenebat, homo non pacis, sed partis alienae: nec considerauit in tradendo quod debuit, sed quod voluit. Sic se res habet. Ego solita praesumptione quum infiero. Nec malitiam gloriae oportet, nec sapientiam decipi decet, nec Ecclesiam suspendi diutius expedit.

Ad eundem, pro obitu episcopi Altiſſiodorensis.

Epist. CCLXXVI.

Adhuc suggero aliquid, quod ante nō tacuissim, si ante mihi cōpertum fuisset, sicut nūc est. Ad est homo q̄ peccare fecit Israel sanctum loquor episcopum, qui cum in morte aliquantulū stupidus esset, & turbatus iste eum fecit mori penè intelletum. Cum enim pauperibus & Ecclesijs, aut nihil, aut parum daret nepoti suo carnali adolescentulo saeculari inutili totū penè, quod acquiesierat mensae episcopali, Stephano suggerēte & sollicitante, dimisit. A iū septē Ecclesias, & decimas, & prata in propria sylua episcopi: insuper, quod pudor est, omni religioni, de mobilibus aureos suos & proprias equitaturas: & cū minus illae sufficerent ad conficiendum iter, vt pro his firmandis ad vos veniret, iussisse tradi etiam monasterij equitaturas. Quamquam quidam existimant episcopum donationes istas nefecisse, sed Stephanum fecisse, & sigillasse quae voluit: & credendum. Neque & anno praeterito in articulo vt putabatur, mortis positum, ecclesiam quamdam eidem nepoti-

poti donare fecerunt: quod donum postea conualefcens, sicut certissime cōperimus, fecisse se minime recognouit. Quis denique credat virum sanctum spirituale, si sapuit, si compos sui fuit, testamētum tale fecisse? Quis vel secularissimus hoc dixerit testamentum sacerdotis? Hęcine dispositio hominis sobrij, & spiritualis illius, qui omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur? A quo enim, si ita remanserit, siue in caelo, siue in terra, iste non iudicabitur? Tu ergo serue Dei, qui tenes gladium Petri, amputa confusione opprobrij à religione, scandalum ab Ecclesia, crimen à persona, à spiritualiū omniū, qui eum in spiritu, & nō carnaliter diligebant, & tuo ipsius corde a maritudinem, & dolorem. Exurge Phinees, sta & placa, vt sanetur quassatio. Sta, inquam, inflexibilis aduersus carnem, & sanguinem; quo ariete murum tuę constantię filij huius sæculi proculdubio concutere conabuntur. Vera pietas est in auunculum, si super huiusmodi extiteris impius in nepotem. Et hoc scitote, quod viros religiosos, decanum sancti Petri Altissiodorensis, & priorē sancti Eusebij, tam pro se, quàm pro Abbate sancti Laurentij, ob primam Altissiodorensis Ecclesię electionem paratos venire ad vos, pars aduersa per comitem Niuernensem detinuit, & deteruit, ne venirent. Si quidē comes ipse vocatis ad fe, denunciavit ne se intrmitterent; & minis grauissimis, ac manifestis prohibuit eos sicut prior ipse, à prædicto Abbate suo, & fratre suo carnali, & à decano missus ad nos propter hoc ipsum, confessus, & conquestus est nobis, rogans etiam per nos hoc ipsum innotescere vobis. Dixi, & iterum dico, mententote quod factū est Niuernis. Ordinatissimum est, minus interdum ordinate aliquid fieri. Claves vestras, qui sanam sapiunt, alteram in discretionē, alteram in potestate constituunt.

*Ad eundem, pro Abbate Cluniacensi.
Epist. CCLXXVII.*

STultum videtur scribere ad vos pro domino Cluniacensi, & ei quasi velle patrocinium ferre, quem omnes sibi patronum habere desiderant. Sed scribo etsi non necessarie illi, satisfaciens tamen affectui, Affectui dico meo, non alterius. Ipso enim quia corpore non possum, prosequor amicum pe-

regnantem. ~~Quis separabit?~~ Nec altitudo Alpium, nec inuium frigora, nec longitudo itineris. Et nunc præfens sum, in litteris his assilens illi: Sine me poterit esse nusquam. Debitor sum dignationi eius, per quam dignus habitus sum assumi in id gratiæ. Sed debito ipsa absoluit gratiæ, quia necessitas in voluntatem transiit. Honoræ virum, vt vere honorabile membrum in Christi corpore. Vas est & honorum (nil illor) plenum gratiæ, & veritatis, reuertunt plurimis bonis. Remittite eum in laetitia, quam plurimos de suo reditu letificaturū. Dignemini eum ampliori, vt dignū est, gratiæ; & ita vt de plenitudine eius omnes um redierit, accipiamus. Sane si quid petierit in nomine domini Iesu, nō debet apud vos pati difficultatem. Nam si nescitis, iste est qui manus suas extendit ad pauperes ordinis nostri: iste est qui possessionibus Ecclesię suę quantum eum pace potest suorum, libenter, frequenterque, largitur ad victū. In nomine Iesu, cur dixerim, audite. Si enim petierit (quod suspicor veriorque) dimitti à regimine monasterij, quis eum nocens in nomine Iesu petere putet? Fallor si non solito timorator, si nō seipso melior factus sit, ex quo vidistis eum. Quamquam pene ab introitu suo, in multis ordinem illum meliorasse cognoscitur: verbi gratia, in obseruantia silentiorum, silentij, indumentorum preciosorum, & curiosorum.

*Ad eundem, pro episcopo Beluacensi.
Epist. CCLXXVIII.*

PEtitiones filij vestri episcopi Beluacensis, quàm dignæ sint exauditu, non est quod vos doceamus. Ipse satis per se paternis visceribus vestris, quod dignum, & iustum est, facile persuadebit. Agimus tamen. Fouendus est deuotus iuuenis fauore paterno, & zelus bonus, quem pro sua ecclesia gerit, non modo approbandus, sed & iuandus. Sic seipso in dies deuotior, feruentior, fortior fiet, cum vexationes, & tribulationes, quæ nunquā defunt illi Ecclesię à malis hominibus, manu indeficientis auxilij vestri sibi sencerit à regione leuari. Petitionem fratris Arnulphi de Maiole petitius exaudiri, Magister G. (hoc nomen nuncio) dicet eam vobis. Sed & quod petit Abbatissa de Paraclito, per ipsum, si dignum

mini, scire potestis, & scire si dignum iudicatis.

Ad Henricum Comitem. Epist. CCLXXIX.

Abbas de Castellione vir religiosus Romam proficiscens, in Dei & nostri custodia sua omnia reliquit. Et ecce ministrum Simonis homines de Bellefort abstulerunt porcos eorum. Maluisse dico vobis, ut nostros proprios rapuerint. A vobis requimus illos. Ad hoc te constituit principis super terram princeps regum terræ, ut sub eo, & pro eo bonos foueas, malos coercas, pauperes defendas, facias iudicium iniuriarum patientibus. Si hæc facis, opus principis facis, & ipse est vt tu. Deum gloriare & roborare debeat principatum. Si non, timendum tibi ne hoc ipsum quod videris honoris & potestatis, auferatur, (quod ablit) à te.

Ad Dominum Papam Eugenium pro Altrifiodorensi negotio.

Epistola CCLXXX.

Benefacitis sequenti, & benigno exaudiu te. Opus breue, quo hic sum, solando sedentem, puillanimum erigendo. Facitis etsi nō quod vult cor ipse, certe quod vos deest. Nō quod vult vsum propriæ voluntatis, tanta tibi beniguitate delectet, paratus tibi beneficiis, tam æquo accipere animo quod negare, quàm quod præstare placuerit. Volo mihi geri morem sicut & omnis homo, sed non quod iustitiae obuiet, quod veritati præiudicet, quod vestræ denique displiceat voluntati. Hoc pro eo ne me suspicemini, aut non aduercere beneficium, aut ingratum esse. Nunc quod res postulas, audias sanctitas vestra. Cum in me itur leuis iactura est, & quæ leuari facili queat refarcitu. Ego plagis conscientie meæ nullum iudico accommodatus medicamentum probris, & contumelijs. Non est proinde quod pro me moueat, homuncio omni opprobrio dignus & despectione. At si vsque in Christum Domini malignatio forte peruenierit, nutat, fatetur patientia, & omnis pene cedit manufactudo. Numquid peritui à Dño merito ordinari, per me Ecclesias, disponi epi-

scopatus, creari episcopos? Aptum videlicet instrumentum, formica plaustrum trahens. Voluistis hominem promoueri dignæ sane (ni fallor) in quem nimirum quid dicant non inueniunt, ne hi quidem qui contra volunt. Innouit quibus oportuit mysterium bonæ voluntatis. Et mysterium quidē publicatum est, fructu vero vsque adhuc & vtilitate fraudamur. Quaritus quis fecit hoc? Homo pacis vestræ, in quo sperabatis. Homo cui odio religio, cui oneri sapientia: cui terrori iustitia est: qui Domini sui non est veritus secretum prodere, euacuare decretum. Nec mirum qui se talem aperire non est confusus. Qui dum proprio concedit liuori, etiam vestræ reuerentiæ non perperit. Confusus sum ego, sed quæ cura? Nō

recuso confusionem, quam mihi obedientiæ zelus iniecit. A me quidem nō transiit calix iste, sed per me plane vsque ad vos pertransiit. In fugillatione, ne dicam de prauatione, datæ sententiæ, cui clarum non sit auctorem tangere potius quàm denunciato-rem? Cuius non potuit infamari persona, debuitne infirmari promotio? Vnum est è duobus, aut stabit sermo, quem à vobis egressum testati sumus, aut nos mendaces reputabimur, sicut iam reputamur. Sed melius, vestroque dignius Apostolatu, non gloriabitur in malitia qui potens fuit in iniquitate. Obeditum tamen mandatum ex parte est, & parte maiori. Tribus commissum erat vno contemne, duobus cōsentientibus, quod restat nisi vt vox vestra suppleat, quod minus est? Et quidem tute hoc. Nō est quod timeatis à scandalo illorum de quibus Dñs dicit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæco-

rum. Quod reliquum est, lætabitur populus, lætabitur sanior pars cleri, etiam ipse *Marth. 15. d* lætabitur rex, lætabitur denique omnis Ecclesia sanctorum. Multa bona opera ostendistis saculo nostro ex gratia, quæ data est vobis. At nullum (vt arbitror) quod magis pro gloria vestra faciat, quàm si sic feceritis. Testimonium perhibeo eis, quod multos de religione nominauerint, non religione delectati, sed impotentia, qui non possint malignitatem eorum coercere, quæ vim repellere non sufficiant: vt quorum sanctitatem non amant, non sit quod timeant potestatem. Cones Niuernensis vias patris non ambulat: aduersatus sum omni bono. Incubat terris, bonisq; Ecclesiarum, sicut leo paratus est ad prædam: Paratus

ratus est recipere etiam Sarracenum, aut quempiam ex Iudæis, vt isto careat, quod solus sibi videatur, qui malitiæ & calliditati eius resistere & norit, & possit. Inde est quoddam nonnullis clericorum, minis, & manifestis grauaminibus (vt nobis ipsi confessi sunt) silentium imposuit, ne pars aduersa de multitudine glorietur. Et vt breuiter quod sentio exprimam, si iudicatur operæ pretium in illo episcopatu monasteria pauperari, Ecclesias conculcari, religioni illud infam episcopalem sedem, cuius præcipue facultatibus, & possessionibus inhiat, in seruitutem redigi. Regnacensis regnare nullatenus permittatur. Vbi est etiam nunc spiritus ille, quem habuistis in negotio Eboracensi? Nō sentiet illum, qui simile opus tentauerit? Ecce is (sicut accepimus) in spiritu illius venit, qui curiam aduerum vos concitauit, si licuerit moliturus id ipsum. De negotio domini Lundensis, reducimus vobis ad memoriam. Causa dilationis sublata de medio, non est nisi, vt fiat quod faciendum erat. Et hoc addiderim: habere bonum, iustum, & bonæ famæ cancellarium, apostolicæ dignitatis non modica pars est, apostolicæ administrationis non paruum administratum est, apostolicæ conscientie non mediocri custodia est. Semper quidem notabilis constitutio perniciofa, at post longam deliberationem etiam tuipis.

¶

*Abbati Brunoni de Claranulle.
Epist. CCLXXXI.*

Restene irasceris tu modo? Non, vt opinor. Conuincunt te sermones tui, non dispositi in iudicio, sed præcipitati in perturbatione. Nam vultum quidem tale est. Meliora sunt verbera amici, quam oscula inimici. At ego sine causa vapulo, inquis. Esto: nihilominus tamen verbera verborum nostrorum amicabilem curam sonant. Parum dixi, patrem iam loquuntur sollicitudinem. Itaque si culpam non habes, nihil te læsimus, propria excusatum conscientia. Si habes, tibi potius irascerendum quam mihi fuerat. Quereres, quod tibi non credidi, quasi tu mihi inde aliquid loentus fueris. Esto, credidi quereti de te. Tibi quomodo credere, aut decedere potui, qui dixeras nihil? Fac quod locutus es. Solue quod debes, quam ante poteris, ne forte non modo inter nos, sed & de nobis scadalum oriamur. De nobis autem bene sentis, bene de te

sentientibus, & non incredentibus tibi, sicut perturbare loqueris, nesciens quid loquaris. Mea sunt verba, meum loquuntur affectum.

Ad Ludouicum regem Francorum, pro electo Altijsiodorensi. Epist. CCLXXXII.

Volui ego vniquam in aliquo inuicui honorem regis, licet in regibus quod Deus scit, nec vestra, vt confido conscientia id vobis respondet. Videte illi magis contra vos faciant, qui electiones disturbant, ne sint in Ecclesijs, qui seruiant regi, sed ipsis de Ecclesiarum redditibus seruiantur. Ego, ego electioni Altijsiodorensi interfui, eorum, qui omnia electio, qui ante hac in parte assuerant, sine contradictione nunc tandem Deo miserante conuenerunt. Electum bene nouimus, testimonium ei perhibemus, quoniam bonus est. Neminem profusus arbitror affuisse illi celebrari, qui de assensu vestro dubitaret, cum iam idem assensus vestris litteris teneretur. Quis enim hoc vel contrariare, vel repetendum, aut assensum, nec sufficere vnum, præsertim vbi nulla ex tunc interuenit altera electio. Numquid quoties dissentierint electi, quoties erit requirendus fauor regis? Nec ratio, nec consuetudo hoc habet. Denique nuper, si recordamini, in Sueuonia Ecclesia quædam eligendum electio contentio, quæ vbi dissentierunt, in negotio dissentiant: nec tamen existimo totum, vt ad idem verum, quem semel promissum fuerant, frangi. Non mi rex, non est quod debeat reprobare factas electiones, quibus vt fieret, se me vos assensisse constituit. Sed sunt aliqui, qui vos conturbant, & conturbare nituntur Ecclesias, sua lucra seclantes, quod non gratum est, sicut Pontificis, & serenissimi regis mutam gratiam, & amorem diabolico studio dirumpere molientes. Abiit hoc: iudicium portabunt quicumque sunt illi, & rex semper faciet quod bonus rex, sicut hæc tenuerit. Itaque cito mādentur iucundiora, ne diutius sedeat in tristitia Ecclesia tadium iam vexata, & afflicta. De persona nulla subeat suspicio: aut ego nimium fallor, aut fidelis erit, & regi beneplacitum super ea. Confido in Deo, quia non contristabitis multitudinem sanctorum, qui sunt in illo episcopatu, nec me seruum vestrum, qui, vt verum fatear nihil æquè vniquam à vobis in hoc pertuli, quæram

quam si in hoc consilio non eueniat) perstitueritis.

*Ad Dominum Papam Eugenium, pro
Gigniacensibus.
Epistola CCLXXXIII.*

A Pud Cluniacum occurrimus Gigniacensibus spe pacis. Pro quibus multum elaboratum nihil. Nam totum studium vestrum, sola animi secuta est. Repetita est iuxta tenorem litterarum vestrarum damnorum refarcitio, restitutio ablatorum, sed necassum. Multum visum est ad eos, quia inuenerant multum, quippe ultra viginti illa solidorum computatio facta est amissa. Quidem Abbatia una (ne per singula euaginemur) tota destructa est. Ceterum de tantis amissis, multa dimittere parati fuimus, cum illi minimum obtulerunt, vt venerabilis Abbas Cluniacensis, qui affectuosius, quam efficacius pro reformanda pace laborabat, nec dignum relatu iudicauit. Itaque non prouenit compo sitio, quia reparatio tam ardua dicebatur. Dicebant autem: Quidam maligni homines totum malum fecerunt. Quid ad nos? si viderint: Atque id quoque ridiculum. Clarum erat in tota regione, per homines Ecclesie hoc grande facinus perpetratum, monachos quoque affuisse. Nam, consensibus, ne vnum sem fuisse, que ad hoc tempus audiret. Denique ipse Dominus Abbas istiusmodi tergiversatores palam refellebat, & conuincebat, affirmans iuste ab Ecclesia reiecti, quod per Ecclesiam amissum esse conuincit. Vltima expectatur manus vestra in eo, quod non nisi in manu valida posse emendari satis superque probatum est.

*Ad Dominum Papam Eugenium, pro
Rhemensi Archiepiscopo & alijs personis.
Epistola CCLXXXIII.*

Dominus Sampson Rhemensis Archiepiscopus versatur in domo magistri patrisfamilias tamquam vas in honorem. Si hoc fecerit, seruate honorem eius, honorem Ecclesie eius. Si bene noui vitum, quo magis honorabitur eum, eo plus honorabi-

tur Deus per illum, & in illo. Dominus Atrebatenensis homo simplex & rectus, & adhuc permanens in humilitate sua, non est opus vt per alium plus humilietur, ne perdat auctoritatem, ac per hoc & vilitatem. Hanc, si dignum ducitis, date ei vos, quia suo studio numquam habebit: vt pote sui magis, quod in se est, mediocritate contentus. Est qui aduersatur, & extollitur: is plane, vt humilietur, Episcopo opus est: & eius non minus. Superbis resistere, & Iac. 4. 6 humilibus dare gratiam, familiare est Domino vestro, & audistis eum dicentem. Qui d mihi ministrat, me sequatur. Abbas de Auecurt bonus homo est, secundum bonitatem suam respondeatur ei. Exaudatur pro necessitatibus suis, & contra eum non audiat. Episcopi, & assensu aduocati bonam rem pro Ecclesia sua in Ecclesia eadem constituit, bonum est, vt vestra auctoritate firmetur. Similiter & pro decanis Successionensi, & Cameracensi rogamus, vt digne preces eorum exaudiantur. Periclitati sumus in falsis fratribus, & multe littere falsate sub falso sigillo nostro, in manus multorum exierunt, & quod magis vereor, etiam vsque ad vos dicitur falsatas peruolasse. Hac necessitate abiecto illo, nouello, quod cernitis, de nouo vitumur, continente & imaginem nostram, & nomen. Figuram aliam tamquam ex nostra parte iam non recipiatis, nisi forte pro Episcopo Clarimontis, cui sub altero sigillo litteras dedi, cum accedum istud haberem.

*Ad eundem pro Odone Abbate sancti Dionysii.
Epistola CCLXXXV.*

Pro Ecclesia Sancti Dionysii, & pro persona Odonis Abbatis, etsi nemo alius scriberet, ego scribere non dubitarem. Causa bona est, & neutra ex parte nutans: Ecclesia nobilis, & Abbas boni testimoni est. Illud orbi, hoc nobis, qui vicini sumus notissimum est. Ad hanc & is, & illa specialis res vestra est. Pro his omnibus vel solus (vt dixi) si opus sit, scribere non confundor. Nunc vero tales mecum scribunt, quibus minime decrederetur, etiam me non scribente. Ipsi sunt quorum manus satis superque tractauerunt de vobis hoc. Ecce hi sciunt quid fecerit Abbas, & quod sciunt, loquuntur. Secure procedunt

Ad Andream auunculum suum militem
templi. Epist. CCLXXVIII.

Litteræ, quas nouissime transmisiſti, inuenerunt me in lectulo decubentem. Accepi eas obtuiſi manibus, libenter legi, libenter relegi, ſed uentius te uideam. Legi in illis deſiderium tuum. Ueniendi me, legi & metum periculo terræ, quam dominus

honorauit periculo ciuitatis, quam ſuo ſanguine dedicauit. Væ principibus noſtris. In terra domini nihil ſecernit, in ſuis ad quas uelociter redierunt, incredibilem exercent malitiam, & non cõpatiuntur, ſed contritione ſole. Potentes ſunt ut faciant mala, bonum autem faci

nequeant. Conſidimus autem quia non repellet dominus plebem tuam, & hereditatẽ ſuam non derelinquet. Porro dextera domini faciet uirtutem, & brachium ſuum auxiliabitur ei, ut cognoscant omnes, quia bonũ eſt ſperare in domino, quã ſperare in principio. Bene facis formicæ te cõparãs. Quid, n. aliud quã formicæ quinq; terrigenæ, & filij hominum ſumus, reb. inutilib. atque inanib. inſudantes? Quæ autem abundãtia hominũ de uariũ labore, quo ipſe laborat ſub ſole? Ergo ad idamũ ſuper ſolẽ, & conuerſatio noſtra in cælis ſit, iam mēte præcedentes quò ſumus & corpore ſecuturi. Ibi in Andrea, ibi fructus laboris tui, ibi retributio tua. Sub ſole militas, ſed te cõtingit ſuper ſolem. Hic militantes, inde donatiã expectamus. Mores militiæ noſtræ non de terra, non de deorſum eſt: procul & ab ultimis ſinib. præcipit eius. Sub ſole penuria eſt, ſuper ſolem abundantia eſt. Meſuram bonam, & cõferam, & coagitatam, & ſuperfluẽntẽ dabunt in ſinus veſtros. Deſideras me uidere: & de meo, ut ſcribis, arbitrio deſiderij tui p̄ndet effectus. Nam mandatuũ ſuper hoc meum te indicas expectare. Et quid dicam tibi? Et cupio ut uenias, & timo meo ne uenias. Ita inter uelle & nolle poſitus, coarctor eſt duobus, & quid eligam, ignoro. Vnum ne uidelicet tuo ſatisfaciam deſiderio, & meo pariter, an credam magis celebri de te opinioni qua terræ ita perneceſſarius prædicaris, ut de tua abſentia non mediocris illi deſolatio imminere crederetur. Itaque quod mādare nõ audeo, opto tamẽ ut te uideam antequam moriar. Tu melius

id uidere & cognoscere poteſ, ſi quo modo ſine damno & ſine ſcandalo illius gentis ve uideare poſſis. Et fieri poſſet quod aduentus tuus omnino nõ eſſet inutilis. Forte fauete Deo non deſſent qui te ſequerentur reuertẽtẽ ad ſubueniendum Eccleſiæ Dei, quoniã omnib. notus eſ & dilectus. Poſteſt facere Deus ut tu cũ ſancto patriarcha Iacob loquaris. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & ecce cum trib. turmis regredior. Vnum dico ſi uerturus eſ, ne tardaueris, ne forte uenias, & non inuenias. Ego. n. iam debilitor, nec puto me longum facere ſuper terram. Quis mihi tribuat tua in uoluntate domini, amabili & dulci præſentia uel paululum refrigerari prius quã abeam? Regine ſcripſi ſicut uoluſti, & gaudeo de bono teſtimonio, quod ei perhibes. Magiſtrum & fratres veſtros omnes de templo, necnon & eos de hoſpitali, per te in domino ſalutamus. Incluſos quoque & ſanctos omnes, ad quos oportuit loqui poteris, per te in domino ſalutantes, eorum orationibus commendamus. Eſto pro me ad eos. Girardum noſtrum, qui in domo noſtra aliquando conuerſatus eſt, & nunc, ut audiuimus, episcopuſ factus eſt, & ipſum affectu magno deuotiſſime ſalutamus.

Hic. 4.
Ps. 93.
Ps. 117.

Ad Regiam Hieroſolymorum.
Epist. CCLXXXIX.

Dilectæ in Chriſto ſiſtæ. M. regina Hieroſolymitanæ, B. Clareuallis uocatus Abbas, miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Minor quod à multo iam tempore nõ uidimus litteras tuas, nõ ſolitas ſalutationes habuimus. Quam nõs oblitus ſumus antiquæ tuæ erga nos deuotionis, quã in multis probauimus. Audiuimus, fateor, neſcio quæ ſiniſtra, quæ etſi nõ p̄ certo credimus, doluimus tamẽ ſiue ueritate, ſiue mendacio tuã aliquatenus decolorari opinionẽ. Sane interuenit Andreas chariſſimus auunculus meus, cui in nullo de credere poſſumus. ſcripto ſuo nobis ſignificans meliora, quod ſcilicet pacificẽ, & manſuetẽ te habeas, ſapienter & conſilio ſapientium te, & tua regas, fratres de templo diligas, & familiares habeas: periculis imminentibus terrę ſecundum ſapientiam tibi à Deo datam, ſalutaribus conſilijs, & auxilijs prouide, & ſapienter occurras. Talia proſt, talia docent opera mulierẽ fortem, humilẽ

F

viduam, sublimem reginam. Neque enim quia regina es, indignum tibi viduam esse: quod si voluisses, non esses. Puto, quod & gloria tibi est præcipue inter Christianos, non minus viuere viduam, quàm reginam. Illud successionis est, hoc virtutis. Illud tibi ex genere, istud ex munere Dei. Illud felicit er nata es, hoc viriliter nacta es. Duplex honor, alter secundum sæculum, alter secundum Deum, vterque à Deo. Nec

H *1. Ti. 5. 4* paruus tibi videatur honor viduitatis, de *2. Cor. 8* quo apostolus: Honora inquit, viduas,

quæ veræ viduæ sunt. Habes certe penes te ipsam familiarem communitiorum apostolica iterum salutaris sententiæ, quæ doceris ab eo providere bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Coram Deo, vt vidua, coram hominibus, vt regina. Attende reginam, cuius digna, in digna non possunt latere sub modio. Super candelabrum sunt, vt appareant omnibus. Memento viduam, cui iam non est, quod velit placere viro, vt soli possit placere Deo. Beata es si saluatorem ponas tibi murum ad protectionem conscientie, & antemurale ad repulsionem infamie.

Ma. 12 d Beata inquam, si veluti desolatam & viduam totam te Deo regendam commiseris. Alioquin bene non regis, si bene non regeris. Regina Austri venit audire sapientiam Salomonis, vt regi disceret, & sic regeret. Et ecce plusquam Salomon hic. Iesus loquitur, & hunc crucifixum. Huc te committe regendam, huc docendam quomodo regere debeas.

Is. 11. 4 Discite tamquam vidua, quod sit mitis & humilis corde, discite tamquam regina, quod iudicet in iustitia pauperes, & arguar in æquitate pro mansuetis terræ. Ergo cum cogitas dignitatem, attende & viduitatem, quia (vt pure apud te, quod sentio, proferam) non potes esse regina bona, si bona non fueris vidua.

1. Ti. 4 d Quæris vnde bona vidua aestimetur? Ex hoc profecto quod apostolus dicit: Si filios educauit, si hospitis recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Si hæc facis beata es, & bene tibi erit. Benedicat te dominus ex Sion, eximia in domino filia, & omni veneratione digna. Admonitio præmissa est, prosecutio iam à vestra dignatione expectatur. Occasio data est, excusatio iam non admittitur, si non renouata nostra per te familiaritas, familia-

ribus deinceps verbis & litteris frequentetur.

De Iordano Cardinali, domino Holienso Epistola CC XC.

Pertransiit legatus vester de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, sed & hoc a vestigia apud nos, & regno. A radice Albi, & regno. Per omnes per Ecclesias.

maniam, & circumquaque circum, Rothomagum vir apostolicus repleuit, non euangelio, sed sacrilegio. Turpia facta, ubique commissa, spolia Ecclesiarum asportata, formosule pueros in ecclesiis, sed honoribus ubique sunt promouit, ubi non potuit, voluit. Multi se redemerunt ne veniret ad eos. Ad quos peruenire non potuit, exegit & extorsit per nuncios. In scholis, in curijs, in triuijs, sabulam seipsum fecit. Sæculares, religiosi omnes male loquuntur de eo, Pauperes & monachi, & clerici conqueuntur de eo. Homines quoque, ipsi sunt qui magis extollunt & famam eius, & vitam. Hoc testimonium habet & ab his qui inuis, & ab his qui foris sunt. Non sic dominus Ioannes peroris, non hic, cuius laus est in Ecclesia, quippe honorificat is ubique ministerium suum. Legite litteras has domino meo. Ipse viderit quid de tali homine faciat, cum sit, ego habeo animam meam. Tunc tamen, quæpote, quæpote, bonum est ei si purgetur, & sic liberet conscientiam istam. De curiam ista tacite, sed venerabilis prior Martini Dei ad hoc me impulit, & animauit scriberem. Et scitote minus me, quàm publice prædicatur.

Ad dominum Papam Eugenium, pro Ecclesia sancti Eugendi scripta. Epistola CCXCI.

Sancti Eugendi nobile monasterium, olim diuitis, & religione famosum (si vera sunt, quæ dicuntur) prope interitum est. Nec decredenda omnia. Domos vicinas nobis, vobis notas, pertinentes ad ipsum, partim iam destructas, partim indies destruentur. Quam in membris videmus, hæc & his grauiora de capite famam nunciante percepinus. Scit, quid debeo, ego

nunc malorum vobis. Quod non est nocentius, recedere narratorem. Lator prudentiam monachus praedicti monasterij, & Archegaudus prior, homo nobis ab antiquo pro sua honestate, & religione dilectus, potuit vobis intimare, quae plenius norunt, et si non omnia. Quis enim hoc potest? Tot & tanta pro certo, quae apostolica securum est, simulantem, et si doricantem, non nisi non fugere, & serire commovent. Ego liberavi animam meam, sed non liberavi, & monasterium liberetur. In vobis vultis mori, & via illius.

Ad quemdam, qui ausus est nonitium dehortari, & propius. Epist. CCXCII.

Et siignotus nobis facie, sed non fama, ipsa referente didicimus, quod sis homo sapiens, & secundum saeculum honoratus. Voluit autem dilectus filius meus Petrus, cui & notior & familiarior sanguinis affinitate videris, velle tibi scriberem, immo rescriberem. Tu enim scriperas illi, & veniam vt te decuisset, & illi expediret. Non sic fecisti. Nouum Christi militem datus es dehortari a seruitio domini sui. Dico tibi, est qui querat & iudicet. Non iusticiebant tibi peccata tua, nisi te de alijs inuolueres, & iussum ad peccata, quod tibi fuit, penitenter inueniem reuocaret, & sic secunda daretur tuiam & cor poenitentem, & sic scriberem tibi iam in te. Quali non aueum per se ferret diabolus, nisi tu iudicis illum: homo Christianus, dux eius, & notus eius. Tu eundem illi serpentem alterum, sed non tui ille alteram Euam exhibet. Tuis impulsus est manibus, sed non euerfus: funatus est enim supra firmam petram. Verumtamen non reddimus tibi vicem, sed vincimus in bono malum, orantes pro te, optantes tibi meliora, & meliora scribentes. Primo quidem quia sapiens diceris, vt quod diceris, verius sit, mitto te ad verum sapientem, qui ait: Noli prohibere eum, qui potest benefacere si vales & ipse benefac. Habes tempus faciendi. Sed quamdiu habiturus? Quantulum superest vite tibi praesertim iam senescenti? Vapor est ad modicum parcus, & deinceps exterminabitur. Si sapis, non veniet super te illa maledictio: Vidi stultum firmam radice, & statim maledicti pulchritudini eius. Pul-

cratum pseudo sapientem verus sapiens appellauit, sciens sapientiam, huius mundi stultitiam esse apud Deum. O vitanam sapes, & intelligeres, ac nouissima prouideres. Saperes quae Dei sunt, intelligeres quae mundi sunt, prouideres quae inferni sunt. Profecto interna horretes, superna appeteres, quae sunt ad malum contemneres. Multa suggerit animus, imo spiritus, loqui tibi de salute animae tuae, sed nunc rescripto nouerim tuo qualiter ista acceperis, non adiciam vltra, ne sim onerosus cui de cetero volo esse amicus, & adiutor (si volueris) ad salutem. Dilectam nobis in Christo vxorem tuam per te, licet immeritam, saluamus.

Petrus Abbat de Cella, pro monacho Caziacensi, qui transierat apud Claramuallem. Epistola CCXCII.

Vnde mihi scripsistis, ita respondeo vobis. Molestiam domini Caziacensis nulli arbitrator molestiorem esse, quam mihi. Sed puto vos non latere, voluntate, & praefecto ipsius iam ex longo illum monachum factum nostrum, & mihi ipsum obedientiam promississe, & me curam illius suscepisse. Quoties extunc volentem venire repuli, venientem remis, recordari facile non est. Tandem modo veniens me nolente reuertens, & nullo modo ei persuadere reditum potui. Dicebat autem quia si nos eum proiceremus, iterum se longius, & nullatenus rediturum. Sed nec sic assensum meum habens, imo & contra consilium meum intravit. A quo utique introitu salua conscientia eum prohibere non potui, nec proijcere possum, vt pote, vt dixi, iam olim in meam receptum curam, & de quo redditurus sum rationem. Diu, fateor periculum hoc conscientiae meae dissimulaueram propter molestiam boni illius hominis: & adhuc dissimulaui, si meo iste consilio quoquo modo acquiescere voluisset. Quae cum ita sint, vestrum est consolari hominem, delinire tristitiam eius, excusatum me habere de tam rationabili causa. Postremo ipse quoque (vt scitis) in pendulo est, & saepe cogitavit relinquere domum suam. Quod si vellet nunc effectui mancipare, ego non prohiberem, pro eo quod in ea non sine magna anxietate versetur.

Ad dominum Papam Eugenium pro episcopa Cenomanensi.

Abbas Vindocinensis, pro fugiunt
Nemacho.

Epist. CCXCIII.

Epistola CCXCVII.

Adest episcopus Cenomanensis. Ipse est (si nescitis) de cuius veritate, & honestate nullus dubitat, nisi qui bene non novit hominem. Mihi quidem ab ineunte iuventute sua notus & dilectus est: tam pro memoratis virtutibus, quam pro suis bonis moribus suis. Si quid aliud paternitati vestrae de eo infurrationum est, aut ego fallor, aut ille mentitus est in caput suum. Audite eum, & cum plenitudine gratiae vestrae remittite. Deceptus sum enim si bene non fuerit collocata Abbas Vindocinensis, qui specialiter vester est, rogamus ut & ipse ipse calem inveniatur gratiam: & rationabilis eius petitio haud difficilem assequi mereatur effectum. Dominus Andegavensis mittit nuncium suum, & p̄ se & per nos aliquid petens. Exaudiat & ipse pro iustitia sua, & non exardiat contra eum susurro mendax. Dignum est enim ut qui omnibus vultis, omnibus pro meritis valeatis.

Domino Henrico Cardinali, pro eodem episcopo. Epist. CCXCV.

Sic tibi quasi mihi scribo, & hoc quotiens tibi scribo. Vbi enim tu es, me esse confido: quippe quem tanquam me ipsum diligo. Si me tu aequè diligis (unde quia diligis) vide ne dominus Cenomanensis ex te (quod in te est) in aliquo redeat committatus. Alioquin ego committater in homine, quem satis pro sua honestate diligo, & a te diligi volo.

Domino Hostiensis, pro eodem. Epist. CCXCVI.

Quidam clericus dicitur aures domini mei circumvenisse aliquid contra episcopum suum, & nostrum amicum pro sua cupiditate molitus. Si mei cura est vobis, unde iustitiae Dei, date operam, ut nihil lucretur de suo mendacis susurro malignus, nec laedatur in aliquo innocens episcopus, & fidelis amicus.

Lator praesentium ad petitionem nostram dudum susceptus in confortium vestrum stultitia, & levitate sua re. Et habitu... à vobis exijt. Sed quia... redire cupit, & se... recipi humiliter petit. Metimus... rum recipiatur, poenitentiq. amo. & nostro introitus & habitus non negetur.

Ad dominum Papam Eugenium pro Nicolao. Epistola CCXCVIII.

Nicolaus ille exijt à nobis, quia non erat ex nobis. Exijt autem post se relinquens vestigia. Et ego longe ante hominem noveram, sed expectabam ut Deus eum converteret, aut instaret lucem, ipse se proderet. Quod & factum est. Praeter libros, denarios, & aureos multos, in ipso exitu eius inventa sunt super eum sigilla tria: unum eius proprium, alterum prioris, tertium nostrum: in quibus non antiquum, sed novellam: quod ob ipsius dolos, & frequentias subreptiones mutare nuper factus fueram. Hoc enim est quod ob tacito nomine scripsisse me memini, cum vide, ut de richardi sumus in fallis attribuis. Quis possit dicere ad quam multas personas in nomine meo me ignorare, quae voluit scripsit? Quis mihi det ut ipsa curia vestra ad puram purgetur fece mendaciorum eius. Quis mihi det ut vel eorum innocentia qui mecum sunt, satis valeat excusari apud circumventos & praevios impudencissimis eius mendacis? Vobis quodque aliquoties in eadem fallitate rescriptisse, & non semel partim comitatus, partim & confessus est. De turpitudinibus eius, quibus terra forderet, & facta sunt omnibus in parabola, super se deo polluere labia mea, & vestras aures. Si ad vos venerit (nam hoc gloriatur, & amicos se habere confidit in curia) mentote Arnaldi de Buxia, quia ecce plus quam Aristidus hic. Nullas perpetua dignior inclusione, nihil ei perpetuo silentio iustus.

Comiti

Comiti Engolismen. *de fratribus de Bri-*
xia. Epistola CCXCIX.

Nolite mirari si grauis nobis vide-
tur tam grandis reditus, qui de
terra illa Brixie à fratribus no-
stris exigitur, quia tale aliquid
non consueuimus. Nam multas fecimus
abdicias, & nullum illarum tali subiaceret exa-
ctio. Sed quia vos ita vultis, & Deus plus
acceptat voluntarium bonum quam co-
actum. Iuxta conventionem quam
fratres nostri vobiscum fecerunt, donec
Deus meliorem vobis inspiret voluntatem,
quod non diffidimus. De cetero diligite
eos, fouete, defendite, manutene-
te, quia tutius securius stabitis ante tribunal
Christi, si pauperes eius naueritis vestri di-
lectores, & pro vobis intercessores.

Belenfi Comitissa. Epist. CCC.

Si quando in vos filius vester visus
est excessisse, doluimus, & dolemus
non minus excessum filij, quam ma-
tris iniuriam. Quod tamen, & ip-
sum excusabile est in adolescente filio. Nem-
pe delicta iuuentutis, ipsa quæ commisit, excu-
sat atque prociuit. An nescitis quia pro-
ni sunt sensus hominis, & cogitationes in
malum ab adolescentia? Condidendum mu-
tationem in melius, patris meritis, & ele-
mosinis. Propterea insistendum magis ma-
træ precibus, & precibus ad Deum, quia
ille minus interdu, quam debuit, filia-
rum affectum exhibuit, mater tamen pro
suis visceribus matrem deserere non de-
bet, sed nec valet, affectum. Numquid po-
tuit mater obliuisci filij vteri sui? Et si illa
(inquit) oblitafuerit, ego non tamen obli-
uiscar tui. Oremus, & ploremus coram do-
mino, vt Deus tante indolis iuuenem, pro-
bitatis paternæ imitorem (quod non dif-
fidimus) suæ faciat pietate. Agendum cum
eo in spiritu lenitatis, blandisq; obsequijs,
quia sic melius ad bona opera prouocabi-
tur, quam si irritationibus, & increpationi-
bus exasperetur. Ita sane de eius cita, laraq;
mutatione posse latifcari confidimus cor
vestrum, & nostrum pariter. Quidni ego
tuis cupiam visceribus quotidie seipso fie-
ri meliorem? Vtinam qualem inueni in me
talem semper in omnes inueniam. Quid
enim quantum ad nos vniquam volui, &

Oper. D. Bern. Tom. II.

non fecit? Retribuat illa Dominus. Ce-
terum pro vobis, sicut sape petuis, sape
prout oportuit, & mouebō.

Santia sorori imperatricis Hispania.
Epistola CCCI.

Quod factum est de receptione Thol-
danos monasterij, scitis per me nõ
esse factum, vt ipse absentem, &
ignorantem quid fieret. Factum
autem per nostros non nego; consilio tam-
en multorum religiosorum, Episcopi
coniuentia, & assensu, nobilis quoque
dominæ, quæ locum illum in propria pos-
sessione fundauit, petitione, & voluntate
publice, vt accepimus, & nihil in abscon-
dito factum. Existimabant autem se libere
posse suscipere locum, quem in Dei libertate,
& sine alterius Ecclesie subiectione fun-
datum ipsa, quæ fundauerat, asserbat, &
privilegia (vt aiunt) præ manibus erant.
Ceterum, quia Carcenses fratres factam si-
bi in hoc iniuriam (vt scribitis) conquerun-
tur, nec audientes Salomonem, qui ait: No-
li prohibere eum qui bene vult facere, si d
potes, & ipse benetac: nobis in tam sancto
opere contradicunt, & quoniam seruos Dei
non oportet litigare, consilij nobis fuit ad
verum potissimum consilium causam remit-
tere, vt vestra auctoritate, & opera omnis
inepta, & iniusta (vt aiunt) calumnia con-
quiescat, & ordo in domo Dei receptus ad
eius gloriam, & vestram ipsius salutem de-
inceps in pace permaneat. Nã & frater Ni-
uardus, qui multum gratulatur de vobis, sa-
tis in hoc de vobis confidere mouit, tum
propter vestram erga nos specialem deu-
otionem, tum etiam propter bonam, quam
audiunt a nobis, de hoc ipso promissionem.
Si autem vestri (quod non credimus) fa-
lutaribus monitis, aut consilij contradic-
tores illi acquiescere nolunt, tunc duorum iu-
dicio Episcoporum, ad quos duo illa loca in
re parciali pertinere noscuntur, omnis in-
ter eos controuersia terminetur. Quod que
ab eis iudicatum siue constitutum concor-
diter fuerit, vestrum erit ratum habere, &
de cetero firmiter manutene-re. Si time-
tis Deum, non patiemini impediri tantum
bonum, nec bonam illam mulierem fru-
strari à desiderio suo, nec fratres illos suæ
deuotionis priuari fructu, nec Deum de-
nique tam accepto sibi reformati ordinis
sacrificio defraudari. Obsecramus vos, &

P 3 pro

pro nouella uestra plantatione (illos loquor de spina) vt eis viscera misericordiae exhibeatis, quatenus vestro beneficio sustentati in seruitio Dei, & suo ordine perseuerent.

Legatis Apostolicis pro Archiepiscopo. Maguntino.

Epistola CCCII.

Dominis, & patribus reuerendis, Apostolica sedis legatis puer sanctitatis eorum, Bernardus Clareuallis vocatus Abbas, per omnia Deo placere, & gratos fructuose sue legationis manipulos reportare. Esti corpore remouit, sed affectu, & noua voluntate vobis appropinquamus. optates, & hanc dirigis actus, & studia uestra ad omne, quod deest, & expedit. Inde est, quod audientes miserandum illum Archiepiscopum Moguntinensem vocatum ad uestram praesentiam, ibique responsurum aduersariis suis, ausi sumus uestram pro eo interpellare bonitatem. In hoc enim credimus honorificari manutiterium uestrum, si quatenus salua iustitia licet, patri inclinato, & maceriae depulsa humeros uestrae auctoritatis supponitis, nec calamum quassatum conterit, nec lignum fumigans (quod in vobis est) extinguit non permittitis. Sentiat obsecramus, sibi profuisse & precem nostram, & suam simplicitatem, ob quam fertur a falsis fratribus circumuentus potius, quam inuentus in aliquo dignus depositionis.

Ludouico iuniori Regi Francorum.

Epistola CCCIII.

Si homo ille de Britania dimittere vellet adulteram, vt posset solui anathematis vinculo, quo tenetur, vt illa paternam hereditatem suam secundum diuisionem suam, quam fecit, cum fratre suo, a vobis requireret, & si hoc ipso indigna non esset forsitan recusandum, vt proinde potentis viri seruitium, & auxilium haberetis. Alioquin non est consilium humilis fidelis vestri concedi vlatenus, aut terram, extraneo, aut vestri fauorem Domini excommunicato, & ince-

que & vos audiam. Si debebas furem, cursebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Nec tamen verbum precipitanter, & quasi ex abrupto rumpere consulerim. Agendum autem per fidelem, & prudentem nuncium, quatenus si fieri potest induciatur, & tempus redimatur. Quod si & hoc ille reuerit, & malignari maluerit, fidendum in Domino, quia non perlebit: quoniam quidem iustitia, quae curae est, erit pro rege. Nescio autem, si Episcopus ad hoc conueniens factus idoneus sit, non quia fidelis non sit, sed quoniam fidelissimus, sed quia odit illum, nec sciam, ut ve reor, consilium crederet ei. ipse tamen paratus est pro uestra voluntate ad omne, quod eum Dei voluntate facere poterit. Si quid est, quod sicut ex parte mea vobis secreti suggerat, me hoc illud accepisse sciatis, & tamquam ex ore meo id accipiat. Hic est enim, quem multum diligo, & satis credo ei, vosque illi, ni fallor, credere quod volueritis securè potestis.

Eidem pro ipsius infirmitate scribitur.

Epistola CCCIII.

In litteris, quas misit diuinitas uestra, iustificastis animam meam, & iudicet vos ipse, qui causa est Deus. Quis sum ego, aut quae domus patris mei, vt de morte, vel vita maiestas regia cogitet? Et quae quia tantum habitus sum, vt de meo esse & de furem, sciam, & me abge-antulum nauasse, & vt me sentio, mortis interitum & eptum penculo, debile tamen, & debilem velle. De cetero scire vos volo dominum Robertum germanum uestrum dignate nos, & deuote satis visitasse in infirmitate uestra. Sed & sic locutus in auribus nostris, vt gaudium nobis, & spem de se meliorem reliquerit. Diligite eum, quia si dictis facta comperet, complacebit vobis in illo, & si dignum iudicatis, sciat vobis placere, quod nostra & bonorum consilii de cetero se acquieturum pro-

*mi-
si Sigillum non erat ad manum, sed qui legit agnoscat stylum, quia ipse dicta.*

Isa. 42. 2.

I

Ps. 49. c.

fluoso, ne (quod Deus auestat) quando-

Ad Dominum Papam Eugenium, pro episcopo Beluacensi. Epist. CCCV.

Filius vester ille Beluacensis (quem dicerem, & nostrum, nisi infentium redolet) appellatus ad vestram presentiam veniebat: & licet, utpote de sua iustitia securus, & de vestro paterno favore non dubius. Sed obstiti ego, & vix cum potui retinere quippe cupidum videndi faciem vestram. Quod autem scire volui, cum multa occurrerent causæ, illud præcipuum fuit, quod de vestra dubitauimus voluntate. Deinde præter alias incommodatates non paucas, quæ obuiare viderentur, ipse frater suus rex non ambulat in vno spiritu: & non erat satis tutum diu absentari a suis. Nolo à me queratis, cuius sit culpa, non est meum inculpare quemquam? Sufficit mihi excusare Episcopum. Quidquid humilitatis, quidquid obsequii pro sua persona potuit, vidimus exhibentem, & nihil proficientem. Scitote tamen quidquid timeat, quidquid accidere debeat. Spe mora venturum, vbi vobis placitum cognouerit. Persona eius, & causa eius in manu vestra. Nec in sibi credito ita agit, vel ita conueniatur, vt se tali indignum putet prærogatiua. Itaq. pro se dixit istum sciens, quod ad patrem dirigeret. Scire placet quid iniunctam sit ei? Nihil enim in modo agere, sed totum committere vestro consilio, de quo totis pendet ipse. Nepe nouitiam habet non modo iudicari causam suam a vobis, sed iuari, sed foueri, sed manuteneri. Si placet eam committere domino Rhenensi Archiepiscopo, maturum posse sortiri finem Domino auxiliante confidimus: si tamen appellandi suffugium parti utriusque subtrahatur.

Domino Hostiensi, pro electione Abbatis Turoldi de curibus fontibus. Epist. CCCVI.

Vae Mundo à scandalis. Ego vos scandalizo? Ego vobis scandalosum? Quis hoc crederet posse contingere, nisi cui nota non esset nostra vnanimitas, nostra mutua caritas, & quomodo in domo Dei ambulauimus cum consensu? Subita, & dolenda mihi mutatio. Qui me portabat, nunc parat opprimere, qui me defendebat, nunc terret mihi, blasphemis impetit, arguit præuarica-

tionis. Protoplasi super graui, & singularem peccato confessionem requisiti sunt: Nihil ad poenitentiam expectati sunt: Sodomitæ non de auditu, sed magis de visu puniti sunt. Mecum eo differentius, quod contemptibilis actum est. Non sum reputatus qui poneret ad rationem, qui inuiteret ad satisfactionem, qui causam requireret, qui pro me respondendi facultatem acciperem. Non conuentus, iudicatus sum: non conuictus, condemnatus sum. Et nunc audite, si dignamini excusationem nostram, & si forte minime sufficientem vobis, veram tamen. Voluistis loco vestri substitui fratrem Nicolaum: & ego memini, non disiteor. Ita conuenit vobis pariter, & mihi fore: credidi, propter quod locutus sum. Quod ita non est factum, necessitas fecit, non duplicitas. Res in discordiam versa est. Quis magis in discordia? Concordia magis fuit. Tam concordauerunt discordes ab hac nostra conuentio occinuerunt, vt nec vnus quidem monachus siue conuersus, præter duos, aut tres qui vestrares erant, acquirerit assentire. Tentauimus nihilominus tamen in multis arguimus, nunc blandiendo, nunc terrendo, quo effectum sortiretur: sed vt vnanimiter, ita & pertinaciter obstiterunt. Possemus vim facere: sed sic mihi pareat Deus, quomodo parcendum illi omisimus, ne homo verecundus, & pusillus corde (vt nostis) & fugians onus, in hoc tanto turbine remaneret. Nam præter ea, quæ extrinsecus sunt, quæ probatis & vos, supra vires eius esse omnia videbantur. Itaque tollentes eum cum suis, imposuimus onus, quod eo leuius ferret, quo à nostris pariter portaretur. Est enim locus nouiter ordinatus de fratribus nostris, & vicinior nobis, vt possit à nobis facilius frequentari. De Abbatibus ad locum pertinentibus, quia assensum vestrum non tenebamus, nihil ausi, fratrem Robertum, que nemo magis idoneus ad manum esse tunc visus est, dare volumus: cum responsum est nobis à vestra discretionem fuisse prohibitum. Quid plura? Acceperunt hominem, qui vestra, sicut accepimus, displicet sanctitati. Nec latet causa, in honestum, vt aiant, publice predicatis, & ob turpitudinis notam è priori monasterio trusum, cui ante præferat. Potest ita extitisse, me (quantum recordari valeo) vsq. ad tempus non audisse huiusmodi verbum de illo, Deum testor, & Angelo eius. Sed neque ipse archiepiscopus cum

amouere omnimodis niteretur: tale aliquid vel scripto, vel nuncio nobis aliquando significauit. Egone turpitudinis assentator, fotor inhonesti? Si ita de me sentitis, videte ne vestram quoque excellentiam pariter inuoluat hoc nubilum. Quippe qui cum cuiusmodi tam natam omnibus familiaritatem, atque amicitiam semel inuita, tanto studio hucusque fouistis. Et de Archiepiscopo quid dicitis? quid sentitis? An & ipse, quem talem sciret (nec enim poterat nescire, cum notus esset ex longo) prior promoueret, & in loco, cui ipse praefuerat? Minime ego vel tenuiter suspicer illud de tali viro, & tanto amatore honestatis. Et quidem qui promouit, ipse & amouit; non negauerim. Qua ratione hoc fecerit, viderit ipse. Nam multis displicuisse factum cognoscitur, nepe nec rationem, nec otium, nec conuenientiam in eius amotione cernentibus. Tantum archiepiscopus sic voluit, & ne contristaremuseum nostro hortatu iste in pace cessit, & dedit locum irae. Vnum dico: ex quo ad nos intrauit (sicut testimonium habet ab hominibus) nihil in eo quod promotioni huic obuiaret, conueniens est. Sine querela conuersatus est.

C huc non deest homini litteratura congruens, non doctrina, non affabilitas, non gratia in vultu, & sermone. Sed suspecta est vobis breuitas temporis quod nobisefum fuit, fateor & mihi.

Job 9. d Fortassis bene faciet, fortassis male. Vereor omnia opera mea, & quod operor non intelligo. Vnde certus non sum, certum vos facere minimè possum. Factum est, & quod factum est, non potest non fieri. Si Propheta fuisset, non profecto fecissem vnde amicum offenderem, sanctum turbarem, episcopum scandalizarem. Quid vultis ut faciam? Sic factum est tali necessitate, talique ordine. Haec excusatio mea: Si sufficit, tollatur de medio scandalum. Si minus, ego iudicium portera, quod & quale decreueritis. Nam si quod edificam, tam cito iterum destruum, graue nisi forte causa conueniens superuenierit, quod fortasse processu temporis accidere potest. Si vultis vos amouere eum, potestatem habetis. Non obisto, non me oppono torrenti. Inique non egi: si insipienter videor, ne promptus est vobis insipientiam meam corrigere, aut si hoc dignius iudicatis, etiam & punire. Dico tamen, si pie, si christianè mecum agitur, corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: non in ira apud alios diffamabit. Habetis formam meam

Pf. 144.

b

hic, nisi & hoc indignamini praesentibus litteris. Nempe comperta per alios, & non per vos vestra indignatione, cautum habui non rependere vicem, sed mox vobis de vobis per praesentia scripta conqueri. De cetero benedictus Deus, qui & hoc quod dederat, & de quo mihi forte immoderatus blandiebat, solatium ante exitum tulit: vestram scilicet & Domini mei gratiam: ut vel proprio experimento discam non ponere spem meam in homine.

Ad eundem. Epist. CCCVII.

D

F Estine ista dicto, & ob hoc minus festiuè aliquidem viator transire festinas viger. Res mira, sed magis leti. Frater G. Fulcherius cum litteris Domini mei pariter & vestris, simulque praesentium lator peregrinus vno pene momento adfuerunt: Deo ita sine dubio providente, ut haberem, per quem festinanter referberem: quod utique cupienti mihi non poterat fatis esse festiuum. Inde est quod haec in infirmitate mea ipse dictauit, quod non ille tunc alter ad manum, Deo Beluacensi quod primum posuistis primum ita respondeo. Sui iuris est. Iam non est in mea potestate, sed in ciuitate vita eius & conuersatio. Si secus quam debet, vel decet, interdum agit, dolere possum, sed emendare, proui volo, non valeo. Verum tamen quod vobis suggestum est de vagatione eius, nimium extitisse in ea usque adhuc nos non comperimus: nec inde notatum apud nos quandoque audiuimus. Ex quo ad eum venit frater Robertus, qui cum eo est, turpe & graue aliquid perpetrasse, aut episcopo persuasisse, ad aures nostras nondum omnino peruenit: & mirum si ad vos potuit peruenire, quod latere nos potuit. Dabo tamen operam facere quod vultis de reuocatione eius, si quoniam honeste & opportune potuerit. Iam fecissem, si cum pace Episcopi potuissem, & non timuissem inutiliorem huic subrogandum. In quadragesima venit ad nos ipse Episcopus paratus ire ad curiam causa cuiusdam appellationis: & venisset, nisi nos dissuasissemus. Porro dissualionis intentio fuit, quod non ita vidaretur esse paratus, sine in consilio, siue in comitatu ut iuuenis Episcopi personam decuisset. Propositum tamen eius est proficisci tempore opportuno. Frater vester est, facite cum illo misericordiam. Ve aduersarij eius non praeualeant aduersus cum

E

eam. Vellem vos ad ipsum potius quam ad nos scripsisset, & fraternè monuisse super his quæ de eo audistis. Deinde super statu corporis mei cognoui vos esse sollicitum. Verum est quod audistis, infirmatus sum vsque ad mortem, sed interim reuocatus ad mortem atque hoc (vt me sentio) nõ diu. Lõge. n. sum. debitor quam credi possit. Quod tamen diximus absq. præiudicio dnuicæ prouidentie, quæ & mortuos suscitare potest. Et in hoc sit responsum nõ modo vobis, sed & domino. Cui volo & oro, vt in quantacumque deuotione poteritis, accito vobis pariter Domino Tusculano, plenissimas grates referatis pro tanta dignatione, & sollicitudine in præiudicio de domino Lugdunensi audite quod verum est, & quod certum sit vobis. Vt ille aggressus est iter cũ multa pecunia, & honorabili comitatu, prout decebat tantum Archiepiscopum, & ecce vndiq. in ipso pene prociectu insidie inimicorum. Quid faceret vir desiderij? Progredi nõ licebat, & desistere à proposito sibi grauius omni captiuitate iudicabat. Comites suos partim remisit, partim disperse. In illa pecunia se exonerauit, modicum retinens vnde cum paucis posset perficere viam. Quid plura? Venit cum tribus aut quattuor ministris, ipse nihil omnino in habitu ministrantis, sicque strata publica cum turba promissa peregrinorũ tanquam vnus ex illis, peruenit ad sanctum Aegidium. Cumque infirmaretur, pertransijt vsque ad Montem pessulatum. Ibi aliquam diu commoratus cum medicis expendit, & quod habebat, & quod non habebat.

Ad tres Episcopos curia Romana.
Epist. CCCVIII.

AD hoc vos Deus in sublimitate posuit, vt tanto maiori Ecclesie suæ utilitate viuatis, quanto in terra eminentiori auctoritate præcæsit. Alioquin deponet illic paterfamilias potente de sede, qui pro accepta potestate inuenti fuerint suis utilitatibus defuisse. Quanta iustineat sponsa Christi damna in Episcopatu Metensi, e di nos amplius horremus, quia viciniore sumus, tamen & vos arbitror non latere. En quantum lupus illud ouile Christi tum insidijs, tum manifestis assaultibus quotidie molitur inuadere, & disperdere oues Christi sanguine cõgregatas. Idque non ab heri & nudius tertius, sed

ex quo adhuc fuerat lupicellus, non cessat illum Dominicum gregem quibus potest vribus infestare, & vastare rapinis, incendijs, homicidijs. Ego itaque quod in me est, demostro lupum, instigo canes. Iam quid in terribi vestra, vos videritis: meum non est docere doctores.

Ad Petrum Abbatem Cluniacensem.
Epistola CCCIX.

Domino & patri reuerendissimo, Petro Cluniacensi Abbati, suus Bernardus quod suus. Visitet te ories ex alto, d bone vi. ga visitaui me in terra aliena, & in loco peregrinationis meæ consolatus es me. Bene fecisti, intelligens super egenum, & pauperem. Absens eram, etiam non in tempore absens, & recordatus es nominis mei, homo magnus occupatus in magis. Benedictus sanctus Angelus tuus, q. pro pectori tuo id suggestit. Benedictus Deus noster, qui p. suavit. En teneo vnde glorier apud extraneos, hite ras tuas, & illas luterar, in quibus tuã mihi animam effudisti. Glorior quid me habes nõ modo in memoria, sed & in gratia. Glorior privilegio amoris tui, resecus sum de abundantia suauitatis pectoris tui. Nõ solũ aut, sed & glorior in tribulationibus si quas dignus habitus sum pro Ecclesia pati. Hæc plane gloria mea, & exaltans caput meum. Ecclesie triumphus. Nam si socij sumus laboris, erimus & consolationis. Collaborandum fuit, & compatiendum matri, ne & de nobis quereretur, dicens: Qui iuxta me erant, de longe iteterunt, & vim faciebant, qui querebant animam meam. Deo autem gratias, qui dedit ei victoriam. Non est autem in laboribus, & cõpleuit labores illius. Tristitia nostra in gaudium, & luctus noster versus est in citharam. Hyems transijt, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tẽpus putationis aduenit. Amputatum est sarmentum inutile, putre mēbrum. Ille, ille iniquus, qui peccare fecit Israel, morte absorptus est, & traductus in venterem inferi. Fecerat quippe, secundum Prophetam, pactum cum morte, & cum inferno foedus inierat. Ideoque, iuxta Ezechielem, factus est perditio, & non subsistet in æternum. Alius quoque omnium sicut maximus, ita & pessimus inimicus, abscessus nihilominus est. Et is erat vnus ex amicis Ecclesie.

Pf. 37. c

Hef. 9. c

Car. 2. c

H

1/2. 10.

clotiz

2/37. b
 clesiar, sed illis, de quibus solet queri, & dicere: Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Sed qui restant, cito speramus de similibus idem iudicium. Prope est vt reuertar ad fratres meos, si vita comes fuerit, per vos sicut intendendo transiturus. Interim commendo me sanctis orationibus vestris. Salutamus fratrem H. camerariū, & omnes, qui circa vos sunt, cum reliqua sancta multitudine.

Ad Arnoldum Carnotensem Abbatem Bonauallis. Epistola CCCX.

I
Suscipimus caritatem vestram in caritate, & non in voluptate. Quæ enim voluptas, vbi totum sibi vendicat amaritudo? nisi quod solum nihil comedere vtcumque delectabile est. Somnus recessit à me, ne vel beneficio sopiti sensus dolor vniquam recedat. Defectus stomachi, fere totum quod patior, est. Frequenter & in die, & in nocte exigit confortari medico admodum qualicumque liquore. Nam ad solidum omne inexorabiliter indignatur. Hoc parum, quod dignatur admittere, non sine graui molestia sumit: sed timet grauiorem, si se vacuum omnino dimiserit. Quod si plusculum quid interdum admittere acquiescat, id grauissimum. Pedes & crura intumuerunt, quemadmodum hydropticis contingere solet. Et in his omnibus ne quid lateat amicum de statu amici sollicitum, secundum interiorem hominem (vt minus sapiens dico) spiritus promptus est in carne infirma. Orate saluatorem, qui non vult mortem peccatoris, vt tempestiuum iam exitum non differat, sed custodiat. Curate munire votis calcaneum nudum meritis: vt is, qui insidiatur, inuenire non possit vnde figat dentem, & vulnus in fligat. Hæc ipse dictaui, sic me habens, vt per notam vobis manum, agnoscatis affectum: Verumtamen rescripisse quàm scripisse maluerim.

Exo. 18.
 & 33. c

Hanc supradictam epistolam sanctus Abbas Bernardus iam in extremis positus vltimam dictauit.

Ad fratres Hibernienses, in obitu sancti Malachia Episcopi.

Epist. CCCXI. quæ incipit, Religiosis fratribus, quam vide supra inter Sermones. post ser. In fest. omnium sanctorum.

Ad Guidonem Abbatem, & fratres Arremarenfes. Epist. CCCXXII.

Venerabili Guidoni Abbati Arremarenfis, & sanctis, qui cum eo sunt, fratribus, Bernardus seruus sanctitatis eorum, seruire Dño in sanctitate. Petis charissime mihi Guido Abbas, & tecum pariter qui tecum sunt fratres, dicere me aliqua vobis legenda solemniter, vel canenda in festiuitate sancti Victoris, cuius apud vos corpus sacratissimū requiescit. Cunctanti instas, dissimulantem vrge, meā & si iustam verecundiam dissimulas ipse. Adhibes mihi, & alios precatores quasi sit aliquid ad inclinandum me tuæ voluntati, tua ipsa voluntate conuenientius. Verū tu vel proprio iudicio consulens, cogitare debueras non affectum tuū erga me, sed meum in Ecclesia locum. Sane altitudo negotij nō amicum desiderat, eruditū, sed dignū: cuius auctoritas potior, vita sanctior, stylus maturior, & opus illustret, & cōsonet sanctitati. Quantulus ergo in populo Christiano, cuius litteræ in Ecclesijs lectitentur? Aut quantula mihi ingenij, eloquijve facultas, vt à me possimum festiua, & plausibilia requirātur? Quid? Quæ cæli habet laudabilem & laudatum, ego de nouo laudare incipio super terram? Super nis velle addere laudibus, detrahere est. Nō quod glorificatos ab Angelis homines iam laudare non audeant: sed quia in solēitate celebri, non nouella audiri decet vel leuia, sed certe authentica & antiqua, quæ & Ecclesiam ædificent, & Ecclesiasticam redoleant grauitatē. Quod si noua audire libet, & causa requirit, ea, vt dixi, recipiēda consuecimus, quæ cordibus auditiū, quo gratiora, eo vtiliora reddat & eloquij dignitas, & auctoris. Porro sensa indubitata resplendant veritatem, sonent iustitiā, humilitatē suadeant, doceant exquisitam: quæ etiam lumē veritatis mentibus pariant, formam moribus, crucem vitijs, affectibus deuotionem, sensibus disciplinam. Cantus ipse si fuerit, ple-

aus sit gravitate, nec lasciviam resonet, nec
 iustitiam. Sic suavis, vt non sit leuis: sic
 malecautes, vt moueat corda. Tristitiam
 leuet, iram mitiget, sensum literæ non
 euacuet, sed fecundet. Non est leuis ia-
 ctura gratiæ spiritualis, leuitate cautus ab-
 ducta sensuum vitilitate, & plus sinuandis
 intendere vocibus, quàm insinuandis re-
 bus. Et qualia oportet esse, quæ in audien-
 tiam Ecclesiæ veniunt, qualemque horum au-
 ditorem. Nunquid talis ego, aut talia qua-
 parauit. Et tamen de paupertate mea te pu-
 tante, te inquietante, etiam non quia amicus
 es, certe ob tuam importunitatem surgens,
 iuxta verbum domini, præstiti quod peti-
 sti. Præstiti dico, non quod tibi ad votum,
 sed quod mihi ad manum venire potuit,
 pro posse vtique meo, non pro velle tuo.
 Seruata tamen antiquorum veritate scri-
 ptorum, quæ tu mihi transiferas, de vita
 sancti duos sermones dictavi qualicumque
 sermone meo illud quantum potui cauens,
 vt nec breuitas obscuros, nec prolixitas
 redderet onerosos. Deinde quod ad cætam
 spectat, hymnum composui, metri negli-
 ges, vt sentiri non deessem. Responsoria 12.
 cum Antiphonis 27. suis in locis disposui,
 ad hoc responso vno, quod prioribus ven-
 tis, quibus, ipso die festo pro vestra regulari cõ-
 munitate, vno ad laudes, altero ad vespere
 decantandis. Et pro his omnibus merce-
 rum præstiti. Sive placeant, sive non, mea non
 reuertet quidquid habui, dedi. Ergo merces
 mea, oratio vestra.

*Habetur supra in-
 terima
 rum pri-
 mus inci-
 pit Victo-
 ris
 fecundus
 vero.
 Gaudere
 in Doms
 no dile-
 tissimi
 fol. 88.*

*Epistola Beati Bernardi, responsua ad au-
 tum sibi propositum, cur festa Macha-
 beorum ab Ecclesia habentur celebra in
 ordine aliarum.*

Epistola CCCXIII.

Quæritur itaque quidnam visum patri-
 bus fuerit, vt solis ex omnibus au-
 tiquis iustis, singulari quodam pri-
 uilegio Machabæis animam ce-
 lebritatem pariter cum nostris martyribus ve-
 neratione decernerent in Ecclesia solem-
 niter exhibenda. Si dixerò dignos merito
 martyrum gloria iudicatos, quibus non
 impar fuit in martyrio virtus, erit forsitan
 solam cur ipsos, sed necesse plane cur solos,

cũ & alios pietatis occubuisse, non tamen pa-
 ri tripudio recolere meruisse. Constat tamen
 vtrosque quidem in morte communem ha-
 buisse cum martyribus nostris pietatis cau-
 sam, sed non vtrosque pariter eandem cõ-
 liti adeptos fuisse martyrij formam. Vniuer-
 sis nempe iam veteris, quàm noui testamen-
 ti martyribus æque cõuenit pro iustitia oc-
 cubuisse, sed interest, quod isti passi sũt, quia
 illam tenebant, illi, quia non tenentes repre-
 hendebant. Et vt breuiter totum in quo dis-
 ferunt proferamus, hos cultus, illos zelus
 iustitiæ martyres fecit. Soli ex veteribus
 Machabæi, quia nõ solum causam, sed & for-
 mam, vt dixi, martyrij noui testamenti te-
 nuerunt, iure fortasse in Ecclesia cum nouis
 Ecclesiæ martyribus eadem celebritatis glo-
 riam assecuti sunt. Itaque martyrium facit
 causa, tempus genusque discernunt. Tem-
 pus quippe Machabæos à nouis martyri-
 bus distinguit, coniungit antiquis. Genus ve-
 ro nouis aggregat, quia libere & ipsis dijs a-
 lenis cogebantur, & segregat à veteribus.

*Ad Dominum, ac venerabilem Eskilum
 Lundensem Archiepiscopum, sedis Apo-
 stolice in Dania & Suetta ligatum, cuius
 corpus gloriosum in Claravalle requie-
 scit iuxta matrem eiusdem diui Bernardi.*

Epistola CCCXIIII.

Amantissimo patri, & Domino
 Eskilo, Dei gratia Lundensi ar-
 chiepiscopo, frater Bernardus
 Clarauallis vocatus Abbas, in
 vero salutari salutem. Scripta & saluta-
 tiones vestras, immò affectiones cordis ve-
 stri tam libenter suscepi, quàm specialiter
 & diligo vos, & diligor à vobis. Inde est
 quod auditis tribulationibus vestris, eas
 non solum meas feci, sed & inueni: quia nõ
 possum te dolente non dolere dulcissime
 pater, nec nisi molestus, & anxius tuas mo-
 lestias & anxietates audire. Tangit, & an-
 git cor meum quidquid tuum exasperat,
 & quidquid illud sit, quod te persequitur,
 non solum te persequitur, sed me tecum.
 Quidquid enim gratiæ, & dilectionis im-
 pendere sibi possunt absentes amici, puto
 & me debere tibi, & mihi deberi à te. Au-
 dax sum, sed non mendax, & in hanc au-
 daciam me compulit tuæ sublimitatis di-
 gnatio.

Pf. 137.
6

gnatio. Quando enim id præfumerem ego? quando tãtam tantillus, & à tanto gratiam sperare aulerem? Et si ego retribuere non potero, non est mortuus retributor meus, quia Dominus retribuet pro me. Dominus, inquam, & in quo pro quo tanta nõs deuotione complecteris, tanta stringis affectione. Benedictus sanctus Angelus tuus, qui pro pectori tuo id suggestit. Benedictus Deus noster, qui psuasit. Glorior privilegio amoris tui. Refectus sum per charissimum fratrem nostrum filium tuum Guilielmum, de abundantia suauitatis pectoris tui. Refectus sum per nuncium tuum, reffectus sum per litteras tuas, reffectus sum per omnes, qui à te vsque ad nos, vel per nos euadere possunt. Utinam mihi datum esset desuper hæc dicere non distare, vt me potius loquens quam scribens aperire valerem. Pro certo ac certior est sermo viuus, quam scriptus: efficacior lingua, quam littera. Oculi quippe loquentis fidem facerent dictis, & melius affectum vultus exprimeret, quam digitus. Sed quia illud absens per me nõ possum, per litteras, quæ secundum in huiusmodi locum obtinent, satisfacio quantum possum. Nuncium tuum cum magna exultatione vidimus, & negotium tuum quantumcumque potuimus, munimus ad Dominum Papam. De secreto autem verbo illo, quod tam audacter ascendit in cor tuum, respondebit tibi ex parte nostra Guilielmus tuus: tuus, inquam, & specialiter tuus in visceribus Iesu Christi. Posui enim verba mea in ore eius, & ipsum audies tanquam me in negotio isto. Heu, auellor, abripior, nõ licet vltra. Auocat diei malitia, reuocat turba superuenientium, & Epistolam potius rumpunt, quã finiunt. Sed numquid, quia faciunt, vt paucis scribam, facere potuerunt, vt parum diligam? Actum excludunt à me, non affectum: ille semper tecum est, qui sui iuris est, & tecum erit quãdiu fuerit, & omni mihi amicitia iure colenda, pie, ac reuerendissime pater.

Ad sanctam Malachiam Habernia Archiepiscopum. Epist. CCC XV.

DVenerabili Domino, & beatissimo patri Malachia, Dei gratia Hybernensium Archiepiscopo Apostolicæ sedis Legato, frater Bernardus Claraualis vocatus Abbas, iudicare gratia apud Dominum. Inter mul-

tiplices æstus, & curas mei, præ multitudine quantum anima mea turbata est valde, fratres, de terra longinqua venientes, vt seruiant Domino, Epistola tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Epistola in ostensione bonæ voluntatis, baculus ad sustentandum corpus infirmitatis, frater qui Deo seruiunt in spiritu humilitatis. Omnia susceperunt, omnia placent, omnia pariter cooperantur in bonum. Quod autem voluistis duos de fratribus mitti vobis ad præuidendum locum: communicato cum fratribus consilio, dignum duximus non eos separandos ab inuicè, de hoc plenius in eis formetur Christus, donec ad integrum doceatur præliari prælia Domini. Cui igitur fuerint in schola sancti spiritus eruditi, cum induiti virtute ex alto, tunc demum ad patrem filii reuertentur, vt cantent canticum Domini, nõ iam in terra aliena, sed in sua. Vos autem interim iuxta sapientiam vobis datam à Domino, secundum habitudinem locorum, quæ vidistis apud nos, præuidete & preparate eis locum à tumultibus sæculi separatum. Tempus enim prope est, in quo vobis operante Dei gratia, nouos de veteribus homines producemus. Sit nomen Domini benedictum in sæcula, de cuius munere venit, vt cõdes habeam filios vobiscum, quos vestra prædicatio plantauit, nostra exhortatio sigauit, Deus autem incrementum dedit. Sanctitatem vestram rogamus, vt verbum Domini prædicetis ad dandam scientiam salutis plebi eius. Duplex enim vobis incumbit necessitas, & ex officio legationis, & Episcopali negotio. De cetero quoniam in multis ostendimus omnes, & inter homines sæculi frequenter positi, multum de puluere mundi contrahimus, vestris & vestrorum orationibus me commendo, vt in fonte misericordie suæ nos lauare, & emaculare dignetur ipse fons pietatis Iesus Christus, qui dixit Petro. Nisi laueris te, non habebis partem mecum. Sed & hoc ipsum, non solum precibus, verum etiam quasi ex debito requiro, cum ego clamem ad dominum pro vobis, si quid possit peccatoris oratio. In Domino valete.

Ad eundem. Epist. CCC XVI.

Malachia Dei gratia Episcopo sedis Apostolicæ legato, frater B. Claraualis vocatus Abbas, si quid potest peccatoris, oratio, & si quid pauperis deuotio prodest. Fecimus quod præcepit sanctitas vestra, et si non

lac. 3. 0
104. 13. 0

non viderunt, profecto vt possibile pro tempore fuit. Tanta apud nos vbique malitia grassatur, vt vix id tantillum quod factum est, fieri licuerit. Misimus tam exiguum seminis quod videtis, ad seminandum vel modicam partem agri illius, in quę verus Isaac quodam exierat ad meditandum cum primum adducta est ei Rebecca per puerum Abraham perenni coniugio feliciter copulanda. Nec contemnendum semen, de quo illud in partibus vestris experimur impletum hoc tempore: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis, & sicut Golortha similes essemus. Itaque ego seminavi, rigate vos, & Deus incrementum dabit. Sanctos omnes, qui apud vos sunt, per vos salutamus: humiliter ipsorum nos & vestris sanctis orationibus commendantes. Valet.

Ad eundem. Epist. CCCXVII.

A Mantissimo Patri, & Domino Reuerendissimo Malachia, De gratia Episcopo, sanctę & Apostolicę sedis Legato, suus sanctitatis frater Bernardus Claravallis vocatus Abbas, salutem & qualescumq; vobis orationes. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine pater, quam iucunda tuę memoria sanctitatis. Si quid affectionis, si quid deuotionis, si quid animi in nobis est: totum sine dubio sibi vendicat tuę dilectionis caritas. Nec opus est verborum multitudine, vbi multum viget affectus. Confido enim quod testimonium perhibeat spiritui tuo spiritus, quem habes a Deo, tuum esse modicum id quod sumus. Tu quoque pater amantissime, & desideratissime, ne tradas obliuioni animam pauperis caritatis nexibus adhaerentem tibi, & animam pauperis tui ne obliuiscaris in fine. Neque enim quasi de nouo commedamus nos tibi, cum in multo iam tempore gloriamur in Domino, quod inuenire meruit paruitas nostra gratiam in oculis sanctitatis tuę. Sed oramus vt dilectio iam non noua, nouis quotidie proficiat incrementis. Filios nostros ino, & vestros tanto obnixius commendamus vobis, quanto amplius remoti sunt a nobis. Vos scitis quoniam tota post Deū fiducia nostra fuit, vt mitteremus eos, quoniam sanctitatis vestrę precibus nō acquiescere illicitum videbatur. Facite quod

vos decet, vt totis visceribus caritatis amplectamini eos, & foueatis. Nequaquam occasione aliqua circa eos solitudo, & diligentia tepescat, & pereat quod plantauit dextera tua. Iam quidē quia bene proficit domus, & ex vestris literis, & ex fratrum nostrorū relatione didicimus: multiplicatur tā in temporalibus, quā in spiritualibus. Vnde & cōgratulamur plurimū, & toto animo gratias agimus Deo, & paternę sollicitudini vestrę. Et quoniam multa adhuc opus est vigilantia, tamquā in loco nouo, & in terra tā insueta, imo & in experta monasticę religionis: obsecram⁹ in domino ne retrahatis manū vestrā, sed quod bene incepistis, optime perficiatis. De fratribus nostris qui redierunt a loco illo, nobis bene placuisset, si remansissent. Et fortasse nonnullā occasionem prębuerūt eis, fratrū qui de terra sunt minus disciplinati mores, in eo maximē quā minus facile eorum consilijs acquiescere videtur in his rebus, quauñ prius fuerant in experti. Charissimū filium nostrum Christianū, & vestrū remissimus ad vos, quantum potuimus instructum plenius in his, quę ad ordinem pertinent, & de cetero circa obseruantias eius sollicitiorem futurum, vt speramus. Nec miremini, quod nō plures cum eo misimus fratres: quoniā nec idoneos inuenimus fratres, qui facile acquiescerent, nec inuitos cogere consilium fuit. Dilectissimus frater noster Robertus precibus nostris acquieuit etiā hac vice, tamquā filius obedientię. Vestrum erit iuuare eū, vt possit iam & in adificijs, & in ceteris necessarijs promoveri domus vestra. Illud quoque paternitati vestrę suggerimus, vt viris religiosis, & quos speratis viles fore monasterio, per sua deatis quatenus ad eorum ordinem veniāt, quoniam hęc erit summa utilitas domus, & vobis facilius acquiescent. Valeat sanctitas vestra nostri semper memor in Christo.

*Ad Dominum Papam Innocentium.
Epist. CCCXVIII.*

A Mantissimo Patri, & domino Innocentio sumo Pontifici, frater Bernardus, modicum id quod est. Cremonenses induruerūt, & propensas eorum perdit eos. Mediolanenses cōtemnunt, & confidentia ipsorum seducit eos. Hi in curribus & in equis spem suam ponentes, meam frustraerunt, & laborem

borem meum exinanierunt. Abibam tristis, cum ecce non mediocris à vestra parte cōsolatio, vt etsi abundant tribulationes pro Christo, abundant & consolationes per ipsum. Accepi optatas litteras ferētes delicias cordis mei, certitudinem de vestra incolumitate, hostium infortunijs, successibus amicorum. Ceterum, perlegenti rursum tristior finis lætitiā temperauit. Quem enim non terreat vestra indignatio? Fateor iustam, & eo plus terreo. Dico tamen, quod factum nondum est, faciendum est, sed tempore quo prauiderit Deus. Si quominus, erit vobis æquē in promptu quicquid intentatis inferre, & non æquē forsā periculosum. Alioquin quod tantis Dei miseracionibus, tantis vestris, & vestrorum laboribus in populo isto nouiter edificatum est: heu, quā leuiter destrui potest. Mirum si ei, qui misericordiam legitur, superexaltare iudicio, placere potest. Sed ò felicem illum episcopum, qui in vrbe Caldæorum de quodā quasi paradiso translatus, frater factus est draconum, & socius struthionū. Quid faciet? Obedire vult, & ecce bestię Ephesi frendent in eum dentibus. Dissimulare vult prudenter pro tempore, & omni feritate formidolosiore vestram indignationem incurrit. Angustię sunt ei vindicę, nisi quod tolerabilius iudicat sibi esse sine populo, quā sine domino. Pluris habens, vt dignum est, apostolicam gratiam, quā Mediolanensem cathedram. An vos de eius fidelitate dubitatis? Si quis vobis aliud de eo maligna persuadere suggestionē tentauit, se magis prodidit infidelem, qui virum tam boni testimonij lingua perfida in suo liuore persequitur. Parce pater benigne, parce fideli tuo, parce adhuc recenti structurę, parce nouelę plantationi, parce denique populo acquisitionis tuę: hisque ipsis beneficijs tuis, quę te eidem veracissimē contulisse commemoras. Memento pie domine sermonis domini tui, quem dixit: Ecce anni tres sunt, inquit, ex quo venio querens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Tu verò vix tres expectasti menses, & iam securim paras. Si tres annos sustinisses, quartum adhuc à fidei seruo dominici iure exigeremus exempli. Dicimus ergo & nos: Dimitte, & hoc anno, si quomodo forte circumfossa humo ligone penitentię, adhibitoque fimo lacrymarum suarum sterilitati Mediolanensium is, cui etiam

credidisti, consulere, & fructum elicere queat.

Ad Lelbertum Abbatem sancti Michaelis.
Epist. CCCXIX.

Patri, & amico suo Lelberto sancti Michaelis Abbati, frater Bernardus eorum, qui in Claraualle sunt seruorum Dei inutilis seruus debitorum dilectionis affectum. Hic filius vestre peregrinationis, quam etsi vestra licentia suscepit, nō itro consilio deserens ad vos reuersus est. Cum enim cognouisset viam illam, & cum requisisset per leuitatem, & vos ob illius improbitatem annuisse, durē (vt dignus erat) increpatum reuertenti persuasimus. suę liquidem (quantum conijcere posuimus) leuitatis, & improbitatis poenitentem, ac de ecclesia emendationem pollicentem: rectius iudicantes quantumlibet reum in suo monasterio monachum poenitentiam agere, quā in aliis vagando prouincias circumire. Neque enim terrenam, sed cęlestem requirere hic Colymam, monachorum propositum est, & hoc non pedibus proficiscendo, sed affectibus proficiscendo. Vos autem pater non molestant habeatis eius reuersionem, & in suspectam habeatis eius conuersationem: quin potius gaudete, quia hic filius vestre Luc. 17. mortuus fuerat, & reuiuiscit, perierat, & inuentus est.

Ad priorem suum Godofridum, postea
Ligonensem Episcopum.
Epist. CCCXX.

Fratri Godifredo, frater Bernardus, salutem. In octauis Pentecostes ipsa die compleuit Deus desiderium nostrum. Ecclesię vnitatem, & vrbi dādo pacem. Nam illa die filij Petri Leonis, omnes simul humiliauerunt se ad pedes domini Papę, & facti homines eius ligij, abrauerunt ei ligiam fidelitatem. Clerici quoque qui in schismate erāt, simul cum idolo quod erexerāt, humiliantes se ad pedes domini Papę, obedientiam ei, iurta morem, promiserunt, & facta est lætitia magna in populo. Hanc pacem nō cum quadam securitate, occultata tamen, diu à nobis, expectauissemus, iam dudum venissemus. De cętero rā nihil est, quod nō hic detur.

LUC. 13.
3

tineat. Facio quod imperastis, venia, vertimus in vino. Ecce enim venio cito, etiam & mercor mea mecum est, victoria Christi, & pax Ecclesiae. Sexta feria post die illu egres- sus est. Ioster de civitate. Itaque venientes veniemus cum exultatione portantes manipulos pacis. Et haec quidem verba pulchra sunt, sed pulchriora sunt facta. Et enim tam pulchra sunt, ut quisquis non lateatur in eis, aut stultus sit, aut nequam. Vale.

Ad fratres de sancto Anastasio.
Epistola CCCX. I.

Dilectissimis in Christo filiis no-
stris de sancto Anastasio. frater
B. Claraualis vocatus Ab-
bas, salutem & devotas ora-
tiones. Testem habeo in caelis, quam multum
omnes vos cupiam in visceribus Iesu Chri-
sti quantis si fieri posset, desiderio desidera-
rem videre vos, non propter vos tantum,
sed propter me cui magnum certe solatium,
& praegrandis esset laetitia amplecti viscera
mea, gaudium meum, & coronam meam,
et loqui vobis. At quoniam id nondum con-
ceditur, concedatur enim sicut bene confido
in misericordia Dei: & erit quando vide-
rimus vos, & gaudebit cor nostrum, & gau-
dium nostrum nemo tollet a nobis, interim
certe magna mihi est consolatio, & laetitia
multa in his, quae de vobis audiui per dile-
ctissimum fratrem & coabbatem nostrum
venerabilem Bernardum vestrum. Multam
enim vobis habeo gratiam, quod tam be-
ne sibi complacet in vobis pro disciplina ve-
stra, & ordinis zelo, pro obedientia, & vo-
luntaria paupertate. Pro quibus sine dubio
merces vestra multa est in caelis. Unde rogo
vos fratres, & multum obsecro, sic agite, &
sic state in domino dilectissimi, solliciti sem-
per circa custodiam ordinis, ut ordo custo-
diat vos: solliciti servare unitate spiritus in
vinculo pacis, mutuum in vobis impletis,
maximeque ad praelatos caritatem humilem
habentes, quae est vinculum perfectionis.
Humilitatem ante omnia, super omnia pa-
cem sectamini, propter in habitate spiritum
Dei in nobis, qui non nisi super quietum &
humilem requiescit. Ceterum unum quidem
petijt venerabilis Abbas vester, quod
mihi minime bonum videtur. Credo autem
quod & esse spiritum Dei habeam, & consi-
lium Dei in hoc seculo equidem, quod in re-

gione habitatis infirma, & multi aliqui ex
vobis laborant infirmitatibus, sed memen-
tote quis dixerit: Libenter gloriabor in in-
firmitatibus meis, ut inhabitet in me vir-
tus Christi. Et cum infirmor, inquit, tunc
fortior sum. Compatior utique, & multum
ego compatior infirmitati corporum, sed ti-
menda multo magis, ampliusque cavenda
infirmitas animarum. Propterea non me
competit religioni vestrae, medicinas qua-
rere corporales, sed nec expediat saluti. Nam
de vilibus quidem herbis, & quae pauperes
deceant, interdum aliquid congerit, tolera-
bile est, & hoc aliquando solet fieri. At
vero species emere, quarere medicos, acce-
pere potiones, religioni indecens est, & con-
trarium puritati, maximeque ordinis no-
stri, nec honestati congruit, nec puritati.
Haec enim omnia gentes inveniunt. Scimus
autem, quia qui in carne vivunt, Deo place-
re non possunt. Spiritualia praeferunt spiri-
tualibus comparanda, & quarenda potio
humilitatis, & clamandum in toto corde: d.
Sana animam meam Domine, quia pecca-
vi tibi. Huic sanitati, fratres dilectissimi, operam date, hanc seclaminam, hanc servate,
quia vana salus hominum.

Eiusdem ad Episcopum Clerum, & populum
Spiriensem, hortans ad arma con-
tra insuales suscipienda.

Epistola CCCXXII.

Domino & patri charissimo ve-
nerabili episcopo Spirensi, &
universo clero & populo, Ber-
nardus Claraualensis voca-
tus Abbas, in spiritu fortunatis abunda-
re. Sermo mihi ad vos de negotio Christi,
in quo est utique salus vestra. Haec dico ut
excuser in digno tatem personae loquentis,
auctoritas Domini excuset, & conficiat in
propriae utilitatis. Modicus quidem sum, sed
non modicum cupio vos ornare in visceribus
Iesu Christi. Ea nunc mihi ratio subedi ad
vos ea causa, ut universitate vestra litteris
audeam convenire. Agerem id libertas vi-
ua voce, si vi voluntas non de esset, super ete-
ret & facultas. Ecce nunc fratres acceptabile
tempus, ecce nunc dies copiosa salutis. Com-
mota est siquidem, & contremuit terra, quae
copiam Dei caeli perdere tentam, suam
suam, in qua est verus, & annis plusquam
triginta

triginta homo cum hominibus cōuerfatus .
 Suā vtique quam illustrauit cum miraculis
 quam dedicauit sanguine proprio, in qua
 primi resurrectionis flores apparuerunt, &
 nunc peccatis nostris exigentibus, crucis ad-
 uersarij caput extulerunt sacrilegum, depu-
 pulantes in ore gladij terram promissionis.
 Prope enim est si non fuerit qui resistat, vt
 in ipsam Dei viuientis irruant ciuitatem, vt
 officinas nostræ redemptionis euertant, vt
 polluant loca sancta, agni immaculati pur-
 purata cruore . Ad ipsum (proh dolor) re-
 ligious Christianæ sacrarium inhiant ore
 sacrilego, lectumq; ipsum ituadere, & con-
 culcare conantur, in quo propter nos vita
 nostra obdormiuit in morte . Quid facitis
 viri fortes ? Quid facitis serui crucis ? Itane
 dabitur sanctum vobis, & margaritas porci-
 cis ? Quam multi illic peccatores confiten-
 tes peccata sua cum lacrymis, veniam obti-
 nuerunt, postquam patrum gladijs elimi-
 nata est spurcitia paganorum ? Videt homo
 malignus, & inuidet, frendet dentibus, & ta-
 bescit . Excitat vasa iniquitatis suæ, nec vlla
 quidem tantę pietatis signa, aut vestigia re-
 lecturus si quando forte (quod Deus auer-
 tat) obtinere valuerit illa sancta sanctorū .
 Verum id quidem omnibus deinceps sæculis
 inconsolabilis dolor, quia irreuerabile
 damnum, specialiter autem generationi
 huic impijssimæ infinita confusio, & oppro-
 briū sempiternum . Quid tamen arbitratur
 fratres ? Numquid abbreviata manus domi-
 ni, aut impotes facta est ad saluandū, quod
 ad tuendum, & restituendum sibi hæredita-
 tem suam, exiguos vermiculos vocat ? Num-
 quid non potest mittere angelorum plus-
 quam duodecim legiones, aut certe dice-
 re verbo, & liberabitur terra ? Omnino
 subest ei cum voluerit posse . Sed dico vo-
 bis, tentat vos dominus Deus vester . Respi-
 cit filios hominum si forte sit, qui intelligat
 & requirat, & doleat vicem eius . Miseratur
 enim dominus populum suum, & lapsis gra-
 uiter prouidet remedium salutare . Consi-
 derate quanto ad soluēdos vos artificio vti-
 tur, & obstupescite, inuementini pietatis eius
 abyssum, & confidite peccatores . Non vult
 mortem vestram, sed vt conuertamini, &
 viuētis : quia sic querit occasionem non ad-
 uersum vos, sed pro vobis . Quid est enim
 nisi exquisita prorsus, & inuentibilis soli
 Deo occasio saluationis, quod homicidas,
 raptos, adulteros, perituros, ceterisque

obligatos criminibus quasi genti, quæ iusti-
 tiā fecerit, & seruitio suo submouere digna-
 tur omnipotens ? Nolite diffidere peccato-
 res, benignus est dominus . Si vel et puni-
 re vos, seruitium vestrum non modo non
 expeteret, sed nec susciperet quidem obla-
 tum . Iterum dico, pensate diuitias bonita-
 tis Dei altissimi, cōsiliū miserationis at-
 tēdite, necessitatem se habere, aut facit, aut si-
 mulat, dum vestris cupit necessitatibus sub-
 venire . Teneri vult debitor, vt militantibus
 sibi stipendia eddat, indulgentiam delictor-
 um, & gloriam sempiternam . Beatam er-
 go dixerim generationem, quam apprehē-
 dit tam vber indulgentię tempus, quā inue-
 nit superfluum annus iste placabilis domi-
 no, & vere iubilans . Diffunditur enim hæc
 benedictio in vniuersum mundum, & ad si-
 gnum vitæ certatim conuolant vniuersi .
 Quia ergo secunda virorum fortium terra
 vestra, & robusta noscitur in iure re-
 ferata (sicut laus est vestra in vniuerso mundo,
 & virtutis vestræ fama repleuit vniuersū
 orbem) accingimini, & vos viriliter, & fe-
 licia arma accipite Christiani hominis
 lo. Cesset pristina illa non militia, sed plu-
 malitia, qua soletis inuicē sternere, inuicē
 perdere, vt ab inuicem consumamini . Om-
 niferos tam dira libido excitat, quod proxi-
 mi corpus gladio, cuius fortassis, & anima
 perit, transfuerberent ? Sed nec effugit qui
 gloriatur : Et ipseus animā pertransibit gla-
 dius : cum solum hostem gaudeat cecidisse .
 Illi se dare discrimini insania est, nō virtu-
 tis, nec audaciæ, sed amentię potius est ad-
 scribendum . Habes nunc fortis miles, habes
 vir bellicose vbi dimices absque periculo,
 vbi & vincere gloria, & mori lucrū . Si pru-
 dens mercator es, si conquisitor huius sæcu-
 li, magnas quasdam tibi nundinas indico,
 vide ne pereant . Suscipe crucis signum, &
 omnium pariter, de quibus corde contrito
 cōfessionem feceris, indulgentiam obtine-
 bis . Materia ipsa si emittur, parui constat : si
 deuoto assumitur numero, valet sine du-
 bio regnū Dei . Bene ergo fecerūt qui cæle-
 ste iā signaculum susceperunt, bene ceteri
 faciunt, sed nec ad insipientiā eis si festinet
 & ipsi apprehendere quod & eis in saluē
 exultat . De cetero fratres, moneo vos, ne
 autem ego, sed apostolus Dei mecum
 se credendum omni spiritu . Audiuimus &
 gaudemus, vt in vobis seruetur sceleris Dei :
 sed oportet omnino temperamentum sceleris
 non

Matth.
7. 6

Isa. 50. 8

D

Exech.
33. 6

Ioel. 2. 6

E

1. 20. 4. f

non deesse. Non sunt persequendi Iudæi, non sunt trucidandi, sed nec effugandi quidem. Interrogate eos diuinas paginas. Noui quid in Psalmo legitur prophetarum de Iudæis. *Deus ostendit mihi (inquit Ecclesia) super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. Viui quidem apices vobis sunt, representantes dominicam passionem. Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, vt dum iustas tanti facinoris pœnas luunt, tales sint nostræ redemptionis. Vnde, & addit in eodem Psalmo loquens Ecclesia: Dirige illos in virtute tua, & deponc eos pro gloriâ meâ domine. Ita factum est: dispersi sunt, depositi sunt, duram sustinent captiuitatem sub principibus Christianis. Conuertentur tamen ad vesperam, & in tempore erit respectus eorum, Denique cum introierit, gentium multitudo, tunc omnis Israel saluus erit, ait Apostolus. Interim sanè qui moritur, inquit in morte. Taceo, quod sicubi defant, peius Iudaizare dolemus Christianos sceneratores, si tamè Christianos, & non magis baptizatos Iudeos conuenit appellari. Si Iudæi penitus conterantur, vnde iam prosperabitur eorum in fine promissa filius, siue conuersio? Plane, & gentiles si essent similiter expectandi, sustinendi forent potius, quàm gladijs expetendi. Nunc autè cum in nos ceperint esse violenti, oportet vni vi repellere eos, qui non sine causa gladios portant. Est autem Christiane pietatis, vt debellare superbos, sic & parcere subiectis, his præsertim, quorum est legislatio re-promissa, quorû patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est benedictus in sæcula. Attamen exigendum ab eis, iuxta tenorem apostolici mandati, vt omnes, qui crucis signum susceperint, ab vsurarum exactione liberos omnino dimittant. Illud quoque admonitos vos esse est necesse fratres dilectissimi, vt si quis forte amans primatum gerere inter vos expeditione sua regni voluerit exercitium præuenire, nullatenus auideat, & si à nobis missum se simulet, non est vegum: aut offerat litteras tamquam à nobis datas, sed omnino falsas, ne dicam, furtiuas esse dicatis. Viros bellicosos, & gnaros talium duces eligere debet, & simul proficisci exercitum domini, vt vbique habeat robur, & non possit à quibuslibet violentiam sustinere. Fuit enim in priorum expeditione antequam Hierolo-*

Oper. D. Bern. Tom. 11.

lyma caperetur, vir quidam Petrus nomine, cuius & vos (nisi fallor) sæpe mentionem audistis. Is populum, qui sibi crediderat, solum cum suis incedens tantis periculis dedit, vt aut nulli, aut paucissimi eorum euaserint, qui non coruerint, aut fame, aut gladio, propterea omnino timentum est, si similiter, & vos feceritis, ne contingat, & vobis similiter. Quod auertat a vobis Deus, qui est benedictus in sæcula. Amè.

Ad Henricum Moguntinum archiepiscopum de fratre Radulpho, qui necci Iudaorum delatus est consensisse.

Epistola CCCXXIII.

Venerabili domino, & charissimo patri Henrico Moguntino archiepiscopo, B. Claræuallis Abbas, inuenire gratiâ apud Deum Litteras dilectionis vestræ debita veneratione suscepî, sed præ multitudine negotiorum breuis est responsum. Depositum querelæ vestræ apud nos signum est, & pignus dilectionis & præcipuæ humilitatis indicium. Quis enim ego sum, aut quæ domus patris mei, vt ad me referatur archiepiscopi contemptus, & Metropolitana sedis iniuria? Nonne ego sum puer paruulus, ignorans introitum, & ingressum nieum? Verumtamen non ignoro verbum veritatis vsquequaque, quod ex ore altissimi procedit: Necessè est, vt veniat scandalum, vnde autem illi, per quem venit. Homo ille, de quo agitur in litteris nostris, neque ab homine, neque per hominem, neque à Deo missus venit. Quod si se monachum, aut eremitam iactat, & ex eo sibi assumit libertatè, vel officium prædicationis, potest scire, & debet, quod monachus non habet docentis, sed plangentis officium, quippe cui oppidum carcer esse debet, & solitudo paradysus. Hic vero à contrarijs, & solitudinè pro carcere, & oppidum habet pro paradiso. O hominè sine pectore, o hominem sine fronte, cuius stultitia eleuata est super candelabrum, vt appareat omnibus, qui sunt in domo Tria sane sunt in eo reprehensione dignissima, vsurpatio prædicationis, contemptus episcoporum, homicidij approbati libertas. Nouum genus potentie. Nūquid tu maior es patre nostro Abraham, qui eodem prohibente gladium deposuit, quo iubente leuauerat? Numquid

Q tu

Ad Leonium Abbatem sancti Bertini, p.
Thoma de sancto Audomaro.
Epistola CCCXXIII.

tu maior es principe apostolorum, qui quæ
Luc. 22. fuit à domino: Domine si percutimus in
gladio? Sed instructus es omni sapientia
Aegyptiorum, id est, sapientia huius mun-

1. Co. 3. di, quæ stultitia est apud Deum. Aliter sol-
uis quæstionem Petri, quam ille, qui dicit;

10. 18. b Mitte gladiū in locum suum. Omnis enim

qui acceperit gladium, gladio peribit Non-

ne copiosius triumphat Ecclesia de Iudæis

per singulos dies, vel conuincens, vel con-

uertens eos, quam si semel & simul consu-

meret eos in ore gladii? Numquid incassum

constituta est illa vniuersalis oratio Eccle-

sia, quæ offertur pro perfidis Iudæis à solis

ortu vsque ad occasum, vt Deus, & domi-

nus auferat velamen de cordibus eorum,

vt ad lumem veritatis à suis tenebris eruan-

tur? Nisi enim eos, qui increduli sunt cre-

dituros speraret, superfluum videretur, &

vanum orare pro eis. Sed considerat oculo

pietatis, quodd dominus habet respectum

gratiæ apud eum, qui reddit bona pro ma-

lis, & dilectionem pro odia. Vbi est illud

illud quod dictum est: Videas, ne occidas

eos? Vbi est, Cum plenitudo gentium in-

trauerit, tunc omnis Israel saluus fiet? Vbi

est, Aedificans Hierusalem dominus, dis-

persiones Israelis congregabit? Tu ne es il-

le, qui mendaces faeies prophetas: & eua-

cuabis omnes thesauros pietatis. & miseri-

K

cordiæ Iesu Christi? Tua doctrina non est

tua, sed eius qui misit te patris. Sed credo

sufficit tibi si sis sicut magister tuus. Ille

enim erat homicida ab initio, ille mendax, &

pater mendacij. O monstruosa scientia. O

sapientia infernalis, contraria prophetis,

& apostolis inimica, submersio pietatis, &

Psal. 7. d

gratiæ, O immundissima hæresis, O mere-

trix sacrilega, quæ impregnata de spiritu

fallitatis concepit dolorem, & peperit ini-

quitatem. Libet sed non licet ultra progre-

di. Ad vltimum, vt omnia, quæ sentio su-

per his breuiter comprehendam, homo est

magnus in oculis suis, plenus spiritu arro-

gantia: verba, & opera eius pratendunt,

quod conatur sibi facere

nomen iuxta nomen ma-

gnorum, qui sunt in

terris: sed non

habet sum-

ptus

ad perficiendum.

Vale.

Dilecto & venerabili domino
Leonio Abbati, & vniuerso
conuentui Ecclesie sancti Ber-
tini, frater B. Claraualis vo-

catus Abbas, spiritum veritatis, quem mū-

ndus non potest accipere. Litteras dilectio-

nis vestrae, dilectissimi fratres, suscepimus:

Indicium voluntatis, & petitionis vestrae. Be-

neficiorum, quæ nobis, & nostris plena

manu, hilaritate, vultu sereno exhibe-

tis, in æternum non obliuiscar. Sed quid si

non sum oblitus, & ingratus inuenior?

Numquid sola memoria habebit me excu-

satum? Imo acerbius accusabit. Nec imme-

mor est, nec ingratum amicis meis me exi-

tere noui. Si tamen non habeo quid retribu-

am pro omnibus, quæ accipi à vobis (vt

minus sapiens loquor) dominus retribuet

pro me. De alieno liberalis sum, quonia inops

& pauper sum ego. Honorem Ecclesie ves-

trae, & decorem domus domini, qui in vo-

bis est, quantum diligam, ipse nouit, qui

plus profunditatem humani cordis ingre-

ditur. Sed nec ego vereor verum dicere in

hac parte: Ego diligentes me diligo, sed

nō in hoc iustificatus sum. Nam & ethnici

hoc faciunt. Non multum laudis habet, si

amantes me amauiero, sed si non amauiero,

sceleratus pro scelere iudicabor. Dilexi vos;

& ante meritum quare etiam post meritum

non diligerem? Quos enim etiam si nulla

merita præcessisset, honorari oportuit, post

beneficia non honorare, plus quam iniuria

est. Diligam vos semper fratres charissimi

in domino, & cum omni amore seruiam

vobis in eo cuius serui estis. Imo Christum

cuius membra estis, semper in vobis hono-

rabo. Verumtamen vt rationale sit obse-

quium nostrum, & honor irreprehensibi-

lis, quem vobis exhibere debemus, pru-

denter, & caute id fieri oportet, quia ho-

nor regni iudicium diligit. Super his igitur,

quæ mihi rescribitis, respondeo caritati

vestrae, quia nec ego audeo, nec vos de-

betis prohibere eum, qui benefacere pe-

cessit. Quid enim respondere habere apo-

stolo dicenti: Spiritum nolite extinguere?

Neque enim securum est extinguere, quod

extinctum accendere non sit vobis potesta-

tis. Et vbi est illud. Vnusquisque in ea vo-

M
cations
7. 4. 6.

Pf. 58. c

Ro. 11. c

Pf. 146.

Pf. 136.

Mat. 5. 8

Pf. 98. 3

1. 2. 1. 3

tatione qua vocatus est, in ea permaneat? Vocatus est, inquam, Thomas, non à me, sed ab eo qui vocat ea, quæ nō sunt, tamquā ea, quæ sūt. Quid ad nos respicitis, quid ad nos inueniunt in hoc facto, tamquam opus hominis sit, & non Dei? Non ab homine, neque per hominem, sed à domino factum est istud; nō enim homo, sed Deus est, qui operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit. A

17. Domino, inquam, factum est istud, & ideo non solum mirabile, sed inmirabile esse debet in oculis nostris. Quis enim, vel quid est homo, vt adiuuet sensū Domini, vel spiritum eius? Nouit ille, qui quærit ouem perditam, & quid quærat, & vbi collocet, & quo modo & vnde reuocet, & vbi collocet, sic vt extrinsecus nō perdat. Quem ergo Dominus vocauit, vide ne reuocet, quem Deus erexit, tu inclinare noli, nec ponas ei offēdiculum, cui Deus manum porrigit ascendenti. Sed mirandum est quid ponderis habeat illud, quod dicitis eum oblatum à parentibus. Videat prudentia vestra quid habeat eius vigoris, & rationis: vtrum nō, quod factum est de ipso per alium, ipso nesciente, an illud, quod sciens, & prudens de se ipse fecit. Non autem ipse, sed gratia Dei, quæ volentem præuenit vt velit, quæ volentem subsequitur, ne frustra velit. Ego autem dico, quod votum parentum integrum manet, & oblatio eorum non est exinanita,

A sed cumulata. Nam & idem offertur, quod prius oblatum est, & eidem offertur, cui prius oblatum est, & quod prius à solis parentibus oblatum fuerat, nunc offertur à filio. Præterea super hoc verbo præcipere vobis nihil habeo: consilium autem do. A Domino egressus est sermo, nolite reprimere primitias bonæ voluntatis: quod enim in eo cæptum est, de Spiritu sancto est. Vos autem nolite dissimulare iniuriam quam nobis infertis: cum numquam vos legerimus in hac parte, vt fratres, quod Deus mittit ad vos, vellemus subtrahere vobis. Nouerit autem ipse Thomas si in sum fecerit votum suum, cuius me testem adhibuit, nouerit alius quicumque, et ille qui ad hoc impulerit, quod ascendam ex

18. ductus. & si hoc contra eos in die Domini

Sed interim melius est ei vobis, & nobis seruate vnitatem spi-

ritus in vinculo

19. Vale.

Ad Aluifum Atrebatensem Episcopum pro eodem. Epist. CCC XXV.

Venerabili patri, & amico nostro Aluifio Dei gratia Atrebatensi Episcopo, frater Bernardus vocatus Abbas, salutem & nostras qualescumque orationes. Rogasti nos pro Ecclesia S. Bertini, quam & vos diligitis, & nos ipsi diligimus, & dileximus ab initio. Verū tamen quod nunc rogat venerabilis Abbas eiusdem monasterij, vt inam diligentiū considerasset prudentia vestra, quale sit istud nō dicam facere, sed vel rogare. Neque enim dubito quin redarguissetis eum tamquā qui delinqueret grauiter, & aduersum nos amicos suos, & aduersum ipsum, cuius animam quærit, imo & aduersum Deū, cuius conatur immutare consilium. Quid enim Domine pater, id vobis persuaderi poterit, vt ab amico vestro tale aliquid peteretis? Vocat Deus Thomam de calce, vocat vt exeat de terra sua, & de congregatione sua, & de domo patris sui, & veniat in locum, quem ipse ei ostendit: ego quis sum, qui prohibeam spiritum Dei, qui debeam impedire eū, qui proprias oues vocat nomine proprio, & ipse ante eas vadit, vt alium non sequantur, sed ipsum? Thomas paupertatem elegit, ego cum ad diuitias, deliciasque remittam? Nec ignoro quin possint apud sanctum Bertinum fratres suam ipsorum operari salutē, sed quos illuc vocauerit Deus, vt vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Scio, scio vbi legerim: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum: quo nequaquam ego fraudare velim charissimum filium meum Thomam, & animam, quæ mihi à Deo commissa est. Vnde satis admiror quonam moda subripi potuerit tanta discretioni rem huiuscemodi postulare. Ego enim quoniā de vestra, sicut scitis dilectione præsumo, paulominus respōdeam, quod ait Dominus ad filios Zebedæi: Nescitis quid petatis: nisi quod cogitavi non sic de caritate præsumendum, vt non etiam sacerdoti cathedræ deferretur. Facite ergo morem vestrum, honorificate etiam in hac parte ministeriū vestrum: & viriliter iuuate etiam has Christi sponsas: vt cum, ad quem vocatur sponsi thalamū sine offensione, sine dilatione mereantur intrare. Agite, inquam, vt amicus sponsi, qui stat, & gaudium gaudet pro-

B

Luc. 9. 2

Mat. 10.

C

D. Bernardi Epistola.

pter vocem sponsi & sicut bene soletis iu-
uare ceteros, sic iuuate & istos: vt non so-
lum non extinguatis (quod absit) spiri-
tum Dei, sed & coadiutorem eius fidelem
vos esse probetis. Hoc enim omnino cer-
tum sit paternitati vestra, quoniam meo
consilio siue permissione mea nusquam de-
clinabunt: scio enim quoniam ipse pecca-
rem: & eos peccare, facerem, si quid eis
aliud consulerem, aut concederem. Red-
dant ergo vota sua, quæ distinxerunt labia
sua. Alioquin viderint ipsi, quibus credant
dicentibus: Ecce hic est Christus, ecce illic
est: quoniam oportebit eos mihi ante tri-
bunal Christi super voto suo, cuius ego te-
stis sum, respondere.

Ad Abbatem Lesiensem.
Epist. CCCXXVI.

Venerabili patri Lesiensis mo-
nasterij ac fratri eius, fratri Ber-
nardus seruorum Dei, qui in
Claraualle sunt inutilis seruus
seruire Domine in timore, & exultare ei cū
tremore. Remissimus vobis fratrem Rober-
tū primū pro eo, & cum eo precantes,
vt clementius cum ipso agatur in recipien-
do, quā cum ceteris solet fugiuius reuer-
tentibus. Non enim par esse debet pœna,
vbi dispar est causa. Deinde vt ab obedi-
entia, in qua cum periculo (vt ipse dicit) ani-
mæ suæ diu inuitus detentus est, amouea-
tur, & ad aliam, in qua securius, & salubrius
viuat, transferatur. Alioquin quantum in-
tentionem hominis attendo, timeo ne illū
irreuocabiler amittatis. Ceterum autem
audiamus dominum Abbatem grauiter in-
firmari. Cuius nobis vitam, vel mortem Ga-
gitamus citius renunciari: vt aut de vita li-
cet mortali recipiamus gaudium, aut de
morte licet vitali luctum: siue, vt verius fa-
tear, de qualibet & gaudium simul, & lu-
ctum. De vita quidem ipsi condolen-
tes quod sit retardatus: sed no-
bis gaudentes, quibus est
preseruatus. De mor-
te vero ipsi nimi-
rum con-
gratu.
lantes pro adeptō præmio, nobis
autem gementes pro ademp-
to necessario,

*Ad Papam Innocentium, pro Auliso Atre-
batenſi Episcopo.*
Epistola CCCXXVII.

Amantissimo patri, & Domino
Dei gratia summo Pontifici
Innocentio, Bernardus. Cla-
raualis Abbas vocatus, modi-
cum id, quod est. Nec nouum, nec mirum
est humanum animum posse falli, vel fal-
lere. Cauendum & hoc, & illud, quia vtro-
bique periculum. Ad vtrumque cautelam
vobis appulſit magni consilij Angelus,
quando dixit: Estote prudentes sicut ser-
pentes, & simplices sicut columbæ: vt nec
prudentia decipi, nec simplicitas decipere
posset. Marcianenses monachi venerunt
ad vos in spiritu mendacij, & spiritu
aduersus Dominum, & aduersus Chris-
tum eius. Verbum iniquum constituerunt
aduersus Attrebatensem Episcopum, cuius
conuersationis, & virtutis odor fuit
inuenus in omni loco. Qui sunt isti, qui
vt canes mordent, qui dicunt bonum ma-
lum, qui ponunt lucem tenebras. Qui sunt
isti, qui contra legem maledicunt regi,
& coram cæco ponunt offendiculum? Qua-
re Domine irascaris in filium tuum? qua-
re latificasti inimicos eius? Vbi est illud
Apostoli: Nolite Omni spiritui credere, sed
probate spiritus: si ex Deo sunt? In Domi-
no confido, qui dissipabitur consilium eor-
um: & cum apparuerit quod verum est,
euacuabitur quod ex falso est, vt mentita sit
iniquitas sibi. Auribus nostris audiuimus,
quā fideliter, quā constanter locutus sit
in conspectu regis, & principum pro fide-
litate Romanæ Ecclesiæ. Veniet ad vos in
innocentia sua in die vocationis suæ, præ-
missit ante sinum Inum Archidiaconū præ-
sentum iatorem, cuius personam & mo-
res vestra mansuetudini commendamus.
De cetero venit ad vos Abbas sancti Veda-
sti, homo plane inimicus sibi, suis, & Ec-
clesiæ suæ, homo, qui accepit in vanum
nomen Abbatis, quærit enim quæ sua vult,
non quæ Iesu Christi. Sed & qualis pater,
talis & filius, qui cum eo est, qui nec consci-
entia, nec suæ famæ pepercit, subsannat, &
illuso his, qui in circuitu eius sunt. G. lo-
quor monachum eius. Spiritus veritatis
det vobis diuidere lucem a tenebris, det vo-
bis reproba & malum, & eligere bonum.

Ad Alardum monachum.

Epist. CCCXXVIII.

Dilecto filio suo Alardo, frater Bernardus, paternæ dilectionis affectum. Conqueritur frater Adamarus, quod ei nimis amarus extiteris: non solum quia te agente domo expulsus sit, sed quia te quoque prohibente reconciliari non possit. Et ego quidem non nisi bono zelo te id facere crediderim. Sed cum recordor tuam illius obstinationis quam tibi amicissimam, scis, fiducia soleo sæpe impropere, verè te idem zelus tuus non sit secundum scientiam. Nam ut ipsa regulæ verba ponam, quantæ audaciæ est quemquã cedere aut excommunicare, necdum eliminare Abbate scilicet absente, & nesciente? An non magis tuæ humilitatis erat, alij non facere, quod tibi nolles fieri? Immo tuæ perfectionis esse debuerat apostolum per te imitari dicentem. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem.

1. Cor. 9. Et rursus: Vos qui spirituales estis, instruite humiles in spiritu lenitatis, cõ-

Gal. 6. 1. sed quis seipsum, ne & tu tenteris. At prior inquit, illum eiecit: non ego. Et hoc quidē ipse noui. Sed te suadente, te omnimodis compellente. Vnde & nunc cum eum, sicut audiui, ipse quoque prior miseratus cupiat reuocare, te in tua perdurata duritia, non sinitur emendare, quod compellens est indiscretus egisse. Rogo quomodo est hæc securitas, ut ceteris omnibus miserantibus, ipso quoque domino Abbate propitio, tu solus implacabilis fueris, non queas, ut recipiatur? An non legitimi iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam?

Mat. 7. An oblitus es quod rursus scriptum est: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis? An vero contemnis, quod misericordibus promissum est, quoniam ipsi misericordiam consequentur? Sed nescis, inquis, quam iuste expulsus sit. Sed iuste, an iniuste expulsus sit, non quæro, nec curo modo: sed hoc tantum queror, hoc cauor, hoc vehementer admiror, quod humiliter satisfaciens, instanter petens, patienter sustinens, emendationem promittens, nec sic eundem exaudiri meretur, ut (iuxta apostolum) confirmetur in eo caritas, & (secundum magistram nostram) probetur iterum in omni patientia. Certe si iniuste expulsus fuit, iniustum est, ut reuocetur. Si iuste, p̄

Epist. L. Bern. Tom. II.

est, ut recipiatur. Vnde & hoc nostrum consilium licet indiscussa causa arbitratus sum esse securum, quo sit ut siue per iustitiam, siue per misericordiam à iusto, & misericordie Deo non recedatur. Rogo ergo te dilectissime fili, ut quod ille suis apud te precibus non meruit, vel nostris, quas tam longe quæsiuit, valeat adipisci.

Ad Papam Innocentium.

Epist. CCCXXIX.

Amantissimo patri, & domino Innocentio summo Pontifici, frater B. Claraualis vocatus Abbas, modicum, quod est. Cadit in interitum Rhemensis Ecclesia, data est in opprobrium ciuitas gloriosa, clamat, transeuntibus per viam, quod non sit dolor similis dolori eius. Foris enim pugna, intus timores. Sed & intus pugna, quoniam filij eius pugnant contra eam, nec habet generatorem, qui liberet eam, nec habet generatorem, qui abstergat lacrymas a maxillis eius. Sed vsquequo domine clypeus protectionis vestrae non opponitur? vsquequo conculcabitur, nec inueniet subleuantem? Ecce rex humiliavit se, & iam quieuit indignatio eius. Quid ergo superest, nisi ut manus apostolica supponatur afflictæ, & plagis eius curam adhibens, & fomenta? Primum itaque esse credimus, ut maturetur electio, ne insolentia Rhemensis populi disperdat, si quid residuum est, nisi in brachio excelsi furori eius resistatur. Si hæc rite celebrata fuerit, confidimus, quod in reliquis quoque daturus sit dominus gratiam, & affectum.

Ad eundem. Epistola. CCCXXX.

Amantissimo patri, & domino Dei gratia summo pontifici Innocentio, frater B. Claraualis vocatus Abbas, modicum id, quod est. Gratiam, quam inueni in oculis vestris nolo habere solus, cum amicis eam volo diuidere. Non enim timeo ne forte non sufficiat mihi, & illis, Magna enim est. Multos possum facere participes eius. verumtamē ego exinanitus non ero. Quod igitur gratis accepi, gratis dabo, & liberalem me facit vestra liberalitas, sed de vestro. Præsentium latorem virum commendabilem vobis commendamus. Amicus est domine pauperum Christi, & seruus seruatorum tuorum.

Q 3 Peto

D. Bernardi Epistole.

Peto Domine, si quid habuerit apud tuam excellentiam, ut cum solita pietate pro nobis exaudias, imò pro ipso, qui talis est, ut per se tantum merito debeat exaudiri.

Ad eundem. Epist. CCCXXXI.

Iuuenis iste magnanimus (ut aiunt) & strenuus in opere militari, ut meliorem militet militiam proficiscitur Hierusalem. Rogat puer vester rogatus ab ipso, ut in bono opere, quod cepit, vestram mereatur percipere consolationem, sed fauorem, sed orationem, sed benedictionem. Propinquus noster est, & carnem meam, iuxta Prophetam, non debui despicere.

Giocannellario. Epist. CCCXXXII.

Pater decessor vester bonæ memoriæ Hamericus cancellarius Dominum Metensem episcopum implectabatur dilectione, & nuncios eius quoties Romam venirent, plurimum acceptabat, & iuuabat studiosus. Vnde rogo vos quoque per eadem gradi vestigia, & nobili episcopo in magna necessitate posito, armis Ecclesiæ subuenire.

Ad Dominum Bernardum Abbatem. Epist. CCCXXXIII.

Dilecto patri, ac venerabili Dño suo Bernar. Dei voluntate, ac gratia Clarauallis Abbati reuerendissimo, frater Ioannes minister suis qualiscumque Casemacij Abbas, feliciter curere, ac felicius Christi pietate consummare. Memor dulcedinis, ac familiaritatis, quam mihi indigno pietas vestra quondam exhibuit, aperire cogitationes mei cordis paternitati vestræ quasi corâ positus presumo, vestra magis de mansuetudine confusus, quam de offensa suspectus. Spero uamque affectionem, ac dilectionem, quæ erga vos habeo, pietatem vestram non latere, & si aliquid etiam stultum dicerem, confido vos benigne, ac mansucte quasi patrem filio ignoscere. Dictum est mihi pater charissime, quod de hac re, quæ nō ita prospere, ut forsitan volebatis, cōtingit (de via vero Hierosolimæ loquor) multum tristamini, eo quod Ecclesia Dei, vel gloria non sicut desi-

derabatis, accevit. Quapropter quod mihi pro hoc diu cogitanti Deus (ut credo) in corde misit, vobis humiliter suggero, nimirum perpendens, quod saepe parum cūlibet Dñs aliquid ostendit, quod alicui magno, & multis donis repleto videre nequaquam concedit, sicut Moyse sancto facie ad faciem cum Deo loquēti retro alienigena consiliū dedit. Videtur itaque mihi, quod omnipotens Deus, de hac via multum fructū fecit, non tamen eo ordine, quo ipsi viatores arbitrabantur. Sed quidem si hoc quod ceperat, sicut decet Christianos, iuste, ac religiose prosequi uellent, Dñs cum eis esset, ac magnum fructum per eos percipisset. Sed quoniam ipsi ad mala sunt deuoluti, & hoc nequaquam Dñm, qui auctor uix fuerit, à pristino latere potuit, ut sua prouidentia in sui dispositione non falleretur: malitiam eorum in suam conuertit clementiā, & immisit eis persecutiones, & afflictiones, quibus purgati ad regnum peruenire possent. Denique confessi sunt nobis quæ turbabant, quod uidentur multos ibi motientes, qui libenter se morti dicebant, neque uideri, ne amplius in peccata reciderent. Sed ne uolubili ueniat quod dico, quasi patri meo spirituum in cōfessione aperio, quod patroni loci nostri beatus Ioannes, & Paulus sapiens nos uisitare dignati sunt, quos ego super hac re interrogari feci, & huiusmodi consentiam responderunt. Dicebantque multitudinem Angelorum, qui ceciderant, de illis, qui mortui sunt, esse restauratos. Nos scitote, quod magnam uestram memoriā habuerunt, sine me, & cito uenturum prædicauerunt. Quia igitur bene reus non secundum hominum desiderium, tamen secundum Dei propositum, euenit, ueltra erit prudentia in ipso de hac re consolari, cuius solius gloria querimus, & desideramus. Idcirco namque uobis, & exhortandi, & operandi gratiam in hoc negotio dedit, qui bonū, quod inde facturus erat, præuidit. Ipse igitur cursum uestrum feliciter compleat, nosque uobiscum in sua gloria constituat.

Ad Rolandum Cardinalem, & Cancellarium. Epist. CCCXXXIII.

Domino, & amico charissimo Rolando Dei gratia S. R. Ecclesiæ presbytero Cardinali & Cancellario, frater Bernardus Clarauallis uocatus Abbas, salutem, & de-

Ad Gaufridum Diaconum,
Cardinalem.
Epistola CCCXXV.

Domino, & amico charissimo,
G. Dei gratia sanctæ Romane
Ecclesiæ Diacono, Cardinali,
frater Bernardus Claraualis
votatus Abbas, salutem, & deuotas oratio-
nes. Benedictus tu à Domino, qui tam co-
piose præuenisti nos in benedictionibus
dulcedinis, vt si qua misericordix viscera,
si quid affectionis, si quid caritatis inueni-
tur in nobis, totum sibi merito vendicet il-
lustris animi tui tam deuota humilitas, hu-
milisque deuotio. Nam & antea exultabam
omnino, & gratulabar zelo bono, quem in
te esse fratrum nostrorum relatu didi-
ceram: sed iam eo amplius si quid possum
in Domino, tuæ dilectionis merito debi-
vorem, quod deuotius, & humiliter parua
nostræ commendatam te reddere studui-
mus. Tu sollicitus sui fratribus nostris
indices tui pectoris legere litteras, & plenas
deuote affectionis, plenas pietatis, & gratiæ:
benedictionem quoque quam destinaueras
exhibere, & præcipere, sicut rogasti, in me-
moriam tui, & tuorum, ipsis in vasis missarum
solemnia celebrari. Faciat te Deus in
magna domo sua vas in honorem, vt de te
quoque nos charissimi tui operum testi-
monio, quod plurimum desideramus, me-
reamus audire, Quoniam vas electionis mi-
hi est iste. Testis enim nobis est spiritus ve-
ritatis, per quem, & diffunditur caritas ista
in cordibus nostris, quomodo te cupimus
in visceribus Iesu Christi. Quia ergo amu-
lamus te Dei amulatione, non modo est ad
eum pro te deprecatio nostra, sed etiam ad
te ipsam, vt sollicitè prouideas, quomodo
te oporteat conuersari in domo Dei, & in
forte ministerij huius. Dico enim non de
præsumptione, Deus, scit, sed de caritate:
quoniam iudicium graue his, qui præsumunt, si
non etiam prodesse laborant, & de contra,
qui bene ministrauerit, gradum bonum ac-
quiret. Tu ergo dilectissime, & desideratiss-
ime Domine, declina obsecro magis ac ma-
gis à malo, & fac bonum: nec inueniaris in
Christi hereditate quærens, quæ tui sunt,
sed memor esto semper Apostolici illius:
Nihil intulimus in hunc mundum, haud du-
bium, quia nec quidquam auferemus. Quæ-
sitemus enim, quæ quæ immortales est, animam uæ-

notas orationes. Scripta dilectionis ve-
stræ ea sedulo suscepimus, quo semper
apud nos est in benedictione memoria ve-
stræ. Sic sane egere vos credimus huma-
næ gratiæ verbis, aut commendatitijs Epi-
stolis ad nos, quoniam quidem vtrique no-
strum indubitabile (nisi fallor) testimonium
perhibet spiritus veritatis, quam sincere, &
diligamus vos, & diligamur à vobis. Ille in-
quam, spiritus, per quem, & diffunditur cari-
tas ista in cordibus nostris. Benedictus Deus,
qui secundum suam misericordiam Eugeni-
um nostrum, imo suum præuenit in benedi-
ctionibus dulcedinis, parate se se et lucer-
nam Christo suo, & præmittere vixum fide-
lem ad adiutorium eius, & nostram quoque
plurimam consolationem. Nam cum mole-
sto esse amico amico vocatio, & absentatio,
quæ tantum præsentia sui delectatur in
Domino, iam tunc, vt manifeste video, cogi-
tabat ipsa cogitationes pacis, & non afflictio-
nis, & diebus. Quod ego facio, tu nescis
modo, scies autem postea. Quæ meliorem
hæc tuis sis charissime, pro eo, cui te consola-
tores in hunc ordinem ordinavit Deus, & ob-
tineat tunc secundum datam tibi sapientiam,
ne forte inter tam multiplicium negotiorum
multum malignorum fraude circumueni-
ri possis, vt subscripiatur ei verbi quod inda-
gnum sit Eugenio Apostolus tu. Age, in qua
dilectissime pro loco, quem tenes, pro ex-
tremam adeptus es dignitate, viriliter, & pu-
denter exerce, qui in te est, zelus Dei, ad
gloria eius, & salutem tuam, & Ecclesiæ san-
ctæ plurimam vtilitatem, facere possis &
tu, quia gratia Dei in te vacua non fuit.
Hactenus quippe eruditioni multorum fi-
deliter, & utiliter instabas, celo, & terra tes-
tibus, sed iam tempus faciendi Domino, ne
patiari, qui in te est, dissipari ab impijs legi-
tibus. Cura proinde dilectissime, & desiderat-
issime pater, etiam in hac dispensatione in-
ueni fidei Domini seruus, & prædes: qua
tenus, & pro te faciat columbina simplici-
tas, & pro ea, qua tuæ quam maxime fidei,
& felicitati credita est Dominus tui spolia
aduersus euenatas malignas, & alicui ser-
pentis asinus militet prudens, & sapientis-
simus, & in vtraque glorificetur Deus. Multa qui-
dem habeo vobis dicere: sed non est opus
longa epistola, ubi præses est vox vna. Quæ
nobis vestrè passiter, & nostris occupati-
bus pariter, posui verba mea in ore præ-
sentis litteræ, in quo me, ipsosque dicit. Vale.

Joan. 13.

1. Cor.
15. 6.

Act. 9. 5

C

Sap. 6. a
1. Tim. 3

1. Tim.

6. 4

D. Bernardi Epistola.

serua charissime, ne qua occasione auelli, aut eradicari queat ab effectu cordis tui, quod Dominus loquitur in Euangelio. Quid prodest, inquit, homini, si uniuersum mundum lucretur, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? Miseri prorsus miseri, qui in bonis ducunt dies suos, vt in pun-
Matth. 16. d. lob. 22. b.
Ps. 48. d.
1ac. 4. d.
cto ad inferna descendant. Cum enim interierint, non sument omnia, nec descendet cum eis gloria eorum, quoniam vapor est ad modicum parens. Hæc cogita dilectissime, & hæc meditare iugiter, & in corde tuo describe ea, nec à memoria tua vllatenus recedant. Vale.

Ad Robertum Abbatem de Dunis.
Epistola CCCXXVI.

FRatri, & amico charissimo Roberto Abbati frater Bernardus de Claraualle, quod amico charissimo. Et tarde notus, & cito es mihi sublatus Roberte charissime, quod dolor, quod solo de corpore patiar hoc, nam spiritu semper es mecum. Quod tamen vel ipsum quado ego æquanimiter tolerarem, si solus non esset in causa Deus? Erit crit quando reddemur nobis, quando, & quicque de se, & vterque de inuicem plene gaudebimus, presentes nobis in vtraque portione nostri, in neutra deinceps ab altero diuidendi. Glutinum erit tantæ coniunctionis, qui causa nunc est tantillæ separationis, præsens perpetuo futurus nobis, presentes nobis perpetuo seruaturus, Salutamus omnes filios vestros, & nostros, & rogamus, vt orent pro nobis.

Ad eundem, de Iderio.
Epistola CCCXXXVII.

AMicissimo fratri, & coabbati suo Roberto de Dunis frater Bernardus Claraualis dictus Abbas salutem. Super hoc fratre, quæ adeo non solum inutilem, sed etiam onerosum esse nunciastis, adque eo quod intrinsecus latet, quale nobis p̄sis, tale, & vestræ dilectioni damus cõsiliũ. Nobis siquidem videtur pro his, quæ de ipso retulistis, quod in probatione sua se, nec probabilem exhibuit, nec receptibilem, & ideo meruit, vt rationabiliter, & sana conscientia valeatis iudicium auferre ex vobis, Veruntamen si pieta-

ti vestræ placet superexaltare misericordiam iudicio, adhuc ipsum potestis retinere sine professione, quanto vobis tempore videbitur. Hoc autem omnino distulimus ne eum in hoc statu recipiatis ad professionem, sed iterum probetur, si forte se tibi exhibere valeat, qualem debet. Sin autem, ferro abscissionis vtendum est, ne vna ouis morbida totum gregem contaminet.

Ad Abbatem Balduinum de Castellione.
Epistola CCCXXXVIII.

ET in hoc cognoui quod diligens nos, quoniam timuisti nobis. Verumtamen gaude, quia timor, quem timebas, non accidit nobis. Diligenter est res inquisita, quem admodum monuisti, & inuentus est dolus in ore eius, qui ista dixit tibi. Vnum è duobus nullatenus dubites, hominem videlicet, aut ex malignitate, aut ex falsitate locutum. *Psal. 7. d.* Si conuertetur dolor eius in caritatem eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Reus est enim illis reus, quæ alteri conatur impingere.

Ad Balduinum Nouiensem Episcopum.
Epistola CCCXXXIX.

Domino Balduino Nouiensi Episcopo, frater Bernardus Claraualis vocatus Abbas salutem. Multo vobis puerum istum præsentem, in latronem, comedere panem vestrum, vt probem de auaritia vestra vtrum cũ trinita id feceritis, Nolite lugere, nolite flere, paruim ventræ habet, paucis contentus erit. Gratiam tamen vobis habemus si doctior à vobis quam pinguior recesserit. Maneries locutionis pro sigillo sit, quia ad manum non erat, nam neque autridis vester.

Ad Henricum Archidiaconum.
Epistola CCCXL.

Dilecto suo Henrico Archidiacono, frater Bernardus Claraualis vocatus Abbas salutem. Breuiter vobis proposita questione respondemus, sine præiudicio tamen sanius sapienter. Raptum est, utero puerum ob periculum mortis, quæ

quidam (vt dicitis) baptizauit, communem
 verborum formam non tenens, sed dicens,
 baptizo in nomine Dei, & sanctę, & verę
 crucis. Queritis vtrumnam baptizatus sit
 puer, an magis si viuut baptizandus. Ego ve-
 re hęc baptizatum puto, nec sonum vocis,
 veritati fidei, & pietati intentionis præiudicare
 potuisse. Vt enim taceā, quod in nomi-
 ne Dei vnā expressit substantiā trinitatis
 in eo ipso quod addidit, sanctę, & verę cru-
 cis, manifeste commēdauit dominicam pas-
 sionem. Nisi forte putamus, postolum cō-
 fra id quod quidem alio loco dixerat: Qui
 gloriatur, in domino gloriatur. ipsa ligni,
 substantia, & non magis in crucifixi gratia
 gloriari, cum diceret: Mihi autem absit glo-
 riari, nisi in cruce domini nostri Iesu Chri-
 sti. Neque enim cum iuxta communem Ec-
 clesię constitutionem baptizantes dicimus,
 in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
 aliud intelligendum est, quā in confessio-
 ne trinitatis. Porro autem confessio sanctę
 crucis, non nisi crucifixi confessio est. Legi-
 mus sane in actibus apostolorum, quod non-
 do in nomine patris, & filij, & Spiritus san-
 cti, & in nomine domini Iesu Chri-
 sti aliquos baptizatos. Pergitis autem qua-
 rere de ipso baptizatore vtrumnam pecca-
 uerit, an vero & alij formā hanc liceat imi-
 tari. Quasi vero consequens sit, vt si in fa-
 cto hominis ipsa eum videtur excusare sim-
 plicitas vt aut nulli, aut non magnum pec-
 catū fuerit, continuo etiam inueniatur excu-
 sabilis, qui sua temeritate cōtra formam
 Ecclesię nouū baptizandi vellet inducere
 morem. Quod si quid peccasse contēdit,
 ego tantum non crediderim fuisse pec-
 catum, vt vel baptizatoris, vel ipsius qui ba-
 ptizatus est, potuerit præiudicare salutē, ne-
 que enim ecclesiasticam contempsisse for-
 mam, sed ex deuotione quadam festinan-
 tis fidei, in hanc vocem erupisse videtur.

Ad monachos ecclesia sancti Bertini.
 Epistola CCCXLI.

Dilectissimo sibi in Christo vni-
 uerso cōuentui monasterij sā-
 cti Bertini, frater Bernardus
 Claręuallis vocatus Abbas, sa-
 lute, & orationes. Ita, quæso, ita facite dile-
 ctissimi. Discipulus quippe proficiēs, gloria
 est magistri. Quisquis in schola Christi nō
 proficit, indignus est magisterio, prese-

rim tamen vbi sumus, vbi nihil in eodē sta-
 tu permanet, & nō proficere, sine dubio de-
 ficere est. Nemo proinde dicat. Satis est, sic
 volo manere, sufficit mihi esse sicut heri, &
 nudius tertius. In via residet, qui eiusmodi
 di est, in scala subsistit vbi nemine patriar-
 cha vidit nō ascendente, aut descendente. c
 Dico ergo. Qui se existimat stare, videat 1. Cor.
 ne cadat. Ardua, & angusta est via, & nō hic 10. 6
 sed in domo patris mansiones sunt multę.
 Itaque qui se dicit in Christo manere, de-
 bet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. a
 Iesus enim (vt ait euangelista) crescebat, &
 proficiebat, sapientia, & etate, & gratia apud 1. 10. 2. a
 Deū, & homines. Ille non restitit ergo, sed Luc. 2. f
 exultauit, vt gigas ad currendam viā, & nos Pf. 18. 6
 quoque si nō desipimus, curremus post eū,
 trahemur in odore vnguentorum ipsius.
 Alioquin si elongari contigerit, erit pigri
 tanti aię, & laboriosior, & periculosior via,
 dū nec odore recreari, nec certa postea agno-
 scere vestigia longius abeundis. Sic ergo
 fratres, vt comprehendatis. Quod Phil. 3. 6
 sane ita nō, nē nequaquam arbitramini vos Psal. 2. 6
 comprehendisse: sed oblitū, quę retro sunt, Eccl. 24
 extenditis vos in anteriora, si apprehenda-
 tis disciplinā, nequando irascatur Dominus
 & pereatis de via iusta. Qui edit me (ait Sa-
 pientia) adhuc esuriet: & qui bibit me, ad-
 huc sitiet: vt nouerit piger, qui digne pro-
 fusus lapidatur stercoribus bouum, fastidium
 sibi nō de satietate, sed de inedia generari,
 Denique quia omnia cooperantur in bonū
 his, qui secundum propositum vocati sunt
 sancti, moueat nos ipsum quoque secularis
 cupiditatis exēplū. Quę n. ambitiosum vi-
 dimus aliquādo contentū adeptis dignitati-
 bus ad alias non anhelare? Sic, & curiosi cu-
 iusque non fatiatur oculus visu, nec auris
 infletur auditu. Quid? eorum, qui auari-
 tię seruiunt, aut amatores sunt voluptatū,
 seu vanas sectantur hominum laudes, non-
 ne, & ipsorum insatiabilia desideria arguūt
 nos negligentia, & tepiditatis? Pudeat cer-
 te spiritualium nos bonorum minus cupi-
 dos inueniri. Erubescat anima conuersa ad
 dominū, minori affectu sectari iustitiā, quā
 iniquitatē antea sectaretur. Est enim causa
 quoque valde dissimilis. Stipedium quippe Rom. 6. 8
 peccati, mors; fructus autem spiritus vita
 æterna. Pudeat proinde negligentius nunc
 in vitam, quā prius in mortem ire, & mi-
 nori studio salutis acquirere, quā perditio-
 nis augmentum. Nam vt omnino sumus

D. Bernardi Epistola.

inexcusabiles, in via vitæ quo citius, eo facilius curritur, & leue saluatoris onus quo crescit amplius, eo portabilis est. Nonne & auiculas leuat, non onerat pennarū, siue plumarum numerosas ipsa? Tolle eas, & reliquū corpus pondere suo fertur ad ima. Sic disciplinam Christi, sic suauē iugum, sic onus leue, quod deponim⁹, eo deprimimur ipsi, quia portat potius, quā portatur. Onerosa alicui videtur silentij disciplina. Sed propheta magis robur quam onus esse cōsiderans ait: In silentio, & in spe erit fortitudo vestra. In silentio, inquit, & spe, quia bonū est prætolari dominū in silentio. En enervat quippe animam præsentium cōsolatio, roborat expectatio futurorum. Bene ergo fecistis dilectissimi, addere aliquid ad priorē silentij regulā: quod nimirum prædicto atteitante propheta cultus iustitiæ est. Bene fecistis alienando vos magis ac magis ab actibus sæculi huius, quæ est munda, & immaculata religio. Modicū quippe fermentū fratres, totā massam corrumpit: & in frantes exterminant oleū iustitiæ. Quid prodest tanti corporalis pariter, & spiritualis laboris, atque exercitij fructum, vilissima aliqua consolatione, imo desolatione minus acceptabile fieri, aut certe & periclitati? Quantam internæ cōsolationis dulcedinem, & gratiā visitationis diuinæ præpedat huiusmodi nugarum vapor ad modicū parens? Præsertim nos monachi, quorum certe, velimus nolimus, in labore vita est, plane miserabiliores sumus omnibus hominibus, si pro tam exiguis tanta patimur detrimenta. Quid enim insipientiæ, imo quid insanitiæ est, vt qui maiora reliquimus, minorā cum tanto discrimine teneamus? Si mūdum coætēpsimus vniuersum, si abrenūciamus affectibus propinquantū, si modestiorū carceri mancipauimus nosmetipsos, si denique nō venimus facere voluntatē nostrā, sed imposuimus homines super capita nostra: quid non oportet fieri, ne forte contingat hæc omnia nobis in insipientia nostra, & negligētia deperire? Agite ergo dilectissimi, & in his quæ cepistis solliciti estote perseverare, & abūdare magis, vt angeantur in dies incrementa frugū iustitiæ vestræ.

3. Cor. Etenim qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et certe modicū seminis incrementum, nō modica messis multiplicatio est. Hæc vos fratres, quia audio,

fectu vestro exultauimus, & desectari sumus, dignum duximus scribere Britanni vestræ, cupiētes admonitos vos esse, vt obseruationes factas, quæ saluare possunt animas vestras, digna deuotione suscipiatis, & amplectamini. Scitis enim quia adhaerens vultu rem diligit Deus. Orantem pro vobis vniuersitatem vestram Christus custodiat.

Ad Leonium Abbatem sancti Bertini.
Epistola CCCXLI.

AMico charissimo Leonio sancti Bertini venerabili Abbati, frater Bernardus Claraualis, vocatus Abbas, salutem in eo, qui mandat salutem Iacob. Quod merito confidam de vobis, caritas vestra palam fecit, quæ inuenta occasione seipsum innotescendi, non potuit latere sub modio. Gratissima habeo illa officia humanitatis quæ fratribus nostris impenditis, qui habitant iuxta vos. Quod illis fecistis, mihi fecistis: imo sic magis mirari deus, quam si miraretur. Obsecro ergo, vt perseueret hæc sollicitudo vestra pro ceterorum longè facti sunt à nobis, vt non possim, nisi prout oportet, assistere. Sit ergo vestre benignitatis vicem nostram supplere, vt vos ipsi in patrem & ipsi sint vobis in filios. Si forte venerit tempus, quæ tanta caritati respondere possimus, quod non simus ingrati, sales oculata monstrabit. Vale.

Ad monachos Ecclesiæ sancti Bertini.
Epistola CCCXLII.

VNiueus, qui sunt in Ecclesia Bertini amandis in Christo, frater Bernardus Claraualis vos ceteros Abbas, secum domino in laetitia. Ad gratiarum actionem potest tendam dilectionis officij, meritis vestris prouocemur. Quia enim acceptum beneficium æteræ memoriæ ingendum est, beneficij, quæ fratribus nostris, imo quæ mihi contulisti, nec inmemor esse debeo, nec ingrati. Meum est quidquid meis impendatur: mihi datum, quidquid in funditur in visceribus meis. Scio et credidi, & certus sum: scio quia diligitis nos, non verbo, & lingua, sed opere, & veritate. In argumentum quippe dilectionis, & caritatis, quam fratres nostri inueniunt in oculis vestris, non verba procedunt, sed opera, et vltimiora

Thes. c
1. Cor. d

K
1. Cor. d
1. Cor.
3. d

Ecc. 1. o.

3. Cor.
9. b

K

apud Deum, & gratiora apud homines, quod de sola gratia dantis proueniunt, præter meritum accipientis. Pro his igitur gratias agimus vniuersitati vestra, pro his omnibus debitor sumus vobis, si quid sumus, si quid possumus & nos & fratres nostri. Sed ne parum vobis sit acceptos esse hominibus, accepti estis & Deo meo. Nam quod vni ex minimis eius fecistis, ipsi fecistis. Quid? quod non vni tantum, sed pluribus ex minimis eius fecistis? In omnibus inuenies me non retributio multa, quoniam inops, & pauper sum ego, sed Dominus retribuet pro me. Ipse qui retributor est omnium honorum, retribuatur vobis quod pauperes eius præuenistis in benedictionibus dulcedinis, & in exemplo caritatis. De præteritis gratias agimus, de futuro precamur, vt bonum facientes non deficiatis, tempore enim suo metetis de semine boni operis manipulos pacis, & gloria: quod nobis præstet Deus. Amen.

Ad Matildem Reginam Anglorum.
Epistola CCCXLIII.

Intrissimæ dominæ & dilectissimæ in Christo filia (quod non ex præsumptione loquor, sed ex affectu) Matildi Dei gratia Anglorum Regina. Bernardus. Si de vestra sublimitate presumo, non est scilicet. Iam enim non solus sentio, sed omnes pene nouerunt quomodo nos acceptetis, & quanto diligatis affectu. Propter quod rogatus sum à quodam amico vestro venerabili Abbate de Capella, vt pro vobis quadam vos rogemus: vnde, si bene meministi, Poloniae vos rogauit, vos quoque more vestro benigne audistis me. Sed quia nondum factum est quod rogamus, tempus est vt iam peritio illi mancipetur effectui. De cetero bene seruate mihi filium, quem nunc peperistis, quia & ego quoque (si regi non displicet) in eo mihi vendico portionem. Vale.

Ad Albertum inclusum.
Epistola CCCXLIV.

Fratres B. de Claualle, frater Albertus inclusus, bonum certamen certate. Patis à me vt necio quam scilicet obseruantiã, quam à me intratam Cellam requisieras, ac in secularium colloquia, quæ & tibi videlicet à me recu-

daris fuisse prohibita, mea licentia possis admittere, quæ utique propter inopiam (vt scribis) non potes euitare. Ego iam nullam super te vsurpo mihi potestatem. Consilium tibi dedi, non præceptum, semper vel semel in die comedere, seminarum visitationes, vel colloquia omnino non admittere, tuarum te opere manuum sustentare, multaque alia, quæ longum est modo commemorare. Quod si huiusmodi sumptus nequaquam tibi ad opus tam sumptuosum suppetere cerneres, non deberes incipere, quod consummare non posses. Hoc tibi tutum credidi consilium: hoc nec meo cogis tenere præcepto, nec tamen meo mutabis consilio. Vale.

Ad G. Abbatem.

Epistola CCCXLVI.

Domino G. Abbati, frater Bernardus, quidquid sibi. Scito fratrem, G. ex quo venit de Crista, vbi medicamina sumpsit, conuentum per omnia tamquam vnũ de validioribus firmissime tenuisse, nec ei quidquam in alimentis præter quod commune fuit indultum fuisse, ad vigilias iugiter cum alijs extitisse. Ex hoc iam si aliter apud vos egerit, non ei consentiatur. Certum enim sit vobis, non esse corporis agri tudinem, sed animæ passionem.

Ad Abbatissam Faberniacensem.
Epistola CCCXLVII.

Bernardus vocatus Abbas de Claualle, A. Abbatissæ Faberniacensis, pudicitia, & gratia tituli. Fratres isti pro consilio animarum suarum paternitatem nostram aduertes, de vestro bono studio quod in emendando loco, cui gratia Dei præstiti, habere vos prohibent, non parum nos latificauerunt. Monemus autem, & obsecramus deuotionem vestram, quod sicut in reficiendis domibus, ita renouandis moribus operam detis. Non solum amem de monasterio, sed etiam de Hospitali domo Dei cui sub manu vestra prædicti fratres deseruiunt, intentissime necesse est curam geratis, quatenus videlicet ab omni extractione, & infestatione ministro rum, seu clientum vestrorum securam, ac liberam

D. Bernardi Epistola.

beram custodiatis: quodque illorum prauo, vt audiimus, consilio eidem domui ab alijs ante vos abbatibus collatum abstulistis, precamur vt restituantis. Sicut enim ad vestram sollicitudinem pertinet aliarum male facta destruere aut corrigere, sic illarum si qua bona egerunt, non solum firma & inconcussa tenere, sed etiam augmentare & multiplicare debetis. Presbyterum quoque qui in ipsa domo habitans, suam adhuc foris rem habere videtur, aut proprium deferere, aut de domo exire cogatis. Valet, & propter bonum, quod de vobis audiimus, si quid valemus, familiariter confidite.

*Ad Odonem Abbatem Belliloci.
Epist. CCCXLVIII.*

FRatri & amico suo Odoni Abbati regularium clericorum Belliloci, frater Bernardus monasterij Clarauallis dispensator indignus salutem. Deposita huius hominis (ipse ait) apud vos seruandum commisit, nec bonum est vobis, nec honorificum quod detinetis, si tamen detinetis. Hinc enim de planctum ad me facere venit, vtique propter familiarem, specialemque amicitiam, quam inter me & vos esse audiuit, de qua etiam ipse presumens, ad reuerentiam vobis dico, quare non potius calicem de altari vendidistis, quo tam importunum clamorem reprimeretis, si bos vel equus non erat vobis qui vendari posset, vt is, quod suum erat, reciperet? Parcite queso personæ vestræ, parcite bono nomini domus vestræ, parcite sacræ, quæ nunc est, quadragesimæ, & pauperi, quod sine excusatione debetur, sine dilatione reddatur, antequam res amplius diuulgetur, & iam non sine maiori dedecore persoluatur.

*Ad VV. Abbatem Trecentem.
Epist. CCCXLIX.*

AMico & conseruo suo domino VV. Abbati canonicorum clericorum Trecentium, frater Bernardus Ecclesiæ Clarauallis seruus inutilis, salutem in Domino. Clericum istum relinquente faculum nobiscum manere cupientem, ad vestrum potius ordinem, timens ne nostri difficultate frangeretur, confugere persuasi. Commen-

damus ergo vobis eum, vt potest nobis bene cognitum, vt honeste morigeratum, & in litteris eruditum, postremo tamquam Dei seruum, quem per Dei gratiam credo vobis futurum fidum solatum. Neque enim ipsum tam propter se quam propter nos, quem diligimus sicut nos, ad vos ire volumus: quem propter vitæ suæ meritum libenter retineremus, nisi esset illi causa, quod clericum delicatum, laboris inexpertem, suscipere formidamus. Vale.

*Ad Rorgonem de Abbatifvilla.
Epist. CCCL.*

Viro illustri etiam nobis quoque dilecto Rorgoni de Abbatifvilla Bernardus Clarauallis vocatus Abbas, salutem & nostras orationes. Perlatum est ad vos, quod gratum tibi esset, si presentis, & colloquij nostri coniam habere vales, & hoc ideo, quia vnum de seruis alij me esse credit tua benignitas. Et ego tibi, quod pro hac tua humilitate, & pro bona tui habitatis fama, quam audiimus, mihi quoque iucunda foret tua presentia. Sed licet hoc in nos humanæ pietatis bonum laudabile sit, non tamen perfectum. Nam hæc corporalis quidem est visio & breuis, & nobiscum ceteris animantibus communis. Magis ergo ad illam æternæ societatis iucundissimam visionem suspirare debemus, & bonis operibus insistere vt ad illam perueniamus. Rogamus tuam attentionem, vt terram illam, quæ tui iuris est in parocia de Currenini, de qua dilectus, & familiaris noster Abbas de Alchi tecum locutus est, & quæ deserta & inculta tibi, tuisque antecessoribus vsque nunc inutilis fuit, Ecclesiæ de Alchi in elemosynam concedere digneris, quatenus & animæ tuæ, & animalus antecessorum, & successorum tuorum apud Deum hoc munus proficiat beneficium.

*Ad Rorgonem nouitium, postea Bonanallis
Abbatem. Epist. CCCLI.*

Charissimo in Christo filio H. uæ creaturæ in Christo frater Bernardus Clarauallis vocatus Abbas, confortari in Dño. Audita conuisione tua exultauimus. & dele-

stati sumus. Quid ni gaudeant homines unde latantur & angeli? Iam celebris agitur dies, iam resonat in excelsis gratiarum actio, & vox laudis. Adolescens nobilis delicatus vixit malignum, spreuit mundum, corruptis exposuit, propinquorum renunciauit affectibus, paratos diuitiarum laqueos transiit, quia pennatum animal erat: Vnde tibi hac sapientia filii? Neque enim tantam inuenimus in senibus Babylonis. Ipsi sunt, qui iuxta apostolum (imo contra) diuites fieri volunt in hoc saeculo, & incident in tentationem, & laqueum diaboli. Hugonis nostri sapientia non de terra est, sed de caelo. Confiteor tibi pater, quia abscondisti hac a sapientibus, & paruulo reuelasti. Tu quoque filii, ne sis ingratus beneficio redemptoris, sed pone animum puerilem: magis autem paruulus esto malitia, sed non sensu. Non aetatem teneram ordinis asperitas terreat, memento quod asperior cardo pannum facit leniorem, & conuersatio conscientiam. Aderit Christi fueris: & propheta farina, pulmentum incomestibile conditum. Si tentationum sentis aculeum, in ligno serpentem aneum intueri, & fuge non tam vulnera quam vbera crucifixi. Ipse erit tibi in matrem, & tu eris in filium, nec pariter crucifixum laedere aliquatenus poterunt clauis, quin per manus eius, & pedes ad tuo usque perueniant. Sed inimici hominis domestici eius. Ipsi sunt qui non te diligebant, sed gaudium suum ex te. Alioquin audiant a puero nostro. Si dixereris, ne gauderetis vti que, quia vado ad patrem. Si prostra-

tus (ait beatus Hieronymus) iaceat in limine pater, si nudato sinu, quibus te lactant, vbera mater ostendat, si paruulus a collo pendeat nepos, per calcatum transiit patrem, per calcatam perge matrem. & sicis oculis ad vexillum crucis euola. Summum pietatis est genus, in hac parte pro Christo esse crudelem. Phreneticorum lacrymis ne moueatis, qui te plangunt, de gehennae filio, factum filium Dei. Heu, quam miseris tam dira cupido? Quis tam crudelis amor, quae iniqua dilectio? Corruptum bonos mores colloquia mala. Propterea quantum poteris filii, confabulationes hospitem declinato, quae dum aurem implent, euacuant mentem. Disce orare Deum, disce leuare cor cum manibus. Disce oculos supplices in caelum erigere, & patri misericordiarum miserabilem faciem representare in omni necessitate tua. Impium est sentire de Deo quod continere possit super te viscera sua, & auertere aurem a iugum tuo, vel clamore. De cetero spiritualium patrum consilii, haud secus, quam maiestatis diuinae preceptis, acquiescendum in omnibus esse inemento. Hoc fac, & viues, Hoc fac, & veniet super te benedictio, vt pro singulis, quae reliquisti, centuplum recipias etiam in praesenti vita. Nec vero credas spiritui suadenti nimis id festinatum, & in maturiorem aetatem differendum fuisse: ei potius crede, qui dicit: *Boi. Tbr. 3. c.* num est homini cum portauerit iugum ab adolescentia sua: leuauit enim se supra se. Bene vale, & studeto perseuerantiae, quae sola coronatur.

Explicit liber epistolarum numero CCC LI. mellisui patris Bernardi, in quo adiuncta sunt his, quae in prioribus impressionibus habebantur, XLI. Epistola ex antiquis Clarauallis originalibus deprompta.

Matth.
11. g.

I. Cor.
14. d

4. Reg. 4.
b
Num.
21. c

Mich. 7.
b

Io. 14. d

1. Cor.
11. d
I

Tbr. 3. c

DIVI BERNARDI ABBATIS

CLARÆVALLIS,

In libros de Consideratione ad Eugenium Pont. Max.

PROLOGVS.



SUBIT animum dicere aliquid, quod te Papa beatissime Eugeni, vel adificet, vel delectet, vel consoletur. Sed nescio quomodo vult, & non vult exire lata quidem, sed lenta oratio, dum certatim illi contraria impetrare contendunt maiestas, atq; amor. Nempe vult ille, inhibere illa. Sed interuenit tua dignatio, qua hoc ipsum non precipis, sed petis, cum percipere magis te deceat. Maiestate tua igitur tam dignanter cedente, quidam cedat prior? Quid enim si cathedra ascendisti? Nec si ambules super pennas ventorum, subduceris affectui. Amor dominum nescit, agnoscit filium, & infulis per se satis subiectus est, obsequitur sponte, gratis obtemperat, libere reueretur. Non sic atque, non sic, sed aut timore ad ista impelluntur, aut cupiditate. Hi sunt, qui in facie benedicunt: mala autem in cordibus eorum. Blandiuntur coram, in necessitate deficiunt. At caritas nunquam excidit. Ego (ut verum fatear) matris sum liberatus officio, sed non depradatus affectu. Olim mihi inuiseratus es, non tam facile erueris. Ascende in celos, descende in abyssos, non recedes a me, sequar te quocumque ireris. Amavi pauperem, amabo pauperum, & amatum patrem. Non enim se bene te noui, quia pater pauperis factus, ideo non pauper spiritu es. In te hanc mutam esse confido, non de te, nec priori statum tuo successisse promotionem, sed successisse. Monito enim non ut magister, sed ut mater, plane ut amans. Amens magis videar, sed ei, qui non amat, ei qui vim dei sentit amoris.

Pf. 27. a
1. Corin.
13. b
Matth.
8. c

DE CONSIDERATIONE, Liber Primus.



Vnde iam ergo incipiam? Libet ab occupationibus tuis, quia in his maxime condoleo tibi. Condoleo dixerim, si tamen doles & tu. Alioquin doleo magis dixisse debueram, quia non est condolere ubi nemo, qui doleat. Itaque si doles, condoleo. Si non, doleo tamen, & maxime sciens longius a salute absistere membrum, quod obstupuit: & agrum sese non sentientem, periculosos laborare. Absit autem vnde te id suspicer, Noui quibus delicijs dulcis quietis tuae non longe ante hac fruebare, non potes diffueuisse tacito, ita subito non dolere nuper subtractas. Plaga reces dolore non caret. Neque enim iam occaluit vulnus, nec in tam breui versum in insensibile est. Quamquam si non dissimules, non deest tibi iugis materia iusti doloris a quotidianis iacturis. Inuitus (ni fallor) auelleris a tuae Rachelis amplexibus, & quoties id pati contigerit, toties dolor tuus renouetur. Necesse est. At quando non contigit? Quoties vis, & in casum? quoties moues, nec promoues? quoties conaris, & non datur vl-

K

tra? eniteris, & non paris? tentas, & abire peris? & ubi incipis, ibi deficis: & dum adhuc ordaris, succidunt te? Venerunt filij vsq; ad partum (ait propheta) & vires non habet parturiens. Nosti hoc, nemo te melius. Attrita frontis es, & instar vitulae Effraim doctus diligere trituram, (si pace tua) sic se habent res tuae. Ab his sane cupio tibi pacem, non cum his. Nihil plus metuo tibi pace ista. Miraris, nunquam possit accidere? Etiam dico tibi, si res (ut assolet) per consuetudinem in curiam venerit. Noli nimis credere affectui tuo, qui nunc est. Nil tamen fixi animo, quod neglectu, & tempore non obsolecat. Vulneri vetusto & neglecto callos obducitur, & eo insanabile, quolo insensibile fit. Denique dolor cōtinuus, & laceratus, & iuturnus esse non patitur. Nam si non aliud extunditur, necesse est cedat vel sibi. Enimvero cito, aut de remedio consolatio ne recipiet, aut de assiduitate stupore. Quid non inueniat consuetudo? quid non assiduitate duretur? quid non vsui cedat? quantis quod prius amaritudine prius exhorrebant, in ipso male non dulce conuersus est? Audi iustum quid lamentetur super huius cecidit: *Quae Iob. 6. b* prius tangebat nolebat animi mea, nunc *M.* meae angustiae cibi mei sunt. Primum tibi

4. Reg.
19. a
Ose. 10.

impor

importabile videbitur aliquid: processu tem-
poris si afflictae, iudicabis non adeo graue,
paulo post & leue senties, paulo post nec
senties, paulo post etiam delectabit. Ita
paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa
in aperiionem. Sic & grauis, & continuus
dolor citu, vt dixi, habiturus est exitum, aut
sancitate profecto, aut insensibilitate. Hinc
refugis, hinc timui semper, & timco, ne di-
lato remedio dolorē non sustinēs, periculo
te irreuocabiliter desperatus immergas. Ve-
reor, inquam, ne in medijs occupationibus
(quonia multa sunt) tu diffidēs sine fronte
dures, & ita sensim te ipsum quodam modo
sensu priues iusti vtilis que doloris. Multo
prudētius te illis subtrahas, vel ad tempus,
quā patiari trahi ab ipsis, & duci certe pau-
latim quo tu non vis. Quæris quo? Ad cor
purū. Nec pergas quærere quod illud sit, si
nō expauiisti, tuū hoc est. Solū est cor durum
quod te ipsum nō exhorret, quia nec sē-
tit. Quid me interrogas? Interroga Pharao-
nē. Nemo durū cordis salutē vniquam adeptus
est, nisi quē forte miserans Deus, abtulit ab
eo, iuxta prophetā, cor lapideū, & dedit cor
carneū. Quid ergo cor durū? Ipsum est quod
nec cōpunctione scinditur, nec pietate mol-
litur, nec mouetur precibus minis nō cedit,
flagellis duratur. Ingratum ad beneficia est,
ad consilia infidū, ad iudicia sanū, inue-
cūdum ad curpia, impauidū ad pericula, inhu-
manū, ad humana, temerariū ad diuina, præ-
teritorum obliuiscens, presentia negligens,
futura nō prouidens. Ipsum est cui præteri-
torū præter solas iniurias, nihil omnino nō
præterit, presentium nihil nō perire, futuro-
rum nulla nisi forte ad vlciscendum prospē-
ctio, seu præparatio est. Et vt in breui cūcta
horribilis mali mala complectar, ipsum est,
quod nec Deum timet, nec hominē reuere-
tur. En quo trahere te habent hæ occupa-
tiones maledictæ, si tamen pergis, vt copi-
sti, ita dare totum illis, nil tui tibi ore in-
quens. Perdis tēpus, & si licet nūc alterū me
tibi exhibere lethro, tu quoque in his subito
labore consumeris, quæ non sunt nisi affli-
ctio spiritus, euisceratio mentis, euuatio
gratiæ. Nam fructus horū quid nisi rancor
reuerentia? Quæso te quāle est illud de mane
vsque ad vesperam litigare, aut litigantes
indure? Et vtinam sufficeret diei malitia sua
non sunt libera noctes. Vix relinquitur nec-
cessitati natura, quod corpusculi satisfactioni
sufficiat, & rursus ad inargia suritur. Dies

diei cruciat lites, & nox nocti indicat mali-
tiam, vsque adeo non est respirare in bonis,
non est alternam capefcere requiem, nō vel
rara interferi ocia. Non ambigo te quoque
ista deplorare: at frustra istud, si nō & emer-
dare itū dueris. Interim tamē sic semper fa-
cias hortor, nec te vniqua ad ista duraueris
quolibet vsu, vel te assidue. Percussi eos, &
non doluerunt, ait Deus. Nihil tibi, & illis. *Iere. 5. 4*
Iusti potius tibi aptare curato, & affectionē, *Iob. 6. 6*
& vocem, qui ait: Quæ est enim fortitudo
mea, vt sustineam, aut quis finis meus, vt pa-
tienter agam? Nec fortitudo lapidum for- **B**
tutudo mea, nec caro mea vniqua est. Magna
virtus patientiæ, sed non hanc tibi ad ista
optauerim. Interdum impatientē esse, pro-
babilius. Tu ne approbes illorum patientiā, *2. Corin.*
quibus Paulus dicebat: Libenter sufferitis *11. 4*
insipientes cum sitis ipsi sapientes? Nisi fal-
lor, ironia erat, & non laus, sed suggestio
quorundam māfuetudinū, qui, quasi datis
manibus pseudo apostolis, a quibus, & sedu-
ctis, & quæ ipsorum peregrina, &
praua dogmata trahi se patientissime ferrēt.
Vnde & subdens: Sustinetis eum, inquit, si *Ibidem.*
quis vos in seruitutem redigit. Non bona
patientia, cum possis esse liber, seruū te per-
mittere fieri. Nolo dissimules seruitutem,
in quam certe in dies, dum nescis, redigeris.
Hæc tui cordis indicium est, propriam nō
sentire cōtinuam vexationem. Vexatiam dat
intellectum auditur, ait quidam: verum est,
sed si nimia non fuerit: nam si sit, non pla-
ne intellectum dat, sed contemptum. Deni-
que impius cum in profundum maiorū ve-
nit, contemnit. Expergiscere ergo, & pes- **Prouer.**
simæ seruitutis iugum, iamiamq, imminēs, *18. 4*
imo iam non modice premens, nō tan um
causæ, sed horre. An ideo nō seruus, quia nō
vni seruis, sed omnibus? Nulla turpior serui-
tus, grauiorve, quā seruitus Iudæorum, qua,
quocūq; ierint post se trahunt, & vbiq; do-
minos offendunt suos. Tu quoque, dic que-
so, vbi vniquam sis liber, vbi tutus, vbi tuus?
Vbiq; strepitus, vbiq; tumultus, vbiq;
iugū tuæ seruitutis te premit. Nec mihi repo- **2. Corin.**
nas nunc Apostoli vocē, qua ait. Cum essem *9. 6*
liber ex omnibus, omnīū seruū me feci. Lon-
ge est istud à te. Numquid hac illē seruitute
hominibus inseruiebat in acquisitione tur-
pis quæstus? Numquid ad eum de toto orbe
cōfluebant ambitiosi auari, simoniaci, sacrile-
gi, concubinarij incestuosi, & quæq; istius-
modi monitra hominū, vt ipsius apostolica
aucto-

auctoritate, vel obtineret honores ecclesia-
 sticos, vel retineret? Ergo seruū se fecit ho-
 mo, cui viuere Christus erat, & mori lucrū
 vt plures lucrificeret Christo, non vt lucra
 augeter avaritiæ. Nō est igitur quod de so-
 lertissima Pauli industria, & caritate tam li-
 bera quam liberali, seruili cōuersationi tuæ
 patrocinū sumas. Quam tuo dignius apo-
 stolatu, quā salubrius tuæ conscientia, quā
 fructuosus Ecclesiæ Dei audias potius ip-
 sum dicentem: Pretio empti estis, nolite ef-
 fici serui hominū. Quid seruilius indignius-
 que (praesertim summo Pontifici) quā, non
 dico omni die, sed pene omni hora, insuda-
 re talibus rebus, & pro talibus? Deniq, quā-
 do oramus, quando docemus populos, quā-
 do ædificamus Ecclesiā, quando meditamur
 in lege? Et quidem quotidie perstrepunt in
 palatio leges, sed Iustiniani, non Domini.
 Iustine etiam istud? Tu videris. Nam certe,
 lex domini immaculata, cōuertens animas.
 Hæ autem non tam leges, quā lites sunt,
 & caullationes, subuertentes in animas.
 Ergo pastor, & episcopus animarū, qua mē-
 te obsecro, sustines coram te semper silere
 illam, garrere istas? Fallor, si non mouet tibi
 scrupulum peruersitas hæc. Puto quod &
 interdum cōpellat clamare ad dominum cū
 Propheta: Narrauerunt mihi iniqui fabula-
 tionem, sed non vt lex tua. Ergo, & te aude
 liberum profiteri sub tam graui mole inco-
 uenientia huius, & cui fas non sit ceruicem
 subducere. Nam si potes, & non vis, multo
 magis seruus es huius ipsius tā peruersæ vo-
 luntatis tuæ. An non seruus, cui dominatur
 iniquitas? Et maxime. Nisi tu forte indi-
 gnus iudices hominem tibi, quā vitium do-
 minari. Quid interest, volens seruias an in-
 quitus? Nā etsi coacta seruitus miserabilior,
 sed affectata miserior est. Et quid vis me fa-
 cere? inquis. Vt tibi ab his occupationibus
 parcas. Impossibile fortasse respondebis, fa-
 cilius cathedræ valedicere posse. Recte hoc
 si rumpere, & non magis interrompere ista
 horreret. Audi ergo quid redarguam, quid
 sua leam. Si quod viuas, & sapis, totum das
 actioni, cōsiderationi nihil, laudo te, in hoc
 non laudo. Puto quod & nemo qui à Salo-
 mone audierit: Qui minoratur actu, perci-
 piet sapientiam. Certe nec ipsi actioni expe-
 dit consideratione non præueniri. Si itē to-
 tas vis esse omnū, instar illius, qui omnibus
 omnia factus est, laudo humanitatem, sed si
 plena sit. Quomodo autem plena, te exclu-

so? Et tu homo es. Ergo vt integra sit & pie-
 na humanitas, colligat, & te in tra se sinus,
 qui omnes recipit. Alioquin quid tibi pro-
 dest iuxta verbū domini, si vniuersos lucre-
 ris, te vnum perdens? Quamobrem cum
 omnes te habeant, esto et tu ex habentibus
 vnus. Quid solus fraudaris munere tui? Vt-
 que quo vadens spiritus, & non rediens. Vt-
 que quo non recipis te, & ipse inter alios vi-
 ce tua? Sapientibus & insipientibus debitor
 es, & soli negas te tibi? Stultus & sapiens, ser-
 uus & liber, iues & pauper, vir & femina,
 senex & iuuenis, clericus & laicus, iustus &
 impius, omnes pariter participant te, omnes
 de fonte publico bibunt pectore tuo, & tu
 seorsum sines stabis? Si maledictus qui par-
 tem suam facit deteriorem, quid ille, qui se
 penitus reddit expertem? Sane deriuentur
 aquæ tuæ in plateas, homines, & iumenta, &
 pecora bibant ex eis, quin & camelis pueri
 Abrahæ potum tribuas, sed inter ceteros bi-
 be tu de fonte putei tui. Alienus, inquit, nō
 bibit ex eo. Numquid tu alienus? Cui non
 alienus, si tibi es? Demique qui sibi nequam,
 cui bonus? Memento, praesertim, nō dico sem-
 per, non dico sæpe, sed vel interdum, uide-
 re te ipsum tibi. Vtere tu quoque te inter
 multos, aut certe post multos. Quid indul-
 gentius? Hoc enim dico secundū indul-
 gentiam, non secundum iudicium. Puto & ipso
 apostolo indulgentiorem me in hac parte.
 Ergo plusquam oportet, inquis. Non infi-
 cior. Quid si ita oportet? Nam tu (vt confi-
 do) nostra non eris meticulousa informatio-
 ne contentus, sed abundabis magis. Sane sic
 decet, te scilicet abundantiorē, quā me au-
 daciorē esse. Ego quoque mihi tutius iudico
 apud maiestatem timiditate, quā teme-
 ritate periclitari. Et fortassis non secus me-
 ueri sapientem oportuit, vt sit quod scriptū
 est: Da occasionē sapienti, & sapientior erit.
 Audi tamen apostolum quid de huiusmodi
 seruias. Si non est inter vos sapiens, ait ille,
 qui iudicet inter fratrem, & fratrem. Et in-
 fert. Ad ignominiam vobis dico, cōtempti-
 bilior, qui sunt in Ecclesia, illos constituit
 ad iudicandum. Itaque secundum apostolū,
 indignū tibi vsurpas tu apostolicum officium
 vile, gradum contemptibilem. Vnde & di-
 cebat episcopus, episcopum influens. Ne-
 mo militans Deo, implicat se negotijs sa-
 lantibus. Ego autem parco tibi. Non enim
 fortia loquor, sed possibilia. Putas ne hæc
 tempora sustinerent, si hominibus litigan-
 tibus

1. Cor. 7
d

Pf. 18. a

D

Pf. 118. j

Ecl. 38.

1. Cor. 9.
d

Math. 16. d

E

Pf. 77. e

Ecl. 14.

Prouer. 1. b

F

1. Cor. 6

b

1. Tim. 2

1. Tim. 4

tibus pro terrena hereditate, & flagrantibus abs te iudicium, voce Domini tui responderes,

Luc. 12. O homines, quis me constituit iudicem super vos? In quale tu iudicium mox venires? Quid dicit homo rusticanus & imperitus, ignorans primatum suum, inhonoras summi man & præexcellam sedem, derogans apostolica dignitati? Et tamen non monstrabunt puto qui hoc dicent, vbi aliquando quispiam Apostolorum iudex fuerit hominum, aut diuisor terminorum, aut distributor terrarum. Stetisse denique lego Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego, Erit illud, non fuit. Ita ne iudicatur est dignitatis seruus, si non vult esse maior Domino suo: aut discipulus, si non vult esse maior eo, qui se misit: aut filius, si non transgreditur terminos, quos posuerunt patres sui? Quis me constituit iudicem

Domini, & magister, & erit iniuria seruo. discipuloque nisi iudicet vniuersos? Mihi tamen non videtur bonus aestimator res, qui dignitate sua non iudicat. Stoicis viris non iudicare de talibus, quibus datum est iudicium in maiora. Quidni conueniant iudicare de terrenis possessiunculis hominum, qui in caelestibus, & Angelos iudicabunt? Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas vestra, quoniam propter illa, & non propter has, accepistis clauces regni caelorum, præuaricatores vtiue includi, non possessores. Vt scjatis ait, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c. Quenam tibi maior videtur & dignitas & potestas, dimittendi peccata, an prædia diuidendi? Sed non est comparatio. Habent hæc infima, & terrena iudices suos, reges, & principes terræ. Quid fines alios inuaditis? Quid falcem vestram in alienam messem exeditis? Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupatis. Denique vbi necessitas exigit, audi quid censeat, non ego, sed Apostolus: Si enim in vobis iudicabitur hic modus, indigni estis qui de minimis iudicetis. Sed aliud est incedenter excurrere in ista, causa quidē vrgente: aliud vltro incubere istis tamquā magnis dignisque tali, & talium intentione rebus. Itaque hæc & innumera talia dicere, si fortia dicerem, si recta, si sincera. Nunc autem quoniam dies mali sunt, sufficit interim admonitum esse, non totum te, nec semper dare actioni, sed considerationi aliquod tui & con-

dis & temporis sequestrare: Hoc autem dico necessitatem intuens, non æquitatem, quamquam non sit præter æquum necessitati cedere. Nam si liceret quod deceret, ab solute per omnia, & in omnibus præferendā & vel solam, vel maxime colendam, eaque ad omnia valet, id est pietatem, prorsus irrefragabilis ratio monstrat. Quid sit pietas quæris? Vacare considerationi. Dicas forsitan in hoc dissentire me ab illo, qui pietatem diffiniuit cultum Dei. Non est ita. Si bene consideras, illius sensum meis expressi verbis, etsi tamen ex parte. Quid tam pertinens ad cultum Dei quam quod ipse hortatur in Psalmo: Vacate & videte quoniam ego sum Deus? Quod sane in patribus considerationis præcipuum est. Quid denique tam ad omnia valens, quam quæ ipsius quoque actibus partes benigna quadā præsumptione suas facit, præagendo quodammodo & præordinando quæ agenda sunt? Necessitas enim, ne forte quæ & præuisa, & præmeditata perirent esse proficuo, præcipitata magis periculo fiant. Quod tibi met, si recordaris, in ipsis actionibus causarum, & in magnis quibusque negotiis, magnarumque consiliis rerū frequenter accidisse non ambigo. Et primū quidem ipsum fontem suū, id est mentem de qua oritur, purificat consideratio: Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam hōnestat, & ordinat. Postremo diuinarum pariter & humanarum rerū scientiam confert. Hæc est, quæ confusa determinat, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestiget, verisimilia examinat, ficta, & fucata explorat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil in mente resideat, aut incorrectū, aut correctione egens. Hæc est, quæ in prosperis aduersa presentit, in aduersis quasi non sentit, quorū alterum fortitudinis, alterum prudentiæ est. Ibi etiā aduertere tibi est suauissimum quemdā concentū, complexumque virtutum, atque alteram pendere ex altera, sicut hoc loco vides fortitudinis matrē esse prudentiam, nec fortitudinē, sed temeritatē esse quælibet ausū, quem non parturiuit prudentia. Hæc item est, quæ inter voluptates, & necessitates media quasi quædam arbitra sedens, vtrinque certis limitibus determinat fines, istis alligans, & præbens, quod sat est illis, quod nimis est demēs, & sic ex alterutro tertiam formans virtutem, quam dicunt temperatiam.

Nempe intemperantem ipsa consideratio censet, tam cum, qui necessarijs pertinaciter demit, quā qui indulget superfluis. Nō ergo est temperantia in solis refecandis superfluis, est & in admittendis necessarijs. Huius sententię apostolus non fautor tantum, sed auctor esse videtur, qui cura carnis nostrę docet non perfici in desiderio. Dicens siquidem, curā carnis, non perfici, superflua cohibet, addens in desiderio, necessaria nō excludit. Vnde mihi videtur non omnino absurde diffinire temperantiā, qui hanc nec præcedere necessitatē, nec excedere dicat iuxta illud Philosophi: Ne quid nimis. Iam de iustitiā, quę vna ex quattuor est, nōne constat consideratione mentem præueniri, vt se formet in ea? Se enim necesse est prius cogitet, vt ex se normam ducat iustitię, nec factura vtique alteri, quod sibi fieri nolit, nec quod sibi vellet fieri negatura. In his nempe duobus liquet integrum esse iustitię statū. Sed nec ipsa solitaria est. Inuere etenim nunc mecum etiam huius pulchram connexionem, & coherentiam cum temperantia, & item ambarum cum duabus superioribus, id est prudentia, & fortitudine. Nam cum iustitię dicatur portio, quod sibi non vult fieri quis alij non facere? porro perfectio, quod ait Dñs, quęcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, neutrum horum erit, nisi ipsa voluntas, de qua tota ducitur forma sit ordinata fuerit, vt nec velit aliquid superfluum, nec necessarium quid superfluitose nolit, quod quidem temperantię est. Denique & ipsi iustitię, vt iusta sit, temperantię modum imponit. Noli nimium esse iustus, ait sapiens: ostēdens per hoc minime approbandam iustitiā, quę temperantię moderamine nō frenetur. Quid quod & ipsa sapientiā hoc temperantię frenum non respuit, dicente Paulo secundū sapiētiā à Deo sibi datam, non plus sapere quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem? Sed & è conuerso quod temperantię necessaria iustitiā sit, ostēdit Dñs arguens in euāgelio illorū temperantiā, qui abstinebant, vt viderentur hominibus ieiunantes. Erat in cibo temperantiā, sed non iustitiā in animo, quia non Deo placere, sed hominibus intendebant. Quomodo rursum vel ista vel illa sine fortitudine? cum constet fortitudinis esse non mediocriter, cohibere velle & nolle suum inter angustias parum & nimis, vt sit contenta voluntas modo illo me-

dio, nudo, puro, solo, constante sibi, æquā vndique sui, vt pote ex omni parte pariter circumciso, quem solum constat esse virtutis. Dicitō mihi, quāso, si potes, cuius potissimum trium harum virtutum medullium hoc dandum censeas, quod ita cunctis conterminum est, vt videatur esse propriū singularum? An ipsum virtus est & nihil aliud? Sed sic virtus non esset multiplex, sed essent omnes vnā: An potius quia sine eō virtus non est, omnium quodammodo intima vna est, & medulla virtutū, in qua sic vnantur vt proinde vnā videantur omnes, præsertim quod non illud participando comunicant, sed totum à singulis, atque integrū possidet? Verbi causa. Quid tam iustitię, quāmodus? Alioquin si quid extra modū relinquit, non plane cuique tribuit, quod suum est, quod tamen suum ipsius est facere. Quid tam rursum temperantię, quę non aliunde profecto temperantiā est, nisi quod nil immoderatum admittit? Sed puto fatere etiam non minus fortitudinis, cum vel maxime ipsa sit, quę ab irruentibus virtus, & quasi hinc inde suffocare virtutibus, pugnare illud potenter eruit, & vindicat in quod stabile fundamentum boni, sed emque virtutis. Ergo modum istum tenere iustitiā est, temperantiā est, fortitudo est. Sed vide ne in hoc differant, vt iustitię quidem in affectu res sit, à fortitudine autem efficacia eius, porro possessio eius, atque vsus, apud temperantiā. Restat iam vt doceamus ab hac communionē prudentiā non excludi. Nonne ipsa est, quę modum diu animi neglectu posthabitu, & vitiorum inuidia quasi in abditis reclusum, & cooperitum quadā vetustatis caligine, prior reperit, & aduertit? Propterea dico tibi à paucis aduertitur, quia paucorū prudentia est. Itaque iustitiā quęrit, prudentia inuenit, vindicat fortitudo, temperantiā possidet. Non mihi hoc loco propositum est de virtutibus disputare, sed hoc dixi tantum hortans ad vacandum considerationi, cuius beneficio hæc, & similia aduertuntur. Cui tam pro tamque vtili orio nullam in via operam dare, nonne vitam perdere est? Quid tamen? Si te Philosophiæ huic totū repente deuoueris, prædecessores tui non ita consueuerunt, eris molestus quā pluribus, quasi qui à patrum vestigijs subito deuiaueris. Nempe tu videberis agere in suggillationem illorum. Sed & notabere vulgari prouerbo: Qui hoc facit quod nullus,

Ro. 13. d
Gal. 6. c

K
Tho. 4. c

Mat. 7. c

Ecc. 7. c

Ro. 12. a

Mat. 6. c

L

M

nullus miratur omnes: velut qui cupias ad-
 mirationi fore. Nec potes eorum omnia si-
 mul & subito vel errata corrigere, vel ex-
 cessus redigere in modum: Erit cum acce-
 pens tempus, vt secundum sapientiam tibi
 a Deo datam paulatim, & opportune id stu-
 deas. Interim sane malo alienius vtere in
 bonum, quod potes. Quamquam si de bo-
 nis & non de nouis summam exempla,
 non defuere Romani Pontifices, qui sibi
 ocia inter maxima negocia inuenirent. Ob-
 sidio vrbi, & barbaricus ensis ciuium cerui-
 cibus imminēbat: numquid tamen istud ter-
 ruit beatum Papam Gregorium quo minus
 sapientiam scriberet in ocio? Eo nempē tē-
 poris (quod ex eius præfatione liqueſcit) ob-
 scurissimam, & extremam partem Ezechie-
 lis tam diligenter, quàm eleganter exposuit.
 Sed esto: Alius inoleuit mos, dies alij sunt,
 & alij hominum mores, & tempora pericu-
 losa non constant iam, sed exstant. Fraus &
 circumuentio, & violentia inualere super-
 terram. Calumniatores multi, defensor ta-
 rus. Vbiq; potentiores pauperiores oppri-
 munt: non possunt deesse oppresses, non
 potest iniuriam patientibus iudicium. Nisi
 agitentur causæ, audiantur partes, inter par-
 tes iudicare quis potest? Agitentur causæ,
 sed sicut oportet. Nam is modus, qui fre-
 quentatur, execrabilis plane, & qui non dico
 Ecclesiam, sed nec forum deceret. Mi-
 namq; quemadmodum religiosa aures tuæ
 audire sustinent huiusmodi disputationes
 aduocatorum, & pugnas verborum, quæ ma-
 gis ad subuersionem, quàm ad inuentionem
 proficiunt veritatis. Corrige pæuum mo-
 rem, & præcide linguas vaniloquas, & labia
 dolosa claudē. Hi sunt, quidauerunt lin-
 guas suas loqui mendacum, & ferti aduer-
 sus iustitiam, eruditi pro falsitate. Sapien-
 tes sunt vt faciant malum, eloquentes vt im-
 pugnent verū. Hi sunt qui instruunt a qui-
 bus fuerat instruendi: astruunt non com-
 perta, sed sua: struunt de proprio calum-
 nias innocentiæ, destruant simplicitatē ve-
 ritatis, obstruant iudicij vias. Nihil ita absq;
 labore manifestam facit veritatem, vt bre-
 uis, & pura narratio. Ergo illas, quas ad te
 necesse erit intrare causas (neque enim om-
 nes necesse erit) diligenter velim, sed breui-
 ter decidere alluceas, frustratoriasque &
 venatorias præcidere dilationes: Causa vi-
 dua: intret ad te, causa pauperis, & eius qui
 non habet quod det. Alijs alias multas po-

teris committere teruandās, quàm plu-
 res, nec dignas audientia iudicare. Quod e-
 nim opus est admittere illos, quorum pec-
 cata manifesta sunt præcedentia ad iudiciū?
 Tanta est impudentia nonnullorum, vt cum
 manifestæ ambitionis prurigne scateat to-
 ta facies causæ eorum, non erubescant au-
 dientiam flagitare, publicantes semetipſos
 ad multorum conscientiam: in quo vel sig-
 solius satis poterant confundi iudicio. Non
 fuit qui retunderet attritas frontes, & ideo
 plures facti sunt, & magis induruerunt. Sed
 & nescio quomodo viciosus conscientias
 viciosorum non refugit: & vbi omnes ser-
 dent, vnius factor minime sentitur. Quis
 enim vniquam, verbi causa auarum auar-
 rus, immundum immundus, luxuriosus luxu-
 riosus erubuit? Plena est ambitioſis Ec-
 clesia, non est iam quod exhorreat in stu-
 dijs, & molitionibus ambitionis, non plus
 quàm spelunca latronum in spolijs viatorū.
 Si Christi discipulus es, ignoscat zelus tuus,
 & non quæras aduersus impudentiam
 hanc, & generalem pestem. Intuere magi-
 strum sic facientem, & audi dicentem. Qui
 mihi ministrat, me sequatur. Non parat au-
 res, vt audiat, sed flagellum, quo feriat. Ver-
 ba nec facit, nec recipit, nec enim sedet iu-
 dicans, sed insequitur puniens. Causam ta-
 men non tacet, quod videlicet domum ora-
 tionis negociationis fecissent. Ergo & tu
 fac similiter. Erubescant vultu tuum istius-
 modi negociatores, si fieri potest: si non ti-
 meant. Et tu flagellū tenes. Timeant num-
 mularij, nec fidant in nummis, sed diffidant,
 abscondant æs suum a te, scientes effunde-
 re, quàm accipere paratiorem. Hoc studiose
 & constanter agendo, multos lucrifacies
 turpium sectatores lucrorum, honestioribus
 officijs vendicando: multos ne vel audeant
 huiusmodi attentare, seu uabis. Adijce illud,
 quod non parum proficiet, & ad ferias, quas
 tibi suadeo. Ita nempē non pauca tibi mo-
 menta temporum redimes ad vacandum
 considerationi, quadam, vt dixi, negocia,
 nec audiendo, quadam alijs committendo,
 quæ tua digna putaueris audientia, fideli
 quodam, & accommodo ipsi causæ compen-
 dio terminando. De qua consideratione
 his addere aliqua cogito, sed sub alterius
 sane principio libri, atque hic sit finis istius,
 ne duplo te oneret minus si uis oratio, si
 & longa fuerit.

10. 12. d

Bre. p. f

B

DE CONSIDERATIONE,

Liber Secundus.



Emor promissi mei, quo ecce iam aliquamdiu tencor apud te vir optime Papa Eugeni, volo ipsi absolucere vel sero. Puderet

dilationis si mihi conscius fore incuria, aut contemptus. Non ita est, sed incidimus (vt ipse nosti) in tempus graue, quod & ipsi pene viuendi vsui videbatur indicere cessationem, necum studijs, cum scilicet dominus prouocatus peccatis nostris, ante tempus quodammodo visus sit iudicasse orbem terrarum, in aqutate quidem, sed misericordiae suae oblitus. Non pepercit populo suo, non suo nomini. Nonne dicunt in gentibus, vbi

D *Pf. 113.* est Deus eorum? Nec mirum. Ecclesiae filij, & qui Christiano censentur nomine, prostrati sunt in deserto, aut interfecti gladio, aut fame consumpti. Effusa est contumelia super principes, & dominus errare fecit eos in inuio, & non in via. Contritio & infelicitas in visis eorum. Pavor & moeror in conspectu in penetralibus regum ipsorum. Quam commisi pedes euangelizantium pacem, annunciantium bona? Diximus pax, & non est pax: promissimus bona, & ecce turbatio. Quali vero temeritate in opere isto aut leuitate vsi sumus. Cueurimus plane in eo non quasi in incertum, sed te iubente, imo per te Deo. Quare ergo ieiunauimus, & non aspexit, humiliauimus animas nostras, & nesciuit? Nam in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extensa. Quam patienter interim adhuc audit voces sacrilegas, & Aegyptios blasphemantes, quia callide eduxit eos, vt occideret in deserto? Et quidem iudicia Dei vera, quis nesciat? At iudicium hoc abyssus tanta, vt videar mihi non immerito pronuntiare beatum, qui non fuerit scandalizatus in eo. Quomodo tamen humana temeritas audeat reprehendere, quod minime comprehendere valet? Recordemur supernorum iudiciorum, quae a saeculo domine, & consolatus sum. Rem dico ignotam nemini, & nunc nemini notam. Nempe sic se habent mortalium corda, quod scimus cum necesse non est, in necessitate nescimus. Moyses educturus populum de terra Aegypti, meliorem illis pollicitus est terram. Nam quando ipsam aliter sequeretur populus solam

sapiens terram? Eduxit, eductos tamen in terram, quam promiserat non introduxit. Nec est quod ducis temeritati imputari queat tristis, & inopinatus euentus. Omnia faciebat domino imperante, domino cooperante, & opus confirmante sequentibus signis. Sed populus ille, inquis, durae ceruicis fuit, semper contentiose agens contra dominum, & Moysen seruum eius. Bene illi increduli & rebelles. Hi autem quid ipsos interroga. Quid me dicere opus est quod fatentur ipsi. Dico ego vnum. Quid poterant proficere, qui semper reuertebantur cum ambularent? Quando & isti per totam viam non redierunt corde in Aegyptum? Quod si illi ceciderunt, & perierunt propter iniquitatem suam, miramur istos eadem facientes, eadem passos? Sed nunquid illorum casus aduersus promissa Dei? Ergo nec istorum. Neque enim aliquando promissiones Dei, iustitia Dei iudicant. Et audi aliud. Peccauit Benjamin, accinguntur reliquae tribus ad vitionem, nec sine nutu Dei. Designauit dominus in se decem praebaturis. Itaque praebaturis facti, & manu validiori, & caua potiori, & quod his maius est fauore diuino. At quam terribilis Deus in consilijs super filios hominum? Terga dedere sceleratis vitores sceleris, & paucioribus plures. Sed recurrunt ad dominam, & dominus ad eos. Ascendite inquit, Ascendunt de ueno, de uenoque fusi, & contuli sunt. Ita Deo primum quidem fauente, secundo & iubente, iusti in sum certamen incurrunt, & succumbunt. Sed quo infeliciores certamine, eo fide superiores inueniunt. Quid putas de me facerent isti, si meo hortatu iterato ascenderent, iterato succumberent? Quando me audient monentem, tertio repetere iter, repetere opus, in quo semel, & iam secundo frustrati forent? Et tamen Israelita vnam, & alteram non reputantes frustrationem, tertio parent, & sperant. Sed dicunt forsitan isti. Vnde scimus quod a domino sermo egressus sit? Quae signa tu facis, vt credamus tibi? Non est quod ad ista posse respondeam, parcendum verecundia mea. Responde tu pro me & pro te ipsa, secundum ea, quae audisti & vidisti, aut certe secundum quod tibi inspirauerit Deus. Sed forte miraris me prosequi ista, quae aliud proposueram. Facio non oblitus propositum, sed quod a proposito non iudicemur. Nempe de consideratione (vt memini) sermo mihi ad tuam dignationem.

Pf. 113. b

Exo. 3. 2.

Pf. 118.

E *Ibidem.*

Exo. 3. c

Ibidem.

Ibidem.

Pf. 72. 6

Iud. 20.

Pf. 65. 0

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

non. Et sane magna ista res, & egens consideratione non minima. Quod si res magnas a magnis considerari oportet, cui eque ut tibi, id studij competit, qui parem super terram non habes. Sed tu secundum sapientiam, & potestatem datam tibi desuper facies de hoc. Non est meæ humilitatis dicta-roy tibi sic, vel sic fieri quidquam. Sufficit intimasse oportere aliquid fieri vnde & ecclesia consoletur, & obstruat os loquentium iniqua. Hæc pauca vice apologiæ dicta sint, ut ipsa qualiacumque habeat conscientia tua ex me, vnde habeat me excusatum, & te pariter, etsi nō apud eos, qui facta ex euentibus estimat, certe apud te ipsum. Perfecta & absoluta cuique excusatio, testimonium conscientie suæ. Mihi pro minimo est, ut ab illis iudicet, qui dicunt bonū malum, & malū bonum, ponentes lucē tenebras, & tenebras, lucem. Et si necesse sit vnum fieri de duobus; magis meos murmur hominū, quā in Deum esse. Bonum mihi si dignetur, me uti pro clypeo. Libens excipio in me deprehensū linguas maledicas, & euocata ipsa iusta peccatorum, ut non ad ipsum peueniant. Non recuso inferiori fieri, ut nō irruatur in Dei gloriam. Quis mihi det, gloriā in voce illa: Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam? Gloria mihi est confortem fieri Christi, cuius illa vox est: Opprobria exprobrantia tibi ceciderunt super me. Nunc iam recurat stylus ad suam materiā, & in ea quæ proposueramus suo tramite gradamur oratio. Et primo quidem ipsam consideremus nomen quid dicā, cōsidera. Non enim idem per omnia, quod cōtemplationē intelligi volo, quod hæc ad rerum certitudinē, illa ad inquisitionē magis se habeat. Iuxta quē sensum potest contemplatio quidem definiri, verus certusque inuitus animi de quacūque re, siue apprehensio veri non dubia. Consideratio autem in tēsa ad inuestigandū cogitatio, vel intentio animi vestigantis verum: quamquā solentur amba pro inuicem indifferenter vsurpari, iam quod ad considerationis attinet, fructu quatuor ut occurrunt tibi consideranda reor: te, quæ sub te, quæ circa te, quæ supra te sūt, A te tua consideratio inchoet, ne frustra extendaris in alia te neglecto. Quid tibi prodest si vniuersum mundum lucreris, te vnum perdens? Et si sapiens sis, dicit tibi ad sapientiam, si tibi nō lucris. Quæ tū vero? Ut quidē senserim ego, totum. Noueris

licet omnia mysteria, noueris lata terræ, lata cæli, profunda maris, si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento, ruina, non structuram faciens. Quidquid extruxeris extra te, erit instar cōgesti pulueris, vntis obnoxium. Non ergo sapiens, qui sibi non est. Sapiens, sibi sapiens erit, & bibet de fonte putei sui primus ipse. A te proinde incipiat tua cōsideratio, non solum autem, sed & in te finietur. Quocumque euageatur, ad te reuocaueris eā cum salutis fructu. Tuus primus tibi, tu vltimus. Sume exemplum de summo omnium patre, verbum suum & emittente, & retinente. Verbum tuū, cōsideratio tua. Quod si procedit, non recedat. Sic progrediat, ut non egrediat. Sic exeat, ut nō deserat. In acquisitione salutis, nemo tibi germanior vnico matris tuæ. Contra salutem propriā cogites nihil. Minus dixi contra: præter, dixisse debuerā. Quidquid se cōsiderationi offerat quod nō quoquo modo ad tuam ipsius salutem pertineat, respiciendum. Et hæc tui cōsideratio in tria quadam diuiditur, si consideret, quid, quis & qualis sis. Quid in natura, quis in persona, qualis in moribus. Quid verbi gratia, homo. Quis, Papa vel summus Pontifex. Qualis, benignus, mansuetus, vel quidquid tale. Quamquam primum illud philosophi, cum sit in gis quam apostolicū vestigare, attamen est in definitione hominis, quæ dicit animal rationale mortale, quod diligētius inueni si libet, licet. Non est quod tux in eo, aut possessioni obuiet, aut dignitati: est vero quod saluti adferre queat. Nam cōsideranti duo hæc simul rationale, mortale, que, is tibi exinde occurrit fructus, ut & mortale, quod in te est, rationale humiliet, & rursum rationale mortale cōfortet, quod neutrum neglectum erit homini circumspecto. Si qua adhuc presens consideranda requirit locus, tractabuntur infra, & forte vtilius ex patrum collatione. Nunc quis sis, & de quo sis, & factus, aduertendum. Quamquā quod dixi de quo, id mihi prætereundum putem, tunc potius relinquendum agnitioni. Illud dico, indignum tibi citra perfectum agere de tanta assumpto perfectione. Quidni erubescas minimus inueniri in magnis, qui te recordaris magnum in minimis extitisse? Non es oblitus primæ professionis, non excidit menti quæ subdūta est manui, sed ne affectui quidem. Ipsam ad singula tua imperia, iudicia, instituta, habere præ oculis.

2/a. 2. 4.

2/a. 2. 6.

Ibidem.

Contemplatio.

H Consideratio.

Matth. 16. 4.

non erit inutile. Hæc te consideratio facit honoris contemptorem, in honore etiã ipso. Atque id magnum. Nõ recedat à pectore, clypeus est tibi vel à sagitta illa: Homo cum in honore esset, non intellexit. Loquere ergo tibi: Abiectus erã in domo Dei mei. Quale est hoc, de paupere, & abiecto leuari super patres, & regna? Quis ego, aut que domus patris mei, vt sedeam excelsis sublimior? Sane qui dixit mihi. Amice, ascende superius: amicum fore fidit. Si minus inueniar non expedit quidem. Qui eleuauit, & deicere potest. Sera querela, quoniam eleuans allisisti me. Non est quod blandiatur celsitudo, sollicitudo maior illa discrimen intendit, hæc amicum probat. Huic accingamur, si nolumus tandem cum cubore nouissimum locum tenere. Factum superiore dissimulare nequimus, sed n. ad quid, omnimodis attendendũ. Non enim ad dominandum opinor. Nam & propheta cum similiter leuaretur, audiuit: Vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & auerteres, & plantes. Quid horum factum sonat? Rusticani magis sudoris schemate quodã, labor spiritalis expressus est. Et nos agitur vt multum sentiamus de nobis, impositũ sentierimus ministerium, non dominũ datum. Nõ sum ego maior propheta, & si forte par potestare, sed meritum nõ est cõparatio. Hęc loquere tibi, & doce te ipsum, qui alios doces. Puta te velut vnum aliquem de prophetis. An non satis ad te? Et nimium. Sed gratia Dei es id, quod es. Quid? Esto quod propheta, nõ quid plus quam propheta? Si sapias, eris contentus mensura quã tibi, mensus est deus. Nam quod amplius est, à malo est. Disce exemplo prophetico presidere non tam ad imperitandũ, quam ad factũ quod tẽpus requirit. Disce sarculo tibi opus esse, nõ sceptor, vt opus facias prophetæ. Et quidem ille non regnaturus ascendit, sed extirpaturus. Putasne & tu inuenias aliquid elaborandum in agro domini tui? Et plurimum. Non plane totũ quiuere emũdare, pphetæ, aliquid filijs suis apostolis, quod agerent, reliquerũt, aliquid ipsi parentes tui tibi. Sed nec tu ad omne sufficies.

Luc. 10. Aliquid profecto tuo relicturus es successori, & ille alijs, alij alijs vsque in finem. Circa vndecimam denique horam operarij ocij afguuntur, & mittuntur in vineam. Antecessores tui apostoli audierunt, quia messis quidem multa, operarij vero pauci. Pater-

nam tibi vindicato hereditatem. Nam si **Gal. 4. 6** filius, & hæres, vt probes hæredem, euigila ad curam, & non ocio torpeas, ne & tibi **Mat. 20** dicat: Quid hic stas tota die ociosus? Multo minus inueniri oportet, aut del. cijs reolutum, aut resupinum pompis. Nihil horũ tibi tabula testatoris assignant. Sed quid? Si illarum tenore contentus sis, curam potius hereditatis, & operam, quam gloriam & diuitias. **Blasphatur** chatedra. Specula est. Inde denique superintendis, sonas tibi episcopi nomine nõ dominium, sed officium. Quidni loceris in eminenti, vnde prospectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? Enimvero prospectus iste prociatã parit, non ocium. Quando libet gloriari, vbiociari non licet? Nec locus est ocio, vbi sedula viget sollicitudo omnium Ecclesiarũ. Nam quid tibi aliud dimisit sanctus apostolus? Quod habeo, inquit hoc tibi do. Quod illud? Vnum scio, non est aurum, neque argentum, cum ipse dicat, Argentum, & aurum non est mihi. Si habere contingat, vt ere nõ pro libitu, sed pro tempore Sic eris vtens illis quasi nõ vtens. Ipsa quidem, quod ad animi bonum spectat, nec bona sunt, nec mala. Vfus tamen horum bonus, abusus mala, sollicitudo peior, queq; turpior. Esto vt alia quacunque ratione hæc tibi vindices, sed non apostolico iure. Nec enim tibi ille dare, quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem, vt dixi, super ecclesias. Numquid dominatione? Audi ipsam: Non dominantes, ait, in clero, sed forma facti gregis. Et ne dictũ sola humilitate putes, non etiam veritate, vox domini est in euangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Et infert: Vos autem non sũ. Planum est, apostolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi vsurpare gaude, aut dominas apostolatũ, aut apostolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis. Si vtrumque similiter habere voles, perdes vtrumque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur Deus sic. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui eos. Iam si regnare sine Deo iuuat, habes gloriam, sed nõ apud Deum. At si interdictum teneamus, audiamus edictum: Qui maior est vestrum, ait, si t sicut iunior, & qui præcessor est, sicut qui ministrat. Forma apostolica hæc

Luc. 14.

Pf. 101.

Rom. 1. 1

Gal. 4. 6

Mat. 20

M. 10

1. Pet. 5.

Luc. 22.

Osc. 8. 2

Luc. 22.

A

hęc est: dominatio interdicitur: indicitur
 ministratio. Quę & commendatur ipsius
 exempla legislatoris, qui secutus adiungit:
 Ego autem in medio vestrum sum tanquā
 qui ministrat. Quis se iam titulo hoc inglo-
 riū putet, quo se prior Dominus glorię præ-
 digniuit? Merito Paulus gloriatur in eo di-
 cens: Ministri Christi sunt, & ego. Et addit:
 Vt hęc sapiens dico, plus ego. In labori-
 bus plurimis, in carceribus abundantius, in
 plagis supra modum, in mortibus frequen-
 ter. O præclarum ministerium. Quo non id
 gloriolę principatū? Pręgloriarı oportet,
 forma tibi sanctorum significatur. Apostolo-
 rum proponitur gloria. Paruane tibi illa vi-
 detur? Quis mihi tribuat similem fieri in
 gloria sanctorum? Clamat Propheta: Mihi
 autem nimis honorificati sunt amici tui
 Deus, nimis confortatus est principatus eo-
 rum. Clamat Apostolus. Mihi autem absit
 glorię, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Chri-
 sti. Hoc glorię opto semper optimo ge-
 nere glorię, quod Apostoli, quod Propheta
 elegerit tibi, tenet & non. Ignosce hęc
 glorię nam in Christi cruce, in laboribus
 plurimis. Fel x, qui dicere potuit: Plus om-
 nibus laboraui. Gloria est, sed nil in ea ina-
 ne, nil molle, nil respicuum. Si labor terret,
 merces inuitet. Vnusquisque enim secun-
 dum suum laborem mercedem accipiet. Et
 si ille plus omnibus laboraui, nõ tamen to-
 tum elaboraui, & adhuc locus est. Exi in
 agrum Domini tui, & considera diligenter
 quantis, hodieque de veteri maledicto sil-
 uescat spinis, ac tribulis. Exi, inquam, in mū-
 dum, ager est enim mundus: isque creditus
 tibi. Exi in illum non tanquam Dominus
 sed tanquam villicus, videre & procurare
 vnde exigendus es rationem. Exi dixerim
 quibusdam tuę passibus intentę sollicitu-
 dinis, & sollicita intentionis. Neque enim
 ipsi, qui iussi sunt ire in orbem vniuersum,
 orbem circueierunt presentia corporis, sed
 mentis prouidentia. Et tu leua oculos quos-
 dam considerationis tuę: & vide regiones
 si non sunt magis siccę ad ignem, quā al-
 bę ad messem. Quę multę, quę putau-
 ras, fruges, diligenter inspicite, vepres po-
 tius apparebunt, imo ne vepres quidem: an
 nosę & veterinosę arbores sunt. Sed non
 profecto fructifera, nisi forte glandium, aut
 siliquarum, quas porci manducant. Quos-
 que occupant terram. Nonne si exi, & cer-
 nis ista, pudebit ociosum iacere & curim,

pudebit sine causa falcem Apostolicę acce-
 pisse? In hunc quondam agrum Isaac Pa-
 triarcha exierat cum primo Rebecca occur-
 rit ei, & vt scripturā habet, exierat ad medi-
 tandum. Ille ad meditandum, tu ad extir-
 pandum egrediaris necesse est. Tibi iam
 præcessisse meditatio debet tempus facien-
 di præ manibus. Si nunc hęstare incipias,
 id quidem sero. Ante, iuxta consilium sal-
 uatoris, sedisse debueras, ante æstimasse
 metiri vires, ponderasse sapiētiam, me-
 ria comparasse, sumptus computasse virtu-
 tum. Age ergo puta tēpus putationis ad te
 se, si tamen meditationis præiuit. Si cor mo-
 uisti, mouenda iam lingua, mouenda est &
 manus. Accingere gladio tuo, gladio spiri-
 tus, quod est verbum Dei. Glorifica manu
 & brachium dextrum in faciendo iudiciā
 in nationibus, increpationes in populis, in
 alligando reges eorum in compediis, &
 nobiles eorum in manicis ferreę. Sic hęc fa-
 cis: honorificas ministerium tuum, & mini-
 sterium te. Non mediocri iste principatus.
 Exturbare hęc noc malas bestias a terminis
 tuis, quo greges tui securi in pascua educa-
 tur. Domabis lupos: sed ouibus non domi-
 naberis. Pascendas vtique, non premendas
 suscepisti. Si bene considerasti quis sis: hęc
 te oportere facere non ignoras. Porro scien-
 ti & non facienti, peccatum est tibi. Non es
 oblitus vbi legeris: Seruus sciens voluntate-
 tem Domini sui, & nõ faciens digna, plagis
 vapulabit multis. Sic Propheta, sic Aposto-
 li factitabant. Fortes fuere in bello, nõ mol-
 les in feris. Si filius es Apostolorū & Pro-
 phetarum: & tu fac similiter. Vindica tibi
 nobile genus similibus moribus: quod non
 aliunde nobile, quā morum ingenuitate,
 & fidei fortitudine fuit. Per hanc vincerunt
 serua, operati sunt iustitiam, adepti sunt
 repromissiones. Hoc chirographum pater-
 nę tuę hereditatis, quod tibi euoluimus,
 vbi inspicias portionem substantię, quę te
 contingit. Induere fortitudinem, & hęc
 didisti. Posside fidem, posside pietatem, pos-
 side sapientiam, sed sapientia sanctorum ip-
 sa est timor Domini, & habes quod tuum
 est. Habes sine defraudatione integrum
 paternum fundum: Preciosissimus fundus
 virtus est. Bonus fundus humilitas, in qua
 oē adificium spirituale constructum crescit
 in templum sanctum in Domino. Per hanc
 nonnulli possidere etiam portas inimico-
 rum. Quę enim virtutum æque potest

dæmonum debellare superbiam, tyrannidem hominum? Ceterum cum omni indifferenter personæ hæc sit quædam turris fortitudinis à facie inimici: nescio quo pacto tamen vis eius maior in maioribus, & in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splendidiore gemma, in omni præcipuo ornatu summi Pontificis. Quo enim celsior ceteris, eo humilitate apparet illustrior, & seipso. Arguar forsitan quod non satis primis explicitis partibus, in secundas nescio quomodo stylus excurrerit: describere inchoas qualem te oporteat esse, cum necdum quis sis, plenius expressisset. Credo erubescens in summo positum apicem videri hominem nudum, festinauit induere insignibus suis. Absque his nempe eo deformior, quo illustrior pares. Numquid potest abscondi civitatis supra montem posita desolatio: aut latere fumus lucernæ extinctæ super candelabrum? Sivia in tecto: rex fatuus in folio sedens. Et nunc audi canticum meum, & quidem minus suaue, sed salutare. *Monstruosa res gradus summus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus ociosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus grauis, & actus levis: ingens auctoritas, & nutans stabilitas. Admoui speculum: fecidus se in eo vultus agnoscat: tu tuum gaude dissimilem inueniri. Inspice tamen & tu ne forte, & si sit vnde merito placeas tibi: etiam in quo debeas displicere, non desit. Volo glories testimonio conscientia: sed non minus vt eodem ipso humilieris. Rara vox.*

1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum. Cautior in bonis ambulas, si & mala non lateant. Quamobrem, vt dixi, noueris te, vt inter angustias quæ non desunt, fruaris conscientia bono.

Ps. 38. Magis autem vt scias quid desit tibi. Nam cui non desit? Omnia illi desunt, qui nil sibi deesse putat. Quid si summus Pontifex sis? Numquid quia summus Pontifex, ideo summus? Infimum noris esse, si summum putas. Quis summus? Cui addi non possit. Grauius erras, si te illum existimes. Absit. Non tu de illis es, qui dignitates virtutes putant. Tibi ante experta virtus, quam dignitas fuit. Augustus relinquit illam sententiam, aliisque qui diuinis coli honoribus non timuerunt: verbi gratia, Nabuchodonosor, Alexandro, Antiocho, Herodis. Tu vero considera non consummatione summum te dici, sed comparatione. Nec putes comparationem dicere meritorium, sed minime

riorum. Sic te existimet homo, vt ministrum Christi: & quod absque præiudicio iudicatis cuiuspiam dixerim, summum plane inter ministros. Alias niti te ad summum velim, non putare summum, aut velle putari antequam sit.

Nam quomodo proficis, si iam sufficis? ubi? Non sit proinde tibi aut pigrum vestigare quod desit, aut fateri quod desit verendum. Loquere & tu voce antecessoris tui: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim. Et iustum: Ego me non arbitror comprehendisse. Hæc scientia sanctorum: hæc longe ab illa quæ inflat. Hæc qui apponit, apponit & dolorem. Sed dolorem hunc nemo unquam subterfugit. Est quippe medicinalis dolor, per quem stupor ille lathalis animi duri & impoenitentis excluditur. Et ideo sapiens: qui dicere potuit: Et dolor meus in conspectu meo semper. Nunciam repetendæ reliquæ, si quæ sunt iocundius à quo paulo ante diuertimus.

Age indagemus adhuc diligentius quis sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus summus Pontifex. Tu princeps episcoporum, tu heres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aarō auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vocatione Christus. Tu es cui claves traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cæli inuitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quāto & differenterius vtriusque præcæte ris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolute & indifere te totæ commissa sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas. Quas? Illius, vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oves meas, inquit. Cui non planum non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur vbi distinguitur nihil. Et forte presentes cæteri condiscipuli erant, cum committens vni vnitatem omnibus commendaret, in vno grege & vno pastore, secundum illud: Vna est colymba mea, formosa mea perfecta mea. Vbi vnitatis, ibi perfectio. Reliqui numerique perfectionem non habent, sed diuisione recedentes

F
Phil. 3. 6

Cap. 6. 9

cedentes ab vnitate. Inde est quod alij singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentum. Denique Iacobus qui videbatur columna Ecclesie, vna contentus est Hierosolyma, Petro vniuersitatem cedens. Pulchre vero ibi positus est suscitare semen de-

Gal. 1. frater fratris, vbi occisus est ille. Nā dictus

est frater Dñi. Porro cedente Dñi fratre, quis se alter ingerat Petri prerogatiua? Ergo iuxta canones tuos alij in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit, tu episcopo caelum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere, etiam & tradere fatanae potes? Stat ergo inconcussum privilegium tuum tibi tam in datis clauibus, quam in ouibus commedatis. Accipe aliud, quod nihilominus prerogatiuam confirmat

Io. 21. discipuli nauigabant, & Dñs apparebat in litore: quodque iucundius eras, in corpo-

Ibidem. re rediit. Sciens Petrus quia Dñs est, in mare te imit, & sic venit ad ipsum, alijs nauigio peruenientibus. Quid istud? Nempe

H signum singularis Pontificij Petri, per quod non nauem vnam, vt ceteri quique suam, sed saculum ipsum suscepit gubernandū. Mare enim saculum est: naues, Ecclesie. Inde est quod altera vice instar Dñi gradiens super aquas vnicum se Christi vicarium designauit, qui non vni populo, sed cunctis præesse deberet. Si quid era aquæ multe, populi multi. Ita cum quisque ceterorum habeat suam, tibi vna commissa est grandissima nauis facta ex omnibus ipsa vniuersalis Ecclesia toto orbe diffusa, En quis es. Sed noli obliuisci etiam quid. Nam & ego non sum, oblitus id me promississe repetiturum in opportunitate. Quam opportune cum eo quis es, etiam quod ante eras, consideras. Quid dico eras? Et nunc es. Quid desinas intueri, quod nō desistit esse: Vna sane consideratio quid fueris, & quid sis. Nam quis sis factus, altera. Non oportet vt ista extundat illam in scrutinio tui. Es enim (vt dixi) adhuc quod eras: & nō minus hoc es, quam quod factus es post, forte & magis. Denique illud natus es, mutatus hoc, non in hoc mutatus. Non reiectum illud, sed istud adiectum: tractemus vtrumque simul, nam vt præfatum me memini, collata ex vnicem ambra res vtiliores fient. Dixi supra consideranti quid sis, naturam occurrete, quia es

homo: nam homo natus es. Porro peruenienti quis, personę respondebitur nomen, quod est episcopus, quod quidem factus, non natus es. Quid tibi horum videtur ad purum esse tui, & ad te principalis pertinere, quod factus, an quod natus? Nonne quod natus? Hoc ergo consulo consideres maxime, quod maxime es, hominem videlicet, quod & natus es. Nec modo quid natus, sed & qualis natus oportet attendas, si non vis tuæ considerationis fructu & vtilitate fraudari. Tolle proinde nunc hæreditaria hæc perizomata ab initio maledicta. Dirumpe velamen foliorum celantium ignominiam, non plagam curantium. Dele fucum fugacis honoris huius, & male coloratæ nitorem gloriæ, vt vnde nudum consideres, quia nudus egressus es de vtero matris tuæ. Numquid insulatus, numquid micans

Iob 1. d

gemmis, aut floribus sericis, aut coronatus penpis, aut suffarcinatus metallis? Si cuncta hæc veluti nubes quasdam matricinales velociter transeunt, & cito pertransiuras dissipet, & exiitnes à facie considerationis tuæ: occurret tibi homo nudus, & pauper, & miser, & miserabilis: homo dolens quod homo sit, erubescens quod nudus sit, plorans quod natus sit, murmurans quod sit. Homo natus ad la-

Iob 5. b

borem, non ad honorē. Homo natus de mu-

Iob 14. a

liere, & ob hoc cum reatu: breui viuēs tempore, ideoque cum metu, repletus multis miserijs, & propterea cum fletu. Et vere multis, quia corporis & aiæ simul. Quid enim calamitate vocat nascenti in peccato, fragili corpore, & mente sterili? Vere ergo repletus, cui infirmitas corporis, & fatuitas cordis cumulatur, traduce fordīs, mortis addictio. Salubris cupula, vt cogitans te summum Pontificem, attendas pariter vilissimū cinerem nō fuisse, sed esse. Imitetur cogitatio naturam, imitetur & quod dignius est auctore naturæ, summa, imaque, consocians. Nonne natura in persona hominis vili limo vitæ spiraculum colligauit? Nonne auctor naturæ in sui persona verbum, limumque, contentum perauit? Ita tibi sume formā tam de nostræ concretionē originis, quam de sacramento redemptionis, vt altus sedens, non alta sapiens sis: sed humilia de te sentiens, humilibusque consentiens. Proinde si consideras quantus es, cogita etiam qualis, & maxime. Hęc te sane consideratio tenet in te, nec à te auolare sinit, nec ambulare in magnis, neque

Ps. 130.

in mirabilibus super te. In te constituto. Nō

infra

infra deici, non attolli supra, non euadere in longius, non extendi in latius. Tene medium, si non vis perdere modum. Locus medius tutus est. Medium, sedes modi: & modus, virtus. Omnē extra modum habitationem, sapiens exiliū reputat. Propterea non est illi habitare in loco quod ultra modum sit, sed nec in lato quidē quod extra sit: porro, nec in alto, vel imo, quod alterum supra, alterum infra sit. Denique, & longitudo exterminium habere solet, & dilatatio scissuram, & altitudo ruinā, & profundum absorptionem. Dico hæc planius, ne me putes ea lo-

Epist. 3. d. quiquæ Apostolus comprehendere hortatur cum omnibus sanctis, longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundum, quod alterius erit, & disputationis, & temporis. Nunc autem longum dico, cum sibi homo longiorem promittit vitam. Latum, cum in superfluas animus distenditur curas. Arum, cum de se plus præsumit. Profundum, cum se plus deiecit. Qui ergo longa sibi meritur tempora nonne vere ingreditur iter extermini, transiens vitæ terminos productiori sollicitudine? Inde est, quod homines in præsentia sese exules per oblivionē, in alia per inanem sollicitudinem migrant facula, non profutura, imo nec futura. Similiter animus distentus in multa, multis laceretur curis necesse est. Nempe immoderata extensio extenuationem, & extenuatio nimia scissionem facit. Jam vero alta præsumptio, quid nisi ruinosa præcipitatio est? Le-

Prov. 16. gisti namque: Ante ruinam exaltatur cor. Quid è regione nimis pusillanimitatis deiectione, nisi desperata quædam absorptio est? In hanc fortis non deicietur. Prudens longioris vitæ non adducetur incerto. Modestus moderabitur curas, temperabit à superfluis, non decet necessarijs. Porro iustus altiora se non præsumet, sed loquetur cum iusto: Si iustus fuero, non leuabo caput. Tu ergo in hac consideratione tui caute ambules, & tota æquitate veriseris, ut nec plus vero tibi tribuas, nec plus iusto parcas. Porro plus vero tribuis, non modo arrogando tibi quod non habes bonum, sed & quod habes ascribendo. Vigilanter discerne qualis ex te, & qualis sis dono Dei, & non sit in spiritibus tuis dolus. Erit autem ubi fideliter partiens tua tibi, & quæ sunt Dei, Deo sine fraude resignes. Ex te mala, bona à Dño esse persuasum tibi non ambigo. Sane inter considerandum qualis sis: etiam qualis fue-

Job 1. c. 6. ris, ad memoriam reuocandum. Conferenda posteriora prioribus. Profecerisne in virtute, in sapientia, in intellectu, in suauitate morum: an ab his forte (quod absit) defeceris. Patientior sis an impatientior solto, iracundior, leniorve, insolentior, an humilior, affabilior, an austerior, exorabilior, an difficilior, pusillior animo an magnanimior. Terius magis, an plusculum dissolutus, timorator, an forte fiditior quam oportet. Quam latus tibi patet campus in hoc genere considerandi? Memoror ego pauca, veluti quædam seminaria proferens, non tamen ipse ferens, sed dans semen ferenti. Oportet innotescat tibi zelus tuus, clementia tua, discretio quoque moderatrix earundem virtutum, qualis videlicet in donandis iniurjs, qualis sis in viciscendis, quā in vtroque prouidus modi, loci, temporis obseruatur. Profusus consideranda tria hæc in via virtutum harum, ne non sint virtutes si præter hæc reperiantur. Nempe easmodi non natura virtutes, sed usus facit. Nam ex se indifferentes esse noscuntur. Innum est, ut in vitando & confundendo facere vitia, aut bene, ordinatęque vitando, virtutes. Solent discretio nis oculo caligante, alterutrum sibi præcipere loca, terminos occupare. Porro caliginis duæ sunt causæ: ira, & mollior affectus. Is iudicij censuram eneruat, illa præcipitat. Quomodo enim ab altero non periclitetur, aut pietas clementię, aut zeli restitudo? Turbatus præ ira oculus, clementer nil inueniet: suffusus fluxa quadam, & muliebri mollicie animus, rectus non videt. Non eris innocens, si aut punias eum, cui forte parcendum esset, aut parcas ei, qui fuerat puniendus. In tribulationibus quoque qualem te inuenieris, nolo diffimules. Si constātem in tuis, candolentem in alienis, gaudere. Recti cordis hoc. E regione peruersissimi, si cum in proprijs deprehendaris furtasse impatiens, minime in alienis tamen compatiens sentiaris. Quid in prosperis? nihilne est quod considerationem solent? Est vitæque, si diligenter attendas, quàm rarus semper extiterit, qui non vel modice in prosperitate animum relaxauerit à sui custodia, & disciplina. Quando hoc incautis non fuit ad disciplinam, quod ignis ad ceram: quod solis radus ad niuem, vel glaciem? Sapiens David, sapiens Salomon fuit: sed blandientibus nimis secundis rebus alter ex parte, alter ex toto deliquit. Magnus, qui

ris, ad memoriam reuocandum. Conferenda posteriora prioribus. Profecerisne in virtute, in sapientia, in intellectu, in suauitate morum: an ab his forte (quod absit) defeceris. Patientior sis an impatientior solto, iracundior, leniorve, insolentior, an humilior, affabilior, an austerior, exorabilior, an difficilior, pusillior animo an magnanimior. Terius magis, an plusculum dissolutus, timorator, an forte fiditior quam oportet. Quam latus tibi patet campus in hoc genere considerandi? Memoror ego pauca, veluti quædam seminaria proferens, non tamen ipse ferens, sed dans semen ferenti. Oportet innotescat tibi zelus tuus, clementia tua, discretio quoque moderatrix earundem virtutum, qualis videlicet in donandis iniurjs, qualis sis in viciscendis, quā in vtroque prouidus modi, loci, temporis obseruatur. Profusus consideranda tria hæc in via virtutum harum, ne non sint virtutes si præter hæc reperiantur. Nempe easmodi non natura virtutes, sed usus facit. Nam ex se indifferentes esse noscuntur. Innum est, ut in vitando & confundendo facere vitia, aut bene, ordinatęque vitando, virtutes. Solent discretio nis oculo caligante, alterutrum sibi præcipere loca, terminos occupare. Porro caliginis duæ sunt causæ: ira, & mollior affectus. Is iudicij censuram eneruat, illa præcipitat. Quomodo enim ab altero non periclitetur, aut pietas clementię, aut zeli restitudo? Turbatus præ ira oculus, clementer nil inueniet: suffusus fluxa quadam, & muliebri mollicie animus, rectus non videt. Non eris innocens, si aut punias eum, cui forte parcendum esset, aut parcas ei, qui fuerat puniendus. In tribulationibus quoque qualem te inuenieris, nolo diffimules. Si constātem in tuis, candolentem in alienis, gaudere. Recti cordis hoc. E regione peruersissimi, si cum in proprijs deprehendaris furtasse impatiens, minime in alienis tamen compatiens sentiaris. Quid in prosperis? nihilne est quod considerationem solent? Est vitæque, si diligenter attendas, quàm rarus semper extiterit, qui non vel modice in prosperitate animum relaxauerit à sui custodia, & disciplina. Quando hoc incautis non fuit ad disciplinam, quod ignis ad ceram: quod solis radus ad niuem, vel glaciem? Sapiens David, sapiens Salomon fuit: sed blandientibus nimis secundis rebus alter ex parte, alter ex toto deliquit. Magnus, qui

M

qui

qui incidens in aduersa non excidit, vel parum à sapientia. Nec minor cui præsens felicitas arrisit, non irrisit. Quamquam facilius inueneris, qui sapientiam retinuerunt contraria sibi fortuna, quàm qui propitia nõ perdidierunt. Præferendus ille, & magnus est, cui inter prospera saltem rursus indecentior, aut sermo insolentior, aut immoderatio cura vestis, vel corporis non irrepsit.

Ec. 38. c. Et si recte sapiens hortatur sapientiã scribi in ocio, cauendum, & in ocio ocium est. Fugienda proinde ociositas, mater nugarum, nouerca virtutũ. Inter sæculares, nugæ, nugæ sunt, in ore sacerdotis, blasphemie. Interdum tamẽ si incidant, ferendæ fortassis, referendæ numquã. Magis interueniendũ caute, & prudenter nugacitati. Prorumpendum sane in sermone quid, quod non modo utiliter, sed libenter audiant, & super sedeat ociosis. Chysocrastis os tuum euangelio: talibus iam apperire illicitũ, assuescere sacrilegum est. Labia sacerdotis, ait, custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius: non nugæ profecto, vel fabulas. Verbum scurrile, quod faceti, vsu banue nomine colorant, non sufficit peregrinari ab ore, procul & ab aure relegandum. Fœde ad cachinos moueris, fœdius moues. Porro detrahere aut detrahentem audire: quid horum damabilius sit, non facile dixerim. De auaritia non est, quod tuum fatigem inuitum, cum pecuniã tamquã paleam dicaris habere.

B Non prorsus, non est quod pro illa timeatur à iudicijs tuis. Sed est quod non minus sãpe, nec noxiè minus, insidiari iudicantibus solet, de quo maxime quid in tua lateat conscientia, latere te nolum. Quid illud sit quæris? Acceptio personarum. Non parui te reum peccati existimes, si facies peccatorum sumis, & non potius causas iudicas meritorium. Est item vitium cuius si te immunem sentis, inter omnes, quos noui ex his, qui cathedras ascenderunt, sedebis, me iudice solitarius: quia veraciter, singulariterque leuasti te supra te, iuxta Prophetam: Facilitas credulitatis hæc est: cuius calidissimæ vulpecula, magnonũ neminem conperi satis cauisse versutus. Inde eis ipsis pro nihilo iræ multæ, inde innocetium frequens ad dictio, inde præiudicia in absentes. Gratulator autem tibi (nec enim assentationis apud te vereor incurrere notam) gratulor, in quã præsidere te vsque adhuc absque hactenũ omnium quærela multa: an & sine culpa, uer-

deris. Nunc ad ea, quæ sub te sunt, consideratio intendenda. At alterius principij hoc, siquidem tuis occupationibus sermo breuior competentiore est.

DE CONSIDERATIONE.

Liber Tertius.

Finis superioris libri, huic principium ponit. Itaque iuxta promissum illud consideranda, quæ sub te sũt.

Quænam sint illa, non est, quod à me querendum putes sacerdotum optime Eugeni, rectius fortasse quæ non sint quaras. Orbe exeundũ ei, qui forte uolet explorare quid non ad tuã pertinet curã. Parentes tui destinati sunt nõ aliquas regiones, sed ipsum debellaturũ orbem. Ite in orbem uisum dictum est illis. Ipsi uero uendentes unicuique emere gladios, ignitum eloquium, & spiritum, & chemetem arma potentia Deo. Quo nõ peruenerunt uictores inelyti, filij excusorum? Quo non sagitte potentium acuta cum carbonibus desolatorijs? Et quidem in omnem terram exiit forus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Penetrabant & incendebant uerba illa incensa igni, quæ dominus misit in terram. Occumbebat strenuissimi bellatores, sed non succumbebant: triumphabant & mortui. Nimis confortatus est principatus eorum: consueti sunt principes super omnem terram. Eis tu successisti in hæreditatem. Ita tu hæres, & orbis hæreditas. At quatenus hæc portio te contingit, aut contigerit illos, id sobria consideratione pensandum. Nõ enim per omnem teor modum, sed sane quadatenus (ut mihi uidetur) dispensatio tibi super illum credita est, nõ data possessio. Si pergis usurpare & hanc, contradicit tibi qui dicit: Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Nõ tu ille, de quo Propheta: Et erit omnis terra possessio eius. Christus hic est, qui possessionem sibi uendicat, & iure creationis, & merito redemptionis, & dono patris. Cui enim alteri dictũ est: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ? Possessionem & dominium cede huic, tu curam illius habe. Pars tua hæc, ultra ne extendas manum. Quid inquis? Non negas præesse, & dominari ueras? Plane sit. Quasi non bene præsit, qui præsit in sollicitudine. Numquid nõ & uilla uillico, & paruus dominus

Mar. 18.

d

Ps. 119.

d

Ps. 138.

Luc. 12.

f

Ps. 139.

d

Ps. 44.

d

Ps. 49.

b

Ps. 96.

b

subiectus est pedagogo? Nec tamen villa illa, nec is sui domini dominus est. Ita, & tu præsides, ut prouideas, ut cōsulas, ut procures, ut serues. Præsides, ut profis, præsides, ut fidelis seruus, & prudens, quem cōstituit dominus super familiam suam. Ad quid? Ut des illis escam in tempore. Hoc est, ut dispenfes, non imperes. Hoc fac, & dominari ne affectes hominum homo, ut non dominetur

Matth. 24.

Pf. 118. tui omnis iniustitia. At satis superque id intimum supra, cū, quis sis, disputaretur. Addo tamen, & hoc: nam nullum tibi venenum, nullum gladium plus formido, quàm libidinem dominandi. Certe ut multum tibi tribuas, si multū deceptus non es, nil te existimes plus accepisse à magnis Apostolis.

Rom. 1. a

Recordare nunc vocis illius: Sapientibus, & insipientibus debitor sum. Et si non indubitam tibi ipsam censes, hoc quoque simul memento, debitoris molestum nomen feruienti potius, quàm dominanti congruere.

Luc. 16. Seruus in euangelio audis: Quantum debes domino meo? Ergo si te agnoscis sapientibus, & insipientibus non dominatorem, sed debitorem: curandum summopere tibi, & tota vigilantia cōsiderandum, quomodo, & qui non sapiunt sapiant, & qui sapiunt non desipiant, & qui desipere resipiscant. At nullum genus insipientiæ, infidelitate (ut sic loquar) insipientius, Ergo, & infidelibus debitor es: Iudæis, Græcis, & Gentibus. Inter est proinde tua dare operam, quā possis, ut increduli conuertantur ad fidem, cōuersi non auertantur, auersi reuertantur. Porro peruersi ordinentur ad rectitudinem, subuersi ad veritatem reuocentur. Subuersores inuisitatis rationibus conuincantur, ut vel emendentur ipsi, si fieri potest: vel si non, perdant auctoritatem, facultatemque alios subuertendi. Non omnino, & ab hoc insipientium genere pessimo, tibi dissimulandum. Dico autem hæreticos schismaticosque: nam hi sunt subuersi, & subuersores, canes ad scissionem, vulpes ad fraudem. Erunt, inquam, huiusmodi maxime tuo studio, aut corrigendi, ne pereant, aut ne perimant coercendi. Esto, de Iudæis excusat te

Rom. 11. c

F Apostolus, habent terminum suum, qui præueniri non poterit. Pleniudinem gentium præire oportet. Sed de ipsis gentibus quid respondes? Imo quid tua consideratio respondet tibi percutienti sic? Quid visum est patribus ponere metam euangelio, verbum suspendere fidei, donec infidelitas du-

rat? Qua ratione putamus subsistit velocius currens sermo? Quis primus inhibuit hunc salutarem cursum? Et illis causa forte quam nescimus, aut necessitas potius obstitit. Nobis, quæ dissimulandi ratio est? Quæ fiducia, quæ conscientia Christum non vel offerimus eis, qui non habent? An veritatem Dei in iustitia detinemus? Et quidem quandoque perueniat gentium plenitudo necesse est. Expectamus, ut in eas incidat fides. Cui credere casu contigit? Quomodo credent sine prædicante? Petrus ad Cornelium, Philippus ad Eunuchum, missi sunt: & si exemplum recentius quærimus, Augustinus à beato Gregorio destinatus est, forma fidei tradere Anglis. Et de his tu ita tecum. Ego addo, & de pertinacia Græcorum qui nobiscum sunt, & non sunt, iuncti fide, pace diuisi. Quamquam, & in fide ipsa claudicauerint à semitis rectis. Egerunt res, quæ clam pene vbique serpit apud aliquos, sæuit palam. Nam paruulos Ecclesiam passim, & publice deglutire festinat. Curris vbi sit hoc? Vestri qui terram Austritam sæpe visitant, ecce hi sciunt, & possunt dicere tibi. Eunt, & redeunt per medium illorum, aut transeunt secus: sed, quid boni adhuc cum illis egerint, necdum audiimus. Et forsitan audiuissemus, nisi præ auro Hispaniæ salus populi viluisset. Tuum est, & plagæ huic remedium providere. Sed est insipientia, quæ ipsam quoque iam propemodum stultam fecit sapientiam fidei. Quomodo, & Ecclesiam catholicam pene totam hoc virus infecit? Nam dum & in ipsa quicquæ nostræ sunt quærimus, sit ut inuicem inuidentes, inuicè prouocantes exerceamur ad odia, animemur ad iniurias, armemur ad lites, cauilemus ad dolos, feramur ad detractiones, prorumpamus ad maledicta, opprimamur à fortioribus, opprimamus infirmiores. Quam digne, & laudabiliter occupatur meditatio cordis tui aduersus tam pestilens insipientiæ genus, quod corpus Christi (quæ est multiudine credentium) occupasse consideras. O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens, omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negocijs eius. An non limina apostolorum pius iam ambitio quæ deuotiter terit? An non vocibus eius vestrum tota ore resultat palatium? An non quælibet eius tota legum, canonumque disciplina

plina insudat? An non spolijs eius omnis Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas? Quid ita tua ipsius spiritualia studia non saltem intercedit, sed abscedit? Quoties sancta, ac fecunda tua abortiri officia fecit inquietu, & inquietas malū? Aliud est, quod ab oppressis appellatur ad te, aliud autem quod ambitio in Ecclesia per te regnare videtur: Nec deesse illis, nec huic aliquatenus absēire oportet. Quā verò inique fouetur illa, spernantur illi? vtrisque tamen debitor es, illis vt erigas, istis, vt reprimas. Et quoniam incidit de appellationibus, prosequi aliquatenus nō erit ab re. Magno in his, & pio opus intuitu est, me quod magna fuit necessitate prouisum, male vtēdo reddatur inatīle. Mihi videtur, & in multam posse eas deuenire perniciem, si nō summo moderate acriter acriter. Appellatur de toto mundo ad te, quod quidem in testimoniū singularis primatus tui. At tu, si sapias, non primatu gaudebis, sed fructu. Apostolis dictum est: In hoc nolite gaudere, quod spiritus subijciuntur vobis. Appellatur ad te, vt dixi, & vtinam tam fructuosē quā necessariē. Vtinam cum oppressus clamat, sentiat oppressor, & non superbiat impius vnde incēditur pauper. Quid tam deorum, vt ad inuocationem tui nominis oppressi effugiant, versuti non refugiant? Quid ē regione tam peruersum, tam recti alienum, vel latetur, qui malum fecit, & qui tulit inaniter fatigetur? Inhumanissime non moueris erga hominem, cui illatē iniuriæ cumulauerit dolorem, & labor itineris, & damna expensarū. Sed nihilominus ignauissime in illum non moueris, qui huic tot calamitatum partim auctor, partim exitit causa. Euigila homo Dei, cū hæc cōtingūt, moueatur miseratione, moueatur & indignatio tua. Alterā lēso, altera lædenti debes. Consoletur ille damnorum refarcitu suorum, satisfactione iniuriarum, sine calumniarum. Cū isto ita agatur, vt pœnitentia fecisse, quod non timuit facere, & non de pœnis innocentis rideat. Arbitror idem debere pati illum, qui sine causa forte appellauit. Formulam hæc iustitiæ præfigit tibi, & diuinæ incommutabilis rationis æquitatis, & ni fallor ipsa appellationū lex, vt illicite vsurpata appellatio, nec proxi appellanti, nec appellatio obsit. Vt quid enim frustra fatigatus sit homo? Quā pleuina iustitiæ, vt sese potius laferat, qui voluit proximū? Appellasse inique, iniquū

est: inique, & impune, iniquarū appellatum fomes. Iniquā autem omnis appellatio, ad quam iustitiæ inopia nō coegit. Appellare, non vt graues: sed si graueris, licet. Appellandum à sententia. Ante sententiam improbe omnino, nisi ob manifestum grauamen, præsumitur appellatio. Qui igitur non grauatus appellat, liquet, quia aut grauari intendit, aut tempus redimere. Nō est, autem suffugium appellatio, sed refugium. Quātos nouimus appellasse pulsatos, quod interim liceret, quod nūquam licet? Nonnullis etiam quoad vixerunt licuisse appellationis suffragio nefaria scimus: verbi gratia, incestū, adulterium. Quale est hoc, turpitudini patrocinari, quod vel maxime formidari à turpibus oportebat? Quousque murmur vniuersæ terræ, aut dissensionis, aut non aduertis? Quousque dormitas? quousque non euigilat consideratio tua ad tantam appellationum cōfusionem atque abusionem? Præter ius & fas, præter morem, & ordinem fiunt. Nō locus, non modus, non tempus, non causa discernitur, aut persona. Præsumuntur leuiter passim, plerumque, & nequiter. Volentes malignari nōne his potissimum terri solebant? Nunc terrori ipsi ex his magis fiunt, atque id bonis. Antidotū versum in venenū, non mutatio dexteræ excelsi hæc. Appellatur boni à malis, vt nō faciant bona: & superferet à voce tonitru tui formidantes. Denique appellantia episcopi, ne illicita audeant matrimonia episcopere, vel prohibere. Appellatur, ne rapinas, ne furta, ne sacrilegia, & quæ eiusmodi sūt, punire vllatenus, vel cohibere presumant. Appellatur, ne indignas, & infames personas à sacris officijs, beneficijsve repellere, seu amouere queāt. Quod tu inuenis remediū morbo huic, ne quod repertum ad remediū fuit, reperitur ad mortē? Zelatus est Dominus domum orationis factam speluncam à tronū. Tu eius minister dissimulas miserorū refugium, datum arma iniquitati. Videas præripi passim partes oppressorum, & prorūpere ad appellandum non tam grauatos quā grauari volētes. Quid hoc mysterij? Tuum est considerare, non meum cōmentari istud. Et cur, inquis, male appellati non veniunt ostensuri suam innocentiam, malitiam conuicturi? Dico quod dicere ad hoc solent. Nolumus vexari frustra. In curia esse qui, procliuus faucant appellantes, foueant appellationes, Celsuris Romæ, domi-

Lnc. 10.

K

Matth.
21. 6

domi ce Jere satius, Fateor me nō omnino
decedere his. Quem das mihi in tam cre-
bris appellationibus, quæ hodie fiunt, qui p-
expensis, itineris vel nummum restituerit il-

L. h. quem forte appellat? Mirum vero si ita
omnes, & appellantes iusti, & appellati rei
vestro ex ungue inuenti sunt. Diligite, in-

34p. 1. 2

quit iustitiam, qui iudicatis terram. Porro
cit iustitiam tenere, nisi & diligas. Qui te-
net, tenent, qui diligunt, zelantur, Amator
iustitiæ inquit iustitiam, & prosequitur
eam. Porro omnem iniustitiam persequi-
tur. Nihil tibi, & illis, qui appellationes ve-
nationes putant? Pudet elogij, quod apud
ethiops tam veritur in parabolam: Duos
nquimus ceruos pingues. Ut mirus loquat,
us facitiæ, quam iustitiæ hic. Tu si amas
iustitiam appellationes non affectas, sed su-
stines. Verumtamen quid emolumentum ad-
fert ecclesijs Dei tua vnius hominis iusti-
tia, ybsententia præualeat aliter affectu? **A**
At istud loci illius erit, cum ceperim versa-
ri quæ circa te sunt.

Nunc vero non te existimes ociose vaca-
re considerationi huic, qua appellationes
ad legitimū, si fieri potest, reuoces vsū. Et
si hinc mea queratur, vel potius curetur sē-
tentia, dico appellationes vlt nō contemnē-
das, sic nec vsurpandas omnino. Porro ho-
rum quid insolentius censeam, haud facile
dixerim, nisi quod vsurpatio quamdam vi-
detur inducere cōtemptus necessitatem, ac
per hoc forte acrius insectāda, qua: amplius
nocet. Aut non vere nocentior est mala
se, in partu peior? Nonne ipsa est, qua: ip-
sū ius quoque naturæ, aut extenuat, aut ex-
terminat? Nā sæpe rebus etiam preciosissi-
mis, precij gratiam non modo demit, sed

M

adimit: Quid sacramentis acceptus? Vsur-
pata tamen ab indignis, indignè tradita,
minime acceptantur. Magis habent damna-
tionem, quia debitam venerationē non ha-
bent. Fateor grande, & generale mundo bo-
num esse appellationes: idque tam necessā-
rium, quam solē ipsū mortalibus. Re vera
quidem sol iustitiæ est, prodens, ac redar-
guitens opera tenebrarum. Profus fouendæ
& manutenendæ sunt, sed quas extorsit ne-
cessitas, non calliditas adiuuenit, Vsurpa-
toriæ sunt huiusmodi omnes, nō subuenien-
tes in necessitate, sed opitulātes iniquitati.
Quidni veniant in contemptum? Quanti
vt talibus quoque deferret, etiā de proprio
cessere iure, ne longo, & casto iure, et iuga

rentur? Plures tamen sua amittere non se-
rentes, appellationes minus opportunas, &
eelsa nomina importunius contempserunt.
Dico aliquid, quod ad rē pertinet, exempli
causa. Quidam sibi publice desponsauerat
vxorem: ad eēt dies celebris nuptiarum. Pa-
rata omnia, inuitati multi. Et ecce homo
cōcupiscens vxorem proximi sui, in vocem
appellationis inopinatæ prorūpit: affinis
sibi traditam prius, suā potius esse debere.
Stupet sponsus, hærent omnes, sacerdos nō
audet progredi, frustratur omnis apparatus
ille, descendit quisque in domum suam, co-
nam manducaturus: sponsa à mēta, & tha-
lamo spūsi suspenditur, quousque vltima
reditū est. Parisijs contigit hoc, nobili Gal-
liarum ciuitate, sede Regia. Rursum in ciui-
tate eadem quidam sibi desponsata vxore
diem constituit nuptiarum. Interea emer-
git calumnia: dicentibus quibusdā non de-
bere coniungi. Ad iudicium Ecclesiæ causa
delata est, sed non expectata sententia, ap-
pellatum est sine causa, sine grauamine, so-
lo frustratorie dilationis intuitu. A tunc si-
ue perdere, qua: pararat, siue dilectæ vlti-
mū frustrari confortio nolens, nihilominus qd
propofuerat, contempta siue dissimulata
appellatione peregit. Quid illud, quod in
Austriodorensi Ecclesia super à quodam a-
dolescentulo præsumptum est? Nempe de-
functo sancto Episcopo, volentibus clericis
alium, vt mortis est, eligere sibi, interuenit ip-
se appellans, & petās ne fieret quousque is-
set, & redisset ab vrbe. Cui tamen appella-
tionis, nec ipse detulit. Nam cum videret se
cōtemni, tamquam qui irrationabiliter ap-
pellasset, accitis quos potuit sibi, tertia die
post factam ab alijs electionem, fecit suam.
Cum itaque ex his, & innumeris talibus li-
queat non ex contemptu gigni vsurpationem,
sed ex vsurpatione contemptu: vide-
ris tū quid sibi velit, quod zelus vester assidue
pepe vindicat illum: istam, dissimulat.
Vis perfectius cōtercere contemptum? Curā
in ipsa vltimo pessimæ matris profocari gem-
men nequā: quod ita fiet, si vsurpatio dignā
animadversione muldetur. Tolle vsurpa-
tionem, & contemptus excusationem non
habet. Porro inexcusabilitas ausum expio-
det. Non sit proinde vsurpator, & contem-
ptor nullus existat, aut admodum rarus. Bene-
facis tū quod appellationis negato suffragio
imo suffragio, multa remittis negocia ad co-
mptantes, vel qui noscere citius possunt.

Ibi enim certior, ac facilius notio, ibi decio-
 tior, expeditiorque esse potest. Quam
 benigni gratia, quod multorum quoque per
 hoc, & laboribus parcis, & sumptibus. At
 quibus sic credas, id tibi omnimodis atten-
 dendum. Poteram multa de eodem utili-
 ter addere his, sed memor propositi mei, co-
 tentus interim occasionem dedisse, ad alia
 transire. Et primum quod occurrit, mihi
 me transcundum reor. Præter, & singulariter.
 At quid? Eget tibi dico consideratio-
 ne. Numquid, ut de subditis crescas? Nequa-
 quam, sed ut ipsi de te. Principem te consti-
 tuerunt, sed sibi, non tibi. Alioquin quo
 pacto te reputas superiore his, a quibus be-
 neficium mendicis? Audi Dominum: Qui
 potestatem habent super eos, benefici voca-
 tur. At istud de his, qui foris sunt. Quid ad
 nos? Tu id mendaciter diceris, si non tam
 beneficus esse, quam beneficijs præesse intē-
 das. Parui, deiectione animi est de subditis
 non profectum querere subditorum, sed
 quantum proprium. In summo præsertim
 omnium nihil turpius. Quam pulchre ma-
 gister gentium patentes filijs. nō filios de-
 bere censuit thesaurizare parentibus. Non
 mediocris gloria vox illa identidem ipsius:
 Non requiro datum, sed fructum. At iam
 transamus, de hinc, ne quis moram in his
 me, avaritiæ in te nota interpretetur. Qua
 quam longe à te sit, in libro secundo testatus
 sum, sciens quanta, & in quanta tua necessi-
 tate respueris. Ad te proinde scripserim ista
 non propter te. Nempe quod tibi scribitur,
 soli proficere nō decet. Hic locus avaritiā
 carpit, à quo vitio immunis satis tua opinio
 est: an & opus, tu videris. Vidimus tamen
 (ut oblata à pauperibus taceam, quæ tan-
 gere non acquiescis) Germanicos detinuisse
 saccos, sed precio, non massa. Argentum
 reputatum est foenum: summarij, non leuati
 sarcinis, onusti nihilominus repantiant, vel
 inuiti. Noua res. Quando haec nunc aurum
 Roma refudit? Et nunc Romanorum con-
 silio id vsurpatum non credimus. Duo ve-
 nerunt, ambo locupletes, & ambo rei. Si
 quidem vnus Mogunniensis, Coloniaensis al-
 ter: alteri gratia gratis reddita est: alter in-
 dignus credo, cui gratia redderetur, audiuiti
 Cum quali veste intrasti, cum tali egredie-
 ris. O vocē magnificam: vocē profus Apo-
 stolicae libertatis. Quid minus ab hac
 habuit. Pecunia tua tecū sit in perditionem.
 Nisi quod in illa plus zeli, in ista plus opo-

stia sonuit. Quid ille de transmarinis par-
 tibus, pene à finibus terræ, terra & mari cur-
 rens pro Episcopatu suis, & alienis facultati-
 bus rursus emedo? Iam enim emerat prius.
 Tulit multa, sed retulit, non omnia tamen.
 Incidit miser in manus alias, accipere quā
 dare potētiores. Benefecistis tuas in utroq;
 seruans innoxias, nec imponere scilicet am-
 bitioso, nec supponere iniquo manumone
 acquiescēs. Non sic à paupere Episcopo cō-
 tinuisti, dās quod daret, ne immuaificus no-
 taretur. Accepit etiam, quod palam dedit.
 Sic de tuo sacculo cōsultum est ut recundas
 viri. Sic quoque curia morem gerens, tuo
 beneficio inuidiam declinat eorum: qui di-
 ligunt munera. Non potes abscondere, &
 factum nouimus, & personam. Audire gra-
 uat: Et ego eo libentius prædicto, quod tu id
 molestius audis. Si tibi sic expedit, & mihi
 sic. Tam non oportet Christi gloriam me-
 filere? quā nec te querere tuam. Et si
 pergis murmurare adhuc, respondebitur tibi
 ex Euangelio: Quæto eis præcipiebat,
 tanto magis plus prædicabant, dicentes: Be-
 ne omnia fecit. Audi aliud, si tamen aliud.
 Ad idem enim fortassis pertinere quis di-
 cat: Tua consideratio viderit hoc. Mihi
 videtur non longe à vero dissentire qui id
 forte inter auaritiæ species locandum puta-
 uerit. Ego vero illius, aut speciem esse, aut
 speciem habere non negauerim. Sane in-
 terest tuæ perfectionis, & malas res, & ma-
 las pariter species deuitare. In altero con-
 scientiæ, in altero famæ consulis. Puta ti-
 bi non licere (etsi alijs fortasse licet) quid-
 quid male fuerit coloratum. Denique in-
 terroga maiores tuos, & dicent tibi: Ab
 omni specie mala abstinete vos. Sane mi-
 nister Domini Dominum imitetur quia ip-
 se ait: Qui mihi ministrat, me sequatur.
 Et habes de illo: Dominus regnauit deco-
 rem induit: induit Dominus fortitudinem.
 Tu quoq; esto fortis in fide, decorus in glo-
 ria, & probasti te imitatore Dei. Fortitu-
 do tua, fiducia fidelis: conscientiæ: decor-
 tus, splendor bonæ opinionis. Ita, quæso,
 induere fortitudinem: etenim gaudium Do-
 mini fortitudo tua. Porro specie tua, &
 pulchritudine tua nihilominus, tanquam
 propria similitudine delectatur. Induere
 vestimentis gloriæ tuæ, vestire duplicibus,
 quibus domesticos suos fortis illa mulier in-
 duere consuevit. Non sit in conscientia nu-
 tans infirmitas modicæ fidei: nō sit in fama
 nauus

Luc. 22.

1. Cor. 13. 6

Phil. 4. d

Matt. 7

Dea. 31.

1. Thes.

1. d

1. d

1. d

1. d

Act. 3. d

næus male speciei, & vestiris duplicibus, & gaudebit sponsus super sponsam animam, & gaudebit super te Deus tuus. Miraris quorulum hæc, ignarus vsque, adhuc quid dicere velim. Non te tollis diutius. Murmur loquor, & querimoniam Ecclesiarum. Truncari se clamitant, ac demembrari. Vel nullas, vel paucas admodum sunt, quæ plagam istam, aut non dolcant, aut non timeant. Quæris quam? Subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Patriarchis, siue Primatibus. Bonæ species hæc? Mirum si excusari queat, vel opus. Sic facitando probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiæ forte non ita. Facitis hoc quia potestis, sed vteamini & debeatis, questio est. Honorum, ac dignitatum gradus, & ordinis, quibusque suis: seruare positi estis: non inuidere, vt quidam vestrorum ait: Cui honorè, honorem. Spiritus homo ille, qui omnia diiudicat, vt ipse à nemine diiudicetur: omne opus suum trina quædam consideratione præueniet. Primum quidem an liceat, deinde an deceat, postremo an expediat. Nam etsi constet in Christiana vtique Philosophia non decere, nisi quod licet, non expedire nisi quod decet: & licet, non continuo tamè omne quod licet, decere, aut expedire consequens erit. Age aptemus, si possumus, tria ipsa operi huic. At quomodo non indecens tibi, voluntate pro lege vti, & quia non est, ad quem appelleris, potestatem exercere, negligere rationem? Tu ne maior Domino tuo, quia ait. Non veni facere voluntatem meam? Quamquam non minus deiecti quàm elati animi est veluti rationi expertem nõ pro ratione, sed pro libitu agere, nec iudicio agi, sed appetitu. Quid tam bestialè & si indignum cuius vtenti ratione viuere vt pecus: quis in te rectore omnium tãtam cõtumeliã naturæ honoris iniuriam ferat? Sic degenerando (quod absit) generale opprobrium fecisti proprium tibi. Homo cum in honore esset, non intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quid item tam indignum tibi, quàm vt totum tenens, non sis contentus toto, nisi minutias quasdam, atque exiguas portiones ipsis tibi creditæ vniuersitatis, tamquàm non sint tuæ, satagas nescio quo modo ad huc facere tuas? Vbi etiam meminisse te volo parabole. Nathã de homine, qui multas oues habens, vnam, quæ erat pauperis cõcu-

piuit. Huc quoque veniat factum, imò factus regis Achab, qui rerum summam tenebat, & vnam vineam affectauit. Auertit Deus à te, quod ille audiuit: Occidisti, & possedisti. Nolo autem præterdas mihi fructum emancipationis ipsius: nullus est enim, nisi quod inde episcopi insolentiores, monachi etiam dissolutiores fiunt. Quid quod, & pauperiores? Inspice diligentius talium vbique libertorum & facultates, & vitas, si non pudentia admodum, & tenuitas in his, & in illis secularitas inuenitur. Matris noxia libertatis gemina soboles hæc. Quod dñi peccet licentius vagum, & malè liberum vulgus, cum non sit, qui arguat? Quid ni licentius quoque spoliatur, ac deprædetur inermis religio, cū non sit qui defendat? Quo enim refugium illis? Numquid ad Episcopos Dolentes iniuriam? Ridentibus profecto aspiciunt oculis, siue quæ faciunt mala, siue que patiuntur. Quæ demum utilitas in sanguine isto? Vereor ne illa, quam in Propheta Ezech. c. comminatus est Deus. Ille, inquit, in iniquitate sua morietur: sanguinem autè eius de manu tua requiram. Si enim extollitur, qui subtrahitur, & cui subtrahitur, vritur, qui subtrahit quomodo innocens? Parum est, inuoluntarius ignem. Audi apertius. Si is qui murmurat, secundam animam mortuus est, qui instigat, quomodo viuuit? Quomodo non reus mortis amborum, & suæ pariter, qui gladium dedit, vnde ambo morerentur? Hoc est quod dixeram, Occidisti, & possedisti. Adde, quod qui audiunt scandalizantur, indignantur, detrahunt, & blasphemant, hoc est vulnerantur ad mortem. Nõ est bona arbor faciens fructus tales, insolentias, dissolutiones, dilapidationes, similtates, scandala, odia: quodq; magis dolendum, inter Ecclesias inimicitias graues, perpetesq; discordias. Vides quàm verus sit sermo ille. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Quid si forte, nec licet? Ignosce mihi, non facile adducor licitum consentire, quod tot illicita parturit. Tunc denique tibi licitum censeas, suis Ecclesias mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos, quos posuerunt patres tui? Si iustitiæ est, ius cuique seruare suum auferre cuiquam sua iure quomodo poterit conuenire? Erras, si vt summam, ita & solam institutam a Deo vestram Apostolicam potestatem existimas. Si hoc sentis, dissentis ab eo qui ait. Non est potestas nisi à Deo. Proinde quod

Ro. 13. b
1. Cor. 2.

F

10. 6. d

Pf. 48. c

2. Reg.
12. a
3. Reg.
21. c

Ibidem.

G

Ezech. c

11. c

1. Cor.
10. c

H

Ro. 13. d

quod sequitur: Qui potestati resistit, Dei ordinatiōni resistit, et si principaliter proterat, nō tamen singulariter. Deniq; idē ait: Omnia anima potestatis sublimioribus subdita sit. Nō ait, sublimiori, tamquā in vno, sed sublimioribus, tamquā in multis. Non ergo tua sola potestas à domino, sunt & mediocres, sunt & inferiores: Et quomodo quos Deus coniunxit, non sunt separādi, sic nec quos subiunxit, comparandi. Monstrum facis, si manu submouens digitum, facis penderē de capite, superiorem manui, brachio collateralem. Tale est si in Christi corpore membra aliter locas, quā disposuit ipse. Nisi tu putas alium esse, qui pesuit in Ecclesia quosdam quidē Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios Doctores, & Pastores, ad cōsummationem sanctorū, in opus ministerij, in ædificatione corporis Christi. Atque hoc corpus, quod tibi ipse Paulus suo vere apostolico figurans eloquio, & capiti conuenientissime aptans, totum ex eo cōpactū perhibet, & connexum per omnem iuncturam subministrat, secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis faciens in ædificationem sui, & charitatis. Nec vllē routes formā hanc quā in terra est, exemplar habet à cælo. Neque enim filius potest facere quāquā, nisi, quæ viderit patrē facientē, præsertim cum ei sub Moyse nomine dictum sit. Vide omnia facias secundū exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Viderat hoc qui dicebat: Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo, à Deo paratam. Ego enim propter similitudinem dictū reor, q̄ sicut illic Seraphim, & Cherubim ac ceteri quique vsque ad angelos, & archangelos ordinatur sub vno capite Deo, ita hic quoque sub vno summo pōtifice primates, vel patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, presbyteri, vel abbates, & reliqui in hūc modum. Non est parui pendēdum, quod & Deum habet auctorem, & de cælo ducit originem. Quod si dicat episcopus, nolo esse sub archiepiscopo, aut abbas, nolo obedire episcopo hoc de cælo non est. Nisi tu forte angelorum quempiam dicentē audisti, nolo sub archangelis esse, aut ex alio quolibet inferiorum ordinum aliquem non ferentē subesse cuiquā nisi Deo: Quid inquit? Prohibes dispensare? Nō, sed dissipare. Nū sum tam rudis, vt ignorem positos vos dispensa-

tores, sed in ædificationem, non in destructionem. Denique quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Vbi necessitas urget, excusabilis dispensatio est. Vbi vtilitas prouocat, dispensatio laudabilis est, vtilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum est, non plane fidelis dispensatio: sed crudelis dissipatio est. Non nulla tamen monasteria sita in diuersis episcopatibus, quod specialius pertinuerint ab ipsa sui fundatione ad sedem apostolicam pro voluntate fundatorum, quis nesciat? Sed aliud est quod largitur deuotio, aliud quod molitur ambitio impatiens subiectionis. Et hæc dicta de his. Super est, vt generaliter super vniuersum Ecclesiæ statum intendat consideratio tua si plebes clericis, si clerici sacerdotibus, si sacerdotes Deo in ea, qua oportet humilitate, subiecti sint, si in monasterijs, & religiosis locis seruetur ordo, vigilet disciplina, si super praua opera, & dogmata censura ecclesiastica vigeat, si floreat vineæ honestate, & sanctimonia sacerdotum, si flores fructus parturiant obedientiæ fidelium populorum, si demum vestra ipsorum apostolica mandata, & instituta ea, qua dignum est solitudine obseruentur, ne quid in agro domini tui, aut neglectu incultum, aut fraude surreptum inueniatur. Possit inueniri ne dubites. Mihi in promptu est (multa, & innumera prætermittam, quæ passim neglecta iacent) nonnulla etiam ex his, quæ plantauit dextera tua conuulsa monstrare. Non ne ostium in Rhemensi consilio subiecta capitula promulgauit? Quis ea tenet? Quis tenuit? Falteris si teneri putas. Si non putas ipse peccasti aut statuens, quæ non tenerentur, aut quod non tenerentur, dissimulans. Præcipimus, isti vt tam episcopi quā clericis neque in superfluitate, seu in honesta varietate colorum, aut fissura vestium, neque in tonsura, intuentium (quorum forma, & exemplum esse debent) offendant aspectum, sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem innocentiae conuersatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericorum. Quod si moniti ab episcopis suis intra quadraginta dies non obtemperauerint, ecclesiasticis beneficijs eorumdē pōtificum autoritate priuentur. Episcopi vero si præfixā penā irrogare neglexerint, quia inferiorū culpæ ad nullos magis referendæ

sunt, quàm ad desideres, negligentisque re-
 ctiores tmdiu ab officio pontificali abstine-
 at, donec penam à nobis constitutam cler-
 icis sibi subiectis imponant. Illud etiam
 duximus annectendum, vt nullus in archi-
 diaconum, vel decanum, nisi diaconus,
 & presbyter ordinetur. Archidiaconi vero,
 decani, & præpositi qui infra ordines præ-
 nominatos sunt, si inobedientes ordinari
 contempserint, honore suscepto priuètur.
 Prohibemus autem ne adolescentibus, vel
 infra sacros ordines constitutis, sed qui
 prudentia, & vitæ merito clarescunt, præ-
 dicti concedantur honores. Verba tua hæc
 tu sanxisti, quid effectui mancipantur? Ad-
 huc adolescentes, adhuc qui infra sacros or-
 dines sunt, in Ecclesia promouètur. Quod
 ad primum capitulum pertinet, luxus ve-
 stium interdictus, sed non restrictus, pæ-
 nia dicta, sed minime secuta est. Iam
 quartus annus est, ex quo datum manda-
 tum audiuimus, & nescimur adhuc cleri-
 corum priuatum beneficio neminem epis-
 coporum suspensum ab officio luximus. At
 in hoc amarissimo dignum quod secutum est.

M

Quid hoc? Impunitas incuriæ, foboles,
 insolentia mater, radix impudentia, trans-
 gressionum nutrix. Et beatus si omni sa-
 tagas cura malorum omnium primam pa-
 rentem cauere incuriam. Sed ad hoc tu ope-
 ram dabis, Et nunc leua oculos tuos, & vide
 si non equè, vt prius, pellicula discolor sa-
 erum ordinem decolorat, si non, vt prius, sis-
 fura enormis pene inguina nudat. Solet di-
 cere: Num de vestibus cura est Deo, & non
 magis de moribus? At forma hæc vestium,
 deformitatis mentium, & morum indicium
 est. Quid sibi vult q̄ clerici aliud esse, aliud
 videri volunt? Id quidem castum, minusq̄
 sincerum. Nempe habitu milites, quæstui
 clericorum, actu neutrum exhibent. Nam neq̄
 vt milites pugnant, neq̄ vt clerici euangeli-
 zant. Cuius ordinis sunt? Cum vtriusq̄ esse
 cupiunt, vtrumq̄ deserunt, vtrumq̄ cõfun-
 dunt. Vnusquisque, inquit, in suo ordine re-
 surget. Isti in quo? An qui sine ordine pec-
 cauerunt, sine ordine peribunt? Aut si sum-
 mo vsque deorsum nihil inordinatum re-
 linquere vereor non alibi ordinandos, quã
 vbi nullus ordo, sed sempiternus horror in-
 habitat. O miserandam sponfam talibus
 creditam paranympsis, qui ad signata cul-
 tui eius, proprio retinere quæstui non ve-

rentur. Non amici profecto sponsi, sed
 æmuli sunt. Et de his fati, quæ in te sũt
 et si non ad materiam copiam, quæ est
 ta nimis, certe ad id, quod proposui ego
 Visenda iam quæ circa te sunt, sed ad ca-
 ostium nobis quartus liber aperiet.

DE CONSIDERATIONE, A

Liber Quartus.

SI mihi plenius innotuisset a-
 mantissime Eugeni, priora
 qualiter acceptaris, secundum
 hoc, vel fidentius in renouum
 processissem, vel cautius, aut
 certe substituissem omnino. Nunc vero quia
 ob locorum distantiam id minime datur,
 non mireris si prodit exilium sermo an-
 ceptis, verecundè (fateor) ad medium ven-
 niens. Primis itaq̄ cõsiderationis partib, li-
 bris priorib, pertractatis, in manus est de
 his addere, quæ circa te sunt. Et ipsa quidẽ
 sub te, sed quo propiora, eto importuniora
 tibi. Nempe corã posita in curiam non ad-
 mittent, nõ dissimulationem, non obliuiscen-
 tiam. Vehementius vrgent, turbulenter ir-
 ruunt, verendi ne obuiant. Circueiusmo-
 di quam sobria, & intenta cõsideratione
 opus sit, proprio te experimeto edoctum fa-
 tis nõ ambigo. Alioquin si nõ cauta, oppor-
 tunaq̄ interueniat cõsideratio, occupatio
 cõtinuabitur, & vexationis nõ erit modus,
 & sollicitudinis non erit finis. Non tempus
 vacuũ, non liberum cor plus laboris, & mi-
 nus vtilitatis. Dico autem instantia illa tua
 quotidiana ab vrbe, à curia, à domestica Ec-
 clesia tua. Hæc, inquam, circa te sunt, clericus
 & populus tuus cui specialiter episcoparis,
 ac per hoc specialis curæ teneris debitor.
 Hi quoq̄ qui tibi quotidie assunt senio-
 res populi, orbis iudices, & qui item de do-
 mo, & mensa tua sunt, capellani, cubicularij,
 ministri qui que diuersis deputati officijs in
 obsequium tui, hi te familiariter visitant,
 frequentius pulsant, molestiusque solici-
 tant. Hi sunt qui non verentur suscitare si
 lectam, & ante quã ipsa velit. Et primò qui-
 dem clericum illum ordinatissimum esse de-
 cet, ex quo precipuè in omnẽ Ecclesiã cle-
 ricorum forma processit. Deinde omne quod p-
 perã agitur te presente, id tibi turpius. Inter
 est gloria sacritatis tuæ, vt quos præ oculis
 habere te ordinati, ita sint informati, qua-
 tenus

B

tenus totius non estatis, & ordinis ipsi speculum sunt forma. Inueniantur præceperit oportet expediti ad officia, idonei ad sacramenta, ad plebes erudiendas solliciti, circumspicenti ad sese custodiendos in omni castitate. Quid de populo loquar? Populus Romanus est. Nec breuius potui, nec expressius tamen aperire de tuis paracianis quod sentio.

Quid tam notum sæculis, quam proterua, & factus Romanorum? Gens insueta patri, tumultui assueta. Gens immittit, & intratætabilis, & vsque adhuc subditi nescia, nisi cum non valet resistere. In plaga, tibi incu nobis cura hæc, dissimulare non licet. Rides me, forsitan fore incurabilem persuasus. Noli diffidere, curam exigeris, non curationem. Denique audisti? Curam illius habet, & non. Cura, vel sana illum. Verum dixit quidam: Non est in medico, semper releuetur vt æger. At melius propono de tuis tibi. Paulus loquitur: Plus omnibus laboraui. Non ait, plus omnibus profui, aut plus omnibus fructificauit, verbum in se habens religiosissime vitans. Alias autem nouerat homo, quem docuit Deus, quia vnusquisque secundum suum laborem accipiet, non secundum procerum. Et ob hoc in laboribus potius, quam in perfectionibus gloriantur putauit, sicut alibi quocumque habes ipsum dicentem. In laboribus plurimis. Ita quæso, fac tu quod tuum est: nam Deus quod suum est satis absque tua sollicitudine, & anxietate curabit. Planta regia, set curam, & tuas expulisti partes. Sane incrementum, vbi voluerit, dabit Deus, non tu. Vbi forte noluerit, tibi deperit nihil, dicente scriptura. Reddes Deus mercedem laborum sanctorum suorum.

Securus labor, quem nullus valet euacuate defectus. Et hoc dixerim absque præiudicio diuinæ potentia, & bonitatis. Scio induratum cor populi huius, sed potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Quis scit si reuertatur & ignoscat, & conuertat, & sanctos? Sed non est propositi mei dictare Deo quid facere debeat, tibi vtinam possim, quæ oportet, & prout oportet suadere. At locus durius, & scrupulosa incedit disputatio. Nam vbi a tonar dicent quod sentio, video satis quæ immittet. Clamabatur insuetum, nam iustum negari non potest. Ego vero ne in iustum

quidem assenserim. Nempe assuetum fuisse scio, ac per hoc in disuetum potuisse venire, sed non redire in insuetum. An vero assuetum quis neget, quod constat, non modo aliquando factum, sed aliquamdiu factum? Quid illud sit dicam, & non proderit. Cur? Quia non placebit satrapis plus maiestati, quam veritati fauētibus. Fuerunt ante te qui se totos ouibus pascendis exponerent, pastoris opere & nomine gloriātes nil sibi reputantes indignum nisi quod saluti ouium obuiare putarent, non quærentes quæ sua sunt, sed impudentes. Impendere curam, impendere substantiam, impendere & seipfos. Ende vnus illorum. Et ego, ait, superimpendar pro animabus vestris. Et tamquam dicerent, Non venimus ministrari, sed ministrare: ponebant quoties oportuisset sine sumptu Euangelium. Vnus erat de subditis quæstus, vna pompa, vnaque voluntas si quo modo eos possent parere Domino plebem perfectam. Id omnimodis satagebant, etiam in multa contritione cordis & corporis, in labore & ærumna, in fame & siti: in frigore, & nuditate. Vbi nunc quæso, cōsuetudo hæc? Subijct dissimilis valde, longe in aliud mutata sunt studia, & vtinam non in peius. Cura tamen & anxietas, & æmulatio, & sollicitudo, fateor, perseverant. Translata hæc, non immutata. Testimonium vobis prohibeo, quod nec substantiæ parcitis, non magis quam ante. Diuersa autem locatio dissimilitudinem facit. Magna abusio, pauci ad os legislatoris, ad manus omnes respiciunt. Non immerito tamen. Omne papale negotium illæ agunt.

Quem dabis mihi de tota maxima vrbe, qui te in Papam receperit, precio, seu spe precij non interueniente? Et non potissimum volunt dominari, cum professi fuerint seruitutem. Fideles se spondent, vt opportunius fidentibus noceant. Ex hoc non erit consilium tibi, a quo se arcendos putent, non secretum, quo se non ingerant. Si stante prætoribus quoquam illorum, moram vel modicam fecerit ostiarius, ego tunc pro illo esse noluerim, Et nunc experire paucis, nouerimne & ego vel aliquatenus mores gentis. Ante omnia sapientes sunt, vt faciāt mala: bonum autem facere nesciunt. Hi inuisitæ & cælo, vtique iniicere manus, impij in Deum, temerarij in sancta, seditiosi in inuicem, æmuli in vicinos, inhu-

Eccl. 3. 2.

a

1. Cor.

11. b

1. Cor. 3.

b

2. Cor.

11. c

1. Cor. 3.

b

Sap. 10.

d

Johel. 2.

D

1. Cor.

11. c

Matth.

20. d

1. Cor. 9.

Luc. 1. b

2. Cor.

11. f

E

Hier. 4. f

mani in extraneos, quos neminem amantes amat nemo: & cum timeri affectant ab omnibus, omnes timeant necesse est.

Hi sunt qui subesse non sultinent, præ se non norunt, superioribus infideles, inferioribus importabiles. Hi inuerecundi ad petendum, ad negandum frontosi. Hi importuni vt accipiant, inquieti donec accipiant, ingrati vbi acceperint. Docuerunt linguam suam grandia loqui, cum operentur exigua, largissimi promissores, & parcissimi exhibitores: Blandissimi adulators, & mordacissimi detractores. Simplificissimi dissimulatores, & malignissimi proditores. Excurrimus vsque huc, plenius te atque expressius admonendum putantes, horum quæ circa te iunt in hac parte. Iam ad ordinem recurramus. Quale est, quod de spolijs Ecclesiarum emuntur, qui dicunt tibi, euge euge? Pauperum vita in plateis, diuitum seminatur. Argentum micat in luto, accurtus vndique, tollit illud nō pauperior, sed fortior, aut qui forte citius præcurrit. A te tamen mos iste, vel potius mors ista non caput, in te vtinam desinat. Sed reliqua profequamur. Inter hæc tu pastor procedis deauratus, tam multa circumdatus varietate. Omnes quid capiunt? Si auderem dicere, demonum magis quam ouium pascua hæc. Scilicet sic factitabat Petrus, sic Paulus ludebat? Vides omnem Ecclesiasticum zelum feruere sola pro dignitate tuenda? Honor totum datur, sanctitati nihil, aut parum. Si causa requirente paulo submissius agere, ac socialis te habere tentaueris, Absit inquit, non decet, tempori non congruit, maiestati non conuenit, quam geras personam attendiro. De placito Dei vltimo metio est, pro iactura salutis nulla cunctatio. Nisi quod sublimè est, hoc salutare dicamus & quod gloriam redolet, id iustum. Ita omne humile probro ducitur inter palatinos, vt facilius qui esse, quam qui apparere humilis velit, inuenias. Timor Domini simplicitas reputatur, ne dicam fatuitas. Virum circumspicuum, & amicum propriæ conscientie, caluniantur hypocritam. Porro amatorem quietis, & sibi interdum vacantem, inutilem dicunt. Quid ergo tu? Euigilasne adhuc ad istos, qui circumdederunt te laqueos mortis? Quæso, sustine paulisper, & supporta me. Imo da veniam, nō tam temere, quam timide hæc loquenti. Accumulor te simulatione bona, & vtiuam quam yche-

menti, tam vtili. Scio vbi habitas, increduli, & subuerfores sunt tecum. Lupi, non oues sunt: talium tamen tu pastor. Vt in consideratione, qua forte inueneris quomodo fieri possit, conuertas eos, ne ipsi subuertant te. Quid diffidimus posse reuerti in oues, & quibus verti in lupos potuerunt? Hic hic parco tibi, vt pareat Deus. Pastorem te populo huic certe, aut nega, aut exhibe. Non negabis, ne cuius sedem tenes, te neges heredem. Petrus hic est, qui nescitur processisse aliquando, vel gemmis ornatus, vel ferreis, non tectus auro, non vinctus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus minutis. Absque his tamen credit satis posse impleri salutare mandatum: Si amas me, pascere oues meas. In his fuit cessisti, non Petro, sed Constantino. Consulto terenda pro tempore, non affectata pro debito. Ad ea te potius incito, quorum te scio debitorem. Et si purpuratus, et si deauratus incedens, non est tamen quod horreas operam, curamve pastorem pastoris hores, non est quod erubescas Evangelium. Quamquam si volens, Euangelizes inter Apostolos quidem: etiam gloria est tibi. Euangelizare, pascere est. Fac opus Euangeliste, & pastoris opus implesti. Dracones, non me moues pascere, & reopionis, te oue. Propter hoc inquam, magis aggredere eos, sed verbo, non ferro. Quid tu denuo vsurpare gladium tentes, quem semel iustus es ponere in vaginam? Quem tamen, qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo, & ipse, tuo forsitan nutu, et si non tua manu euaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic non respondisset Dominus. Satis est, sed nimis est. Vtique ergo Ecclesie, & spiritualis scilicet gladius, & materialis, sed is quid pro Ecclesia, ille vero & ab Ecclesia exercendus est. Ille sacerdotis, is militis manu, sed sane ad nutum sacerdotis, & iussu imperatoris. Et de hoc alias. Nunc vero arripit illum qui tibi ad ferendum creditus est, & vulnera ad salutem, si nō omnes, si nō vel multos, certe quos possis. Non sum, inquis, melior, quam patres mei. Quem illorum domus exasperans, non dico audivit, sed non iruit? Ideo tu insiste magis, si forte audiant, & quiescant, insiste & resistentibus. Dicendo hæc, forte nimis dicar. Num

Num non illa vox: Insta opportune, im-
 portune? Hunc (si audes) nimium ap-
 pedito. Propheta præcipitur: Clama, ne-
 cesses. Ad quos, nisi ad sceleratos, & pecca-
 tores? Annuncia, inquit, populo meo sce-
 lera eorum, & domui Iacob peccata eorum.
 Prudenter aduerte, & sceleratos perhiberi,
 & populum Domini. Puta de his idem.
 Et si scelerati, & si iniqui, vide ne audias:
 Quod vni ex his meis non fecisti, nec mihi
 fecisti. Fateor populum istum extitisse vsq[ue]
 adhuc dura fronte, & in domino corde, sed
 vtrum etiam indomabili, nescio vnde liqui-
 de scire nosse. Puta forte quod necdum
 fuit. Si diffidis tu, sed apud Deum non
 erit impossibile omne verbum. Si dura fron-
 te iurato & tu contra tuam. Nil
 tam durum, quod duriori non cedat. Do-
 minus ad Prophetam: Dedi frontem tuam
 duriorē fratribus eorum. Vnum est quod
 te absolvit, si egisti cum populo illo, vt
 possis dicere: Popule meus, quid tibi de-
 bui facere, & non feci? Si sic fecisti, ne pro-
 fecisti, est demum quod facias, & quod di-
 cas: Ex te Hur Chaldæorum, & dicitis, quia
 oportet me, & alijs ciuitatibus Euangeliza-
 re. Puto nec poenitebit exilij, orbe pro vr-
 be comestato. *Matth. 23. 13.* *Luc. 11. 29.*
 & coauctores suos. Hi seduli tibi, hi inti-
 mi sunt. Quamobrem si boni sunt, tibi po-
 tissimum sunt, si mali, æquè plus tibi. Ne
 te dixeris sanum, dolentem latera, hoc est,
 ne te dixeris bonum, malis innitentem.
 Aut si bonus sis, bonitas tui solitus què fru-
 ctum afferre potest? Sicut in superiore li-
 bro dixisse me memini. Quid? inquam,
 emolumentum affert Ecclesijs Dei tua vnus
 hominis iustitia, vbi sententia praualet ali-
 ter affectorum? Sed nec tuta tibi tua boni-
 tas obsessa malis, non magis quàm sanitas
 vicino serpente. Non est quo te subducas
 malo intestino. Et è regione bonum dome-
 sticum eo amplius, quo sapius iuuat. Sed
 siue leuent, siue grauent, cui rectius impu-
 tandum quàm tibi, qui tales aut elegisti, aut
 admisisti? Non de omnibus dico, nam sunt
 quos non elegisti, sed ipsi te. At potestatem
 non habent, nisi quam tu eis, aut tribueris,
 aut permiseris. Ad idem ergo reuertimur.
 Tibi imputa quidquid patens ab eo, qui si-
 ne te potest facere nihil. His exoptis, de
 cetero non inconsiderate (vt vides) ligen-
 di quique seu colligendi sunt in opus mi-
 nisterij huius. Tuum est vnde cum quo.

care, & ascendere tibi (exemplo Moysi) se-
 nes non inuenes, sed senes non tam ætate
 quàm moribus, quos tu nosti, quia senes
 populi sunt. An non eligendi de toto or-
 be orbem iudicaturi? Sanè huic negocio
 non se ingerat, non se ingerat. Consilio, non pre-
 ce agendum est. Sunt quæ necessario à
 nobis rogantium aut extorquet impor-
 tunitas, aut necessitas meretur. At istud
 in his, quæ nostra sunt. Vbi autem non
 licet quod volo facere, quis locus rogan-
 ti? Nisi forte qui me rogat, vt quod vult
 hoc liceat mihi, & nō magis vt velim. Alius
 pro alio, alius forte & pro se rogat. Pro quo
 rogaris, sit suspectus. Qui ipse rogat pro
 se, iam iudicatus est. Nec interest, per
 an per alium quis roget. Clericum curiam
 frequentantem, qui non sit de curia, ad idem
 honoris pertinere ambientium genus. Adu-
 lantem, & ad placitum cuiusque loquentem
 vnum derogantibus puta, etiam si nihil ro-
 gauerit, scorpionis non est in facie quod
 formides, sed pungit à cauda. Si ad talium
 blanditias cor tuum (vt assolet) molliori sen-
 seris, memineris scriptum: Omnis homo
 primū bonum vinum ponit, cum autem
 inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est.
 Pari pondere æstimaueris eius humilitatem,
 qui timet, & eius, qui sperat. Viri callidi, &
 dolosi proprium esse solet tunc prætere
 humilitatem, cum aliquod obtinere volue-
 rit. De qualibus dicit scriptura. Est qui se
 humiliat nequiter, & interiora eius plena
 sunt dolo. De vobis ipsis sume sententiæ hu-
 ius euidentis ac familiare exemplum. Quan-
 tos, quos supplices admisisti? postmodum
 sustinuuistis graues, insolentes, contumaces,
 rebelles? Quod quidem interius malum
 tegunt principia, posteriora produnt. Ver-
 bosulum adolescentem, & studentem clo-
 quentiæ, cum sapientiæ sit inanis, non
 aliud quàm iustitiæ hostem reputes. Pro hu-
 iusmodi falsis fratribus dicit tibi magister:
 Manus cito nemini imposueris. Excluso ita-
 que vniuerso hoc pestilenti genere homi-
 num, curæ tibi maximè sit introducere ta-
 les, quos postmodum introduxisse non poe-
 niteat. Turpe est tibi sepius retractare quod
 feceris, & iudicium tuum frequenter peri-
 clitari non decet. Diligenter proinde om-
 ne, quod faciendum erit, tracta apud te, &
 cum his qui diligunt. Tracta autem ante fa-
 ctum, quia post factum sera retractatio est.
 Sapiens consilium est: Omnia fac cum con-

D. Bernardi de Consideratione

filio. & post factum non poenitebis. Et hoc tibi persuade, qui admittendi sunt, difficile in curia posse probari: & ideo si fieri potest, viros probatos oportere deligi, non probandos. Nos in monasterijs omnes recipimus spe meliorandi.

M At curia bonos facilius recipere magis quam, facere consuevit. Quod si plures in ea defecisse bonos, quam malos profecisse probauimus, querendi sane quibus nec defectus timeatur, nec profectus optetur, utpote iam profectus. Ita que non volentes neque currentes assumito, sed cunctantes, sed reuertes. Etiam eoge illos, & compelle intrare.

Luc. 14. In talibus, ut opinor, requiescet spiritus tuus, qui non sint attrita frontis, sed verecundi, & timorati, qui prater Dominum timeant nihil, nihil speret nisi a Deo. Qui ad negotantium non manus attendant, sed necessitates. Qui stent viriliter pro afflictis, & iudicent in equitate pro mansuetis terræ. Qui sint compositi ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ad obedientiam, mansueti ad patientiam, subiecti ad disciplinam, rigidi ad censuram, catholici ad fidem, fideles ad dispensationem, concordēs ad pacem, conformes ad vnitatem. Qui sint in iudicio recti, in consilio prouidi, in iubendo discreti, in disponendo industrij, in agendo strenui, in loquendo modesti, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, zelo sobrij, in misericordia non remissi, in ocio non ociosi, in hospitio non dissoluti, in conuiuio non effusi in cura rei familiaris non anxij, alienæ non cupidi, suæ non prodigi, vbique & in omnibus circumspēcti. Qui legatione pro Christo fungi quoties opus erit, nec iusti renuat, nec non iusti affectent. Qui quod verecunde excusant, obstinatius non recusent. Qui missi post aurum non eant, sed Christum sequantur. Qui quæstum legationem non æstiment, ne requirant datum, sed fructum.

Phil. 4. **A** Qui regibus Ioannem exhibeant, Aegyptijs Moysen, fornicantibus Phinces, Heliam idololatris, Heliseum auaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negociantibus Christum. Quid vulgus non spernant, sed doceant, diuites non palpent, sed terreat, pauperes non grauēt, sed foueant, minas principum non pauēat, sed contemnant. Qui non cum turba intrent, nec cum ira exeant, qui Ecclesias non spoliēt, sed emendent. Qui marsupia non exhaeriant, sed corda reficiant, & crimi-

na corrigant, famæ provideant, nec inuideant alienæ.

Qui orandi studium gerant, & vsu beant, ac de omni re orationi plus fidant quam suæ industriae, vel labori. Quorum ingressus pacificus, non molestus exitus sit. Quorum sermo edificatio, quorum vita instituta, quorum præsentia grata, quorum memoria in benedictione. Qui se amabiles præbeant, non verbo, sed opere, reuerendos exhibeant, sed actu non fastu. Qui humiles cum humilibus, & cum innocentibus innocentes, duos dure redarguant, malignantes coerçant, reddat retributionem superbis. Qui non de dote vidua, & patrimonio crucifixi se vel suos ditare testentur, gratis dantes quod gratis acceperunt, gratis facientes iudicium iniuriis patientibus, vindictam in nationibus, in reparationes in populis. Qui de suo denique spiritu illorum instar septuaginta Moysi accepisse cernantur, per quam sine absentibus, & ue præsentibus, contendant placere tibi, placere Deo. Qui ad te redeant fatigati quidem, sed non suffarinati, simul & moriantes, quod curiosa, seu preciosa quæque terrarum attulerint, sed quod reliquerint pacem reuerentiamque tuis, qui in monasterijs, Ecclesijs ordinem veteris disciplinam, Deo populum acceptabilem, & statorem bonorum operum. Dignum nunc ad medium venise factum dulcis memoriae Martini nostri. Nasti hoc, sed an memoris ignoro. Is Cardinalis presbyter, functus aliquando legatione in Dania, tam pauper remeasset, ut pene expensis & equis deficientibus, vix perueniret Florentiam. Ibi Episcopus loci donauit ei equum, quo Pisas vsque vbi eramus, tunc peruectus est. Post die credo secutus Episcopus (erat enim illi causa cum aduersario, & agendi aderrat dies) coepit requirere suffragia amicorum. Cumque per singulos sollicitaretur, ventum est ad Martinum. Fiducia erat maior in illo, qui non posset immemor esse recentis beneficii. Tum Martinus Decepisti me, inquit, nesciebam tibi immolare negotium. Tolle equum tuum, ecce in stabulo est. Et hora eadem resignauit illi. Quid dicis mi Eugeni? Nonne alterius secus res est, reddisse legatum de terra aurum, sine auto, transisse per terram argepti, & argentum nescisse, donum illico super quod poterat esse suspectum, illico

reiecit, sed o mibi locum suauem, vbi in-
cidit ratio memorandi, & nominandi su-
auissimi odoris vitum, episcopum loquor
Gaufridum Carnotensem, qui legationem
in partibus Aquitanie proprijs sumptibus
 strenue administravit, idque annos plures.
Rem loquor, quam vidi ipse.

Eram cum eo in terra illa, cum à quodam
presbytero presentatus illi est piscis, quem
vulgo vocant sturcionem, percipitatus le-
gatus quanti veniret, non accipit, inquit,
nisi receperis precium, & resignauit soli-
dos quinque multo, & verecundo. Item
cum essemus in quodam oppido, domino
illius oppidi demisit ei pro deuotione cum
manu scripto dicit, vel tres parapsides pul-
chras ligneas tamen. Quas aliquandiu in-
uens homo scrupulosa conscientia, lauda-
uit eas, sed non aequieuit accipere. Quando
argenteas receperit, qui ligneas resutauit?
Non fuerunt qui possent legato dicere: Di-
uinus Abraham. Ipse vero cum Samuele
libere concionabatur ad omnes: Loquimini
de me coram domino, & coram Carillo
Eius, vt iam bouem cuiusquam tulerim, aut
attum, si quempiam calumniatus sum, si
oppressi aliquem, si de manu cuiusquam
munus acceperim, & conuincam. Sed hodie
vobiscum veniam. O si talium daretur
vrorum copia quales perstrinximus nunc?
Quid te felicius? quid illo iucundius scien-
do? Non ne secunda ab æternitate illorum
tibi temporum beatitudo videretur, cum
te quaquaersum procedens, spiritum vi-
deres tam inclyto agmine beatorum? Si te
noui, hæres, & altum trahens spiritum te-
cum loqueris. Putas fore posse quod dici-
tur? Putas hic sumus quousque hæc fiant?
Quis det viuere, vt videre contingat? O si
viderem in vita mea Ecclesiam Dei talibus
maximam columnis, O si Domini mei spon-
santem merem tantæ commissam fides, tan-
tæ creditam Puritati. Quid me beatius,
quid ve securius, cum eiusmodi circa me vi-
tae meae, & custodes spectarem singulæ & te-
lles? Quibus omnia mea secreta secure
committerem, communicarem consilia,
quibus me totum resunderem, tanquam
alteri mihi.

Quid si vellem aliquatenus deniare, non
merent, frenarent præcipites, dormi-
tantem excitarent. Quorum me reueren-
tia & libertas extollentem reprimeret, ex-
cedentem corrigeret. Quorum me constantia

tia & fortitudo nutantem firmaret, erigeret
diffidentem. Quorum me fides & sanctitas,
ad quæque sancta, ad quæque honesta, ad
quæque pudica, ad quæque amabilia, & bo-
næ famæ prouocaret. Et nunc redue oculo-
los mi Eugeni, ad eum qui nunc est curiæ,
siue Ecclesiæ statum, & studia prælatorum,
eorum præfertim, qui sunt in circuitu tuo.
Sed de his hæcenus ego. Palpauit, non fo-
di parietem. Tibi licet fodere & videre,
vt pote propheta filio. Mibi progredi non
est fas. Vnum dico, quod in facie est. Ri-
dicule ministri vestri, veltris se compresserit
antereferre conantur. Non hoc ratio
habet, non antiquitas habuit, non consen-
tit auctoritas. Et si de sua consuetudine
calumniæ struitur, melius profectò illa,
quàm summus ordo contemnitur. Priuile-
gium tamen satis vnde maxime obtinere id
volunt. Nos sumus, inquit, qui in omni
celebritate domino papæ communiores
assistimus, sedenti proprios assistemus,
prioris sequimur præcedentem. Hoc totum
non dignitatis priuilegium, sed sedu-
licitatis debitum est, diaconi nomen so-
lenni ipsa administratione interpretans.
Denique presbyteris ordinata confessione
ambientibus maiestatem, vos ad pedes
redetis. Propiores assistitis, vt habeat pa-
ratiore. In euangelijs legimus, quia fa-
cta est contentio inter discipulos, quis eorum
videretur esse maior. Beatus esles, si
sic circa te cætera tenerentur. Tædet iam
curiæ, exeundum palatio, domi expectant
nos: Hi non modo circa, sed quodammodo
intra te sunt. Non est superuacua consi-
deratio, qua intèdis disponere domui tuæ,
prouidere his, qui in sinu tuo, & in gremio
tuo sunt. Ego dico, & necessaria. Paulum
audi: Si quis domui suæ præesse nescit, quo-
modo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?
Item si quis suorum, & maxime domesti-
corum curam non habet, fidem negauit, &
est infideli deterior: Et hæc dicens, non te
moneo summis occupatum intendere in-
finis, & quasi mlnutum fieri, in minimis
impendere quod maximis debes. Quid te
intrices vnde te eripuit deus? Hæc (inquit)
omnia adiciunt vobis. Verum tamen &
hæc oportet facere, & illa non omittere.
At illa per te agens, & per te etiam oportet
prouideas, qui pro te de his pro-
uideant. Nam si vnus è seruis per se non
sufficit simul, & custodiæ iuramentorum,

D. Bernardi de Consideratione!

F & curæ mensuram; tu per te quomodo intendere valeas, & tuæ domui, & domini pariter, de qua scriptum est: O Israel, quàm magna est domus domini! Vacuum profusus à follicitadine rerum minorum, & viliū oportet esse animum tam magnis, & tam multis intentum rebus. Oportet liberum, quem nulla sibi vendicet violenta occupatio. Oportet ingenuum, quem nulla deorsum trahat indigna affectio. Oportet rectū, quem nulla seorsum auertat sinistra intentio. Oportet cautum, quē nulla subeat furua suspicio. Oportet vigilem, quem nulla à sese abducatur peregrina & curiosa cogitatio. Oportet firmum, quem nulla concutiat repentina turbatio. Oportet inuictum, quem nulla fatiget, vel continua tribulatio. Oportet amplum, quem nulla coarctet rei temporalis amissio. His te non dubites, & bonus priuandū, & ferendum malis, si animum diuides, & Dei rebus, & tuis pariter seculis volueris impartiri. Procurādus, quē implices, qui pro te molat. Pro te dico, non tecum. Quædam per temet facies, quædam per te, & alios simul, quædam per alios, & absque te. Quis sapiens, & intelliget hæc? Non est quod inter ista dormitet consideratio tua. Ego vero agenda domus tuæ, sub eo genere quā nouissimū posui, locanda cœca fuerim. Per alium, vt dixi, illa facies. At is si fidelis non fuerit, fraudabit, si non fuerit prudens, fraudabitur. Quærendus proinde fidelis & prudens, quem constituas supra familiam tuam. Adhuc inutilis est, si tertium deest. Queris quid hoc? Auctoritas. Quid enim prodest ei velle, & scire quoque dispo- nere prout necesse est, si quod scit, & vult, non potest? Danda ergo facultas agēdi pro libitu. Si in præiudicium rationis putas hoc fieri memento fideliem qui agere nihilominus pro ratione vult; at tunc prudentem, qui agere nihilominus pro ratione sciet. Sed fidelis, solersque voluntas tunc proderit, cum ei assensum suppetet, vnde tota facilitate mancipetur effectui, cunctis sine cunctatione parentibus. Subdendi igitur omnes. Nullum patiatur contradictorem. Nemo qui dicat, cur fecisti sic? Potestatem habeat excludere, & admittere quos voluerit mutare ministros, transferre ministeria ad quos, & quando voluerit. Ita timori sit omnibus, vt sit, & utilitati. Præsit omnibus, vt omnibus proficiat, & de omnibus, Claudestinas, & susurratas delationes, non recipias

aduersam eum, magis detractis, & censuris. Et hanc velim generalem tibi co-
 regulam, vt omnem, qui palam veretur dicere, quod in aure locutus est, suspectū habeas. Quod si te iudicantē dicendum corā ille reuenerit, delatorem iudices, non accusatorem. Itaque vnus omnibus faciendā inuigilat, & vni omnes respondeant. Tu illi habeas fidē, vacans tibi, & Ecclesie Dei. Si quominus, aut fidelis inueniatur, aut prudens, fidelis potius committendum. Sane ē duobus tutius hoc. Quamquam si idoneus non reperitur, minus fideliem sustinere potius consulo, quā te in imagine habere. Memento Saluatorem Iudæam œconomum habuisse. Quid episcopo turpius quā *Io. 12. 6*
 cumbere supellecili, & subterfugere suæ scrutari omnia, sciscitari de singulis, mordere suspicionibus, mouere ad quæque perditā, vel neglectā? Ad verum inquit dico quorundam eiusmodi scrutatiūm quotidie omnem substantiam suam, numerantium singula, de minutis, & quadranibus exigentium rationem. Non ita ille Aegyptius, *Gen. 39.*
 qui Iosepho omnibus traditis *Gen. 39.*
 quid haberet in domo sua. Erubescat Christianus, Christiano sua non credens. Homo sine fide, *Gen. 39.*
 super omnia bona sua constituit eum. Et hinc erat alienigena. Mira res. Satis superque episcopi ad manum habent, quibus animas credant: & cui suas committant facultates, non inueniunt. Optimi videlicet estimatores rerum, qui magnam de minimis paruum, aut nullam de maximis curam gerāt. Sed, vt liquidō datur intelligi, patientiam ferimus Christi iacturam, quā nostram. Quotidianas expensas quotidianō reciprocamus seruitio, & continua dominici gregis detrimenta nescimus. De precio escartū, & numero panū cum ministris quotidiana discussio est: rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populo-
 rum. Cadit asina, & est qui subleuet eā. Perit anima, & nemo qui reputeet. Nec mirum, cum nec nostros quidem assuetudinem defectus. Nōne ad singulas supplicationes istas nascimur, vrimur, anxiamur? Quam tolerabilius rerum, quā mentium sustineremus acturam? Quare, inquit, non magis fradem patimini? Quaso tu qui alios doces, doce teipsum, si tamen iam non docuisti, pluris te habere, quā tua. Transitoria ista, quæ stare tibi nullo pacto queunt,

Baruc 3. c

Mat. 24. d G

Io. 12. 6 H

Gen. 39. a

7. cor. 6. a

queunt, facta ut te transeant, non per te. Riuus quia fluit, cauat terram, sic discursus temporalium conscientiam rodit. Si potest torrens in agros excurrere sine lesione satotum, & tu te ista sine vulnere mentis posse tractare confidito. Omnimodis cōsulo studeas auertere à te discursus horum. Multa nefcias, plurima diffusiles, non nulla obliuiscaris. Sunt tamē quæ ignorare te nolim, mores quorumque, & studia. Non oportet ut vitia domus tuæ vltimus scias, q̄ quā plurimis nouimus contigisse. Quapropter, ut dixi, alius alia dispēdet, de disciplina tu prouide, illud nemini credas. Si insolēti coram te, vel sermo sonuerit, vel habitus apparuerit, manus tua super eiusmodi, tu viscere iniuriam tuā. Impunitas aufum parit, autus excessum. Domū episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas, horum disciplina custos. Sacerdotes domestici, aut ceteris honestiores, aut fabula omnibus sunt. In vultu, in habitu, in incessu illorum, qui circa te sunt, nihil resideat impudicū, nū indecens patiaris. Discat à te cōsueci tui comatulos pueros & cōpares adorescentes secum non habere. Certe inter mitratos discurrere calamistratos nō decet. Et memento quod sapiens admonet: Filii tui sunt? non faciem tuam narrant ad eos ostendere. Nec austeritatem tamen suadeo tibi, sed grauitatem. Illa infirmiores fugat, hæc reprimat leuiores. Illa si ad sit, odibilem, hæc si delit, cōtempibilem reddit in omnibus tamen modus melior. Ego nec seuerius velim, nec dissolutius. Quid hac mediocritate gratius, ut non de seueritate sis oneri: nec de familiaritate cōtemptui? In palatio Papam, domi te patrem familias exhibe. Ament te domestici tui: si non, facito, ut timeant. Vtilis semper custodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. Ergo vbique frenanda lingua præceptis, maxime autem in conuicio. Ille conuenientior habitus, si tu actu quidē seuerus sis, vultu serenus, verbo serius. Capeliani & qui tecum iugiter diuinis interfunt officijs, non sint sine honore. Tuum est taces tibi prouidere, qui digni sint. Seruiatur eis ab omnibus tamquam tibi. Necessaria de manu tua accipiant. His contenti sint, quæ tu prouideris illis, tu vide ne egeant. Super hoc quem forte ab aduentantibus petere deprehendes, iudica Giezitam. Id de ostiarijs, id de ceteris officialibus desernē-

dum. Verum hoc ex abundantia, nam formā istam iam olim à te positam recordamur. Quid tuo dignius apostolatu? Quid salubrius ad conscientiam honestius ad famā, vtilius ad exemplum? Optimus canon, qui proijcit auaritiam ex alumnia, & non a cōscientia tantum. Libet iam, & hunc claudere librum, sed in calce aliqua velim vel ante dicta quasi epilogando repetere, vel addere prætermissa. Consideres ante omnia sanctam Romanam Ecclesiam, cui Deo auctore præes, ecclesiarum matrem esse, non dominam: te vero nō dominum episcoporum, sed vnum ex ipsis, porro fratrem diligentium Deum, & principem timentium eum. De cetero oportere te esse considera formam iustitiae, sanctimoniae speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensor em, doctorem gentium, Christianorum ducem, amicum sponsi, sponsae paronymum, cleri ordinatore, pastorem plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, miserorum spem, tutorem pupillarum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum senum, vltorem scelerum, maiorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, sal terræ, orbis lumen, sacerdotem altissimi, vicariū Christi, Christum domini; postremo Deum Pharaonis. Intellige quæ dico; Dabit tibi dominus intellectum. Vbi malitiæ iuncta potentia est aliquid tibi supra hominem præsumendum. Vultus tuus super facientes mala. Timeat spiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur, gladium non formidat. Timeat orationem, qui admonitionem contempnit.

Cui irascaris tu, Deum sibi iratum, non hominem putet.

Qui te non audierit
auditurum Deum,
& contra se
paucat: Quod
reli-

quum est, de his, quæ supra te sunt, incumbit iam disputatio. Quam vno libro Deo adiuvante soluere spero, & me pariter absoluerem promissione mea.

Esa. 33.

L

Ps. 33.

M

DE CONSIDERATIONE.

Liber Quintus.



Libri superiores etsi de consideratione inscribantur, plurimum tamen habent actionis admixtum, dum res aliquas non considerandas tantum, sed agendas docent, vel movent. At qui in manibus modo est, sola in consideratione versabitur. Quæ enim supra sunt (id quidem instat) actu non indigent, sed inspectu. Non est quod in eis actites, quæ vno modo semper sunt, & in æternum. Porro aliqua, & ab æterno. Et hoc velim soleret advertas vir sagacissime Eugeni, quia toties peregrinatur consideratio tua, quoties ab illis rebus ad ista deflectitur inferiora, & visibilia, siue intuenda ad notitiam, siue appetenda ad usum, siue pro officio disponenda, vel actitanda. Si tamen ita versatur in his, vt per hæc illa requirat, haud procul exulat. Sic considerare, repatriare est. Sublimior iste presentium, ac dignior vsus rerum, cum iuxta sapientiam Pauli, Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sane hac scala ciues non egent, sed exules. Quod vidit ipse huius sententiæ auctor, qui cum diceret, inuisibilia per visibilia conspici, signanter posuit à creatura mundi. Et vere quid opus scalis tenenti iam folium? Creatura cæli illa est, præsto habes per quod potius ista intueatur. Videt verbum, & in verbo facta per verbum. Nec opus habet ex his quæ facta sunt, factoris notitiam mendicare. Neque enim vt vel ipsa nouerit, ad ipsa descendit, quæ ibi illa, videt, vbi longe melius suat, quam in seipsis. Vnde nec medium requirit ad ea corporis sensum: sensus ipsa sibi, seipsa sentiens. Optimum videndi genus si nullus egueris, ad omne, quod nosse libuerit, te contentus. Alioquin iuuari aliunde, obnoxium fieri est, minusque à perfecto istud & minus liberum. Quid quod & inferioribus egres? Nonne præposterum hoc, & indignum? Plane superiorum quædam iniuria est inferiorum operâ desiderare, à qua iniuria nemo hominum perfecte vindicabitur, nisi cum quisque euaserit in libertatem filiorum Dei. Nempe erunt hi omnes docibiles Dei, & nulla inteueniens creatura solo beati Deo. Repatriasse erit hoc, exisse de patria corpo-

rum in regionem spirituum. Quis est Deus noster, maximus spiritus, maximamansio spirituum beatorum, & ne quid hic subpet carnis sensus, seu imaginatio, veritas est, sapientia est, virtus, æternitas, summum bonum. A quo interim absumus, & vbi sumus, vallis est, & vallis lacrymarum, in qua sensualitas regnat, & consideratio exultat. In qua libere quidem, & potestatiue se exerit sensus corporis, sed intricatus caligat oculus spiritualis. Quid igitur mirum si ope indigenæ aduena indiget? Et felix secundum tempus viator, qui ciuium beneficium, sine quo transire non potest, in obsequium conuoluerit potius, ut quis, non tuens, vrgens, non petens, exactus, non supplicans. Magnus ille, qui vsu sensuum quasdam veluti ciuium opes expendere incipit, expendendo in suam, & multorum salutem. Nec ille minor qui hunc sibi gradum, ad illa inuisibilia philosophando contemnit, nisi quod hoc dulcius, illud vtilius, hoc felicius, illud fortius esse constat. At omnium maximus, qui spreto ipso vsu rerum, & sensuum, quasi humanæ fragilitati non ascendens gradibus, sed inopinatus excelsibus euolat, interdum contemplanando ad illa sublimia consuevit. Ad hoc vitium genus nos peruenire non excelsus, non ascensus. Non raptum potius fuisse, quam ascendisse ipse se perhibet. Inde est, quod dicebat: Siue mente excedimus Deo. Porro hæc tria ita contingunt cum consideratione etsi in loco peregrinationis suæ, virtutis studio, & adiutorio gratiæ facta superior, sensualitatem aut premit ne insoleat, aut cogit ne euagetur, aut fugit ne inquet. In primo, potentior: in secundo, liberior: in tertio, purior. Puritatis siquidem, & alacritatis pariter alis fit ille volatus. Vis tibi hæc considerationis species proprijs distinguere nominibus? Dicamus si placeat primam, dispensatiuam: secundam, æstimatiuam; tertiam, speculatiuam. Horum nominum rationes, definitiones declarabat. Dispensatiua est consideratio sensibus, sensibilibusque rebus, ordinatè, & socialiter vsus ad promouendum Deum. Æstimatiua est consideratio prudenter, ac diligenter quæque feruens, & ponderans ad vestigandum Deum. Speculatiua est consideratio se in se colligens, & quantum diuinitus adiuuatur, rebus humanis eximens ad contemplanandum Deum. Puto vigilanter aduentis aliarum hæc esse

Rom. p. c.

A.

1011. 6. a

esse fructus, ceteras si non referantur ad istam, quod dicuntur videri posse, sed non esse. Et prior quidem absque intuitu huius multa ferit, & nihil metit. Sequens vero nisi ad istam se diligit, vadit, sed non euadit. Ergo quod prima optat, secunda odorat, tertia gustat. Ad quem tamen gustum perducunt & ceteræ, etsi tardius. Nisi quod prima laboriosius, secunda quæ citius peruenitur. Dixisti, inquis, satis quam ascendatur: etiam

Es 64. b quo ascendendum, dicere habes. Falleris, si id speras, ineffabile est. Tu me existimas lo-

Cor. 13. b qui quod oculus non vidit, nec auris audi-

uit, & in cor hominis non ascendit? Nobis, inquit, reuelat Deus per spiritum suum.

Ergo, quæ supra sunt, non verbo docentur, sed ipso reuelantur. Verum quod sermo

non explicat, consideratio quarat, oratio expectat, meditatio vult, puritas assequatur. Sane eorum adpropinquus, quæ supra sunt, non te

multum miri à me iuspicere solem, lunam, & stellis, non ipsum firmamentum, non aquas, quæ super caelos sunt. Ista siquidem omnia et si supra loco, precio infra sunt, & dignitate naturæ. Sunt enim corpora. Tui

D portio spiritus est, quo superius quippiam frustra quæris, quod non sit spiritus. Porro spiritus

sancti, & hi supra te. Sed Deus natura, Angeli gratia superiores sunt. Vnum siquidem tui, & Angeli optimum, ratio est. Deus vero non sui

aliquid optimum habet, vnum optimum totus. Is, & qui cum eo sunt beati spiritus, tribus modis veluti vijs totidem nostra sunt

consideratione vestigandi, opinione, fide, intellectu. Quorum intellectus rationi in-

nititur, fides auctoritati, opinio sola verisimilitudine se tuetur. Habent illa duo certam veritatem, sed fides clausam, & inuolutam, intelligentia nudam, & manifestam.

Ceterum opinio certi nihil habens, verum per verisimilia quærit potius, quam apprehendit. Omnino in his cauenda confusione

aut incertum opinionis fides figat, aut quod firmum, fixumque est fidei, opinio reuocet in questionem. Et hoc sciendum, quia opi-

o si habet assertionem, temeraria est: fides si habet hesitationem, infirma est. Item intellectus, si signata fidei tentet irrumperè,

reputatur effractor, scriptor maiestatis. Multi suam opinionem intellectum putauerunt, & errauerunt. Et quidem opinio potest putari intellectus, intellectus opinio non potest. Vnde hoc accidit? profecto

quia hæc falli, & fallere potest, ille non potest. Aut si falli potuit, intellectus non fuit, sed opinio. Verus nempe intellectus certam habet non modo veritatem, sed notitiam veritatis. Intellectus est rei. Possumus

singula hæc ita diffinire. Fides, est voluntaria quædam, & certa prælibatio nec dum propalata veritatis. Intellectus, est rei cuiuscumque inuisibilis certa, & manifesta notitia. Opinio, est quasi pro vero habere

aliquid quod falsum esse nescias. Ergo, vt dixi, fides ambiguum non habet: aut si habet, fides non est, sed opinio. Quid igitur distat ab intellectu? Nempe quod etsi non habet incertum non magis quam intellectus,

habet tamen inuolutum, quod non intellectus. Denique quod intellexisti, non est de eo, quod vltra quæras: aut si est, non intellexisti. Nil autem malum scire, quam

quæ fide iam scimus. Nil supererit ad beatitudinem, cum quæ iam certa sunt nobis, erunt æquæ, & nuda. His ita expeditis, age iam dirigatur consideratio in eam, quæ sursum est Hierusalem mater nostra, ac totis

tribus memoratis vijs caute, & vigilanter inuestigemus inuestigabilia: quatenus tamen licet, vel magis quatenus nobis donabitur. Et primo quidem ciues spiritus esse il-

lic, potentes, gloriosos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio itaates in ordine suo, perfectos in genere suo, corpore æthereos, immortalitate per-

petuos, impassibiles, non creatos sed factos, id est gratia, non natura, mente puros, affectu benignos, religione pios, castimonia integros, vnanimitate indiuiduos, pace seuros, à Deo conditos, diuinis laudibus, & ob-

sequijs deditos, Hæc omnia legendo commemoramus, fide tenemus. Quamquam de corporibus horum non modo vnde sint, sed an aliquatenus sint, hæret sententia aliquotum. Vnde si quis inter opinabilia magis id ponendum censuerit, non contendo.

Porro intellectu præditos, non fide, non opinione, sed intellectu capimus, quia non possunt huius expertes, & Dei simul participes esse. Sunt, & nomina quædam nota nobis similiter ex auditu, per quæ harum beatitudinum (etiam, quæ non liquido mortalium percepit auditus) officia merita, gradus, ordines, vtcumque à nobis conijci, & discerni queunt. Sed enim quod ex auditu non est, iam non ex fide. Nam fides ex auditu. Itaque opinando ista dixerimus.

E
Fides.
Intelle-
ctus.
Opinio.

D. Bernardi de Consideratione.

raus. Ad quid enim cælestium nomina innotuerunt, si ne opinari quidem salua fide aliquid licet de rebus quarum nomina sunt? Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubin, Seraphin, hæc nomina. Quæ signifi-
 cata eorum? Nullane inter illos spiritus, qui simpliciter Angeli, & eos, qui Archangeli nuncupantur, distantia? Quid ergo sibi vult gradualis distinctio hæc? Putemus Angelos dici (nisi tu conuenientius aliquid considerasti,) qui singuli singulis hominibus dati creduntur: missi in ministerium,

Angeli.

Heb. 1. d

Matth. 18. b

Archangeli.

Virtutes.

Lus. 21. c

Potestates.

Principatus.

Dominationes.

Throni.

secundum Pauli doctrinam, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. De quibus Saluator: Angeli eorum semper vident faciem Patris. Putemus his præesse Archangelos, qui conscij mysteriorum diuinorum, non nisi ob præcipuas, & maximas causas mittuntur. E quibus magnus ille Archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam: ob causam vtique, qua maior esse non potuit. Putemus super istos Virtutes esse, quarum nutu, vel opere signa, & prodigia in elementis, siue ex elementis facta apparet ad commotionem mortalium. Inde est fortassis quod cum in euangelij legis: Erunt signa in sole, & luna, & stellis: paulo post habes: Nam virtutes cælorum mouebuntur. Hi nimirum spiritus, per quos signa sunt. Putemus Potestates superiores istis, quarum virtute potestas tenebrarum comprimitur, & coercetur malignitas aeris huius, ne quantum vult, noceat, ne malignari, nisi vt proficit, possit. Putemus Principatus his quoque prælatos, quorum moderamine, & sapientia omnis in terris principatus constituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutatur, mutatur. Putemus Dominationes adeo cælestis supereminere præfatis ordinibus, vt respectu horum ceteri videantur omnes administratorij spiritus, & ad istos tamquam ad dominos referri regimina Principatuum, tutamina Potestatum, operationes Virtutum, reuelationes Archangelorum, curam & prouidentiam Angelorum. Putemus Thronos, alto etiam ab his euolasse recessu, qui ex eo quod sedent, Throni dicuntur, & ex eo sedent, quod sedet in eis Deus. Neque enim sedere in eis, qui non sederent, posset. Quæris quid illam sentiam sessionem? Summam tranquillitatem, placidissimam serenitatem, pacem, quæ exuperat omnem intellectum. Tais est, qui sedet in Thronis Dñs Sabaoth,

iudicans omnia cū tranquillitate, placidissimus, serenissimus, pacatissimus. Et ceteris sibi constituit thronos simillimos sibi. Putemus Cherubim ex ipso sapientie fonte ore altissimi haurientes, & refundentes flueta scientiæ vniuersis ciuibus suis. Et vide ne is sit, quem Propheta loquebatur, fluminis impetus lætificans ciuitatem Dei. Putemus Seraphim spiritus totos diuino igne succensos succedere vniuersa, vt singuli ciues singulæ sint lucerne ardentes, & lucentes. Ardentes caritate, lucentes cognitione. O Eugeni quam bonum est nos hic esse, quam fore melius, si quando tamen toti sequamur, quæ ex parte præcessimus. Præcedimus animo, & ne ipso quidem toto, sed parte, & parte modica sumus. Affectus iacent mole corporea prægrauati, & luto hærentibus desiderijs, sola interim arida, & tenuis consideratio præuolat. Et tamen ex tantillo quod iam statat, libet exclamare: Dñe, dilexi decorem domus tue, & locum habitationis gloriæ tuæ. Quid si totam se colligat anima, & reductis affectibus è cunctis locis, quibus captiui tenentur, timendo quæ nõ oportet, amando, quæ non decet, dolendo vanè, gaudento vanius: cum his ineat tota libertate volatum, pulset cum impetu spiritus, & in quantum gratiæ illabatur? Nonne cum cõperit circuire lucidas mansiones, & sinum illum etiã Abrahamæ curiosius perferutari, & sub altari quodcumque illud est, martyrum reuifere animas in prima stola secundam patientissime expectantes, multo magis tunc instabit loquens cum Propheta: Vnam petij à Domino, hanc requiram. Et inhabitem in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem Domini, ac vistem templum eius? Quid ni ibi videatur cor Dei? quidni ibi probeatur, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta? Bona in se, placens in effectibus, beneplacens fruëtibus, perfecta perfectis, & nihil vltra quærentibus. Patent viscera misericordiæ, patent cogitationes pacis, diuitiæ salutis, mysteria bonæ voluntatis, benignitatis arcana, quæ clausa mortalibus, etiam ipsi electis suspècta sunt. Id quod dem salubriter, ne desinat timere, dum necdum digne amare idonei inueniuntur. Cernere est in his, qui Seraphim appellantur, quomodo amet, qui vnde amet non habet, sed est, & qui nihil horum, quæ fecerit, odit, quos saluados fecit, quomodo foueat, quomodo puehat, quomodo amplectetur, quomodo

Et
 Chru-
 bim.
 Ps. 43. a
 Seraph.
 Ps. 25. b
 Ps. 26. b
 I.

modo delicta cuncta iuuentutis, & paleas ignorantiarum eius ignis ille consumens, ipsam sibi purgatissimam, & suo amore dignissimam reddat. Cernere est in Cherubin (qui plenitudo scientiæ dicitur) Deum scientiarum Dominum esse, qui solus solam nesciat ignorantiam, qui totus sit lux, & tenebræ in eo non sint ullæ, totus sit oculus, & qui minime aliquando fallitur, quia minime clauditur, qui extra se non quærat lumen, cui admoveatur ut videat, ipse qui videt, ipse vnde videt. Cernere est in thronis quod non suo spectus omni innocentie iudex sedeat in his, qui circumuenire nolit, circumueniri non potest. Quippe qui sit amans & amans. Nec *Ps. 16. a* vacat sessio, tranquillitatis insigne est. De vultu tali iudicium meum prodeat opto, cui insit amor, error absit, absit & perturbatio. Cernere est in dominationibus quanta sit Dominus maiestatis, cuius nutu imperium constat, & imperio vniuersitas, atque æternitas termini sunt. Cernere est in principatibus principium, ex quo omnia, & quomodo à cardine ostium, sic ab ipso regi vniuersitatē. Cernere est in potestatibus quàm potestatiue idem princeps quos regit protegit, contrarias potestates arcens, & propulsans. Cernere est in virtutibus vnam vbiq; æqualiter præsto virtutem, per quam omnia, viuificam, efficacē, inuisibilem, immobilemque, omnia tamen mouentē vtiliter, tenentem fortiter. Quæ cum in minus visitata effecta apud mortales eruperit, miracula, siue prodigia vocant. Cernere postremo & mirari est in Angelis, & Archangelis veritatē, atque experientiam vocis illius: Quoniam ipsi cura est de nobis, qui talium nos, & tantorum non desinit iucundare visitationibus, instruere reuelationibus, suggestionibus commouere, sedulitate solatiari. Hæc omnia contulit illis spiritibus ipse qui condidit illos vnus atque idē summus spiritus diuidens singulis prout vult, hæc operatur in illis, hæc dedit operari & illis, sed aliter. Ardent Seraphim, sed igne Dei, vel potius igne Deo. Quod præcipuum est in eis, amant, sed non amantur Deus, nec quomodo. Lucet Cherubim, & scientia eminent, sed participio veritatis: ac per hoc non vt veritas, nec quantum. Sedeat Throni, sed in sidientis beneficio. Iudicant & ipsi cum tranquillitate, sed non ad mensuram, modumve pacis pacantis, pacis, quæ exuperat omnem sensum. Dominatur Dominationes, sed sub Domino dominan-

tur, sed seruiunt pariter. Quid hoc ad summum sempiternum, singulareque. Dominum? Presunt Principatus & regunt, sed reguntur & ipsi, ita vt regere iam non norint, si regi desierint. Præcellit in Potestatibus fortitudo, sed cui debet, quod fortes sunt, & aliter est fortis, & plus. Nec tam fortis, quàm ipsa fortitudo est. Virtutes pro suo ministerio, & potentatu satagunt excitare corda torpentia hominum, in nouatione signorum, virtus vero in eis manens ipsa facit opera. Faciunt & illæ, sed in comparatione eius non faciunt. Denique tantum interest, vt quasi singulariter Propheta dicat ad eum: Tu es Deus, qui facis mirabilia. Et itē de eo: Qui facit mirabilia magna solus, Ad sunt Angeli & Archangeli, sed ille germanior nobis, qui non modo adest, sed inest. Quod si dicas posse inesse, & Angelum, non inficior. Me mini scriptum: Et Angelus, qui loquebatur in me. Atqui differentia est in hoc. Inest Angelus suggerens bona, non ingerens: inest hortans ad bonum, non bonum creans. Deus sic inest, vt afficiat, vt infundat, vel potius vt infundatur & participetur: ita vt vnū proinde cum nostro spiritum esse dicere quis non timuerit, & si non vnam personam, vnamve substantiam. Habes enim: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Angelus ergo cum anima, Deus in anima. Ille vt contubernalis animæ inest, Deus vt vita. Itaque sicut anima videt in oculis, audit in auribus, odorat in naribus, in faucibus gustat, tægit in toto reliquo corpore, sic Deus diuersa in diuersis spiritibus operatur, verbi gratia, in alijs amantem se exhibens, in alijs agnoscetem, in alijs alia facientem, sicut vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Quis est iste tam communis in vocibus, tam longe in rebus? Quomodo quem nostris loquimur verbis, in sua reconditus maiestate nostros penitus & aspectus effugit, & affectus? Audi ipsum quid loquatur hominibus: Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltata sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Dicimur amare, & Deus, dicimur nosse, & Deus. Et multa in hunc modum. Sed Deus amat vt caritas, nouit vt veritas, sedet vt æquitas, dominatur vt maiestas, regit vt principium, tuetur vt salus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, assistit vt pietas. Quæ omnia faciunt & Angeli, facimus & nos, sed longe inferiori modo non vtique bono, quod sumus, sed quod par-

Cap. 3. b **Exo. 3. d** **A** **10ā. 8. d** **10ā. 1. d** **10ā. 4. d**

icipamus. Nūc iā transi spiritus istos, si forte cū sponsa dicere possis & tu: Paululum cū pertransissem eos, inueni quē diligit aīa mea. Quis est? Non sane occurrit melius, quā qui est. Hoc ipse de se voluit responderi, hoc docuit, dicente Moyse ad populū, ipso quidem iniungente: **Qui est, misit me ad vos: Merito quidem. Nil competentius aternitati, quā Deus est. Si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quidquid tale de eo dixeris, in hoc verbo instauratur, quod est, est. Nempe hoc est ei esse quod hęc omnia esse. Si & centum talia addas, nō recessisti ab esse. Si ea dixeris, nihil addidisti: si non dixeris, nihil minuisisti. Iam si vidisti hoc tam singulare, tam summum esse, nonne cōparatione huius quidquid hoc non est, iudicas potius non esse quā esse? Quid item Deus? Sine quo nihil est. Tā nihil esse sine ipso, quā nec ipse sine se potest. Ipse sibi, ipse omnibus est. Ac per hoc quodammodo solus est ipse, qui suum ipsius est, & omnium esse. Quid est Deus? Principium. Et hoc ipse de se responsum dedit. Multa in rebus dicuntur principia, sed respectu posteriorum. Alioquin si ad aliquid procedens respicias, ipsum potius principium dabis. Quamobrem si quæras verum simplexque principii, inuenias oportet, quod principium non habuerit. Ex quo vniuersum cepit, ipsum profecto minime cœpit. Nam si cœpit, aliunde cepit necesse est. A se enim cepit nihil. Nisi forte quis putauerit, quod non erat, dare sibi potuisse, vt esse inciperet, aut fuisse aliquid antequam esset. Quod vturque quia ratio non consentit, constat nihil sibi met extitisse principium. Quod vero aliud principium habuit, primum non fuit. Verum ergo principium nequaquam cepit, sed totū ab ipso cepit. Quid est Deus? Cui secula nec accesserunt, nec decesserunt, nec cœteræ tamen. Quid est Deus? Ex quo omnia, per quē omnia, in quo omnia. Ex quo omnia, creabiliter, non seminabilitates. Per quem omnia, ne alium auctorem, atque alii opificem arbitraris. In quo omnia, non quasi in loco, sed quasi in virtute. Ex quo omnia, tamquam vno principio auctore omnium: per quem omnia, ne alterū inducatur, principium artifex. In quo omnia, ne tertium inducatur, locus. Ex quo omnia non de quo, quia nō est mater quæ Deus. Efficiens causa est, non materialis. Frustra Philosophi materiam quæriunt, non eguit**

materia Deus. Non enim omnia nam quæ sunt, non artificem. Ipse per se, in se omnia fecit. Vnde? De nihilo. Nam si ex aliquo fecit, illud non fecit, ac per hoc nec omnia. Absit, vt de sua incorrupta incorruptibiliq. substantia tam multa fecerit, nisi bona, corruptibilia tamen. Quæris si in ipso omnia, ipse vbi? Nihil non minus inuenio. Quis capiat locus? Quæris vbi non sit? Ne hoc quidem dixerim. Quis sine Deo locus? Incomprehensibilis est Deus: sed non parum apprehedisti, si hoc tibi de eo competuit esse, quod nusquam sit qui non claudatur loco, & nusquam tamen non sit, qui nō excluditur loco. Sui autem sublimis atque incomprehensibili modo, sicut omnia in ipso, sic ipse in omnibus est. Denique (sicut ait Euāgelista) in mundo erat. Alias vbi erat antequam mundus fieret, ibi est. Non est quod quæras vltra vbi erat, præter ipsum nihil erat. Ergo in se ipso erat. Quid est Deus? Quo nihil melius cogitari potest. Si approbas, non oportet assentiaris esse aliquid quod Deus sit, & quod Deus non sit. Hoc, n. sine dubio melius. Quomodo nō melius Deo, si Deus nō est, quod dat Deo vt sit? At melius illam diuinitatem, quam dicunt Deum esse, non aliam, quā Deum esse fateor. Non est ergo in Deo nisi Deus. Quis inquit? Negas Deum habere diuinitatem? Non, sed quod habet, hoc est. Negas diuinitatem Deum esse? Non, sed non alia, quā quæ ipse est. Aut si tu alia inuenisti, adiuet me Trinitas Deus, aduersus illam tota me contumacia erigo. Quaternitas orbem determinat, non signat deitatem. Deus Trinitas est, Deus triū singula personarū. Si quartā diuinitate adijcere places, interim ego hanc quæ Deus non est, persuasi mihi minime adorandam. Puto, quod & tu. Nempe Dñm Deum tuum adorabis, & illi soli serues. Gloriosa verō diuinitas, quæ sibi honorem non otiosè arrogat diuinum. At melius quartā hoc omnino reponimus, quā sine honore recipimus. Multa dicuntur esse in Deo, & quid em sane catholiceque, sed multa vnum. Alioquin si dederis plures, non quaternitas habebis, sed ceteritas. Verō causa. Dicimus magni, boni, iusti, & innumera alia: sed nisi omnia vnū in Deo, & cū Deo consideres, habebis multiplicem Deū. Mihi vero nō dicitur, quod cogitē melius eiusmodi Deo tuo, Quæris quid? Mera simplicitas. Vero iudicio, natura simplex multiplici an-

refertur. Sed quod ad id respondere solet. Non multa inquit, sed vnam tantum diuinitatē, quae omnia illa sunt, Deo vt sit, cōferre asserimus. Asseritis ergo et si nō multiplitem, duplicem Deum, & nō ad merū simplex peruenistis, neque ad id, quod melius cogitari nō potest. Tam nō est simplex, quod vel vni fuerit obnoxium formae, quā nec virgo, vel vni cognita virg. Securus loquor, ne is quidem, qui vel duplex est, erit meus. Habeo enim meliorem. Esto, quod hūc numerofero, & multiplici a teponam, sed plane per simpliciter sperno. Meus Deus ipse catholicus est. Tam non habet hoc & illud, quā non hae & illa. Est qui est, non quae est. Purus, simplex, integer perfectus, constās sibi, nihil de temporibus, nihil de locis, nihil de rebus tribens in se, nihil ex se deponens in eis, nō habens quod ad numerum diuidat, non quae colligat ad vnum. Vnū quippe est, sed non vnitum. Non partibus constat, vt corpus; non affectibus distat, vt anima; non formā substat, vt omne quod factū est. Sed neque formā, vt itis visum est. Magna laus videlicet Deo, vt se ab informitate vindicet forma vna esse contentum. Hoc est dicere, cetera pluribus, Deum non nisi vni debere quod est. Quid? Cuius beneficiorum, quae sunt, ipse pro se esse alterius beneficio inclinabit? Laus ista (vt vulgo dicitur) blasphemiam valet. An nō pluris est, nullo indigere, quā vnō? Habe reuerentiam Deo, vt quod pluris est, illi tribuas. Si cor tuum vsque huc ascendere potuit, Deum tuum infra quomodo collocabit? Ipse sibi forma, ipse sibi essentia est. In hoc maxime gradu suspicio illum: & si alter portio appareret, illum potius darem. Nūquid verendum ne cogitatio transuollet illum? Quantuncumque in altum proficiat, vltra est. Infra quod homo cogitare possit, altissimum quaerere ridiculum est; statuere, impium. Vltra, non circa quaerendus est. Ascende si adhuc potes ad cor altius, & exaltabitur Deus. Non est formatus Deus, forma est. Non est affectus Deus, affectio est. Non est compositus Deus, merum simplex est. Et vt liquido noveris, quid simplex dicam, idem quod vnū. Tam simplex Deus, quā vnus est. Est autem vnus, & quomodo aliud vbi. Si uci possit, vniplurimus est. Vnus est scilicet, qd nō sit alter, vna luna, qd aequae altera non sit. Atq; id quidem Deus, sed plus. Quid plus? Vnus est etiam sibi. Et hoc vis tibi declarari: idem est

semper, & vno modo. Non sic vnus sol, nō sic vna luna, clamat vterq; nō esse se vnum sibi. Ille motibus illa & defectibus suis. Deus autem nō modo vnus sibi, & in se vnus est. Nihil in se, nisi se habet. Nō ex tempore alterationē habet, nō substantia alterationem. Hinc de eo Boethius: Hoc vere vnū, in quo *Boeth.* nullus est numerus, nullum in eo aliud praeter id, quod est. Neque enim subiectū fieri potest, forma enim est. Compara huic vni omne, quod vnum dici potest, & vnum non erit, Trinitas est, tamen Deus. Quid ergo? Destruimus quod dictū est de vnitāte, quia inducimus trinitatem? Non, sed statuimus vnitatem. Dicimus Patrem, dicimus Filium, dicimus Spiritum sanctum, non tamen tres Deos, sed vnum. Quid sibi vult iste (vt sic loquar) absque numero numerus? Si tria, quomodo non numerus? Si vnum, vbi numerus? Sed habeo, inquis, quid numerē, & quid nō numerem. Substantia vna est, personae tres sunt. Quid mirum, quid vel obsecrum in hoc? Nihil si personae seorsum à substantia cogitentur. Nunc vero cum tres illae personae illa substantia sint, & illa vna substantia tres illae personae, quis numerum neget? Nam vere tres sunt. Quis numeret tamen? Nam vere vnum sunt. Aut si tu facile explicatu id putas dicendo res, dicitur quid numerasti? Naturas? Vna est. Essentias? Vna est. Substantias? Vna est. Deitates? Vna est. Non hae, sed personas numero, inquis. Quae non sint illa vna natura, illa vna essentia, illa vna substantia, illa vna diuinitas? Catholicus es, minime hoc dabis. Personarum proprietates, nō aliud quā personas, ipsasque non aliud quā vnum Deū, vnam diuinam substantiam, vnam diuinam naturam, vnam diuinam, & suam maiestatem fides catholica conficitur. Numera ergo si potes, aut sine substantia personas, quae ipsae sunt, aut sine personis proprietates, quae ipsae sunt. Aut si diuidere quis conetur, vel personas à substantia, vel proprietates à personis, nescio quomodo Trinitatis se profiteri cultor possit, qui in tantam rem numerositatem excesserit. Dicamus itaque tres, sed non ad prauidicium vnitatis. Dicamus vnum, sed non ad confusionem trinitatis. Neque enim nomina vacua sunt, nec absq; significantia cassa voces. Sabellia nō hoc. Quarit quis quomodo illud, quod catholicum esse dicimus, possit esse? Sufficiat ei tenere sic esse. Atque hoc nō rationi

D. Bernardi de Consideratione

ioni perspicuum, nec tamē opinioni ambiguum, sed fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est, & quidē venerandum, nō scrutandum. Quomodo pluralitas in vnitare, & hac vnitare, aut ipsa in pluralitate? Scrutari hoc temeritas est, credere pietas est, nosse vita, & vita æterna est. Vnde si opere precii cēses ò Eugeni, percurrat nunc consideratio multa vna, quo eminentia huius singularis vnus, fiat euidētiō. Est vnitatis, quæ collectiua potest dici, cum verbi cā multi lapides faciunt acervum vnum. Est & vnitatis constitutiua, cum multa mēbra vnū corpus, vel multæ partes vnum quodcumq; rotum constituunt. Est & coniugatiua, qua fit vt duo iam non duo sint, sed vna caro. Et enī natiua, qua anima & caro vnus nascitur homo. Est vnitatis potestatiua, qua homo virtutis non instabilis, non dissimilis, sed vnus sibi met semper nititur inueniri. Est consentanea, cum per charitatē multis hominū est cor vnū, & anima vna. Est & votiua, cum anima votis omnibus adhærens Deo vnus spūitus est. Est & dignatiua vnitatis, qua limus noster à Dei verbo in vnā assumptus est personam. Verum hac omnia quid ad illud summum, atque (vt ita dicam) vnice vnum, vbi vnitatem consubstantialitas facit? Huic vni quoduis illorum si assimilēs, erit quoquomodo vnum: si compares, nullo. Igitur inter omnia quæ rectē vnum dicuntur, arcem tenet vnitatis Trinitatis, qua tres personæ vna substantia sunt. Secundo loco illa præcellit, qua e conuerso tres substantiæ vna in Christo persona sunt. Porro hæc & quæcumque alia dici vna possunt, summæ illius vnitatis imitatione, non comparatione, vna appellari vera, sobriaq; probat consideratio. Nec abducitur ab hac vnitatis professione, assertione trium, cum in hac trinitate non recipiamus multiplici- tatem, sicut nec solitudinē in vnitare. Quāobrem cum dico vnū, non me trinitatis turbat numerus, qui essentiam non multiplicat, nō variat, nec partit. Rursum cū dico tria, non me arguit intuitus vnitatis, quæ illa quæcumque tria, seu illos tres, nec in confusione cogit, nec in singularitate redigit. Idē me sentire fateor, & de illa vnitare cui secundū ab ista inter cetera vna honorē dedi. Dico in Christo verbū, animā & carnē, sine confusione essentiarum vnam esse personam, & itē absq; præiudicio personalis vnitatis in sua numerositate manere. Nec

negauerim hæc ad illud quoq; genus vnitatis, pertinere, qua anima, & caro vnus est homo. Decuit quippe familiarius similitudine que cum hominis conuenire constitutione, quod pro homine constitutum est sacramentum. Decuit & cum summa quæ in Deo est & Deus est vnitare congruere, vt quomodo ibi tres personæ vna essentia, ita hic conuenientissima quodam cōtrarietate tres essentia sint vna persona. Videsne pulchre inter ytramq; vnitatem hanc collocari, in eo vtique qui cōstitutus est mediator Dei, hominisq; homo Christus Iesus? Pulcherrima, in quā, conuenientia, vt salutare sacramentū cōgrua quadā similitudine ambobus respondet, & saluanti videlicet & saluato. Ita hæc vnitatis duarū consistens media vnitatum, alteri succūbere, alteri præiudicare cognoscitur, quantū superiore inferior, tantū inferiore superior. Tantam deniq; tamque expressā vnionis vim in se præfert ea persona in qua Deus & homo vnus est Christus, vt si duo illa de se inuicē prædicēs, nō erraueris, Deum videlicet hominē, & hominem Deum vere catholiceq; pronuncians. Nō autem similiter, vel carnem de anima, vel animam de carne, nisi absurdissime prædicās, etsi similiter anima, & caro vnus sit homo. Nec mirum si non æquopotis anima sit sua illa vitali, etsi non parum valida intentione cōnectere, atq; suis affectib; astringere sibi carnē, vt sibi diuinitas hominē illum qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Longa catena & fortis ad stringendū, diuina prædestinatio: ab æterno est enim. Quid longius æternitate? Quid diuinitate potentius? Inde est quod nec morte incidente vlatenus interdicti hæc vnitatis potuit, etsi carne & anima ab inuicem separatis. Et fortassis hoc sensit ille, qui se indignum professus est soluere corrigiam calceamenti huius. Sed & illa tria fata de euāgelico mixta, & firmata in panem vnum, si quis ad hæc tria dixerit pertinere, non incongrue id mihi facere videbitur. Quam bene ea mulier fermētavit, vt nec diuisione quidē facta carnis & anime in carne vel anima verbū diuidetur? Mansit & in separatione inseparabilis vnitatis. Nec enim quæ ex parte contigit separatio, potuit vnitati, præscribere, permanenti in tot tribus. Siue coniunctis, siue disunctis de lobus, nihilominus perseuerauit in tribus vnitatis personalis. Atq; vnus Christus, vnaque persona, verbū, anima, & caro

Modi vnus no- nem.

H

I
1. Tim.
2. b

Mar. 1. a
Matth.
13 d

K

aro, etiam mortuo homine perdurauit. In
 uero uirginis (ut scuitio ego) cōmixtio hæc
 & fermentatio facta est, & ipsa mulier, quæ
 miscuit, & fermentauit. Nam fermentum non
 in uero facta esse dixerim fidē Mariæ: Plā-
 ne beata, quæ credidit, quoniam perfectā sunt
 in ea, quæ dicta sunt ei a Domino. Perfectā
 autem non essent, si quo minus iuxta verbū
 Domini esset fermentatū & totū, & perpe-
 tuo fermentatū seruauit nobis tam in mor-
 te, quā in uita pariter vnum, atque inte-
 grum mediator ē, Dei, & hominum cum su-
 peritate hominē Iesum Christū. Aduertere
 est in hoc admirabili sacramento iuxta nu-
 merū satorum, uiræ, & decētissimā distri-
 ctionis gradus, Nouū, antiquum, æternum.
 Nouum, animam, quæ de nihilo tunc creata
 creditur, cum infusa. Antiquū, carnem, quæ
 a primo uique hominum (id est ex Adā) tra-
 ducta cognoscitur. Æternum, verbū, quod
 ab æterno patre cōæternum illi, genitū, in-
 dubitata ueritate asseritur. Et in his triplex
 (si diligenter aduertas) diuinæ potētiae genus
 quod factum sit de nihilo aliquid, de vetu-
 sto nouum, æternum, beatumq. de damna-
 to & mortuo. Quid hoc ad nostram salutē?
 Multum per omnem modum. Primū quidē
 quod peccato redacti in nihilū, per hoc quo
 dāmodo iterato creati sumus, ut simus ini-
 tium aliquod creaturæ eius. Deinde quod
 ex uetusta seruitute in libertatem filiorum
 Dei translati, in nouitate spiritus ambulantes.
 Postremo quod de potestate tenebrarū vo-
 cati ad regnum claritatis æternæ, in quo
 & considerare nos fecit in Christo. Alieni sit
 à nobis qui Christi à nobis carnem aliena-
 re conantur, nouam creatam in uirgine, &
 non de uirgine sumptam, impie asserentes.
 Pulchrè propheticus spiritus longe ante oc-
 currit huic sententiæ, imo blasphemis im-
 piorum: Egredietur, inquiens, uirga de ra-
 dice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Di-
 xisse poterat, & flos de radice, sed maluit, de
 radice, ut uide uirgam, inde florem duxisse
 originem demonstraret. Inde igitur sum-
 pta caro, unde orta uirgo, nec noua in uir-
 gine, quæ prodit ex radice. Forte substo-
 macharis, si agnouerimus quæserere quid
 hoc uerbum quia toties iam quæsitum est,
 tum quia diffidis inuentum iri. Dico tibi pa-
 ter Augustinus, solus est Deus, quæ frustra num-
 quam queri potest, nec cum inueniri non
 potest. Docet te de hoc experimentum
 tuum, ut si non experto crederito, non rui-

his, sed sancto qui ait: Bonis es Domine spe
 rantibus in te, anime quærenti te. Quid
 ergo est Deus? Quod ad uniuersum spe-
 dit, finis. Quod ad electionem, salus. Quod
 ad se, ipse nouit. Quid est Deus? Voluntas
 omnipotens, beneuolentissima uirtus, lu-
 men æternum, incommutabilis ratio, sum-
 ma beatitudo, creans mentes ad se partici-
 pandum, uiuificans ad sentiendum, afficiens
 ad appetendum, dilatans ad capiendum, ius-
 tificans ad promerendum, accedens ad zelum,
 fecundans ad fructum, dirigens ad æ-
 quitatem, formans ad beneuolentiā, mode-
 rans ad sapientiam, robotans ad uirtutem,
 uisitans ad consolationem, illuminans ad
 cognitionem, perpetuus ad immortalita-
 tē, implens ad felicitatem, circūdans ad se-
 curitatem, Quid est Deus? Non minus pœ-
 na peruerforum, quā humiliū gloria. Est
 enim rationabilis quædam æquitas, dire-
 ctio inconuertibilis atque indeclinabilis,
 quippe attingens ubique, cui illa omnis
 prauitas, conturbetur necesse est. Quidni
 in hanc omne tumidum vel distortum im-
 pingat, & conquassetur? Væ uniuerso quod
 obuium forte offenderit, cedere nescia re-
 ctitudo. Nam & fortitudo est. Quid inquis
 uoluntatibus tam contrarium, & aduersum
 quā semper conari, impingere semper, &
 frustra? Væ oppositis uoluntatibus, solam
 suæ profecto auersionis referētibus pœnam
 Quid tam pœnale, quā semper uelle quod
 numquam erit, & semper nolle quod num-
 quam non erit? Quid tam damnatum, quā
 uoluntas addicta huic necessitati uolēdi no-
 lendiq. ut ad utrumlibet iam sicut non nisi
 peruerse, ita non nisi misere moueatur? In
 æternum non obtinebit quod uult, & quod
 non uult, in æternum nihilominus sustine-
 bit. Digne omnino, ut qui ad nihil afficitur
 unquam quod deceat, ad nil unquam quod
 libeat, euadat. Quid hoc facit? Rectus Do-
 minus Deus noster, qui & cū peruerso per-
 uertitur. Numquam recto, prauoq. conue-
 niat. Hæc enim sibi inuicē aduersantur, etsi
 non inuicem lædāt. Læso alterius est, absit
 ut Dei. Durum tibi est, inquit, contra stimu-
 lū calcitrare: hoc est, non stimulo durū, sed
 calcitranti. Est & turpium pœna Deus. Lux
 est enim. Et quid tam inuisum obscœnis,
 flagitiosisq. mentibus? Profecto omnis, qui
 male agit, odit lucem. Sed dico: Numquid
 non perierunt declinare? Minime omnino.
 Lux est ubique, etsi non omnibus. Denique

in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. Videt tenebras lux, cui hoc est videre, quod lucere, sed non vicissim à tenebris ipsa videtur, quia tenebræ eam non comprehendunt. Et videntur ergo vt confundantur, & non vident ne consolentur. Nec modo à luce, & in luce videntur. A quo vel à quibus? Ab omni vidente, vt pro multitudine intuentium sit confusio multa. At nullus de tanta numerositate spectantium molestior oculo, suo cuiusq;. Non est aspectus siue in cælo, siue in terra, quem tenebrosa conscientia suffugere magis velit, minus possit. Non latent tenebræ, vel seipsas. Se vident, quæ aliud non vident. Opera tenebrarum sequuntur illas, nec est quo se abscondant ab illis, ne in tenebris, quidem.

Hic est vermis, qui non moritur, memoria præteritorum. Semel iniectus, vel potius in natus per peccatū, hæsit firmiter, nequaquā demorsus auellendus. Nec cessat rodere conscientiam, eaque passus, esca vtique inconsumptibili, perpetuat vitam. Horreo vermen mordacem, & mortem viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuētis, & vitæ morientis. Hæc est secūda mors, quæ numquā

Luc. 23. d proccidit, sed semper occidit. Quis det illis semel mori, vt non moriatur in æternū? Qui dicunt montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos: quid nisi mortem mortis beneficio, aut finire, aut euadere volunt. Denique inuocabunt mortē, ait, & non veniet. Intuere id clarius. Constat immortalē animam esse, nec aliquando absque sua memoria viuere, ne non animā aliquando esse contingat. Itaque durāte anima, durat & memoria. Sed qualis? Fœda flagitijs, horrida facinoribus, vanitate tumida, contemptu hispida, & neglecta. Quæ priora, trāsierunt, & non transierunt. Transierunt à manu, sed non à mente. Quod factum est, factum nō esse non potest. Proinde & si facere in tempore fuit, sed fecisse in sempiternū manet. Non transibit eum tempore, quod tempora transit. In æternum ergo necesse est cruciet, quod peperam te egisse in æternum memineras. Experiri erit hoc veritatē vocis illius: Arguam te, & stantiam contra faciem tuam. Dominus locutus est, cui omne aduersum, & sibi aduersari necesse est, vt sit scra querela: O custos hominum, quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi grauis? Ita est, d' Engen non potest Deo esse contrarium quid, & in met

Apoc. 9. c

Pf. 49. d

Iob. 7. d

coherere, sed arguetur à Deo, arguetur & a seipso. Non est sane iam tunc, quod veritatem dissimulet ratio, aut rationis intuitum anima declinet mēbris, & in se corporeis, & in sese collecta. Quæ, n. id valeat sopitis, conclusisque in morte sensibus, per quos vtique, curiosius exire, & ascire solebat in eam, quæ præterit mundi illius figuram? Vides turpibus nihil deesse ad confusionē, cū producentur spectaculū fieri Deo, Angelis, hominibus, sibi ipsis? O quam male mali omnes locati sūt, vtique oppositi tonitru hic directæ aqutatis, & huic lumini propalatae veritatis expositi. Nonne hoc est perpetuo tundi, perpetuoq; confundi Duplici contritione, aut ille cōtere eos Dñe Deus noster. Quid est Deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quid inquit: Teneamus te quaternitatis, (quæ abominatus es) profectorem? Minime: Abominatus sum, & abominor. Visus sum protulisse plura, sed vnū est. Vnus Deus signatus est pro captu nostro, non pro suo statu. Diuisus est hic, non ille, voces diuersæ, semitæ multæ, sed vnū per eas significatur, vnus quaeritur. Nō diuisiones substantiæ, in quaternario illo expressæ sunt, nō dimēssiones quales in corporibus intuemur, nō distinctio personalis, quale in trinitate adoramus, non numerus proprietatum, qualem personis ipsis inesse fatemur, etsi non aliud à personis. Alioquin hoc singulū horum video, quod quatuor simul hæc quatuor ipsa quod singulū est. Nobis aut quia non possumus cū Dño simplicitate contendere, dū cōtendimus apprehendere vnū, occurrit veluti quadruplicatū. Facit hoc spectulum, & ænigma, per quod solū interim videre datur. Cum aut videbimus facie ad facie, videbimus fieri est. Nec enim iā tunc fragilis facies mentis nostræ quātūlibet vehemēter intendens, aliquatenus resiliet, dissiliet in suā pluralitatem. Colliget se magis, adunabit, conformabitq; unitati illius, vel potius unitati illi, vt vna vnā facies respondeat faciei. Ne spe similes ei ei mus quia videbimus, quod vni est. Beata vna, ad quam merito suspirabat, qui ait. Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Et quia adhuc in querendo res est, interim ad edamus quadrangam istam, vt poterit in summi, & imbecilles indigentes tali vehiculo. Ascendamus si forte vel sic apprehendamus in quo apprehensi sumus: id est, huius illius vehiculi rationem. Nam hoc

1er. 17. d

1. Tom.

3. a

Pf. 26. c

ma contemplatio est, admiratio maiestatis. Hac requirit cor purgatum, vt à vitijs liberum, atque exoneratum peccatis, facile ad superna leuet, interdum quoque, vel per aliquas morulas stupore, & extasi suspensum teneat admirantem. Secunda autem necessaria est huic. Est enim intuens iudicia Dei. Quo sane pauido aspectu dum vehementius concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, inicit ad sapientiam, humilitatem sequat. Virtutum siquidem bonum quoddam, ac stabile fundamentum humilitas. Nempe si nutet illa virtutum aggregatio, non nisi ruina est. Tertia contemplatio occupatur, vel potius ociatur circa memoriam beneficiorum, & ne dimittat ingratum, sollicita memorantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit propheta loquens ad Dominum: Memoriam

abundantia gratiarum tuarum erudabunt. Erudatio, gratiarum actio est. Quarta qua retro sunt obliuiscuntur, in solo requiescit expectatione promissorum, que cum sit meditatio eternitatis, siquidem quas promittuntur, eterna sunt, longanimitatem alit, & persecutiorum dat vigorem. Puto iam facile est quattuor nostra hæc, quattuor illis Apostoli assignare, dum longuitudinem comprehendit meditatio promissorum, laetitudinem recordatio beneficiorum, sublimitatem contemplatio maiestatis, profundum inspectio iudiciorum. Querendus ad huc fuerat, qui nec satis adhuc inuentus est, nec queri nimis potest, at orando forte, quam disputando dignius queritur, & inuenitur facilius. Proinde is sit finis libri, sed non finis attendi.

Df. 44.6

Finit liber beati Bernardi de Consideratione ad Eugenium Papam in quinque partiales diuisus.

RIVI BERNARDI ABBATIS IN TRACTATVM DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.

PROLOGVS.



Domino Vuillelmo Abbati Sancti Theodorici, frater Bern... *Opusculum de gratia, & libero arbitrio, quod illa, qua scitis, occasione nuper eadem gratia adiuvante peregi, ut potui. Vereor autem ne aut grana minus digne locutus inueniar, aut pertractata pluribus superfluo retraxiss...*
Proinde legitur illud primus, & si iudicatis, solus, ne si proferatur in m...
scripseris publicetur eueritas, quam lectoris adificetur caritas. Quod si palam baueritis, tunc si quid obscurius dictum aduerteritis, quod in re obscura sermata pingua breuiat edici planius potuiss...
Eccl. 2. aut tibi resignare emendandum, si fraudare non uultis promissione illa sapientis, qua ait. Qui occidunt me, vitam eternam habebunt.

TRACTATVS DE GRATIA, ET LIBERO ARBITRIO.



Doquente me coram aliquando, & Dei in me gratiam commendante, quod scilicet ab ipsa me in bono, & prauentum agnoscerē, & prochi sentirem, & sperarem perficiendum, quid

rit. Porro duo mihi sunt necessaria, doceri ac iuari. Tu quidem homo recte consulis ignorantia, sed (si verum sentit Apostolus) Spiritus adiuvat infirmitatem nostrā. Imo *Rom. 8. c* vero, qui mihi per os tuum ministrat consilium, ipse mihi necesse est ministret per spiritum suum adiutorium, quo valeam implere, quod consulis. Ecce enim iam ex eius munere velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Sed nec aliquando me inuenturum cōfido, nisi qui dedit velle, det & perficere pro bona voluntate. Vbi ergo, ait, sunt merita nostra, aut vbi est spes nostra? Audi inquam. Nō ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. *Phil. 2. b Tit. 3. b* Quid enim. Tu forte putaueris tua te creasse merita, tua posse saluari iustitia, qui nec saltem dominū Iesum dicere potes nisi in Spiritu sancto? Itane oblitus es quis dixerit: Sine me nihil potestis facere? Et neque currentis, neque volentis, sed Dei miserentis est. *Io. 15. a* Quid igitur agitis, liberum arbitrium? Breuiter respondeo. *1. Cor. 12. a* Saluat. Tolle liberum arbitriū, non erit quod saluetur. Tolle gratiam, non erit vnde saluetur. Orus hoc sine duobus effici non potest, vno in quo fit; altero cui, vel in quo fit. Deus auctor est salutis, liberum arbitrium tantum capax, nec dare illam nisi Deus, nec capere valet nisi liberum arbitrium. Quod

tu ergo (ait vnus ex circumstantibus) operaris, aut quid mercedis speras: vel praemij, si totum facis Deus? Quid enim inquam, tu consulis? Inquit, gloriam Deo, qui gratis te praeuenit, excitauit, iniauit, & viue digne de cetero, quo te probes, & percipis beneficijs non ingratus, & percipendis idoneus. Et ego: Bonum inquam, consilium das, sed & si desideris posse teneri. Siquidem non est eiusdem facilitatis scire quid facias, & si fac te, quoniam & diuersa sunt pro ducatur, te scillo praeparat. Bonum autem generale ex se ostendit viam, praebet *1. d* no scilicet Deo remuneranti, quod illi ministerio secundum quod uiuet, & aliud quod praestat. Ita nec quis doctor statione boni quodumque docue-

Ioan. 9. c

Phil. 2. b Tit. 3. b

Io. 15. a

1. Cor. 12. a

1. d

Cap. D.

T 3 ergo

ergo à solo Deo, & soli datur libero arbitrio; tam absque consensu esse non potest accipientis, quam absque gratia dantis. Et ita gratia operanti salutem, cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit, hoc est dum saluatur. Consentire enim salutare est: Proinde pecoris spiritus salutem huiusmodi minime capit, eo quod illi voluntas consensus desit, quo saluanti videlicet Deo placide obtemperet, siue iubeti acquiescedo, siue pollicenti crededo, siue reddenti gratias agendo. Enimvero aliud voluntarius consensus, aliud naturalis appetitus. Posterior quorum consensus communis est cum irrationabilibus, nec valet consentire spiritus, carnis irretitus illecebris. Et fortassis ipse est, qui alto nomine ab apostolo sapientia carnis appellatur, ubi ait: Sapientia carnis inimica est Deo: Regi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Hunc ego (vt dixi) communem habentes cum bestiis, consensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi, liber sui. Si quidem non cogitur, non extorquetur. Est quippe voluntatis, non necessitatis. Nec negat se, nec præbet cuiquam, nisi ex voluntate. Alioquin si compelli valet inuitus, violentus est, non voluntarius. Vbi autem voluntas non est, nec consensus. Non enim est consensus, nisi voluntarius. Vbi ergo consensus, ibi voluntas. Porro ubi voluntas, ibi libertas. Et hoc est quod dici puto liberum arbitrium. Sed vt manifestius fiat, quod dicitur, & competentius ad id, quod volumus, veniamus, paulo altius æstimo repetendum. In rebus naturalibus non idem est vita quod sensus, non sensus quod appetitus, nec illud quod consensus. Quod ex singulorum definitionibus clarius elucebit. Est enim in quolibet corpore vita, internus, ac naturalis motus, vicens tantum intrinsecus. Sensus verò vitalis in corpore motus, vicens & extrinsecus. Appetitus autem, naturalis vis in animante, mouendis auidè sensibus attributa. Verum consensus, nutus est voluntatis spontaneus, vel certè (quod superius dixisse memini) habitus animi, liber sui. Porro voluntas est motus rationalis, & sensui præsidens & appetitui.

Habet sanè quocumque se voluerit semper rationem comitem, & quædam modo pedissequam, non quod semper ex ratione, sed quod nunquam absque ratione moueatur, ita vt multa faciat per ipsam, contra ipsam, hoc est, quasi per eius ministerium, cõ-

tra eius consensum sic iudicium. Vnde et illud: Prudentiores sunt filij huius sæculi, quibus lucis in generatione ista. Et rursum: Sapientes sunt vt faciant mala. Et Hieronimus: Prudentia seu sapientia inesse creaturæ potest, vel à malo, nisi vtique, per rationem. Est verò ratio data voluntati, vt instruat, illam, non destruat. Destruere autem, si necessitati civiliam imponeret, quo minus libere pro arbitrio sese volueret, siue in malum consentiens appetitui, aut nequam spiritui, vt sit antipathia, non recipiens, vel certe & peruersa, quæ sunt spiritus Dei siue ad bonum gratiam sequens, & fiat ipsiualis, quæ omnia diiudicans ipsa minime iudicetur. Sed quæ horum quodlibet prohibente ratione voluntas non possit, voluntas iam non esset. Vbi quippe necessitas, iam non voluntas.

Quod si ex necessitate, & absque consensu propria voluntatis mala, bonæ voluntati possent, rationalis creatura, aut miser a profecto esse non posset, cui nimirum in vniuersis parte id deceret quod solum in ea materia, siue beatitudinis capax est, id est voluntas. Cetera siquidè quæ supra memorata sunt, vita, sensus, vel appetitus, nec miserum per se faciunt, nec beatum. Alioquin & arbores ex vita, & pecudes etiam ex reliquis duobus, vel miseræ possent esse obnoxie, vel idoneæ beatitudini, quod omnino impossibile est. Cõmunè itaque, habentes vitam quidè cum arboribus: sensum verò & appetitum, & æquè vitam cum pecoribus, id quod dicitur voluntas, nos ab vtrisque discernit. Cuius voluntatis consensus (vtique voluntarius, non necessarius) dum, aut utos præbat, aut iniustos, etiam merito beatos facit, vel miseros. Is ergo talis consensus ob voluntatis inamissibilem libertatem, & rationis quod semper secum portat, & vbiq; indeclinabile iudicium, non incongrue dicitur (vt arbitror) liberum arbitrium, ipse liber sui propter voluntatem, ipse iudex sui, propter rationem. Et merito libertatè confertur iudicium quoniam quædam quod liberum sui est, profecto vbi peccat, vbi se iudicat. Est autem iudicium, quia in potestati profecto si peccat, patitur quod nolit, si se desinit, si se velit. Ceterum quod tuum da erit. Vbi enim cogitatur, quod pacto libertas. Non dico malum iniquitatur? Excuse. Non dico necessitas. Porro vbi necesse non est, vbi libertas non est.

hoc nec iudicium. Ex parte autem per omnia
 finali peccato, quod si aliam constat habe-
 re rationem, quod scilicet quid hanc habe-
 re voluntatem contentis libertatem, procul-
 dubio & merito, caret & iudicio. Proinde vi-
 tute, scilicet, quæ sunt hominis, præter solam vo-
 luntatem: ut utroque libera sunt, quia sui li-
 bera non sunt. Vita, sensus, appetitus, me-
 moria, ingenium, & si qua talia sunt, eo ip-
 so subiacent necessitati, quæ non pane sub-
 dita sunt voluntati. Ipsam vero quæ impos-
 sibile est de se ipsa sibi non obedire (nemo
 quippe aut non vult quod vult, aut vult
 quod non vult) etiam impossibile est sua
 præteriri libertate. Potest quidem mutari vo-
 luntas, sed non nisi in aliam voluntatem, ut
 namquam amittat libertatem. Tam ergo
 non potest priuari illa, quam nec seipsa. Si
 potest homo aliquando, aut nihil omnino
 velle, aut velle aliquid, & non voluntate, po-
 terit & carere libertate voluntas. Hinc est
 quod in fanis vel infantibus, itemque dor-
 mientibus, nihil quod faciunt, vel bonum,
 vel malum imputatur, quia nimirum sicut
 suæ non sunt compotes rationis, sic nec vi-
 sum retinent propriæ voluntatis, ac per hoc
 nec iudicium libertatis.

Cum igitur voluntas nil liberam habeat
 nisi se merito non iudicatur nisi ex se. Siqui-
 dem nec tardum ingenium, nec labilis me-
 moria, nec inquietus appetitus, nec sensus
 obesus, nec vita languens, reum per se sta-
 tuunt hominem, sicut nec contraria inno-
 centem, & hoc non ob aliud, nisi quia hæc
 necessarie, ac præter voluntatem posse pro-
 venire probantur. Sola ergo voluntas, quo-
 niã pro sui ingenita libertate, aut dissentire
 sibi, aut præter se in aliquo consentire nulla
 vi, nulla cogitur necessitate: non immerito
 iustam vel iniustam, beatitudinem seu miseriam
 dignam, ac capax creaturam constituit,
 prout scilicet iustitiam, iniustitiam, ve consense-
 rit. Quapropter huiusmodi voluntarium, li-
 berumque, consensum, ex quo & origine sui (ex
 hoc quæ prædicta sunt) constat pendere iudi-
 cium: puto non incongrue ut supra definiui-
 mus, esse quod dicitur liberum arbitrium ap-
 pellat, ut liberum referatur ad voluntatem
 arbitriam ad rationem. Sed si hæc liberum,
 non illa libertate de qua dicit Apostolus:
 Vbi spiritus Dñi, ibi libertas. Et capax illa li-
 bertas, ut patet, non est, quæ dicitur in
 Rom. 8. dicitur, ut liberi sitis iustitiam. Nunc
 iudicium, autem, non est, quod dicitur in
 peccato, quæ autem, facti

Deo: habetis fructum vestrum in sanctifica-
 tionem: finem vero vitam æternam. Quis
 vero in carne peccati à peccato sibi merito
 vincat libertatem? Hac ergo libertate merito
 nequaquam dictum arbitror liberum arbi-
 trium. Est ite libertas à miseria, de qua idem
 Apostolus: Et ipsa, inquit, creatura libera-
 bitur à servitute corruptionis, in libertatem
 gloriæ filiorum Dei. Sed numquid & istam
 sibi quispiam in hac mortalitate præsumit?
 Hac itaque liberum nominari arbitrium,
 non immerito abnuimus. Est vero quæ ma-
 gis ei congruet arbitror libertatem, quam
 dicere possumus à necessitate, eo quod ne-
 cessarium voluntario contrariū esse videat-
 ur. Siquidem quod ex necessitate fit, non
 iam ex voluntate, & è conuerso similiter.
 Cum igitur prout interim potuit occur-
 re nobis, triplex sit nobis proposita liber-
 tas, à peccato, à miseria, à necessitate: hanc
 ultimo loco positam contulit nobis con-
 ditione natura, in primam restauramur à
 gratia, media nobis reseruatur in patria.
 Dicitur igitur prima libertas natura, secun-
 da gratiæ, tertia vitæ, vel gloriæ.

Primo nempe in liberam voluntatem,
 ac voluntariam libertatem conditi sumus
 nobis Deo creatura. Secunda reforma-
 mur in innocentiam, noua in Christo crea-
 tura. Tertio sublimamur in gloriam, perfe-
 cta in spiritu creatura. Prima ergo libertas
 habet multum honoris, secunda plurimum
 etiam virtutis, nouissima cumulum iucun-
 ditatis. Ea prima quippe præstamus ceteris
 animantibus: in secunda, carnem: per ter-
 tiam mortem subijcimus. Vel certe sicut in
 prima subiecit Deus sub pedibus nostris o-
 ues, & boues, & pecora campi: & ita quo-
 que per secundam spirituales bestias hu-
 ius aeris (de quibus dicitur: Ne tradas be-
 stiis animas consententes tibi) prosternit æ-
 que, & conterit sub pedibus nostris, in vl-
 tima tandem nos ipsos nobis plenius sub-
 missurus per victoriam corruptionis, &
 mortis, quando scilicet nouissima destruc-
 tur mors, & nos transibimus in libertatem
 gloriæ filiorum Dei. Qua libertate Chri-
 stus nos liberabit, cum nos utique tradet
 regnum Deo, & patri. De hac enim &
 item de illa, quam diximus à peccato, puto
 quod Iudeis aiebat: Si vos filius liberaue-
 rit, vere liberi eritis. Liberum arbitrium li-
 bertate indigere significabat, sed plañe qui
 illud liberaret non à necessitate, quam vo-
 luntatis

Rom. 8. d

E

Ps. 73. d

Ioan. 8. e

luntatis esse penitus non nouerat, sed à peccato, in quod tam libere, quam voluntarie corruerat, simulq. à pena peccati, quam incautū incurrerat, inuitumque ferebat, quo utroque malo liberari omnino nō poterat, nisi per illum, qui solus hominum factus est
Ps. 87. *a* inter mortuos liber, liber uidelicet à peccato inter peccatores. Solus namque inter filios Adam libertatem sibi vindicata à peccato, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Porro, & à miseria, quæ est pena peccati, habuit nihilominus libertatem, sed potentia, non necessitate. Nemo quippe tollebat a peccato eius ab eo, sed ipse ponebat eam. Deniq. teste Propheta: Oblatus est, quia ipse uoluit: sicut & cum uoluit natus ex muliere, factus sub lege: ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Fuit itaque & ipse sub lege miseris, sed fuit quia uoluit, ut liber inter miseros, & peccatores utrumque iugum æternis à ceruicibus excuteret. Habuit itaque totas tres libertates, primam ex humana simul, & diuina natura, reliquas ex diuina potentia. Quarum duas posteriores utrum & primus homo in paradiso habuerit, vel quomodo, & quatenus eas habuerit, postea uidebimus. Hoc autem indubitanter sciendum, utramque plenam, ac perfectam perfectis inesse animabus carne solutis, cum Deo pariter, & Christo eius, atque Angelis supercaelestibus. Nā sanctis aiabus est necesse corpora receperunt, & deest quidem de gloria, sed nihil prorsus inest de miseria. Verum libertas à necessitate, æque, & indifferenter Deo, yniuersaq. tam malæ, quam bonæ rationali conuenit creaturæ. Nec peccato, nec miseria amittitur, vel minuitur, nec maior in iusto est, quam in peccatore, nec plenior in Angelo, quam in homine. Quomodo namq. ad bonā conuersos per gratiam humanæ uoluntatis consensus, eo libere bonū, & in bono liberū hominem facit, quo uoluntarius efficitur, non inuitus pertrahitur: sic sponte deuolutus in malum, in malo nihilominus tam liberū, quā spontaneum constituit sua utriusque uoluntate ductum, non aliunde coactum ut malus sit. Et sicut celestis Angelus, aut etiā De⁹ ipse permanet libere bonus, propria uidelicet uoluntate, non aliqua extrinseca necessitate: sic profecto diabolus æque libere in malum & corrumpit, & persistit: suo utriusque uoluntario nutu, nō alieno impulsu. Manet ergo libertas uoluntatis, ubi etiā sit captiuitas, nō

tam plena, uel in utralis, quam & in bonis, sed in bonis oratione. Tam inter, quoque pro suo modo in creatura, quam in creator, sed in illo potentior. Quod autem homines solent conqueri, & dicere: uolo habere bonam uoluntatem, & non possum nequaquam huic præscribere uoluntatem liberari, ut quasi uim aut necessitatem in parte patiatur uoluntas, sed plane illa libertate, qua dicitur à peccato, se carere restantur. Nam qui uult habere bonam uoluntatem, probat se habere uoluntatem. Non enim uult habere bonam, nisi per uoluntatem. Quod si uoluntatem, & libertatem, à libertate à necessitate, non à peccato. Nam ut non ualeat cum uelit habere bonam, sentit quidē sibi deesse libertatem, sed profecto libertatem à peccato, quo utique delectet premi, non periri uoluntatem. Nam quam iam proculdubio utcumque bonam habet, ubi habere uult. Bonum quippe est quod uult. Nec posse bonum uelle, nisi bona uoluntate: sicut nec uelle malum, nisi mala uoluntate. Cum bonum uolumus, bona est uoluntas: cum malum, mala uoluntas. Utrobique uoluntas, & ubique libertas; cedit siquidem uoluntati necessitas. Cum autem non ualeamus quod uolumus, sentimus quidem ipsam quodammodo libertatem peccato esse captiuam, uel miserā, non tamen amissam. Ex hac ergo tantum libertate, quæ liberum est uoluntati seipsam iudicare, uel bonam, si bono: uel malam, si malo confenserit, quippe quæ in neutro nisi certe uolendo consentire se sentit liberum arbitrium credimus nominari. Nam ex illa quæ dicitur à peccato, congruentius forsitan liberum consilium, & item ex illa, quæ dicta est à miseria, liberum potius complacitum posset dici, quam liberum arbitrium. Arbitriū quippe iudicium est. Sicut uero iudicij est discernere quod liceat, & quod nō liceat, sic profecto consilij probare quod expediat, uel non expediat: sic complaciti quoque expectari quod libeat, uel non libeat. Utinam tam libere nobis consuleremus, quam libere de uobis iudicemus, ut quæ in modum libere per iudicium licita, licite que decernimus, ita per consilium & licite tamquam commoda nobis eligere, & illicita tamquam noxia respue, & liberum haberemus. Iam nō non solum liberi arbitrij, sed & liberi consilij, proculdubio consilij, ac per hoc liberi complaciti esse mus. Sed quid

dem despiciis. Similiter ymbra non quaerit nisi æstiuans. Solem non curat nisi algēs, siue caligans. Alioquin nihil horum libebit, si non præcesserit vrgens necessitas. Quæ si perfectè tollatur è rebus: statim in tædium atque molestiam conuertetur ipsa quoque, quæ videtur in his esse iucunditas. Fatèdum igitur, & in hac parte, omne quod præsentis vitæ est, occupare miseriam: nisi, quod in tribulationibus continuus grauiorum leuiores vtique sunt qualescumque consolationes: & dum forte pro tempore, ac rerum euentibus vicissim sibi grauias, leuiasque succedunt, minorum experientia, aliqua miserie videtur interpolatio, vt dum aliquando post experta plura grauiissima in minus forte molesta euaditur, felicitas putetur. An tamen fatendum est eos, qui per excessum contemplationis rapiti quandoque in spiritu quantumcumque de superne felicitatis dulcedine degustare sufficiunt, toties esse liberos à miseria, quoties sic excedunt? Hi plane (quod negandum non est) etiam in hac carne (raro licet sapimus) complaciti libertate fruuntur: quicquid Maria optimam partem elegerunt, quæ nõ auferretur ab eis. Qui autem iam tenent, quod auferendū nõ est, experiuntur vtique, quod futurū est. Sed quod futurum est, felicitas est. Porro felicitas, & miseria eodè tempore simul esse non possunt. Quoties igitur per spiritū illā participant, toties istam nõ sentiunt. Itaque in hac vita soli contemplatiui possunt vtrumque frui libertate complaciti, & hoc ex parte, & parte satis modica, viceque rarissima. Porro libertate consilij fruuntur etiam quilibet iusti: ex parte quidem, sed nõ modica. Ceterum libertas arbitrij (vt supra liquido apparuit) cūctis pariter ratione vtētibus cõuenit: non minor quantum in se est in maioribus, quā in bonis: tã plena in hoc sæculo, quā & in futuro. Sed & hoc aperte monstratum esse puto, quod hæc ipsa tamen libertas tam diu quodammodo captiua tenetur, quā iuuillam duæ aliæ libertates minimè, aut minus plene comitatur: nec aliunde noster ille defectus venit, de quo Apostolus. Vt non quæcumque vultis, ait, illa faciatis. Velle siquidem inest nobis ex libero arbitrio, non etiam posse quod volumus. Non dico velle bonum, aut velle malum, sed tantum velle. Velle etenim bonum, profectus est: velle malum, defectus. Velle vero simpliciter ipsum est, quod vel proficit, vel deficit. Porro

ipsum vt esse gratia fecit. Vt proficiat, saluans gratia facit. Vt deficiat, ipsum se deijcit. Itaque verum arbitrium nos facit volentes gratia boni. Quod si nobis est velle, ex ipsa boni valle. Quod admodum namque aliud est timere simpliciter, aliud timere Deum: & aliud amare simpliciter, aliud est amare Deum: quippe timere, & amare simpliciter quidè prolata affectiones: cū ad id tamen autè virtutes significat: ita quoque, aliud est velle, aliud velle bonum. Simples nēpe affectiones habent naturaliter nobis, tãquam ex nobis, ad instrumenta ex gratia. Nēc aliud profecto est nisi quod gratia ordinat, quas donauit creaturæ, vt nil aliud sint virtutes nisi ordinatæ affectiones. Scriptū est de quibusdam, quod illic trepidassent timore, vbi non erat timor. Timor fuit, sed inordinatus. Ordinate illa debebat Dominus in discipulis, cum secretis: Ostendā vobis, quæ timere debeatis. Vt David. Venite, ait, filij, audite me timorem Domini docebo vos. Itē de quibusdam timor arguebat homines, qui dicebat: Ego dixi vobis in hunc mundum, & diluxit homines magis tenebras, quā lucem. Idcirco postulat sponsa in Canticis, dicens: Ordinate in me caritatem. Similiter quoque de inordinata voluntate arguebatur, quibus dicebatur: Nescitis quid petatis. Sed ad lineam redit. Dicitur edocti sunt distortam reducere voluntatem, cum audierunt. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum: Et tunc quidem verbo, sed post modum etiam exemplo voluntatem ordinare docebat, cum orans in instante passione, vt transferretur ab eo calix, statim subiecit: Verum tamen non quæ ego volo, sed quod tu vis. A Deo igitur velle, quomodo & timere, quomodo & amare accepimus in cõditione nature, vt esseamus aliqua creatura. Velle autè bonum, quomodo & timere Deum, quomodo & amare Deum, accipimus in visitatione gratiæ, vt simus Dei creatura. Creati quippe quodammodo nostri in liberam voluntatem, quasi Dei efficiuntur personam voluntatem. Porro bonum facti, quæ gratia fecit, & ad hoc bonum vt simus in quantum quod creaturæ eius, quoniam capax est personæ magis omnino non fuit, quā nostros, vt magis. Non qui voluerunt sui esse, vt que sicut dixi facti bonum & malum: facti sunt non tantum in, sed & ad voluntas nostræ nostræ.

Gal. 3. d

Tit. 2.6 a Dei. Ad hoc pertinet quod dicitur. Non
Mat. 25 uis dominus qui super eius, Nā illis, qui eius
 non sunt, Amabo vobis, inquit, nescio
D vobis. Dum ergo per malam voluntatē di-
 boli, quodammodo in terram nō sumus Dei:
 sicut cum sumus per bonam voluntatē effi-
 ciamur Dei, desinimus iam esse diaboli. (Ne-
Mat. 16 mo siquidem potest duobus dominis serui-
 re. Certum siue Dei sumus, siue diaboli,
 non tamen similiter desinimus esse & no-
 stri. Manet quippe vtroque libertas arbi-
 trij, nequam maneat & causa meriti: qua-
 tenu merito vel puniamur mali, quod tam-
 quam liberi ex propria voluntate efficimur:
 vel glorificemur boni, quod nisi a iūe volun-
 tatijs esse non possumus. Sane d' abolo no-
 stra nos mancipat voluntas, nō ipsius pote-
 tas. Deo subiecit eius gratia, non nostra vo-
 lun- s. Nostra quippe voluntas bona (quod
 fatendum est) à bono Deo creata, perfecta
 tamen non erit quousque suo creatori per-
 fectē subiecta sit. Absit tamen, vt ipsi sui ip-
 sius perfectionem, Deo autem tantū crea-
 tionem tribuamus: cum longe nimirū me-
 lius sit esse perfectam, quā factam, & di-
 ctū ipso nefas videatur, Deo quod minus,
 nobis quod excellentius sit attribuire. Sen-
 tiens denique Apostolus quid ex natura ef-
Rom. 7.6 fet, quid ex gratia expectaret, aiebat, Velle
 adiacet mihi, perficere non inuenio. Scie-
 bat profecto, velle quidem sibi inesse ex li-
 bero arbitrio: sed vt ipsum velle perfectum
 haberet, gratiam se habere necessariam. Si
 enim velle malum, defectus quidē est volū-
 tatis: vtique bonum velle perfectus eius de-
 erit: sufficere vero ad omne quod volumus
 bonum, ipsius perfectio. Vt ergo velle no-
 strum, quod ex libero arbitrio habemus,
 perfectum habeamus, duplici gratiā mune-
 re indigemus. & vero videlicet sapere, quod
 est voluntatis ad bonum conuersio, & ple-
 no etiam posse, quod est euersio in bo-
 num confirmatio. Porro perfecta conuer-
 sio est ad bonum, vt nil libeat, nisi quod de-
 ceat, vel liceat: perfecta in bono confirma-
 tio, vt nil desit iam quod libeat. Tunc de-
 mū perfecta erit voluntas, cum plene sue-
 rit bona, & bona. Habet quidē du-
 plicem a peccati initio sui. Vnum qui-
 busdam a creatione quod à bo-
 no non potuit variari. Aliud quod
 videt Deum cuncta, qua-
 rumque bona. Alterum spe-
 ranti, in qua ad imagi-

nem vtique ipsius qui creauit, est condita.
 Quod si duobus his bonis accedat & ter-
 tium, conuersio scilicet ad creatorem, repu-
 tabitur non immerito perfecte bona. Bona
 nimirum in vniuersitate, melior in suo ge-
 nere, optima ex sui ordinatione ad Deum.
 Est autem ordinatio omnimoda conuer-
 sio voluntatis ad Deum, & ex tota se vo-
 luntaria, deuotaque subiectio. Huic verò
 tam perfecta iustitiā debetur, imo iungi-
 tur gloriā plenitudo, quia sic se comitan-
 tur duo ista, vt nec iustitiā possit haberi
 perfectio, nisi in plena gloria, nec gloriā
 plenitudo absque perfecta iustitia. Merito
 denique talis iustitia non erit sine gloria,
 cum gloria vera non sit, nisi de tali iustitia.
 Vnde rectē dicitur: Beati qui esuriunt, & **Mat. 5.**
 sitiunt iustitiam, quoniam, ipsi saturabun-
 tur. Hæc autem sunt illa duo, quæ supra na-
 F
 minauimus, verū sapere, & plenum posse:
 vt sapere, ad iustitiam: posse referatur ad
 gloriā. Sed verum & plenum addita sunt: **Rom. 8. a**
 alterum, ad distinctionem sapientiæ carnis, **1. Cor.**
 quæ mors est, itemque sapientiæ mundi, **3. d**
 quæ stultitia est apud Deum, qua & sapien-
 tes apud semetipsos sunt homines: sapien-
Iere. 4. f
 tes, inquam, vt faciant mala: alterum, ad il-
Sap. 6. a
 lorum differentiam, de quibus dicitur: Po-
 tentes potenter tormenta patientur. Nam
 verum sapere, aut plenum posse omnino nō
 inueniuntur, nisi vbi libero arbitrio iam il-
 la duo coniuncta sunt, quæ item superior
 memorauimus, liberum videlicet cōsiliū,
 liberumque complacitum. Solum profecto
 dixerim vere sapientem, pleneque poten-
 tem, cui iam non tantum velle adiacet ex
 libero arbitrio, sed ex reliquis quoque
 duobus inuenit & perficere, dum nec velle
 valeat quod malū sit, nec carere quod vel-
 lis, quorum alterum est ex libertate consi-
 liij, id est verum sapere: alterum ex libertate
 complaciti, scilicet plenum posse. Sed quis
 talis est ac tantus in hominibus, qui in hoc
 gloriatur? Aut vbi aut quando istud obti-
 netur? numquid nam in hoc sæculo? Sed si
 quis esset huiusmodi, maior esset Paulo,
 qui confitetur dicens: Perficere autem non
Rom. 7.9
 inuenio. Nūquid Adam in paradiso? Sed si
 habuisset, numquid exulasset à paradiso. Nūc
 locus est peruidendi quod supra distulimus
 vtrū scilicet totas tres libertates illas, quas
 supra diximus, id est arbitrij, consilij, com-
 G
 placiti, et alijs nominibus, à necessitate, à
 peccato, à misera primi hoīes habuerint
 in

In paradiso, aut tantum duas, aut vnam so-
lum modo. Et de prima quidē quæstio nul-
la erit, si meminerimus quā aperte, & iu-
stis esse, & peccatoribus inesse æqualiter, rō
superior edocuerit. De duabus reliquis q̄ritur
non immerito, an vnam eas Adā ha-
buerit, aut ambas, vel vnam. Nam si nullam
habuit, quid amisit? Arbitrij vtique liberta-
tem tuam post peccatum, quā ante semper
tenuit inconcussam: Si ergo nil amisit, quid
ei obfuit eiectum fuisse de paradiso? Quid
si vnam quamlibet illarum habuit, quō ami-
sit? Nam certum est, quia ex quo peccauit,
nec à peccato profusus, nec à miseria, manēs
in corpore liber fuit. Ceterum nullatenus
quantumque illarum semel accepit amitte-
re potuit. Alioquin perfectū, nec sapere,
nec posse, iuxta quod quidem hoc hæc su-
perius definita est habuisse cōvincitur. Qui
nimirū, & velle potuit quod non debuit, &
recipere quod noluit, an dicēdus est aliquo
quidē modo illas habuisse, sed quia non ple-
narie, potuisse amittere? Habet siquidem
vnaquæque illarum duos gradus, superio-
rē, & inferiorē. Superior libertas consilij, est
nō posse peccare, inferior, posse non pecca-
re. Itē superior libertas complaciti, non pos-
se turbari; inferior, posse non turbari. Itaq;
inferiorem vtriusq; libertatis gradum simul
cū plena libertate arbitrij homo in sui con-
ditione accepit, & de vtroque corruit cum
peccauit. Corruit autem de posse non pecca-
re, in non posse non peccare, a missa ex to-
to consilij libertate. Itemq; de posse nō tur-
bari, in non posse nō turbari, a missa ex toto
complaciti libertate: Sola remansit ad pœ-
nam libertas arbitrij, per quam vtique cete-
ras amisit, ipsam tamen amittere non po-
tuit. Per propriam quippe voluntatē seruus
peccati factus, merito perdidit libertatē cō-
silij. Porro per peccatū factus debitor mor-
tis, quomodo iam libertatē valebat retine-
re complaciti? De tribus ergo libertatibus
quas accepit, abutēdo illa, quæ dicitur ar-
bitrij, reliquis sese priuauit. In eo autē abu-
sus est, q̄ illā cum accepisset ad gloriam, cō-
uertit ab im cōmuniā iuxta testimonium
scripturæ dicentis: Homo cum in honore
esset, non intellexit, comparatus est iumen-
tis in stipulibus, & similis factus est illis.
Soli inter animantia datū est homini posse
peccare, ob prerogatiuā liberi arbitrij. Da-
tū autē non vt proinde peccaret, sed vt glo-
riosior inde appareret si non peccaret. Cum

peccare posset. Qui namque gloriohus
esse poterat, quā si de se diceretur q̄
ptura perhibet dicens: Non est hic lau-
dabimus eum? Unde ita laudatus: Fecit
enim mirabilia in vita sua. Quid? Qui per
tuit transgredi, & non est transgressus, fac-
ere mala, & non fecit. Hinc ergo honor
quādiu absque peccato fuit. Amisit, cum
peccauit. Peccauit autem, quia libe-
rum & fuit. Nec aliunde profecto liberum
misi ex libertate arbitrij, de qua vtique inerat
ei possibilitas peccandi. Nec tamen in culpa
dantis sed abutentis, qui ipsam videlicet
facultatem, conuertit in usum peccandi
acceperat ad gloriam non peccandi.
etsi peccat ex posse, quod accepit non ta-
mē quia potuit, sed quia voluit. Nec in pra-
uaricate diabolus, & angelis eius et alij pra-
uaricati sunt, non quia non potuerunt
quia noluerunt. Peccantis equum, nō
dono ascribendus est peccatus, sed vnde
voluntatis. Lapsus tamen ex voluntate, nō
æquē ex voluntate resurgens, nisi libe-
retur: quia etsi datum fuit voluntati posse ma-
re ne caderet, non tamen resurgere si cade-
ret. Non. n. tā facile quis valet exire de fœ-
uea, quā facile in eam labi. Cecidit sola
voluntate homo in foueam peccati, sed nō
ex voluntate sufficit, & posse resurgere, cum
iam etsi velit, non possit non peccare. Quid
ergo? Perijt liberum arbitrium, quoniam
non potest non peccare? Nequaquam, sed
liberum perdidit consilium, per quod prius
habebat posse non peccare quomodo, & quā-
iam non valet vtique non turbari, inde mi-
sero accidit, q̄ complaciti quoque liberta-
tem amisit, per quam & ante habuit pos-
se non turbari. Manet ergo etiam post pec-
catum liberum arbitrium: nisi miserum ta-
men integrum. Et q̄ se perne homo nō suffi-
cit excutere à peccato, siue miseria: nō libe-
ri arbitrij signat deitatem sonem, sed duarū
reliquarum libertatum corruptionē. Neque
enim ad liberum arbitrium (quantum in se
est) pertinet, aut aliquando pertinet posse
vel sapere, sed tantum scire: nec potentiam
facit creaturam, nec sapientiam, sed tantum
volentem. Non ergo homo, aut sapiens,
sed tantum si volens, aut sapiens, si
arbitrium amisisse putatur, si
non ad voluntas, nec si velle bonum, sed si ve-
ra defecit, sciendū sine cō-
nōiā ex voluntate bonitatis

voluntas perijt, etiam liberū deperire arbitrium. Quod si vult bonum tantum perit, si vult malum. Si autem non quidem vult, sed ad id, quod iam vult bonum, ei posse de- fuerit, non erit sibi deesse liberum complacitum, non liberum perijisse arbitrium. Si ergo liberum arbitriū ita vbiq̄ sequitur voluntatē, vt nisi illa penitus esse desinat, isto non careat: voluntas vtrū sicut in bono, ita etiam in malo æquē perdurat, æquē profecto & liberū arbitrium tam in malo, quā in bono integrū perseverat. Et quomodo voluntas est posita in miseria, nō desinit esse voluntas, sed dicitur, & est misera voluntas, sicut, & beata voluntas: ita nec liberū arbitriū destruere, siue quātū in se est aliquatenus imminuere poterit quæcumque aduersitas, vel necessitas. Sed licet vbiq̄ pariter sine sui diminutione perduret, non tñ pariter sicut de bono potuit per se in malo corruere, ita quoque per se de malo in bonum potuit respicere. Et quid mirū si iacens nō valet per se resurgere, quod stans in aliquā melius nullo suo conatu valebat proficere? Denique dū adhuc duas alias libertates ex aliqua parte secū haberet, nō potuit de inferioribus illarū gradibus ad superiora ascendere, nec est de posse non peccare, & de posse non turbari, ad nō posse peccare, & non posse turbari. Quod si libertatibus illis et utcumq; adiutū, nō præualuit tñ de bono in melius se extendere, quāto minus eisdem profusus destituitū, de malo iam in id, quā fuit bonum, poterit per seipsum emergere? Habet igitur homo necessariā Dei virtutē, & Dei sapientiā, Christū, qui ex eo, quod sapientia est, verū ei suadere reinstat in restaurationem liberi consilij, & ex eo quod virtus est, plenum posse restituat in reparationem liberi cōplaciti: quatenus ex altero perfecte bonus peccatū iam nesciat, ex altero plene beatus, nil aduersum sentiat. Sed sane ista perfectio in futura vita expectetur, quādo vtraque nūc amissa libertas, libero arbitrio plene restauratur, nō quomodo iusto cuius in hoc seculo quantūcumq; perfectio, non quomodo, vel ipsis primis hominibus dicitur, ut eas habere in paradiso, sed sicut iam nūc Angeli possidēt in celo. Interim vero sufficiat in hoc corpore mortis, atque in hoc seculo nequā, ex libertate quidē consilij peccato nō obedire in concupiscentia: ex libertate cōplaciti aduersis nō formidare

pro iustitia. Est autem in hac carne peccati, & in hac diei malitia non mediocre sapere, peccato, & si nondum ex toto carere, certe non cōsentire: & est posse nō parū, aduersa, etsi necdū feliciter omnino nō sentire, vtriliter tamen pro veritate contemnere. Discendū sane hic interim nobis est ex libertate consilij iam libertate arbitrij nō abuti, vt plene quandoq; frui possimus libertate cōplaciti. Sic profecto Dei in nobis reparamus imaginē, sic antiquo honori illi capeffendō, quē per peccatū amissimus, per gratiam præparamur. Et beatus qui de se audire merebitur: Quis est hic, & laudabimus eum? Mirabilia enim fecit in vita sua, quā potuit transgredi, & nō est transgressus, facere malum, & non fecit. Puto autē in his tribus libertatibus ipsam, ad quam conditi sumus cōditoris imaginem, atque similitudinem contineri, & imaginē quidem in libertate arbitrij, in reliquis autē duabus bipartitā quādam cōsignari similitudinē. Hinc est fortassis, quod solum liberum arbitrium sui omnino defectum, seu diminutionē nō patitur, quod in ipso potissimū æternæ, & incōmunicabilis diuinitatis substantia quādam imago impressa videatur. Nā etsi habuerit initium, nescit tamen occasum, nec de iustitia, vel gloria capit augmentum, nec de peccato siue miseria detrimentū. Quid æternitati similis, quod non sit æternitas? Porro in alijs duabus libertatibus, quoniam nō solū ex parte minui, sed & ex toto amittipossunt, accidentalis quædam magis similitudo sapientiæ, atque potētæ diuinæ imagini super ducta cognoscitur. Denique, & amissimus illas per culpam, & per gratiā recuperamus, & quotidie quidem alij plus, alij minus, aut in ipsis proficimus, aut ab ipsis deficimus. Possunt etiam sic mitti, vt iam non valeant recuperari, possunt, & ita possideri, vt nec amitti queant aliquādo, nec minui. Huius bipartitæ similitudinis sapientiæ, & potētæ Dei, non quidem in gradu summo, sed qui ipsi tamen esset proximior homo cōditus est in paradiso. Quid enim vicinius ad non posse peccare, vel turbari (in quo vtrique iam Sanctos, & Angēlos stare, & Deum semper esse dubiū non est) quā posse, & non peccare, & non turbari: in quo homo profecto creatus est? A quo illo per peccatum, imo nobis in illo, & cum illo consentibus, rursus per gratiam, non quidem ipsum, sed pro ipso quædam inferio

Ecc. 38.

A

rem gradū recepimus. Neque enim hic possumus penitus esse sine peccato, & miseria, possumus tamē gratia iuuante, nec peccato superari, nec miseria. Quamquam tamen
1. Ioh. scriptura loquatur: Omne quod natum est ex Deo, non peccat. Sed hoc dictum est de prædestinatis ad vitam: non quod omnino nō peccent, sed quod peccatum ipsis nō imputetur, quod vel punitur condigna pœnitentia, vel in caritate absconditur. Caritas quidem cooperit multitudinem peccatorum, & beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata, & beatus vir cui non imputauit Deus peccatum. Diuina ergo similitudinis summum gradū summam Angeli tenet, nos infimum, Adam tenuit medium, porro demones nullum. Superioribus nēpe spiritibus datum est sine peccato & miseria perdurare: Adā autem absq; his quidem esse, sed non etiam permanere: nobis vero nec esse quidem absq; his. sed ipsis tamen non cedere. Ceterū diabolus, & tēbra eius sicut nunquam volunt reluctari peccato, sic nunquam possunt pœnam declinare peccati. Cum ergo istæ duæ libertates: consilij scilicet & cōplaciti, per quas rationali creaturæ vera sapientia, & potentia ministratur, ita Deo prout vult dispēante, quibuscumque pro causis, locis temporibus varientur: quatenus in terris modicæ, in cœlestibus plenariæ, mediocriter in paradiso apud inferos nullatenus habeantur, libertas vero arbitrij de ipso, quo cōdita est statu aliquatenus nō mutetur, sed equaliter semper (quantum in se est) a cœlis, terris inferis possideatur, merito illæ similitudini, hæc imagini deputantur. Et quidē apud inferos, quod vtraque libertas perierit, illæ scilicet, quæ ad similitudinē pertinere dicuntur, scripturarum testatur auctoritas. Nam verum ille sapere (quod vtiq; de consilij libertate cōcipitur) omnino non esse locus ille manifestat, ubi legitur: Quodcumque potest manus tua facere, intanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas. Porro de potētia, quæ per libertatem complaciti datur, Euangelicum sic loquitur: Ligatis manibus, ac pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. Quid enim ipsa est manuum, pedūq; ligatio, nisi omnimoda potestatis ablatio? Sed dicit aliquis: Quomodo non est ubi aliquid sapere, ubi mala que tolerantur, cogunt penitere malorum que facta sunt? Numquid

aut in tormentis illam nō penitere, aut penitere mali, non esse sperare potest? Hoc autem recte opponeretur, opus tantū peccati, & non etiam voluntas mali puniretur. Nulli quippe dubiū est, quod nemo in tormentis positus actum iterare peccati delectetur. Verumiamē si voluntas et in tormentis male perdurat, quid pōderis habet operis abnegatio, vt ideo sapere quis putetur, quod iam in medijs flammis luxuriam non libeat? Denique in maleuolā animam non ingroibit sapientia. Vnde autem probatur quod mala & in peccatis voluntas perseuerat? Certe vt cetera omittam, nollent omnino puniri. Iustum est autem puniri qui pūda gesserunt. Nolunt igitur quod iustum est. Sed qui non vult quod iustum est, iusta eius voluntas nō est. Eo ergo iniusta, ac per hoc & malū est voluntas, quo iustitia non recordat. Duo sunt, quæ iniustam comprobant voluntatē, vel cū peccare, vel cum impūne peccasse libet. Quibus ergo peccare libet, quamdiu licuit, & cum iam nōn possunt, in vitium manere volunt, quod peccauerunt, quid in hoc sapientiæ veræ, quid bonæ voluntatis apparet? Sed esto, pœnitent eos peccasse, numquid nō tamen si optio datur, malint adhuc peccare, quam pœnam sustinere peccati? Et tamen illud iniquum est, hoc iustum. Quando vero voluntas bona magis quod iniquū, quam quod iustum est eligeret? Ceterum non vere pœnitent, qui non tam dolent se sibi vixisse, quam hoc ipsum tam non posse. Denique foris ostenditur quid intus agatur. Nam quamdiu corpus viuunt in flamma, tamdiu constat in malitia persistere voluntatem. Itaque de similitudine, quæ in consilij, & item complaciti libertate continetur, apud ipse os penitus nihil est, nec esse potest, imagine tamē etiā illic per liberum arbitrium immobili permanente. Sed neque in hoc sæculo inueniuntur ipsam nollent similitudo, sed ad huc hæc & deformis acie et imago, si non euangelica illa mulier in terram accenderet, id est, sapientia in terram appareret, Luc. 15. euerteret dominum, videlicet viuiorum, drachinam suam requireret, quam perdiderrat, hoc est imaginem suam, que nunc spoliata decore, sub pelle peccati rodens tamquam in puluere latibat, inuentam tergeret, & holeret de regione diuinis huiusmodi, pūnamque in speciem formatam hinc inde hinc illuc gloriatur.

D

Luc. 15.

in sanctorum, imò sibi ipse per omnia red-
 deret quandoq. conformem, cum illud Scri-
 pturæ videlicet impletur: Scimus quoniam
 cum apparerit, rit. similes ei erimus, quoniam
 videbimus eum sicuti est. Et reuera cui po-
 tius id operis congruebat, quam Dei Filio,
 qui cum sit splendor gloriæ, & figura sub-
 stantiæ patris, portans verbo vniuersa, ex
 vtroque facile munitus apparuit, & vnde
 reformaret deformem, & vnde debile con-
 fortaret, dum & de splendore figuræ fugās
 tenebras viciorum, redderet sapientem, &
 ex virtute verbi contra tyrannidem dæmo-
 num potentem efficeret. Venit ergo ipsa
 forma, cui conformandum erat liberum ar-
 bitrium: quia vt pristinam reciperet formā
 ex illa erat reformandum, ex qua fuerat &
 formatum. Forma autem, sapiētia est. Con-
 formatio, vt faciat imago in corpore, quod
 forma facit in orbe. Porro illa attingit à fi-
 ne vsq. e ad finem fortiter, & disponit om-
 nia suauiter. Attingit à fine vsque ad finē,
 hoc est à summo cælo vsque ad inferiores
 partes terræ. A maximo Angelo vsque ad
 minimum vermiculum. Attingit autem for-
 titer, non quid em mobili discursione, vel lo-
 cali diffusionē, vel subiectæ creaturæ tantū
 officiali administratione: sed substantiali
 quadam, & vbiq. præsentis fortitudine,
 qua vtiq. vniuersa potentissimè mouet,
 ordinat, administrat. Et hæc omnia nulla
 sui cogitur facere necessitate. Nec enim ali-
 qua in his laborat difficultate, sed disponit
 omnia suauiter placida voluntate. Vel cer-
 te attingit à fine vsque ad finem: hoc est ab
 ortu creaturæ, vsque ad finem destinationum à
 creatore, siue in quem vrget natura, siue
 quem accelerat causa, siue quem concedit
 gratia. Attingit fortiter, dū nil horum eue-
 nit, quod non prout vult potenti præordi-
 net providentia. Sic ergo, & liberum arbi-
 trium suo conetur præesse corpori, vt præ-
 est sapientia orbem attingens, & ipsum à fine
 vsque ad finem fortiter: imperans scilicet
 singulis sensibus, & artibus tam potenter,
 quatenus non sicut regnat peccatum in
 suo mortali corpore: nec membra suadet
 arma iniquitatis, sed exhibeat seruire iusti-
 tiæ. Et ita iam non erit homo seruus pec-
 cati, cum peccatum non fecerit, à quo vti-
 que liberatus iam libertatē recuperare con-
 silij, iam suam incipiet vindicare dignitatē,
 dum diuinæ in se imagini condignam ve-
 stierit, imò antiquam repa-

rauerit venustatem. Curet autem hæc age-
 re, non minus suauiter, quam fortiter, hoc
 est, non ex tristitia aut ex necessitate (quod
 est initium, non plenitudo sapientiæ) sed
 prompta, & alacri voluntate, quod facit ac-
 ceptum sacrificium, quoniam hilarem da-
 torem diligit Deus. Sicque per omnia imi-
 tabitur sapientiam, dum & vicij resistit for-
 titer, & in conscientia requiescet suauiter.
 Verum cuius ad talia prouocatur exem-
 plo indigemus, & auxilio, quo ipsi videlicet
 per ipsam conformemur, atque in eandem
 imaginem transformemur a claritate in cla-
 ritatem, tamquam à Domini Spiritu. Ergo
 si à Domini Spiritu, iam non à libero arbi-
 trio. Nemo proinde putet ideo dictum
 liberum arbitrium, quòd æqua inter bo-
 num & malum potestate, aut facultate ver-
 setur: cum cadere per se quidem poterit,
 non autem resurgere, nisi per Domini Spi-
 ritum. Alioquin, nec Deus nec Angeli san-
 cti, cum ita sint boni, vt non possint esse, &
 mali: nec prauaricatores item Angeli,
 cum ita sint mali, vt iam non valeant esse
 boni, liberi arbitrij esse dicuntur. Sed &
 nos illud post resurrectionem amissuri su-
 mus: quando vtiq. inseparabiliter alij bo-
 nis, alij malis admixti fuerimus: Ceterum
 nec Deus caret libero arbitrio, nec Diabo-
 lus, quoniam quòd ille esse non potest ma-
 lus, non infirma facit necessitas, sed firma
 in bono voluntas, & voluntaria firmitas:
 quodque is non valet in bonum respirare,
 non aliena facit violenta oppressio, sed sua
 ipsius in malo obstinata voluntas, ac volun-
 taria obstinatio.

Nunc igitur ex eo potius liberum arbi-
 trium dicitur, quòd siue in bono, siue in ma-
 lo æque liberam facit voluntatem, cum nec
 bonus quispiam, nec item malus dici de-
 beat, aut esse valeat, nisi volens. Tali iam
 ratione non incongrue dicitur ad bonum
 se, & ad malū habere æqualiter, quod vtro-
 bique videlicet par sit ei, nō quidem in ele-
 ctione facilitas, sed in voluntate libertas.
 Hac sanè (vt dictum est) dignitatis præ-
 rogatiua rationalem singulariter creatu-
 ram conditor insigniuit, quod quemad-
 modum ipse sui iuris erat suæque ipsius
 voluntatis, non necessitatis, erat quod bo-
 nus erat: ita, & illa quoque sui quodam-
 modo iuris in hac parte existeret, quate-
 nus non nisi sua voluntate, aut mala fieret,
 & autè damnaretur: aut bona maneret, &
 merito

merito saluaretur. Nō quod ei propria posset sufficere ad salutem voluntas, sed quod eā nullatenus sine sua voluntate consequeretur. Nemo quippe saluatur inuitus. Nam

2.6.c

H quod legitur in euangelio: Nemo venit ad

Luc. 1.9

me, nisi pater meus traxerit eū: item in alio

1. Ti. 2.6

loco: Compelle intrare: nihil impedit, quia

perfecto quantoſcumq; cōpellere, vel trahere

videatur ad salutem benignus pater, qui

omnes vult saluos fieri: nullum tamen iudicat

salute dignum, quem ante non probauerit

voluntarium. Hōc quippe intendit, cum

terret, aut percutit, vt faciat voluntarios, nō

saluet inuitos, quatenus dum de malo mutat

voluntatem in bonum: transferat, non auferat

libertatem. Quamquam tamen non semper

inuiti trahimur: nec enim cæcus aut

ſellus contriſtaur, cum trahitur. Et Paulus

Act. 14.

b

ad manus tractatus est Damascum, vtique

nō inuitus. Trahi denique ſpiritualiter volebat,

quæ & hoc ipſum magnopere ſagittabat

Cant. 1.4

in Canticis. Trahe me, inquit, poſt te in odorem

curremus vnguentorum tuorum. Denique

Iac. 1.6

Sap. 9.4

que quod è regione ſcriptum eſt. Vauſquisque

tentatur à propria concupiſcentia abſtractus,

& illectus. Et illud: Corpus, quod cor

rumpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena

inhabitatio ſenſum multa cogitantem.

Ro. 7.4

Et item illud Apoſtoli: Inuenio aliam legem

in membris meis repugnantem legi mentis

meæ, & captiuum me ducentem in legē peccati,

quæ eſt in mēbris meis. Hæc omnia putari

poſſunt cogere voluntatem, & præripere

libertatem. At vero quantiſlibet quis in-

terus, forſis tentationibus vrgeatur, libera

perfecto ſemper, quantum ad arbitriū ſpectat,

voluntas erit libere quippe de ſuo nihilominus

conſenſu iudicabit. Quantum autē pertinet

ad conſilium ſiue complacitū: carnis interim

concupiſcentia, vitæque miſeria reluctantante,

minus quidem ſe liberam ſentit, ſed proſuſ

non malam, dum malo nō conſentit. Denique

Paulus, qui captiuum ſe in legem peccati trahi

conqueritur, haud dubium, quin ex minus plena

libertate cōſilij, conſenſum tamen ſanum, atq; in bono

quoque iam ex magna parte ſe habere liberum

gloriat. Iā non ego, inquit, operor illud.

Ro. 7.4

Ibid. c

Ibid. d

Mat. 6.6

Vnde hoc conſidis d' Paule? Quoniam con-

ſentio, inquit legi Dei: quoniam bona eſt

ruſum: Condelector enim legi Dei ſecundū

iureiorem hominem. Oculo exiſtente ſimplici,

totū corpus lucidū eſſe præſumit. Sano

cōſenſu tractum licet peccato, vel captiuum

miſeria; liberum ſe in bono profiteri nō dubi-

bitat. Vnde & ſidens generaliter inferit: Ni-

hil ergo damnationis eſt his, qui ſunt in Chri-

ſto Ieſu. Sed videamus de his, qui per hanc

morti ſua timore fidem verbotentis negare

compulſi ſunt ne forte iuxta hanc aſſertio-

nem, aut culpa nō fuerit, quod vel voce ne-

gauerunt, aut cogi in culpam, & volūtas po-

tuerit, vt vellet vigilaret homo quod eum &

nolle conſentit, & ſic perierit liberum arbi-

trium. Quod quia impoſſibile erat (velle quip-

pe, & nolle idem eodem tempore nō poterat)

quæritur vnde malum nequam in volentibus

malū debuit imputari. Neque enim tale eſt

hoc quale originale peccatum: quia non ſolum

nō conſentens, verum periculumque & neſciens,

alia ratione conſtringitur necdum renatus

baptiſmate. Exempli cauſa veniat in mediū

Petrus Apoſtolus, poſte quippe viſus eſt

negare veritatem cōtra propriam voluntatem.

Siquidem aut negare, ut mori neceſſe erat.

Mori timēs negauit. Negare nolebat, ſed

magis nolebat mori, itaq; inuitus quidem,

ſed negauit tamen, ne moreretur. Quod ſi

lingua, & non voluntate loqui homo

compulſus eſt quod nolebat, nō tamen velle

aliud quā volebat. Lingua mota eſt contra

voluntatem, ſed numquid, & mutata

voluntas? Quid n. volebat? Proliſus quod

erat, Chriſti eſſe diſcipulus. Quod loquebatur?

Non noſci hoīem. Cur ita? Mortem euadere

volebat. Sed quid iſtud criminis fuit? Duas

Apoſtoli tehemus voluntates, Vnam, qua

voluit non mori, penitus inculpabilem.

Alteram, & multum laudabilem, qua ſibi

complacebat quod eſſet Chriſtianus. In quo

ergo culpabitur? An in eo quod mentiri, quā

mori maluit? Hæc plane voluntas reprehenſio-

ne digna fuit, quia corporis magis, quā aīę

voluit ſeruare vitam. Os nempe quod metitur,

occidit aīam. Et peccauit ergo, & nō abſ-

que conſenſu propriæ voluntatis, infirma

quidem, & miſera, ſed manē libera. Peccauit

autem non ſpernendo, aut odiendo Chriſtum,

ſed ſe nimis amando. Nec in hunc peruerſū

amorem ſui, voluntatem, metus ille ſubitus

compulſit, ſed eſſe conuictū tunc prociſum

hio talis erat, ſed neſciebat, ſed ab illi quod

latere non poterat, audivit: Præſequitur gallus

cantet, ter me negabis. Illa itaq; voluntas

infirma, & periculum timorem non, non

orta, noſci fecit quatenus ſe, quatenus Chri-

ſtum amauerit. Notum autem non Chri-

ſto, ſed Petro, Nam Chriſtus & nō ne ſciebat

quid

Quid esset in homine. Quatenus ergo Christum diligebat, vim prorsus (quod negandum non est) passa est illa voluntas, ut contra se loqueretur, quatenus vero se, voluntate proculduo consensit, ut pro se loqueretur. Si Christum non amasset, non negasset inuitus. Verum si se amplius non amasset, non aliquatenus negasset. Fatendum igitur hominem esse compulsam voluntatem propriam etiam non mutare, occultare tamen. Compulsam inquam, non quidem recedere ab amore Dei, cedere tamen aliquantulum amore sui. Quid ergo? Forte dissoluta est tota superior assertio de libertate voluntatis, quia nimirum inuenta est cogi potuisse voluntas? Est plane, sed si cogi ab alio potuit quam à seipsa. Quod si sese ipsa cogit, compulsata, & compellens ubi amittere, ibi & recipere visa est libertatem. Vim quippe quam ipsa sibi intulit, à se pertulit. Porro quod à se voluntate pertulit, ex voluntate fuit. Quod ex voluntate fuit, iam non ex necessitate, sed voluntarium fuit. Si autem voluntarium, & liberum. Quem sua denique ad negandum voluntas compulsa, compulsus est, quia voluit, imo non compulsus est, sed consensus, & non alienæ potestatis, sed propriæ voluntati: illi utique, quam mortem omnimodis euadere voluit. Alioquin quando vox mulierculæ linguam faciam in verba formare nefanda valuisset, si non linguæ domina voluntas annuisset? Denique cum se à sui postmodum nimio illo temperauit amore, & Christum cepit, ut debuit, toto corde, tota anima, tota virtute diligere, iam nullis valuit minis vel penis extorqueri aliquatenus voluntas dare linguam arma iniquitati, sed potius auctacter accomodans veritati: Obedire, inquit, oportet Deo magis quam hominibus. Est sane gemina compulsio, secundum quod aut pati aliquid, aut agere contra propriam cogimur voluntatem. Quarum passiva quidem (sic enim prior illa rectè nominatur) potest nonnumquam fieri absque consensu voluntario patientis, sed actiua numquam. Proinde malum, quod fit in nos, siue de nobis non est imputandum nobis, si tamen inuitis. Ceterum quod fit, & à nobis, iam non sine culpa est voluntatis. Velle plane conuincimur, quod non fieret si nollemus. Est ergo compulsio quædam etiam actiua, sed non habet excusationem, cum sit & voluntaria. Cogebatur Christianus negare Christum, & quidem dolens: non tamen nisi volens. Volens nimirum gladium vitare

ferientis: atque illa talis voluntas intus prestandes os aperiebat, non gladius qui foris apparebat. Porro talis esse illam voluntatem conuincebat gladius, non cogebat. Ipsa igitur se culpa, non gladius impellebat. Denique in quibus sana erat illa voluntas, occidi poterant, flecti nequebant. Hoc est quod dictum est de Ioanne: Fecerunt ei quæcumque voluerunt. Numquid quod voluit ille? Ita & in reliquos martyres fecerunt, non quod martyres voluerunt, sed quod ipsi. Fecerunt, inquam, in eos quæ voluerunt, sed in membra, non corda. Membra cruciauerunt, sed voluntatem non mutauerunt. Sauerunt in carnem, animæ autem non habuerunt quid facerent. Sit licet patientis corpus in potestate torquentis, sed voluntas est libera. Infirmitas si fuerit, sauiendo cognoscunt: non esse cogent, si non fuerit. Sanè infirmitas eius à seipsa est, sanitas vero non à se, sed à Domini spiritu. Sanatur autem cum renouatur. Postremo renouatur sum, quem admodum docet apostolus, speculatio gloriæ Dei in eadem imaginem transformatur à claritate in claritatem, hoc est, de virtute in virtutem, tamen à Domini spiritu. Inter quem utique diuinum spiritum, & carnis appetitum, tenet medium quemdam locum, id, quod dicitur in homine liberum arbitrium, id est, humana voluntas, & tamquam in deo, latere motus admodum ardui inter vtrumque; pèdens, ita appetitus infirmatur per carnem, ut nisi sedulo spiritu adiuuet infirmitate eius per gratiam, non solum non valeat iustitiæ, quæ est, iuxta prophetam, sicut montes Dei, ascēdendo de virtute in virtutem apprehendere cūmen, sed etiam de vitio semper in vitium suo ipsius pōdere deuoluta ruat in præceps, prægrauata nimirum non solum lege peccati originaliter membris insita, verum & consuetudine terrenæ inhabitationis vsualiter affectionibus inolata, Quod humana voluntatis videlicet vtrumque; grauamen vno breuiter versiculo scriptura commemorat, dicens. Corpus, quod corrūpitur, aggrauat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et hæc duo huius mortalitatis mala, sicut non nocet, sed exercet non consentientes, sic non excusant, sed damnant consentientes, ut nec salus, nec damnatio vlla ratione sine præcedenti consensu voluntario possit haberi, ne qua forte ex parte præscribi videatur libertati arbitrij. Quamobrem id quod in creaturâ dicitur liberum arbitrium,

M
Mat. 26
d

A. 5. c

A

2. Cor. 3

Ps. 83. 6

Sap. 9. 6

trium, aut iuste profecto damnatur, dum ei ad peccatū nulla vi præiudicatur extrinseca: aut misericorditer saluatur, cui ad iustitiā nulla virtus sufficit sua. Sanè in his omnibus cogitet lector originalis peccati prorsus excipi rationē. De cetero libero arbitrio, nec extra ipsū quærat dānationis causa, quòd iā nō dānat nisi propria culpa: nec ab ipso salutis merita, quòd sola saluat misericordia. Cuius quippe conatus ad bonū & casti sunt, si à gratia nō adiuuētur: & nulli, si non excitentur. Ceterum, in malū sūt proueni, dicente scriptura, sensus & cogitationes hominum. Proinde nō ei à se (vt dictū est) sed de sursum potius à patre luminum descendere merita putemus, si tamen inter

Gen. 8. d data optima, & dona perfecta, ipsa merito per quæ salus æterna conquisitur, merita deputētur. Deus aut rex noster ante sæcula, cum operatus est salutem in medio tertæ,

Pf. 73. d dona sua, quæ dedit hominibus, in merita diuisit, & præmia, vt & gratentia per liberā possessionē nostrā interiri fierent merita & futura per gratuitam responsionem expectaremus, imò expeteremus vt debita.

C Quæ vtraque Paulus commemorans, Habetis, inquit, fructum vestrum in sanctificationem, sinem vero vitam æternam.

Ro. 6. d Item & nos ipsi, ait, primitias spiritus habentes ingemiscimus ad optionē expectantes filiorum Dei, primitias spiritus vocans sanctificationē, id est, virtutes, quibus in præsentiarum sanctificamur à spiritu, vt merito consequamur adoptionē. Rursū in euāgelio, eadē sæculo abrenunciānti promittunt, vbi dicitur: Cæteruplum accipiet & vitā æternam possidebit. Itaque non liberi arbitrii,

Mat. 19. d sed Domini est salus, imò ipse salus, ipse & via est ad salutē, qui ait. Salus populi ego

Pf. 34. d sum. Qui item perhibet. Ego sū via. *Se. 10. 14. d* cit viam, qui & salus erat & vita, vt nō *glor. 1. Co. 1. d* rictur omnis caro. Si ergo bona viæ sunt merita, sicut & patriæ salus & vita, & verū est quod ait. Dauid: Non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum, illum videlicet

Pf. 13. b vnum de quo item dicit: Nemo bonus nisi solus Deus: Dei sunt proculdubio munera tā

Mar. 10. b nostra opera, q̄ eius præmia, & qui fecit se debitore in illis, fecit & nos promeritores ex his. Ad quæ tamen concedenda merita dignatur sibi adhibere creaturarum ministeria, non quibus egeat, sed quibus per hoc, vel de quibus proficit. Operatur ergo illorū salutē, quorū nomina sunt in libro vitæ, ali-

quando per creaturā sine ipsa; aliquando p̄ creaturā contra ipsam, aliquādo per creaturā cū ipsa; multa profecto sunt hominibus salubria per insensibilem, & item per irrationabilem creaturā, quæ idcirco dixi fieri sine ipsa, q̄ non queat intellectu carēs, esse vel conscia. Multa quōq; multorum salutis vtilia facit Deus per malos, siue homines, siue angelos, sed quoniam inuitos, ideo contra ipsos. Nā dum nocere cupientes iuuāt, quantum alijs valeat vtilis actio, tm̄ ipsis vicijs nocet intentio. Parro per quos, & cū quibus operatur Deus, boni sūt vel angeli, vel hoies, quod vult Deus & agunt pariter, & volunt. Qui enim bono, quod opere complent, voluntate cōsentiant, opus omnino, quod p̄ eos Deus explicat, ipsis communicat. Vnde Paulus cum bona plurima, quæ Deus per ipsum fecerat, enarrasset: Nō autem ego, ait, sed gratia Dei mecum.

Potuit dicere, p̄ me, sed q̄a mitius erat, maluit dicere, mecum, præsumens se non solum operis esse ministrum per effectum, sed operātis quodāmodo socium per cōsensum. Videamus nunc secundum Dei triplicem operationem, quam posuimus, quid creatura quæque pro suo ministerio mereatur. Et illa quidem per quam, & sine qua fit, quod fit, quid mereri potest?

Quid illa contra q̄ fit, nisi iram? Quid & cum qua fit, nisi gratiā? In prima itaq; nulla, in sequenti mala, in vltima bona merita cōquirunt. Neq; enim pecudes, cū per eas bonum quodcumq; fit aut malū, boni quæpiā merentur, aut mali. Nō habent quibus vnde bono, malo vè cōsentiant. Multo autē minus lapides, cum nec sentiant. Ceterum, diabolus, vel homo malus, cum vigeant, & vigilet, rōne iā quidē merētur, sed non nisi penā, pro eo q̄ à bono dissentiant. Paulus aut qui volens euāgelizat, ne si inuitus, dispensatio ei tātū credita sit, & quicumq; similiter sapiunt, quū quī se ex cōsensu voluntatis obediunt, repositū sibi esse cōcedunt coronā iustitiæ. Vtitur ergo Deus in salutē suorum irrationabili, & itē insensibili creatura tamquā iuuamēto vel instrumento, q̄ iam expleto opere, nusquam erunt. Vtitur creatura rationali, sed maleuola, quam disciplina virga, quam correctio filio in ignem projiciet, tanquam satanentem inutile.

Vtitur & angelis & hominibus bonæ voluntatis, tamquā commilitonibus, & coadiutorib; suis: quos perfecta victoria ampliffi-

2. Cor. 3. mē munerabit, Deniq. & Paulus de se, sui-
 que similibus, audacter pronunciat: Coad-
 iutores. n. Dei sumus. Ibi itaq. Deus homi-
 ni benignè merita cōstituit, vbi per ipsū, &
 eū ipso, boni quippiā operari dignanter in-
 stituit. Hinc coadiutores Dei, & cooperato-
 res Spiritus sancti, promeritores regni nos
 esse præsūmus, quod per cōsensum vtiq.
 1. Ibidem. voluntarium, diuinæ voluntati coniungi-
 mur. Quid igitur? Hoc ergo totū liberi
 arbitrii opus, hoc solum eius est meritū quod
 confertur: Est prorsus. Non equidem quod
 vel ipse consensus in quo omne meritū cō-
 sistit, ab ipso fit, cum nec cogitare (quod mi-
 nus est quàm consentire) aliqd à nobis qua-
 2. Phil. 2. si ex nobis sufficientes simus. Verba sunt
 nō mea, sed Apostoli, qui omne, quod boni
 esse potest, id est cogitare, & velle, & perfice-
 re pro bona voluntate: attribuit Deo, non
 suo arbitrio. Si ergo Deus, tria hæc (hoc est
 bonum cogitare, velle, perficere) operatur in
 nobis, primum profectō sine nobis: secundū
 nobiscum, tertium per nos facit. Si quidem
 immittēdo bonam cogitationem, nos præ-
 uenit: immutando etiam malam voluntatē
 sibi per consensum iungit: ministrando, &
 consensui facultatem, foris per apertum o-
 pus nostrum, internus opifex innotescit. Sa-
 nē ipsi nos præuenire nequaquam possumus.
 Qui autem bonum neminem inuenit,
 neminem saluat, quem nō præuenit. A Deo
 ergo sine dubio nostre fit salutis exordium,
 nec per nos vtiq. nec nobiscum. Verum
 consensus, & opus, etsi non ex nobis, non iā
 tñ sine nobis. Neq. primum itaque, in quo
 quippe nos nil facimus: nec vltimum, quod
 & plerumque extorquet aut timor inutilis,
 aut simulatio damnabilis: sed tantum me-
 dum nobis reputatur in meritum. Sola nē-
 pe interdum bona voluntas sufficit, cetera
 non profunt si sola defuerit. Non profunt,
 dixim, sed agentis, non cernenti. Valet ita-
 que intentio ad meritum, actio ad exem-
 plum, vtrāque præueniens cogitatio tantū-
 modo ad exercitandum. Cauendum ergo
 ne cum hæc inuicibiliter intra nos, ac nobis-
 cum actitari sentimus, aut nostræ volunta-
 ti attribuamus, quæ infirma est, aut Dei ne-
 cessitati, quæ nulla est, sed soli gratiæ, qua
 3. G. plenus est. Ipsa liberum excitat arbitrium,
 cum seminat cogitationem, sanat, cum immu-
 tat affectum; roborat, vt perducatur ad actū:
 seruat, ne sentiat defectum. Sic autem ista
 cum libero arbitrio operatur, vt tantum il-

lue in primo præueniat, in ceteris comitte-
 tur. Ad hoc vtiq. præueniens, vt iam sibi
 deinceps cooperetur. Ita tamen quod à sola
 gratia cœptum est, pariter ab vtroque per-
 ficitur: vt mixtū, non sigillatim, simul, non
 vicissim per singulos profectus operentur.
 Non partim gratia, partim liberum arbitri-
 um, sed totum singula opere indiuiduo
 peragunt. Totum quidem hoc, & totum il-
 la: sed vt totum in illo, sic totum ex illa. Cre-
 dimus placere lectori, quod à sensu Aposto-
 li nusquam recedimus, & quæua versum
 euagetur oratio, in eadem pene ipsius ver-
 ba frequenter recidimus. Quid, n. nostra
 2. huius sonat quàm illud: Ergo neque volen-
 tis, neq. currentis, sed miserentis est Dei?
 Quod sanè non ideo dicit, quasi quis velle
 aut currere possit in vanū, sed quia quis vult
 & currit non in se, sed in eo, à quo accipit, &
 velle, & reddere, debeat gloriari. Denique
 ait: Quid habes, quod nō accepisti? Creans,
 sanans, saluans, quid horum tibi ex te ho-
 1. 2. mo? Quid horum nō in possibile libero ar-
 bitrio? Nec creare qui non eras, nec iusti-
 3. H. care peccator, nec mortuus poterat te ipsum
 resuscitare, vt cetera prætermittam bona,
 quæ aut sanandis necessaria sunt, aut saluā-
 dis reposita. Quod dicimus de primo, patet
 & vltimo? Sed & de medio nemo dubitat,
 2. Ro. 10. d. nisi qui ignorans Dei iustitiam, & suam vo-
 lens constitutuere, iustitiæ Dei non est subie-
 ctus. Quid enim? Agnoscis creantis poten-
 tiam, saluantis gratiam, & sanantis ignoras
 iustitiam. Sana me, ait, & sanabor: saluum
 1. 2. me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu
 es. Iste iustitiam Dei agnoscebat, à quo æ-
 que sperabat, tam saluari à peccato, quàm
 à miseria liberari. Et ideo laudem suam, il-
 lum, non se, meritō statuēbat. Propter hoc,
 & David ingeminans: Non nobis, inquit,
 2. Pf. 113. Domine, non nobis, sed nomini tuo da glo-
 3. 4. riam: quod vtramq. à Deo stolum, & iusti-
 tiæ scilicet expectaret, & gloriæ. Quis est q
 ignorat Dei iustitiam? Qui seipsum iustifi-
 cat. Quis est qui seipsum iustificat? Qui me-
 rita sibi aliunde, quàm à gratia præsūmit.
 Ceterum qui fecit quod saluaret, etiam dat
 vnde saluet. Ipse inquam, merita donat, qui
 fecit, quibus donaret. Quid retribuam, in-
 2. Pf. 115. quit, Dño pro oibus, non quæ tribuit, sed
 quæ retribuit mihi? Et q est, & q iustus est, à
 Deo esse constitetur: ne si vtrumlibet nega-
 ret, vtrumque perderet, amittendo vtiq.
 vnde iustus est, & sic damnando quod est.

Ibidem, Sed si vel tertio loco inuenit quod vicissim reprehederet? Calicē, ait, salutaris accipiam. Calix salutaris, sanguis est Saluatoris. Ergo si deest tibi oino de tuo, quod vel secundis Dei bonis retribuas: vnde tibi salutem præsumis? Nomen Domini? inquit, inuocabo: quod nimirum quicumq. inuocauerit, saluus erit.

Ro. 10. c Igitur qui recte sapiunt, triplicem confitentur operationem, non quidem liberi arbitrij, sed diuinæ gratiæ in ipso, siue de ipso. Prima creatio, secunda reformatio, tertia consummatio. Primo nãq. in Christo creati sumus in libertatem voluntatis: secundo, reformamur per Christū in spiritum libertatis: cum Christo deinde consummandi in statum æternitatis. Siquidem quod nō erat in illo creati oportuit: quod erat per formā reformari de formem, mēbra nō perfici nisi

Eph. 4. b si sic capite. Quod utiq. tūc complebitur, cum oīnes occurrerimus in virū perfectū, & mensuram ætatis plenitudinis Christi, qñ apparente Christo vita nostra, apparebimus, & nos cum ipso in gloria. Cum igitur consummatio fieri habeat de nobis, siue et in nobis, nō autem à nobis, creatio vero facta sit, & sine nobis: sola quæ nobiscum quodammo do sit propter consensum voluntarium nostrum, in merita nobis reputabitur reformatio. Ipsa sunt ieiunia nostra, vigiliæ, continentia, operaq. misericordiæ, ceteraq. virtutum exercitia: per quæ utique constat interiorē hominē nostrum renouari de die in diēdum & intentio terrenis incurua ta curis, de imis paulatim ad superna refurgit, & affectio circa carnis desideria lægues, sensim in amorem spiritus conualescit, & memoria veterum operum turpitudine for dens, nouis, bonisque actibus candidata in dies hilarescit. In his nempe tribus integrior renouatio consistit, rectitu me. s. intentionis, puritate affectionis, recordatione bonæ operationis per quam sibi bene conscia me moria enitescit. Verum hæc cum certum sit diuino in nobis actitari spiritu, Dei sunt inu nera. Quia vero cum nostræ voluntatis assensu, nostra sit merita. Non n. vos estis, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et Apostolus. An experimentum eius quaeritis, inquit, qui in me loquitur Christus. Si ergo Christus, aut Spiritus sanctus loquitur in Paulo: non etiam

Ro. 15. d indēd operatur in ipso? Non n. loquor, ait, quæ per me non efficit Deus. Quid ergo? Si non Pauli, sed Dei loquentis in Paulo,

vel operantis per Paulum, & verba sunt, & opera, vbi iam Pauli merita? Vbi est quod tā fidenter aiebat: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauī, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quæ reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex. An in eo confidit forte coronā esse repositā sibi quod per ipsum illa fiebant? Sed multa per malos siue Angelos siue homines fiunt bona, nec tamē reputātur illis in merita. An quia potius, & cum ipso, hoc est cum eius bonā voluntate fiebant? Nam si inuitus, inquit, euangelizauero, dispensatio mihi credita est: si autem volens, gloria est mihi. Ceterum si vel ipsa voluntas, de qua omne meritum pendet, ab ipso Paulo nō est, quo pacto ea, q̄ sibi repositam præsumit, coronam vocat iustitiæ? An qm̄ iuste iam & ex debito requiritur quodcumq. vel gratis promittitur? Deniq. ait: Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare. Dei promissum, suum appellat depositum, & quia credidit promittenti, fidenter promissum repetit. Promissum quidem ex misericordia, sed iam est ex iustitia persol uendū. Est ergo quam Paulus expectat, corona iustitiæ, sed iustitia Dei, non suæ. Iustum quippe est, vt reddat quod debet. Debet aut quod pollicitus est. Et hæc est iustitia de qua præsumit Apostolus, promissio Dei: ne si hanc cōtemnentes, suam velit statuere, iustitia Dei non sit subiectus: cuius tñ suæ iustitiæ ipsum Deus voluit hñe consortem, vt & coronæ faceret promeritorē. In eo. n. sibi iustitiæ consortem, & coronæ statuit promeritorē: cum operum, quibus erat illa reposita corona, habere dignatus est coadiutorem. Porro coadiutorem fecit, cū fecit volentem, hoc est suæ voluntati consentientem. Itaque voluntas in auxilium, auxiliū reputatur in meritum. Si ergo à Deo voluntas est, & meritor. Nec dubium quin à Deo & velle, & perficere pro bona voluntate. Deus igitur auctor est meriti, qui, & voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati. Alioquin si proprie appellentur ea, quæ dicimus nostra merita: spei quedam sunt seminaria caritatis incēduntur, & cunctæ prædestinationis inditia, futuræ felicitatis præstigia, via regni non causa regnandi. Denique quos iustificauit, non quos iustos inuenit hos, & magnificauit.

Explicit tractatus de gratia,

Rom. 8

255

DIVI BERNARDI ABBATIS

AD DOMINVM ABBATEM
COLVMBENSEM,

In Tractatum sequentem, EPISTOLA.



DOMINO Abbati Columbensi, frater Bernardus Abbas dictus de Claualle, valere in Domino semper. Rescriptum meum ad Epistolas duorum Carnotensium monachorum, vobis primum (vt promiseram) destinare curavi. Vbi & aliud quoque impletum est quod iussistis. Nam cum breuiter rescribere decreuissem, & epistolis epistolam tantum reddere velle coepissem: hortatu vestro in libri (vt cernitis) longitudinem protraxi stylym, & vt in pluribus plures possint edificari. Quod opus cum à vobis perlectum fuerit, tunc non ipsis, ad quos factum est, sed eorum prius reddatur Abbati, & sic demum ad ipsos, si iusserit Abbas, perueniat. Monachi enim sunt, & ex lege suæ regulæ sine nutu sui Abbatis sicut dare, ita & accipere datas prohibentur epistolas. Nam & ob hoc maxime diu sicut scitis, multum licet rogatus ab eis, respondere tardavi, quod vt mihi videbatur) ignorante Abbate scribere illas epistolas, & mittere præsumpsissent. Nec falso id suspicatus sum, vt post modum liquido comperi. Ego cæpto operi (quod quidem legentibus apparebit) Epistolæ nomen indideram, sed quoniam pro nomine modum vestro obuiante mandato (vt promiseram) non seruavi, liber, si iudicatis, non epistola censeatur. Et quia inter multas quæstiones quæ ibi à me soluuntur, id præcipue subtilius, vtiliusque pertractatur, quænam liceat præcepta, & per quos, & quatenus dispensari: detur ei titulus de Præcepto & Dispensatione, nisi vobis aliud forte congruentius videatur.

*D. Bernardi Abbatis, in tractatum de Præcepto,
& Dispensatione.*

P R O L O G V S.



QUA mente iam tacebo? Qua fronte tamen loquar? Crebris epistolis, & nuncijs cogitis me, aut probriam prodere imperitiam, aut officium renuere caritatis. At ego maleo sine illa, qua insiat, quàm absque illa, qua adificat, inueniri, victus tandem precibus vestris, duris iniçio nodis unguis teneros, & vt vereor ego, non aliud quàm terendos. Sed hoc incassum: Nam mea me, vt scribitis, & præscribitis, sàm absentis scripta, quàm verba presentis arguunt excusantem. Quis enim iam relinquitur mihi in illis de impossibilitate causandi locus, præsertim ad vos, qui ex ore, & ex corde meo satis certum tenere vos creditis, quantum possim in talibus? Fidei proinde vestra, non meo fidens ingenio, abyssum ingredior quæstionum, nesciens, Deus scit, qua emerurus. Præsto caritas erit, vnam ita & veritas.

B Si quo minus excuset effectum defectus potius ingenij, voluntatem non culpabitis. Tentabo autem eandem (si potero) quasiit neulas sub epistolari cunctas breuitate redigere, et si non epistola breui. Mirum siquidem non est si fuero ego longior in exponendo, cum vos tantum eas ponendo, duas & ipsas satis longas epistolas, texueritis.

TRACTATUS.



PRIMA igitur quæstio circa regulam nostram versatur de qua (nisi fallor) & reliquæ omnes, aut pœnè omnes oriuntur. Quæritis nēpe, regularis illa institutio,

quomodo, & quatenus sit pensanda profitentibus cam, vtrum videlicet cuncta, quæ continet, putanda sint esse præcepta, consequenter, & damnosa transgredientis: an consilia tantum, vel monita, & ob hoc nullius, aut non magni ponderis sit ipsorum professio, nullius, aut non grauis culpæ ipsorum præuicatio, an certe quædam sint deputanda imperijs, quædam pro consilijs reputandas, quo partim ea liceat, partim non liceat omniò prætergredi. Et si hoc vltimū detur, distinguè à me, tunc demum certos, ac propriæ cuiusque partis limites flagitatis, ne cui forte per varias sensus opiniones licentius vagandi detur occasio, neque liquare culicem, & camelum glutre contingat: si nesciat quantum curæ, vel operæ suæ quibusq; debeat obseruari. Hic est, quantum recolo, totus vestræ illius partitionis sensus, etsi non verba. Quod autem subiungitis, & pergitis inquirere de obedientia, quibus gradibus distinguatur, quibus claudatur limitibus: ad eadem arbitror pertinere diuisionem, quippe quæ in decretis regularibus præcipua habetur, & puto cum ad illam satis responsum fuerit, de ista iam nil supererit, quod ambigatur. Itaque vt sentio ego, regula sancti Benedicti omni homini proponitur, imponitur nulli, prodest si deuote suscipitur, & tenetur: non tamen si non suscipitur, obest. Quod autem in voluntate est suscipientis, non in potestate proponentis, voluntarium merito dixerim, non necessarium. Attamen hoc ipsum quod dico voluntarium, si quis ex propria voluntate semel admiserit, & promiserit deinceps tenendum, profectò in necessarium sibi ipse conuertit, nec iam liberū habet dimittere: quod ante tamen non suscipere liberum habuit. Ideoque quod ex voluntate suscepit, ex necessitate iam tenebit, quia omnino necesse est eum reddere vota sua, quæ distinxerunt labia sua, & ex ore suo aut condemnari iam, aut iustificari. Ceterum felix (vt quidam sanctorum ait) necessitas, qui cogit

D in melius. Omnia proinde sancti Benedicti

instituta, exceptis sanè nonnullis de spiritualibus, verbi causa, caritate, humilitate, mansuetudine, quæ non tam ipsum constat instituisse, quam Deum; & ob hoc penitus non esse mutanda, de cetero reliqua vniuersa non profitentibus quidem monita tantum, seu consilia censenda sunt, nec grauant non obseruata, cum tamen profitentibus in præcepta, præuicantibus in crimina fiant siue (vt vestræ vobis reddam) illis voluntaria, vel facticia, illis necessaria, & tamquam naturalia non immerito reputantur. Ita sanè necessaria dixerim, vt ex ceteris nime præiudicetur necessarijs, rationalibus, quæ dispensationibus. Sed non omnibus in huiusmodi credita est dispensatio, nisi his dumtaxat, qui cū Apostolis dicere possunt: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Nonuit autem fidelis seruus, & prudens, quem constituit dñs super familiam suam, ibi tantum vsurpare dispensationē, vnde bona possit habere recōpensationē. Hoc quippe queritur inter dispensatores, & fidelis quis inueniatur. Et eadem fortasse fidelitas à subditis nihilominus exigitur in obtemperando, quæ à præpositis in dispensando. Constat igitur ex his quæ dicta sunt, vestrām illam diuisionem integram esse, ac sufficientem, si modo personæ distinguantur, & tempora, dum subiectis sit quidem omnis regularis institutio (quantum dumtaxat ad corporales obseruantias pertinet) ante professionē voluntaria, post professionem necessaria, prælatis verò partim voluntaria, vt quæ inuenta ab homine: partim necessaria, vt quæ fuerit diuinitus instituta. Quamobrem fortassis tunc potissimum congrua, & luculenta magis eadem diuisio apparebit, si eius membrum, quod diuinitus est necessarium, rursus in tria hæc subdiuidatur, stabile, inuiolabile, incommutabile. Et quidem stabile dixerim, quod ita est necessarium, quod non cuiuslibet hominum illud mutare tas sit, nisi solis dispensatoribus mysteriorum Dei, id est præpositis, vt verbi gratia, regulæ sanctorū Basilij, Augustini, Benedicti, nec non authenticici canones, & si qua sunt Ecclesiastica instituta dignæ auctoritatis. Quæ quoniam à sanctis tradita sunt, sancita stabiliter perseverant, nec omnino cuius subiectori ea alio quo modo variari, vel mutare conceditur. Quæ tamen ab hominibus, etiam per homines loco, vt officio illis canonice electione suc-

1. Cor. 4.

Ibidem.

E

succedens, licite interdum, innoxieque pro-
causis, personis, locis & temporibus, dispen-
santur. Vbi sane qui hæc legit, attendat me-
caute non dicere ea posse, vel ab istis leui-
ter pro voluntate mutari, sed ex ratione fi-
deliter dispensari. Ideo autem hanc ipsam
mutationem taliter & à talibus recipere pos-
sunt, quoniam non naturaliter nec per se
bona sunt. Porro inuenta atq. instituta fue-
runt, non quia aliter viuere non liceret: sed
quia magis expediret, nec plane ad aliud
quam ad lucrum, & custodiam caritatis.

Quæ autem sunt caritati quilibet, immobiliter
fixa sunt, mutari quæ omnino ne ab ipsis
quidem præpositis sine offensa possunt. At
si est contrario contraria forte aliquando car-
itati visa fuerint, his duntaxat quibus hoc
posse videre datum est, & providere credi-
tum est: non ne iustissimum esse liquet, vt
quæ pro caritate inuenta fuerunt, pro carita-
te quoque vbi expedire videtur, vel omittā-
tur vel intermittantur, vel in aliud forte cō-
modius demutentur? Sicut è regione iniquū
proculdubio foret, si statuta pro sola carita-
te contra caritatem tenerentur. Tenent ergo
fixam, firmamque immobilitatem etiam
apud prælatos, quæ ex stabili necessario sūt,
sed quatenus caritati deseruiunt. Numquid
autem ego hoc vel solus sentio, vel primus
dico? An non hoc ipsum & Papa Gelasius
sensit? Aut siquidem: Vbi necessitas non est,
inconuertibilia manent patrum sanctorum
decreta. Leo quoque Papa, Vbi inquit nec-
cessitas non est, nullo modo sanctorum patrum
instituta violentur. Et infert: Vbi ergo nec-
cessitas fuerit ad vtilitatem Ecclesiæ, qui po-
testatem habet, ea dispenset. Ex necessitate
enim fit mutatio legis. Necessarium deinde
quod inuiolabile nominavi, illud intelligo,
quod non ab homine traditum, sed diuini-
tus promulgatum, nisi à Deo qui tradidit mu-
tari omnino non patitur: vt exempli causa,
non occides, non mœchaberis, non furtū fa-
cies, & reliqua illius tabulæ legis scita: quæ
etsi nullam prorsus humanam dispensatio-
nem admittunt, nec cuiquam hominum ex
his aliquo modo solvere aut licuit, aut lice-
bit. Dñs tamen horū quod voluit, & quan-
do voluit soluit: siue cum ab Hebræis Aegy-
ptios spoliari, siue quando Prophetam mul-
iere fornicaria misceri præcepit. Quorum
vtique alterū quid nisi graue furti facinus:
alterum quid nisi flagitij turpitudinis reputa-
retur, si non exisset vtriusque castus au-

toritas imperantis? Sane vbi simile aliquid
aliquando à sanctis hominibus fuisse legi-
tur vsurpatum. Scriptura nō indicante quod
Deus ita præceperit, aut eos peccasse faten-
dum est, si vt homines, aut certe sicut Pro-
phetas familiare Dei consilium accepisse.
Vnde & vnum exemplum pono, quod
occurrit de Sampson, qui se ipsum vna cum
hostibus opprimēs interfecit. Quod vtique
factum si defenditur non fuisse peccatum: pri-
uatum habuisse consilium indubitanter cre-
dendus est, etsi de Scriptura hoc non habem-
us. Iam vero necessarium incommutabile
quid accipi velim? Et quidem nil congruen-
tius quam quod diuina ista constat & æter-
na ratione firmatum, vt nulla ex causa possit
vel ab ipso Deo aliquatenus immutari, sub
hoc genere est omnis illa sermonis Dñici in-
mōte habiti spiritalis traditio, & quidquid
de dilectione, humilitate, mansuetudine, ce-
terisq. virtutibus tam in nouo, quam in ve-
teri Testamento spiritaliter obseruandum
contrahitur. Hic quippe talia sunt, quæ nec
liceat, nec expediat aliquando non haberi.
Eò siquidem immobiliter, quod & naturali-
ter bona, numquam nisi innocenter, num-
quam nisi salubriter aut imperatur, aut ob-
seruantur. Omni tempore, omni personæ,
morte contēpta, custodia salutē operantur.
Primam ergo necessitatem sua cuiq. facit in
promittendo voluntas: secundā præcipien-
tis auctoritas, tertiam præcepti dignitas.
Differunt autem (vt iam dictum est) quibus-
dam à se inuicem gradibus tres istæ neces-
sitates, nec vna omnes sequitur immutabili-
tis firmitas. Nam ex prima quidem quod ef-
ficatur etsi non penitus immutabile, tamen
vix mutabile esse constat, dum solis illud li-
ceat mutare prælati, & hoc non nisi fideli,
& prouida dispensatione. Quod vix fit ex
sequenti, quæ & maior est, ita pene iā incom-
mutabili: soli quippe Deo esse mutabile su-
perius demonstratum est. Porro quod de no-
uissima fit tamquā omnium maxima, omnino
incommutabile est, vt pote quod ne ipsi quidē
Deo mutare liberū est. Quod igitur nulli
hominum fas est nisi solis mutare prælati,
dici vix mutabile congrue potest, quod soli
cōstat licere Deo, dicatur pene immutabile:
quod ne ipsi quidē, penitus immutabile nomi-
netur. Quæ cū ita sint, vt ad ea rōdeā, de qui-
bus potissimum queritur: patet quod ex magna
parte regularis traditio subest eius, qui præ-
est, etsi non voluntati, certē discretioni. Sed

dicitis: Quid ergo relinquitur necessitati? Audite, quam plurimū. Primò quidē quidquid de spiritualibus in ipsa regula traditū est, in manu Abbatis (vt supra taxatum est) nequaquā relinquitur. Deinde reliqua pars, quæ in corporalibus constat obseruantijs, ne ipsa quidem in eiusdem voluntate posita est, vt eiusdē deseruiat voluntati, sed magis caritati. Neque enim Abbas supra regulam est cui semel & ipse spontanea se professio ne submisit, etsi (q̄ negandum non est) Dei regula caritas, regulæ S. Benedicti iure præponitur. Esto proinde vt interdum regulæ littera cedat pro tempore caritati, cū ratio necessitatis vel caritatis exegerit: absit tamē vt hominis cuiuspiam subdat voluntati. Super fratrum sanè transgressiones, non super patrum traditiones cōstituitur qui Abbas eligitur, mandatorum cultor, & vltor vltiorum. Arbitror namq; sanctas illas obseruantias, prælatorum prudentiæ, & fidei creditas, non subditas voluntati. Hinc est quòd idem legislator in his, quæ Abbati dispensanda reliquit, caute nusquam (vt memini) voluntatem, sed aut considerationem, aut dispositionem, aut prouidentiam, aut certè arbitrium, seu aliquid huiusmodi ponit: volens nimirum prouidum, fidumq; dispensatorē, rationis, vbi forte dispensat, se qui iudicium, non suæ placitum voluntatis. Vnde & intimat ei non semel q̄ de omnibus iudicijs suis Deo redditurus sit rationem. Lego profecto in regula: Hęc consideratio penes Abbatem sit: & hoc vel illud esse in prouidentia, vel arbitrio, seu dispensatione Abbatis. Vt autem pro sua voluntate aliquid mutet me ibi legisse nō recolo: quinimo, In omnibus, inquit, oēs magistrum sequantur regulā, nec ab ea tenere deuietur à quoquā? Ergo nec ab ipso Abbate. Omnes, inquit, magistrum sequantur, regulam: nemo ergo suam voluntatem. Vbi sane nec Abbatem excipi puto. Videtis quantum necessitati tribuitur, subtrahitur voluntati? Quid etiā? Nonne regula ipsa professio, qua se iunior subdit sponte prioris, æque alligat, & priorē? Communis equidem pacti pari reor vtrumq; necessitate teneri, si erig. duos per vnus sponsonem alterutrum debitores: fidelis curæ vnū, alterum humilis obedientiæ. Quidnam igitur iam voluntati relinquitur, vbi & prælatus debiti necessitate tenetur? Sed & de hoc item non parum prælati præscribitur voluntati: quod is, qui profectus, spon-

det quidem obedientiam, nō tamen omnimodam, sed determinatam secundum regulā nec aliam, quā S. Benedicti, vt oporteat eum, qui præest, non frena suæ laxari voluntati super subditos, sed præfixam ex regula sibi scire mensuram, & sic demum sua imperia moderari circa id solum, q̄ rectum esse constiterit: nec quodlibet rectum, sed hoc tantum q̄ prædictus pater instituit, aut certe quod sit secundum q̄ instituit. Sic se quippe habet professio. Promitto non quidē regulam, sed obedientiam secundum regulam S. Benedicti. Non ergo secundum voluntatem præpositi. Proinde si professio secundū illam regulā Abbas meus mihi aliud forte imponere tentauerit quod nō sit secundū regulam, aut etiā q̄ nō sit secundum istam instituta: verbi causa, Basilij, Augustini, Pacomij: quænam mihi quæso in hac necessitate imminet obsequendi? Solum quippe id à me posse exigi arbitror, quod promisi. Videtis iam ergo obedientiæ limites, quos requiritis. Si modus est obediōnis, tenor professionis: nec se valeat extendere potestas imperantis, nisi quatenus attigerit votum profectis: profecto citra, & vltra, nec non etiam contra, quid aliud quā obedientiæ limites, quosdam censuerim, & his suis terminis virtutem eandem circumcludi: Quāobrem quisq; professus in quouis genere salutiferæ vitæ, nec vltra obedientiæ legē cogendus, nec citra est inhibendus quā sua ipsius videtur cōpleti professio. Quāto minus contra? Is ergo, qui modus est vitæ modus præfixus voto, professione firmatus, tamquā lignum, quod erat in medio paradisi solus sine dubio legi erit subiectus, obnoxius iussioni, Ergo prælati iussio, vel prohibitio non prætereat terminos professionis. Nec vltra extendi potest, nec contrahi citra. Nil mihi prælatus prohibeat horū, quæ promisi, nec plus exigar quā promisi. Vota mea nec augeat sine mea voluntate, nec minuat sine certa necessitate. Necessitas quippe non habet legē, & ob hoc excusat dispensationem. Voluntas vero, quia sola meretur retributionem, etiā sola non immerito gradū altiorē vsurpat. Alioquin & absque necessitate remissio voti, non dispensatio, sed præuaricatio est: & restrictio contra voluntatem, murmur est, non profectus. Ponant ergo præpositi, metam obedientiæ subiectorum ex votis latiorum ipsorum, non suorum desideriorum, monentes eos, non cogentes ad se: Forā.

celliora: condescendentes eis cum necesse fuerit ad remissiora, non cadentes cum eis. Ceterum subiectus huiusmodi, obedientiam, quæ voti finibus cohibetur, nouerit imperfectam.

Nam perfecta obedientia legem nescit, germinis non ardetur, neque contenta angustijs professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem caritatis, & ad omne, quod iniungitur spontanea, vigore liberalis, alacrisq. animi modum non considerans, in infinitam libertatem extenditur. Hæc est illa

1. Pet. 1. de p. ang. nter Apostolus Petrus, Castificantes inquit corâ vestra in obedientia caritatis: pulchrè ipsam per hoc sequeltrâs ab illa inerti & feruli obedientia quodâmodo nec caritati prompta, sed obnoxia necessitati. Hæc iusti illius cui lex posita non est, propria est: non quod vel ille perfectus viuere debeat sine lege: sed quia nō sit sub lege: minime quippe cōtensus voto suæ cuiuscumque professionis, quàm superat animi deuotione. Quamquam nec istam regula ipsa ta-

1. Tim. 1. a cuerit, vbi monet, si fratri impossibilia iniunguntur, vt cōfidens de adiutorio Dei obediât ex caritate. In eadem denique regula tertius humilitatis describitur gradus, vt omni obedientia monachus se subdat maiori.

Capitulum. si fra- tri ali- quid im- possibile. Dicens quippe, omni, non vult nos in obediendo mensura esse cōtentos professionis, non attendere promissi debitum, nō de pacto sumere modum, sed transire alacriter etiã votum, & obedire in omnibus. Est sanè quidam obedientiæ limes secundum tempus ipsi-
Capitulum. de gradibus humilitatis

si t̄pis extremitas, vt sit finis obedientiæ, qui & vitæ. Hunc nobis maximè vnigeniti Dei commendat exemplum, qui factus est patri obediens vsque ad mortem. Hæc ergo quoties interruptur, in obedientia dicitur, & peccatum, & transgressio, seu prauaricatio: Sed interest sane qua causa, quo affectu, qua intentione, quo præcipiente, in quo ve præcepto malum hoc committatur. Et quidem nullâ prorsus in obedientiam dicoparuiducendam, nō tamen omnem pari æstimandam periculo. Enimuerō mandatum Dei est: Nō occides. Fac ergo duos hominidas, & vnum quidem spoliadi cupiditate, alterum verò necessitate sese defendedi facinus perpetrasse. An nō hic satis euidenter inter lepram & lepram causâ separat, faciens vtiq. disparē valde culpâ vnâ, eiusdemque transgressionis? Quid vō sit hunc: subita ira, illum studiosa malitia tua vetus

odium fortè ad idem scelus impulerit? Nūquid nam simili pensandū erit iudicio, quod tam dissimili factum constabit affectu? Nil deinceps incestius, obsecrariuscve, q̄ illas filias Loth paternum vsurpasse concubitum: *Gr. 19. g*

B & tamen quis non videat quantū euacuaerit, aut attenuauerit turpis, nefandiq. reatū flagitij, pietas intentionis, & intētio pietatis? Iam verò de illo, qui præcipit, & item de eo, qđ præcipitur, huiusmodi aduertenda erit secundum rationem distinctio, vt cuius inter præceptores reuerētior nobis imminet auctōritas, eius grauior formidetur offensio, ac maioris cuiusque mādati transgressio, damnabilior æstimetur. Melius siquidē est obedire Deo quā hominibus, & ipsis melius magistris, quā condiscipulis. Porro in magistris, melius nostris, quā extraneis. Quibus autem melius constat obedire, ipsis p̄culdubio, & nō obedire detestabilius est. Est de mandatis similiter. Majoribus quippe maior, minoribus minor opera nostra & cura debetur: de quorum etiam contemptu iuxta eādē em cōsiderationē grauior, leuiorve offensa cōtrahitur. Porro maiora, minoraq. mandata dixerim, secundū quod maius minusve velle constiterit ipsum qui præcipit, siue hominem, siue Deū. Est, verbi gratia, mandatum: Nō furaberis: & est mandatum: *Mar. 10.*

Omni petenti te, da: vtrūque quidem magnum, quoniam vtrumque diuinum: sed de non furando maius. Quis enim nesciat æquissimo Deo non æquè displicere tenaces, atq. fures, & quia de duobus malis plus velit nos tenere nostra, q̄ tollere aliena? & ita minus peccare qui nō tribuit sua, quā qui nō sua furatur? Sed in mandatis hominum rara æqualitas inuenitur, cum pro varijs necessitatibus, vel vtilitatibus a gendorū, iniungentium affectio varietur, quod q. putauerint rectius esse cōmodius, hoc amplius cupiāt & exigāt obseruari. Tam ergo qualitas præceptorū, quā auctōritas præcipientium, & obedientiæ præfigit metā, & in obedientiæ terminet culpā: qñ (vt dictum est) in prælatis quibusque grauioris auctōritatis, & eorū mādatis, quibusq. maioris vtilitatis, quo diligentior debetur obsequēdi cura, eo & culpa grauior incurritur de contemptui. His itaque distinctionibus aduersis, & obedientiæ modus, & pōdus in obedientiæ facile reperitur. His gradibus non solum inter diem & noctem, hoc est bonum obedientiæ, & inobedientiæ malum discernitur: sed

etiam inter diem & diem, itemq. inter noctem & noctem, inter bonum videlicet, & melius, inter malum & peius. Bonus quidem obedientiæ gradus est, si iuxta magistri nostri sententiam, propter metum gehennæ, seu propter professionem sanctam quam professus est, quispiam obedierit: melior tamen, cum ex Dei amore obeditur. Illa quippe obedientia necessitatis est, ista caritatis. Illum autem optimum dixerim obedientiæ gradum, cum eo animo iniunctum opus recipitur, quo & præcipitur. Cum enim ex voluntate iubentis pendet intentio exequentis: fit ut nec maius minoribus, nec minus maioribus confuse (ut affolet) ad implendum quod iniungitur, subiecti studium impendatur, sed moderante animo quæque pro sua dignitate imperia, modum sciat vtrobiq. seruare: tam in observando videlicet iussa, quam in cauendo prohibita: non quod vel minimum horum quæ iubentur, contempnendum putet, etsi tamen minimum quod minimum est, reputet: sed minimum est ex comparatione maiorum: Nouit verus, humilisque obediens, & minima non contemnere, & maximè curare, quæ maxima sunt, intimo quodam deuoti, syncerique animi sapore discernens: quibus de mandatis ei, qui præcæ, suis quodammodo factis respondeat cum

Ps. 118. Propheta: Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vbi quia non dicit vniuersaliter omnia: illa tantum oportet intelligi, quæ, quoniam non sine grandi culpa quacumque occasione violantur, ideo non sine graui pœna quomodocumque violata donantur, vtputa: Non occides: & si qua huiusmodi sunt, quorum nūquam potest esse observatio iniusta vel mala, numquam bona, licitate transgressio dispensatione duntaxat humana. Cetera, quæ vel à præpositis dispensationem admittunt, quia leuiori cœsura neglecta puniuntur, leuiora dicuntur. Ex his, verbi gratia, dico esse vel risum interdidistum, vel indictum silentium. Hæc si quidem si contra mandatum non veniunt, nec peccata sunt. Accedente mandato si quominus iam observantur, in peccatum reputantur, non tamen in crimen. Ita sanè, si per subreptionem, aut obliuionem, non autem per cōtemptum horum transgressio contigerit. Media quippe sunt, è quibus illa videlicet præcepta constituantur quæ vos factitia nominatis: longe vti que disparem

à naturalibus quantum in ipsis est gerentia necessitatem, cum tamen nec sine offensa negligi, nec contemni sine crimine vel ipsa queant iniuncta ab his duntaxat quibus propriè dicitur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Licet nãque ipsa per se iniuncti operis qualitas innoxia sit, adiunctæ tamen auctoritatis pondus, obnoxium mandato, mandatumque peccato obnoxium facit, non magno tamè, si contemptus defuerit. Hæc ergo generalis regula sit vniuersorum quæ per se aut propter se, nec bona, nec mala sunt, aut diuina institutione, aut propria cuiusque professione fixa non sunt, ut non iussa quidem, licite vtrumlibet vel admittantur, vel omittantur: iussa verò, sine culpa non negligantur, sine crimine non contemnantur. Vbiq. enim & culpabilis, neglectus, & contemptus damnabilis est. Differunt autem quod neglectus quidem languor inertix est, contemptus verò superbiæ tumor. Porro contemptus in omni specie mandatorum pari pondere grauis, & communiter damnabilis est: neglectus autem in fixis grauior, tolerabilior in mobilibus mandatis. Siquidem adulterium quocumque modo, quocumque perpetres animo, turpe flagitum est, ac criminale peccatum: cum tamen leue verbum in tempore, vel loco silentij forte per obliuionem subreptum, risusve per impetum magis exulsus, quam præsumptus contra præceptū (quod vti que animi negligentis, aut dissoluti spiritus iudicium est) eo facillime veniam promeretur, quo vix vel peccatum reputatur. Quid cum scientes, & ex deliberatione in verba ociosa, silentio licet non indicto, lingua laxatur? Numquid hoc tamen neget quispiam vsu pari contra regulam veritatis? Vnde numerum & ratio exigenda est in futuro iudicio, iudice ipso terrificè admodum cōtinante; quia de oī verbo ocioso reddent homines rationem in die iudicij. Heu nobis, quænam poterit reddi ratio de ocio? Alioquin ocium non est, si nō omnino ratione vacuum est. Et tamen quis nesciat vni de tractionis verbum quātum etiam innumeris talibus, id est ociosis præpōderet ad delictum, meritorumque damnationis? Quid ita? Videlicet quia discretio est in mandatis, consequenter & in culpis: ut (sicut dixeram) maius grauior, leuiorq. minor censetur transgressio mandatorum. Sed mandata

non

Lm. 106

Matth.

13. c

nō ita. Sate enim Deus, siue homo vicarius Dei mandatū quodcumque tradiderit, pari profecto obsequēdum est, cura pari reuerentia deferendum: vbi tamen Deo contraria non præcipit homo. Quod si contigerit, pergendum indubitanter consulo in Petri sententiam, quia obedire oportet Deo magis, quā hominibus. Aut enim hoc respondendum cum Apostolis: aut cum Pharisæis certe audiendum: Quare, & vos tran-

G Mat. 15. s. gredimini mandatum Dei propter traditiones vestras? Si autem dolet se contemni magister homo, qui ille, qui docet hominē scientiam, consolatur illa (quam & vos posuistis) Samuels sententia, qua inierit leprā & lepram videtur discernere sic: Si peccauerit vir in virum, propitius ei poterit esse Deus. Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Ego igitur si me hoc angusticulo sentiam, vt aut Deum aut hominem offendere necesse sit: Deum potius libenter eligo non offendere, & quidem tutius, iustiusque. Habeo nempe ex præfenti prophetæ capitulo de hominis læsione meam consolationem, Dei scilicet propitiationē. Ceterum Deo offenso, quis orabit pro me.

Hic. 17. Si ad hominem confugero, id quidem scriptura non consulit: quinimo maledictus homo (ait) qui spem ponit in homine. Merito proinde: si autem in Deum peccauerit, etiam si subintelligatur propter hominē, quis, inquit, orabit pro eo? Neuter equidem. Nam & à quo offenditur, & ob quem offenditur, æque vtiusque oratio execranda decernitur apud ipsum, qui offenditur, hoc est apud Deum. Talis ergo requirendus est ad orandum, qui sit idoneus ad placandum. Porro culpam, si qua est quod homo offenditur, cum ei non obeditur aut multū extenuat, aut penitus annullat causa melior, Quapropter cum dicitur, Si peccauerit vir in virum, subaudiendum est propter Deum: quod nullatenus læso cuiuscumque proximi necdum prælati, excusetur à culpa si solus defuerit in causa Deus. Alioquin Paulo contradicit, qui ait: Sic enim in fratrem peccantes, in Christo peccatis. Nam de prepositis certum tenemus ipsius veritatis testimonium sic loquentis ad ipsos: Qui vos spernit, me spernit. Sed & de quolibet

Luc. 10. fratre. Nolite, ait, contemnere vnum ex his pusillis. Et qui scandalizauerit vnum ex his pusillis quod sequitur, aueriat Deus à nobis. Sed nō omnia scandala eorum sunt lan-

ce pensanda. Aliter namque accipiēda sunt scandala pusillorum, aliter Pharisæorum, de quibus Apostolis timentibus, & intimantibus, quod scandalizati essent in sermone veritatis, responsum est: Sinite illos, cæciferi sunt, & duces cæcorū. Illorum quippe scandalum de ignorantia, istorū de malitia descendit. Illi scandalizantur, quia veritatem nesciunt; isti, quia oderunt. Vnde, & pusillos illos arbitror appellari, quod voluntatis quidem bonæ, sed non magnæ scientiæ existentes, zelum Dei habeant, sed non secundum scientiam. Talium scandala curā, nō iram prouocare solent spiritualiū dumtaxat virorum, Paulo ita docente: Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Indignum siquidem est valde, humanam eos mereri indignationem, qui diuinam tam facile consequuntur miserationem. Nam hi quoque, qui dominum crucifixerunt, magni quidem peccatores, sed pusilli æstimatorum, etsi ex vno irā, numquid nō tamen ex altero veniam meruerunt? Beati siquidem fuissent, si (iuxta verbum domini) in ipso scandalizati non essent. Nunc vero quid nisi miseri? Sed tamen & miserandi. Probat hoc pia illa in cruce pietatis, sed nihilominus patientis supplicatio Pater, inquit, ignosce illis. Et quasi quareretur indulgentiæ ratio in tam horrendo facinore: sequitur, Quia nesciunt quid faciunt. Ac si diceret: Eo digni venia, quo & pusilli scientia sunt. Ideo ignosco illis, quia non agnoscor ab illis. Si enim cognouissent, numquam Dominū gloriæ crucifixissent: Sunt quibus non ita ignosco: quos vti que non ignoro, & vidisse, & odisse, & me & patrē meum. Pro huiusmodi pusillo in scientia terrens. Paulus eum qui cum habeat scientiam, nescit tamen cōdescendere infirmioribus. Et peribit, inquit, in tua sciētia frater, pro quo Christus mortuus est. Quod si tantopere cauenda sunt scandala paruulorum, quanto amplius Prælatorum, quos sibi Deus æquare quodā modo in vtraque parte dignatus, sibi imputat illorum, & reuerentiam, & contemptum, specialiter contestans eis: Qui vos audit, me audit & qui vos spernit, me spernit? An non denique hoc ipsum & regula nostra perhibet, vbi ait: Obedientia, quæ maioribus præbet, Deo exhibetur: Quamobrem quidquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamē certum displicere Deo.

haud secus omnino accipiendum est quā si præcipiat Deus: Quid enim inter est vtrum per se, an per suos ministros, siue homines, siue angelos, hominibus innotescat suū placitum Deus? Sed homines inquis facile falli in Dei volūtate de rebus dubijs percipienda, & in præcipiēda fallere possunt. Sed n.

K
Mal. 2.6
quid hoc refert tua, qui conscius nō es: præfertim cum teneas de scripturis, quia, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirūt: quia angelus domini exercituum est? Requirunt, dixerim, legē: non quam vel authentica vlla scriptura tradiderit, vel ratio manifesta probauerit: de huiusmodi quippe nec præceptor expectandus, nec prohibitor auscultandus est, sed quod ita latere, aut obscurū esse cognoscitur, vt in dubium venire possit, vtrū nam Deus sic aut aliter forte velit, si non de labijs custodientibus scientiam, & ex ore angeli domini exercituum certum reddatur. A quo denique diuina potius cōsilia requiruntur, quā ab illo, cui credita est dispensatio mysteriorum Dei? Ipsum proinde, quē pro Deo habemus, tamquam Deū in his, q̄ aperte nō sunt contra Deum, & audire debemus: Nec sane contraria loquimur sancto Prophetæ Samueli, quasi nos in hac parte diuinam hominibus tribuentes auctoritatem, cum ille in supra memorato capitulo plane discernere inter vtrumque videatur. Siquidē q̄ nos asserimus de dubijs, hoc ille negat de manifestis, vt cum ait, Si peccauerit vir in virum, subaudiatur, propter Deū, cui aperte contraria homines hominibus frequenter mandare præsumunt. Sed hinc vos fumentes materiā siue occasionem argumentandi, asseritis, si hoc constiterit, vt iussa hominū qualibet, vel instituta diuinæ auctoritatis pondere æstimanda sint, hominē sub homine aut vix, aut nequaquā posse saluari: cum in tanto cumulo mandatorū, q̄ prælati et per incuriam sæpe præcipiant, interdum nō præuaricari, aut difficile admodum, aut omnino impossibile videatur. Et quidem non nego difficultatē tantæ inesse perfectioni, sed cum ipsa corde imperfecto præsumitur. Porro imperfecti cordis, & infirmæ profus voluntatis iudicium est, statuta seniorum studiosius discutere, hæerere ad singula, quæ iniunguntur, exigere de quibusq; rationē, & male suspicari de oī præcepto cuius causa latuerit, nec vmq̄ libet obedire, nisi cū audire cōigerit, q̄ forte li-

buerit, aut quod non aliter licere seu expedire monstrauerit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata satis, imō nimis molesta est huiusmodi obedientia. Non plane hæc illa est, quæ ex regula traditur, obedientia sine mora. Disputare profecto hoc est in astu cordis, non in auditu auris obedire. Istiusmodi ergo carnalē animam nō modo promissæ, sed et opprimi pondere præsumptæ perfectionis necesse est: quā nō potest portare caro infirma, q̄ solus spiritus promptus experitur iugum esse suauē, & onus leuē. Christi qui se iugum & onus est, & omnino importabile, nisi Christi æque spiritus. Hinc itaque si dicitis legē regulæ subintrasse, vt abundaret delictū, verū dicitis. Ceterum culpa hæc nō est datæ legis, aut dantis legē sed improvide profitentis, & impie præuaricantis. Mandatū quidem sanctum, & iustum, sed tu te noris esse carnalē, venūdum sub peccato. Verum hoc ante præuidisse debueras, quo turris huius euangelicæ non prius iaceres fundamenta, quā cōputares, si haberes sumptus ad perficiendū. Nunc autē quid restat nisi vt aut correctus obediās senioribus, aut confusus audias ab illis foribus; Hic homo coepit ædificare, & non potuit consummare? Sed forsā dicitis, Ergone ita perfectus quispiam inuenitur, cui non vel minimum aliqd interdū subripiatur de tam multis ac minutis, quæ passim vel à negligētibus p̄positis imperantur? Minime quidē cui quā hoc ego de dederim, cū ipsi quoq; de se fateantur Apostoli, In multis offendimus oēs. Et si dixerimus, quia peccatū non habemus, ipsi nos seducimus. Sed non cōtinuo, vt aliquid præterimus, perimus, præfertim cum nos scriptura cōsoleatur. Si quis peccauerit, inquires aduocatū habemus Iesum Christū iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Denique propheta de ipso testatur quod pro transgressoribus, regerit, vt nō perirent. Vbi sane notādum, quia etsi pro transgressoribus, non tamen pro contemptoribus legitur supplicasse. Verum illi quomodo perire possunt, pro quibus saluator rogat ne pereant? Quam obrem nō video cur ita omnē inobediētā, & transgressionem, vel minorū quorumlibet mandatorum exaggerandam putaueritis, vt exclamaretis. Quod ergo iam monacho poterit veniale peccatū esse vel leuē, cuius vnuer-

M
Rom. 7. e

Luc. 14.

1. Io. 2. 1.

1. Io. 2. 2.

1. Io. 2. 3.

A

hoc

A hoc inde videlicet constare creditis, quod prælatorum iussionibus tantum tribuendū asseritur, quantum si diuinitus traderentur. Quasi verò & ipsa euangelica præcepta non multum inter se discrepent, & merito obseruationis, & transgressionis periculo. Ceterū, sicut non omnia vnus esse constat, vel necessitatibus, vel utilitatibus, vel dignitatibus: sic non vna de omnium transgressione fertur sententia: nec paria manent discrimina disparibus culpas. Porro nec pari culpa negliguntur, quæ non pari cura præcipiuntur, nec pari proinde pena puniuntur. Ecce enim euangelium tam flagitium crapulæ, quàm fornicationis turpitudinem damnat. Verūm quis magis non horreat è duobus malis, turpitudine fedari, quàm cibo exsaturari? Nonne denique veritas in euangelio sub nominibus trahitur, & festiua, graues, leuesque, discernit inobedientiæ culpas? Nonne ipsa disputante, imò diffiniēte gradatim nobis distinguitur quæ cuique reatui pœna debeatur, dū alium iudicio, alium consilio, alium & gehēna reum esse præstat? Quæ nā ergo confesquendi necessitas cogit, vt si magistris diuina detur in suis præceptis auctoritas, nullū ideo iam monacho leue, aut veniale peccatum inueniri posse putetur, & quod eius vniuersæ actioni crimen insidiat inobediētiæ? **E**sto: sit crimen, cui penalī illa gehēna vel gehennalis pœna assignatur: quale, quæso, illud diffiniemus esse crimē, quod veritate iudice reum tantum facit iudicio? Nec tamen diffitebimur esse reatum, quod vel hætenus reum statuit. Quod si reatum, & peccat. Porro omne peccatū, contra Dei mandatū præsumitur. Quod aut cōtra mandatū præsumitur, inobediētia dicitur. Hinc colligitur, quod irasci fratri, & inobediētia sit, & crimen non sit. En vnū inuentū est monacho leue, ac veniale peccatum, quodque nō humani, sed diuini mādātī statuat transgressorē. In hoc genere sunt transgressionis nonnulla stultiloquia, seu vaniloquia, & quæque ociosè dicta, facta, & cogitata. Huiusmodi enim nunquā nisi cōtra mādātum, & Dei mandatū vsurpantur. Peccata quippe sunt, & Deus prohibet oē peccatū, & tñ venialia, nō criminalia reputātur excepto cum per contemptū vequantur in vsū & cōsuetudinē: & tunc nō peccati species, sed peccātis intētio pensatur. Elatio quippe contemnentis, atque impenitentis obstinatio, in minimis quoque manifestis culpa facit non

minimā, & conuertit in crimen grauis rebellionis nequam fati leuē simplicis transgressionis. Deniq. in quo inobediētiæ crimen absq. dubio sit, apud Samuelē aduertite. Quasi, inquit, peccatū horiolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Nō ait, nō acquiescere, sed nolle acquiescere: vt non iussionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis suberba cōtemptio, scelus idololatriæ reputetur. Non est enim id ipsum nolle obedire. Hoc quippe interdū erroris est, non numquā & infirmitatis: illud verò aut odiosa pertinaciā, aut contumaciā non ferendā. Quod & ipsum repugnare est, & resistere Spiritui sancto: & si ad mortem vsq. perdurauerit, blasphemia est, non remittenda siue in hoc sæculo, siue in futuro. Non ergo quascumque mādātī præteritio criminalem facit inobediētiā, sed repugnare, sed nolle obedire. Ceterum quanti absq. illa pessima, & rebellī voluntate non obediunt? Quo itaque monacho crimen insidiat inobediētiæ, si toties sine crimine transgreditur, quoties in transgressione defuerit huiuscemodi recalcitrans & cōtentiosa voluntas? Frustra autē comparāt quidā, vt dicitis, quascumque inobediētiā antiquæ illi, quæ facta est in paradiso: quæ nimirum valuit, nō solū obligare personam, sed & vitare naturā. Arbitror tamen & ipsam primam, grauissimamque præuaricationem, aut non aliunde, aut inde maximè iudicatā grauissimam, hoc est, ex rebellionē defensionis, quæ secuta est, quando Deo causam requirente peccati vt peccatores ad penitentiam prouocaret (noibat quippe mortem eorum: sed magis vt conuerterētur, & viuerent) ipsi maluerunt declinare cor suum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Et quidē gemina malitia peccatoris. Primū quod nec sui misertus est, vt culpā propriā fateretur, & sanaretur: deinde quod & vxorē vt se fallaciter excusaret, crudeliter excusauit. Quid est quod denique dicitis in omni actione monacho crimen insidiat inobediētiæ, quasi aut furtim subrepat nescienti, aut casu accidat infelici, aut nō valētī implere quod præcipitur, criminis calūnia struatur de impossibili? Ita ne, inquam, monacho crimen insidiat inobediētiæ: cum & antiqua illa tā nota & tā noxia præuaricatio, facillē, vt creditur, indulgentiā consequeretur: diūmodo confessio, & nō defensio sequeretur? Neque enim tantum, vt dictum est, non

1. Reg. 15. 6

C

Ps. 140.

D

enit simplicis actionis (quamvis ex deliberatione) transgressio, quantum ad iunctam excusationis cum praemeditatione obstinatio. Sed numquid forte in lege quidem diuina habenda est haec consideratio grauioris, leuiorisque inobedientiae, non autem ita & in regula nostra? Sed quis sane dicat plus tri buendum humanis quam diuinis traditionibus, plurisque quod per suos Deus, quam quod per seipsum imperat, aestimandum? An non denique & apud sanctum Benedictum propriae, & distinctae ab inuicem sententiae inueniuntur, alia de leuioribus, alia de grauioribus inscripta culpis? Quid est autem leuior culpa, nisi leuior inobedientia? Traduntur igitur a praelatis interdum minora mandata, quorum transgressio leuiora secundum regulam parit, & peccata: & tamen in Deum nihilominus praeruaricatio fit quoties Abbatis iussio praeteritur.

E

Si quidem & ex ore ipso Dei non aequalia sunt promulgata, & idem non aequali cuncta vigilantia obseruanda: sed alia cura exhibenda est ei proculdubio, quod ipse perhibet primum, & maximum mandatum: alia his, quae alibi discernens, Qui soluerit (inquit) vnum de his minimis meis mandatis. Quid ergo? Audiuimus ex regula grauiores, & leuiiores culpas, legimus & in euangelio maxima, minimaque mandata: & mandatorum transgressiones vniuersas dicemus aequaliter maximas? Non est igitur necesse ut concedam, quod dicitis, aut Deo, scilicet non tribui omne, quod ab homine magistro accipitur, quod non sit contra Deum, aut monacho nullum inueniri posse leue, seu veniale peccatum: quia etsi toties Deo (quod fatendum est) inobediens esse conuincitur, quoties eius, qui pro Deo sibi praestitit hominis mandatum, quod quidem iustitia non repugnet, praetergreditur: sicut tamen non parum cura in executione exigitur, sic nec parum contrahitur ex transgressione. Etsi quippe vnus est, qui offenditur, non tamen vnus ponderis, quae iubentur, nec vnus subinde discriminis iussorum, est omnium censenda transgressio. Vnde pater Benedictus, Secundum, inquit, mensuram culpae, excoriationis extendatur mensura. Frustra proinde (ut videtis) aut terremini, aut terrere conamini de obedientiae promissione, quae fit ex regulari professione, quasi non oporteat promittens, quam constat nec integre posse teneri, nec sine crimine praeteriri: siquidem Deo

quidquid Dei minister homo non peccatam iusserit, imputandum constitit. Frustra, inquam, ex hac occasione malum ita inobedientiae exaggeratis, ut iam necessario bono promittendae obedientiae terreatis: quia etsi difficile cauetur vbique subrepens vel insidians (ut vos dicitis) inobedientia in tam varijs, & innumeris, quae a senioribus indicuntur: non semper tamen damnabiliter seu criminaliter quod praecipitur, non impletur. Etsi enim omnis inobedientia inexcusabiliter sit culpabilis, nullam tamen aeternaliter damnabilem, nisi per remedium poenitentiae non sanat.

Nulla est lethalius criminalis, nisi quae contemptum superbiae non euitat. Magna igitur securitas filijs obedientiae, & reuera pax hominibus bonae voluntatis, quando in omni obedientia sola damnatur in poenitentia, quam nescit qui diligit Deum: sola incriminatur superbia, quam facile cauet, qui timet gehennam. Sed exemplis clarius elucecet quod dicimus. Si iubente seniore ut stileam, verbu mihi forte per obliuionem clabitur, reum me fateor inobedientiae, sed venialiter. Si ex contemptu sciens, & deliberans sponte in verba prorupero, & cupero silentij, legem praeruaricatore me constituo, & criminaliter: & si impoenitens perseuero, usque ad mortem, peccati, & damnabiliter. An & hoc durum fortasse videatur? Haec quippe sunt vestra (si bene recolo) verba, cum difficultate, seu impossibilitatem (ut nobis videtur) tenendae obedientiae, vel cauendae inobedientiae considerantes in vita ita monachica exiguas. Hecine est illa eo ferentior, quo arctior, eo certior, quo magis ardua veniedi ad Deum via, ut monacho naturaliter mala vix cauere, naturaliter bona vix pro communi infirmitate valenti implere, non minor tamen necessaria sit cautela ad cauenda vel obseruanda quae sibi praelatus suus, vel prohibere valuerit, vel iubere? Et subditus: Quod cum a multis credatur, licet a paucis, vel etiam a nullis ad integrum obseruetur, quid aliud operatus talis sententiae crudelitas, quam quod illa ab apostolo tantam culpata mandanda id idolothyta libertas? Nil plane aliud, si ita esset, ut dicitis.

Bene propterea non potest conscius esse sibi, qui se non implere confidit, quod debere se credit. Creditus itaque (ut verborum vestrorum sensum breuiter colligam) quod ad integrum seruanda, obseruanti Dei vii uakant,

Mat. 5. b

G

leant, Abbatis nõ valeant: cum veritas ipsa testetur, ne vnum quidẽ iota præteritũ in.

G Ceterum, qui ita sentit, videatur mihi (vt pace vestra dixerim) necdum gustasse quã suavis est dominus, sub iugo legis gemere adhuc, nondum respirare sub gratia, suauẽ Christi iugũ nequaquã esse expertus, ideoque certissime adhuc infirmari per carnem, quia spiritus non adiungit eius infirmitatẽ. Quid vero sibi vult illa distinctio, quod Dei quidem vix, prælati verò hominis nequaquã omnino à quolibet iussa posse teneri, prohibere cõceditis, quasi vero illa queant absque illis integre custodiri? Sed si attenditis, de male quoque viuẽtibus prælatis Dei præceptum est. Quæ dicitur facite. Igitur q non facit, aperte nõ in hominem tantum, sed & in Deum præuaricator existit. Itane ergo nullus mãdata perfecte exequitur sui

H magistri? Quamobrem putatis? Quia nolumus, aut quia non possumus? Sed si volumus & nõ possumus, securi sumus. Si possumus & nolumus, superbi sumus. Porro ad cauendam superbiam, illam vere annuẽnti necessariã esse cautelam, quã dicitis ne forte incurratur inobediẽtiæ crimẽ. Quod si impossibile vos putatis, vt non videlicet imperijs prælatorum per contemptum interdum superbie resistatur, scitote non paucos, sed innumeros aliter omnino sentire, nec aliud quã quod proprio didicerint experimento. Si autẽ non impossibile quidẽ, sed tamen difficile esse sentitis magistros non contemnere, & dum ideo consentitis, quoniam grauamini non superbe sapere, murmuratis aduersus obediẽtiã legẽ, affirmantes periculosum promittete quod iam laboriosũ est obseruare: ad hoc ego respondeo, imò nõ ego, sed dominus: Qui potest, inquit, capere, capiat. Hoc quippe est quod paulo superius dixi, quia antequam ædificium inchoares, prouidisse debueras vnde perficeres. Nunc autem (vt ait quidam) aut non tentasses, aut perfice.

Verum tamen nemo si caute profitetur, pollicetur se vltra in nullo transgressurum, hoc est iam non peccaturum. Alioquin aut periurait qui ita iurat, aut sanctior est illo, qui ait: In multis offendimus oẽs. Quod si consequens falsum esse videtur, videndum est & de eo, quod antecedit, ne forte lex, q data est propter transgressiones cõhibẽdas non solum non eas coerceat, sed & augeat insuper crimine periurij: siquidẽ id promit-

tere nos in nostra professione credamus, quod certũ est nõ posse teneri. Partieda est proinde nobis in duo vnuerfa hæc obseruatio regularis, in præcepta videlicet, & remedia. Præceptis instituitur vita contra peccatum, remedijs restituitur post peccatum innocẽtia. Sic ergo vtraque ista cõpleditur nostra professio, vt professus quisque cũ in aliquo forte regularium mandatorũ deliquerit, si ad remedium æquẽ regulare cõfugerit, etsi conuincitur transgressor mandati, non tamen pacti præuaricator. Solũ itaque cõfugerim fregisse votũ, violasse propositum, pactum præuaricasse, qui & præceptum contempserit & remediũ. Nam illũ sane dico securum, qui etiam si interdũ obediẽtiæ limitẽ præterit, consilium non respuit penitentiæ. Regulares namque terminos, etsi sæpe deliquerit, non euadit, qui cõfugit: quæ ex regula est, disciplina non subterfugit.

Pars si quidem regula est regularis correctio, & in ea reperitur non solum bonæ vitæ instructio, sed etiam emendatio prauæ. Inueniuntur in ea & præcepta obediẽtiæ & inobediẽtiæ remedia, vt ne peccando quidem à regula recedatur.

Fateor sanẽ impossibile cuius mortaliũ vel venialiter interdum non delinquere in præceptis obediẽtiæ: sed nulla iam de impossibilitate querela: quandoquidẽ & ex regula licet id quoque q criminauiter delinquit contingerit, emendare. Quod ergo dicitis à nullis posse obseruari ad integritũ quidquid à magistris præcipitur, verum est: sed leuis culpa inobediẽtiæ est, & facilis cura eius inuenitur in regula, siquidem sit transgressio absque cõtemptu. Si autẽ & ipsũ de esse aliquando non posse contẽditis, id quidem falsum est: sed nec talem tamẽ inobediẽtiã sine cura relinquunt diligentia regularis. Et licet fortiori egeat curationis medicamẽto, caret tamẽ morbo præuaricationis, nisi cũ & ipsum forte in edicamentũ cõtemnitur. Quæ cũ ita sint, frustra de impossibilitate cauamur qui regulã profitemur, frustra nobis de peccandi necessitate blãdimur, vt ideo iusta imperia præfatorũ Deo non imputanda, sed tamquam hominũ cõtemnẽda putemus, ne rẽ videlicet impossibile cõtinere nostra professio videatur, si tantũ ex ea hominibus, quantum Deo obediẽtiæ deberi asserimus. Cui enim iam vel ita professio impossibile, immo per Dei gratiam non per facile sit cauere præuaricationem.

Matth.
59.6

Mat. 3.

nem, ubi non inobedientia, sed impoenitentia facit prauaricatore? Hoc quippe (vt iam dixi) profitentium nemo spondet, vt non iam peccet, & ob hoc non continuo, vt quispiam aliquo modo non obedit, prauaricatore se constituit, nisi qui se forte sic professum falso existimat, quales vos vtiq; asseritis esse nō paucos. De quibus est, si qui tamen sunt, vt dicitis, verū est, & quod subditis, quod nihil vtiq; aliud illa talis eorum credulitas, vel potius credulitas in suis ipsorum operatur conscientijs, quam noxia illa recumbentium in idolo libertas in alienis. Nec esse est, n. qui huiusmodi est, ex propria perire sententia, quemadmodum in illius scientia clamat Apostolus infirmū perire fratrem. Et quomodo nihil est commune, item ipse perhibet quod cum gratiarum actione percipitur, nisi ei, qui putat aliquid esse cōmune: ita & regularis professio quantum in se est damnabilis non est, nisi ei, qui damnabilem putat. Quod quatenus putari oporteat, puto satis superius demonstratum. Nunc iam respondendum est quaestioni, quae incidit vobis ex occasione apostolici praesentis capituli. Queritis nempe vtrum nam ista de idolo thymus Pauli sententia: Puto quia nihil commune est in Christo, nisi ei qui putat quid commune esse. Et rursus: Si comederet, damnatus est, quia non est ex fide: in generalem regulam tuihi possit quatenus malū cuiq; sit bonū, quodque, quod agit sit malum, esse creditur, ac tantum malum quantum crediderit: quod si annuero, rursus pergitis inquirere cur nō è contrario tantum cuique bonum sit quod operatur, quantum vel falso opinatur. Mirum quippe vobis, imo & iniustum videtur vt plus in malo, quam in bono humana valeat intentionis opinio. Si respondero de malis quidem merito ita credi propter oculum nequam: respondebitis, & mihi non immerito quoque propter simplicem oculum idē æque putandum, & de bonis. Nam qui dicit ex oculo nequam corporis tenebras estimari indicauit, & de simplici lucem æque corporis approbari. Sed videte, ne forte non sit vere oculus simplex, qui fallitur. Fallitur enim tam qui bonum malū, quam qui malū bonum putauerit. Scitis autem neutrum horum, vā illud euitare propheticum: Vā qui dicitis bonum malum, & malum bonū: cum tamē nemo, qui hoc velit cauere maledictū, de quo veritas pronunciat, quod sit lux to-

tius corporis, id est operis argumentum. Sed absit, vt praeo veritatis clamet contra veritatem: maledicat is, quod illa probauerit. Ego vero, vt interior oculus vere simplex sit, duo illi esse arbitror necessaria, caritatem in intentione, & in electione veritatem. Nam si bonum quidem diligat, sed verum non secundum scientiam: & nescio quemadmodum iudicio veritatis vera esse possit cū falsitate simplicitas. Volens denique ad veram discipulos instruere simplicitatem magistra veritas: Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Praemittit ergo prudentiam, sine qua neminem satis esse posse simplicem sciret. Quomodo denique vere simplex erit oculus cum ignorantia veritatis? Aut verò vera potest dici simplicitas, quā simplex ignorat veritas? Scriptum est enim. Ignorans ignorabitur. Pareat ergo laudabilem illam, & à domino laudatā simplicitatem absque his duobus non esse bonis, beneuolentia, atque prudentia: vt oculus videlicet cordis, non solum pius qui fallere nolit, sed & cautus sit, qui falli non possit. Ceterum sicut oculum simplicem duo ista faciunt bona, amor boni, & cognitio veri, sic nequam oculum duo è regione mala constituunt, caecitas, qua fit vt veritatem nō agnoscat, & peruersitas, qua fit vt diligat iniquitatem. Porro inter duo haec bona, que nec fallere, nec falli sinunt, & duo illa mala, quae tā falli, q̄ fallere faciunt, duo sunt media. Vnū quidem bonū, per quod oculus interior, etsi falli queat ignorantia veri, zelo tamen boni fallere penitus non consentit. Alterū verò malum, quod licet veri notitia non impediatur, amor tamē boni praemalitia minime sentit. Quā omnis res melius diuisione innotescit: secundū hoc duplex malum, & illud item geminum bonum, quadriariam diuidamus oculum cordis, in bonū & meliōre: in malum, & peiorē. Et subdamus exempla. Est qui bonum diligit, & malū nescius agit. Huius quidē bonus est oculus, quia pius: non tamen simplex, quia cæcus. Et est qui bonū, & libenter agit, & prudenter intelligit. Istius reuera oculum non immerito simplicem dixerim, vtpote cui neutrum bonum desit, nec zelus. s. bonus, nec scientia. Hūc profecto requirit oculi Deus cum respicit super filios hominum, vt videat si est intelligēs, aut requirens Deū. Est è contrario qui bonum minime diligens, ex

L

1. Cor.
8. c
1. Tim.
4. b

Ro. 14.
Ibidem.

M

Mat. 6. c

Isa. 5. c

Matth.
10. b

1. Cor.
14. g
A

Pf. 13. d

malitia

B malitia quidem peruersus est, sed sapiens ut faciat malum, per ignorantiam cæcus non est. Quem quidem ideo nōdum appellaucrim nequam, quia vnum ei licet ad suum malum non desit bonum, id est scientia. Sed est qui bonum forte nescius quod non diligit, agit, cui profecto nō incongrue id quod dicitur nequā assignauerim: eo quod neutro careat malo, nec cecitate, nec peruersitate. Dicitur siquidem nequā, quasi nequaquā ut is solummodo nequam appelletur, qui nequaquam hoc est in nullo penitus appareat bonus, sed est utroque bono vacuum, tam videlicet veri notitia, quam & beneuolentia. Alius est itaque pius oculus non quidem fallere propius, sed tamē falli, ut dictū est, pronus, de quo propheta: Effraim, inquit, quasi colūba seducta, non habens cor. Alius is, quē Dominus simpliciter dicit, tam nec fallere facilis quā nec falli, de quo & apostoli docētur, cū eis dicitur: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Et item alius est oculus simpliciter malus, fallēs utique libenter, sed non facile falsus: qualem profecto habēt illi, qui ore dominico astruntur prudentiores esse filijs lucis in generatione sua. Et alius, quē nequā esse definim⁹, quia simpliciter malus, cui quippe & malitia parit ignorantia, & ignorantia malitiam operit, ita ut sæpe nesciēs & malū quod vult non faciat, & bonum faciat quod non vult.

Obscuratum nempe est in lipiens cor eorum, qui istiusmodi sunt, & quasi iam traditi in reprobū sensum, bonum omnino nec diligere, nec dignoscere queunt. De talibus scriptum est: Impius cum venerit in profundum malorum, contembit.

Nam qui huiusmodi est, cauere profecto malum, nec vult etiam si possit, ne si velit, scit. Quam obrem hunc oculum in superiori diuisione illo altero censui non immerito peiorem, non quia malignior sit, sed quia periculosior. Ignorantia quippe securiorem, securitas sequirem facit, non nequiorem. Et tamen ex hoc proculdubio deterior, quod ille solum habet malam, malam intentionem, iste & falsam considerationem.

Ille vno caret è duobus bonis, bono zelo iste, & vero iudicio. Ex hoc itaque pessimo oculo, qui neutrum bonum habet, & item ex illo optimo, qui neutro caret, sentendum est veritatem deseruisse, aut tenebris obuolui totum corpus, aut luce perfundi. Nam reliqui duo, quorum neuter vtrum-

que aut bonum habet, aut malum, et si ex parte possunt, non tamen toti sufficunt vel lucem dare, vel tenebras corpori. Si igitur (ut ad propositā quæstionem reuertamur) is vere oculus nequam est, qui peruersus pariter, & cæcus bonum agit, & malum credit, utique rectè operando, sed opinando iniuc, bonum sibi in malum vertit, & tantum malum quantum crediderit, quandoquidē, iuxta sententiam Domini, totum corpus tenebrosū reddit oculus nequam. Quid enim luci relinquitur, vbi nec pia intentio, nec vera opinio inuenitur? At non ideo sequitur, ut qui e contrario malum facit, & bonū putat, & iuxta suam fidē similiter & ipse inueniat. Quare? Nō est quippe simplex oculus ille, qui ex iudicio veritatis totū corpus lucidū reddat, qualem profecto superius definiuimus. Neque enim ex toto adhuc tenebræ desunt, vbi ignorantia veritatis lucem obscurat volūtatis. Cū itaque ille oculis vtrūque malum, is verò minime vtrumque habeat bonum, non nō videtur exigere ut plus ille noceat, quā proficit iste? Neque enim consequens est, ut tantū valeat in bonū, bonum vnum, quantum duo mala, in malum.

Et quidem laude dignum dixerim, vel solam intentionem piā: nec plane condigna remuneratione fraudabitur in opere quoque non bono ipsa bona voluntas. Attamen sine malo quocumque non erit decepta simplicitas. Cur inquis? Numquid non ex fide? Prorsus ex fide, sed falsa, vel certè potius non ex fide, quia fides falsa, fides nō est. Denique de fide vera non falsa puto dixisse apostolum: Omne, quod non est ex fide, peccatum est.

Non autem ex fide vera bonum creditur quod malum. Est enim falsum. Peccatum igitur est. Vtrumque proinde complectitur præsens capitulum, Omne, quod non est ex fide, peccatum est, &c. & cæcā videlicet malitiam, & deceptam innocentiam, quia quod à nesciente fit, & bonum prorsus condemnat intentio praua, & malum non penitus excusat recta.

Sive itaque malum putes bonum, quod forte agis, siue bonum malum, quod operaris, vtrumque peccatum est, quia neutri ex fide licet sanè leuius admodū peccetur vbi sana intentione sola reprehensibilis actio foris apparet, quā vbi maligna latet etiā in nō mala actione intentio. Verum quod absque vel minimo peccato non est, purum

Ose. 7. c.

Matth. 10. b.

Luc. 16. b.

Prover. 11. a.

Matth. 6. c.

D

Ro. 14. d.

E

bonum minime est. Quo pacto ergo bonū non purū puro malo cōparabitur in efficiētia, hoc est, vt tam efficax ad bonū illud sit, quā ad malū istud? Et hæc super hac quæstione sufficiant. Nam ad superiores quoq; satis reor esse responsum superius. Et quidem vos eisdem sapius dubitationes iteratis, atq; reuolutis, sed mea non interest ipsarū toties repetere solutiones. Sufficit, n. semel soluissē etiam q̄ crebrius in quæstione versatum fuerit. Quæ rentibus item de obedientiæ pondere, seu discrimine inobedientiæ, à latere scidit vobis, & de merito vtriusque querendum, vtrum videlicet in quibusque præceptis quantum obedientia valet, tantum grauet inobedientia: vt verbi gratia, vel Abraham de immolando filio, vel ille nescio quis de filio itidem furni incēdijs exponendo: tantum diuinæ indignationis, & vltionis merito incurissent si nō obedissent, quantum laudis, & gratiæ receperunt pro eo q̄ obedierunt. Quod vobis quidem & durum videtur, & necessarium, sed non est. Enimvero constat nonnulla, nec fieri sine glōria, & posse non fieri sine culpa: ideoque si fiant, digna esse præmijs, non tamen supplicijs si non fiant. Nam & non tangere mulierem, meriti est non mediocris, & nullius tamen delicti propriā amplecti coniugem. Istiusmodi sunt quæcumq; euangelico illi capitulo congruere possunt. Qui potest capere capiat. Et rursum quedam per cōtrariū neglecta quidem offensam contrahunt sed impleta gloriā non merentur, & damnant contemptorem, & auctorem nō glorificant. Talia sunt quæcumque diuinitus lege publica imponuntur hominibus, sine quibus, nec saluari queunt. Hinc illud apud gentilem: Non feci furtum, non pascēs in cœce coruos. Et in euangelio: Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Si saluaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Denique, & vniuersaliter: Cum feceritis omnia, quæ mandata sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus, quæ facere debuimus, fecimus. Ac si dicat: Si solis contenti estis præceptis, & traditionibus impostæ legis, & non sponte etiam perfectionis vos consilijs, & suasionibus mancipatis, liberi quidem estis à debito, non tamen pro merito gloriosi. Euasistis poenā, sed non acquisistis coronam. Quænam ergo vos necessitas cogit parere in singulis, quæ iniuncta fuerint, & formidare

ultionem de transgressione, & de obseruatione sperare remunerationem? Ea propter in talibus generalis hæc regula teneatur, vt difficilioribus quidem agendis obeditio gratior, quā grauior præuaricatio iudicetur: & in facilioribus minusque onerosis contemptus damnabilior, quā actus laudabilior estimetur. Iam etsi de hoc satis est, videamus quatenus etiam tenenda sit ipsa, quæ in professione firmari solet loci stabilitas, & quibus (si quibus tamen) ex causis rēpere illam vel licet cuiquam, vel expediat. Et hinc siquidem dubitare vos dicitis. Ad quod interim nunc securus responderim, à bono quod semel quis vouerit, descendere non licere: & ad hoc mutare locum, quem sibi quisque elegerit, & cui se sua voluntate, & voce firmauerit, omnino non consulo, sed nec sanctus Papa Gregorius. At enim Perfecti quique magna se discretionis subtilitate conspiciunt, ne ad deteriora vniquā vel in opere vel in cogitatione dēlabantur. Sed quod hinc sensit vir apostolicus, hoc se Apostolus implere gloriatur, Quæ, inquiens, retro oblitus, & ad ea, quæ ante sunt, extentus. An & propheta Ezechiel idem non significauit, cum de sanctis animalibus diceret: Non reuertebantur cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur? Et hi omnes id sentiendo non aliud quā magistrī sui sententiam secuti sunt, dicentis in euangelio: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Prescribat proinde stabilitatis pactum omni deinceps remisso descensui, contentioso discelsui, vago, & curioso discursui, totius deniq; inconstantia leuitati: non tamen his, quæ in professionis serie sequuntur, morum videlicet conuersioni, & obedientiæ, quæ secundum regulam sit. Nam si hæc ibidem pro improbitate nimirum atque irreligiositate cohabitantium obtineri forte nequiverint, duce spiritu libertatis transire indubitanter suadeo ad locum aliū, vbi non impediatur homo reddere Deo vota sua, quæ distinxerunt labia sua. Equidem cum sancto sanctus eris, & cū peruerso peruerteris. Sane de religiosis, ac bene ordinatis monasterijs nullus p̄fessorum meo cōsilio, ne actionis quide vitz desiderio sine licentia superioris egredietur. Egredius tamen si melius inuenierit, & elegerit, meo nihilominus iam consilio non regredietur ad inferius bonum

Gen. 22.

Matth. 19.6

Luc. 6. d
Matth. 19.8

Luc. 17.

G

Phil. 3.6

Ezech. 1.6

Luc. 9.8

Pf. 65.6
Pf. 124.4

H

bonum quod reliquerat & contempserat præ meliori: præsertim si illud melius tale fuerit, quod eius primæ professioni congruere videatur. Ipse nempe viderit qua ratione, quave intentione altiora, seu ætiora præsumpserit: nam ad inferiora, vel remissiora me consulente nequaquam apostatabit, si non tamen loci prioris vicinia reuocetur, quia de noto monasterio nec retineri quis regulariter potest, nec recipi sine consensu Abbatis sui. Et accipite manifestius in exemplis, huius sententiæ rationem.

Fortè vult aliquis de Cluniacensibus instituti ad Cisterciensium sese stringere paupertatem, eligens præ illis nimirum consuetudinibus magis regulam puritatem. Si me consulit, non consulo, si non, sanè id Abbatis sui vsurparit assensu.

Quamobrem? Primò propter scandalum ipsorum quos deserit, deinde quia certa pro dubijs relinquere tutum non est. Forfan enim hoc tenere potest, illud non potest. Tertio suspectam habeo leuitatem, qua id sæpe quod facile volumus antequam probemus experiri iam volumus, vno propè momento id ipsum & cupientes & respicientes tam leuiter, quam irrationabiliter. Quales utique non paucè frequenter experimur, qui vna vix hora in vna voluntate durantes, aura leuitatis impulsu, vagi & instabiles, hac & illac velut ebrii nutant, mutantque pro experimento iudicium, imò sine iudicio fluctuantes & tumultuantes tot de se consilia præsumunt quot loca reuisunt semper quod non habent cupientes, & quod habent fastidientes. Et quomodo ego (ait aliquis professus regulam) non secundum regulam cum bona queam degere conscientia? Siquidem voues & non soluens, quid nisi peior? Quasi non multo magis habeas vnde conquiri alibi quoque cum ceperis pure iuxta regulam conuersari. Profecto etiam tunc & quantum iniquas conscientia habitare sustineam extra domum meam priorem, quæ me de seculo fugientem excepit, initiauit ad bonum, signauit in salutem, molestus fratribus, inobediens seniori, stabilitatis insuper præuicicans partem, & primam irritam faciens fidem?

Veruntamen neutra iusta querimonia est. Nam qui se ideo perituri putat, quod ad punctum regulam non obierit, videtur mihi non satis attendere quid intulerit. Nemo quippe cum proficetur spondet regulam, sed determinate secundum regulam sui,

quisque conuersionem, suamque deinceps conuersationem sese pollicetur dirigere. Hæc profecto huius temporis omnibus ferme monachis communis professio est. Et licet in diuersis monasterijs, diuersis & obseruatijs Deo seruiatur: quamdiu tamè sui quisque loci bonos vsus seruat, haud dubium, quin secundum regulam viuatur, quoniam quidem boni vsus à regula non discordant.

Quisquis itaque tenet, quod teneri inuenit bonum, ubi proficetur, profecto viuunt sicut promittit: quia non aliud proculdubio quisque promittit, quàm quod habere eorum pia videtur vita, cum quibus deinceps viuere disponit, & eligit. Qui enim? numquid, verbi gratia, aut in Maiori monasterio vsus Cluniacensium, aut isti fortè illorum ritus, aut verò vtrique Cisterciensium districtior litteratorem proficentur? Attamen oēs secundum regulam proficentur. Vna quidem oris vbiq. promissio, sed quia non vna est orbis cordis intentio, potest in dubitauerit sine detrimento salutis, & sine damno professionis, operis quoque non vna vbiq. obseruatio celebrari. Sicut enim non omnes omnia tenent (etiam boni Christiani) quæ in euangelio sunt, oēs tamen secundum euangelium viuunt, (nam qui concessis alligati coniugijs contenti sunt, non ideo tamen credunt se recessisse ab euangelio, quia euangelici sublimitatem consilij de calibe ducenda vita non elegerunt) ita sanè si in gradu illo inferiori legitime, ac fideliter conuersentur: sic quoque qui secundum regulam viuere statuunt, etsi non ad vnguem (vt dicitur) totam custodiunt, & si qua pro sui clausuri ritu vel mutant, vel præmittunt, à regulari tamen ordo professione non discedunt, donec tamen sobriè, & iuste, & piè, pro suorum moribus viuere non desistunt. Denique regula ipsa tradit octauum humilitatis gradum, vt nihil agat monachus, nisi quod communis monasterij regula, vel maiorum cohortatur exempla. Exceptis proinde Cisterciensibus, & qui illorum fortè ritu non tam viuere secundum regulam, quam ipsam ex integro pure ad litteram (vt se sane professos esse putant) tenere curant: de cetero neminem obedienter degentem, regularis moueat, solemnique professio, in qua non fit de tota regula promissio, in his dumtaxat monasterijs, in quibus ordo, & disciplina seruetur cum bonis consuetudinibus.

Salua igitur cuique sua manet in cenobijs bene ordinatis professio tantum, si sana fuerit

& intentio. Ceterum, qui inquietus est, & ita credere non potest, sed magis credens, & cedens stimulatō conscientia exit, & quarit ubi soluat vota sua, quæ suo in loco, suo utique iudicio vouerat quidem, sed non soluerat, sicut nō laudo, quod egreditur, ita ut regrediatur non confuso, si tamen ad remotū, ignotumque monasterium migrauerit.

Cur ita? Tum propter Pauli sententiam quæ beatum manifestè pronunciat, qui se ipsum non iudicat in eo, quod probat: tum ex nostri auctoritate magistri, qui talem & suscipi iubet, & retineri, inuentum quoque bonum, & utilem suasionē allici, professione ligari. Denique suadeatur (inquit) ei uti stet: Et ne forte prioris sui monasterij memor, remordente (ut adfolet) conscientia, incipiat denuo de rupta stabilitate causari, generalem super huiusmodi scrupulo consolatoriam profert sententiam, dicens: Vbiq. enim vbi Deo seruitur, vni regi militatur.

Porò de vicino perhibet, quod iubet de peregrino, ne vicinitas inter monasteria fomes scandali, rixæ materia sit, si alterutrum recipere monachos acquirerint absque mutuo dumtaxat assensu.

Quod toties equidè experimur, quoties talis vspiam monachorum susceptio planè non nisi contra decretum regulare præsumitur. Quod si etiam post hæc fratris ita regulariter suscepti inquietiorem fortè animum pulsauerit recordatio scandali, quod discedens fratribus, quos deseruit fecit, & quia oporteat emendari suo reditu, quod ex discessu deliquerit, prudenter aduertat qui hoc cogitat, scandalum scandalo non benè emendari. Qualis deniq. emendatio erit, si ut alijs scandalum tollas, alios scandalizas? Quamquam profecto & tolerabilius scādalum illud sit & venialius, quod factum est intentione proficiendi in melius, quā quod facere cogitas ad deterius apostatando.

Sed ante quoque (licet non sine scandalo) tutius tuam sine dubio ad id, quod putasti melius, secutus es conscientiam, quam si in priori bono & loco contra conscientiam permaneres, quamquam securè in posses, si sanè hinc eadem cuiuspiam conscientia reddere secusam posses.

Rom. 14. Quapropter quod de manducante, & nō manducante decreuit Apostolus: vsurpamus & nos in nostræ huius disputatiuicæ conclusionē, ut & qui propria impellente conscientia suum deserit locum, ne suum (quod

putat) deserat votum, non deserentem non spernat, & qui secura conscientia fratrum scandalum timens fratres non deserit, deserentem non iudicat. Et de his me accipite sanè quod sentio respondisse, sine præiudicio sanius sentientis. Item postulatū absolui vobis, cur vel beatus Gregorius nescio quem Venatium, habitum monachalem quem suscepserat, impieq. reiecerat, non solum resumere non cogit, sed etiam omnem legitur indulsisse communionem apostata perduranti: vel sanctus Augustinus coniugij legi votum quodammodo subijciat continentia, ita ut in libro de virginitate asserere videatur, nec cælibis quidem vitæ propositum copula posse præscribere coniugali quominus indissolubile maneat, etiam quod continentibus fallente diabolo fracto sanctitatis voto initum fuerit matrimonium.

Et ad hæc nihil præsens certius, breuiusq. respondendum occurrit, nisi quod ita sancti antistites sapuerunt, recte ne, ipsi viderint. Nam ego in sensibus, actibusque illustrium patrum cautus profecto sum omnino non aliud æstimare, quàm quod beato Apostolo teste, quæritur iam inter dispensatores, vt videlicet fidelis quis inueniatur.

Certus sum enim siue in suo adhaerent sensu, siue in Dei spiritu, sicut & in ceteris ita & in his ambos extitisse fideles, illum in dispensando quod præ manibus erat, istum in scribendo quod senerat.

Quod denique quæritis de quibusdam episcopis, quos sanctus item Papa Gregorius ad tempus in monasterijs pro eorum excessibus legibus reclusisse, vt rursus in suo, an in monasterio interim habitu habitarent cū monachis, ego nescio, nisi quod credibilius videtur nequaquam illos insignem religionis habitum suscepisse, quæ non erant perpetuo habitari, sed tantum quæ se quietem in secretis monasteriorum, & opportunitatem poenitentia. Audire & hoc vultis à me, vnde inter cetera poenitentia instituta monasterialis disciplina meruerit hæc prerogatiua, vt secundum baptismi nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi abrenunciationem, ac singularem excellentiam vitæ spiritualis, qua præminens vniuersis vitæ humanæ generibus huicemodi conuersiui, professores, & amatores suos Angelis similes, dissimiles hominibus facit, inò diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Christo in-

stat baptisimi. Et quasi denique secundo baptizamur, dum per id, quod mortificamus membra nostra, quæ sunt super terram, rursum Christum induimus, complantati denovo similitudini mortis eius. Sed & quomodo in baptismo eruihur de potestate tenebrarum, & in regnū transferimur claritatis æternæ, ita & in sancti huius secunda quadā regeneratione propostū de tenebris æquæ non vnius originalis, sed multorū actualiū delictorū in lumē virtutum euadimus, reaptates nobis illud Apostoli: Nox præcessit dies aut appropinquauit. Id quoq. vobis insinuari precamini, an Abbatis mutatio monasteriū suū mutare volentibus monachis in aliquo patrocinetur, hoc est si in morte vel depositione prælati plus aliquid libertatis subditis relaxetur, quo vtique licentius possint eo articulo tēporis migrare, quo voluerint, altero necdum videlicet substituto. Ad quod respōdeo. Nequaquā. Etenim spōsio professionis quæ ex more fit in oratorio, de Abbatis vita nō sumit terminum, sed de præsentia testimonium. Profricti itaq. modus sit sua vita, nō aliena. Attendat denique quod legislator ipse nō solū senserit, sed &

Capitulum tradiderit, vt si quando, inquit, aliter fecerit lo: De (videlicet) quā promittit) à Deo se sciat monachis pe- damnādum, quem irridet. Item dicit, q nec sui iam corporis nouitius habiturus sit po- regrinis. testatē. Et item: Perseuerantes, ait, in monasterio vsque ad mortem. Salus igitur exceptionibus, quas superior disputatio pstrinxit, de cetero nulla liceat occasione monacho locum, cui professus est, citra suam mortē deserere, suo duntaxat arbitrio: alioquin præuaricator est, dānationem habens, quia primam fidem irritam facit. Sed vos pergitis amplius seiscitari, & dicitis: Quid si non potest nisi cum rancore perpetuo animi ibidē manere ob minus videlicet regularem, minusve amabilem Abbatis electionem? Subit animo nunc illud de euangelio, quod de cōiugij legē docētī discipuli Domino respōderunt. Si ita est, inquit, non expedit nubere. Magnæ reuera angustia: Si tēmerit exosam, nihil onerosius. Si dimiserit inuitā, nihil inchristianius. An non simili necessitate cōstringitur, qui nec deserere valet locū, ne frangat votum: nec manere in loco, nec cū rancore viuāt, & vitam perdat? Quid consilā huic? Vt discedat? Non licet p p professionem. Vt stet? Propter rancorem non expedit. Duo mihi æquē inconuenientia, æquē

periculosa proponitis, vt quidquid respondero, vobis minime prosit.

Quæritis nepe quid è duobus monachotutius sit, residere in proprio monasterio sub irregulariter electo cum rācore, aut ad quietius viuēdum aliō migrare. Quod quidem haud secus accipio, quā si requiratur quam morte petire consulam eum, qui seipsum fortē perimere vult, incendio, a præcipitio. Reuera namque & vritur qui in odio manet, & qui frangit propostū, in præceps ruit. Sed vos me in hac difficultate consilij facillē expeditis, cum deinde sequimini & quatenus accipi hoc ipsum velitis appellatis irregulare, aperiendo subiungitis, præsertim si electionis irregularitas adeo inuoluta sit & intorta, vel licet de ea coram Deo non dubitetur, coram hominibus tamen, aut vix, aut nullatenus conuincatur.

Venit nunc quoq. in mentem sapientis elogium: Occasionem quærit, qui vult recedere ab amico. Quoniam modo vos irregularem dicitis electionem, quæ cassari irregulariter non valet, aut reprobari? Et quidem legitur. Quod probari non potest, mihi infectum est. Sed dicitis. Et quis obediat scienter indigno, etsi non manifesto? Fratres, nō ne legistis, & in vestra & in veritatis regula: Super cathedrā Moysi sederunt scribæ, & pharisæi, quæ dicunt facite, secundum autē opera illorum nolite facere? Iam de mutandis vestibus vel lauandis ab nocturnam illusionem accipite breue consilium. Iuxta ritum sui loci quemq. facere consulo de huiusmodi, quæ diuersis modis diuersis in monasterijs certum est obseruari. De his, qui in pluribus monasterijs profitentur (quod penē oblitus fueram) puto satis esse respōsum superius, cum de loci stabilitate disputatum est, & non est necesse, vt repetam.

Prætermitto, & aliqua de canonibus quæ vos requiritis, tum quoniam talium nostrā non refert qui monachi sumus, tum quia in libris ipsi facile reperire potestis, si quærere non grauemini. Venio ad tria illa, quæ in altera vestra rursus epistola continentur, vbi primum interrogatis quidnam consulam homini, qui aduersus quempiam commotus fuerit, sed non adeo vt eum lædere ipse velit, adeo tamen vt libenter accipiat si quomodo aliunde lædi contigerit, sit ne videlicet tutum ita commoto accedere ad altare an se subtrahere interim debeat, donec cōpescatur commotio.

Numquam mihi contingat turbatum ad pacis accedere sacrificium, cum ira, & disceptatione contingere sacramentum, in quo Deus indubitanter est mundum reconcilians sibi. Certè non recipitur munus quodcumque meum quod defero ad altare, nisi ante placato fratre, quem me forte læsisse meminero: quanto minus si me ipsum non pacaturo prius? Quod deinde caritatis de contrarietate, quæ inesse videtur duabus illis Pauli sententijs.

Phil. 3. d Conuersatio nostra in cælis est: & quàm diu sumus in corpore, peregrinamur à Domino, quomodo videlicet anima eodem tẽ-

Fore possit, & in corpore peregrinari à Domino, & in cælis simul esse cum Domino, ipse soluit Apostolus, cum alibi dicit: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, in quàm quidem cognoscimus tamquam presentia cõtèmplantes, iam cum Domino sumus: in quàm adhuc tamquam de futuris prophetamus, credentes, quæ non intelligimus, sperantes, quæ non videmus, à Deo peregrinamur, & in corpore.

Ibidem . Venerit quod perfectum est, hoc est gloriæ plenitudo, quæ in resurrectione futura est, tunc euacuabitur quod ex parte est, corporis videlicet omnis corruptio, ex qua sine dubio contingit hæc, quæ adhuc ex parte manet nostra in corpore peregrinatio. Hoc est quod in se miserabiliter ingemiscens plangit, & ait: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Non conueritur de corpore tantum, sed de corpore mortis huius, hoc est eius, quæ adhuc durat corruptionis: monstrans non corpus, sed corporis molestias esse causam

Sap. 9 d peregrinationis. Corpus quippe quod corrumpitur, aggrauat animam. Non corpus simpliciter, sed corpus, quod corrumpitur aggrauat animã, vt corruptio corporis oneri sit, non natura. Vnde & qui intra semet ipsos ingemiscunt, redemptionem expectant corporis sui, non amissionem. Merito proinde grauitati corporis necessitate, non societate, cupimus dissolui, & esse cum Christo,

Rom. 8. d vt id, quod manet ex parte adhuc exilium finiatur, & quæ ex parte iam cœpit, cælestis habitatio perficiatur. Aut certe conuersatio nostra in cælis est, quomodo idẽ dicit Apostolus: Sepe enim salui facti sumus. Spe itaque iam in cælestibus habitamus, cū adhuc re ipsa in terris peregrinemur, & in corpore. Vel aliter. Habemus, & vnde corpori, &

Phil. 3. d vnde Domino in hæretamus. Illud viuificando, & sensificando, illum credendo, & diligendo. Neque enim presentior Spiritus noster est vbi animat, quã vbi amat, nisi forte putetur esse magis vbi inuitus, & necessitate tenetur, quàm quo spõte, & alacri fertur voluntate. Denique vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum. Item si Deum amas anima ex ipso viuuit, vti corpus ex ipsa, quo pacto quæso, presentior esse contenditur vbi dat, quàm vnde accipit vitam? Fons siquidem vitæ caritas est, nec viuere animam dixerim, quæ de illo non hauserit. Haurire porro quomodo potest, nisi fuerit presentis ipsi fonti qui caritas est, quæ Deus est? Presentis igitur Deo est, qui Deum amat, in quàm amat. In quo enim minus amat, absens profecto est. In eo autẽ minus Deum amare conuincitur, quod carnis adhuc necessitatibus occupatur. Illa verò circa corpus occupatio quid est, nisi à Deo quædam absentatio? & absentatio quid nisi peregrinatio? Et peregrinamur ergo à Domino, & in corpore peregrinamur, cuius nostra nimirum, & intentio præpeditur ærumnis, & curis caritas fatigatur. In fine secundæ epistolæ interrogatis quid sentiendum arbitror de eo, quod in Evangelio nobis promittitur: Ecce enim merces vestra multa est in cælis, mirantes maxime sanctum Augustinũ dixisse super hoc, nõ cælos istos visibiles, & corporeos oportere intelligi, ne merces nostra in rebus mobilibus, & vofubilibusque videatur collocari, id eoque spiritualia quædam firmamenta esse intelligenda, de quibus nescitis (vt dicitis) quid vel suspicari debeatis. Sed si attenditis quod legistis: Regnum Dei intra vos est: & Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris, tamquã vtiq. regem in regno suo, & Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuocabitur nobis: non quidem, quæ reuocabitur nobis velut aliquid exterius, sed in nobis, quã intus iam manens, sed istudum apparens. Et item: Omnis gloria eius filix regis ab inuis, & ascẽderet homo ad coraltũ, sed & ascensionem in corde suo disposuit, rursumque anima iusti sedes est sapientiæ, cuius sine dubio illa vox est, cælũ mihi sedes est: si hæc, inquam, hisq. similia non pauca in scripturis aduertitis, profecto studebitis ad requirendũ regnum Dei, & iustitiam eius intrare potius ad vos, quàm vel extra exire, vel ascẽdere supra; Sed supra sanè vel extra dixerim

vnde Domino in hæretamus. Illud viuificando, & sensificando, illum credendo, & diligendo. Neque enim presentior Spiritus noster est vbi animat, quã vbi amat, nisi forte putetur esse magis vbi inuitus, & necessitate tenetur, quàm quo spõte, & alacri fertur voluntate. Denique vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum. Item si Deum amas anima ex ipso viuuit, vti corpus ex ipsa, quo pacto quæso, presentior esse contenditur vbi dat, quàm vnde accipit vitam? Fons siquidem vitæ caritas est, nec viuere animam dixerim, quæ de illo non hauserit. Haurire porro quomodo potest, nisi fuerit presentis ipsi fonti qui caritas est, quæ Deus est? Presentis igitur Deo est, qui Deum amat, in quàm amat. In quo enim minus amat, absens profecto est. In eo autẽ minus Deum amare conuincitur, quod carnis adhuc necessitatibus occupatur. Illa verò circa corpus occupatio quid est, nisi à Deo quædam absentatio? & absentatio quid nisi peregrinatio? Et peregrinamur ergo à Domino, & in corpore peregrinamur, cuius nostra nimirum, & intentio præpeditur ærumnis, & curis caritas fatigatur. In fine secundæ epistolæ interrogatis quid sentiendum arbitror de eo, quod in Evangelio nobis promittitur: Ecce enim merces vestra multa est in cælis, mirantes maxime sanctum Augustinũ dixisse super hoc, nõ cælos istos visibiles, & corporeos oportere intelligi, ne merces nostra in rebus mobilibus, & vofubilibusque videatur collocari, id eoque spiritualia quædam firmamenta esse intelligenda, de quibus nescitis (vt dicitis) quid vel suspicari debeatis. Sed si attenditis quod legistis: Regnum Dei intra vos est: & Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris, tamquã vtiq. regem in regno suo, & Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuocabitur nobis: non quidem, quæ reuocabitur nobis velut aliquid exterius, sed in nobis, quã intus iam manens, sed istudum apparens. Et item: Omnis gloria eius filix regis ab inuis, & ascẽderet homo ad coraltũ, sed & ascensionem in corde suo disposuit, rursumque anima iusti sedes est sapientiæ, cuius sine dubio illa vox est, cælũ mihi sedes est: si hæc, inquam, hisq. similia non pauca in scripturis aduertitis, profecto studebitis ad requirendũ regnum Dei, & iustitiam eius intrare potius ad vos, quàm vel extra exire, vel ascẽdere supra; Sed supra sanè vel extra dixerim

Mat. 6

H

Luc. 17.

Eph. 3. d

Rom. 8. d

Pf. 44. u

Pf. 63. b

Pf. 83. b

dixerim loci positione, sicut celum à terra locum tenet exteriorem, sol, luna & sydera superiorem. Nā eadem ipsa, quæ intra nos sunt, subtiliori suæ naturæ inuisibilitate, et supra nos sunt sublimiori excellentiæ dignitate, & extra quoque immensitate maiestatis. Sed altissima sunt hæc, egentia vtique & diligentiori disputatione, & doctiori disputatore, & opere prolixiori: Ego enim putaueram modum in his tractandis epistolarem nequaquam excessum mihi, sed sermo (vt video) processit in longius, quam speraui. Proinde vos, si placet, librum epistolam nominare: nam ego siue in paucis, siue in multis vestræ debui (quod & studui) satisfacere voluntati.

*Explicit liber de precepto,
& dispensatione.*

DIVI BERNARDI
Abbatis Clarenvalis, in tractatum de diligendo Deo.

PROLOGVS.



Iro illustri Domino Haymerico, Ecclesie Romanæ diacono cardinali & cancellario, Bernardus Abbas dictus de Claruualle, Dño viuere & in Domino mori. Oratio

nes à me, & nō quaestiones poscere solebatis: & quidem ego ad neutrum idoneū me esse confido. Verum illud inquit professio, et si nō ita conuersatio. Ad hoc verò (vt verum fatear) ea mihi deesse video, quæ maxime necessaria viderentur, diligentiam & ingenium. Placet tamē fateor, quod carnalibus spiritualia repetitis, si sane apud locupletiores id facere libuisset. Quia verò doctis, & indoctis pariter iustiusmodi excusandi mos est: nec facile scitur, quæ vere ex imperitia, quæve ex verecundia excusatio prodeat, si non insuncti operis obeditio probat: accipite de meā paupertate quod habeo, ac tacendo philosophus puter. Nec tamen ad omnia spondeo me responsum. Ad id solum quod de diligendo Deo quaeritis, respondebo quod ipse dabit. Hoc enim & sapit dulcius, & tractatur securius, & auditur utilius. Reliqua diligentioribus referuate.

TRACTATVS.



Vltis ergo à me audire quare, & quomodo diligendus sit Deus? Et ego. Causa diligendi Deum, Deus est. Modus sine modo diligere. Est ne hoc satis?

Fortassis vtique, sed sapienti. Ceterum, si *Rom. 1. 8* & insipientibus debitor sum, vbi fat est dictum sapienti, etiam illis gerendus mos est. Itaque propter tardiores idem profusus, quàm profundius repetere non grauabor. Ob duplicem ergo causam Deum dixerim propter seipsum diligendum: siue quia nihil iustius, siue quia nihil diligere fructuosius potest. Duplicem siquidem parit sensum, cum quaeritur de Deo, cur diligendus sit. Dubitari namque potest quid potissimum dubitetur, vtrum nam quo suo merito Deus, aut certe quo nostro sit commodum diligendus. Sane ad vtrumque idem responderim: non planè aliam mihi dignam occurrere causam diligendi ipsum præter ipsum. Et prius de merito videamus. Multum quippe meruit de nobis, qui & immeritis dedit seipsum nobis: Quid enim melius seipso poterat dare vel ipse? Ergo si Dei meritum quaeritur, cum ipsum diligendi causa quaeritur, illud est præcipuum, quia ipse prior dilexit nos. Dignus plane qui redametur, praesertim si aduertatur quis, quos, quantumque amauerit. Quis enim? Non ne is, cui omnis spiritus confitetur, Deus meus es tu, *Pf. 135. 6* quoniam bonorum meorum non eges? Et vera huius caritas maiestatis, quippe non quaerentis quæ sua sunt. Quibus autem tanta puritas exhibetur? Cum adhuc, inquit, *Rom. 5. 6* inimici essemus, reconciliati sumus Deo. *Ioan. 3. 6* Dilexit ergo Deus, & gratis, & inimicos. *Rom. 8. 1* Sed quantum? Quantum dixit Ioannes: Sic Deus dilexit mundum, vnigenitum daret. Et Paulus: Qui proprio (ait) filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum. Ipse namque filius pro se: Maiorem, inquit, *Ioan. 1. 14* ritatem nemo habet, quàm vt animam suā *M* ponat quis pro amicis suis. Sic meruit iustus ab impijs, summus ab infimis, ab infirmis omnipotens. Sed dicet aliquis: ita quidem ab hominibus, sed ab angelis non ita. Verum est, quia necesse non fuit. Ceterum qui hominibus subuenit in tali necessitate, ser-

uauit angelos à tali necessitate . Et qui homines diligendo tales fecit ne tales remanerent, ipse æquè diligendo ded^{it}, & angelis ne tale fierent . Quibus hæc palam sunt, palam arbitror esse, & cur Deus diligendus sit: hoc est, vnde diligere meruerit . Quod in infideles hæc latent, Deo tamen in promptu est ingratos confundere super innumeris beneficijis suis humano nimirum, & vsui præstitis, & sensui manifestis. Nempe quis alius administrat cibum omni vescenti, cernenti lucem, spiranti statum? Sed stultum est velle modo enumerare quæ innumera esse non longe ante præfatus sum. satis est ad exemplum præcipua protulisse, panem, solem, & aerem . Præcipua dico, non quia excellentiora, sed quia necessaria sunt, quippe corpori . Quærat enim homo eminentiora bona sua in ea parte sui, qua præminet sibi: hoc est in anima, quæ sunt dignitas, scientia, virtus . Dignitatem in homine liberum arbitrium dico: in quo ei nimirum datum est ceteris non solum præminere, sed & præsidere animantibus . Scientiam verò qua eandem in se dignitatem agnoscat: non à se tamen . Porro, virtutem qua subinde ipsum à quo est, & inquirat non se-gniter, & teneat fortiter cum inuenerit. Itaque geminum vnumquodque trium horum apparet . Dignitatè siquidem demonstrant humanam, non solum naturæ prærogatiua, sed & potentia dominatus: quod terror hominis super cuncta animantia terribè imminere decernitur . Scientia quoque duplex erit, si hanc ipsam dignitatè, vel aliud quodque bonum in nobis, & nobis inesse, & à nobis non esse nouerimus . Porro virtus, & ipsa æquè bifaria cognoscetur, si auctorem consequenter inquirimus, inuentoque inseparabiliter inhereamus . Dignitas ergo sine scientia non prodest: illa verò etiam obest, si virtus defuerit: quod vtrumque, ratio declarat subiecta . Habere enim quod habere te nescias, quam gloriam habet? Porro nosse quod habeas, sed quia à te non habeas ignorare: habeat gloriam, sed non apud Deum . Apud se autem gloriantur dicitur ab apostolo: Quid habes quod non acceperis? Si autem acceperis, quid gloriaris quali non acceperis? Non ait simpliciter, Quid gloriaris: sed addit, Quasi non acceperis. vt asserat reprehensibilem non qui in habitis, sed qui tamquam in non acceptis gloriantur . Merito vana gloria nuncupatur huiusmodi,

veritatis nimirum solido carens fundamentum . Veram enim gloriam ab hac ita discernit . Qui gloriatur, ait, in domino gloriatur . 1. Cor. hoc est, in veritate . Veritas quippe Dominus est . Vtrumque ergo scias necesse est, & quid sis, & quod à te ipso non sis: ne aut omnino videlicet non gloriaris, aut inaniter gloriaris . Denique si non cognoueris, inquit, te ipsam, & egredere post greges sodalium tuorum . Reuera ita fit: homo factus in honore cum honorem ipsum non intelligit: talis suæ ignorantie merito comparatur pecoribus, velut quibusdam præsentis suæ corruptionis, & mortalitatis consortibus .

Fit igitur vt sese non agnoscendo, egregia rationis munere creatura, irrationabilium gregibus aggregari incipiat, dum ignara propriæ gloriæ, quæ ab intus est conformanda, foris rebus sensibilibus sua ipsius curiositate adducitur: efficiturque vna de ceteris, & se præ ceteris nihil accepisse intelligat .

Itaque valde cauenda hæc ignorantia, qua de nobis minus nobis forte sentimus, sed non minus imò & plus illa, qua plus nobis tribuimus: quod fit, si bonum quodcumque in nobis esse, & à nobis, decepti putemus . At verò super vtramque ignorantiam declinanda, & execranda illa præsumptio est, qua sciens & prudens forte audeas de bonis non tuis tuam quærere gloriam: & quod certus es à te tibi non esse, inde tamè alterius rapere, non verearis honore . Prior equidem ignorantia gloriam non habet: posterior verò habet quidem, sed non apud Deum . Ceterum, hoc tertium malum, quod iam scienter committitur, vsurpat & contra Deum . Intantum denique ignorantia illa posteriori hæc arrogantia grauior, atque periculosior apparet, quo per illam quidem Deus nescitur: per istam & contemnitur . Intantum, & priori deterior, ac detestabilior: vt cum per illam pecoribus, per istam, & dæmonibus sociemur . Est quippe superbia, & delictum maximum vt datus tamquam innatus: & in acceptis beneficijis gloriam vsurpare benefici .

Quamobrem cum duabus istis dignitate, atque scientia, opus est, & virtute: quæ vtriusque fructus est, per quam ille inquitur ac tenetur, qui omnium auctor, & dator merito glorificetur, de omnibus . Alioquin sciens & non faciens digna, multus vapulabit . Quare? Vtque, quia noluit intelligere vt benegeret . Magis autem iniquitatem, inquit,

tus est in cubili suo, dum de bonis quæ à se non esse ex scientiæ dono certissime cõperit. boni Domini gloriam seruus impius captare sibi, imò, & raptare molitur. Liquet igitur, & absque scientiâ dignitatẽ esse omnino inutilem, & scientiam absque virtute damnabilem. Verum homo virtutis, cui nec damnoſa sciẽtia, nec infructuosa dignitas manet, clamat Deo, & ingenuè confite-

Pf. 113. b tur: Non nobis, inquit, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hoc est, nil nobis, ò domine: de scientiâ, nil nobis de dignitate tribuimus, sed tuo totũ (à quo totum est) nomini deputamus. Ceterum pene à proposito longe nimis digressi sumus, dum demonstrare satagimus eos quoque, qui Christum nesciunt, satis per legem naturalẽ ex perceptis bonis corporis, animæq; moueri quatenus Deum propter Deum, & ipsi diligere debeant. Namque vt breuiter quæ super hoc dicta sunt iterentur: quis vel infidelis ignoret suo corpori non ab alio in hac mortali vita supradicta illa necessaria ministrari, vnde videlicet subsistat, vnde vi-

Pf. 135. c deat, vnde spiret, quàm ab illo, qui dat ecclã omni carni, qui solẽ suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos?

M. 5. 5 **D** quis item vel impius putet alium eius, quẽ in anima splendet humanæ dignitatis auctorem, præter illum ipsum qui in

Gen. 1. c Genesẽ loquitur: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram? Quis

Pf. 93. b aliũ scientiæ largitorem existimet, nisi æquẽ ipsum, qui docet hominem scientiam? Quis rursus minus sibi aliunde virtutis aut putet datũ, aut speret dādum, quàm de manu itidẽ domini virtutũ? Meretur, ergo amari propter seipsum Deus, & ab infideli: qui etsi nesciat, Christum, scit tamen seipsum, Proinde inexcusabilis est omnis, etiam infidelis, non diligit dominum Deum suum toto corde, tota anima, tota virtute sua. Clamant nempe intus ei innata, & non ignota rationi iustitia: quia ex toto se illum diligere debeat, cui se totum debere non ignorat. Verum id difficile, imò impossibile est, suis felicitet quempiam, liberivẽ arbitrii, viribus semel accepta à Deo, ad Dei ex toto cõvertere voluntatem: & nõ magis ad propriam retorquere, eaque sibi tãquam propria retinere, sicut scriptum est: Omnes quæ sua sunt quaerunt. Et item: Proni sunt sensus, & cogitationes hominis in malum. Contra quod plane fideles norunt, quàm omni-

no necessarium habeant Iesum, & hũc crucifixum: dum admirantes, & amplexantes supereminentem scientiæ caritatem in ipso, id vel tantillum quod sunt, in tantẽ dilectionis, vel dignationis vicem non repẽdere confunduntur. Facile proinde plus diligunt, qui se amplius dilectos intelligunt. Cui autem minus donatum est, minus diligit. Iudæus sanẽ, siue paganus, nequaquam talibus aculeis incitatur amoris, quales Ecclesia experitur, quæ ait: Vu'nerata caritate ego sum. Et rursus: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. Cernit regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Cernit vnicum patris, crucem sibi baiulantem. Cernit casum, & cõsputum dominum marciestatis. Cernit auctorem vitæ, & gloriæ, confixum clavis, percussum lancea, opprobrijs saturatum: tãdem illam dilectam animam suam ponere pro amicis suis. Cernit hæc, & suam magis ipsius animam gladius amoris transfuerberat, & dicit: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. Hæc sunt quippe mala punica, quæ in hortũ introducta dilecti sponsa carpit ex ligno vitæ à cælesti pane proprium mutuata saporem, colorem à sanguine Christi. Videt deinde mortem mortuam, & mortis auctorem triumphantem. Videt de inferis ad terras, de tetrıs ad superos captiuam duci captiuitatem, vt in nomine Iesu omne genu

Cæt. 2. b flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Aduertit terram, quæ spinas, & tribulos sub antiquo maledictõ pduxerat, ad nouæ benedictionis gratiam innouatam refluuisse. Et in his omnibus illius recordata versiculi. Et resloruit caro mea, & ex

Pf. 27. c volũtate mea confitebor ei: passionis malis quæ de arbore tulerat crucis, cupit iungere, & de floribus resurrectionis, quorum præsertim fragrantia spõsum ad se crebrius reuisendam inuitet. Denique ait: Ecce tu pulcher es dilectẽ mi, & decorus, lectulus noster floridus. Quæ lectulum monstrat, satis quid desideret aperiri: & cum floridum nunciat, satis indicat vnde, quod desiderat obtinere præsumat. Non enim de suis meritis, sed de floribus agri, cui benedixit Deus. *Gr. 27. d* Delectatur floribus Christus, qui in Nazareth, & concipi voluit, & nutrirı. Gaudet sponsus cælestis talibus odoramentis, & cordis thalamum frequenter, libenterq; ingreditur, quod illiusmodi ceterum fructibus,

E Luc. 7. g

Cæt. 3. b

Phil. 2. d

F

Cæt. 1. d

Gr. 27. d

Phil. 2. c

bus, floribusque respersum intueris. Vbi
sua videlicet aut passionis gratiam, aut re-
surrectionis gloriam sedula inspicit cogita-
tioni versari, ibi profecto adest sedulus, ad-
est libens. Monumenta siquidem passionis
fructus agnosce quasi anni preteriti, omniū
vitae retro temporū sub peccati, mortisq;
imperio decursorum, tamdem in plenitudi-
ne temporis apparentes. Porro autem re-
surrectionis insignia novos aduerte flores
sequentis temporis, in nouam sub gratia re-
uiviscentis aetatem, quorum fructū gene-
ralis futura resurrectio in fine parturiet si-
ne fine mansurum. Iam inquit hyems tran-
sijt, imber abiit, & recessit, flores apparue-
runt in terra nostra, aestiuum tempus adue-
nisse cum illo significans, qui de mortis ge-
lu in vernale quādam nouae vitae temperiē
resolutus, Ecce (ait) noua facio omnia.

Car. 2. c

Ap. 21.

b G

Cuius caro seminata est in morte, resor-
ruit in resurrectione. Ad cuius mox odo-
rem in campo conuallis nostra requiescit
arida, tectae sunt frigida, mortua reuiu-
scent. Horum ergo nouitate florum, ac fru-
ctuum, & plenitudine agri suauissimū spi-
rantis odorem, ipse quoque pater in filio
innouare omnia delectatur, ita ut dicat: Ec-
ce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui be-
nedixit dominus. Bene pleni, de cuius plen-
titudine omnes accepimus. Sponsa tamen
familiaris ex eo sibi, cum vult flores, legit,
& carpit poma, quibus propriae aspergat in-
tima conscientiae: & intransit sponso cordis
lectulus suae redoleat. Oportet enim nos,
si cerebrum volumus habere hospitem Chri-
stum, corda nostra semper habere munita
fidelibus testimonijs, tam de misericordia,
scilicet morientis, quam de potentia resur-
gentis. quomodo Dauid aiebat: Duo haec
audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine
misericordia. Siquidem vtriusque rei testi-
monia credibilia facta sunt nimis. Christo
vtrique moriente propter delicta nostra, &
resurgente propter iustificationem nostrā,
& ascendente ad protectionem nostram, &
mittente spiritum ad consolationem nos-
tram, & quandoque redituro ad consuma-
tionem nostram. Nempe in morte miseri-
cordiam, potentiam in resurrectione, vtrā-
que in singulis exhibuit reliquorum. Hac
mala, hi flores, quibus sponsa se interim sti-
pulari postulat, & fulciri: credo sentiens faci-
le vim in se amoris posse tepefcere, & lan-
guescere quodammodo, si non talibus iugi-

Gen. 27.

d

Pf. 61. c

ter foueatur incentiuīs, donec introducta
quandoque in cubiculum, diu cupitis exci-
piatur amplexibus, & dicat: Laeva eius sub
capite meo, & dextera illius amplexata est
me. Sentiet quippe tunc, & probabit vni-
uersa dilectionis testimonia, quae in priori
aduētū tamquam de sinistra dilecti acceperat,
prae multitudine dulcedinis amplexan-
tis dexterae contempnenda, & omnino iam
quasi subtus habenda. Sentiet quod audierat:
Caro non prodest quidquam, spiritus
est, qui viuificat. Probabit quod legerat: Spi-
ritus meus super mel dulcis, & haereditas
mea super mel, & tauum. Quod verò sequi-
tur: Memoria mea in generatione saeculo-
rum: hoc dicit, quia quamdiu stare praesens
cernitur saeculum, in quo generatio adue-
nit, & generatio praeterit, non deest electis
consolatio de memoria, quibus stondu
de praesentia plena resurrectio indulgetur. Vn-
de scriptum est: Memoriam abundantiae
suauitatis tuae erustabunt: haud dubium
quin hi quos paulo superius dixerat: Gene-
ratio & generatio laudabis opera tua. Me-
moriam ergo in generatione saeculorum, pre-
sentia in regno caelorum. Ex ista glorifi-
catur iam assumpta electio, de illa interim
peregrinans generatio consolatur. Sed in-
terest quana generatio ex Dei capiat recor-
datione solamen. Nō enim generatio praua
& exasperans, cui dicitur: Vae vobis di-
uites, quia habetis consolationem vestra, sed
quae dicere veraciter potest, Renuit conso-
lari anima mea. Huic planē & credimus
si secuta aduerit: Memor sui Dei, & dele-
ctatus sum. Iustum quippe est, ut quos praesentia
non delectat, praesto eis sit memoria
futurorum. Et qui de rerum fluctibus
qualibet affluentia despiciunt consolari,
recordatio illos delectet aeternitatis. Et haec
est generatio querentium dominum, que-
rentiam non quae sua sunt, sed faciem Dei
Iacob. Dei ergo querentibus, & suspiran-
tibus praesentiam, praesto interim, & dulcis
memoria est. Non tamen qua sentientur,
sed qua magis esuriant vnde satientur. Hoc
ipsum de se cibus ipse testatur, ita dicens:
Qui edit me adhuc esuriet: & qui eo ciba-
tus est: Satiabor, inquit, cum apparuerit
gloria tua. Beati tamen iam nunc qui esu-
riunt & sitiant iustitiam, quoniam quādo-
que ipsi & non alij saturabuntur. Vae tibi
generatio praua atque peruersa, vae tibi po-
pule stulte, & insipiens, qui & memoriam
satisdis.

Car. 2. c

Io. 4. 8

Ecol. 24

Pf. 144.

Me. 1bitem.

Luc. 6. 2

Pf. 76. a

Pf. 33. b

Ecol. 24.

Pf. 106. d

Mnt. 5. 0

fastidii, & præsentiam expauescis. Merito quidem. Nec modo enim liberari vis de laqueo venantium, siquidem qui volunt diuites fieri in hoc sæculo, incidunt in laqueum diaboli. Nec tunc à verbo aspero poteris liberari. O verbum asperum, o sermo durus.
Matth. 25. d. **Matth. 25. d.** **Ioh. 6. f.**
 Ite maledicti in ignem æternum. Durior plane, atque asperior illo, qui quotidie nobis de memoria passionis in Ecclesia replicatur: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam: hoc est, qui recollit mortem meam, & exemplum meo mortificat membra sua, quæ sunt super terram, habet vitam æternam.

Hoc est, si compatiimini, & conregnabitis. Et tamen plerique ab hac voce resiliunt.

R. Ibidem. Ps. 77. a.
 K. dent non verbo, sed facto: Durus est hic sermo, qui potest eum audire? Itaque generatio, quæ non direxit cor suum, & nõ est creditus eum Deo spiritus eius, sed magis sperans in incerto diuitiarum, verbum modo crucis audire grauat, ac memoriam passionis sibi iudicat onerosam. Verum qualiter verbi illius pondus in præsentia sustinebit. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius? Super quæ profecto ceciderit lapis iste, conteret eum.

Matth. 25. d.
 At verò generatio rectorum benedicetur, qui vtiq; cum Apostolo, siue absentes, siue præsentem contendunt placere Deo. Denique audiat, Venite benedicti Patris mei, &c. Tunc illa, quæ non direxit cor suum, serò quidè experietur, quàm in illius comparatione doloris, iugum Christi suauis, & onus leue fuerit, cui tamquã graui, & asperò duram cemicem superbe subduxit. Non potest nõ miser serui mamonæ simul gloriam in Cruce Dñi nostri Iesu Christi, & sperare in pecuniæ thesauris: post aurum abire, & probare quàm suavis est Dñs. Proinde quem suauè in memoria non sentitis, asperum proculdubio in præsentia sentietis. Ceterum, fidelis anima, & suspirat præsentiam inbianter, & in memoria requiescit suauiter, & donec idonea sit reuelat: facie speculari gloriam Dei, crucis ignominia gloria-tur. Sic profecto, sic sponsa, & columba Christi pausat sibi interim, & dormit inter medios clericos sortita iam in præsentiarum de memoria abundantia suauitatis tuæ

Ps. 77. d.
L. Dñe Iesu pennas de argentatas, innocentie videlicet, pudicitieque candorem, & speras insuper adimpleri lætitia cum vultu tuo,

vbi etiam fiant posteriora dorsi eius in pallore auri, quando in splendoribus sanctorum introducta cum gaudio, sapientie plenius fuerit illustrata fulgoribus. Merito proinde iam nunc gloriatur, & dicit: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In læua deputans recordationem illius caritatis qua nulla maior est, quod animam suam posuit pro amicis suis: in dextera vero beatam visionem, quam promissit amicis suis, & gaudium de præsentia maiestatis.

Merito illa Dei, & deifica visio, illa diuinæ præsentie inestimabilis delectatio in dextera deputatur, de qua & delectabiliter canitur: Delectationes in dextera tua usque in finem. Merito in læua, admirabilis illa memorata, & semper memoranda dilectio collocatur, quod donec transeat iniquitas, super eam sponsa recumbat, & requiescat. Merito ergo læua sponsæ sub capite sponsæ, super quam videlicet caput suum reclinata sustentet, hoc est mentis suæ intentionem, ne incuruetur, & inclinetur in carnalia, & secularia desideria, quia corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem.

Quid namque aliud faciat considerata tanta, & tam indebita miseratio, tam gratuita, & sic probata dilectio, tam inopinata dignatio, tam inuisita mansuetudo, tam stupenda dulcedo? Quid, inquam, hæc omnia faciant diligenter considerata, nisi vt considerantis animam ab omni penitus prauo vindicantem amore, ad se miserabiliter rapiant, vehementer afficiant, faciantque præ se cõtendere quidquid nisi in contemptu horum appeti non potest? Nimirum proiade in odore vnguentorum hominibus sponsa currit alacriter, amat ardentem & parum sibi amare sic amata videtur, etiam cum se tota in amore perstrinxerit. Nec immerito: Quid magnum enim tanto, & tanti repensatur amori, si pulvis exiguus totum se ad redamandum collegerit, quem illa nimirum maiestas in amore præueniens, tota in opus salutis eius intenta conspicitur? Denique sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum daret. Haud dubium quin de patre dicat. Item tradidit in mortem animam suam. Nec dubium quod filiū loquatur. Ait & de Spiritu sancto. Spiritus paraclæus, quem mittet Pater in nomine

meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerō vobis. Amat ergo Deus, & ex se toto amat, quia tota Trinitas amat: si tamen totum dici potest de infinito, & incomprehensibili, aut certe de simplici. Intuens ergo hæc, credo satis agnosceat quare Deus diligendus sit: hoc est, vnde diligi mereatur. Ceterum infidelis non habens filium, nec patrem, proinde habet nec Spiritum sanctum. Qui enim non honorificat filium, non honorificat Patrem, qui misit illum, sed nec Spiritum sanctum, quem misit ille. Is itaque mirum non est, si quem minus agnoscit, minus & diligit. Attamen, & ipse totum ei sese debere non ignorat, quem sui totius non ignorat auctorem.

Ioan. 5. d

A minus agnoscit, minus & diligit. Attamen, & ipse totum ei sese debere non ignorat, quem sui totius non ignorat auctorem.

Quid ergo ego, qui Deum meum teneo vitæ meæ, nō solum gratuitum largitorem, largissimum administratorem, pium consolatorem, sollicitum gubernatorem: sed insuper etiam copiosissimum redemptorem, æternum conservatorem, ditatorem, glorificatorem? Sicut scriptum est: Copiosa apud

Pf. 125.

Hebr. 9. eum redemptio. Et item. Introiit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et de

Pf. 36. c

conservatione: Non relinquet sanctos suos, in æternum conservabuntur. Et de locuple

Luc. 6. f

statione. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluente m dabant

1. Cor. 2.

in sinum vestrum. Et rursus: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis

Phil. 3. d

ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se. Et de glorificatione: Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ

Rom. 8. d

configuratum corpori claritatis sue. Et illud: Non sunt condignæ passionis huius

2. Cor. 4.

temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et iterum: Id quod in præsentem est momentaneum, & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quid retribuam Domino pro omnibus his? Illius ratio urget, & iustitia naturalis totum se tradere illi, a quo se totum habet, & ex se toto debere diligere.

B

Mihi profecto fides tanto plus indicit amandum, quanto & cum me ipso plurius æstimandum intelligo: quippe qui illum nō solum mei, sed sui quoque ipsius teneo largitorem. Denique nondum tempus fidei aduenerat, nondum innotuerat in carne Deus, obierat in Cruce, prodierat de sepul-

chro, redierat ad patrem: hondum, in qua, commendauerat in nobis suam multam dilectionem: illam de qua iam multa locuti sumus, cum iam mandatum est homini diligere Dominum Deum suum toto corde, tota anima, tota virtute sua: id est, ex omni quod est, quod scit, quod potest. Nec tamē iniustus Deus, suum sibi vendicans opus, & dona. Vt quid enim non amaret opus artificem, cum haberet vnde id posset? Et cur non quantum omnino posset, cum nihil omnino, nisi eius munere posset? Ad hæc, quod de nihilo, quod gratis, quod in hac dignitate conditum est, & debitum dilectionis manifestius facit, & exactura iustitiam ostendit. Ceterum quantum putamus adiectionem beneficii, cum homines, & iumenta saluauit: quem ad modum multiplicauit misericordiam suam Deus? Nos dico quæ mutauimus gloriam nostram in similitudinem vituli comedentis fœnum, peccando comparati iumentis insipientibus. Quod si totum me debeo pro me factis: quid addam iam & pro refectis, & refectis hoc modo? Nec enim tam facile refectus, quam factus, siquidem non solum de me, sed de omni quoque quod factum est, scriptum est: Dixit, & facta sunt. At vero qui me tantum, & semel dicendo fecit, in reficiendo profectus, & dixit multa, & gessit mira, & pertulit dura: nec tantum dura, sed & indigna. Quid ergo retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit, in secundo se. Et vbi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo, & redditus me pro me debeo, & bis debeo. Quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me mille rependere possem, quid sum ego ad Deum?

Pf. 35. b

Pf. 105.

Pf. 148.

C

Pf. 115.

Hic primum vide quomodo, imo quam sine modo à nobis Deus amari meruerit: qui (vt patet quod dictum est repetam) prior ipse dilexit nos, tantus & tantum, & gratis tantillos, & tales. Et quod in principio dixisse me meministi: modum esse diligendi Deum, sine modo cogere. Denique cum dilectio, quæ tendit in Deum, tendat in immensum, tendat in infinitum: (nam & infinitus Deus est, & immensus) quisnam quæso, debeat finis esse nostri, vel modus amoris? Quid quæ amor ipse noster non iam gratuitus impenditur, sed rependitur debitus? Amat ergo immensitas, amat æternitas, amat supereminens scientiæ caritas: amat Deus, cuius

Pf. 144.

Pf. 17. a cuius magnitudinis non est finis, cuius sa-
Pf. 146. pientia non est numerus, cuius pax exipe-
Phil. 4. b rat omnem intellectum, & vicem rependi-
Pf. 17. a mus cum mensura? Diligam te Domine for-
 titudo mea, firmamentum meum, & refu-
 gium meum, & liberator meus: & meū de-
 nique quidquid optabile, atque amabile di-
 ci potest. Deus meus adiutor meus, diligam
 te pro dono tuo, & modo meo minus qui-
 dem iusto, sed plane non minus posse meo.

D

Qui etli quantum debeo non possum, ta-
 men ultra, quam possum. Potero verò plu-
 cum plus donare dignaberis, numquam ta-
Pf. 138. men prout dignus habebis. Imperfectum
 meum viderunt oculi mei, sed tamen in li-
 bro tuo omnes scribentur, qui quod possum
 faciunt, etli quod debent non possunt. Satis,
 quantum reor, apparet, & quonam modo
 Deus diligendus sit, & quo merito suo. Quo
 inquam, merito suo.

Nam quanto, cui sanè appareat, quis di-
 gat, quis sapiat? Nunc quo nostro commo-
 do diligendus sit, videamus. Sed quantum,
 est, & in hoc videre nostrū ad id quod est?
 Nec tamen quod videtur tacendum est, etli
 non omnino videtur, vt est. Superius cum
 propositū esset, quare, & quomodo diligen-
 dus sit. *Deus*: duplicem dixi parere intelle-
 ctum, id quod quæritur, quare: vt aut quo
 suo merito, aut quo nostro commodo dili-
 gendus sit, vtrumlibet quæri posse perinde
 videatur. Dicto proinde de merito Dei,
 non prout dignum ei, sed prout datum mi-
 hi: superest, vt & de præmio quod item da-
 bitur, dicam.

Non enim sine præmio diligitur Deus,
 etli absque præmij intuitu diligendus
 sit. *Vagus* namque *vera* caritas esse non
 potest, nec tamen mercenaria est. Quippe
1. Cor. 13. b non quærit, quæ sua sunt. Affectus est, non
 contractus, nec acquiritur pacto, nec acqui-
 rit. Sponte afficit, & spontaneum facit. *Verus*
 amor se ipso contentus est. Habet præ-
 mium, sed id, quod amatur. Nam quidquid
 propter aliud amare videaris, id plane
 amas, quò amoris finis pertendit non per
 quod tendit. Paulus non euangelizat, vt
 comedat, sed comedit vt euangelizet: eo
 quò amet nō cibum, sed euangelium. *Verus*
 amor præmium non requirit, sed mere-
 tur. Præmium sanè necdudū amanti pro-
 ponitur, amanti debetur, perseueranti red-
 ditur. Denique in rebus inferioribus sua-
 dentis, multos promissis, vel præmij inui-

tamus, & non spontaneos. Quis enim mu-
 nerandum hominem putet, vt faciat quod
 & sponte cupit? Nemo verbi causa, condu-
 cit, aut esurientem, vt comedat, aut sitien-
 tem, vt bibat, aut certe matrem vt paruulū
 lactet filium vterifui. An verò quis putet
 prece, vel precio quempiam commonden-
 dum suam ipsius vel sepire vineam, vel ar-
 borem circumfodere, vel structuram pro-
 priæ domus erigere?

Quanto magis Deū amans anima, aliud
 propter Deum sui amoris præmium nō re-
 quirat? Aut si aliud requirit, illud pro cer-
 to, non Deum diligit. Inest omni videnti ra-
 tione naturaliter pro sua semper estimatio-
 ne, atque intentione appetere potiora, & nul-
 la re esse contentū, cui, quod deest, iudicet
 præferendum. Nam & qui, verbi gratia, vx-
 orem habet speciosam, petulanti oculo, vel ani-
 mo respicit pulchriore: & qui veste precio-
 sa indutus est, preciosiore affectat, & possi-
 dens multas diuitias inuidet diuitori. Videas
 iā multos prædijs, & possessionibus amplia-
 tos adhuc tamen in dies agrum agro copu-
 lare, atque infinita cupiditate dilatare terri-
 nos suos. Videas & qui regalibus domi-
 bus, ampliusque habitant palatijs, nihilomi-
 nus quotidie coniungere domum ad do-
 mum, & inquieta curiositate ædificare, di-
 ruere, mutare quadrata rotundis.

F

Quid homines sublimatos honoribus,
 an non insatiabili ambitione magis ac ma-
 gis totis viribus conari ad altiora videmus?
 Et horum omnium idcirco non est finis,
 quia nil in eis summum singulariter reperi-
 tur, vel optimum. Et quid mirum si inferiori-
 bus, & deterioribus contentus non sit, qui
 citra summum, vel optimum quiescere nō
 potest? Sed hoc stultum, & extrema demen-
 tia est, ea semper appetere, quæ numquam
 non dico satient, sed nec temperent appeti-
 tum, dum quidquid talium, habueris, nihil-
 ominus non habita concupiscas, & ad quæ
 que defuerint, semper inquietus anheles.
 Ita enim fit vt per varia, & fallacia mundi
 oblectamēta vagabundus animus inani la-
 bore discurrens fatigetur, non fatietur, dū
 quidquid famelicus inglutierit, parum re-
 putet ad id, quod superest deuorandum. Sem-
 perq. non minus anxie cupiat, quæ defunt,
 quam quæ ad sunt, late possideat.

Quis enim obtineat vniuersa? Quamquā
 & modicū id, quod quisq. cum labore ob-
 tinuerit, cū timore possederit, certus quidē

non

non sit quando eum dolore amittat, certus autem quod quandoq. amittat. Sic directo tramite voluptas peruersa cōtendit ad optimum, festinat ad id, vnde possit impleri. Imò verò his anfractibus ludit secum vanitas, mentitur iniquitas sibi. Si ita vis adimplere quod vis, hoc est, si illud apprehendere vis, quo apprehenso, nil iam amplius velis: quid tentare opus est, & cetera? Curris per deuia, & longe ante morieris, quàm hoc circuitu peruenias ad optatum. Hoc ergo in circuitu impij ambulat, naturaliter appetentes vnde siniant appetitum, & insipienter respicientes vnde propinquent fini. Fini dico non consumptionis, sed consummationis. Quamobrem non beato sine consummari, sed consumi vacuo labore accelerant, qui regum magis specie, quàm auctore delectati, prius vniuersa percurrere, & de singulis capiunt experiri, quàm ad ipsum cū sunt vniuersitatis dominum peruenire. Et quidem perueniant, si quondamque voti compotes effici possent, vt omnia scilicet præter omnium principium vnus aliquis obtineret. Ea namque suæ cupiditatis lege, qua in rebus ceteris nō habita præhabitis elurire, & pro non habitis habita fastidire solebat: mox omnibus, quæ in cælo, & quæ in terra sunt obtentis, & contemptis, & tādē ad ipsum proculdubio curreret, qui solus deesset omnium Deus. Porro ibi quiesceret, quia sicut citra nulla reuocat quies: sic nulla ultra iam inquietudo sollicitat: Diceret pro certo: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Diceret: Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Et item: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Sic ergo (vt dictum est) ad id quod optimum est quibus cupidus perueniret: siquidem ante quod citra cupit assequi possit. Verum quoniam id omnino impossibile perstruit, & vita breuior, & vitæ infirmior, & consors numerosior: longo profecto itinere, & casto labore defudat qui dū quæque desiderant, attingere volunt, ad cū ætorum desiderabilium nequeunt pertingere finem. Et vtinam attingere vniuersa animo, & non experimento vellent. Hoc enim facile possent, & non incassum. Nam & animus sensu quidem carnali tanto velocior, quanto & perspicacior, ad hoc datus est vt illum ad omnia præueniat: nihilque audeat contingere sensus, quod animus præcursus ante vile non probauerit. Hinc enim arbi-

tror dictum: Omnia probate, quod bonum est tenete: vt videlicet ille hinc prouideat, nec is suum votum, nisi ad illius iudicium consequatur. Alioquin non ascendes in montem Domini, nec stabis in loco sancto eius. Pro eo, quod in vano acceperis animā tuam, hoc est animā rationālē: dum instar pecoris sensum sequeris, ratione quidem ociosa, & non resistente in aliquo. Quorum itaque ratio non præuenit gressus, currunt, sed extra viam: ac proinde Apostoli sperto consilio, non sic currunt, apprehendant.

Quando etenim apprehēdent quem apprehendere nisi possit omnia nolunt? Distortum iter, & circuitus infinitus, cuncta primitus attentare velle. Iustum autem nō ita. Audies nempe vituperationem multorum commorantium in circuitu (multi n. sunt viam latam pergentes, quæ ducit ad mortem) ipse sibi regiā elegit viā, non declinans ad dexteram, vel ad sinistrā. Denique attestante Propheta, semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Hi sunt qui salubri compedio carni sunt molestim hunc, & infructuosum vitæ circuitū, verbum abbreviatum, & abbrevians eligeles non cupere quæcumque vident, sed vendere magis quæ possident, & dare pauperibus.

Beati planè pauperes, quoniam in ipso est regnum celorum. Omnes quidem currunt, sed inter currentes discernitur. Denique nouit Dominus viā iustorum, & iter impiorum perbit. Ideo autem melius est, multo bonum iusto super diuitias peccatorum multas quoniam quidem (vt Sapiens loquitur, & insipienter experitur) qui diligit pecuniam, non saturabitur pecunia: qui autem esuriat & sitiat non saturabitur, iustitia siquidem ratione ventis spiritibus, citius est vitalis, & naturalis: pecunia vero sic non replet, vel minuit a sumi famo quomodo, nec corporis, ventus. Denique si famelicum homine apertis faucibus vento, in flatis haurire buccis aerē certas, quo quasi consulat fami, nonne credas insanire? Sic non in bonis insanire est si spiritum rationālē rebus putes quibuscumque corporalibus non magis inflari, quàm saturari. Quid namque de corporibus ad spiritus? Nec illa sanè spiritualibus, nec isti corpore ne refici corporalibus queant. Benedic anima mea Domino, qui replet in bonis desiderium tuū. Replet in bonis, excitat ad bonū, tenet in bono præuenit, sustinet, implet. Ipse facit vt deside-

Pf. 72. d
ibidem.

II

Res, ipse est, quod desideras. Dixi supra, causa diligendi Deum Deus est. Verū dixi nā & efficiens, & finalis. Ipse dat occasionem, ipse creat affectionem, desiderium ipse cōsummat. Ipse fecit, vel potius factus est, vt amaretur: ipse speratur amandus felicius, ne in vacuū sit amatus. Eius amor a ostiū, & pparat, & remunerat. Præcedit benignior, rependitur iustior, expectatur suauior. Diues est omnibus, q̄ inuocat eū, nec tamen habet quidquam se ipso melius. Se dedit in meritū, se seruat in præmium, se apponit in refectione animarum sanctarum.

1. Cor. 3. se in redemptione distrahit captiuarū. **Bo-**
cnos es domine animæ quærēt te. Quid ergo inueniēt? Sed, n. in hoc est mirum, q̄ nemo te quærere ualet, nisi qui prius inuenierit. Vis igitur inueniri, vt quæraris, quæri **Pf. 87.** vt inueniaris. Potes quidem quæri, & inueniri, non tamen præueniri. Nam etsi dicimus. Mane oratio mea præueniet te: non dubium tamen quòd tepida sit omnis oratio, quā non præuenierit inspiratio. Dicendum iam vnde inchoet amor noster, quoniam vbi consummetur, dictum est.

Amor est affectio naturalis vna de quat

te. Quæ ergo naturale est, iustum quidē foret primum omnium auctori deseruire naturæ: vnde & dictum est primum, & maxi-

Mat. 22 mū mandatum: Diliges dñm Deum tuum. Sed qm̄ natura fragilior, atq; infirmior est, ipsi primum imperante necessitate cōpelli-

Ltur inferuire. Et est amor carnalis, quo ante omnia homo diligit seipsum propter seipsum: Nondum quippe sapit nisi seipsum, sicut scriptum est: Prius q̄ animæ, deinde q̄

1. Co. 13 spiritu. Nec præcepto indicitur, sed naturæ inferiuit. Quis nempe carnē suā odio

Eph. 5. habet? At veto si experit amor idem (vt afolet) proclurari esse, siue profusior, & necessitatis alio minime contentus, casu pos-

etiam voluptatis exundans latius vsus fuerit occupare, statim superfluitas obuiante mandato cōducitur, cū dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Iustissime quidē, vt consors naturæ non sit exors, & gratiæ illius, præsertim gratiæ, q̄ naturæ in ista est.

Mat. 22 Quod si gravatur homo fraternis non dico necessitatibus subuenire, sed voluptatibus deseruire: castiget ipse suam si nō vult esse transgressor. Quantum vult, sibi indulgeat: dū æquē, & proximo tātum dē meminerit exhibendū. Frenum tibi temperantig

imponitur, ò homo, ex lege vitæ, & disciplinæ, ne post concupiscentias tuas eas, & peccas, ne de bonis naturæ, hosti seruias atq; hoc est libidini. Quam iustius, atque honestius cōmunicas illa cōforti, id est proximo quam hosti. Et quidem si (ex Sapientis cōsilio) à voluptatibus tuis auerteris: & iuxta

doctrinam Apostoli, sus victu vestituq; contentus, paulisper suspendere non grauaris amorem tuum à carnalibus desiderijs, quæ militat aduersus animam. Sane q̄ subtrahis hosti animæ tuæ, conforti naturæ puto non graueris impartiri. Tūc amor tuus, & temperās erit, & iustus, si q̄ proprijs subtrahitur voluptatibus, fratris necessitatibus non negetur. Sic amor carnalis efficitur, & socialis, cum in cōe protrahitur. Si autem dum communicas proximis, forte tibi defuerint etiam necessaria, quid facies? Quid

n. nisi vt cum omni fiducia potales ab eo, qui dat omnibus affluenter, & non impropetat: qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione? Dubiū si quidē non est, quod adsit libenter in necessarijs, q̄ plerūque, & in superfluis nō deest. Deniq; ait. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Sponte daturum se pollicetur necessaria, superflua restringenti, & proximum diligenti. Hoc quippe est primum quærere regnum Dei, & aduersus peccati implorare tyrannidem, pudicitia potius, ac sobrietatis subire iugum, quā regnare peccatum

in tuo mortali corpore patiaris. Porro autē & hoc iustitiæ est, cum quo tibi est natura communis, naturæ quoque cum eo munus non habere diuisum. Vt tamē perfecta iustitia ut diligere proximum, Deum in causa habere necesse est. Alioquin proximum p̄re diligere quomodo p̄t, q̄ in Deo nō diligit? Porro in Deo diligere non potest, qui Deum non diligit. Oportet ergo Deum diligi prius, vt in Deo diligi possit & proximus. Facit ergo et se diligi Deus, qui & cetera bona facit, Facit autē sic. Qui naturam condidit, ipse & protegit. Nam & ista condita fuit, vt habeat iugiter necessarium protectorem, quem habuit, & cōditorem, vt q̄ nisi per ipsum non valuit esse, nec sine ipso valeat omnino subsistere. Quod nō sane dese creatura ignoret, ac proinde sibi (quod absit) superbe arroget beneficia creatbris, vult hominem idem conditor alto quidem, salubrique consilio tribulationibus ext-

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

ccci.

Ecc. 18

1. Ti. 5. d

M

1. Cor. 13. d

Pf. 144. d

Luc. 12. d

ceri, vt cum defecerit homo, & subuenerit
Deus, dum homo liberatur à Deo, Deus ab
homine, vt dignum est, honoretur: Hoc. n.
dicit Inuoca me in die tribulationis, eruam
Pf. 49. c te, & honorificabis me. Fit itaque hoc tali
modo vt homo animalis, & carnalis, qui
præter se neminem diligere nouerat, etiam
Deum vel propter se amare incipiat, quod
in ipso nimirum (vt sæpe expertus est) omnia
possit, quæ posse tamen prosit, & sine
ipso possit nihil.

Amat ergo ià Deum, sed propter se in-
terim ad huc nõ propter ipsum. Est
tamen quædam prudentia scire quid ex te,
quid ex Dei adiutorio possis, & ipsi seruare
te infensum, qui te tibi seruat illæsum. At si
frequens ingruerit tribulatio, ob quam &
frequens ad Deum conuersio fiat, & à Deo
æque frequens liberatio consequatur, non-
ne etsi fuerit ferreū pectus vel cor lapideū,
toties libertati, emolliiri necesse est ad gra-
tiam liberantis, quatenus Deum homo dil-
ligat non propter se tantum, sed & propter
ipsum?

EX occasione quippe frequentium ne-
cessitatum crebris necesse est impreca-
tionibus Deum ab homine frequentari, fre-
quentando gustari, gustâdo probari, quàm
suauis est dominus. Ita fit vt ad diligendū
pure Deum plus iam ipsius gustata illicit
Ioã. 4. d suauitas, quàm virgeat nostra necessitas, ita
vt exemplo Samaritanorum diceretur mul-
lieri, quæ ad esse dominum nunciauerat: Iã
non propter tuam loquelam credimus, ip-
si enim audiuimus, & scimus, quia ipse est
vere saluator mundi: Ita, inquam, & nos
illorum exemplo carnem nostrâ alloquen-
tes dicamus merito: Iam nõ propter tuam
necessitatem deum diligimus, ipsi enim gu-
stauimus, & scimus quoniam suauis est do-
minus. Est enim carnis quædã loquela ne-
cessitas, & beneficia, quæ experiendo probat,
gestiêdo renunciat. Itaque sic affecto,
iam de diligendo proximo implere manda-
tum non erit difficile. Amat quippe ve-
raciter deũ, ac per hoc quæ Dei sunt. Amat
caste, & casto non grauatur obedire manda-
to, castificans magis cor suum (vt scri-
1. Pet. 1. ptum est) in obedientia caritatis. Amat
iuste, & mandatum iustum libenter am-
plectitur. Amor iste merito gratus, quia gra-
tuitus. Castus est, quia nõ impeditur ver-
bo, neque lingua, sed opere, & veritate. Ius-
tus est, quoniam qualis suscipitur, talis &

reditur. Quia enim sic amat haud secus
perfecto, quàm amatus est: amat quærẽs &
ipse vicissim non quæ sua sunt, sed quæ Ie-
su Christi, quemadmodum ille nostra, vel po-
tius nos, & non sua quæsiuit. Sic amat qui
dicit. Cõfitemini domino quoniã bonus. *Pf. 117.*
Qui domino confitetur non quoniam sibi
bonus est, sed quoniam bonus est, hic ve-
re diligit Deum propter Deum, & nõ pro-
pter seipsum. Non sic amat, de quo dicitur:
Confitebitur tibi cum benefeceris ei. *Pf. 42. b*
Iste est tertius amoris gradus, quo iam pro-
pter seipsum Deum diligitur.

Felix qui meruit ad quartum vsque per-
tingere, quatenus nec seipsum diligit
homo nisi propter deũ. Iustitia tua Deus
sicut montes Dei. Amior iste mons est, &
mons Dei excelsus. Reuera mons coagula-
tus, mons pinguis. Quis ascendet in mon-
tem domini? Quis dabit mihi pennas sicut
columbæ, & volabo, & requiescam? Factus
est in pace locus iste, & habitatio hæc in
Sion. Heu mihi quia incolatus meus pro-
longatus est. Caro, & sanguis, vas lutum,
terrena inhabitatio quãdo capit hoc? Quã-
do huiusmodi experitur affectum, vt di-
uino inebriatus amore animus, oblitus sui,
factusq; sibi ipsi tamquam vas perituum, to-
tus pergat in Deum, & adhaerens Deo vnus
cum eo spiritus fiat, & dicat: Defecit caro
mea, & cor meum Deus cordis mei? & pars
mea deus in æternum? Beatum dixerim, &
sanctum, cui tale aliquid in hac mortali vi-
ta raro interdũ, aut vel semel, & hoc ipsum
raptim, atque vnus vix momenti spatio
experiri donatum est. Te enim quodãmo-
do perdere, tãquam qui nõ sis, & omnino
non sentire teipiunt, & a te teipsum exina-
niri, & pene annullari, cælestis est conuer-
sationis, nõ humane affectionis. Et liqui-
dem è mortalibus quispiam ad illud raptim
intendum (vt dictum est) & ad momentum
admittitur, subito inuidet sæculum nequã,
perturbat diei malitia, corp⁹ mortis aggra-
uat, sollicitat carnis necessitas defectus cor-
ruptionis non sustinet, quodq; his violentius
est fraternæ reuocat caritas. Heu re-
dire in se, recidere in sua compellitur, & mi-
serabiliter exclamare. Domine vim patior,
responde pro me. Et illud: Infelix ego ho-
mo, quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Quoniam tamen scriptura loquitur
Deũ omnia fecisse propter semetipsũ, cri-
profecto, vt factura sese quandoque cõfor-
mets

met. & cōcederet auctori. Oportet proinde in eundem nos affectum quandoq; transire, vt quomodo Deus omnia esse voluit, propter semetipsum, sic nos quoq; nec nos ipsos, nec aliud aliquid fuisse, vel esse velimus nisi æquè propter ipsum, ob solam videlicet, ipsius voluntatē, non nostrā voluptatem. Delectabit sane non tam nostra, vel sopita necessitas, vel, sortita felicitas, quā q̄ eius in nobis, & de nobis volūtas ad impleta videbitur, quod & quotidie postulamur in oratione, cum dicimus. Fiat voluntas tua sicut in Cælo, & in terra. O amor sanctus, & castus, o dulcis, & suaui affectio. Opura, & defæcata intentio voluntatis, eo certe defæcior: & purior, quo in ea de proprio nil iam admixtum relinquitur: eo suauior, & dulcior, quo totum diuinum est, quod sentitur: Sic affici, de ficari est. Quomodo stilla aquæ modica multo infusa vino, deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit, & colorē, & quomodo ferrū ignitum, & candens, igni simillimū fit, pristina, propriaq; forma exutū, & quomodo solis ræce perfusus aer, in eandē transformatur luminis claritatem, adeo vt non tam illuminatus, quā ipsum lumen esse videatur. **E**t tunc in sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa liquefcere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem. Alioquin quomodo omnia in omnibus erit Deus si in homine de homine quidquam supererit? Manebit quidē substantia, sed in alia forma, alia gloria, aliaque potentia. Quando hoc erit? Quis hoc videbit? Quis possidebit? Quando veniam, & appropinquo ad faciem Dei? **Pf. 41. a** Dominus Deus meus, tibi dixit cor meum, exquiriuit te facies mea, faciem tuā dominum requiram. Putas videbo templum sanctum tuum? Ego puto non ante sanè perfectè impletum iri. Diliges dominum Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua: quousq; ipsū cor cogitare iam nō cogatur de corpore, & anima eadem in hoc statu viuificando, & sensificando intendere desinat, & virtus eiusdē releuata molestijs, in Dei potentia roboratur. Impossibile namque est tota hæc ex toto ad Deū colligere, & diuino infigere vultui, quamdiu ea huic fragili, & erumoso corpori intenta, & distenta necesse est subleuare. Itaque in corpore spirituali, & immortalis, in corpore integro placido, placido

Oper. De Bern. Tom. I. I.

toque, & per oīa subiecto spirituali speret se anima quantum apprehendere amoris gradum, vel potius in ipso apprehendi, quippe, q̄ Dei potentia est dare cui vult, nō humanā industræ assequi. Tunc in quā, summum obtinebit facile gradū, cum in gaudium domini sui prōptissime, & audissimè festinantem, nulla iam retardabit carnis illecebra molestia conturbabit. Putamus ne tamen hæc gratiā vel ex parte sanctos martyres assecutos in illis adhuc victoriosis corporibus constitutos? Magna vis profus amoris illas animas intorsum rapuerat, quæ ita sua corpora foris exponere, & tormenta contemnere valuerunt. At profecto doloris acerrimi sensus non potuit nisi turbare serenū, et si non perturbare. Quid autem iam solutas corporibus? immeritas ex toto credimus immenso illi pelago æterni luminis, & luminosa æternitatis.

Sed si (quod nos negatur) velint sua corpora recepisse, alit̄ certe recipere desiderent, & sperent, liquet proculdubio necdum à seipsis penitus immutatas, quibus constat necdum penitus deesse de proprio quo vel modicè intentio reflectatur.

Donec ergo absorpta sit mors in victoria, & noctis vndiq; terminos lux perennis inuadat, & occupet vsquequaq; quatenus & in corporibus gloria celestis effulgeat, non possunt ex toto animæ seipsas exponere, & transire in Deum, nimirū ligatæ corporibus etiam tunc, et si non vita, vel sensu, certe affectu naturali, ita vt absque his, nec velint, nec valeant consummari. Itaque ante restorationem corporum non erit ille defectus animorum, qui perfectus est, summus est ipsorum status, nec carnis iam sanè confortium spiritus requireret, si absque illa consumaretur. Enimvero absque profectu animæ, nec ponitur corpus, nec sumitur. Denique preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Quod si mors preciosa, quid vita, & illa vita? Nec mirum si corpus iam gloriæ cōferre videtur spiritui, quod & infirmum & mortale constat ipsi non mediocriter valuisse. O quàm verum locutus est, qui dixit diligētibus Deū oīa cooperari in bonū. Valet Deū diligēti animæ corpus suū infirmum, valet & mortuū, valet & resuscitū. Primo quidem ad fructum penitentiæ, sed deo ad requiem, postremo ad consummationē.

Y Merito

Merito sine illo perfici non vult, quod in omni statu in bonum sibi subseruire persentit. Bonus plane, fidusque comes caro spiritui bono, quæ ipsum aut si onerat, iuuat, aut si non iuuat, exonerat, aut certe iuuat, & minime onerat. Primus status laboriosus, sed fructuosus. Secundus ociosus, sed minime fastidiosus. Tertius est gloriosus. Audi & sponsum in Canticis ad profectum hunc in modum inuitantem,

Cant. 5. a Comedite iniqui amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Laborantes in corpore vocat ad cibum, iam posito corpore quiescentes ad potum inuitat: resumentes corpora etiam vt inebrietur impellit, quos

H & vocat charissimos, nimirum caritate plenissimos. Nam & in ceteris, quos non charissimos sed amicos appellat, differentia est, vt hi quidem, qui in carne adhuc grauari remunt, chari habeantur pro caritate, quam habent, qui vero soluti iam carnis compede sunt, eo sunt chariores, quo & promptiores, atque expeditiores facti ad amandum. Porro præ vtriusque merito nominantur, & sunt charissimi, qui recepta iam secunda stola, in corporibus vti que cum gloria resumptis, tanto in Dei feruntur amorem libtiores, & alacriores, quanto & de proprio nil iam residuum est quod eos aliquatenus sollicitet, vel retardet. Quod quidem neuter sibi reliquorum statuum vendicat, cum & in priori corpus cum labore portetur, & in secundo quoque non sine proprietate aliqua desiderij expectetur. Primo ergo fidelis anima comedit panem suum, sed heu, in sudore vultus sui. In carne quippe manens adhuc ambulat per fidem, quam sanè operari per dilectionem necesse est, quia si non operatur, mortua est. Porro ipsum opus

Gen. 3. d cibis est: dicente domino: Meus cibus est,

10. 4. o vt faciam voluntatem patris mei. De hinc carne exuta iam pane doloris non cibatur, sed vinum amoris tamquam post cibum plenius haurire permittitur, non purum tamen, sed quomodo sub sponsi nomine in

Cant. 5. b Canticis dictum legitur. Bibi vinum meum cum lacte meo. Vino enim diuini amoris etiam tunc anima suauitatem naturalis immiscet affectionis, qua resumere corpus fluigi, ipsumque glorificatum desiderat.

I Aestuatur ergo iam, tunc sanctæ caritatis potata vino, sed plane nondum vsque ad ebrietatem, quoniam temperat interrim ar-

dorem illum huius lacti permixtio. Ebrietas denique solet euertere mentes, Atque omnino reddere immemores sui. At non ex toto sui oblita est, quæ adhuc de proprio corpore cogitat suscitando. Ceterum hoc adepto, quod solum vti que decrat, quid iam impedit à seipso quodammodo abire, & ire totam in Deum, eoq; sibi penitus diffimillimam fieri, qdò Deo simillimam effici donatur? Tum demum ad craterem admiffa sapientia, illa de qua legitur: Et calix meus inebrians, quàm præclarus est, quid mirum iam si inebriatur ab ybertate domus Dei: cū nulla mordente cura, de proprio secura bibitis, purum, & nouum illud cū Christo in regno patris eius. Hoc vero conuiuium triplex celebrat sapientia, & ex vna complet caritate, ipsa cibans laborantes, ipsa potans quiescentes, ipsa regnantes inebrians. Quomodo autem in conuiuiu corporali ante cibum, quàm potus apponitur, quoniam & tali ordine natura requirit, ita & hic, primo quidè ante mortem in carne mortali labores manuum nostratum manducantes, cum labore & gloriantum est masticantes, post mortem vero in vita spiritali iam bibimus, suauissima quadam facilitate quod percipitur, tamè rediuius corporibus in vita immortalit inebriamur, mira plenitudine exuberantes. Hæc pro eo quod sponsum in Canticis dicit: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Comedite ante mortem, bibite post mortem, inebriamini post resurrectionem. Merito iam charissimi, & caritate inebriantur, & merito inebriati, & ad vntias agni introduci merentur, edentes, & bibentes super meta illius in regno suo, quando sibi iam exhibet gloriosam Ecclesiam, nō habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Tunc prorsus inebriat charissimos suos, tunc torrente voluptatis suæ potat, quoniam quidè in complexu illo arctissimo, & castissimo sponsi, & sponsæ, fluminis impetus letificat ciuitatem Dei. Quod non aliud esse arbitror quàm Dei filium, qui transiens ministrat, quemadmodum ipse promissit, vt ex hoc iam iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in igniua. Hinc illa satietas sine fastidio. Hinc insatiabilis illa sine inquietudine curiositas. Hinc æternum illud, atq; inexplebile desiderium nesciens egestatem. Hinc denique sobria illa ebrie-

Ps. 29. b

Cant. 5. a

K

Ps. 35. o

Ps. 43. o

Luc. 12. o

Ps. 67. a

ebrietas; vero, & non mero ingurgitans, non madens vino, sed ardens Deo. Ex hoc iam quartus ille amoris gradus perpetuo possidetur, cum summe, & solus diligitur Deus: quia nec nos ipsos iam nisi propter ipsum diligimus: ut sit ipse primum amantium se, primum eternum amantium in eternum. Memini me dudum ad sanctos fratres Carthusienses scripsisse epistolam, ac de his ipsis in ea gradibus inter cetera differuisse. Forte autem alia ibi (etsi non aliena) de caritate locutus sum: & ob hoc quaedam illorum huic quoque sermoni subiungere non inutile duco: praesertim cum facilius ad manum habeam transferre iam dictata, quam noua iterum dicere, illa, inquam, vera & sincera est caritas: & omnino de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta fatenda est procedere, qua proximi bonum aequae ut nostrum diligimus. Nam qui magis, aut certe solum diligit suum: conuincitur non caste diligere bonum, quod utique propter se diligit, non propter ipsum.

Et hic talis non potest obedire Prophetae, qui ait: Confitemini Domino, quoniam bonus. Confiteatur quidem, quia fortasse bonus est sibi, non autem quoniam bonus est

Pf. 117.

d

Pf. 118.

d

propter se, non propter nouerit in se dirigi illud ab eodem Propheta opprobrium: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Est qui confiteatur Domino, quoniam potes est, & est qui confiteatur, quoniam sibi bonus est, & item qui confiteatur, quoniam simpliciter bonus est. Primus seruus est, & timet sibi. Secundus mercenarius, & cupit sibi. Tertius filius, & deserit patri. Itaque & qui timet, & qui cupit, uterque pro se agit. Sola qua in filio est caritas non querit, qua sua sunt. Quamobrem puto de illa dictum: Lex Domini immaculata conuertens animas: quod sola videlicet sit, qua ab amore sui & mundi auertere possit animam, & in Deum dirigere. Nec timet quippe, nec amor priuatus conuertunt animam. Mutant interdum vultum vel actum, affectum numquam. Facit quidem non numquam & seruus opus Dei: sed quia non sponte, in sua adhuc duritia permanere cognoscitur. Facit & mercenarius, sed quia non gratis, propria trahit cupiditate conuincitur. Porro ubi proprietatis, ibi singularitatis. Vbi autem singularitatis, ibi angulus. Vbi vero angulus, ibi sine dubio sordet, sine rubigo. Sit itaque seruo sua lex, timor ipse, quo constringitur. Sit sua mercenario

cupiditas, qua & ipse ardetur, quando tentatur abstractus, & illeclus. Sed harum nulla, aut sine macula est, aut animas conuertere potest. Caritas vero conuertit animas, quas facit, & voluntarias. Porro in eo eam dixerim immaculatam, qui nil sibi de suo retinere confuevit. Cui nempe de proprio nihil est, totum profecto, quod habet, Dei est. Quod autem Dei est, immundum esse non potest. Lex ergo Dei immaculata caritas est: qua non quod sibi vtile est, querit: sed quod multis. Lex autem Domini dicitur siue quod ipse ex ea viuat, siue quod ea nullus nisi eius dono possideat. Nec absurdum videatur, quod dixi etiam Deum viuere ex lege, cum non alia, quam caritate dixerim. Quid vero in summa, & beata illa Trinitate summam & ineffabilem illam conseruat unitatem, nisi caritas? Lex est ergo & lex Domini caritas, qua Trinitatem in unitate quodammodo cohibet, & colligat in vinculo pacis. Nemo tamen met caritatem hanc accipere qualiterem, vel aliquod accidens (alioquin in Deo dicerem (quod absit) esse aliquid, quod Deus non est) sed substantiam illam diuinam, quod utique nec nouum, nec insolitum est, dicente Iohanne: Deus caritas est. Dicitur ergo recte caritas, & Deus, & Dei donum. Itaque caritas dat caritatem, substantiam, accidentalem; Vbi dantem significat, nomen substantiae est Vbi donum, qualitatis. Haec est lex aeterna, creatrix, & gubernatrix vniuersitatis. Siquidem in pondere, & mensura, & numero per eam facta sunt vniuersa, & nihil sine lege relinquitur: cum ipsa quoque lex omnium sine lege non sit, non tamen alia, quam seipsa qua & seipsam, etsi non creauit, regit tamen. Ceterum seruus, & mercenarius habent legem, non a Domino, sed quam ipsi sibi fecerunt: ille Deum non amando, iste plus aliud amando. Habent, inquam, legem non Domini, sed suam, illi tamen qua Domini est, subiectam. Et quidem suam sibi quique legem facere poterunt, non tamen eam incommutabili aeterna legis ordinis subducere poterunt. Tunc autem dixerunt quemque sibi fecisse suam legem, quando communi & aeternae legi propriam praelitit voluntatem, peruersae utique, volens suum imitari Creatorem, vt sicut ipse sibi lex, sui, iuris est, ita is quoque seipsum reget, & legem sibi suam faceret voluntate, graue utique & importabile iugum super omnes filios Adae, heu inclinans, & incuruas ceruices nostras, adeo vt vita nostra in

Pf. 87.

Rom. 7.

ferno appropinquit. Infelix ego homo

Pf. 63. c

quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo utiq. premor, & pene opprimor, ita ut nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Sub hoc

Job 7. d

onere grauatus gemebat, qui dicebat: Quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihi metipſi grauis? Vni dixit, factus sum mihi metipſi grauis: ostendit quod lex ipse

B

sibi esset, nec alius hoc, quam sibi ipsi fecisset. Quod autem loquens Deo, promisit, posuisti me contrarium tibi: Dei se tamen non effugisse legem indicauit. Hoc quippe ad aeternam, iustamq. Dei legem pertinuit, ut qui à Deo noluit suauiter regi, pœnaliter à seipſo regeretur: quique sponte iugum suauis, & onus leue caritatis abiecit, propriæ voluntatis onus importabile sustineret inuitis. Miro itaque & iusto modo aeterna lex fugitiuum suum, & posuit sibi contrarium, & retinuit subiectum, dum videlicet nec iustitiæ pro meritis legem quaſit, nec tamen cum Deo in sua luce, in sua requie, in sua gloria remansit, subiectus potestati, & sub-

Ibidem.

motus felicitati. Domine Deus meus cur non tollis peccatum meum, & quare non auferis iniquitatem meam? ut abiecta graui sarcina propriæ voluntatis, sub leui onere caritatis respirem: nec in feruili timore coercer, nec mercenaria cupiditate illiciar, sed agar spiritu tuo, spiritu libertatis, quo aguntur filij tui, qui testimonium reddat spiritui meo, quod & ego sim vnus ex filiis: dum eadem mihi lex fuerit quæ & tibi: & sicut tu es, ita & ipse sim in hoc mundo? Hi siquidem, qui hoc faciunt, quæ ait Apollolus: Nemi-

Ro. 13. b

mini quidquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis: proculdubio sicut Deus est, & ipsi sunt in hoc mundo: nec serui, aut mercenarij sunt, sed filij. Itaque nec filij sunt sine lege: nisi forte aliquis aliter sentiat propter hoc, quod scriptum est: Iudæo non est lex posita. Sed sciendum quod alia est lex promulgata à spiritu seruitutis in timore: alia à spiritu libertatis data in suauitate. Nec sub illa cogantur esse filij, nec sine ista esse patiuntur. Vis audire quia iustis non est lex posita? Non accepistis aut spiritum seruitutis iterum in timore. Vis audire quod tamen sine lege caritatis non sint? Sed accepistis, inquit, spiritum ad optionis suorum. Denique audi iustum vtrumque de se fatentem, & quod non sit sub lege, nec tamen sit sine lege. Factus sum, inquit, his, qui sub le-

Ti. 1. a

C

ge erant, quasi sub lege essem: cum ipse non essem sub lege.

Rom. 8. c

His, qui sine lege erant, tamquam sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi. Vnde apte non dicitur, iusti non habent legem, aut iusti sunt sine lege: sed iustis non est lex posita: hoc est, non tamquam inuitis posita, sed voluntarijs eo liberaliter data, quo suauiter inspirata. Vnde & pulchre Dominus: Tollite, ait, iugum meum super vos. Ac si diceret, Non impono inuitis, sed vos tollite si vultis, alioquin non requiem, sed laborem inuenietis animabus vestris. Bona itaque lex caritas, & suavis: quæ non solum leuiter, suauiterque portatur, sed & seruum, & mercenariorum leges portabiles, ac leues reddit, quas utique non destruit, sed facit ut impleantur, dicente Domino: Non veni legem soluere, sed adimplere. Illam temperat, istam ordinat: vtrique leuigat: Numquam erit caritas sine timore, sed casto: numquam sine cupiditate, sed ordinata. Implet ergo caritas legem serui, cum infundit deuotionem: implet & mercenarij, cum ordinat cupiditatem: Porro timor, per mixta deuotio ipsum non annullat, sed castificat. Pœna tantum tollitur, sine qua esse non potuit dum fuit feruili: & timor manet in sæculum sæculi castus, & filialis. Nam quod legitur: Perfecta caritas foras mittit timorem: pœna intelligenda est, quæ feruili (ut diximus) numquam deest timori: illo scilicet genere locutionis, quo sæpe causa ponitur pro effectu. Denique cupiditas tunc recte à superueniente caritate ordinatur, cum mala quidem penitus respiciuntur: bonis vero meliora præferuntur, nec bona nisi propter meliora appetuntur. Quod cum plene per Dei gratiam assecutus fuerit, tingetur corpus, & vniuersus corporis bona tantum propter animam: anima propter Deum: Deus autem propter seipsum. Verum tamen, quia carnales sumus, & de carnis concupiscentia nascimur: necesse est, ut cupiditas nostra vel amor noster à carne incipiat, quæ si recto ordine dirigitur, quibusdam suis gradibus ducit gratia proficiens, spiritu tandem consummabitur: quæ non prius quod spirituale, sed quod animale, dicitur quod spirituale. Et prius necesse est, oportemus imaginem terrestrius: deinde celestis. In primis ergo diligit seipsum homo propter se. Caro quippe est, & nil sapere valet præter se. Cumq. se videt per se non

1. Cor. 9.

1. Ti. 1. a

Mat. 11.

Mat. 5. b

1. Jo. 4. b

1. Cor. 15. d

non posse subsistere, Deum quasi sibi necessarium incipit per fidem inquirere, & diligere. Diligit itaque in secundo gradu Deum, sed propter se, non propter ipsum. At vero cum ipsum cœperit occasione propria necessitatis colere, & frequentare, cogitando, legendo, orando, obediendo: quadam huiusmodi familiaritate paulatim sensimque Deus innotescit: consequenter & dulcescit: & sic gustato, quàm suavis est Dominus, transit ad tertium gradum, vt diligit Deum non iam propter se, sed propter ipsum.

Sane in hoc gradu diu statur: & nescio si à quoquam hominum quartus in hac vita perfecte apprehenditur, vt se. f. diligit homo tantum propter Deum. Afferant hoc si qui experti sunt: mihi, fateor impossibile videtur. Erit autem proculdubio, cum introductus fuerit seruus bonus, & fidelis in gaudium Domini sui: & inebriatus ab vbertate domus Dei. Quasi enim miro quodam modo oblitus sui, & à se penitus velut deficiens, totus pergit in Deum: & deinceps adhærens ei, vnus cum eo spiritus erit. Arbitror hoc sensisse prophetam cum diceret, Introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiarum tuarum solius. Sciebat profecto cū introiret in spirituales potentias Domini,

exutum se iri ab vniuersis carnis infirmitatibus, vt iam nil de carne haberet cogitare, sed totus in spiritu memoraretur iustitiarum Domini solius. Tunc pro certo singula Christi membra dicere poterunt de se, quod Paulus aiebat de capite: Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Nemo ibi se cognoscat secundum carnem: quia caro & sanguis regnum Dei non possidebit. Non quo carnis illic substantia futura non sit, sed quod carnalis omnis necessitudo sit de futura, carnisq; amor, amore spiritus absorbendus: & infirmæ, quæ nunc sunt humanæ affectiones, in diuinas quasdam habeant commutasi.

Tunc lagena caritatis, quæ nunc tracta per hoc mare magnum & spatiosum, ex omni genere piscium congregare non desinit: cum perducta ad littus fuerit, malos foras mittens, bonos solummodo retinebit. Siquidem in hac vita ex omni genere piscium intra sinum suæ latitudinis captatis rete concludit: vbi se pro tempore omnibus conformans, omnium in se siue aduersa, siue prospera traiciens, ac sua quodammodo faciès non solum gaudere cum gaudentibus, sed

& flere cum flentibus consuevit. Sed cū peruenit ad littus: velut malos pisces, & omne, quod triste patitur foras mittens, sola quæ placere, & iucunda esse poterunt, retinebit. Nūquid enim tunc verbi gratia, Paulus aut infirmabitur cum infirmis, aut vretur cum scandalizatis, vbi scandala, & infirmitas procul erunt? Aut certe lugebit eos, qui non agent penitentiam, vbi certum est, nec peccantem fore, nec penitentem? Absit autem vt vel eos, qui ignibus æternis cū diabolo, & angelis eius deputandi sunt, plāgat, & defleat in illa ciuitate, quam fluminis impetus lætificat: cuius, & diligit dominus portas super omnia tabernacula Iacob: quòd videlicet in tabernaculis, & si quando gaudetur de victoria, laboratur tamē in pugna, & plerumq; periclitatur de vita: & illa autem patria nulla prorsus admittatur aduersitas siue tristitia, quemadmodum de illa canitur: Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Et rursum. Lætitia sempiterna erit eis. Denique quomodo misericordie recordabitur, vbi memorabitur iustitiarum Dei solius: Proinde vbi iam non erit miseria locus, aut misericordie tempus, nullus profecto esse poterit miserationis affectus.

Finis libri de diligendo Deo.

RETRACTATIO

B. Bernardi, in librum sequentem
de Gradibus Humilitatis.



In hoc opusculo, cum illud de euangelio, quod Dominus ait, diem vltimi iudicij se nescire, ad aliquam sententiam confirmandam, atque corroborandam proferrem in medium, improuide quidem apposui quod in euangelio scriptum non esse postea deprehendi. Nam cum textus habeat tantummodo. Neque filius scit: ego deceptus magis, quàm fallere volens, litterarum quippe immemor, sed non sensus: Nec ipse, inquam, filius hominis scit. Vnde etiam totam ordiens sequentis disputationem, ex eo quòd non veraciter posui, veram conatus sum approbare assertionem. Sed quia talem errorem meum multo post, quàm à me idem libellus editus, & à pluribus iam transcriptus fuit, deprehendi: cū non potui per totam libellos spatium persequi menda-

Y 3 cium

Oper. D. Bern. Tom. I. l.

Matth.
25. b
Pf. 35. b

1. Cor. 6.
d
Ef. 70. c

1. Cor. 5

1. Cor.
15. d

Matth.
13. f.

G

Ibidem.
Isa. 61. c

H

crum necessarium credidi confugere ad confessionis remedium. Alio quoque in loco quamdam de Seraphim opinionem posui, quam numquam audiui, nusquam legi. Vbi sane lecto meus attendat, quod proinde temperate puto dixerim: volens videlicet non aliud, quam putari, quod certum reddere de scripturis non valui. Titulus quoque ipse, qui de gradibus humilitatis inscribitur: pro eo forsitan, quod non humilitatis, sed superbiae potius hic distingui, describique gradus videntur, calumniam patietur, sed hoc à minus vel intelligentibus, vel attendentibus eius tituli rationem: quam tamen in fine opusculi ipse breuiter intimare curauit.

D I V I B E R N A R D I
Abbatis Claræuallis;

I N T R A C T A T V M
de duodecim gradibus Humilitatis, & Superbia.

P R A E F A T I O.

Rogasti me frater Godefride, ut ea, quae de gradibus humilitatis coram fratribus locutus fueram, pleniori tibi tractatu disserere. Cui tuae petitioni digne, ut dignum erat, & volens satisfacere, & timens non posse, euangelici consilij memor, non prius, lateor, facere ausus sum, quam sedens computauit an sufficerent sumptus ad perficiendum. Cum autem caritas hunc foras misisset timorem, quo mihi timebam illud de opere non consummando, subintravit alius timor de contrario quo cepi timere grauius periculum de gloria si perfecissem, quam de ignominia si defecissem. Unde inter hunc timorem, & caritatem, velut in quodam biuio positus, diu haesitavi, cui viarum tuto me crederem, metuens aut loquendo vitiliter de humilitate, ipse humilis non inueniri, aut tacendo humiliter, inutilis fieri. Cumque neutram viam tutam, alterutram tamen mihi tenendam esse conspicerem, elegi potius tibi (si quem possem) communicare fructum sermonis, quam tutari me solum portu silentij, simul fiduciam habens, si quid forte quod approbes, dixerim, tuis precibus posse me non superbiere, sin autem (quod magis puto) nil tuo studio dignum effecerim, de nibilo superbiere non posse. *Explicit Praefatio.*

T R A C T A T V S
de Gradibus Humilitatis.



Incuturus ergo de gradibus humilitatis, quos beatus Benedictus non numerandos, sed ascendendos proponit, prius ostendo si possum, quo per illos perueniendum sit, ut audito fructu peruenitionis, minus grauet labor ascensionis. Proponit itaque dominus nobis viam laborem, laboris mercedem. Ego sum (inquit) via, veritas, & vita. Viam *Io. 14. 6* dicit humilitatem, quae ducit ad veritatem. Altera labor, altera fructus laboris est. Vnde *K* sciam, inquis, quod ibi de humilitate locutus sit, cum indeterminate dixerit, Ego sum via? Audi apertius: Discite à me quia mitis *Mar. 11.* sum, & humilis corde. Se ergo proponit humilitatis exemplum, mansuetudinis formam. Si imitaris eum, non ambulabis in tenebris, sed habebis lumen vitae. Quid est lumen vitae, nisi veritas, quae illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum ostendit ubi sit vera vita? Ideo cum dixisset, Ego sum via, & veritas, subdit, Et vita. Ac si diceret: Ego sum via, quae ad veritatem ducit. Ego sum veritas, quae vitam promittit. *Io. 10. 17. a* sum vita, quam do. Hae est enim vita, vera aeterna, ut cognoscatur te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Vel sic quasi tu dicas, Viam considero, id est humilitatem, fructum desidero, veritatem. Sed quid si tantum est labor vitae, ut ad optatum lucrum non possim peruenire? Respondet: Ego sum via, id est viaticum, quo sustententis in via. Clamat igitur errantibus, & viam ignorantibus: Ego sum via, Dubitantibus & non credentibus: Ego sum veritas. Iam ascendentibus, sed accesscentibus, Ego sum vita. Satis, ut reor, ostensum est ex proposito capitulo euangelij, cognitionem veritatis, fructum esse humilitatis. Accipe & aliud. Confiteor tibi Pater, *Lac. 10.* Domine caeli & terrae: quia abscondisti haec à sapientibus, & prudentibus, id est à superbis, & reuelasti ea paruulis, hoc est humilibus. Et hoc apparet, quod veritas, quae superbis absconditur, humilibus reuelatur. Humilitatis vero talis potest esse definitio. Humilitas est virtus, qua homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit. Hae autem conuenit his, qui ascensionibus in corde suo dispositis, *Humilitatis definitio.*

de virtute in virtutē, id est de gradu in gradum proficiunt, donec ad culmen humilitatis perveniunt: in quo vadit in Sion, id est in speculatione positi, veritatem prospiciant.

Pf. 23. b **S**ermon, inquit, benedictionem dabit legislator: quia qui dedit legem, dabit & benedictionem: hoc est, qui iussit humilitatem, perducet ad veritatem. Quis vero est hic legislator, nisi dulcis, & rectus Dñs, qui legem dedit delinquentibus in via? In via quippe delinquant, qui veritatem derelinquunt. Sed numquid vel sic à dulci Dño derelinquantur? Ipsis ergo dulcis, & rectus Dñs legem dat viam humilitatis, per quam redeat ad agnitionem veritatis. Dat occasionem recuperandæ salutis, quia dulcis est: non tamen absque disciplina legis, quia rectus est. Dulcis, quia perire nō patitur. Rectus, quia punire non obliuiscitur. Hanc itaque legē, qua redit ad veritatem, beatus Benedictus per duodecim gradus disponit: ut sicut per decem præcepta legis, ac geminam circumcissionem (in quo duodenarius numerus adimpletur) ad Christum venit: ita his duodecim gradibus ascensu, veritas apprehendatur. Illud quoque quod in scala illa,

Gr. 8. e **M** quæ in typo humilitatis Iacob monstrata est, super innixus apparuit: quid nobis aliud innuit, nisi quod in culmine humilitatis constituitur cognitio veritatis? Dñs quippe de summitate scalæ respiciebat super filios hominum tamquam veritas: cuius oculi sicut fallere nolunt, ita falli non norunt: ut videret si est intelligens, aut requirens Deum. An non tibi de alto videtur clamare, ac dicere requirētibz se (nouit enim qui sunt eius) Transite ad me omnes, qui concupiscitis me: & a generationibus meis implemini? Et illud: Venite ad me, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Venite, inquit. Quo? Ad me veritatem. Qua? Per humilitatem. Quo fructu? Ego vos reficiam. Sed quæ est refectio, quam veritas ascendētibz promittit, perveniētibz reddit? An forte illa est caritas? Ad hanc quippe, ut ait beatus Benedictus, ascensu omnibus humilitatis gradibus monachus mox pervenit. Vere dulcis, & suavis cibus caritas, quæ fessos alleviat, debiles roborat, mestos lætificat. Iugum denique veritatis facit suave, & onus leve. Bonus cibus caritas, quæ media in ferculo Salomonis consistens, diversarum odore virtutum, velut diversis generis fragrantia pigmento-

rum, esurientes reficit, iucundat reficientes. Ibi siquidem apponitur pax, patientia, benignitas, longanimitas, gaudium in Spiritu sancto: & si quæ sunt aliæ veritatis, seu sapientiæ generationes, apponuntur in illa. Habet, & humilitas in eodem ferculo suas epulas, panem scilicet doloris, & vinū compunctionis, quas primo veritas incipientibus offert, quibus utique dicitur. Surgite postquam federitis, qui manducatis panem doloris. Habet ibidem contemplatio ex adipe frumenti solidum cibum sapientiæ, cum vino, quod lætificat cor hominis, ad quæ veritas perfectos inuitat dicens: Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini charissimi. Me Jia, inquit, caritate construit propter filias Hierusalem, propter imperfectas videlicet animas: quæ dum adhuc illum solidum cibum minus capere possunt, lacte interim caritatis pro pane, oleo pro vino nutriendæ sunt. Quæ res in media describitur: quia eius suavitas, nec incipientibus præsto est prohibente timore: nec perfectis satis est, pro abundantiori contemplationis dulcedine. Hæc adhuc à noxijs carnalium delectationum humoribus, timoris amarissima potionem purgandi, nondum lactis dulcedinem experiuntur. Illi iam aulsi à lacte, epulari ab introitu gloriæ gloriosius delectantur: solis medijs id est proficientibus ita iam melleas quasdam sorbitiunculas caritatis expertis, ut illis interim pro sui teneritudine contenti sint. Primus ergo cibus est humilitatis, purgatorius cum amaritudine: secundus caritatis, consolatorius cum dulcedine: tertius contemplationis, solidus cum fortitudine. Heu mihi, Domine Deus virtutum quousque irascere super orationem serui tui, cibabis me pane lacrymarum, & potum dabis mihi in lacrymis? Quis me inuitabit ad illud vel medium, ac dulce caritatis conuiuium: ubi iusti epulantur in conspectu Dei, & delectantur in lætitia, ut iam non loquens in amaritudine anima mea, dicam Deo, Noli me condemnare: sed epulando in azymis sinceritatis, & veritatis, lætus cantem in vijs Domini, quoniam magna est gloria Domini? Bona tamen via humilitatis, qua veritas inquiritur, caritas acquiritur, generationes sapientiæ participantur. Denique sicut finis legis Christus, sic perfectio humilitatis, cognitio veritatis. Christus, cum venit, attulit gratiam. Veritas quibus innotuerit, dat caritatem.

Cāt. 3. d

A
Pf. 126.

Cāt. 5. a

Cāt. 3. d

Pf. 79. a

Pf. 67. a

B
Iob 10. a

Pf. 137. b

Mat. 4. b Innotescit autem humilibus: humilibus ergo dat gratiā. Dixi, vt potui, quo fructu humilitatis gradus ascendi debeant; dicam vt potero, quo ordine ad propositū brauium veritatis perducant. Sed quia ipsa quoque veritatis agnitio in tribus gradibus cōsistit, ipsos breuiter si possū distinguo, quatenus ex hoc clarius innotescat ad quem triū veritatis duodecimus humilitatis pertingat.

Inquirimus namque veritatem in nobis, in proximis, in sua natura. In nobis, nosmetipsos diiudicando. In proximis, eorum malis compatiendo. In sui natura, mundo corde contemplando. Obserua sicut numerum, ita & ordinem. Primo te doceat veritas ipsa, quod prius in proximis, quā in sui debeat inquiri natura. Post hoc accipies cur prius in te, quā in proximis inquirere debeas. In numero siquidē beatitudinū, quas suo sermone distinxit, prius misericordes

Mat. 5. a quā misericordes posuit. Misericordes

C quippe cito in proximis veritatem deprehendunt, dum suos affectus illos extendūt, dum sic per caritatem illis conformant, vt illorum vel bona, vel mala tamquam propria sentiant. Cum infirmis infirmantur, cū scandalizatis vruntur. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flētibus consueverunt. Hęc claritate fraterna cordis acie mundata, veritatem delectantur in sui contemplari natura, pro cuius amore mala tolerant aliena. Qui verō ita se fratribus non confociant, sed ecōtrario aut flētibus insultant, aut gaudentibus derogant, dū quod in illis est, in se esse nō sentiūt, quia similiter affecti nō sunt, veritatē in proximis qualiter deprehendere possunt? Bene nāq. cōuenit illis illud vulgare prouerbum: Nescit sanus quid sentiat æger, aut plenus quid patiat̄ur ieiunus.

Proverb. Et æger ægro, & ieiunus ieiuno quantō propinquius, tanto familiarius cōpatiātur.

Sicut. n. pura veritas non nisi puro corde videtur, sic miseria fratris verius misero corde sentitur. Sed vt ob alienam miseriam miserum cor habeas, oportet vt tuam prius agnoscas, vt proximi mentem in tua inuenias, & ex te noueris qualiter illi subuenias, exemplo scilicet saluatoris nostri, qui pati voluit vt compati sciret, miser fieri vt misereri disceret, vt quomodo de ipso scriptum est: Didicit ex his, quæ passus est obedientiam, ita & misericordiam scilicet.

Hebr. 5. Non quod ante misereri nesciret, cuius misericordia ab æterno, & vsq. in æternū:

sed quod natura sciebat ab æterno, temporali didicit experimento. Sed forte te durum tibi videtur, quod dixi Dei sapientiā Christū didicisse misericordiā, quasi is, per quē omnia facta sunt, aliquid aliquando ignorasset ex ijs, quæ sunt, maxime cū illud quod ex epistola ad Hæbreos ad id comprobandū comme morauī, alio sensu, qui non ita videtur absurdus, possit intelligi, vt quod dictum est, didicit, non ad ipsum caput referatur in sui persona, sed ad corpus eius, quod est Ecclesia, vt sit ita sensus: Et didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam: hoc est obedientiā didicit in suo corpore ex ijs, quæ passus est in capite. Nam illa mors, illa crux, opprobria, spura, flagella, quæ omnia caput nostrum Christus pertransiit, quid aliud corpori eius, id est nobis, quā præclara obedientiæ documenta fuerūt? Christus enim (ait Paulus) factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Qua necessitate? Respondeat Apostolus Petrus: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini, inquit, vestigia eius, id est, vt imitemini obedientiam eius. Ex his ergo, quæ passus est, discimus quanta nos qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpeti, pro qua & Deus erat non dubitauerit mori.

Et hoc modo, inquis, non inconueniens erit si dicatur Christus, vel obedientiam, vel misericordiā, seu aliquid in suo corpore didicisse, dum tamen sibi in sua persona nil quod se ante lauerit credatur ex tempore potuisse accedere. Sic, ipse sit qui misereri doceat aut obedire, ipse, qui discat, quia caput & corpus vnus est Christus. Non nego hunc intellectum, quā rectus sit. Sed ex alio loco ipsius epistolæ, superior interpretatio videtur approbari, vbi dicitur: Nusquā enim Angelos apprehendit, sed semē Abraham apprehendit, vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors figeret. Puto quod hæc verba sic ad caput referenda sunt, vt corpori penitus aptari non possint. De verbo vtrique Dei dictum est, quod non Angelos apprehendit, hoc est non in vnam sibi personam assumpsit, sed semen Abraham. Neq. enim legitur, verbum Angelos factum est, sed verbū caro factū est, & caro de carne Abraham, iuxta promissionē, quæ illi primū facta est, vnde id est ex qua feminis assuptione, debuit per omnia fratribus similari, oportuit, ac necesse fuit, vt similis nobis

passi.

Phil. 2. b
1. Pet. 2. d

Hebr. 5. d

1. Ion. 1. d

passibilis, nostrarum omnia (excepto peccato) genera miseriarum percurreret. Si quæris quâ necessitate, vt misericors, inquit, fieret. Et hoc, ais, cur non recte ad corpus referre potest? Sed audi quod paulo post sequitur. In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potens est, & eis qui tentantur auxiliari. In quibus verbis quid melius intelligi possit non video, nisi quod ideo pati, ac tentari, omnibusque absque peccato, humanis voluit communicare miserijs (quod est per omnia fratribus similari) vt similiter passus, ac tentatus misereri, ac compati ipso disceret experimento. Quo quidem experimento non dico, vt sapientior esseretur, sed propinquior videretur, quatenus infirmi filij Adâ quos suos fieri, & appellari fratres nō dedignatus est, suas illi infirmitates committere nō dubitarent, qui sanare illas, & posset, vt Deus, & vellet vt proximus, & cognosceret, vt eadem passus. Vnde Isaias virum eum appellat dolorum, & scientē infirmitatem, Et Apostolus: Non enim habemus, inquit, pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Vnde autem posuit, indicans, adiungit: Tentatum autem per omnia pro similitudine absq. peccato. Beatus quippe Deus, beatus Dei filius, in ea forma, qua non rapinam arbitratus est esse se æqualem patri, proculdubio impassibilis, priusquā se exinanisset formam serui accipies, sicut miseriam, & subiectionē expertus nō erat, sic misericordiam, vel obedientiam nō nouerat experimento. Sciebat quidē per naturam, non autem sciebat per experientiam. At vbi minoratus est non solū à seipso, sed etiā paulo minus ab Angelis, qui & ipsi impassibiles sunt per gratiam, nō per naturam, vsque ad illā formam, in qua pati, & subijci posset, quod vtique (sicut dictū est) in sua non posset, & in passione expertus est misericordiā, & in subiectione obedientiā. Per quā tamē experientiam non illi (vt dixi) scientia, sed nobis fiducia creuit, dū ex hoc misero genere cognitionis, is à quo lōge erraueramus, factus est propior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus in sua impassibilitate manenti? Nunc autem

Hebr. 4. Apostolo suadente, monemus, cum fiducia adire thronū gratiæ ipsius, quem nimirum *Isa. 53. b* sicut alibi scriptū est, lāguores nostros tulisse, & dolores nostros portare cognoscimus, & in eo, quo passus est ipse, nobis compati posse nō dubitamus. Non ergo debet absurdū

videri, si dicitur Christum non quidem aliquid scire cepisse, quod aliquādo nescieuit: scire tamē alio modo misericordiā ab æterno per diuinitatē, & aliter in tempore didicisse per carnem. Vide ne & simili locutionis modo illud dictū sit, quod Dominus reuerentibus discipulis de die vltimo se nescire respondit. Nā quomodo diē illum ille nesciebat, in quo omnes sapientiæ, & scientiæ thesauri sunt absconditi? Cur ergo se scire negabat, quod certum est, quia nescire non poterat? Numquid forte mendaciter eos voluit celare, quod vtiliter nō valuit innotescere? Absit. Sicut nihil ignorare poterat, cum sapientia sit: sic nec mentiri, cum veritas sit. Sed volens discipulos ab inutilis inquisitionis curiositate cōpescere, quod inquirebant se scire negauit, non omni modo quidem, sed tali quodam modo, quod negare veraciter potuit. Nam etsi suæ diuinitatis intuitu equè omnia præterit, scilicet præsentia, atq. futura perlustrando, diem quoque illū palā habebat: non tamē vllis carnis suæ sensibus experiendo agnouerat. Alioquin iam spiritu oris sui Antichristū interfecerat: iam auribus sui corporis Archangelum vociferantem, & tubam sonantem, in quo strepitu mortui suscitandi sunt, audierat: iā oculis suæ carnis oues, hædosq., qui ab inuicē segregandi sunt, perspexerat. Denique, vt intelligas, quod illa tantū cognitione, quæ per carnem fit, se illum diem nescire perhibuerit, vigilanter respondens non ait, Nec ego scio: sed, Nec ipse, inquit, filius hominis scit. Quid est filius hominis, nisi nomen assumptæ carnis? Quo si quidem nomine intelligi datur, quia dicens se aliquid nescire, non iuxta quod Deus est, sed secundum hominem loquitur. Aliās quippe loquens de se, secundum suā diuinitatem, nō filius, vel filium hominis: sed, ego, vel me, sæpius ponere consuevit: vt ibi: Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Ego sum, ait: non, Filius hominis est. Nec dubiū, quin de illa essentia diceret, qua ante Abraham, & sine initio est, non qua post Abraham, & ex Abraham factus est. Alibi quoque hominum de se opinionem à discipulis inquirens: Quem dicunt, inquit, homines esse: non me, sed filium hominis? Rursus eosdem interrogans, quid de se, ipsi quoque sentirent, Vos autem non quem filium hominis, sed quem me, ait, esse dicitis? Carnalis videlicet populi sententiā de carne inquirens,

Matth. 13. d
Col. 2. a

Matth. 16. c

H

Ioan. 8. 9

Matth. 16. c

Ibidem.

rens,

res, nomē carnis, quod proprie est filius hominis, posuit: spirituales vero discipulos de sua diuinitate interrogans, non filiū hominis, sed signanter, me, dixit. Quod denique Petrus intelligens, quid per hoc quod dixerat, me, requisiti fuissent: sua responsione

Matth. 16. 6.
 aperuit: Tu es, inquit, non Iesus filius virginis, sed Christus filius Dei. Quod utique si respōdisset, nihilominus veritate dixisset: sed in verbis interrogationis sensum interrogantis prudēter aduertens, cōpetenter, proprieque ad interrogata respondit dicens: Tu es Christus filius Dei. Cum igitur videas Christum in vna quidem persona duas habere naturas, vnam, qua semper fuit, alterā, qua esse cōcepit: & secundum sempiternum suū quidem esse, semper omnia nosse: secundum temporalem vero, multa temporaliter expertum fuisse, cur fateri dubitas, vt esse in tempore cōcepit ex carne, sic carnis quoque miserias cōcepisse, illo duntaxat modo cognitionis, quem doceo defectio carnis. Quod utique genus scientiā, protoplasti sapientius, feliciusq. nescirent, quando id attingere nisi stulte, misereque non poterant.

Sed plasmator eorū Deus requirēs quod perierat, opus suū miseratus prosecutus est, descendens & ipse misericorditer, quo illi ceciderant miserabiliter. Voluit experiri in se, quod illi faciendo cōtra se merito paterentur. Non simili quidem curiositate, sed mirabili caritate. Non vt miser cum miseris remaneret: sed vt misericors factus miseris liberaret. Factus, inquam, misericors, non illa misericordia, quā felix manens habuit ab aeterno: sed quam mediante miseria reperit ī habitu nostro. Porro pietatis opus quod per illam cōcepit, in ista perfecit. Non quod sola illa non posset perficere: sed quia nobis non potuit absq. ista sufficere. Vtraq. si quidē necessaria: sed nobis hæc magis cōgrua fuit. O ineffabilis pietatis excogitatio. Quando nos illam miram misericordiā cogitaremus, quam præcedens miseria nō informat? Quando illam aduertemus in congenitam nobis compassionē, quæ nō passione præuenta, cum impassibilitate perdurat?

K Attamē si illa, quæ miseriam nescit, misericordia non processisset: ad hanc, cuius miseria mater est, non accessisset. Si non accessisset, non attraxisset. Si non attraxisset, nō extraxisset. Vnde autem extraxit: nisi de lacu miseriæ, & de luto fecis? Nec illam tamen misericordiam deseruit, sed hanc inseruit.

Non mutauit, sed multiplicauit, sicut scriptum est: Homines, & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. *Pf. 136.*

Sed iam ad propositū redeamus. Si ergo se miserum fecit, qui miser nō erat, vt experiretur quod & ante sciebat: quanto magis tu, nō dico vt te facias, quod nō es: sed vt attendas quod es, quia vere miser es, & sic discas misereri, qui hoc aliter scire non potes: ne forte si proximi malū consideres, & tuū nō attendas, mouearis non ad miserationē, sed ad indignationem: non ad adiuuandū, sed ad iudicandū. denique non ad instruendum in spiritu lenitatis, sed ad destruedum in spiritu furoris. Vos qui spirituales estis, *Gal. 6. 7.* ait Apostolus, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Apostoli cōsiliū siue etiā præceptū est, vt māfuetudo, id est eo spiritu fratris ægrotanti subuenias, quo tibi vis subueniri cum ægrotas. Et vt facias qualiter erga delinquentē mansuere possis. Considerans, inquit, te ipsum: ne & tu tēteris. Considerare libet quā bene discipulus veritatis ordine sequatur magistrum. In beatitudinibus quas supra memorauī, sicut prius misericordes quā mundicordes, sic prius mites, quā misericordes pronunciatī sunt. Et Apostolus cū spirituales hortaretur ad instruendū carnales, adiunxit: In spiritu lenitatis. Instructio quippe fratrum pertinet ad misericordes, spiritus lenitatis ad mites. Ac si diceret, Inter misericordes deputari non potest, qui in semetipso mitis non est.

Eccē Apostolus aperte ostēdit, quod superius me ostensurum promisi, prius videlicet veritatem inquirendam esse in nobis, quā in proximis. Considerans, inquit, te ipsum: id est, quā facilis ad tentandū, quā pronus ad peccandū: quatenus ex tua cōsideratione mitefcas, sicque ad succurrēdum alijs: in spiritu lenitatis accedas. Alioquin si moneatē non audis discipulum, arguētē time magistrum. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & sic valebis sefluam eijcere de oculo fratris tui. *Mat. 7. 6.*

Trabes in oculo grandis & grossa, superbia in mente est, quæ quādā corpulentia sui vana non sana, tamē non solida, oculum mentis obfcurat, veritatem obumbrat, ita vt si tuam occupauerit mentem, iam tu te videre iam te talem, qualis es, vel qualis esse potes, non possis sentire: sed qualem te amas, talē te vel putes esse, vel speres fore. Quid *Super-* *bin.*

enim aliud est superbia, quàm (vt quidam sanctus diffinit) amor propriæ excellentiæ? Vnde & nos possumus dicere per cōtrariū, humilitatem propriæ excellentiæ esse contemptum. Amor vero, sicut nec odium, veritatis iudicium nescit. Vis iudicium veritatis audire? Sicut audio, sic iudico. Non sicut odi, non sicut amo, nō sicut timeo. Est iudicium odij, vt illud: Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori. Est & timoris, vt illud: Si dimitimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

M

Io. 19. b

Io. 11. f

2. Reg.

18. b

Iudicium vero amoris, vt David de filio parricida: Parcite, inquit, puero Absalon. Et legibus humanis statutum, & in causis tam ecclesiasticis, quàm secularibus seruatum scio, speciales amicos causantium non debere admitti ad iudicium, ne vel fallant, vel fallantur amore suorum.

Quod si culpā amici tuo iudicio amor illius aut minuit, aut profus abscondit, quanto magis amor tui tuium contra te iudicium fallit? Qui ergo plene veritatem in se agnoscere curat, necesse est vt semota trabe superbiæ, quæ oculū arcet à luce, ascensionem in corde suo disponat, per quas seipsum in seipso inquirat, & sic post duodecimū humilitatis ad primum veritatis gradum per-

Pf. 115.

a

Pf. 63. b

Pf. 115.

a

Ioan. 8. b

tingat. Cum autem veritate inuenta in se, imo se inuenta in veritate dicere potuerit; Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis, ascendat homo ad cor altū, vt exaltetur veritas, & ad gradū secundum peruenias dicat in excessu suo, omnis homo mendax. Putas hunc ordinem David non tenuit? Putas hoc nō sensit propheta quod Dominus, quod Apostolus, quod & nos post ipsos, & per ipsos sentimus? Credidi, inquit, veritati dicenti. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

A

Credidi ergo sequendo propter quod locutus sum, confitendo. Quid confitendo? Veritatem, quam cognoui credendo. Postquam autem & credidi ad iustitiam, & locutus sum ad salutem, humiliatus sum nimis, hoc est perfecte. Tamquam diceret: Quia veritatem cognoui in me confiteri contra me non erubui, à perfectionem humilitatis profeci. Nimis, enim, pro perfecte potest intelligi, vt ibi: In mādatis eius videt nimis.

Pf. 115.

Quod si quid contendat, nimis, hic provalde, positum non pro perfecte, quia & expositiores id ipsum videntur astruere, neque

hoc discordat à sensu propheta, vt sic sentiamus eum dixisse. Ego quidem cū adhuc veritatem nō nossem, aliquid me putabam esse, cum nihil essem. At postquam in Christum credendo, id est eius humilitatem imitando, veritatem agnoui, ipsa quidē exaltata est in me ex mea confessione, sed ego humiliatus sum nimis, id est valde vili mihi ex meī cōsideratione. Humiliatus ergo propheta in hoc primo gradu veritatis (vt ait in alio Psalmo) Et in veritate tua humiliasti me: semetipsum attendat, & ex propria k miseria generale perpendat, sicq; ad secundum trāsiens dicat in excessu suo, omnis homo mendax. In quo excessu suo? In illo proculdubio quo sese excedēs, ac veritati adherens, seipsum diiudicat. In illo ergo excessu suo dicat non indignando, aut insultando, sed miserādo, & compatiendo, omnis homo mendax. Quid est, omnis homo mendax? Omnis homo infirmus, omnis homo miser, & impotens, qui nec se nec aliū possit saluare. Sicut dicitur fallax equus ad salutem, non quod equus aliquem fallat, sed quia is seipsum fallit, qui in fortitudine eius confidit: sic omnis homo dicitur mendax, id est fragilis, mutabilis, à quo salus nō possit vel sua vel aliena sperari, quin potius maledictionem incurrat, qui spem suam in homine ponit. Proficiens itaque humilis propheta per ducatum veritatis, quodq; in se lugebat, videns in alijs, dū apponit scientiam, apponat & dolorem, ac generaliter, sed veraciter dicat, omnis homo mendax.

Vide quàm lōge aliud fenserit de se phariseus ille superbus. Quid deprompsit in excessu suo? Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum. Dum in se singulariter exultat, alijs arrogantes insultat. David autem aliter. Ait enim: Omnis homo mendax. Neminem excipit, ne quem decipiat, sciens quia omnes peccauerunt, & omnes egent gloria Dei. Phariseus se solū decipit, quē solū excipit, dum ceteros damnat. Propheta se nō excipit à cōmuni miseria, ne excipiatur à misericordia. Phariseus exufflat misericordiā, dum dissimulat miseriam. Propheta affirmat tam de omnibus, quā de se, omnis homo mendax. Phariseus confirmat de omnibus præter se. Non sum, inquit, sicut ceteri hominum. Et gratias agit non quia bonus, sed quia solus: nō tū de bonis, quæ habet, quàm de malis, quæ in alijs videt. Nondum de suo trabem

Pf. 118.

Pf. 32. d

Hier. 17.

Luc. 18.

Pf. 115.

Rom. 3. a

Luc. 18. eiecerat, & festucas in oculis fratrum enumerat. Nam subdit. Iniusti, raptores. Non frustra (vt arbitror) excessum a proposito feci, si vtriusque excessus differentiam intellexisti. Iam ad propositum redeundum est.

Quos itaq; veritas sibi iam innotescere, ac per hoc vilescere fecit, necesse est, vt cuncta quae amare solebant, & ipsi sibi amarescant. Statuentes nimirum se ante se, tales se videre cogant, quales vel a se videri erubescant. Dumq; sibi displicet quod sunt, & ad id suspirant quod non sunt, quod vtiq; per se fore diffidunt, vehementer sese lugentes, id solum consolationis inueniunt, vt seueri iudices sui, qui, s. amore veri esuriant & sitiunt iustitiam, vsq; ad contemptum sui districtissimam de se exigant satisfactionem, & de cetero emendationem. Sed cum se ad id succedere non posse conspiciunt (cum enim fecerint omnia, quae mandata fuerint sibi, seruos se inutiles dicunt) de iustitia ad misericordiam confugiunt. Vt autem illam consequantur, consilium veritatis sequuntur:

Luc. 17. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et hic est secundus gradus veritatis, quo eam in proximis inquirunt, dum de suis aliorum necessitates exquirunt, dum ex eis, quae patiuntur patientibus compati sciunt. In his ergo tribus, quae dicta sunt, id est in luctu poenitentiae, in desiderio iustitiae, in operibus misericordiae, si perseverant, a tribus impedimentis, quae aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio contraxerunt, cordis aciem mundant, quo per contemplationem ad tertium veritatis gradum pertranseant. Haec sunt viae, quae videntur hominibus bonae, illis dumtaxat exceptis, qui letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, ac se de infirmitate vel ignorantia tegunt ad excusandas excusationes in peccatis. Sed frustra sibi de infirmitate, vel ignorantia blandiuntur, qui vt liberius peccent, libenter ignorant, vel infirmantur. Putas primo homini profuit, licet ipse non libenter peccauit, quod se per uxorem tamquam per carnis infirmitatem defendit? Aut primi martyris lapidatores quoniam aures suas continuerunt, per ignorantiam excusabiles erunt? Qui igitur studio, amore peccandi a veritate se sentiunt alienatos, infirmitate & ignorantia pressos, studium in gemitum, amorem in mororem & infirmitatem conuertant: infirmitatem carnis feruore iustitiae vincant, ignorantiam liberalitate repellant, ne si nunc egentem, nudam & infirmam veritatem ignorant, cum potestate magna, & virtute venientem, terrentem, arguentem, sero cum rubore cognoscant, frustra cum tremore respondeant: Quando te vidimus egere, & non ministrauimus tibi? Cognosceatur certe dominus iudicia faciens, qui nunc ignoratur misericordiam quaerens. Denique videbunt, in quem transfixerunt. Similiter & auari, quem contempserunt. Ab omni ergo labe, infirmitate, ignorantia, studio contracta, flendo, iustitiam esuriens, operibus misericordiae insistendo, mundatur oculus cordis, cui se in sui puritate veritas videndam promittit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cum sint itaque tres gradus seu status veritatis, ad primum ascendimus per laborem humilitatis, ad secundum per affectum compassionis, ad tertium per excessum contemplationis. In primo veritas reperitur seuera, in secundo pia, in tertio pura. Ad primum ratio ducit qua ad discipulum, ad secundum affectus perducit, quo alijs miseremur, ad tertium puritas rapit, qua ad inuisibilia subleuamur.

tiam liberalitate repellant, ne si nunc egentem, nudam & infirmam veritatem ignorant, cum potestate magna, & virtute venientem, terrentem, arguentem, sero cum rubore cognoscant, frustra cum tremore respondeant: Quando te vidimus egere, & non ministrauimus tibi? Cognosceatur certe dominus iudicia faciens, qui nunc ignoratur misericordiam quaerens. Denique videbunt, in quem transfixerunt. Similiter & auari, quem contempserunt. Ab omni ergo labe, infirmitate, ignorantia, studio contracta, flendo, iustitiam esuriens, operibus misericordiae insistendo, mundatur oculus cordis, cui se in sui puritate veritas videndam promittit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cum sint itaque tres gradus seu status veritatis, ad primum ascendimus per laborem humilitatis, ad secundum per affectum compassionis, ad tertium per excessum contemplationis. In primo veritas reperitur seuera, in secundo pia, in tertio pura. Ad primum ratio ducit qua ad discipulum, ad secundum affectus perducit, quo alijs miseremur, ad tertium puritas rapit, qua ad inuisibilia subleuamur.

Interlucet hic mihi mira quaedam, ac diuisa indiuiduae Trinitatis operatio, si modo modo tamen ab homine sedere in tenebris ineffabilis illa possit capi cooperantur sibi personarum diuisio. In primo siquidem gradu Filius, in secundo Spiritus sanctus, in tertio Pater operari videtur. Vis audire Filij operationem? Si ego, inquit, laui vobis pedes dominus, & magister, quanto magis & vos debetis alter alterius lauare pedes: Trahebat discipulis humilitatis formam veritatis magister, qua in primo gradu primum eis veritas innotesceret. Attende & opus spiritus sancti. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Caritas quippe donum est Spiritus sancti, qua fit vt qui sub disciplina filij per humilitatem ad primum vsque gradum veritatis iam profecerunt, ad secundum per compassionem proximi, sub magisterio Spiritus sancti perueniant. Audi & de patre: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in caelis. Et illud: Pater filijs nota faciet veritatem tuam. Et, Confiteor tibi pater, quia abscondisti haec a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Vides quia quos verbo, & exemplo prius filius humiliavit,

Prouerb. 3. c. D vel ignorantia tegunt ad excusandas excusationes in peccatis. Sed frustra sibi de infirmitate, vel ignorantia blandiuntur, qui vt liberius peccent, libenter ignorant, vel infirmantur. Putas primo homini profuit, licet ipse non libenter peccauit, quod se per uxorem tamquam per carnis infirmitatem defendit? Aut primi martyris lapidatores quoniam aures suas continuerunt, per ignorantiam excusabiles erunt? Qui igitur studio, amore peccandi a veritate se sentiunt alienatos, infirmitate & ignorantia pressos, studium in gemitum, amorem in mororem & infirmitatem conuertant: infirmitatem carnis feruore iustitiae vincant, ignorantiam liberalitate repellant, ne si nunc egentem, nudam & infirmam veritatem ignorant, cum potestate magna, & virtute venientem, terrentem, arguentem, sero cum rubore cognoscant, frustra cum tremore respondeant: Quando te vidimus egere, & non ministrauimus tibi? Cognosceatur certe dominus iudicia faciens, qui nunc ignoratur misericordiam quaerens. Denique videbunt, in quem transfixerunt. Similiter & auari, quem contempserunt. Ab omni ergo labe, infirmitate, ignorantia, studio contracta, flendo, iustitiam esuriens, operibus misericordiae insistendo, mundatur oculus cordis, cui se in sui puritate veritas videndam promittit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Cum sint itaque tres gradus seu status veritatis, ad primum ascendimus per laborem humilitatis, ad secundum per affectum compassionis, ad tertium per excessum contemplationis. In primo veritas reperitur seuera, in secundo pia, in tertio pura. Ad primum ratio ducit qua ad discipulum, ad secundum affectus perducit, quo alijs miseremur, ad tertium puritas rapit, qua ad inuisibilia subleuamur.

uit,

uit, super quos deinde spiritus caritatem effundit, hos tandem in gloria pater recepit? Filius facit discipulos, paracletus consolatur amicos, pater exultat filios. Quia vero non solum filius, sed & pater, & Spiritus sanctus veraciter veritas appellantur, constat, quod vna eadem veritas seruata proprietate personarum, tria hæc in tribus gradibus operatur. Primo, sicut inquit, ut magister. Secundo consolatur, ut amicus vel frater. Tertio attingit, ut filios pater. Dei quippe filius verbum scilicet ac sapientia patris, primum quidem illam animæ nostræ potentiam, quæ ratio dicitur, cum reperiit carne depressam, peccato captiuam, ignorantia cæcam, exterioribus decitam: clementer assumens, potenter erigens, prudenter instituens, introrsum trahens, ac mirabiliter vtens, tamquam pro se vicaria ipsam sibi iudicem statuit, ita ut pro reuerentia verbi, cui coniungitur, ipsa sui accusatrix, testis, & iudex, contra se veritatis fungatur officio. Ex qua prima coniunctione verbi, & rationis, humilitas nascitur. Aliam deinde partem, quæ dicitur carnis voluntas, veneno suam carnem, sed iam ratione circumscissam, Spiritus sanctus dignanter visitans, suauiter purgans, ardentem afficiens, misericordem facit, ita ut more pelis, quæ vncta extenditur, ipsa quoque vnctione perfusa cælesti, vsq. ad inimicos per affectum dilatetur. Et sic ex hac secunda coniunctione spiritus Dei, & voluntatis humanæ, caritas efficitur. Vtriusque vero patrem, rationem scilicet, & voluntatem, alteram verbo veritatis instructam, alteram spiritum veritatis afflatam, illam hyssopo humilitatis aspersam, hanc igne caritatis succensam, tandem iam perfectam animam, propter humilitatem sine macula, propter caritatem sine ruga, cum nec voluntas rationi repugnat, nec ratio veritatem dissimulat, gloriosam sibi sponsam pater conglutinat, ita ut nec ratio de se, nec voluntas de proximo cogitare sinatur, sed hoc solum beata illa anima

Cant. 1. a dicere delectetur: Introduxit me rex in cubiculum suum. Digna certe, quæ de schola humilitatis, in qua primum sub magistro filio ad seipsam intrare didicit, iuxta comminationem ad se factam: Si ignoras te, egredere & pasce hædos tuos: digna ergo quæ de schola illa humilitatis dulcem Spiritus sancto in cellaria caritatis, quæ nimirum proximorum pectora intelligenda sunt, per affectionem introduceretur, vnde suffulta flori

bus, ac stipata malis, bonis scilicet moribus, & virtutibus sanctis, ad regis demum cubiculum, cuius amore languet, admitteretur. Ibi modicum, hora videlicet quasi dimidia silentio factum in cælo, inter desideratos amplexus suauiter quiescens ipsa quidem dormit, sed cor eius vigilat, quo vtique interim veritatis arcana rimatur: quorum post modum memoria statim ad se reditura pascat. Ibi videt inuisibilia, audit ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Excedit quippe omnem illam, quam nox nocti indicat, scientiam. Dies tandem diei erexit verbum: & inter sapientes sapientiam loqui, & spiritualibus spiritualia licet conferri. Putas hos gradus Paulus non transierit, qui vsque ad tertium cælum se raptum fuisse testatur? Sed quare raptum, & non potius ductum? Ut videlicet si tantus Apostolus raptum se dicit fuisse, quo nec doctus sciuit, nec ductus potuit ire: me qui proculdubio minor sum Paulo, ad tertium cælum nulla mea virtute, nullo meo labore peruenire posse præsumam, ne vel de virtute confidam, vel pro labore diffidam.

Qui, n. docetur, aut ducitur, ex hoc ipso quod docentem vel ducentem sequitur, laborare conuincitur, & aliquid ex se agit ut ad destinatum locum, vel sensum pertrahatur, ita ut dicere possit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum, Qui vero rapitur, non suis viribus, sed alienis innixus tamquam nescius quocumque portatur, nec de toto in se, nec de parte gloriatur, vbi nec per se, nec cum alio aliquid operatur. Ad primum itaque, siue ad medium cælum ductus, vel adiutus Apostolus ascendere potuit, ad tertium autem ut perueniret rapi oportuit: Nam ad hoc & filius legitur descendisse, ut vocaret, & iuuaret ascensuros ad primum: & Spiritus sanctus missus fuisse, qui perduceret ad secundum. Pater vero licet Filio, & Spiritui sancto semper cooperetur, numquam tamē aut de cælo descendisse, aut ad terras legitur missus fuisse. Læte certe quod misericordia Domini plena est terra, & pleni sunt cæli, & terra gloria tua, & multe huiusmodi. Ego & de filio: Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Et ipse filius loquitur de se: Spiritus Domini misit me. Et Iesai. 61. a per eundem Prophetam. Et tunc, inquit, Dominus misit me, & spiritus eius. Ego & Iesai. 48. de spiritu sancto: Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, Ioh. 14. d

Pf. 16. b Et, cum assumptus fuero, mittam vobis eum, haud dubium quin Spiritum sanctum. Patrem autem in sua persona, licet nusquam non sit, nusquam tamen inuenio nisi in caelis, vt in euangelio: Et pater meus qui in caelis est. Et in oratione: Pater noster, qui es in caelis. Vnde nimirū colligo, quod quia pater non descendit, Apostolus, vt cum videret ad tertium caelum ascendere quidem non potuit, quo tamen se raptum memorauit.

2o m. 3. b Deniq; nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis. Et ne putes de primo dictum, vel secundo, dicit tibi Dauid: A summo caelo egressio eius. Ad quod iterū nō subito raptus, non furtim sublatus, sed videntibus inquit illis. i. Apostolis, eleuatus est. Non sicut Helias, qui vnum: non sicut Paulus, qui nullum vix. n. vel seipsum restem, aut arbitriū habere potuit, ipso perhibente: Nescio, Deus scit: sed vt omnipotens, qui quantum voluit descendit, quando voluit ascendit, pro suo arbitrio arbitros, & spectatores, locum, & tempus, diem, & horam expectans, videntibus illis, quos. f. tanta visione dignatur, eleuatus est. Raptus est Paulus, raptus est Helias, transfatus est Enoch, Redemptor noster legitur eleuatus, hoc est ex seipso tenatus, non aliunde adiutus. Denique non currus vehiculo, non Angeli adminiculo, sed propria virtute subnixum suscepit eum nubes ab oculis eorū. Cur hoc?

K An festum iuuit? An pigrum impulit? An cadentem sustinuit? Abiit. Sed suscepit eum oculis ab carnalibus discipulorum, qui etsi Christum nouerat secundum carnem, sed vltra iam nō noscerent. Quos ergo per humilitatem ad primum caelum filius vocat, hos in secūdo per caritatem spiritus aggregat, ad tertium per cōtemplationem pater exaltat. Primo humiliatur in veritate, &

Pf. 118. dicunt: In veritate tua humiliasti me. Secūdo congaudent veritati, & psallunt: Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. De caritate quippe scriptum est: Cōgaudet autem veritati. Tertio ad arcana veritatis rapiuntur, & aiunt: Secretum meum mihi secretum meum mihi. Sed quid ego miser super sua magis loquacitate, quā spiritus viuacitate duos caelos superiores percurro, qui manibus, pedibusq; repens adhuc sub inferiore laboro? Ad quod tamen iam ipso iuuante, quo & vocante mihi scalam erexit. Illic siquidem iter est, quo ascendat mihi salutare Dei. Jam Dominum

de super innixum suspicio, iam ad vocē veritatis exulto. Vocauit me, & ego respondi illi: Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem Domine gressus meos dinumeras, sed ego lentus ascensor, fessus viator, diuerticula quaro. Vae mihi si tenebrae me comprehendant, aut si mea fuga fiat in hyeme vel in sabbato, dum nunc ad lucem eum tēpus acceptabile, & dies salutis sunt, proficisci dissimulo. Quid moror? Ora pro me fili, frater, socie, & particeps profectus mei si quis est in Domine. Ora omnipotentem quatenus sic pigrum roberet pedē, vt tamen nō veniat mihi pes superbiae. Et si enim pes piger, vt ad veritatis gradum ascendat idoneus non est, tolerabilior tamen est isto, qui in ea stare non potest, vt habes ibi: Expulsi sunt, nec poterunt stare. Et hoc quidē de superbia. Sed quid de illorum capite? Quid de illo qui dicitur rex super omnes filios superbiae? Et ipse, inquit, in veritate non stetit. Et alibi: Videbam satanam cadentem de caelo. Quare hoc, nisi propter superbiam? Vae mihi si & me viderit qui altatione cognoscit, superbiētem, & illam in me terribilem in tonet voce: Tu quidem filius excelsi eras, sed sicut homo morieris, & sicut vnus de principibus cades. Quis nō ab huius tonitruū voce formidet? O quam salubrius ad tactum Angeli neruus semoris Iacob emarcuit, quā Angeli superbiētes intumuit, euauit, ruit. Vtinā & meum neruum Angelus tūgat, vt marcescat, si forte ex hac infirmitate incipiam proficere, qui ex mea firmitate nō possū nisi deficere. Legi profecto: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Sic quoq; Apostolus de suo neruo conuulsus, quem Angelus nō Dominus, sed satana colaphizabat, respōsum audiuit: Sufficit tibi gratia mea, nā virtus in infirmitate perficitur. Quae virtus? Ipse Apostolus respōdeat. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Sed nō dum fortis intelligis de qua specialiter dixit, quia Christus omnes virtutes habuit. Sed cum omnes habuerit, praē omnibus tamē vnā, id est humilitatem nobis in se commendauit, cum ait: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: Libenter igitur & ego Dñe Iesu gloriabor si poterō, in mea infirmitate, in mei nerui contractione, vt tua virtus, id est humilitatis perficiatur in me. Nam sufficit mihi gratia tua, cum defecerit virtus mea. Pedem profecto

gratia fortiter figens, & meum qui infirmus est, leniter trahens, securus ascendam per scalam humilitatis, donec veritati adhærens, ad latitudinem transeam caritatis. Tunc psallam cum gratiarum actione, & dicam: Statuisti in loco spatioso pedes meos. Sic arcta via cuius intenditur strictum, sic ardua scala cuius pedetentim ascenditur, sic miro modo fiet pigrius, ad veritatem tamen firmiter eludicando ascenditur. Sed heu mihi quia in platus meus prolongatus est. Quis dabit mihi pennas sicut columbarum, quibus cele-

necesse sit viam querere nouam, quam non nosti, sed notam, qua descendisti, quatenus reciprocis gressibus tua ipse vestigia sequens, per eosdem gradus humilitatis ascendas, per quos superbiendo descenderas, ita ut qui duodecimus superbiæ fuit descendenti, primus humilitatis sit ascendenti. Undecimus, inueniatur secundus. Decimus, tertius. Nonus, quartus. Octauus, quintus. Septimus, sextus. Sextus, septimus. Quintus, octauus. Quartus, nonus. Tertius, decimus. Secundus, undecimus. Primus, duodecimus. Quibus superbiæ gradibus in te inuentis, imo recognitis, iam non laboras inquirere modo viam humilitatis.

Primus superbia gradus Curiositas.

Primus itaque superbiæ gradus est curiositas: Hanc autem talibus indicij deprehendes. Si videris monachum, de quo prius bene confideas, vbicumque stetit, ambulat, sedet, oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare suspensas, è motibus exterioris hominis interiorem immutatim agnoscas. Vir quippe peruersus annuit oculo, terit pede, digito loquitur, & insolenti corporis motu, recens animæ morbus deprehenditur: Quæ, *Câp. 1. 6* dum à sui circumspectione torpescit incuria sui, curiosam in alios facit. Quia enim seipsam ignorat, foras mittitur, ut hædos pascat: hædos quippe qui peccatum significant, recte oculos, auresque appellauerim, quoniam sicut mors per peccatum in orbem, sic per has fenestras intrat ad mentem. In his ergo pascendis se occupat curiosus, dum scire non curat qualem se reliquerit intus. Et vere si te vigilanter homo attendas, mirum est, si ad aliud vniquam intendas.

A Vdi curioso Salomonem, audi stulte sapientem. Omnis custodia, inquit, custo di cor tuum, vt omnes videlicet sensus tui vigilant ad id, vnde vita procedit, custodiendum. Quo enim à te ò curiose recedis? Cui te interim committis? Vt quid audes oculos leuare ad cælum, qui peccasti in cælum? Terram intueri, vt cognoscas teipsum. Ipsa te tibi representabit: quia terra es, & in terram ibis. Duabus tamè causis incu'pabiliter oculos leuas, vt vel petas auxilium, vel impendas. Leuauit oculos Dauid in montes, *Pf. 120.* vt peteret: Leuauit, & Dñs super urbas, vt impenderet. Alter miserabiliter, alter misere- *Matth. 1. 6*

Pf. 30.

Pf. 119.

Pf. 54. b

Pf. 85. b

Ioan. 8. d

15. c

Pf. 118.

Pf. 10. b

Pf. 118.

ibidem.

Gl. 23. c

rius volens ad veritatem, vt iam requiescam in caritate? Que quoniam desunt, deduc me Dñe in via tua, & ingrediar in veritate tua, & veritas liberabit me. Væ mihi, quòd de illa descendi. Nisi enim prius leuiter, inanimiter descendissem, in ascendendo tamdiu, tam grauitur non laborassem. Sed, quid dico, descendi? Nam fortasse rectius cecidi dixerim, nisi quia forte sicut nemo repente fit summus, sed gradatim quisque ascendit, sic nemo repente fit pessimus, sed paulatim descendit. Ahoquin quomodo vita sua superbit? Denique sunt viæ, quæ videtur hominibus bona, & tamen ad malum deducunt. Est ergo ascensionis, sicut & ascensionis. Et via est ad bonum, & via est, ad malum. Caue malam, elige bonam. Si per te non potes, fors cum Propheta, & dic. Viam iniquitatis amouè à me. Quomodo? *Pf. de lege tua miserere mei: illa scilicet lege, quam dedisti delinquentibus in via, id est, derelinentibus veritatem. De quibus vnus ego sum, qui vere à veritate cecidi. Sed numquid qui cadit, non adiciet, vt resurgat? Propter hoc viam veritatis elegi, qua ascendam humiliatus, vnde superbiendo descendi. Ascendam, inquam, & psallam. Bonum mihi Dñe, quòd humiliasti me: bonum mihi lex oris tui, super milia auri, & argenti. Duas tibi vias videtur Dauid proposuisse, sed vnam noueris esse, ipsam tamen à se diuersam, & diuersis nominibus appellatam, aut iniquitatis propter descendentes, aut veritatis propter ascendentes, quia & idem gradus sunt ascendentium in solium, & descendentium, & eadem via accedentium ad ciuitatem, & recedentium, & vnum ostium est ingreditium domum, & egredientium. Per vnã denique scalam ascendentes Angeli, & descendentes Iacob apparuerunt. Quorsum spectant hæc? Vt videlicet si ad veritatem redire cupis, nõ*

ricorditer,ambo inculpabiliter.Tu quoque si locum, tempus & causam consideras tua vel fratris necessitate oculos leuas, non solum non culpo, sed & plurimum laudo.

Hoc enim excusat miseria, illud commendat misericordia. Sin aliàs, non Prophetæ, non Domini, sed Dinæ, aut Euz, imò ipsius sathane imitatore[m] te dixerim, Dina, namque dum ad pascendos hædos egreditur, ipsa patri, & sua sibi virginitas rapitur. O Dina quid necesse est, vt videas mulieres alienigenas? Qua necessitate? Qua vtilitate? An sola curiositate? Et si tu ociose vides, sed nõ ociose videris. Tu curiosè spectas, sed curiosius spectaris. Quis crederet tunc illam tuam curiosam ociositate[m], vel ociosam curiositate[m], fore post sic non ociosam, sed tibi, tuis, hostibusque tam perniciosam?

Gen. 2. c **D** T V quoque d Eua in paradiso posita es, cum viro tuo opereris, & custodias illum, si diuinitatem perfeceris, quandoque

Ibidem . transitura ad melius, vbi nec opus sit te aliquo opere occupare, nec de custodia sollicitari. Omne lignum paradisi tibi conceditur a luescentium, præter illud, quod dicitur scientiæ boni, & mali. Si enim cetera bona sunt, & sapiunt bonum, quid est opus edere de ligno, quod sapit etiam malum?

Ro. 12. a Non plus sapere, quam oportet sapere. Sapere enim malum, sapere non est, sed desipere. Serua ergo commissum, expecta promissum, caue prohibitum, ne perdas concessum. Quid tuam mortem tam intente intueris? Quid illo tam crebro vagantia lumina iacis? Quid spectare libet, quod manducare non licet? Oculos, inquis, tendò, non manum. Non est interdicitum ne videam, sed ne comedam. An non licet oculos, quo volo leuare, quos Deus in mea posuit potestate? Ad quod Apostolus: Omnia mihi licèt, sed non omnia expediunt. Et si culpa non est, culpæ tamen iudicium est.

1. Cor. 6. c

Nisi enim mens minus se curiosè serua- ret, tua curiositas tempus vacuum non haberet. Et si culpa non est, culpæ tamen occasio est, & iudicium commissæ, & causa est committendæ. Te enim intenta ad aliud, latenter interim in cor tuum serpens illabitur, blande alloquitur. Blanditijs ratione, mendacijs timorem compefcit, nequaquã, inquiens, morieris. Auget curam, dum incitat gulam. Acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatem. Offert tãdem prohibitum, & auferit concessum. Porrigit pomum, &

Gen. 3. a

surrupit paradysum. Hauris virus peritura, & perituros paritura. Perit salus, non destitit partus. Nascimur, morimur, ideoque nascimur morituri, quia prius morimur nascituri. Propterea graue iugum super omnes filios tuos vsque in hodiernum diem.

S E D & tu signaculum similitudinis, non in paradiso, sed in delicijs paradisi Dei positus es. Quid amplius querere debes? P'enus ergo sapientia, & peritus decore, altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sta in te, ne cadas à te, si ambulas in magnis, & in mirabilibus super te. Sed quid interim ex obliquo intendis ad aquilonem? Iam te video, iam te perspicio, nescio qui supra te curiosius alta rimãtem. Ponam, inquis, sedem meam ad aquilonem. Ceteris astantibus cœlicolis, dum tu solus sedere affectas, fratrum concordiam, totius cœlestis patriæ pacem, ipsius, quantum in te est, quietem T'riunitatis infestas. Quo te tua miser curiositas ducit, vt presumptione singulari non dubites ciuibus, quomodo facere regi? Millia millium ministrant ei, & decies centena

Ecc. 3. 6

Isa. 14. a

Dan. 7. 6

millia assistunt ei, vbi nemo sedere perhibetur, nisi solus is, qui sedet super Cherubim, cui ceteris ministratur, & tu quæ præ ceteris perspicendo differentius, curiosius inquirendo, irreuerentius peruadendo, sedem tibi collocas in cœlo, vt sis similis altissimo? Quo fine? Qua fiducia? Metire insipiens vires, pensa finem, excogita modum. Sciente hoc altissimo præsumis, an nesciente? Volente, an non volente? Sed quomodo malum quodcumque machinaris, aut velle, aut ignorare potest, cuius optima veluntas, cuius perfecta scientia est? Numquid autem & scire, & molle non dubitas, sed non posse resistere putas? At vero nisi te conditum esse dubitaueris, dubitare te non crederiderim de omnipotentia, siue de omnimoda scientia, ac bonitate conditoris, qui te de nihilo potuit, talem sciuit, tantum condere, voluit. Quomodo ergo Deum cõsentire æstimas, quòd fieri nolit, ac resellere possit? An forte in te video compleri, imò à te initiari, quod post te, & per te à tui similibus in terris frequentatum solet vulgariter dici. Priuatus Dominus temerarios nutrit. An oculus tuus nequam est, quia ille bonus? De cuius bonitate dum fiducia[m] nefariam sumis, factus es, & contra scientiã impudens, & cõtra potentia[m] audax.

Matth. 20. b

Hoc est. n. d. impie, hoc est, quod cogitas, hæc est iniquitas, quam meditaris in cubili tuo, & dicis. Putas creator opus suum destruat? Scio quidem quia non latet Deū qualiscumq; cogitatio mea: Deus .n. est. Nec placet ei talis cogitatio mea, quia bonus est. Sed nec si velit effugiam manus eius, quia potens est. Numquid tamen mihi timendum est? Si .n. cum bonus sit, non potest illi placere malū meum, quanto minus

G si um? Meum quippe dixerim contra eius voluntatem aliquid velle, suum autem, si vindicet. Tam ergo, quodcumq; scelus non valet velle vlcisci, quam nec vult, nec valet sua bonitate priuari. Fallis te miser, fallis te, non Deum. Te, inquam, fallis, & mētur iniquitas tibi, non Deo. Dolose quidē agis, sed in conspectu eius. Te ergo fallis, non Deum. Et quia de magno eius bono in te, tu magnum in eum excogitas malum, merito iniquitas tua inuenitur ad odium. Quæ maior namq; iniquitas, quam vt inde à te creator contemnatur, vnde plus amari merebatur? Quæ maior iniquitas, quam quæ de potentia Dei n. dubites quæ potest ac. qui condere potuit, confusus tamen de multa eius dulcedine, qua speras eum nolle vindicare cum possit, mala pro bonis, odium pro dilectione retribuas?

Hæc, inquam, iniquitas, non ita momentanea, sed odio digna est sempiterno qua tuo dulcissimo, & altissimo domino licet inuito, desideras tamē, ac speras æquare, quatenus semper videat quod doleat, dū te socium habeat cum nolit, nec deiciat eum possit, quin potius eligat dolere, quam se patiatur perire. Possit quidem deicere si velit, sed præ dulcedine (vt æstimas) velle non possit. Certe si talis est, qualem putas, tanto nequius agis, si non amas. Et si ille paritur aliquid fieri, contra se potius quam ipse aliquid faciat contra te, quanta malitia est, vt vel tu non parcas illi, qui tibi non parcat parcendo tibi? Absit tamen ab eius perfectione, vt quia dulcis est, iustus non sit, quasi simul dulcis, & iustus esse non possit, cum melior sit iusta dulcedo, quam remissa, imò virtus non sit dulcedo sine iustitia. Quia igitur gratuita Dei bonitati, qua gratis factus es, ingratus existis, iustitiam vero, quam expertus non es, non metuis, ideoq; audacter committis culpā, de qua falso tibi promittis impunitatem, iam ecce iustū sen-

Oper. D. Bern. Tom. II.

ties, quem bonum nosti, cadens in foveam, quam paras auctori: vt dum .s. talem in eum penam machinaris, qua tamen valeat carere si velit, sed vt putas non valeat velle, & ideo nec carere ea vtiq; bonitate, qua neminem expertus es illum punisse, talem iustus Deus iustissime in te retorquet penam, qui nec valet nec debet pati suam impune bonitatē offendi, sic vtiq; temperans in vindicta sententiam, vt si velis resipiscere, non neget veniam, secundum tamen duritiam tuam, & cor impenitens, non possit velle, & ideo nec pena carere.

Sed iam audi calumniam, Cælum, inquit, mihi sedes est, terra autem scabellū pedum meorum. Non dixit oriens, aut occidens, aut vna aliqua cæli plaga, sed totum cælum mihi sedes est. Non potes ergo in parte sedere cæli, cum ille totum elegerit sibi. In terra non potes, quia scabellum pedum eius est. Terra etenim locus solis est, vbi sedet. Ecclesia, fundata supra firmā petram Quid facies? E cælo, pulsus, in terra remanere non potes. Elige ergo tibi in aere locū ad sedendum, sed ad volandum, vt qui tentasti concutere statum æternitatis, penā sentias propriæ fluctuationis. Te ergo fluctuante inter cælum, & terram, sedet Dominus super folium excelsum, & eleuatum, & plena est omnis terra maiestate eius, vt nunquam nisi in aere inuenias locum.

Seraphim namq; alijs quidē alis sug contemplationis de throno ad scabellū, de scabello ad thronum volātia, alijs caput domini pedesq; velantia, ad hoc ibi posita puto, vt sicut homini peccanti, paradisi per Cherubim prohibetur ingressus, ita & per Seraphim tuæ curiositati modus imponatur, quatenus nec cæli iam magis impudentes, quā prudenter arcana timeris, nec Ecclesiæ mysteria cognoscas in terris, sed solis cōtētus sis cordib. superbiorum, qui nec in terra dignantur esse sicut ceteri hominum, nec sicut angeli volant ad cælum. Licet vero, & caput in cælo, & pedes in terra à te abscondantur, quiddam tamen tibi medium videndum ad inuidendum dūtaxat permittitur, dum suspensus in aere descendentes quidē per te, & ascendentes angelos intueris, sed quid vel audiant in cælis, vel nunciant terris, penitus nescis.

O Lucifer qui mane oriebaris, imò non iam lucifer, sed noctifer, aut et mortifer, rectus cursus tuus erat ab oriente ad meri-

Z dicitur,

dis, & tu præpostero ordine tendis ad aquilone. **K** Quanto magis ad alta festinans, tanto celerius ad occasum declinas. Velim tamen curiosus à curiose intentionem tuam **Is. 14. d** curiositatis inquirere. Ponam, inquis, sedem meam ad aquilonem. Nec aquilonem hunc corporalem, nec sedem hanc (cum sis spiritus) intelligi materialem. Puto autem per aquilonem, reprobados homines fuisse designatos; per sedem, potestatem in illos. Quos utiq; in præscientia dei, quanto ei vicinior, tanto ceteris perspicacior præuidens, nullo quidem sapientie radio coruscantes, nullo spiritus amore feruentem, velut vacuum repereris locum, affectasti super illos dominium, quos quadam tuæ altitudinis claritate perfunderes, tuæ malitiæ altibus inflammares, ut quomodo altissimus sua sapientia, ac bonitate omnibus filiis obedientiæ præerat, ita, & tu super omnes filios superbiæ rex constitutus tua eos ab omni ta malitia, ac malitiosa astutia regeres, per quod altissimo similis esses. Sed miror cum in præsentia Dei tuum præuideris principatum, cur non in eadem præuideris, & præcipitum? Nam si præuideris, quæ infamia fuit, ut cum tanta miseria cuperes principari, ut malles misere præesse, quæ feliciter subesse? An non expediebat participem esse plagarum illarum luminosarum, quam principem tenebrarum? Sed credibilis est, quod non præuideris, aut propter illam causam, quam superius dixi, quia Dei bonitatem attendens, dixisti in corde tuo, non requireret, propter quod dicitur impie Deum irritati aut quia viso principatu, statim in oculo superbiæ trabs excreuit, qua interposita casum videre non potuisti.

L

Psal. 9. o
vit. 37. a
Sic Ioseph cum præuideret exaltationem suam, non tamen præsciuit sui venditionem, quamuis propior esset venditio, quam exaltatio. Non quod tantum patriarcham in superbiam crediderim incidisse, sed ut eius exemplo pateat, quod hi, qui futura præuident per spiritum prophetiæ, etiam non omnia, non ideo tamen putandi sunt nulla præuiderisse. Quod si quis contendat in eo, quod somnia sua adhuc ad adolescentulum narrabat, quorum tamen mysterium ignorabat, vanitatem posse notari, ego tamen mysterio magis sine simplicitati pueri deputandum arbitror, quæ vanitati. Quæ tamen, si qua fuit, per ea, quæ passus legitur, potuit expiari. Non nullis enim aliqua aliquando de se per reuelationem uicinia monstrantur, quæ etiam humanus ani-

mus absque ulla vanitate scire non potest, non minus ideo euenit, quod monstratum est, sic tamē ut illa vanitas impunita non sit, qua de magnitudine reuelationis, aut promissionis in se, vel leuiter exultauit. Sicut, n. medicus, non solum unguento, sed igne vitur, & ferro, quo omne quod in vulnere sanando superfluum excreuerit, secet, & uat ne lauitur, quæ & unguento procedit, incedat, sic medicus animarum Deus hominibus animum procurat tentationes, immittit tribulationes, quibus afflicta, & humiliata, gaudium in lacrum, reuelationem putet illusionem. Unde fit, ut & vanitate careat, & veritas reuelationis non pereat. Sic Pauli extollentia per stimulos carnis reprimitur, & ipse reuelationibus, crebris attollitur. Sic Zachariæ infidelitas, lingue obligatione mulctatur, & angeli veritas suo in tempore manifestanda non mutatur. Sic per gloria, & ignobilitate sancti proficiunt, dum inter singularia dona, quæ recipiant, communi hominum vanitate pulsa, si se leniunt, ut dum per gratiam supra se aliquid cernunt, non oblitiscantur quod sint. Sed quid de reuelationibus, & curiositate? De quibus ut hæc per excessum intellexerim, inde occasio sumpta est, cum ostendere vellem reprobum angelum ante casum suum sic potuisse præuidere illam quam post accepit, in reprobos homines dominationem, ut tamen suam non præsciret damnationem. De quo etiam nonnullis quaestiuiculis motis magis, quæ solutis, potius disputatiuæ causa hæc summa sit, quod per curiositate à veritate ceciderit, quæ prius spectauit curiose, quod affectauit illicite, sperauit præsumptuose. Iure igitur in gradibus superbiæ primum curiositas vendicat sibi, quæ etiam inuenta est initium esse omnis peccati. Sed nisi hæc cinus cohibeatur, in leuitatem animi, quæ secundus gradus est, cito delabiatur.

Secundus gradus Leuitas animi.

Monachus n. qui sui negligens alios cumiose circumspicit, de quosdam inspicit superiorem, quosdam despicit inferiores, & in alijs quidem videt, quod inuidet, in alijs quod irridet, in se fit, ut promobilitate oculorum leuigatus sanctorum, nulla vitique sui cura aggrauatus modo per superbiam ad alta se erigat, modo per inuidiam in ima demergat. Nunc per inuidiam nequiter tabescit, nunc per excellentiam pueriliter hilarescit. In altero nequam.

aequam, in altero vanus, in utroque superbus existit: quia & q̄ superari se dolet, & q̄ superare se gaudet, amor propriae excellentiae facit. Has autem animi vicissitudines nunc pauca, & mordacia, nunc multa, & inania, nunc risu, nunc lusu plena, semper vero istationabilia indicant verba. Comparati vs duos primos superbiae gradus superbiae duobus humilitatis, & vide si nō in vltimo amittitur in penultimo leuitas cohibetur id ipsum in ceteris reperies, si alterum cum comparantur, sed iam ad tertium descendendo, non descendendo veniamus.

Tertius gradus Inepta laetitia.

Eccle. 7. 4.

Proprium est superbiorum, laeta semper appetere, & tristitia deuitare, iuxta illud: Cor stultorum vbi laetitia. Vnde, & monachus, qui duos iam superbiae gradus descendit, dum per curiositatem ad animi leuitatem deuenit, cū gaudium q̄ semper appetit, frequenter videt interpolari tristitia, quae de bonis aliis congrabit, impatiētia numeratōrum attingit ad conuictum in laeā consolationis. Ex illa denique parte, qua sibi sua utilitas, & aliena excellentia monstratur restringit curiositatem, ut totum se transferat in contrariā partem, quatenus in quo ipse videtur praecellere, curiosus notet, in quo alter praecellit, semper dissimulet, et dum deuiat, q̄ in se putatur, laetitia continetur. Sicq̄ in, ut quem sibi vicissim vendebant gaudium, & tristitia: sola possidere incipiat inepta laetitia. In hac autem tertium tibi gradum constituo. Accipe quibus eam signis, vel in te deprehendas, vel in altero. Ilum qui euifmodi est, aut nūquam aut raro gementem audies, aut lacrymantem videbis. Putes si attendas, aut sui oblitum, aut ablutum a culpis. In signis scurrilitas: in fronte hilifritas: vanitas apparet in incessu. Pronus ad iocū: facilis ac promptus in risu. Cunctis quippe quae in se contemptibilia, & pro uisita nouerat, à memoria ralis, bonitatis, si qua sentit in se, adunatis vel simulatis ante oculos mentis, dum nil cogitat nisi quod libet, nec attendit si licet, iam risum tenere iam meptam latitiam dissimulare non valet. Ut enim vesica collecto turgida venter pūdoque perforata exiguo, si si loquitur crepitat, dum detumescit: at ventus egrediens non passim effusus, sed strictum emissus crebris

quosdam sonitus reddit, sic monachus vbi vanis scurrilibusque cor suum cogitationibus impleuerit, propter disciplinam silentij non inueniens ventus vanitatis, quā plenius egrediatur, inter angustias faucium per chachinnos excutitur. Saep̄ vultum pudibūdu abscondit, claudit labia, detes stringit, ridet non volens, chachinnat inuitus. Cumque os pugnis obstruxerit suis, per nares adhuc sternutare auditur.

Quartus gradus Iactantia.

A postquam vanitas crescere, & vesica grossescere coeperit necesse est, ut ampliori foramine laxato sinu vtiōsitas eructetur, alioquin rumpetur. Sic monachus inepta redūdante laetitia dum risu, vel signis eam aperire non sufficit, in Helu verba prorumpit. En venter meus quasi multum absque straculo: quod nonas lagunculas dirumpit. Aut loquitur ergo, aut rumpetur. Plenus est enim sermonibus, & coarctat eum spiritus vteri sui. Eum, & sūt auditores, quibus suas iactet vanitates, quibus omne quod sentit, effundat, quibus, qualis, & quantus sit, innotescat. Inuenta aut occasione loquēdi, si de litteris sermo exoritur, vetera proferruntur, & noua, volant sententiae, verba resonant ampullosa Praeuenit interrogantem non quaerenti respondet. Ipse quaerit, ipse soluit, & verba collocutoris imperfecta praesendit. Cum autem pu' latio signo necesse est interrumpi colloquium, horam longam breue quaeritur interuallum: quaerit licentiam, ut ad fabulas reuertatur post horam, non ut quempiam adificet, sed ut scientiam iactet. Aedificare potest, sed non adificare intendit. Non curat te docere, vel à te docere ipse, quod nescit, sed ut scire sciatur, quod scit. Quod si de religione agitur, statim visiones, & somnia proferuntur. Deinde laudat ieiunia, commendat vigiliae, super omnia orationes exaltat, de pauca de humilitate & de singulis virtutibus plenissime, sed vanissime disputat, ut in se sciet si audieris, dicas, quod ex abundantia cordis os loquitur, & quia bonus homo de bono thesauro suo profert bona. Si ad hanc sermo conuertitur, in his quanto assuetior, iactato loquacior inuenitur. Dicas si audis, inuum vanitatis, fluium esse scurrilitatis os eius, ita ut se veros quoq; & graues animos

C

*1ob 3. 3. d
Ibidem.*

D

*Luce 6. 8
Matth. 12. 6*

in leuitatem concitet risus. Et vt totum in breui colligam, in multiloquio nota iactantiam. In hoc habes quartum gradum & descriptum, & nominatum. Fuge rem, & tene nomen. Hac eadem cautela iam accede ad quintum, quem nomino singularitatem.

Quintus gradus Singularitatis.

TVirpe est ei, qui se supra ceteros iactat, si nō plus ceteris aliquid agat, per quod vltra ceteros appareat. Proinde non sufficit ei,

Luc. 18.

q̄ cōis inoasterij regula, vel maiorū cōhortantur exēpla. Nec tñ melior esse studet, sed videri. Non melius viuere, sed videri viuere gessit, quatenus dicere possit: Non sum sicut ceteri hominum. Plus sibi blanditur de vno ieiunio q̄ ceteris prandentibus facit, quā si cum ceteris septem dies ieiunauerit. Commodior sibi videtur vna oratiuncula peculiaris, quā tota psalmodia vni noctis. Inter prandendum crebro solet oculos iactare per mēsas, vt si quē minus comedere viderit, vlti se doleat, & incipiat id ipsum sibi crudeliter subtrahere, q̄ necessarium vlti indulgendum prauiderat, plus gloriæ metuens detrimentū, quā famis cruciatum. Si quē macriore, si quē pallidiorē prospexerit, vilem se æstimat, nāquam requiescit. Et quā vultum ipse suum videre non pōt, qualem se fecit se intuitibus offert, manus, quas potest & brachia spectans, palpat, coltas humeros atrectat & lumbos, vt secundum q̄ corporis sui membra, vel minus, vel satis exilia probat, pallorem oris, accolorē discernat. Ad omnia denique sua strenuus, ad communia piger. Vigilat in lecto, dormit in choro, cumque alijs psallentibus ad vigilias tota nocte dormitet, post vigilias alijs quietantibus, solus in oratorio remanet, excreat, & tussit, gemitibus, ac suspirijs aures foris sedentium de angulo implet. Cum autem ex his, quæ singulariter, sed inaniter agit, apud simpliciores eius opinio excreuerit, qui profecto opera probant, quæ cernunt, sed vnde prodeant non discernunt, dum miserum beatificant, in errorem inducunt.

Isa. 3.

Evidentius se dolere, q̄ necessarium vlti indulgendum prauiderat, plus gloriæ metuens detrimentū, quā famis cruciatum. Si quē macriore, si quē pallidiorē prospexerit, vilem se æstimat, nāquam requiescit. Et quā vultum ipse suum videre non pōt, qualem se fecit se intuitibus offert, manus, quas potest & brachia spectans, palpat, coltas humeros atrectat & lumbos, vt secundum q̄ corporis sui membra, vel minus, vel satis exilia probat, pallorem oris, accolorē discernat. Ad omnia denique sua strenuus, ad communia piger. Vigilat in lecto, dormit in choro, cumque alijs psallentibus ad vigilias tota nocte dormitet, post vigilias alijs quietantibus, solus in oratorio remanet, excreat, & tussit, gemitibus, ac suspirijs aures foris sedentium de angulo implet. Cum autem ex his, quæ singulariter, sed inaniter agit, apud simpliciores eius opinio excreuerit, qui profecto opera probant, quæ cernunt, sed vnde prodeant non discernunt, dum miserum beatificant, in errorem inducunt.

Sextus gradus Arrogantia.

Credit quod audit, laudat quod agit, quod intendat non attendit, Obliviscitur intentionem, dum amplectitur opinio-

nem. Quique de omni alia re plus sibi credit, quā alijs: de se solo plus alijs credit, quā sibi: vt non iam verbo tenus, aut sola operū ostentatione suam præferat religionē, sed intimo cordis credat affectu omnibus se sanctiorem. Et quidquid de se lauatum agnouerit, non ignorantia, aut benevolentia laudatoris, sed suis meritis arroganter adscribit. Vnde post singularitatem, sextum huius gradum iure arrogantia vendicat. Post hanc præsumptio inuenitur, in qua septimus gradus constituitur.

Septimus gradus Præsumptio.

Qui enim alio se præcellere putat, quomodo non plus de se, quā de alijs præsumat? Primus in cōuentibus, residet, in cōsilijs primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quidquid ipse non fecerit, aut ordinauerit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatum. Iudicat iudicantes, præiudicat iudicantis. Si cum tempus aduenit, non pronūciatur ad priorum, suum Abbate, aut inuidum iudicat, aut deceptum. Quod si mediocris ei aliqua obedientia iniuncta fuerit, indignatur, aspernatur, arbitrans se non esse minoribus occupandum, qui se ad maiora sentit idoneum.

Sed qui sic promptulus ad omnia se magis temere, quā libere consuevitingere, impossibile est eum aliquādo non errare. Ad prælatum autem pertinet errantem arguere. Sed quomodo culpam suam confitebitur, qui nec esse putat, nec putari culpabilis patitur? Propterea cum ei culpa imputatur, crescit, non amputatur. Si ergo cū argutus fuerit, declinare cor eius videris in verba malitia, in octauum gradum, qui dicitur defensio peccatorum, noueris cotrulle.

Octauus gradus Defensio peccatorum.

Multis vero modis fiunt excusationes in peccatis. Aut. n. dicit, qui se excusat, nō feci: aut feci quidē, sed bene feci, aut si male, non multum male, aut si multum male, non mala intentione.

Si autem, & de illa sicut Adā, vel Eua cōuincitur, bona suasionē excusare se nititur. Sed qui procaciter et aperta defendit, quando occultas, & malas cogitationes cordi suo aduenientes, humiliter reuelaret abbati?

Nonus gradus Simulata confessio.

Licet vero genera hæc excusationis eatenus mala iudicentur, quatenus ore prophetico verba malitiae appellantur, multo tamen periculosior est fallax, ac superba confessio, quam precax, & obstinata defensio; Nonnulli enim cum de apertioribus arguantur, sciens, quod si se defendere, sibi non creditur, subtilius inveniunt argumentum defensionis, verba respondententes dolose confessionis. Est quippe (vt scriptum est) qui nequit humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Vultus demittitur, prosternitur corpus, aliquas sibi lacrymulas extorquent, si possunt, vocem suspirijs, verba gemitibus interumpunt. Nec solum qui eiusmodi est, obiecta non excusat, sed ipse quoque culpam exaggerat, vt dum impossibile aliquid, aut incredibile culpæ suæ, ore ipsius additum audit, etiam illud, quod ratum putabas, discredere possis, & ex eo, quod falsum esse non dubitandum confitetur, in dubium veniat, quod quasi certum tenebatur. Dumque affirmat quod credi nolunt confitendo culpam defendunt, & aperiendo tegunt, quando & confessio laudabiliter sonat in ore, & adhuc iniquitas occultatur in corde quatenus magis ex humilitate: quam ex veritate confiteri putet qui audit, aptans eis illud scripturæ: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Matunt enim apud homines, veritate periclitari quam humilitate, cum apud Deum periclitentur veritate. Aut si adeo culpa manifesta sit, quod nulla penitus versutia tegi possit, nihilominus tamen vocem non cor penitentis assumunt, qua notam, non culpam deleant, dum ignorantiam manifesta transgressionis, de core recompensant publicæ confessionis.

Gloriosa res humilitas, qua ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilescat. Sed hæc cito tergiuersatio a prælato deprehenditur, si ad hanc superbam humilitatem non leuiter fleatur, quo magis dissimulet culpam, vel differat poenam. Vasa figuli probat fornax, & tribulatio vere penitentes discernit. Qui enim veraciter penitet, laborem penitentiae non abhorret, sed quidquid sibi pro culpa, quam odit iungitur, tacita conscientia patienter amplectitur. In ipsa quoque obedientia duris, ac contrarijs rebus obortis, quibuslibet irrogatis iniurijs

sustinens non lacessitur, vt in quarto gradu se stare indicet humilitatis.

Cuius vero simulata confessio est, vna, vel leuiter intumescit, aut exigua poena interrogatus, iam humilitatem simulare, iam simulationem dissimulare non potest.

Murmurat, fremdet, irascitur, nec in quanto stare humilitatis, sed in nonum superbiae gradum corruisse probatur. Qui secundum quod descriptus est, recte simulata confessio appellari potest. Quanta putas tunc confusio sit in corde superbi, cum fraus decipitur, pax amittitur, laus minuitur, nec culpa diluitur? Tandem notatur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, eoque vehementius omnes indignantur, quo falsum conspiciunt quidquid de eo prius opinabantur, Tunc opus est prælato, vt eo mihi illa patendum putet, quo magis omnes offenderet, si vni parceret.

Decimus gradus Rebellio.

Hic nisi cum miseratio superna respiciat, vt (quod valde difficile talibus est) vniuersorū iudicijs tacitus acquiescat, frontosus mox, & impudens factus, tanto deterius, quanto desperatius in decimum gradum per rebellionem corruit, quique prius lateenter, arrogans fratres contempserat, iam patenter inobediens etiam magistrum contemnit.

Sciendum autem est, quod omnes gradus, quos in duodecim partitus sum, in tres tantummodo colligi possunt, vt in sex superioribus contemptus fratrum, in quattuor sequentibus contemptus magistrum, in duobus, qui restant, consummetur contemptus Dei.

Notandum quoque, quod hi duo superbiae gradus ultimi, qui & humilitatis ascendendo primi inueniuntur, sicut extra congregationem ascendendi sunt, ita in congregatione descendi non possunt. Quod autem ante ascendi debeant, ex hoc aperte datur intelligi, quod de tertio gradu in regula legitur. Tertius, inquit gradus est, vt quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori. Si ergo in tertio gradu subiectio collocatur, quæ proculdubio fit quando novitius primum conuentui sociatur, consequens est, quod duo iam anteriores transcendit intelligantur.

Denique vbi fratrum concordiam, & magistrum sententiam monachus spernit, quid ultra in monasterio nisi scandalum facit?

Vndecimus gradus Libertas peccandi.

Post decimum itaq. gradum, qui rebel-
lio dicitur est, expulsus, vel egressus de
monasterio statim excipitur ab vndecimo.
Et nunc ingreditur vias, quæ videntur ho-
minibus bonæ, quarum finis (nisi forte
Deus eas illi sepien) demerget eum in pro-
fundum inferni, id est in contemptum Dei.

Prov. 14 Impius siquidem cum venerit in profundum
malorum contemnit. Potest autem vndeci-

Psou. 18 mus gradus appellari libertas peccandi, pe-
ccatum quam monachus cum iam nec magistrum

videt, quem timeat, nec fratres, quos reue-
reatur, tanto securius, quanto liberius sua
desideria implere delectatur, à quibus in
monasterio tam pudore, quam timore pro-
hibeatur. Sed est iam vel fratres, vel Abba-
tem non timet, nondum tamen Dei peni-
tus formidine caret. Hanc ratio tenuiter
adhuc submurmurans voluntati proponit,
nec sine aliqua dubitatione quæque pe-
ccatum illicita perficit. sed sicut is, qui vadum
tentat, pedetentim, non cursim vitiorum
gurgitem intrat.

Duodecimus gradus Consuetudo
peccandi.

At postquam terribili Dei iudicio pri-
ma flagitia impunitas sequitur, exper-
ta voluptas libetè repetitur, repetita dian-
ditur. Concupiscentia reuiuifcente sopitur
ratio, ligat consuetudo. Trahitur miser in
profundum malorum, trahitur captius ty-
rannidi vitiorum, vt carnalium ita voragi-
ne desideriorum absorptus, suæ rationis, di-
uiniq. timoris oblitus, dicat inspiens in cor-
de suo, non est Deus. Iam indifferenter libi-
tis pro licitis vtitur, iam ab illicitis cogitan-
dis, patrandis, inuestigandis, animus, vel pe-
des non prohibentur, sed quidquid in cor-
de, in buccam, ad manum venerit, machinatur,
garrit, & operatur, maleuolus, vaniloquus,
facinorosus. Quem admodum deniq. ascen-
sis his omnibus gradibus, corde iam alacri,
& absque labore pro bona consuetudine
iustus currit ad vitam, sic descendens impius
eisdem pro malo vsu non ratione se guber-
nans, non timoris freno retentans, intrep-
idus festinat ad mortem. Medij sunt, qui fati-
gantur, angustiantur, qui nunc metu cru-
ciantur gehennæ, nunc pristina retardati
consuetudine, descendendo, vel ascendendo,

laborant. Supremus tantum, & infimus cur-
runt absque impedimento, & absque labo-
re ad mortem hic, ad vitam ille festinat, al-
ter alacrior, alter procliuior. Illum alacrem
caritas, hunc procliuem cupiditas facit. In
altero amor, in altero stupor laborem non
sentit. In illo denique perfecta caritas, in
isto consummata iniquitas foras mittit ti-
morem. Illi veritas, huic cæcitas dat securi-
tatem. Potest ergo duodecimus gradus
pellari consuetudo peccandi, quæ Dei im-
pius amittitur, contemptus incurritur.

Pro tali iam (inquirit Ioannes Apostolus) *1. 107. 3.*
non dico vt quis orat. Sed numquid di-
cis à Apostole, vt quis desperet? Impo-
gemat qui illum amat. Non præsumat orare, nec
desistat plorare. Quid est quod dico? An
fortè vllum remanet spei refugium? vbi ora-
tio non inuenit locum? Audi credentem, au-
di sperantem, nec tamen orantem. *107. 11. 6*
Domine, inquit, si fuisses hic, frater meus nõ tu-
isset mortuus. Magna autem fides, quæ crea-
turæ suæ præsentia Domini mortem prohibe-
re potest, si adfuisset. Quid autem quid?
Abiit vt quem credidit viuere potuisse reua-
re, mortuum dubitet posse resuscitare. Sed
nunc, inquit, scio, quia quæcumq. poposce-
ris à Deo, dabit tibi Deus. Deinde quæren-
ti vbi posuissent eum, respondet Veni, & vi-
de. Quamobrem? O Martha magna nobis
tuæ fidei insignia tribuis. Sed quomodo cū
tanta fide diffidis? Veni, inquis, & vide. Cur si
nõ desperas, non sequeris, & dicis, & Resu-
scita? Si autem desperas: cur magistrum si-
ne causa fatigas? An forte fides aliquando re-
cipit, quod oratio non præsumit? Denique
appropinquantem cadaveri prohibes, & di-
cis: Domine iam sætet, quattuordecimus enim

Ibidem.
Desperando dicis hoc, an dissimulan-
do? Sic quippe ipse Dominus post resurre-
ctio nem finxit se longius ire, cum mallet cum
discipulis remanere. O sanctæ mulieres
Christi familiares, si fratrem vestrum ama-
tis, cur eius misericordiam nõ flagitatis, de
cuius potetia dubitare, pietate diffidere, nõ
potestis? Respondent. Sic melius tamquam
non orantes oramus, sic efficacius tamquam
diffidentes confidimus. Exhibemus fidem,
perhibemus affectum, scit ipse, cui non est
opus, vt aliquid dicatur, quid desideremus.
Scimus quidem quod omnia po-
test, sed hoc tam grande miraculum, tam
nouum, tam inauditum, etsi eius subest po-
tentia,

tentis, multum tamen excedit vniuersa me-
rita humilitatis nostrę. Sufficit nobis poten-
tia locum, pietati dedisse occasionem, ma-
lentes patienter expectare quid velit, quam
impudenter querere, quod forsitan nolit.

B Denique quod nostris meritis deest, vere-
cundia fortasse supplebit. Petri quoque post
gradum lapsum lacrymans quidem video,
sed precem non audio, nec tamen de indul-
gentia dubito. Disce, & in matre domini
negam in mirabilis fidem habere, in
parua fide veracundiam retinere. Disce
verecundiam decorare fidei, reprimere præ-
sumptionem. Vinum, inquit, non habent.

Quam breuiter, quam reuerenter suggestit,
vide precum sollicita. Et vt discas in huius-
modi magis pie gemere, quam petere præ-
sumptiose pietatis, estum pudoris tempe-
rans vmbra conceptam precis fiduciam ve-
recundę suppressit. Non frontose accessit,
non palam locuta est, vt audacter corā om-
nibus diceret: Obsecro fili, deficit vinum;

contristatur conuix, confunditur spon-
sus, ostendit quid non se licet beatus
miserabilis seruans, feruens loque-
retur affectu; prius tamen potentem
pro filium mater adiecit, non potentiam ten-
tans, sed voluntatem explorans. Vinum,
inquit, non habent. Quid modestius? Quid
fidelius? Non defuit pietati fides, voci gra-
uitas, efficacia voto. Si ergo illa cum mater
sit, se matrem obliata non audet petere mi-
raculum vini: ego vile mancipium, cui per
magnum est filij summi ac matris esse verna-
cuiam, qua fronte præsumo pro vita pete-
re quatruiduani? Duo etiam in Euangelio
caeci visum, alter accepisse, alter recepisse le-
guntur: alter, quem amiserat; alter, quem
numquam habuerat, vnus scilicet excecatus,
alter cæcus natus. Sed qui excecatus,
miserabilis, mirisque clamoribus miram
miserordiam meruit: qui vero cæcus na-
tus, tanto misericordius, quanto mirabilius
nullis suis precibus præuentum sui illumi-
natoris beneficium nihilominus sensit. Illi
denique dictum est: Fides tua te saluum fe-
cit: huic autem non. Duos quoque recen-
ter mortuos, tertium iam quatruiduanum,
lego resuscitados: solam tamen archisina-
gogi filiam in domo adhuc assistam preci-
bus patris: duos autem ex præterita magni-
tudine pietatis. Simili etiam forma si con-
tigerit (quod Deus aueriat) aliquem de fra-
tribus nostris non in corpore, sed in anima

mori, quamdiu adhuc inter nos erit, pulsabo,
& ego meis qualiscumque peccator,
pulsabo, & fratrum precibus Saluatorem.
Si reuixerit, lucrati erimus fratrem. Sin ve-
ro non mereamur exaudiri, vbi iam vel to-
lerare viuos, vel tolerari à viuis non pote-
rit, sed incipiet offerri: semper quidem fide-
liter gemo, sed iam non ita fiducialiter oro.
Non aperte audeo dicere: Veni Domine,
suscita mortuum nostrum, corde tamen sus-
penso tremulus intus clamare non cesso.
Si forte, si forte, si forte desiderium paupe-
rum exaudiet dominus præparationem cor-
dis eorum audiet auris eius. Et illud: Num-
quid mortuis facies mirabilia, aut medici
fufcitabunt, & confitebuntur tibi? Et de
quatruiduano.

Numquid narrabit aliquis in sepulchro
miserordiam tuam, & veritatem tuam in
perditione? Potest interim Saluator, si vult
insperare, & improuise occurrere nobis, la-
crymisque portansem motus non precibus
mortuo vitam reddere, aut certe iam sepul-
tum reuocare à mortuis. Mortuum autem
dixerim illum, qui sua peccata defendens in
oclaufum iam coarctat gradum. A mortuo
enim tamquam, qui non est, perit confes-
sio. Post decimum vero, qui tertius est ab
oclaufo iam effertur in libertatem peccandi
quando expellitur à consortio monasterij.
At post quam quartum transierit, iam re-
cte quatruiduanus dicitur, dum in quintum
decidens per consuetudinem sepelitur. Ab-
sit autem à nobis, vt etiam pro talibus, etsi
palam non præsumimus, vel in cordibus no-
stris orare cessemus, cum Paulus eos quo-

que lugeret, quos sine pœnitentia mortuos
sciret. Et si enim à cõmunibus orationibus
ipsi se excludunt, sed ab effectibus omnino
non possunt. Viderint tamen in quanto pe-
riculo sint, pro quibus Ecclesia palam orare
non audeat, quæ fidenter etiam pro iudæis,
pro Hæreticis, pro Gentilibus erat. Cum
enim in parascene nominatim dretur pro
quibuslibet malis, nulla tamen mentio sit
de excommunicatis. Dixit sane frater Go-
defride, me aliud quam tu quaesisti, quam
ipse promisi, tandem exhibuisse: cum pro
gradibus humilitatis, superbie gradus vi-
dear descripsisse. Ad quod ego: Non potui
docere, nisi quod didici. Nō putavi congruū
me describere ascensiones, qui plus descen-
dere quam ascenderē noui. Proponat tibi
beatus Benedictus gradus humilitatis, quos

2. Cor. 12. c

Eccl. 17. d

2. Cor. 12. c

2. Cor. 12. c

2. Cor. 12. c

Z 4 ipse

Ioan. 1. a

Luc. 18.

b

Ioan. 9. c

C

Luc. 18.

d

E ipse prius in corde suo disposuit: ego quid proponam non habeo, nisi ordinem meae de-
fensionis. In quo tamen si diligenter inspi-
citur, via forsitan ascensionis reperitur. Si
enim tibi Romam tendenti homo inde ve-
niens obuiaret: quaesitus viam, quid melius
quam illam, qua venit ostenderet? Dum ca-
stella, villas, vrbes, fluuios, ac montes, p quos
transierit, nominat: suum denunciando iter,
tuum tibi praenunciat: ita vt eadem loca re-
cognoscas eundo, quae ille pertransiit venie-
do. In hac similiter nostra descensione gra-
dus ascensorios fortasse reperies, quos ascen-
dendo melius tu in tuo corde, quam in no-
stro codice leges. Amen.

D I V I B E R N A R D I
Abbatis epistola ad Gulielmum Ab-
batem sancti Theodorici.



Q uod me huiusmodi operi ope-
ram dare iubes, per quod tol-
lendum sit scandalum de re-
gno Dei, libenter accipio, sed
quomodo id velis fieri, nec-
dum satis elucet mihi. Nam illam tuam dul-
cissimam epistolam legens, ac relegens (se-
pius enim repetita placebat) intellexi qui-
dem te velle, vt illis, qui de nobis tamquam
detractoribus Cluniacensis ordinis conque-
runtur, satisfaciam: quatenus sciatur non
esse verum, quod male huc vsque de nobis
putarunt, vel putari voluerunt. At si post
hanc satisfactionem, vultus victus eorum,
ac vestitus superflua tem, & cetera, qua in-
iungis, & quemadmodum iniungis, contem-
pno vero, & mihi videbor contemari, & quo-
modo sine scandalo facere queam, non vi-
deo; nisi forte, & ordinem quidem laudabi-
lem, & ordinis reprehensores reprehensibi-
les doceam, & nihilominus tamen pius
superflua reprehendam. Si hoc modo vis,
aut forte aliter magis expedire vides, man-
da apertius, & vt valeam quod vis, eo mo-
do quo vis, erga instantius. Sed tamen non
modico me humilium contumptationibus fe-
ri detrimento, quia multum hunc deu-
otionis suae trahitur, dum studium ora-

tionis intermittitur, praefer-
tim, cum neque vultus
suppetat de-
standi,
nec oculum.

D I V I B E R N A R D I
Abbatis Claraualis ad Gu-
lielmum Abbatem.

A P O L O G I A.



Enerabili Patri Guliel-
mo frater Bernardus,
fratrum, qui in Clara-
uale sunt, inutilis ser-
uus, salutem in domi-
no. Vsq; modo si qua
me scriptitare iussistis
aut inuitus, aut nulla-

tenus acquieui: non quia negligereim quod
iubebar, sed ne praesumerem quod nescie-
bam. Nunc vero noua vigente causa, pri-
stina fugatur verecundia, & vel perire, vel
imperite dolori meo satisfacere cogor, si-
duciam dante ipsa necessitate. Quomodo
namque silenter audire possum vestram hu-
iusemodi de nobis querimoniam, qua sci-
liam miserrimi hominum, in pannis, & se-
micinctijs, de cauernis (vt ait ille) dicimur
iudicare mundum, quodq; inter cetera in-
tolerabilius est, etiam gloriosissimo ordini
vestro derogare, sanctis, qui in eo laudabi-
liter viuunt, impudenter detrudere, & de
vmbra nostrae ignobilitatis, mundi lumina-
ribus insultare: Itane sub vestimentis quoru-
non quidem lupi rapaces, sed pulices mor-
daces, imo tinea demolientes bonorum vi-
tam, quia palam non audemus, in oculo
corrodimus, nec saltem clamoribus inuectio-
nis, sed susurrum detractionis emitimus?
Si hoc ita est, vt quid sine causa mortifica-
mur tota vite, a iurati sumus sicut oues occi-
sionis? Si ita, inquam, pharisaica iactan-
tia ceteros homines, & (quod superbius
est) nobis meliores despiciamus, quid nobis
prodest tanta in nostro visu parcitas, &
asperitas, in vestitu notabilis illa utilitas, ac
diuersitas, in opere manuum quotidiana
desudatio, in ieiunijs, & vigilijs iugis exer-
citatatio, totius denique vitae nostrae singu-
laris quaedam, atque posterior conuersatio?
Nisi forte omnia opera nostra facimus,
vt videamur ab hominibus. Sed dicit
Christus: Amen dico vobis, receperunt merce-
dem suam. Nonne si in hac vita tantum in

Christo sperantes sumus, miserabiliores su-
mus omnibus hominibus? An vero non
in hac vita tantum in Christo speramus, si

Pf. 43.

Matth. 6. a
1. Cor. 15. 5
de

de Christi semitio temporalem tantū gloriā querimus? Miser ego homuncio, qui tanto labore, & industria studeo nō esse, vel potius non videri sicut ceteri hominū, minus tamen accepturus, imō gratius cruciandus, quā quilibet hominum. Siccine ergo non inueniebatur nobis via (vt ita dicam) vtrumque tolerabilior ad infernum? Si ita necesse erat vt illo descenderemus, cur saltem in illam, qua multi incedunt, viam scilicet latam, quæ ducit ad mortem, non eligimus: quatenus vel de gaudio, & nō de luctu ad luctum transiremus? O quā felicius illis, quorum non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur; qui etsi peccatores, ac pro gaudijs temporalibus perpetuis cruciatibus addicti, satē abundantes in sacro obtinuerunt diuitias. Væ portantibus crucem, non sicut saluator suam, sed sicut ille Cyreneus alienā. Væ citharœdis citharizantibus, non vt illi de Apocalypsi, in citharis suis, sed vt iterum pauperibus superbis. Væ, inquam, semel, & vā iterum portantibus crucem Christi, & non frequentibus Christum: qui nimirū cuius passionibus participatur, humilitatem sectari negligunt. Duplici quippe contritione conteruntur, qui huiusmodi sunt, quā & hęc pro tēporali gloria tēporaliter se affligunt, & in futuro pro interna superbia ad æterna supplicia pertrahuntur. Laborāt cum Christo, sed cum Christo non regnant. Sequuntur Christum in paupertate sua, sed in gloria non sequuntur. De torrente in via bibunt, sed non exaltabunt caput in patria. Lugent nunc, sed tunc non consolabuntur. In merito. Quid enim facit superbia sub paanis humilitatis Iesu? Numquid non habet quo se palliet humana malitia, nisi vnde inuoluta est infantia saluatoris? Et quomodo intra presēpium dñi simulat ex arrogātia se cōat stat, ac pro vagitibus innocētie malum inibi detractionis immurmurat?

Pf. 72. a An non illi superbissimi de Psalmo, quorū prodijt ex adipe iniquitas eorum, multo tutius operi sunt iniquitate, & impietate sua, quam nos latemus sub sanctitate aliena? Quis n. magis impius, an profitens impietatem, an mentiens sanctitatem? Nonne is, qui etiam mendaciū addens, geminat impietatem? Et quid dicam? Vereor ne forte, & ego suspectus habeat, non quidem vo-

bis pater, non vobis, cui vtique notum me noui, quantū in hac caligine homo homini innotescere potest, & specialiter de hac re scio vos non ignorare quid sentia. Sed propter illos, qui me nec ita, vt vos cognouerūt, nec sicut vobis hinc loqui soleo, loquentem audierunt. Scribo vobis (quod & frequenter audistis) vt quoniā ego per singulos ire, & singulis satisfacere nequeo, ex me habeatis, vnde quod de me certissime scitis, eis p me verissime persuadeatis. Neque n. timeo omnium oculis scribere quidquid de hac re vobis in aure locutus sum. Quis vquam me aduersus ordinem illum, vel coram audiuit disputantem, vel clam susurrantem? Quem vquam de ordine illo nisi cū gaudio vidi, nisi cum honore suscepi, nisi cum reuerentia allocutus, nisi cum humilitate adhortatus sum? Dixi, & dico. Modus quidē vitæ est sanctus, honestus, castitatis decorus, discretione præcipuus, à patribus institutus, à Spiritu sancto præordinatus, a Iab us saluandis non mediocriter idoneus. Ego ne vel damno, vel despicio quem sic prædico? Memini me aliquando in aliquibus eiusdē ordinis monasterijs hospitio susceptū fuisse: reddat Dñs seruis humanitatē, quam infirmanti mihi ultra etiā quā necesse fuit, exhibuerūt, & honorem, quo me plus quoque quā dignus fui, dignati sunt. Ipsorum me commendaui orationibus, inter sui collationibus, sæpe & de scripturis, & salute animarum habui sermonem cum multis, & publicum in capitulis, & priuatum in cameris. Quem vquam vel clam, vel palam, aut ab illo ordine dissuadere, aut ad nostrum, vt veniret persuadere tentauit? An non potius multos cupiētes venire repressi, venientes, & pulsantes repuli? An non fratrem Nicolaum, ad sanctum Nicolaum, & vobis duos de vestris vobis testes remisi? Sed & duobus quibusdam eiusdē ordinis Abbatibus, quorum ne nomina prodam ipse, eos optime nostis, & nihilominus quā amica mihi familiaritate iungantur, scitis, numquid non tamē ad alium ordinem (quod & vos non latuit) migrare desiderantibus, iam iamq; deliberantibus, nostrum eis dissuasorium consiliū obuiauit, ac ne suas defererent cathedras effecit? Cur igitur ordinem damnare putor, vel dicor, cui amicos meos deseruire suadeo, cui suos ad nos venientes monachos reddo, de quo & mihi orationes tam sollicito requiro, tam deu-

K

se suscipio? An forte quia iuxta alium ordinem cōuersari videor, propterea suspectus hinc habeor? Sed eadem ratione & vos nō sicut derogatis quicumq; aliter viuitis. Ergo & cōtinentes, & coniuges inuicē se damnare putētur, q̄ in suis quique legibus in Ecclesia cōuersentur. Monachi quoque, ac regulares clerici sibi inuicem derogare dicantur, quia proprijs abinuicem obseruantijs separantur. Sed Noc, & Daniele, & Iob in vno se regno pati nō posse suspicemur, ad quod vtiq; non eos vno tramite iustitię cognouimus peruenisse. Mariā deniq; & Martham necesse sit aut vtramq; aut alterā saluatori displicere, cui nimirum tam dissimili studio deuotionis cōtendunt ambā placere. Et hac ratione in tota Ecclesia, (quæ vtiq; tam pluribus tamq̄ variatur dissimilibus ordinibus, vtpote regina, quæ in Psalmo legitur circumemicta varietatibus) nulla pax, nulla profusa concordia esse putabitur. Quæ etenim secura quies, quis tutus in ea status inuenietur, si vnus quilibet homo vnum quilibet ordinem eligens, alios aliter viuentes aut ipse aspernetur, aut se ab ipsis sperni suspicet, præsertim cum tenere impossibile sit vel vnū hominē omnes ordines, vel vnū ordinem omnes homines? Non sum tam hebes, vt non agnosca tunicam Ioseph, non illius, qui liberauit Aegyptum, sed qui saluauit mundū, & hoc nō à fame corporis, sed à morte simul animæ, & corporis. Notissima quippe est quia polymita, id est pulcherrima varietate distincta, sed & sanguine apparet intincta: non quidē hædi, qui peccatū significat, sed agni qui designat innocentia, hoc est suo ipsius, non alieno. Ipse est profecto agnus mansuetissimus, qui coram nō quidem tōdente, sed occidēte se obmutuit: qui peccatum non fecit, sed abstulit peccata mundi. Miserunt autem qui dicerent ad Iacob: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui sit, an non. Vide & tu domine vtrum hoc sit tunica dilecti filij tui. Recognosce omnipotens pater, eam, quam fecisti Christo filio tuo, dāmiū dando quidē quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euāgelistas, alios pastores, & doctores, &c. quæ in eius ornatu mirifico decenter apposuisti, ad consummationē vtiq; sanctorum occurrentiū in virum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Dignare etiam Deus preciosissimi purpuræ sanguinis, quo asperitā est recognoscere &

in purpura præclarū insigne, ac gloriosissimum indicium obedientiæ. Quare ergo inquit, rubrum est vestimentum tuum? Torcular, ait, calcāui solus, & de gentibus non est vir mecum. Itaque quandoquidem factus est obediens patri vsq; ad torcular crucis, quod vtiq; solus calcāuit, solum quippe brachium suum auxiliatum est ei, iuxta illud in alio loco: Singulariter sum ego, donec transeā. Tam ergo exalta eū Deus, & dū ei nomen, quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Ascendat in altum, captiuam ducat captiuitatem, & donet dona hominibus. Quæ dona? Relinquat videlicet sponsa suæ Ecclesiæ pignus hereditatis, ipsam tunicam suam, tunicā scilicet polymitam, eandemq; inconsumtam & desuper contextam per totum. Sed polymitam ob multorum ordinū, qui in ea sunt, multimodam distinctionem, inconsumtam vero propter indissolubili caritatis indiuiduam unitatem. Quis me, inquit, separabit a caritate Christi? Aut quomodo polymitam. Diuisiones, ait, gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones operationū sunt, idem vero Dominus. Deinde diuersis enumerat charismatibus, tamquam varijs tunica coloribus, quibus constat eam esse polymitam: vt ostendat etiam inconsumtam, & desuper contextam per totum, adiungit: Hæc autem operatur vnus, atque idem spiritus diuides singulis prout vult. Caritas quippe diffusa est in cordibus nostris per Spiritu sanctū, qui datus est nobis. Non ergo adidatur, sed totam, & integram hereditario iure sortitur Ecclesia, quia & de illa scriptum est: Asti tu regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Itaq; diuersi diuersimodè accipientes dona, alius quidem sic, alius vero sic: siue Chuniacenses, siue Cistercienses, siue clerici regulares, siue etiā laici fideles: omnis denique ordo, omnis lingua, omnis sexus, omnis ætas, omnis conditio, in omni loco, per omne tempus, à primo homine vsque ad nouissimum. Nā & propter hoc talis dicta est, quod ad finem vsque pertingat, dicente Propheta: Non est qui se abscondat à calore eius: nimium congruens ei, cui & factus est: qui perhibente videlicet alia scriptura: Et ipse attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Omnes ergo cōcurramus pariter in vnā tunicam, & ex omnibus constat vna: ex omnibus

Pf. 44. a

M

Ge. 37. d

Eph. 4. c

1. Cor. 13. a

Pf. 140.

A
Psal. 2. b

Eph. 4. b

Rom. 8. b
1. Cor. 12. a

Ibidem.
Rom. 5. a

Pf. 44. c

R.

Pf. 18. b

Sap. 8. a

manibus inquam vnā. Nam etſi ex pluribus
& diuerſis: vna eſt tamen columba mea,
formoſa mea, perfectā mea.

Alloquin nec ego ſolus, nec tu ſine me,
nec ille ſine vtroque, ſed ſimul omnes ſum-
mus illa vna, ſi tamen ſolliciti ſumus ſerua-
re vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

Non inquam tantū vincto noſter, aut ſol-
lus veſter ad illam pertinet vnā, ſed noſter
Ephē. 3. ſimul & veſter: niſi forte (quod abſit) inui-
cem inuidentes, inuicē prouocantes, inui-
cem mordēamus, & ab inuicem cōſumm-

2. Cor. 11. 8 mur, & ſic non poſſit nos apoſtolus vnū illi
viro, cui reſpondit, virginem caſtam exhibe-
re Chriſto. Verumtamen illa vna dicit in

Gal. 3. canticis. Ordinauit in me caritatē, vt etſi
vna caritate, diuiſa tamen ſit ordinatio-

ne. Quid tibi? Certe, xianſis ſum. Damno
igitur Cluniacenſis? A. ſit. Sed dūgo, ſed

prædico, ſed magnifico. Cur ergo, inquit
ordinem illum non tenes, ſi ſic laudas? A. dī.

1. Cor. 7. Propter hoc quod apoſtolus ait: Vni-
uſque in ea vocatione, in qua vocatus eſt
permaneāt. Quid ſi queris cur, & a prin-

cipio nō elegerim, ſi talē ſciebam? Reſpon-
deo. Propter id quod rufus ait apoſtolus.

1. Cor. 10. 6 Ora mihi licent, ſed non omnia expediunt.
Nō quod ſcilicet ordo ſanctus, & iuſtus non

ſit, ſed quia ego carnalis eſt vengudatus ſub
peccato, & talē animā meā languorem ſē-

triciā, cui fortior eſſet poſio neceſſaria. Et
diuerſis morbis diuerſa cōueniunt medica-

menta, & fortioribus fortiora. Fac duos ho-
mines febribus aſſixi, quātis vnū, al-

terum terant. Commendat autem qui
quartanis laborat, tertianos aquam, pyra, &

frigida quæque ſumenda, cum tamē ab his
iure abſtineat, vinumque & cetera calida

propterea ſibi cōgruentia ſumat. Quis rogo,
hiñe eum recte reprehendat? Si dicere ille

cur tu aquam non bibis, quā iam laudas?
an nō recte reſponderet, & tibi eam fideliter

tribuo, & mihi ſalubriter ſubtraho? De-
nique requiratur etiam à me, cur cū omnes

ordines laudem, omnes non teneo? Laudo
enim omnes, & diligo, vbique pie, & iuſte

ta fiducia caritatis. Alius operatur non
amans, & alius amat nihil operans, Ille qu-

dem ſuum opus perdit: illius vero caritas
numquam excidit. Et quid mirū ſi in hoc

exilio peregrinante adhuc Eccleſia, quædā
huiuſcemodi ſit pluralis (vt ita dixerim)

vnitatis, vnaque pluralitatis cum illa quo-
que patria quando iam ipſa regnabit, nihi-

lominus forte talis aliqua diſpar quodam-
modo æqualitas futura ſit? Inde etenim

10. 1. 4. 4 ſcriptū eſt: In domo patris mei manſiones
multæ ſunt. Sicut itaque illic multæ man-

ſiones in vna domo, ita hic multi ordines
ſunt in Eccleſia vna: & quomodo hic diui-

ſiones gratiarum ſunt idem autē ſpiritus:
ita ibi diſtinctiones quidem gloriarum, ſed

vna domus. Porro vnitatis tam hic quā ibi
vna conſiſtit in vna caritate: diuerſitas au-

tem hic quidem in ordinum, vel operatio-
num multifaria diuiſione, illic vero in qua-

dā meritorum noſſima, ſed & ordinatiſ-
ſima diſtinctione. Intelligens denique Ec-

cleſia hanc ſuam quodammodo diſcordem
concordiam, concordemve diſcordiā: De-

dūxit me, inquit, ſuper ſemitas iuſtitie pro-
pter nomen ſuum. Ponens quippe ſemitas

pluraliter, & iuſtitia ſingulariter, nec diuer-
ſitatem prætermiſit operationū, nec vni-
tatem operantium. Præuidens quoque & il-

lam in cæleſtibus diſcretam vnitatem futu-
ram, deuotiſſime læta decantat: Plateæ tuæ

Hieruſalem: ſternentur auro mundo, & per
omnes vicos tuos alleluia cantabitur. Au-

diens enim plateas, & vicos, coronas, & glo-
rias diuerſas intellige. In auro, quo vno

metallo illa ciuitas ornata deſcribitur, &
vno alleluia quod cantandum perhibetur,

diſſimilium ſpecierum ſimilem pulchritudi-
nem, & multarum mentū vnā deuotionē

D

10. 1. 4. 4

1. Cor.

12. 6

Ps. 22. 4

Tob. 13.

E

1. Cor.

15. 6

men vti ſic illa ab illa diſtinet in claritate.
ſic erit, ait & reſurrectio mortuorum.

Nam etſi fulgebunt iuſti ſicut ſol in re-
gno patris eorum: alij tamen alijs amplius,
pro diuerſitate meritorum.

Quæ ſane merita ſciendum nō ſic in hoc
ſeculo vt in illo facile ab homine poſſe di-

ſcerni: quippe cum hic tantū opera videa-

mus,

D. Bernardi Apologia.

mut, illic etiam corda nihil impediatur intueri. Siquidem radiante ubiq; sole iustitiæ, tunc manifesta erunt abscondita cordiũ. Et sicut non est nũ, qui se abscondat à calore eius, ita tunc non erit, qui se occultet à splendore ipsius. Et de operibus quidem saepe incerta, & ob hoc periculosa sententia fertur, cum multoties minus iustitiæ habeant, qui magis operantur.

Rom. 10. a

Vnde nunc mihi conueniendi sunt quidam de ordine nostro, qui contra illa sententiam: Nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: alijs ordinibus derogare dicuntur, & suã iustitiam solam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti: quos profecto (si qui tamen huiusmodi sunt) nec nostri, nec cuiuspiã esse ordinis vcrius dixerim. Quippe, qui etli ordinatè viuente, superbe tamen loquẽtes, ciues se faciunt Babylonis, id est confusionis, imò filios tenebrarum, ipsiusque gehennæ, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Vobis ergo inquam fratres, qui

102. 10. a

etiam post auditam illam domini de pharisæo, & publicano parabolã de vestra iustitia præsumentes, ceteros aspe namini, dicitis (vt dicitur) solos vos homines esse iustos, aut omnibus sanctiores: solos vos monachorum regulariter viuere, ceteros vero regulã potius existere transgressores. Primo quid ad vos de alienis seruis? Suo domino stant, aut cadunt. Quis vos cõstituit iudices super eos? Deinde si ita, vt dicitur, de ordine vestro præsumitis: qualis ordo est, vt antequam de suo quisquam trabem eiciat in fratrum oculis tam curiose festucas perquirat? Qui in regulã gloriãmini, cur contra regulã detrahitis? Cur contra euangeliũ, ante tempus, & contra Apostolum, alienos seruos iudicatis? An regulã non cõcordat euangelio, vel Apostolo? Alioquin regulã iam non est regulã, quia non recta. Audetis discite ordinem, qui contra ordinem alijs ordinibus derogatis.

Matth. 7. a

Rom. 1. 4. a

Hypocritam inquit, eijce primum trabem de oculo tuo, & sic videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Queris quam trabem? An nõ grãdis, & grossã trabs est superbia, qua te putas esse aliquid, cum nihil sis? Insanissime tibi tamquam sanus exultas, & alijs vanissime trabem portas de festucis insultas. Gratias, inquis, ago tibi: Deus, quia nõ sũ sicut

Matth. 7. a

Luc. 18. b

ceteri hominum, iniusti, raptores, adulteri. Sequere ergo, & dic: detractores. Neque, minima est hac festuca inter ceteras. Quare cum tam diligenter alias enumeres, ista taces? Si pro nulla, vel minima habes, audi Apostolum. Neque maledici, ait, regnũ Dei possidebunt. Audi, & Deum in Pfalmo comminantem. Arguam te, inquit, & statuatam contra faciem tuam. Quod quia detractori loquatur, certum est ex præcedentibus. Et quidem iuste ad se retoi quẽdus, & se compellendus est intueri, qui auertens faciem suam à se, aliena potius mala quam sua solet curiosus, persequari. At inquit, quomodo regulam tenent, qui pellicijs induuntur, sani carnis, seu carniũ pinguẽdine vescuntur, tria, vel quattuor pulcherrima vna die (quod regulã prohibet), admittunt: opus manuum quod iubet, nõ faciunt: multa denique pro libitu suo, vel mutat, vel augent, vel minuunt? Recte. Nõ possunt hæc negari. Sed attendite in regulã Dei, cui vtique non dissonat institutio sancti Benedicti. Regnũ Dei, inquit, intra vos est: hoc est, non exterius in vestimentis, aut alimentis corporis, sed in virtutibus interioris hominis. Vnde Apostolus: Regnũ Dei nõ est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Et rursus: Regnũ Dei nõ est in sermone, sed in virtute. De corporalibus itaq; obseruatijs, scilicet calumniã struitis, & quæ maiora sunt regulæ, spiritualia scilicet instituta relinquitis, camelumque glutietes, cur cõliquatis? Magna abusio. Maxima cura est, vt corpus regulariter induatur, & cõtra regulã vis vestibus anima nuda deseritur. Cũ tantũ studio tunica, & cuculla corpori procurentur, quatenus cui deerunt, monachus non putatur: cur similiter spiritui pietas, & humilitas, quæ profecto spiritualia indumẽta sũt, non prouidetur? Tunicati, & alati abhorremus pellicias, tamquam nõ melior sit pellicibus inuoluta humilitas, quam tunicata superbia: præsertim cũ & Deus tunicas pellicias primis hominibus fecerit, & Ioannes in eremo zona pellicea lumbos accinxerit. & ipse tunicarũ institutor in solitudine non tunicis, sed pellicibus sese induerit. Repleti se inde ventrem faba, mentẽ superbia, cibis damnatis saginatos: quasi nõ melius sit vniuerso sagimine ad vsum vesci, quã vniuerso legumine vsque ad ructũ exsaturari, & peius cũ Esau non de carne, sed de læte sit re-

prehen-

1. Cor. 6. b

Pf. 49. b

Luc. 17. c

Rom. 1. 4. c

1. Cor. 13. d

H

Gen. 3. d

Matth. 3. a

Heb. 12. d

Gen. 3. b. prehensus: & de ligno Adam, non de carne
damnatus: & Ionathas ex gultu mellis non
carnis, morti ad iudicatus: contra verò He-
lias innoxie carnem comederit, Abraham
gratissime carnibus angelos pauerit, & de
E. 18. a. ipsi sua fieri sacrificia Deus petceperit. Sed
Ixo. 29. & satius est, modico vino uti propter infir-
mitatem, quam multa aqua ingurgitari per
1. Ti. 5. auiditatem: quia & Paulus Timotheo mo-
dico utendam vino consule, & dñs ipse bi-
Ma. 11. bit, ita ut vini potator appellatus sit, Apo-
stolisq; bibendum dedit, in super, & ex eo sa-
Ioa. 2. a. cramenta sui sanguinis condidit, cum econ-
Ma. 26. trario aquam ad nuptias bibi non passus sit,
c. & ad aquas cōtradictionis populi murmur
Ioa. 2. a. ter obliquè castigauerit: David quoq; aqua,
I. quā desiderauerat, potare timuerit: Viri-
Nū. 20. que illi Gedeonis, qui prae auiditate toto
b. corpore prostrato de flumine biberunt, di-
2. Reg. gni ad praelium ire non fuerint. Iam verò
23. c. de labore manuum quid gloriamini, cum
Iudi. 7. b. & Martha laboris increpata, & Maria quie-
Luc. 10. scens laudata sit, & Paulus aperte dicat: La-
bor corporis ad medicum valet, pietas au-
1. Ti. 4. c. tem ad omnia? Optimus labor, de quo pro-
Ps. 6. a. pheta dicebat. Laboravi in gemitu meo. Et
Ps. 76. a. de quo anor. in meo. tui Dei, & delectatus
Ibidem. sum, & exercitatus sum. At ne corporale in-
telligas exercitium, Et defectit, inquit, spiri-
tus meus. Vbi autem non corpus, sed spiri-
tus fatigatur, spiritualis proculdubio la-
bor intelligitur. Quid ergo inquis? Siccine
illa spiritualia persequeris, & etiam hæc, quæ
ex regula habemur corporalia damnes? Ne
quaquam, quia oportet agere, & ista non
omitte. Alioquin cum aut ista omitti ne-
cesse sit, aut illa: ista potius omittenda sunt,
quæ in illa. Quanto enim spiritus corpore
melior est, tanto spiritualis quam corporalis
exercitatio fructuosior. Tu ergo cum de
horum obseruatione elatus, alijs eadem nõ
obseruantibus derogas, nõne te magis tras-
gressorem regula iudicas, cuius licet mini-
ma quadam tenens, meliora deuitas? De
1. Cor. quibus Paulus: Aemulamini, ait, charisma-
12. d. ta meliora. Detrahendo quippe fatribus,
in quo temetipsam extollis, perdis; humili-
tatem: in quo alios deprimis, charitatem
quæ sunt proculdubio charismata meliora.
Tu si tuum corpus multis, & nimijs la-
boribus atteris, ac regularibus asperitati-
bus mortificas membra tua, quæ sunt supe-
terram, benefacis. Sed quid si ille, quem
K. litem non laborantem diiudicas, in medicum

quidem habeat de hac, quæ ad modicum est
utilis, corporali videlicet exercitatione: am-
plius autem quam tu de illa, quæ ad omnia
valet id est, pietate? Quis, quæso, vestram
regulam melius tenet? An non melius qui
melior? Quis vero melior, humilior, an fa-
tigatior? An nõ is, qui à Domino didicit mi-
tis esse, & humilis corde: qui & cū Maria op-
timum partem elegit, quæ non auferetur
ab eo? Quod si regulam ab omnibus, qui eã
professi sunt, sic ad literam tenendam cen-
ses, ut nullam omnino dispensationem ad-
mitti patiaris: audacter, dico, nec tu eã, nec
ille teneris. Nam etsi ille quantum quidem
perinet ad obseruationes corporeas, in plu-
ribus offendit, impossibile est tamẽ te quo-
que vel in vno non transgredi. Scis autem
quia qui in vno offendit, omnium est reus. Sin-
vero concedas aliqua posse mutari dispensa-
toriè proculdubio, & tu illam tenes, & ille,
quæquam dissimiliter. Nam tu quidẽ distri-
ctius, at ille fortasse discretius. Neque hoc
dico, quia hæc exteriora negligenda sint,
aut qui se in illis non exercuerit, mox ideo
spiritualis efficiatur, cum potius spiritualia
(quamquam meliora) nisi per ista, aut, vix,
aut nullatenus, vel acquirantur, vel obti-
neantur, sicut scriptum est: Nõ prius quod
spirituale, sed quod animale, deinde quod
spirituale. Sicut nec Iacob nisi prius cogni-
ta Iya desideratos Rachelis amplexus me-
ruit obtinere. Vnde rursus in Psalmo. Sumi-
te psalium, & date tympanum. Quod est
dicere. Sumite spiritualia, sed prius date cor-
poralia. Optimus autem ille, qui discrete, &
congrue hæc, & illa operatur.

I Am vero epistola, ut epistola remaneat,
I finienda erat, quando quidem, & nostros
(de quibus patet conquestus estis, quod ordini
vestro detraherent) satis quantum potui sty-
lo corripui, & me quoque ab huiusmodi fal-
sa suspitione purgavi, ut debui. Sed quoniã
dum nostris minime parco, nonnullis de
vestris nimium, in quibus non decet, video
assentire: pauca, quæ & vobis dis-
poni, & omnibus bonis viciis esse non
dubito, necessarium reor subiungere, quæ
quidem etsi fieri videntur in ordine, absit
tamen ut sint de ordine. Nullus quippe or-
do quippiam recipit inordinatum quod ve-
ro inordinatum est, ordo non est. Vnde nõ
aduersum ordinem, sed pro ordine dispu-
tare putandus ero, si non ordinem, in homi-
nis, sed hominum vitia reprehendo. Et
quidem

Matt.

11. d.

Luc. 10.

g

1. Cor.

15. c.

Ps. 80. a

L

quidem diligentibus ordinē, in hac re molestum me fore nō timeo, quin immo gratum proculdubio accepturi sunt, si persequimur quod, & ipsi oderunt. Si quibus vero displicuerit, ipsi se manifestant, quia ordinem nō diligunt, cuius vtique corruptionem, id est, vitia damnari nolūt. ipsi itaque illud Gregorianum respondeo. Melius est, vt scandalum oriatur, quā veritas relinquatur.

M Dicitur, & veraciter creditur sanctos patres illam vitam instituisse. & vt in ea plures saluarentur, vsq; ad infirmos regula temperasse rigorē, non regulam destruxisse. Absit autem vt credam tantas eos, quantas video in plerisque monasterijs vanitates, ac superfluitates præcepisse, vel cōcessisse. Miror etenim vnde inter monachos tanta intemperantia in comestationibus, & potationibus, in vestimentis, & lectisternijs, & equitaturis, & construendis ædificijs inolecere potuit, quatenus vbi hæc studiosius, voluptuosius, atque effusius sunt, ibi ordo melius teneri dicitur. Si maior putatur religio. Ecce enim parcitas, putatur auaritas, sobrietas, austeritas creditur: silentium, tristitia reputatur. Econtra remisso, discretio dicitur: effusio, liberalitas: loquacitas, affabilitas; cachinnatio, iucunditas: molities vestimentorum, & equorum fastus, honestas: lectorum superfluus cultus, munditia. Cumque hæc alterutrum impendimus, caritas appellatur. Ita caritas destruit caritatem, hæc discretio discretionem confundit. Talis misericordia crudelitate plena est, qua videlicet, ita corpori seruitur, vt anima iuguletur. Quæ enim caritas est, carnem diligere, & spiritum negligere? Quæ ve discretio totum dare corpori, & animæ nihil? Qualis vero misericordia, ancillam reficere, & dominam interficere? Nemo pro huiusmodi misericordia speret se consequi misericordiam, quæ misericordibus promittitur in euangelio,

Matth.
5. a

quomodo ipsi misericordiam consequentur. Sed certissime variis poenarū expectet quātali (vita dicam) impio misericordiam. Sanctus Iob magis prophetizando quā affectando imprecatur: Non sum inquit, in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum. Dignæ plane retribuitis causam mox subinfert satis idoneam dices,

Iob 27. d

Ibidem. Pauit enim sterilem, & quæ nō parit, & viduæ non benefecit.

Inordinata profectio, atq; irrationalis misericordia est, sterilis, & intractuosa carnis, quæ iuxta dominū verbū non prodest quidquam, & secundum Apostolum regnū Dei non possidebit, adimplendis inuigilare desiderijs, & de animæ cura sapientis saluberrimum non curare consilium, admonentis atque dicentis: Misere anime tuæ placens Deo. Bona misericordia misereri animæ tuæ, nec potest non mereri misericordiam qua fit, vt placeas Deo. Alias autem non est misericordia (sicut iam dixi) sed crudelitas non est caritas, sed iniquitas: non discretio, sed confusio, sterilem, quæ non parit parere, id est inutilis carnis concupiscentijs inferuire, & viduæ nil boni facere, videlicet excolendis virtutibus nullo modo tam dare. Quæ vtique licet spem dante, in se viduæ cælesti, sensus amittit, ut in sancto concipere, & parere non debeat immortales: qui videlicet incorruptibilis, castusque hæreditatis valeant esse capaces, sed si ymū habeant, studiosumque cultorem. Sub hac tamen abuseose iam fere vtrique sic pro ordine tenentur: ferè iam ita ab omnibus sine querela, atque irreprehensibiliter obseruantur, quamquam inuicem nonnulli quippe his omnibus tamquam non vtentes vtuntur, & ideo aut cum nulla offensa, aut cum minima. Aliquantum quippe hæc agunt ex simplicitate: aliquantū ex caritate: aliquantū ex necessitate. Quidam namque simpliciter ista tenent, quoniam sic eis præcipitur: paratim alteri, si aliter præciperetur.

Ecclij
30. d

Quidam autem ne discorditer quant ab eis, cum quibus habitant, festantes in hi non suam libidinem, sed aliorum pacem. Alii vero quia resistere nō valent multitudini tradicentium, qui hæc vtique tamquam pro ordine libera voce defendunt, & quos isti aliqua (prout ratio dicat) restringere, vel mutare cupiunt, illi mox tota eis auctoritate resistunt. Quis in principio cum ordo cœpisset monasticus, ad tantam crederet monachos in eam deuenire? O quantum distamus ab his, qui in diebus Antonij exitere monachi? Siquidem illi cum se inuicem nec tempus ex caritate reuiderent, tanta ab inuicem auiditate panem animarū perciperent, vt corporis cibum penitus oblitiscerent: totum ieiunis ventribus, sed non mentibus mansigerent. Et hic erat reclusus ordo, quidam digniori partu pariter inferuabatur.

datur. Hæc summa discretio, cum amplius
 sumebat, quæ maior erat. Hæc demq; vera
 caritas, & anima, quarum caritate Christus
 mortuus est, tanta sollicitudine refocella-
 bantur. Nobis autem convenientibus in
 vnum (vt verbis Apostoli vtar) iam non
 est dominicam cœnam manducare: Panem
 quippe celestem, nemo qui requirit; nemo
 qui tribuat. Nihil de scripturis, nihil de salute
 agitatur animarum, sed nugæ, & risus, &
 verba proferuntur in ventu. Inter prande-
 dum quantum fauces dapibus, tantu aures
 pascentur rumoribus: quibus totus intentus,
 mox luna nefas in edendo, interitu ante
 te seculi æreulis apponitur, & pro solis
 corpore, quibus abstrahitur, grandis piscis
 duplicatur. Cumq; prioribus fueris
 risatissimus, & se unus numerus, videberis
 non necesse gustare pisces. Tanta quippe
 accuratione, & arte coquorum cuncta appa-
 rantur, quatenus quattuor, aut quinque fer-
 culis deuoratis, prima non impediunt no-
 uissima, nec satietas minuatur appetitum. Pa-
 latum quippe dum nouellius seducitur cœdi-
 mentis, paulatim distuiescere cognita, & ad
 succos extraneos veluti adhuc ierimum, au-
 diuntur in uentem. Venter quidem
 dum nescit oneratur, sed varietas tollit fa-
 stidium. Quia enim puras (vt eas natura
 creauit) epulas fastidimus: dum alijs alijs
 multitudine permittuntur, & spretis natura-
 libus, quos deus indidit rebus, quibusdam
 adulterinam gaudia prouocatur, & poribus: tran-
 sinit uimurum ueta necessitas, sed nec-
 dum delectatio superatur.

Quod dicere sufficit, quot modis (vt ce-
 tere faciem) sola oua versantur, & vexatur:
 quanto studio euertuntur, subuertuntur, li-
 zantur, durantur, diminuuntur, & nunc
 quidem fixa, nunc assa, nunc farsa, nunc
 mixta, nunc sigillatim apponatur? Vt quid
 autem hæc omnia, nisi vt soli fastidio consu-
 latum? Ipsa deinde qualitas reuim talis de-
 ris apparere curatur, vt non minus aspectus,
 quam gustus delectetur: & cum iam stoma-
 chus crebris rustibus repletum se indicet,
 necdum tamen cum solitas sanatur. Sed dum
 oculi coloribus, palatum inaporibus diliciuntur,
 infelix stomachus, cui neccolores lu-
 cent, nec saporis demulcet, cum omnia su-
 sperere cogitur, oppressus magis obruitur,
 quam reficitur. Iam vero de aque potu qui-
 dicam, quando ne vlllo quidem pacto inuim
 aquatum admittitur: Omnes nimirum ex

quo monachi sumus, infirmos stomachos,
 habemus, & tam necessarium Apostoli de
 vtendo vino consilium merito non negligi-
 mus: modico tamen, quod ille præmisit, ne-
 scio cur prætermisso. Et vtinam vel solo,
 cum etiam purum est, contenti essemus. Pu-
 det dicere, sed magis pudeat actitari: & si
 pudet audiri, non pudeat emendari. Videas
 vno in prandio ter, vel quater semiplenum
 calicem reportari, quatenus diuersis vinis
 magis odoratis, quam potatis, nec tam hau-
 stis, quam tactis, sagaci probatione, & ce-
 leri cognitione vnum tandem e pluribus,
 quod fortius sit, eligatur. Quale est autem
 illud, quod nonnulla monasteria ex more
 obseruare dicuntur: in magnis videlicet fe-
 stis vina delibuta melle, pigmentorum res-
 persa pulueribus in conuentu bibere? Nū-
 quid, & hoc fieri dicemus propter infirmi-
 tatem stomachi? Ego vero ad nihil aliud va-
 lere video, nisi vt vel amplius bibatur, vel
 delectabilis. Sed cum venæ fuerint vino
 ingurgitata, toto in capite palpitantes, sic
 surgenti a mensa quid aliud libet nisi dor-
 mire? Si autem ad vigilas surgere indige-
 stum cogis, non cautum, sed planctum po-
 tuus extorquebis.

Cum vero ad lectu deuenero, requisitus
 incommodum, plango, non crapula peccatum,
 sed qd manducare non queo. Ridelicet
 vero (si tamen verum est) quod relatum est
 mihi a pluribus, qui hæc se pro certo scire
 dicebant, reticendum esse non arbitror.

Aiunt enim, incolumes, ac validos iuuenes
 conuentum solere deserere: in domo se in-
 firmorum, qui non sunt infirmi, collocare:
 carniu esu (qui vix ægrotis duntaxat, &
 omnino debilibus, ex regulæ discretione
 pro virium reparatione conceditur) non
 quidem corporis infirmantis ruinas reficere
 pro incommodo, sed carnis luxuriantis cu-
 ram perficere in desiderio.

Rogo quæ est hæc securitas inter frendē-
 tum vndique hostium fulgurantes hastas,
 & circumuoluta spicula, tanquam in bello,
 & triumphato aduersari proijcere,
 & aut prædatis incubare longioribus,
 aut nudum molli volutari in lectulo?

Quid hoc ignauæ est, o boni milites?
 Socijs in sanguine, & cæde versantibus: vos
 aut cibos diligitis delicatos, aut somnos ca-
 pitis marutinos? Alijs, inquam, nocte, & die
 cura perurgili festinantibus redire reimp-
 p, quoniam dies mali sunt: vos econtra

rio, & longas noctes dormitatio consumitis, & dies fabulando ducitis otiosos? An dicitis pax, & non est pax? Cur non verecundamini ad exprobratione apostolicæ indignationis? Nondum enim, ait, restitistis vsque ad sanguinem. Imo iam ad eiusdem terribilis valde comminationis tonitruum, cur non

He. 12. b

2. Th. 5. a

expergissimimi? Cum dixerint, inquit, pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Delicata nimis medicina est pius alligari quam vulnerari: membrum non percussum plangere, & necdum suscepto ictu adiuuere manum, fouere vnguento vbi non dolet, emplastrum adhibere vbi æsura non est. Ad discernendum deinde inter sanos, & male habentes, baculos in manibus portare iubentur ægrotantes, plane necessarios, vt quam pallor in vultu, maciesque non indicat, baculus sustentans mentiat inualetudinem. Ridendas, an lugendas dixerim huiusmodi ineptias? Sic Marcius vixit? Sic Bassilius docuit? Sic Antonius instituit? Sic patres in Aegypto conuersati sunt? Sic denique sancti Odo, Maiolus, Odilo, Hugo, quos se sui vtique ordinis, principes, & præceptores habere gloriantur, aut tenuerunt, aut teneri consueverunt? Sed hi omnes si sancti, imò quia sancti fuerunt, a sancto Apostolo non disenserunt, qui nimirum ita loquitur: Habentes victum, & vestitum, his contenti simus. Nobis autem est pro victu satietas, nec vestitum appetimus, sed ornatum. Quæritur ad induendum non quod vilius, sed quod subtilius inuehitur: non quod repelat frigus, sed quod superbire compellat: non denique (iuxta regulam) quod vilius comparari potest, sed quod venustius, imò vanius ostentari. Heu me miserum qualemcumque Monachum. Cur adhuc vno videre ad id devenisse ordinem nostrum, ordinem scilicet qui primus fuit in Ecclesia, imò à quo cæta Ecclesia, quo nullus in terra similior angelicis virtutibus, nullus vicinior ei, quæ in cælis est. Qualem mater nostra, sine ob decorem castitatis, iure propter caritatis ardorem, cuius apostoli institutores, cuius hi, quos Paulus tam sæpe sanctos appellat, inchoatorem experiant? Et quidem inter illos quos nulli quod suum esset quispiam tenuisset, diuidebatur (vt scriptum est) singulis prout cuique opus erat, non igitur quod quisque pueriliter gerere poterat, ut

1. Ti. 6. b

G

ne vbi tantum quod opus erat accipiebatur, ibi nihil proculdubio ociosum admittebatur. Quanto magis nihil curiosum? quanto magis nihil superbum? Quod, inquit, opus erat. Hoc est quantum ad indumenta, quod & nuditatem tegetet, & frigus repelleret. Putasne ibi cuiquam galabrum aut issembrum quærebatur ad induendum: cuiquam ducentorum solidorum mula parabatur ad æquitandum? Putasne, inquam, cuiuspiam ibi lectuli opertorium cattinum, aut discolor barricanus operiebat, vbi singulis diuidebatur tatum prout cuique opus erat? Non illic arbitror valde curatum fuisse de precio, de colore, de cultu, vestimentorum, vbi tam indefessum inerat studium in concordia morum, animorum continentia, profectusque virtutum. Modestudinis, inquit, creditum erat cor vnum, & anima vna. Vbi nunc illud vnanimitatis exercitium? Fusi sumus exterius, & de regno Dei (quod intra nos est) relictis veris, ac perennibus bonis, foris quærimus vanam consolationem, de vanitatibus, & insanijs fallis: ac iam religionis antiquæ, non solum virtutem amisimus, sed nec speciem retinemus. Ecce n. ipse habitus non est (quod & ad me dico) qui humilitatis esse solebat in signe, & monachis temporis nostri in signum gestatur superbiæ. Mix iam in nostris prouincijs inuenimus, quo vestire dignemur, Miles, & monachus ex eo lem panno partiantur sibi cucullam, & chlamydem. Quinis de seculo quantumlibet honoratis, etiam si Rex, etiam si Imperator ille fuerit, non tamen nostra horrebit indumenta, si suo: modo præparata fuerint, & aptata. Ceterum in habitu, inquis, non est religio, sed in corde. Bene. At tu quando cucullam empturus, stras vrbes, fora cuius, percurris nundinas, domos ferutaris negotiatorum, cunctam euectis singulorum supellectilem, ingentes explicitos cumulos pannorum, at rectas digitis, admoues oculis, solis opponis radio: quid quid gloriam, quid quid pallidum occurrerit, respicis. Si quid autem sui puritate, ac nitore placuerit, illud mox quantumlibet precio satagis tibi retinere. Rogo te, ex corde facis hæc, an simpliciter? Cum denique contra regulam, non quod vilius occurrerit, sed studioissime quæris, quod quia iacius inuenitur, preciosius emitur: ignorans facis hæc, an ex industria? Ex cordis thesoro sine dubio procedit quod quid foris apparet

Act. 4. 8

H
Ibidem
Luc. 17. 8

I

circumseptæ lampadibus, sed nō minus fulgentes, insertis lapidib. Cernimus, & pro candelabris arbores quasdam erectas, multo oris pondere, miro artificis opere fabricatas, nec magis coruscantes superpositis lucernis quā suis gemmis. Quid putas in his omib. queritur? pœnitentium, compunctio, an inuentium admiratio.

O Vanitas vanitatum, sed non vanior, quā inferior. Fulget Ecclesia in parietibus, & in pauperib. eget. Suos lapides induit auro, & suos filios nudos deserit. De sumptib. egenorum feruitur oculis diutum: Inueniunt curiosi, quo delectentur, & non inueniunt miseri, quo sustententur. Vt quid saltem sanctorum imagines nō reuerentur, quibus utique ipsum quod pedibus conculcatur, scetet pavementum? Sæpe spuitur in ore angeli, sæpe alicuius sanctorum facies calcibus funditur transcurritur. & si non sacris his imaginibus, cur vel non paruitur pulchris coloribus? Cur decoris quod mox foedandum est? Cur depingis quod necesse est conculcari? Quid ibi valent venustæ formæ, ubi puluere maculantur assiduo? Denique quid hæc ad pauperes, ad monachos, ad spirituales viros? Nisi forte, & hic aduersus memoratum poetæ versiculum, propheticus ille respōdeatur: Domine dilexi decorum domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Assentio. Pariamur, & hæc fieri in Ecclesia, quia etsi noxia sunt vanis, & avaris, non tamen simplicibus, & deuotis. Ceterum in claustris coram legentibus fratribus quid facit illa ridicula monstruositas, mira quædam deformis formositas, ac formosa deformitas? Quid ibi immunda simia, quid feri leones, quid monstruosi centaurs, quid semihomines, quid maculosa tygrides, quid milites pugnantes, quid venatores tubicinantes? Videas sub vno capite multa corpora: & rursus in vno corpore capita multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpentis, illinc in pisce caput quadrupedis. Idem trahens retro dimidium, hic cornutum animal equum gestat posterius. Tam multa denique tamque mira diuersarum formarum vbiq; varietas apparet, vt magis legere libeat in marmoribus, quā in codicibus, rotamque diem occupare singula ista mirando, quā in lege Dei meditando. Deo si non pudet ineptiarum, cur vel

piget expensarum? Multa quidem, & alia suggerebat, addeda larga materia, sed auellit me, & propria satis anxia occupatio, & tua frater Ogeri, nimis festina discessio, qui videlicet nec morari diutius acquiescis, nec abire tamen vis absq; recenti opusculo. Facio itaque quod vis, & te dimitto, & sermonem breuior. Præsertim quia vtiliora sunt pauca in pace, quā multa cum scandalo. Et vtinam hæc pauca scripserim sine scandalo. Enima ego vitia carpes, scio me offendere vitiosos. Potest tamen fieri volente Deo, ab quibus quos ego timeo exasperasse, potius placitum esse, sed si desinunt esse vitiosi. Si videlicet, & districtiores desinunt esse detractores, & remissiores amplius inperfluat. Si sic quisq; bonum tenet, & tenet, & alii non imitentur. Si qui incepit iam esse bonus, non inuideat melioribus, & qui sibi videtur agere melius, bonum non spernat alterius. Si qui districtius viuere possunt, eos, qui nō possunt, nec aspernantur, nec emulantur, & qui nō possunt, eos qui possunt, ne mirentur, vt temere non imitentur. Sicut, n. non licet his, qui maius, & voluerunt ad id qui minus est descendere, ne apostatentur, nō omni bus expedit de bonis minoribus ad maiora transire, ne precipitentur. Scio quippe nonnullos de alijs, & congregationibus, & institutionibus ad nostrum ordinem peruolasse, pulsasse, intrasse. Qui hoc quidem agendo, & suis scandala reliquerunt, & nobis nihilominus auulerunt, dum quantum illos sua temeraria accessione, tanto nos turbantur sua misera conuersatione. Quoniam superbe spreuerunt quod tenebant, temere præsumperunt quod non valebant, digno Deo exitu eorum tandem patefecerunt ignauiam, quia, & impudenter deseruerunt quod imprudenter arripuerant, & turpiter redierunt ad id, quod leuiter deseruerant. Cum, n. claustra, nostra sui potius ordinis impatientia, quā desiderio nostri expecterint, ostendunt quod sunt, dum a vobis ad nos, a nobis ad vos instabili leuitate peruolantes, & nobis & vobis, & omnibus bonis scandala faciunt. Quamquam ergo nonnullos eorum nouerimus, qui & fortiter Deo auctore ceperunt, & ipso protectore fortius perseuerant, securius est tamen vt perseueremus in eo quod cœpimus, quā quod incipiamus non suis perseueremus, & hoc pariter omnes buntur, & secun. dum apostoli consilium omnia

omnia nostra in caritate fiant. Hæc est nostra de nostro, & de vestro ordine sententia, hæc nostris, & vestris. Hæc non de vobis, sed vobis me solere dicere nullus melius mihi testis erit quam vos. & si quis me nouit sicut vos. Quæ in vestris laudabilia sunt, laudo & prædico: si quæ reprehendenda sunt, vt emendentur, vobis & alijs amicis meis suadere soleo. Hoc non est detractio, sed attractio. Quod vt nobis à vobis semper fiat, omnino precor, & supplico. Valere.

D I V I B E R N A R D I
Abbas super illud Euangelij:
Ecce nos reliquimus omnia;
Declamationes.



Tibi dilectissime, præsentis exhortationis schedulas destinare, quia ociosa esse non patitur, nimiu credens oia, & oia sperans, caritas persuasit.

Vbi sane non tibi me propria tradidisse extitit. Quia multa fastidias, sed è multis sermonibus patrum, quorum digna satis laus est in Ecclesia, quæ huic videtur apta negotio noueris deceptis sententias, & sub vocem vt cumque solamiam redigendo, cuiuslibet copiosi declamatorij sermonis instar hunc tuæ dilectioni obellum edidisse. Hoc nimirum serpendi genus ad persuadendum efficacius arbitrabar, quod soleat amplius mouere lectorè, viuidas magis voces, quàm multos apices representans. Ceterum quoniam iam suspecta mihi ignoratia propria, & propriaque obliuio est, hortor & moneo, vt si qua deprehendens digna reprehensione, aut ipse ea corrigere studeas, aut si id forsitan ex mansuetudine refugis, & humilitate, mihi saltem quæcumque te mouerint, non dissimules amicitiam intinere. Atque id quidem de sententia dixerim. Nam de verbis, erit forsitan inuenire nonnullos, ad quorum aures si venerim, subfannent ea dicentes: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitus? Verum nil tale mihi super tua reor traditione verendum. Quippe & metum hunc, & per eum suspensionem carens caritas totas mittit. Affectum magis, ni fallor, in his quam verba perdit amicus, præsertim quod non ostentat.

sed edificationis edere paginam cogitarim, optans magis (si possibile videretur) & sine verbis hæc imprimere cordi tuo. Faciat hoc, qui inuisibiliter operatur in cordibus electorum, & pia dignatione sua, suam hanc vocem reputans, voce & virtutis, & efficacis largiatur. Agit enim quod potest operosa dilectio, opportune instans, fortassis, & improprie. Nulla sane huic operi idonea magis occurrit, digniorve materia, quam euangelica lectio, vbi felicissimum illud Simonis, & Iesu eulogium continetur. Hanc ergo suscipere libuit, sed exhortationis magis gratia, quam expositionis, vt scilicet ex ea sermonis occasio sumeretur. Sed & sententijs breuibus distinguere studui lectionem, vt distinctio ipsa fastidium non admittat.

S E R M O D E V E R B I S
Euangelij, Dixit Simon Petrus ad Iesum. *Ecce nos reliquimus*



Dixit Simon Petrus ad Iesum: *Matth. 19. d*
Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Fidelis sermo, & dignum omni acceptione colloquium Simonis Petri, & Iesu. Familiaris siquidem & amica saluti obedientia est, sed obedientia firma, & stabilis, quæ fundata est super petram. Melior est enim obedientia quam victima, & acquiescere nolle, vt peccatum hariolandi est. Vnde & vitæ quoque ipsè saluator prætulit hanc virtutem, eligens magis animam ponere, quam obedientiam non implere. Postremo & ipsū nomē Iesu, quod est super omne nomen, & in quo flectitur omne genu. *Phil. 2. b*
Apostolo teste, obedientia remuneratio est. *Ps. 116. b*
Libet proinde sacratissimo huic interesse colloquio, & intima cordis aure percipere quæ dicuntur. Arbitror enim verba huius ea esse, de quibus ad imminente ipon pter verba labiorum tuorum ego custodiu vias duras. Hæc nempe sunt verba, quæ contemptum mundi in vniuerso mundo, & voluntaria persuasere hominibus paupertatem. Hæc sunt quæ monachis claustra replent, deserta anachoreus. Hæc, inquam, sunt verba, quæ Aegyp̄u spoliât, & optima quaque

pere monet altera, cum neutrum profecto sit hominis. Quis n. es tu, ait hæc, quis uero ille, vel ille est, aut quæ domus patris eorum, ut eis in aliquo cedas, ut reuercearis eos, ut aliquatenus eis blandiaris? At bonus sermo bonum inuenit locum, ait ambitio, & interdum quoque qui prodesse nõ potest, potest obesse, unde dissimula, primum vinum bonũ pone, donec veniat hora tua. Auaritia quoque & appetitus laudis sibi inuicem aduersantur, & q̄ hæc congregat, hic dispergit. Nec minus contraria sũt quæ simulatio, & pusillanimitas suggerunt impudentiam, impatientiamque clamoribus, & vitæque labor, & dolor, & afflictio spiritus. Hæc autem omnia, similiaque ac dissimilia mala, ex vna radice pullularunt, propriæ scilicet voluntatis. Hinc sanguifugæ duæ sunt insatiabiles filia, clamantes, affer, affer. Siquid nec animus vanitate, nec voluptate corpus aliquando satiatur, vt scriptum est, Non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu. Fuge sanguifugam hanc, & oĩa reliquisti. Hæc n. omnia trahit ad se. Pone hanc, & iugum tã importabile, quàm multiplex abiecit. Non est n. Dominus crudelis ad illam, nõ est tyrannus tã impius & inhumanus sic vrgens seruulum, & non parcens. Fatigatum magis instigat, subditum premit durius. Inquietũ malum, q̄ spiritui semper incubans, inexcogabilia meditatur. O custos hominum, quare posuisti me contra iugum tibi, & factus sum inimicus ipsi gratis? Nullum mihi onus importabilis, nulla grauior sarcina est. Factum mihi talentum plumbi, & resedit iniquitas super illud. Sed audiã vocem solatii, audiam quid loquatur magni consilij Angelus. Venite, inquit, ad me, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiã. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Verum hæc aliã inueniet forte in nouissimis locum sibi. Interim sane felices liquet esse, qui exonerati sunt, & sequuntur Dominum expediti. Arctissimum, nos foramen expectat. Si quẽ sequimur, consequi volumus, per angustiam contendamus ingredi portam necesse est. Quid tu camele gibbum, quid tu pecuniose proditoris loculos tollis? Non sic incipie, nõ sic ingredieris. Forasne acus huiusmodi sarcinas nõ admittit. Excusant fortasse dicentes, Abraham, Isaac, iacob, & ceteriq; sancti numq̄ nõ terreniora.

habuisse leguntur? Sufficit nobis esse sicut illi fuerunt neq; n. sumus nos patribus meliores. Si culpabilis esset possessio diuitiarum nunq̄ illi in diuitijs tantã à Domino gratiã obtinuissent, aut tantam gratiã cõsecuti, diuitias nihilominus possedissent. Quid respondemus nouis imitatoribus sanctorũ veterum? Imponãt certe vitulos super altare domini, macerã arietes, hircos immolent quia & hoc Abraham fecit, & hic ritus patrum, quibus non modo meliores non sumus, sed ne digni quidem soluere corrigiam calcamentorũ eorũ. Sed hæc inquit, statũ vltra non habent vbi reuelata est veritas, transiere. Quid si ipsas quoque sanctorũ diuitias temporales, vmbra fuisse dixerimus futurorũ? In figura siquidem eis omnia legimus cõtigisse. Denique quidni terrenas palã diuitias possideret sancti, & perfecti viri, cũ sola adhuc terrena palam promitterentur à Deo? Sicut enim sacrificijs illis, sic & diuitijs, carnalibus adhuc populis dispensatio diuina morem gerebat, nimirũ vt tamquam paruuli paulatim à gentiliũ secederent ritu, eadem, quæ gẽtes demonijs, domino immolantes, eademq; & illi, sed à domino, non à demonijs expectantes. Vbi sane celestis promissio sonuit, spiritualia iam necesse est spiritualibus comparari & mutari sacrificiũ spe mutata. Nouerant hæc quicumq; vel eo tpe fuere perfecti, sed ex caritate populo cohærebant, vt in manifesto quidem & agere eadẽ, & eadẽ querere viderentur. An forte violenta videretur extorsio, quod de vmbra dicimus & significatione? Olim alter super hæc scripserat in hunc modum. Nullus mihi opponat aurũ templi Iudæorũ. Tunc enim hoc fuit quãdo sanguis immolabatur, quod totũ figura fuit. Aurum ergo repudicemus cum ceteris superstitionibus Iudæorum, aut si aurũ placet, placeant & Iudæi. Postremo non multos legisse me recollo, aut non afflictos grauior, aut non grauior in ipsa seculi periculis prosperitate tentatos forte periculatores. Nimirũ longe aliud est alio alioquã multarũ diuisi fundo maris iter carpere, terrena licite possidendo, aliud ipsam quoque nouis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed temporis gratiã precogatiua hæc debebatur. Porro nouũ iter & noui typus itineris seruabatur. Antiquorũ sane patrum diebus, donec in aeris viderentur & conuersaretur inter homines Domi-

Proph. 30.6

Ecl. 1.6

Lob. 7.4

Zac. 5.6

Mat. 11.28

M

1. Co. 10.6

A

enim singula quæque genera hominum laboris aliquid, aliquid voluptatis. Sed advertere est prudentiam aliquorum, & mirari quemadmodum noui inter hæc artifices dissecrantes, & abinuenem sequestrantes ea, totum, quod delectat eorum & amplectitur, quod molestum est, fugiunt, & declinant. Cum militibus nempe superbiæ factus, amplam familiam, & nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas, & similia quæque frequentant, aliqui forte & dependentes à collo rubricatas murii pelles, ornatos thalamos, balnea, & molliem omnem, atque gloriam vestium à mulierculis nutuntur. Cautæ omnino lorice pondus, & infomes in castris noctes, incertaque discrimina præliorum, muliebrem quoque verecundiam, & disciplinam, aut si quid aliud sexus ille laboris habere cernitur, declinantes. Sudant agricolæ, putant & foediunt vitatores, & qui inter hæc torpēt ocio, accedente fructuum tempore innovari sibi hereda iubent, & promptuarie eorum plena, vitinam non præ illis, vitinam vel cum illis, viuunt tridico, bibunt vix sanguine meracissimum, parum est, impinguantur & dilatantur adipe frumentari. Herbarum viribus peregrinum mutantur vina saporem, & additur oleum camino. Sed considera & negociatores. Circumeunt mare & aridam, in labore corporis, & periculo vitæ peritura sibi diuitias congregantes. Dura sunt hæc, caueant prudentes nostras inducias interea capiant somnos, sic dicam in fratris lasciuia suis. Erat tamen inuenire in die festo graues, assis aureis, & argenteis ministrorum detentas, refertas varijs opibus manticas, pallas oueratas, & in seruijs tam multiplicibus, loculos, ut si mensas adhibueris, numerulosos putes. Quid fabros, aut cæmentarios, ceterosque cuiusmodi operarios necesse est numerare? Victum sibi multo labore quarunt, illi nradent delicijs, copijs affluunt, ociosi. An non merito tales Poeta substant, Nec cum forte suas reperit uentem olim Grex auium plumas, moueat corniculisum Furtruis nudata coloribus?

Magis autem magnus ille propheta & plus quâ propheta terribiliter increpat dicens, Genimina vipera summa, quæ demonstrauit vobis fugere à ventura ira. Vbi enim est poenitentiae fructus? Cum ceperint resurgere homines vniuersique in ordine suo, vbi putas generatio illa locabitur? Sed multes

forte diuerterint, exsufflabunt eos, quod minime secum laborem aut pericula tolerarent. Sic agricolæ, sic negociatores, & singuli quippe ordines hominum à suis eos similiter arcebunt finibus, vtpote qui in hominum labore non fuerint. Quid igitur restat, nisi vt quos omnis ordo repellit pariter & accusat, cum fortiantur loci vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat? An forte ad electionem clerici audeant aspirare? Magnus enim vere eorum locus in regno Dei, & bonum sibi, sed qui bene ministrauerint, gradum acquirunt.

Ceterum suus & ipsis nec modicus labor esse videtur, & dicebat, qui plus omnibus laborauit, Qui non laborat non manducet. 3. Thre. Et Petro dictum est, Simon Ioannis amas 3. c me? pascere oues meas. Idemque tertio repetitum. Tertio dictum, pascere, nec mulge, seu tonde, vel semel additum est. Speret ergo discipuli locum, gradum ministri, qui dominicum pascere & regem fatagat, quam tonde re. pascere vero tripliciter, exemplo conuersationis, verbo prædicationis, fructu orationis. Et pascere ad mandatum Christi, vt nemo sibi hunc sumat honorem, sed qui vocatus fuerit à Deo tamquam Aaron. Per eum nempe si quis introierit, saluabitur, & inueniet pascua. Si vero ascenderit aliunde, plane fur est, & latro.

Atque vitinam vel quærat iam inter dispensatores, vt fidelis quis inueniat.

Nemo tamen indignetur nobis, aut molestus accipiat, quæ dicuntur. Si sanctus est, & minime sibi conscius horum, congratulamur ei, doleat & ipse nobiscum in pluribus hæc inueniri. Nec enim reuelamus nunc occulta dedecoris, nec patientem fodimus, vt abominatio maior appareat, nullum ad-

huc de fornicatione fecimus verbum, quæritur & hæc in multis etiam, & multipliciter regnet, qui puritatis auctori impuro corde, & corpore ministrantes, non verentur stare Angelum domini, qui seceret medios, & disperdat, sed omnino audent agere in maculati sacras contingere carnes, & intingere in sanguine saluatoris manus nefarias, quibus paulo ante carnes, prohi dolor, meretricias atrectarunt, sic altaria circuire, sic frequentare Psalmos, cum & eiusmodi laus execrabilis, & oratio sit in peccatum. Sed nec eorum sacrilegia recensemus, qui diligent munera, sequuntur retributiones, vendunt sacramenta, iustitiam produunt, quo-

Horat.
li. 1. 117.

Luc. 3. 6

rum guttur necdum traxit ad laqueum, necdum praefocauit fauces verbum blasphemie, vox sacrilega, sermo nequam: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Videmus haec omnia, sed quodammodo non videntes, quippe quibus, nec flagellum est, nec ille comedens zelus. Manifesta loquimur, & quae vix aliqui erubescant. Postremo, & nos, in clero fuimus, liceat vel nostra scrutari. Videte vocationem vestram, ait vocatus Apostolus, Consideremus, & nos an vocati venerimus, & vocati a Deo, cuius nimirum haec vocatio est. Nec communem modo vocationem dixerim, qua sane iuxta eum-

Rom. 8. f. dem Apostolum, quos praedestinauit, hos & vocauit. Si quis vocauerit nos in honorem cleri, conuenire velim conscientias singulorum, vt secundum praecipitum domini ad cor Hierusalem loquar. Huic enim paruulo adhuc, aut forsitan necdum nato, Ecclesiastica iam beneficia prouida sane parentum sollicitudo parabatur.

Hunc nos, inquit, illi, vel illi tradamus episcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui fore seruimus, vt dicitur de bonis domini, nec in tot liberos nostra diuidatur haereditas. Illum praepositus, aut decanus vt sibi succederet, plus quam materno edocauit affectu, in delicijs enutrens, & delictis. Illo dignus archidiaconatu, vt pote filius principis, magis autem si sit episcopi confobritus, in quo nimirum tota est episcopata progenies. Alius vindique circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur, simulat, & dissimulat, miseraque sibi suffragia mendicare non erubescit, manibus, & pedibus repens, si quo modo tandem aliquando sese ingerere queat in patrimonium crucifixi, & bona domini, quae sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Nimirum pergere profectus est, sed in plenitudo forte, vt sua districtè repetat redditus. Quis ea intentione gradus ecclesiasticos, & ministeria sanctuarij quaerit, ino queritur (quam in omni tempore, quam quaerere ipse debuerat) vt sine curis saeculi, in sanctimonia cordis, & corporis illuminandus accedat ad dominum, & suam pariter, ac proximum operetur salutem orationis studio deductus, & verbo praedicationis? Nam si eos eo quaerit, aut tenet animo, eoque intuitu, vt huius vitae habeat necessaria, euangelizat, vt manducet, & peruerse nimis ordine, caelestibus terrena mercatur. Quam certi-

dignius ampliusque consentaneum rationi, vt pro carnali victu carnalia magis opera, & negocia exerceret, nec fieret inuictor rerum, aut inhonoraret ministerium spirituale? Sed modico est natura contenta, nec multi sola in his necessaria quaerunt, quippe minori facile fatijs obtinenda periculo. Honorati incedere volunt, placere student hominibus, delectari, & superbire, & huic saeculo per omnia conformari. Audi querelas domini, quid super hac tanta hominum temeritate loquatur patiens reductor, poenitentiam cupies, quam vindictam: Ipsi, inquit, regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & ego non vocauit eos. Vniuersos siquidem in ordinibus Ecclesiasticis, ceterisque ad sanctuarium pertinentibus honorem quaerentes proprium, aut diuitias, seu corporis voluptatem, postremo, quae sua sunt, non quae Iesu Christi: manifeste profus, & indubitanter, non ea, quae Deus est caritas, sed aliena à Deo, & quae omnium radix malorum, cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, imo quid insanitiae est? Vbi timor Dei, vbi mortis memoria, vbi gehennae, metus, & terribilis expectatio illa iudicij? Sponfa, nec cubiculum, nec cellam ingredi, nisi Rege introducente praesumit: tu irreuerenter intras, nec vocatus, nec introductus? Trahe me post te (ait illa) in odorem vnguentorum tuorum curremus. Nunc autem trahit sua quemque voluptas, & odorem temporis lucris sectans, quae tam aestimant pietatem, quorum certa est damnatio. Verum cuius reprehensibilis videatur ingressus, & intentio ista: nihil ne ultra timendum est? Timendum quidem, & maxime.

Neque enim quicumque spiritu coeperint, etiam spiritu consummantur, sed carne nonnulli. Denique & Saul princeps constitutus à Domino, & Iudas non ab alio electus in Apostolum memoratur. Nonne ego, inquit vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Vtinam in duodecim vnus hodie Petrus, vnus qui reliquerit omnia, vnus, qui loculis careat inueniatur. Vnus, inquit, ex vobis diabolus est. A duobus utique bolis diabolus dicitur: & Iudas non loculus, sed loculos habet. Vtinam sciperes miser, & intelligeres cum thesauro pecuniae thesauri irae pariter cumulati: vtinam nouissima prouideres animaduertes; facile per foramen acus transuros non diuitiarum cumulos, sed dilectorum.

Matth. 26. 6

1. Cor. 1.

Rom. 8.

Isa. 70. 4

Osea 8. 4

1. Ti. 6. b

Gal. 3. 4

K

1. Ti. 6. b

Gal. 3. 4

1. Reg. 9.

Ioan. 6. g

um. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium; quia nec auferre quid possumus. Sane argentum, & aurum non nihil est: sibi utrumque retinet mundus. Inexorabilem constituit inanis foramen angustum est: nihil ex omnibus asportare licebit. Nam peccatum, quonia nihil est, nulla potest foraminis angustia retineri. Solū hoc te sequitur quocumque ieris quacumque intraueris, pellem hanc non depones. Quæ autem parati insipientes: cuius erunt? Væ, væ, in domo Dei horrendum videmus.

Luc. 12.

L

Quid, nisi idololatras ministrantes? Mentior si non idolorum seruitus, auaritia est: si non quibusdam etiam venter suus, factus est Deus suus. Quod enim quisque præ ceteris colit, id sub Deum constituisse probatur. Quantos sane vidimus, qui diligunt munera: sequuntur retributionem? Quantos qui Christo domino non seruiunt, sed suo ventri? Quis putas est fidelis seruus, & prudens: quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore? Quis forte quam escam? Meus, inquit, cibus est: et faciam voluntatem patris mei. Nimirum vana in voluntate eius, qua quidem nec pasci ipse, nec alios pascere poterit, nisi fidelis sit & prudens, ut eam & intelligat & diligit, diligit autem fortiter, diligit & feruenter. Quando enim excusare ignoranti possit hominem, qui se magistrū infantium, doctorem insipientium profiteatur? Ignorans utique ignorabitur, imo & multos ignorare faciet, & ignorari. Quid enim periculi sit ubi non inuenit pastor pascua, ignorat dum itineris viam, vicarius nescit domini voluntatem, Ecclesia quotidie multipliciter, & miserabiliter experitur. Est enim ut sanctissima, sic & sacratissima res voluntas Dei, & occultum omnino consilium, de quo & apostolus gloriatur, puto, inquit, quod & ego consilium Dei habeam. Vnde & ipsa veritas: Nemo scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in ipso. Sic & quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei, qui in ipso est. Vtilis proinde lectio, & utilis eruditio est, sed multo magis vntio necessaria, quippe quæ sola docet de omnibus. Vnde autē scire videbitur, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta, quæ nec pessare, nec quærere, nec petere consuevit, qui donec alienarū curam susciperet animarum, numquam suæ gessisse curam, sed in vano curam

Cor. 3. 8

Phil. 3. 10

Matth. 24. 8

Ioan. 4. 8

Pf. 29. 8

1. Cor. 3. 8

3. 8

1. Cor. 7. 8

1. Cor. 2. 8

Ro. 12. 8

visus est accepisse? Atque utinam vel tunc curaret suam, ut meam quoque postea curaturum sperare liceret, & de suo prius oculo festucam eijceret, ut de meo videret eijcere trabem. Nam de his quidem, qui & ubi forte intelligunt domini voluntatem, negligunt tamen & quantum praualent aduersantur ei, qui dederunt manus morti, & cum inferno iniere fedus, ut odientes bonum, adhærentes malo, parati sint gratis cōsentire peccato, fouere malitiam, fauere iniquitati: quoniam odibiles Deo, & mundo execrabiles esse constat, melius est silere quam loqui. Sane nemo repente fit turpissimus, & vix aliquis in hunc affectum nequitia, nisi praua consuetudine pertransiuit. Sunt enim infirmi & tepidi amatores iustitiæ, quibus aut vigor, aut feruor deest, aut fortassis vterque, cum vterque sit summo opere necessarius, inter prospera quippe & aduersa versantur. Etenim vigoris esse dignoscitur nequaquam cedere tribulationi, sed pro iustitia persecutionem viriliter sustinere, sic feruori videtur attribuendum nullis capi voluntatibus, nullis illecebris enervari. Quæ quidem tum omni populo, tum maxime, & specialiter ducibus populū sunt necessaria, ne forte in perniciem omnium errare contingat. Quid enim refert qua occasione viam deserant veritatis: sed ducantur ignari: sequantur spontanei, compellantur inuiti, seu attrahantur illecti: quid interest dummodo eant in perditionem? Sic enim Eua prudentia: Adæ temperantia: Cain omnino iustitia: Petro defuit fortitudo. Quam quidem virtutis quadrifariæ perfectionem, & cathedram sanctitatis omnimodo exigit ministerium hoc, de quo loquimur: ut hac dote carens, frustra sibi tamquam per Christum introierit, blandiatur. Siquidem dicitur ignorantibus, si cæcus cæco ducatum præstet: nonne ambo in foueam cadunt? Et item. Sacerdotes non dixerunt, ubi est Dominus, & renentes legem nescierunt me. Ipsi propheta, & pastores abierunt in terram, quæ ignorauerunt. Dicitur & iniquus. Fur non venit, nisi ut mafctet, & perdat. Et illud: Dilexisti malitiam super benignitatem. Dicitur pusillanimitas Mercenarius & qui non est pastor, videt lupum venientem, & tugit. Dicitur ei quæ post concupiscentias suas vadit: Mors est posita secus introitū delectationis. Dicitur item: Omnes, quæ sua sunt, quaerunt, non quæ

Matth. 7. 8

A

Matth. 15. 6

Iere. 2. 6

10. 10. 6

Pf. 51. 6

10. 10. 6

Phil. 3. 8

quæ Iesu Christi. Verum hæc hæc hactenus. lam qui per Christum sibi in sortem ministerij huius introisse videtur, de cetero quemadmodum ei seruiat: quemadmodum ministri, quemadmodum pascat tripliciter, vt prædiximus, gregem domini, sollicita seculi examinatione discutiat. Indignus enim

B lacte, & lana conuincitur, si nõ pascit oues.

Si non vigilat in custodia gregis: iudicium

1. Reg. 4. sibi manducat, & vestit. Væ, væ tibi clerice:

2. mors in olla. Mors in ollis carniū:

Osea 4. b mors in huiusmodi delicijs est. Non modo

quia secus introitum delectationis posita esse cognoscitur, sed ob id maxime: quia populi cõstat esse peccata, quæ comedis.

Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas?

Cantando (vt aiunt) tibi prouenire videntur:

sed bonum erit magis fodere, aut etiã mendicare.

Peccata enim populi comedis, ac si propria tibi minus sufficere viderentur.

Solicitus esto tanquam redditurus rationem pro eis, genuis fundere, dignos agere poenitentia fructus.

Alioquin tibi ea noueris imputanda, quæ modo in eis delicias comedis, & paruipendisse, & distulisse, ut

Ps. 63. a tanquam nihil attinentia tibi. O iudiciorum

Lut. 23. Dei abyssus multa. O terribilis Deus in consilijs super filios hominum.

Frustrane incipient miser dicere montibus: Cadite super nos: & collibus, operite nos.

Venient venient ante tribunal Christi: audietur

populorũ querela grauis: accusatio dura: quorũ vixere suspendijs, nec dũpere peccata: quibus facti sunt duces ceci, fraudulenti mediatores.

Quid tibi insipiens delicia sapiant: quid diuine illæ cacos delectant oculos: quibus meritis tã graue iudicium: tam duræ temetipsum obligas rationi? Vniuersa siquidẽ vsq; ad quadratẽ nouissimũ existens.

Sed esto studiose quis & fructuose labore: dignus plane est operarius mercede sua: vt qui altario seruit, de altario viuat.

Vivat inquam, de altario, vt iuxta eundem Apostolum alimenta, & quibus tegatur habent, his cõtentus sit.

Tertium ei hoc periculum est: De altario, inquit, viuat: nõ superbia, non luxuriatur, denique nõ dicitur, nec cõtra sancti cuiusdã plane dignam omnĩ acceptione sententiam, ex de uicatu dicitur fiat.

Non sibi de bonis Ecclesiæ amplè palatia fabricet, mutans quadrata rotundas, nec loculos inde cõgreget, nec in vanitate, aut superfluitate dispergat, non extollat de facultatibus Ecclesiæ consanguineos suos,

aut neptes (ne filias dixerim) nuptui tradat.

Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegij crimen esse dignoscitur. Sane patrimonialia pauperum facultates Ecclesiarũ, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quid sibi ministri, & dispensatores, non utique domini, vel possessores, vltra victum accipiunt, & vestitum. Nec enim ordinauit Deus his, qui euangelio seruiunt, de euangelio querere, aut habere delicias, vel ornatum, sed viuere (ait Paulus) ex eo: vt videlicet sint contenti alimenta corporis, nõ irritamenta gula, zat incetia libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur accipere.

Sane qui non fideliter introiuit, neque per Christum, quidni infideliter agat, & contra Christum? Manifestam sine dubio faciet arborem fructus, radicem palmes, opus intentionem. Faciet ad quod venit, vt malet utique, & disperdat.

Quando utique altario seruiat qui eiusmodi est, seruiat autem in spiritu, & veritate? Tales nimiram pater adoratores querit.

Alioquin ministratio mortis est in iudicium, & condempnatione.

Aut quando poterit necessitas esse contentus, qui eo animo introiit, vt stipendia clerici in usus voluptatis, dissipatis, & vanitatibus congreget, seruet, expendat? Triplex ergo funiculus, qui difficile rumpitur, hominem miserum in perniciem trahit, qui impure intrat, indigne ministrat, sed & ipso fructu abutitur temporalis.

Quid enim in hoc mudo flores, & prosperatur in vana gloria? *Ps. 36. b* Arces velociter, cito decidet florulentæ, & *Ps. 35. a* vapores ad medicum parens. Paruit virgæ, *Ps. 22. b* quoniam inuocatur iniquitas eius ad odium utique, non ad iram.

Virgæ, inquit, illæ & baculus tuus, ipsæ me consolata sunt.

Et hæc consolatio est, quod is, qui virgæ cæditur, baculo sustentetur.

Aut certe portat pastor virgam, & baculum: illam omnibus, illum lupis, omnia autem propter electos.

Si quidem, & virgæ eos consolatur à stimulis conscientia, dum hoc modo sentit sibi peccata dimitti, dicente domino: Ego sum, ego sum in se, qui deleo iniquitates tuas.

Et *Isa. 3. d* baculus tuus ad tolerantiam virgæ, dum *Iero. 3. b* illius comparatione fit leuior. E contra *Eccl. 10. 16.* ro dicitur iniquitatis, Erons mulieris meretricis *Eccl. 10. 16.* est tibi, erubescere noluisse.

Et addit: Recessit zelus meus à te, vltra non in faciat tibi. Quæ enim diligit, arripuit, & flagellat omnem in suum, quem recipit.

1. Cor. 9. 29

b

1. Cor. 9. 29

D

Eccl. 10. 16

Ps. 36. b

Ps. 35. a

Ps. 22. b

D. Ti. 5.

1. Cor. 9.

b

1. Ti. 6.

b

C

Et Isa. 3. d

Iero. 3. b

Eccl. 10. 16.

e

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

Et Eccl. 10. 16.

H ad archidiaconatus euola, demum aspira ad episcopatum, ne ibi quidem requiem habiturus: quoniam sic itur ad astra. Quo progredieris miser? An vt ab altiori gradu sit casus grauior? Neque enim sic paulatim decides, sed tamquam fulgur in impetu vehementi,

Ps. 72. a quasi alter Sathanas subito deieceris. In labore hominum non sunt, inquit, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia peccatum diaboli: quo ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Hæc est, quæ non recipit disciplinam. Curari tenuit, medelam non sustinet. Vlcus pessimum, quod nec summis saltem digitis patitur attrahari. Huius, & ipse indignationem, vereor super his, & graue iudicium: Quidni timeam morfus, feralem insaniam, & animarum phrenesim non ignorans? Sed Domini sunt verba, quæ replico, & eadem ipsi quoque legunt, & intelligunt pariter, legem quippe scientes. In terra, inquit, sanctorum iniqua gefit, & non videbit gloriam Domini. Durus est hic sermo, & comminatio valde terribilis, non videbit gloriam Domini. Quid igitur cetera vidisse præstat? *Isa. 26. b* Misericordiam finis? Hanc ego misericordiam, nolo, procul fiat miseratio tam crudelis, ne veniat in eorum consortium anima mea. Quis enim vobis miseri demonstrat, agere a ventura ira? Quid præsentem tantopere fugitis iram, flagellum timetis, declinatis virgam? Et quidem in hac die vestra, quæ ad pacem vobis, sed si cognouissetis & vos. Mutatis, non esugitis poenitentiam. Nam malum impunitum esse non potest. Nō punitur hic propria voluntate, punietur alibi sine fine. Misera sane, & extremæ plena demerita commutatio, humanum declinare laborem, & paratum diabolo stridorem eligere sempiternum. Animaduertite siquidem, & videte, non hominibus, sed diabolo, & angelis eius ignem illum esse paratum. Ille enim hostis, & lupo, nos autem populus eius, & oves pacis eius. Ille securis, & malleus, nobis flagellum, & virga debetur. Illius iniquitas inuenta ad odium, suum habeat carcerem, vbi nulla redemptio, vnde nemini liceat respirare. Mihi sane, & labore tolerabilior carcer, & tempore breuior assignatur: vbi cum iratus fuerit dominus, misericordiam recorderetur, redemptionem suo mittens populo copiosam. Denique tempus mihi committitur. Mihi dicit donec, illi parat æternum. In sudore, inquit, vultus tui comedes

panem tuum donec in terram, de qua sumptus es, reuerteris. Pessimus ille angelus de terra sumptus non est, nec in terram aliquando rediturus. Propterea non habet donec, sed ignis ei paratur æternus. Numme igitur expedit, vt in sapientia huius sæculi, auctoris sæculi non vereamus iustitiam iudicium, & deludere velle se? In declinando videlicet laborem hominum, & sudorem, ac si nullo modo nos contingere videatur, quod Adæ dictum est, aut nō in eo sententiam labore exceperimus, in quo sine exceptione peccauimus omnes, aut non communis culpa nihilominus esse debeat poena cōmunis. Forte enim aliqui dicant. Quid peccamus? Bona est omnis creatura Dei, nostra licite possidemus, nostris vtinur facultatibus à

K
rapinis, & latrocinij abstinentes. Enimvero non pascetis in cruce cornos. Ego sane diuitem illum cuius saluator meminit in euangelio, in nullo horū audio accusari. In duebatur purpura, & bysso, quotidie epulabatur splendide. Si crudelitatis argueretur, substantiam mundi habens, & in fratre iuum egere, clausit videri. Quia ab eo quod hæc diuiti deest? Quod vobis videtis, & ipsi Lazaros, esurientes, nati a grotos, & plus de iumentis vestris, plus de eorum phaleris, quàm de istorum miserijs cogitatis? Sed ad tremendum Abrahamæ iudicium veniamus. Non enim Abrahamæ, sed Dei sententia est. Memento, inquit, fili, quod recipisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Vt utrumque est, non potest omnino negari. Fer sententiam, quia paucis expressa totius summa negocij est. Ille bona, & iste mala recepit. Quid modo? Nunc autem, inquit, hic consolatur, tu vero cruciaris. *Ibidem.*

Ibidem.
Expergiscimini ebrij, & stete. Terribilis enim Deus in iudicij super filios hominum. Hæcine cruciatuum causa tota, quod in hoc sæculo bona recepit? Ipsa plane. Neque enim ad hoc nos de paratissimo voluptatis animaduersio diuina eiecisse videtur, vt alterum sibi hic paradysum diuentionis humana pararet. Homo ad laborem natus si laborem refugit, nō facit ad quod natus est, ad quod venit in mundum. Quid respōdebit ei qui misit eum, qui instituit, vt laboraret? Memento, ait, quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Quid dicemus ad hæc? Si talis finis, & tale iudicium, vt extremi gaudij luctus occu-
L
per

pet, nāquid non preferenda sunt in hoc seculo mala bonis? Quippe, nec illa vera bona, nec illa vera mala esse manifestum. Verā potius sententia Salomonis: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum cōuiuij. Ceterum si illi cruciandi sunt, qui in vita sua bona reliquerint, & habentibus cōsolatione præsente, vā repositum est sēpiternum, cum in sup. m. inuenti sint aliqui de sapientia carnis scientes in omnibus, & per omnia reprobare malum, & eligere bonū, quāsi nam corū poterit esse finis, si secundum multitudinem cōsolationum suarum dolores apprehenderit animas miserorum? Consequens enim videtur, vt bona omnia, & omnem sæculi huius recipientes cōsolationem, nihilominus vniuersum vā, & vniuersi maneant cruciatus. Au vero, & illud æque ex eadem Abrahæ sententia coniiciendum videtur, eos qui contrario ducti spiritu, vitæ præsentis omnia bona respiciunt, & eligunt mala, omnia quoq; bona Domini, & omnem habituros cōsolationem. Forte enim hoc erat quod Petrus

Matth. 19. d.

audire voluit, cum tanta fiducia deus in tantaque misericordia conuenit, Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Nota admodum quæstio est quemadmodum Petrus cum nil fere ex omnibus habuisse sciaur, tam fiducialiter gloriatur sese omnia reliquisse. Vn de sanctorum quispiā, Multum, inquit, deseruit, qui voluntatem habendi dereliquit. Et pauca: A sequentibus tanta relicta sunt, quæ a non sequentibus desiderari poterunt.

August.

Fidelis sermo, sed forsitan clausus & ipse est. Numquid enim voluntas habendi tam multa complectitur, vt reliquisse illam, sit omnia deseruisse? Quis hominum omnia desiderare possit, nedū piscator ille, ille pauper, & medicus? Sed quid cuique sufficere possit, diligentiū vestigato, & facile est inuenire omnia desiderantem. Neque enim ponere est concupiscentiæ modum, donec videatur impetra, donec adepta sit, quibus valeat esse contenta. Ceterum, nec amator pecuniæ dicit aliquando, sufficit, nec libidinuosus satiabitur voluptate. Sic, & crudelis quisque semper sanguinē sitit, & ambitiosus, aut cupidus laudis humanæ, adeptis dignitatū titulis, seu fauoribus, nullum exinde capit omnino remediū, sed desiderio statuat ampliori. Minus autem inuenit requier

qui sibi placere cupit, & suis, id est quibusdam fatuis de semetipso testimonijs gloriatur dicens. Manus mea excelsa, putans sese aliquid esse, cum nihil sit. Vidi ego aliquando quinque viros, quid ni phreneticos arbitrer? Primus siquidem buccis tumentibus marinam masticabat arenam.

Deut. 32. d.

Secundus sulphureo astas lacui, exhalantem teterrimum, foetidissimumq; gestiebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accensæ, micantes scintillas hiatibus excipere faucibus latebatur. Quartus supra pinnaculum templi residens leuoris auræ spiritum aperto attrahebat ore. & si quominus influere videretur, sabbello sibi vetū ipse ciebat, ac si totū speraret aerem deglutire. Quintus seorsum postus ridebat ceteros, ipse quoque ridendus, & maxime. Proprias enim carnes incredibili quodam studio fugere laborat: nūc manus, nunc brachium, nunc alias partes applicans ori. Miseratus homines, causamque miseriam excutatus a singulis, vnam omnibus esse cepit, validissimam vtique famem. Tum verò macilentissimus eos, seorsum contemplantus, recordabar prophetæ gementis miserabiliter, & dicētis: Aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. Quid in vobis, inquit, profunt? Non sunt naturalis cibi, magis famem hæc prouocant quam extinguunt. Panis namq; animæ iustitia est, & soli beati, qui esuriunt illum, quoniam ipsi saturabuntur. Nimirum ad imaginem Dei facta anima rationalis, ceteris omnibus occupari potest, repleti omnino non potest. Capacem Dei, quidquid Deo minus est, non implebit. Inde est, quod naturali quidem desiderio summum quiuis probatur appetere bonum, nullam nisi adepto eo requiem habiturus.

Pf. 101. n.

Matth. 5. n.

Ceterum errant miseri non inuenientes viam: & vt scriptum est: Ambulant impij in circuitu, dum minora quæque bona querentes, illud semper desiderant, quod sibi vicinius necdum videntur, adepti. Atque vtinam, si fieri posset, cetera omnia obtinuisset vnus, eodemq; proculdubio, & ipsum quod sibi solum deesse videret summū vtique bonū desiderio quæsiturus, quo cetera quoq; semper expetit non adepta. Sed numerosa sunt hæc, & à ceteris quoque pariter requiruntur.

Pf. 11. b.

Quæ valet quisque trahit in partem, nec aliquis poterit hic circuitus peragrare. Vis peruenire?

B

venire? Incipe transilire. Alioquin propieris miser in desiderio terrenorum, & à summo bono eo longius inuenieris, quo te amplius dederis caducis rebus, & transitorijs appetendis. In circuitu siquidem ambulasti: & quod prope erat in corde, & in ore tuo, si corde crederes, & ore cõfitereris: ter-

Ps 119. d
Cant. 9. d

ga vertens declinas, & elõgaris ab eo. Hinc est, quod vociferatur dicens. Convertimini filij hominum. Et item; Reuertere reuertere, Sumamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te. Infructuosa siquidem via est & inambulabilis; facilisq; peruenies spretis omnibus, quam adeptis. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Dignum plane apostolica fide, & deuotione verbum. Iã reliquisti omnia iam dominum Petre secutus es; & nunc demum quid sis accepturus interrogas? Vere Simon, vere obediens in auditione auris sine pacti conuentione. Ad vnus enim iustionis vocem, Petrus, & Andreas, relictis omnibus secuti sunt redemptorem. Quod si homini carnali stultitia forte visetur, addiat: Quod dicitur sapientia est hominibus; & quoniam placuit Deo per stultitiam prædicationis saluare credentes, quippe cum mundus eum in sapientia minime cognouisset. Quantos enim munditia pientia maledicta supplantat, & cõceptum in eis extinguit spiritum, quem voluerat Dominus vehementer accedẽ? Noli, inquit, præcipitanter agere, diu considera, diligenter intueri. Magnum est, quod proponis, opus habens multa deliberatione. Experire quid possis, amicos consule, ne post factũ poenitere contingat. Hæc sapientia mundi terrena, animab; diabolica, inimica salutis, suffocatrix vitæ, mater tepiditatis, que solet Deo vomitum prouocare. Caue tibi ait. Vt quid enim? Cum à Deo verbum eleuon dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni consilij angelus, quid aliena consilia præstolaris? Quis enim fidelior quisve sapientior illo? Deduc me dominus & deducar fortior esto, & inualesec. Non ego quamã sint, qua oportet fieri cito. Ab ore putei gehennæ eripit, & inderis pesam, & retardabor, & cunctabor exte si forte interim fiat aliquid? Abscondi ignem in sinu meo; & exusto iam latere, iam nudatis visceribus, iam sane defluente, dicit mihi, & delibet. Num est, an expergiscar, an excutiam, an ad quam illum? Magnam omnino

est, quod offertur, sed eo vique libentius, & festinarius suscipiendum. & obuijs arripendum omnibus, cum sermore, & hilaritate Probez autem. Solum, qui de propria virtute præsumit. Non dico quidem omnino probata est. An os consulat, qui non legit. Inimici hominis domestici eius. Quid frequentat Euangeliũ, qui Euangelio nõ obedit? sane legimus promittentem cuidam sequi Dominum, sed de-

D
Mich. 7.

functionem patrem sepelire volenti, re-

b

sponsum ab eo, vt sineret mortuos sepelire mortuos suos. Alreni quoque tantum suis,

Mat. 8.

qui in domo erant, vale dicere cupient: nemo, inquit, mittens traanam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Sed quid audierat primus? Magister, ait, volo re-

c

sequi, quo cumque ieris. Cui respondit Do-

Luc. 9. g

minus: Vulpes, inquit, foueas habent, & vo-

Mat. 8.

lucres cælidum, filius autem hominis non habet, vbi caua sedant. Pudentiam carnalis in fouea vulpis, in nido volucris arguet cordis elationem: Est enim interdum videre nonnullos, qui relictis omnibus a seculo disponentes, cupunt offerre velint, nolunt diuidere, & in equalitate humana totos sese diuino committere nutui formidantes, sed reuocantes nescio quid

formidantes, sed reuocantes nescio quid termeti, vt totam massam corrumpat: quod in multis frequententer expertum est. Alius sine duce, & præceptore spirituale studium apprehendere facile cogitans, ambulat in magnis, & mirabilibus super se, vt vulo dicitur, saliens antequam videat. Pius antequam debeat. Pius cogitans suum iactans in domino, & in tantam sollicitudinem suam in eum præcipientis, certus quod illi foret cura de eo, reliquit omnia, secutus est dominum, ne interrogans quidem de premio, donec ex periculo diuitiũ, quod saluator prosequeretur, sumeret occasionem percundandi: Quid ergo ait nobis? Ait illi Iesus: Amen dico vobis. Verbum confirmationis præmittitur, magnum nõ d

c

Mat. 8.

Luc. 9. g

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 8.

Mat. 4.
d
1. Cor. 1.
d

C

Prouer.

E

Ma. 19.

d

10. 3. 0

G

G

G

G

G

G

G

• pertinere, forte, & altera regeneratione opus esse videtur: nec solum deo, sed & tertio hominem nasci necesse est. Felix ergo homo, & miserabilis meus, cui non vna sufficit, curam, sed est necessaria regeneratio. Nimirum ex tempore, & aia constitutus, cecidi totus simul, nihil totus omnino resurgere non possum. An lignum non est, vt ea, quæ videtur potior, priorq; portio, repararetur? At ipsam sanæ animam esse nemo sanæ mentis ignorat. Prior ergo reficiatur, quæ prior corruit: præsertim quod ab eius culpa alterius poena prodierit, & ipsius corruptio corporeæ quoque fuerit causa corruptionis. Hinc est quod a animabus primum saluator aduenit, tollere vtiq; peccata mundi, non molestias carnis. Quod sane manifestus docuit in seipso, poenis omnibus corpus exponens, animam autem immunem prorsus custodiens à peccato. Non sic hodie filij hominum non sic, sed animæ curam negligunt, curam autem carnis perficiunt in conspectu. Non quæ in peccare metuntur, sed putant salutem cordis opera corporis, & valetudinem corporis, imo etiam voluptati. De schola Hæreticis, & Epicuri didicerunt hæc. Nequid est, nisi Christus discipulis horum quippiam tradidit, sed tunc inquit me, quia mitis sum, & humilis corde. Filij hominum, vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mercedem? Tempus hoc animabus non corporibus est acceptum. dies salutis, vtiq; non voluptatis. Omnes autem poenas habent, animabus nunquam operam dant. Nihil est. Nam in carne quæ flemmat, solum existit, & metet corruptionem. At nemo, inquit, carnem suam odio habuit. Verum est: Sed zelum habens absque scientia dū prodesse festinat, inuenitur obesse. Cum enim iudicium carnis ex anima pendat, carni nihil potest vtilius quam sanas animæ prouideri, vt videlicet in tempore sit respectus carnis, & sociæ passionis, felicitatis quoque contentum mereatur. Vnde Apostolus, inquit: saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Requiesce in hac spe caro misera, qui propter animam venit, pro te quoque venturus est: qui reformabit illa, tui quoque non obliuiscatur inuenire. Regeneretur interim anima, & iniqua ergentia, & prædestinata à domino, conformabitur imagini filij eius in sanctitudinem corporis

humilitate. Ipsius enim merito te quoque noueris aliquando regenerandam & conformandam corpori eius in gloria, & claritate. in regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos, &c. Consequimini, ait, quem sequimini: vt cum ipse sederit, & vos pariter sedetis. Quando enim ille resedit in mundo, quando substitit, quando reclinauit caput? Exultauit ad currendam viam, benefacendo pertransiit quippe, nec nidum, nec foueam, nec locum habens in diuersorio, donec opere tandem quod suscepit consummato, sedendi præceptum mereretur accipere, & diceret Dominus Domino meo, sede a dextris meis. Inspiciens tu qui præsidere eligis quæ cõsedere, quærens in itinere diuerticula. Ille ministrare venit, non ministrari: tu supra magistrum, & Domino maior, imò nec discipulus, profecto nec seruus, recumbere iam festinas. Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum confertes manus: de ianua montibus, transiit colles, & amat ad currendam viam, me post te, & cetera. vnguentorum tuorum curiemus. Alioquin quando eum remorando, tepescendo, pausando consequi speras? Exultant ad currendam viam. Hilarem sine dubio, & iugam secutores em. Nec tunc ad brauium peruenisti, necdum apprehendisti metam. Grandis adhuc rostat via: non siliere gradum, noli in medio itinere residere. In sudore, inquit, vultus tui comedes panem tuum, donec in terram, de qua sumptus es, reuertaris. Ex tunc sane tempus erit requiei, nimirum quando acquisitus ipse dicit vt requiescas a laboribus tuis. Necdum tamen erit consummata pax, necdum perfecta quies, denique, necdum festio plena. In regeneratione inquit, si sederit huius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos. Felix regeneratio. Quando enim renouatur ad festionem, miser homo natus ad laborem? O si vniquam seculo totus, seuus modo ne minima quidem portio sedet, in quo nil tranquillum, nihil quietum, seculum nihil, nihil vniquam in eodẽ permanens statum. Sedebitis, & vos. O festio: Quis mihi tribuat vt dignis exprimam verbis, quod de festione hac carnis affectatione concipio? Imo quis tribuat mihi festionis huius imperio tributa tui requie, quæ desidero, quam cupio, quam requiro? Ecce enim dixi, nil in me sedet, sed carnis in motu sunt, omnia mutant, fluctuant, & inuersa. Perstremo

Ma. 11. d
Ps. 4. a

Eccl. 3. a
Gal. 6. b
Eph. 5. f

Phi. 3. d

Ps. 18. a
Ab. 10. f

Gal. 1. a

Ps. 13. a

Gen. 3. d

H

Perstremo

stremo ubi concupiscit adhuc caro aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem: quid nā hominis sedere videtur? Nec sola iam concupiscētia pacem impedit, turbat sessionem, vetat esse sedatū: sed duplex quoque secundum corpus miserum hominē contritio veniat: præsentis videlicet sensus doloris, & mortis metus futura. Nimirum cū, & passibile sit, & mortale: duplex nihilominus animam agitare sollicitudo videtur: spei vtique & timoris. Inter hæc nempe fluctuant iugiter, donec peccati corpus inhabitat, ascendens vsque ad caelos, & iterū vsque ad abyssos descendens: tabescens in malis, & ad bona nihilominus inardescens. Erit autem cū luteum hoc egrediens domiciliū, a timore quidem penites liberabitur, sed necdum ab expectatione. Ex tunc enim iam nouerit timor in finibus nostris, sed in spe singulariter cōstituti psallemus singuli mente, & spiritu quod prælibauerat quodāmodo qui dicebat: Conuertere aīa mea in requiem tuā: quia dominus benefecit tibi, quia respiciuit in mē mea de morte, & abiecit meos a lacrimis, pedes meos a lapsu. Ceterum in expectatione idem ipse sic ait: Me expectant iusti: donec retribuas mihi. Nec modo numerum fratrum vt compleatur, sed & ipsum corpus vt sua regeneratione restituatur, expectant.

Ps. 114. b

Ps. 114. b

Apo. 6. c

1. Cor. 15. f

Ro. 6. b

Ap. 21. b

K

ne securū, alieq; m, & immune ab omni concupiscētia, p̄mū gloria, configuratum denique claritate corporis Christi. Sedebit, & anima sicut nūc in terra, sic nec cupiscētia, nimirum plena beatitudinis, & secura plenitudine fruens, nullā cogitationū fluctus, nullos tentationū conflictus, nullos affectionum sententiarum motus: sed æternæ illi incommutabilitati prorsus immersa, & sic ad hærens Deo vt vnus iam spiritus sit facta cum eo. Sed quando hæc, aut quibus hæc erunt? Vos, inquit, qui secuti estis me, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis, & vos. Iam quidem sedet filius hominis in sede maiestatis: siquidem ascendens in celum sedet à dextris Dei. Sed cum sederit dictum est, hoc est cum apparuerit sedēs sicut apostolus ait: Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc, & vos apparebitis cum illo in gloria. An magis audebimus dicere, & ipsum adhuc stare quodāmodo, vt pote cuius necdum sedes cōsummata videtur, necdum pedibus suis scabello super quod à patre promissum est, sed illi plenitudini quippiam deservit, quæ in terra bra caput expectet. Audet, inquit, necitari, qui meruit intueri. Ecce, inquit, Stephanus, video

Col. 3. a

Heb. 9. a

& factum hominis stantem à dextris virtutū Dei. Paulus quoque sic scribit: Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Ceterum in regeneratione corporum sedebit in sede maiestatis, qui pro animarū regeneratione contumeliosus supplicio crucis, interrogatus contumelijs pariter, & tormentis, nec modo durissima morte, sed & turpissima condemnatus. Quoniam enim obediēs Patri factus est vsque ad mortem, mortem autem crucis propter hoc exaltauit illū, & donauit illi nomen quod est super omne nomē, in nomine Iesu omne genu flectatur. Hæc autem dixerim fratres, vt noueritis quæ sunt duo latera scalæ, quæ volentibus seque Dominū proponuntur ascendenda, quæ bases eorum, quæ capita, quæ uide gradus, quorum summum rati Deus innixus est. Oportet nos siquidē domare carnem, calcare mundum, vt voluptatem corporis declinantes, caueamus nihilominus seculi vanitatem. Hæc nimirum abominaciones Aegyptiorū, quas immolamus Domino Deo nostro. Et totū quod à via vitæ, & disciplina deterreret filios huius sæculi, quod exerceat interimi seruos Dei, in his

Phil. 2. b

Exo. 3. f

his duobus est, quæ sub vno versu propheta commendat. Vide, inquit, humilitatem meam, & laborem meum. Hæc ergo sint latera frax, vilitas, & asperitas, quibus deinceps intendunt virtutis, & gratiæ gradus firmiter inserantur. Ut enim videre homines mundanam gloriam contemnerent, fauorē calcantes populi, in desiderantes humanum diem, sed non adeo in tolerantia molestiæ corporalis, non adeo reijcientes mollia, non adeo carnis illecebras superantes. Quid istos dixerim nisi latus alterum non tenere? Porro vni tantum lateri innitentis periculosus nimis ascensus, & proximus est ruina. Quod si periclitatur qui circa carnem videtur plus quam oporteat infirmari, licet mundi respuat gloriam, nec contumelijs moueatur: profecto longe horribilius est periculum, & multo magis inexcusabile, si quis forte licet castigans viriliter corpus, & non parcens eius afflictioni, inueniatur tamen minus resistens gloriæ desiderio, minus patiens iniuriarū, minus putat solidam humilitatis habens, minus immunus a vanitate. Quid vult infelix homo his nugis, & calamitatibus, cum hoc fatetur vanitate ista, quæ nec animæ, nec corpori prodest? Quid irritaris, quid inflammaris ad vana, quod nec carnem vulnerat, nec inquinat mentem? Nihil sic alienum à natura tua, nil tam contrarium rationi. Neque enim dicere potes, quid tibi cum eibus, & vestibus, aut frigiditate, vel esurire quid noueris? cum vniuersa persona nec anima non huic mundo, sed corpori, longe tuis carnem possit odisse quam mundum, quippe quæ huic multum debeat, ille nihil. Quod quidem dixerim non ut voluptas proinde excusetur, sed ut vanitas, & impuritas ante omnia fugiatur. Sanè ubi stabilitatis, & firmitatis in corde tuo, aspectus corporalis abstinentiæ, & laboris amplecti, & omni vtilitate, & extremitate contentus, bona sunt latera securus iam inire gradus exercitij spiritualis, ut totum quod mundo, & carni subtrahis, studio pietatis impendas: oblitus, quæ retro sunt, & extētus in anteriora, ut ascensionibus dispositis, de virtute proficias in virtutem, ut videre Deum deorum in Sion merearis. Et primum quidem per descensum

de deserto delicijs affluēs, inhius super dilectum, ductus de claritate in claritate, tanquam à domini spiritu, illo utique qui scrutatur etiam alta Dei. Nec paucos in his gradus inuenies gratiæ multiformis. Verum hæc spiritualia sunt, & spiritualibus utique comparanda. Nunc vero ad intandos potius sermo dirigatur, cuius tota intentio est reuocare ad cor præuaticatores. Ceterum habent proficientes editum olim de duodecim gradib. humilitatis ex sermonis occasione libellū, quos videlicet gradus ille iustorum omnium spiritu plenus in regula sua tradidit vere per omnia Benedictus. Ille, n. spiritualem nobis erexit scalam, cuius utiq; summitas celos tangit. In eius glorioso transitu euidenti legimus miraculo commendatum, beato Papa Gregorio sic scribente: Inter discipulorum manus imbecilla membra sustentans, erectis in caelum manibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Quia scilicet die duob. fratrib. vni longius solito, alteri autem in cella commorante reuelato vniu. atq; indissimilis visionis apparuit.

Viderunt namque quia strata pallijs, & innumeris corusca lampadibus via recta, orientis tramite ab eius cella in caelum vltima tendebatur. Cui venerando habitu via desuper clarus assistens, cuius esset via, quæ scernerent, inquisiuit. Illi vero se nescire professi sunt. Quibus ille ait: Hæc est via, qua dilectus domini caeli Benedictus ascendit. Quæ est enim via ab eius cella progrediens, nisi ordo, quem idem vis beatus intulit, & forma vitæ, quæ ab eo sumpsit exordium? Qua nimirum via domini dilectus ascendit, quia non potuit vir sanctus aliter docere quam vidit. Et hæc quidem eorum, vel maxima fiducia est, qui ipsius vtrumque vident inhaerere vestigijs, ipsius præceptorum præuiumque sequuntur. Neque venire aliquatenus in dubium potest, quin omnino facer sit modus conuulsationis, & quina magis inspiratione atque consilio, quam humana prudentia, vel adinventione formatus, quo nimirum tantam in vita gratiam sanctitatis, tantam post obitū gloriam felicitatis idem vere Benedictus obtinuit. Sed hæc hæc enus, ne quis forte (quod non sit semper à cordibus nostris) derogare nos potius eis, qui sibi vniu. prout cuiq; visum est religiose viuendi formare modos, quam alios consolari, & animare vo-

Phil. 3. e
 Ps. 83. b
 Cant. 8. b

uisse causetur. Eam tamen, quam videmus in Ecclesijs hodie formã cleri (ne infortunem dixerim vitam) a quo sanctorũ habuerint, quis vniquã vel in nouo, vel in veteri testamento sic vixerit, sic viuere docuerit homines, vtinam ipsi sese interrogent singuli, nec conscientias super hæc conuenire proprias dissimulent. Quantos enim videmus sectatores viarum, quæ videntur quidem hominibus bonæ, sed in profundum finis earum inferni descendit? Quantos ascensores scaltæ non cuius summitas cælos tagit, sed quæ illi omnino contraria est, habens latera concupiscentiam carnis, & concupiscentiã oculorum, gradus vero superbiam vitæ, quæ ex mundo sunt, non ex parte? At eius sanè quàm vobis comedare volumus scalę gradus, & latera ex patre vtique sunt, non ex

Pro. 14.
b

ad Ti. 2.
d

Mat. 3.
d

D

mundo, qui nimirum innixus apparuit. Sobriè, ait apostolus, & piè, & iustè viuamus in hoc sæculo. Sobrietas voluptatem carnis impugnat, iustitia sæculi vanitatem, cum videlicet cuique reddens suod suum, & adulantem deplorat, & copatur. Denique, ait, imitator, cum Baptista manibus celsum illum verticem inclinaret, Sic, inquit, decet nos, ut imitemus omnem iustitiam, solam nimirum humilitatem iustitiam reputas. Exhibeatur ergo sobrietas nobis iustitia proximo, pietas Deo. Pietas enim cultus Dei est. Sanè vt voluptas, & vanitas elationem cordis fouere noscuntur, sic sobrietas, & iustitia pietatem, vt inter hæc latera de fide in fidem spe mediane proficiens supereminentiam aliquando teneat caritatis. Innititur hæc latera basibus, quas supposuit artifex sapientia, duobus forsità lignis crucis. Vbi enim ille mulctatur morte, cruce turpatur: quis suorum delicias, seu gloriam sustinere queat, nedũ audeat querere? Flagellatus, Christus, & sputis illitus, baiulatus sibi crucem, & ludibrio factus in foria veste, arundinico sceptro, corona spinea, foditur clauis, annumeratur sceleratis, in ligno extenditur, etiam mortuus vulneratur, & hæc intuens qui dicitur Christidulus, proprijs nihilominus voluptatibus indulgere, & florere vere in sæculo nullatenus erubescit?

1. Jo. 3. a

Ceterum si omnis, qui se dicit in Christo manerẽ, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, multo magis qui pro eo manere se dicit, qui pro eo legatione fungitur, qui ei ministrat, si eum non sequitur, inexcusabilis est. Sane nisi abnegauerit semetipsum, & tulerit crucem suam, sequi eum omnino non potest. Quid verò, crucem tollere est, nisi labores complecti, & humilitatem? Sicut scriptum est, Elegit bicus, vt in domo Dei. Sed forsasse minus, vt hinc firmiter stabilita hæc videantur, si tantum fuerint subnixta basibus, non tam desuper coherentia capitelles. Quæ est quod minime suis cõtentus exemplis saluator etiam præmia repromittit, vt quem forte non prouocari inuitatio præcedentis, trahat vel desiderium retributionis: & si quis voluptuosus est, illum sitia torrentem voluptatis, si gloria cupidus, asperet ad illam celsitudinẽ iudiciaræ potestatis. Sedebitis, ait, & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israhel. Ac si dicat, pro confusione vestra duplici, & rubore pars vestra laudabitur. Propterea enim in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna in Christo.

In exilio vobis afflictio duplex, humilitatis vtique, & laboris. Sed consolamini, quia non deficiet, quoniam vos in terra, & in vniuersa viuentium, & vos nihil minus remuneratio, & sublimitas, & delectationis. In vniuersis enim quæ imperturbata sunt in iudicio dignitatis eminentia commendatur. Quis verò secularis honor, & cogitari potest, qui non profusus in vniuersa sublimitatis comparatione velleat? Non vniuersi siquidem ciuitatis, aut populi, seu regionis vnius, sed vniuersi iudices habent præsidere cum Christo, nec solum homines, sed & ipsos angelos iudicabunt, qui parentem ad modicum vaporem præsentis gloriæ dedignant, & exultantes, improprium Christi vnueris præserunt titulis dignitatum. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum. Diffiniam est consilium, quod non euacuabitur. Propositum immutabile perseverat. Denique iurauit dominus, & non poenitebit eum. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sedet filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes. Quid gloriosius? Iudicent nunc & præiudicent superbie filij, cum rege suo sedeant, qui sibi latera aquilonis elegit, exaltetur, & leuentur sicut cædri Libani. Transiuimus & ecce hinc erunt. Opprimant nunc quos possunt, blasphemet, cõgreget maledicta, veniat super

Ma. 19.

Pf. 109.

E

Ma. 19.

d

Isa. 61.

c

per nos opprobria exprobrantium Christo, quoniam merces nostra copiosa est in caelis. Gloriamque ab inuicem habent. Vbiq; vanam & mendacem; quam vani filij hominum mendaces sunt hominum. Gloriam enim que à se ipso Deo est nolunt, veram utique & inalterabilem. Quoniam ipse est veritas & ipse est qui est. Felix profusus ambitio; quam ambire magna non sinit, quarens de modico crescere, & de maximo minui. Amans eam, cathedras primas, quae velut grossi ficum velociter sunt casurae. Sunt enim grossi primae quaedam ficus profusus inuites, solam habentes speciem ficuum, non saporem: nec tam fructus, quam futurorum quaedam praesidia fructuum: quas & decidere necesse est, vt eis alia humano vsui apta succedant. Vnde sponsa in Cantico canticorum, Hyems transiit, imber abiit, & exsiccabit. Et post pauca: Ficus, inquit, protulit grossos suos: quod videlicet persecutione cessante, in elyia facta sit Ecclesia, posita in superbia saeculorum. Quam sane tubi & ceteram excellentiam & dignitatem congrue inueniunt. Et inuocat, vt futura in uimoneat quam praesentia cogitare: Quae enim videntur, temporalia sunt: quae non videntur aeterna. Cuius inuocatio, qui in cathedras amant, ne contingat carere recandis, & qui primos nunc recubitus eligunt, incipiant cum labore locum tenere nouissimum. Sedebitis, inquit, super sedes diuicias, iudicantes duodecim tribus Israel. Nam ficus enim, non utique grossi. Has nimirum sedes praerudat, qui de superbia inuitate auerget. Illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David. Illic plane non hic. Quomodo enim sedent, quas hic videntur sedes, quae toties nutant, toties titubant, toties subuertuntur? Nimirum ergo grossi ficum sunt, quos tenuis aura deiecit, & dispendit. Ceterum quid si hi vult, quod duodecim tribus Israel iudicatos fore promittit, in quibus etiam iniquus ipse cognoscitur iudicandus? An quia notus tantum adhuc in Iudaea Deus, vniuersitatem fidelium appellacione duodecim tribuum voluit designari, & quasi solas designat iudicandas, propter illum: Qui non credit, iam iudicatus est? Hac enim est perfectorum gloria singulariaria, inter ipsos et eminere fideles, & ceteris quoque saeculis praeminere auctoritate iudicaria potestatis, vt iuxta illud de Matino, recedant a terra

domum David. Quid istud miserie est, quod ad verbum tanta promissionis, negligentia humana dormitat? Popule meus, ait dominus, quod tibi debui facere, & non feci? Quod cause est, quod inimico meo, vestroque libet seruire quam mihi? Neque enim ille creauit vos, sed nec pascit quidem, aut tempora vestra ipse disponit. Si parua haec videntur ingratis: non ille, sed ego redemi vos. Sed quo precio? Non utique corruptiuius auro, & argento, non sole, vel luna, non saltem aliquo angelorum, sed proprio vos cruore redemi.

Ceterum si neque tam multiplici iure debitum à vobis elicere est famulatum, omissis omnibus mecum saltem ex diurno decario conuenite, Nihil vobis ille nocuerit, nihil ipse videat profuisse: ei obtemperate qui plura vobis, & potiora pollicetur, apud quem, certior, copiosiorque remuneratio est, vt illud quoque benignissima miseratione dissimulem, quod bonorum vestrorum non parum vobis tantummodo velim esse cultum, ne praesentia suscipere decesserit, & offero dona gratiae, futuris gloria muneribus eadem coronanda promittens. Quid ad hac conscientia humana respondet? Cum improperari ceperint haec in ore iudicij, quomodo miseri sunt inebant? Quis excitationis poterunt habere de peccatore? Nihil quid tunc dicere incipiet, Modo ecce modo, sine paululum? Sic enim nunc dissimulant infelices, & modo, non habet modum, & sine paululum, in longum vadit. Bonus est, inquit, Deus, qui in proximo iuuat. Magna quidem diuina promissio, sed longa valde diuatio, & molesta expectatio est. Terrenas deserere sortes, & necdum obtinere caelestem, astrictio intolerabilis, & inconsolabilis dolor.

Quid accelerare necesse est, vt miseria prolongetur? Misera profusus, & seductoria cogitatio. Noua siquidem haec quarela est, nec prolixiore in vita filij hominis haec tenus iustabantur. Breues dies hominis sunt, doleat conscientia stimulante, & penitentia, & conuersione, vel inuis à spiritu, vel foris commoueantur ab homine. Ex tunc sane nouit incipitur iudicium longioris vitae, differentia mortis oritur fiducia noua: Sed esto, multa tibi annorum curricula restant, adolescens es usque ad senectutem victurus, & senium: quid necesse habes amittere tempus, & perdere tanta lucra? Nihil pretiosius tempo

re, sed heu, nihil hodie vilius aestimatur. Transeunt dies salutis, & nemo recogitat: nemo sibi non reditura momenta periisse causatur. An putas de hoc biennij tantum aut triennij opus ab omnipotente posse recompensari? Sic abbreviata est manus Domini, vt centum annorum non possit remunerare laborem? Sede, computa quid diebus singulis acquirere valeas, certus equidem apud Deum nullum omnino bonum irremuneratum fore: & sicut non capillum de corpore sic nec momentum de tempore periturum. Quid illud sapientis consilium ingeram. Ne tardes conuerti ad Dominum? Nescis quid superuentura pariat dies. Quid in saniam causer de futuro tam temerarie presumentis, quasi vera tempora, & momenta Pater in tua, & non magis in sua posuerit potestate, vel voluntate? Postremo quid de incerto sine, & quid de certa breuitate laboris, retributionis aeternitate loquar? Nouit dominus signetum nostrum. Confultu pusillanimitati nostrae, & obuios cogitationi, anxietate obigit, praue trepidationem. Sequitur enim: Qui reliquerit patrem, aut matrem, aut domum, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Quid vltra dicentis filij hominum, quando, & in hoc medio tanta vobis promissa sunt, vt dormiatis inter medios clericos, de quibus paulo ante causabamini: & excentes a forte terrena amplior statim excipiat consolatio, qua non modo patienter, sed etiam gratulanter expectetis sortem sanctorum in regeneratione promissam? Siquidem & expectatio iustorum letitia est. Centuplum, inquit, accipiet, & vitam aeternam possidebit. Habetis filij Adam promissionem vitae eius, qua nunc est, pariter, & futura, vt obstruatur omne os loquentium iniqua, & confundantur omnes iniqua agentes superuacue. An non superuacue pentus agit iniqua, qui non modo fructuosius sed etiam iucundius, non modo salubrius sed etiam suauis Deo poterat seruire quam mundo? Et attende, quod Petro quidem dominus tantum de futuro respondit. Neque enim super his, quae expenebatur praesentialiter, hasitare poterat, aut opus habebat interrogare. Denique non quid nobis est dixit, sed quid erit. An vero quis dubitat intransiens in temporis centupli promissione? Manifeste id quidem ipsa verborum conse-

quentia probat, vbi centuplum accepturi, & possessuri duntaxat vitam aeternam. Ceterum ne quid in mano impudenti remaneat obstinationi locus, mitto vos ad euangelium secundum Marcum, vbi promissio eadem descripta manifestis auenitur. Ait enim dominus: Nemo est, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut agros, aut domum propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc. Atque vt vehementius adhaeretur carnalis anima non percipiens quae sunt spiritus Dei, sed stultitiam reputans, addit signanter, cum persecutionibus. Forte enim cum audisset in tempore hoc centuplum promitti, coniectabatur etiam de temporalibus exhiberi: sed praeripit hunc intellectum nomen additum persecutionis. Quid enim terrena est consolationis, quod non facile terrena persecutio tollat? Quid terrenum inter persecutiones sancti martyres acceperunt, quando, & ipsa quoque beatorum corporum terra data est in manus hominum impiorum? Interim, & vnde, namque centuplum sunt accepturi, dum modo sit centuplum, dum valeat centupliciter, centupliciter placeat, confoletur, deleat. Quae enim in ista aetate est quod cunctantur homines relinquere simpla pro centuplis? Vbi est cupidus, vbi est ambitiosus, vbi conquisitor huius saeculi? Quid ad fidele negotium, & nudinas quaestuosisimas auaritia intepuit, & obdormiuit humana? Qui id iudaeo negares de homo, qui in vultum accepisti nomen Domini nostri Iesu Christi? cui sacrilego dare quidem habes pro centuplo cunctareris? Sed execrabilis tibi est manus domini, vt nullam ab eo commutationem recipere, non ei in ratione dari, vel accepti communicare penitus acquiescas. An forte non ex odio, sed ex incredulitate, ex credulitate desides? Nam si mihi fateor credibilis est. Nemo enim perire magis optaret minima cuiusquam consolationis obtentu, quam in maxima exultatione saluari. Sed non est omnium fides, ne eorum quidem qui non minus tenus sunt fideles. Poteram sane multorum vobis exempla proponere, multos producere testes, qui id profecto sic credere, sic sentiunt, sic audierunt, sic experiuntur. Abundat huiusmodi testimonij, huiusmodi carbonibus desolatorijs, omnis natio regionis, & omnis lingua, vbi cum sanctorum congregatio

Ecc. 5. b

Mat. 19.

K

Mar. 10.

Ibidem.

M

gare est. Sed quando humanis credat experimentis, qui veritati non credidit promittenti? Illud ego vehementer arbitror admirandum, quod fideles magis in maximo quam in modico precamini. Non enim difficile est ei dare centuplum in presenti, qui daturus est vitam æternam in futuro. Qui daturus est, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, non modo centuplum dare potest? Sed quomodo inquit, possunt hæc fieri? Qua ratione accipit centuplum, qui nihil sibi relinquit ex omnibus? Nempe hoc est, quod paulo ante commemoravi: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem. Mira novitas, sed eius, qui noua omnia facit. Iugum tollens inuenit requiem, relinquens omnia centuplum habet. Nouerat hoc, & ille nimirum

Pf. 93. d homo secundum cor Dei, qui ei loquebatur in Psalmo: Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? An non fictus in præcepto labor: onus leue super iugum, crux inuncta? Huius. n. rei factum est, quod in dedicatione Ecclesiarum deponitur in pariete crucis. Sic et olim dicitur: Sic & olim quidam Abrahamæ dictum est: Tolli iugum tuum, quem diligis Isaac, & offeres tibi eum in holocaustum. labor victus est in præcepto. Oblatus siquidem Isaac, sacrificatus est, non maceratus. Et tu igitur si vocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi, vt offeras Isaac, tuum quodcumque est gaudiū immortale Deo (interpretatur. n. Isaac gaudium, seu ius) fideliter, & constanter obedire ne timeas. Nimirum etsi rem grande tibi dicit propheta, facere debes, & obtemperandum ei per omnia, etiam si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autē quidquid affectio propria indicet, securus esto, non Isaac, sed aries morietur, cui non peribit tibi latitudo, sed contumacia, cuius vtique cornua vespribus hærent, & sine punctioibus anxietatis esse non potest. Tentat enim te Dominus, Deus tuus, nec machabunt Isaac vt opinaris, tuens videt, sed eleuatus est vtique super ligna, vt in sublimi gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce Domini glorieris, per quem nimirum crucifixus, & ipse es, sed crucifixus mundo, nam ei viuus. Hæc nimirum conuersatio perfectorum, hæc sanctorum vita, hæc gratia spiritualis

Co. 22. a homo secundum cor Dei, qui ei loquebatur in Psalmo: Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? An non fictus in præcepto labor: onus leue super iugum, crux inuncta? Huius. n. rei factum est, quod in dedicatione Ecclesiarum deponitur in pariete crucis. Sic et olim dicitur: Sic & olim quidam Abrahamæ dictum est: Tolli iugum tuum, quem diligis Isaac, & offeres tibi eum in holocaustum. labor victus est in præcepto. Oblatus siquidem Isaac, sacrificatus est, non maceratus. Et tu igitur si vocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi, vt offeras Isaac, tuum quodcumque est gaudiū immortale Deo (interpretatur. n. Isaac gaudium, seu ius) fideliter, & constanter obedire ne timeas. Nimirum etsi rem grande tibi dicit propheta, facere debes, & obtemperandum ei per omnia, etiam si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autē quidquid affectio propria indicet, securus esto, non Isaac, sed aries morietur, cui non peribit tibi latitudo, sed contumacia, cuius vtique cornua vespribus hærent, & sine punctioibus anxietatis esse non potest. Tentat enim te Dominus, Deus tuus, nec machabunt Isaac vt opinaris, tuens videt, sed eleuatus est vtique super ligna, vt in sublimi gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce Domini glorieris, per quem nimirum crucifixus, & ipse es, sed crucifixus mundo, nam ei viuus. Hæc nimirum conuersatio perfectorum, hæc sanctorum vita, hæc gratia spiritualis

Cor. 5. Denique tamquam tristes, inquit, semper autem gaudentes, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes, tãquam morietes, & ecce viuimus. Qui videbant me foras, fugerunt à me, dicit & filia regis, ea vtique cuius gloria omnis ab intus est. Vnde & clamitat in Cantico canticorū, adolescentulas reuocans, quas exteriori sua in compositione deterritas videt: Nigra sum, sed formosa, sicut Hierusalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me cōsiderare, quod fusca sum, quia decolorauit me sol, ac si manifeste spiritualis quispiam dicat, teneras, & infirmas mentes exhortans: Quid laboriosa quæque, & humilia cōuersationis nostræ tam sedulæ numeratis? Saga cilicicia sunt, & pelles arietum rubricatæ, quibus interior ille splendor & interna tegitur gloria, vt illæsa à pulueris, & imbris iniuria cōseruetur. Nolite cōsiderare quod fusca sum, nolite pauere, nolite mirari. Neque enim tristitiæ, aut necessitatis est exterior iste neglectus, & nigredo foris, sed occulti splendoris, & exultationis interioris. Decolorauit inquit me sol, lux interior exterioris impatiens. Nimirum ignis est, & inania folia non adhaerent. Alioquin aut exuri solia, aut certe si prauauerint, ignem extingui necesse est. Quod quidem omnino cauendum apostolus docet, Spiritum inquit, nolite extinguere. Magis autem id Christus prohibet, volens eum vehementer accendi.

Cor. 5. Denique tamquam tristes, inquit, semper autem gaudentes, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes, tãquam morietes, & ecce viuimus. Qui videbant me foras, fugerunt à me, dicit & filia regis, ea vtique cuius gloria omnis ab intus est. Vnde & clamitat in Cantico canticorū, adolescentulas reuocans, quas exteriori sua in compositione deterritas videt: Nigra sum, sed formosa, sicut Hierusalem, sicut tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me cōsiderare, quod fusca sum, quia decolorauit me sol, ac si manifeste spiritualis quispiam dicat, teneras, & infirmas mentes exhortans: Quid laboriosa quæque, & humilia cōuersationis nostræ tam sedulæ numeratis? Saga cilicicia sunt, & pelles arietum rubricatæ, quibus interior ille splendor & interna tegitur gloria, vt illæsa à pulueris, & imbris iniuria cōseruetur. Nolite cōsiderare quod fusca sum, nolite pauere, nolite mirari. Neque enim tristitiæ, aut necessitatis est exterior iste neglectus, & nigredo foris, sed occulti splendoris, & exultationis interioris. Decolorauit inquit me sol, lux interior exterioris impatiens. Nimirum ignis est, & inania folia non adhaerent. Alioquin aut exuri solia, aut certe si prauauerint, ignem extingui necesse est. Quod quidem omnino cauendum apostolus docet, Spiritum inquit, nolite extinguere. Magis autem id Christus prohibet, volens eum vehementer accendi.

Igitur sponsa quidem nigra, sed formosa Apostoli tamquam tristes, semper autem gaudentes, ipsi Christo, si Iudaicis consideretur oculis, non erat species neque decor. Ecce contra sanè alios dealbatis vitæ comparat monumentis, foris quippe splēdidos, & nitentes, intus sordidos, & fetentes. Ambulant enim in stolis, & primas (vt dictum est) cathedras amant, gloriosi, honorati, & mani in oculis hominum, intus autem vbi Deus videt, pleni auaritia, inuidia, ambitione, superbia, luxuria fortasse nonnulli. Quando enim talibus detur pretiosum illud continentiae munus, nisi forte ad iudicium, & cōdemnationē, nequando pauent, & resuscitent, & conuertantur à studiis suis, sed obdormiscant in peccatis, & deterius pereant ex ipsa sua irreuerentia, & securitate? Sanè vt exercitij spiritualis, & curæ cordis indicium euidentis est cōtemptus exteriorum, sic eorumdē sollicitudo certum nihilominus signum mētis incultæ. Scriptum quippe est in desiderijs est omnis occulosus. Et item:

Igitur sponsa quidem nigra, sed formosa Apostoli tamquam tristes, semper autem gaudentes, ipsi Christo, si Iudaicis consideretur oculis, non erat species neque decor. Ecce contra sanè alios dealbatis vitæ comparat monumentis, foris quippe splēdidos, & nitentes, intus sordidos, & fetentes. Ambulant enim in stolis, & primas (vt dictum est) cathedras amant, gloriosi, honorati, & mani in oculis hominum, intus autem vbi Deus videt, pleni auaritia, inuidia, ambitione, superbia, luxuria fortasse nonnulli. Quando enim talibus detur pretiosum illud continentiae munus, nisi forte ad iudicium, & cōdemnationē, nequando pauent, & resuscitent, & conuertantur à studiis suis, sed obdormiscant in peccatis, & deterius pereant ex ipsa sua irreuerentia, & securitate? Sanè vt exercitij spiritualis, & curæ cordis indicium euidentis est cōtemptus exteriorum, sic eorumdē sollicitudo certum nihilominus signum mētis incultæ. Scriptum quippe est in desiderijs est omnis occulosus. Et item:

B
Pf. 30. d

Cant. 6.

2. Thes. 5. d

Luc. 12. f

Matt. 9. c
C

1. 1. 1.

De stercore boum lapidabitur piger.

Væ væ misero, dum stercoreatur, putatur ornari. Bos erat Paulus tritirans in alea Domini, & suam vtiq; agnoscens possessorem. Vnde & dicebat: Propter Christum omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercorea, vt Christum lucrificaci. Hæc amplectatur stercorea etiam si quondam nutritius fuerit in croceis. His lapidatur stercoreibus piger, qui Christum lucrificare negligens, corde vacuo, & deserto foras cogitur euagari. Siquidem famis necessitate iacob Patriarcha descendere legitur in Aegyptum & prodigus ille filius seruire porcis, esurire siliquas egestate coactus est.

LUC. 15. Sed quid dicit scriptura? Habenti dabitur, & abundabit, non habenti autem, & hoc ipsum, quod videtur habere, auferetur ab eo.

Matth. 13. b Arescet fornix, & decidet flos, ipsa quoque fenestra claudentur, vt nihil vltra terrenæ valeant consolationis haurire. Denique arguam te (ait Dominus) & statuam contra faciem tuam. Quid illud contra? Non erit, quid miseriam, quid dolorem quando dissipatis bonis, & dispersis in uerba ne dabitur surpinitudo, reuelabitur ignominia, fames apparabit, quando iam immortalis factus internus illi conscientia veritas, tota malignitate corroderet, sed non consumet animam infelicem, nec erit oïno dissimulatio nis locus, aut spes vlla cõsolationis? Quid enim causa est, quod ne modo quidem cõsciẽtiæ stimulos sustinere aliquatenus possunt, sed auertunt oculos cordis, & ad cõsolationes miserias conuertuntur, aut certe dissimulationibus aliquibus decipiunt semetipsos, & mentiur iniquitas sibi, nisi intolerabilis ille est cruciatus (licet adhuc blandiatur spes, & extenuet omnino dolorem) dum sibiipsis pro libitu tempora mēturantur, & omne, quod agunt, facile diluendam, deserendumque quod appetunt, temeraria presumptione promittunt? Sed & ipsa cõsuetudine & incuria stupidi, & insensati corde, tere nihil sentiunt, quia quidem omnia longius aberunt, vbi fiet quod scriptum est, Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quam te enim sibi vicinior, & naturali necessitudine charior anima carne sua est, tanto acrius doleat necesse est, & molestius ferat propriam, quàm corporis læsionem, vbi à stupore isto & insensibilitate fuerit excitata, sicut econtra bona propria, & delectas spirituales, internamq; ani-

mi voluptatem vbi contigerit experiri, eo vtiq; delectabilius amplectatur, iucundiusque fruatur. Mortet, quo propius, & expressius eam tangat, nec ceteris medicatur.

Nemo quippe eo modo iumentum, quo corporis sui refectione poterit delectari. Placet quidem, & illa, sed longe aliter, ita sapit, aliterque sentit. Quod si iumentum anima, corpus esse, & sensus, eadem vtiq; ratio tibi obseruanda est, & in ipsis. Noli ergo errare, noli seduci, vt non magis in spiritibus spiritum credas, quàm in corporalibus oblectari, Vel humanam consule ratione, si fides in te penitus obdormiuit.

Tres in carcere quondam fuisse legimus **Ge. 40. a** tres in cruce. Ioseph siquidem cum pincerna & pistore regis carcerali custodiæ man-

cipatus: Christus verus Ioseph cum scelera- tis duobus vtiq; reputatus est. Et illi quidem in carcere videre somnia, & audire interpretationem: isti in cruce verba locuti sunt, & vnus accepit promissionem. Priorum siquidem alter propinabat regi, & au- diuit: Resurrexeris in gradum pristinum. Al-

terius post tres dies, & resurrexeris, & mortis accepit. Ipsi quippe sunt Ioseph, quos pauit ille prodigus adolescens. Spurius siquidem & sceleratus, merito porco non, & aulica nomine designatur. Porro eorum, qui crucifixi sunt cum saluatore, alteri vtiq; contentum dictum est. Hodie mecum eris in paradiso, alteri quidem blasphemanti, non quidem à domino (neque enim tunc ille iudicabat quemquam) sed à socio responsum est. Ne- que tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Quid ergo putamus, quid duobus illis, quorum alteri dictum est, resurrexeris post tres dies, alteri, hodie mecum eris in paradiso, præter ipsam sane dilationem interim potuit esse molestum? Quid verò illum potuit delectare, cui dictum est, truncato capite post triduum suspendaris, auius esca futurus? Sanè in hoc positi sumus oēs, & nemo nisi in carcere, sine cruce interim nemo. Quippe vbi nec innocens inuenitur immunis, quando peccator æquiem sperat? Ceterum si quis volens sustinet dicens, nos quidem iuste mercedem habebit, sin autem inuitus, & blasphemans, & negas Deum factis, duplex ei cõtritio est. Si quis testimonium habet salutis, etiam, & caro eius quiescit in spe, & prophete farina in pumentum condita, atque dulcorata, vt in illa iam non mors, sed vita sit. Denique

LUC. 23.

LUC. 11.

LUC. 23.

4. Ro. 4.

Ibidem.

B

ncmp

nemo sanæ mentis amplius esse in vitijs
credat, quam in virtutibus delectationem,
præsertim cum sit Deus vitiorum, totius
verè iucunditatis fons, lætitiæ, & exultatio-
nis origo.

Neque enim carnalium mundo, aut mali-
gno principi, et Christo utique sperire, re-
gnare est. Audi hominem de propria vitij
experientia, perhibentem fidele testimo-
nium veritati: In via, inquit, testimonio-
rum tuorum delectatus sum: sicut in om-
nibus diuitijs. Quid erit, in patria, si tanta
est copia delectationis in via: Sic & aposto-
lus non in spe solum, sed etiam in tribula-
tionè docuit glorari. Ille quidem sic ait,

Pf. 118.

Ro. 1. a

Amicus huius sæculi, auctoris sæculi inimi-
cus. Ille quidem sic, ego forte non ita. Deli-
catus sum, horum peccator sum, nec subsiste-
re in tanto horum sine grava multa, nec ip-
sam gratia valeo promereri, quasi verò
gratia non sit grava, sed operum merces,
quæ si non omnes peccauerint, aut non om-
nes ceperant gratia Dei. Aestimans homo
quædam bonarum acceptio sic quid Deum,
& non omnia omnia relinquente.

prose consoletur. Noli esse incredulus, ac-
cipere vel verum, de cuius testimonio
nulli licet dubitare naeli. Et omnis, inquit,
qui reliquerit patrem, aut matrem, aut do-
mum, aut agrum propter nomen meum, cen-
tuplum accipiet. Neminem Christus excep-
tiet. Miseri igitur qui dicunt, pater nos,
qui excludunt semetipsos, & excipiunt à
beneficio generali. Numquam indignum se-
judicant multo magis vitæ æternæ, qui nec
ipsam quidem centuplum sperant. Sed qui
Deus verax est, qui promittit; homo utique
mendax est, qui dissidet. Et omnis qui reli-
querit patrem, aut matrem, aut domum,
aut agrum propter nomen meum, centu-
plum accipiet, & vitam æternam posside-
bit. Facile ego poteram contradictionem
sustinere linguarum, si id loquerer ex me-
ipso. Siquidem non percipit carnalis ho-
mo, quæ sunt spiritus Dei, sed stultitia illi
videntur. Nunc autem ipse id loquitur, cu-
ius verba etiam cælo, & terra transeuntibus
non transibunt. Sed audi mihi (ait homo, qui
perditionis fumit occasio, & ut vulgo
dicitur, fœlicam quarit, vnde sibi eruat o-
culum) audiui, inquit, de illo & illo qui re-
liquerant omnia, & ad voluntatem suam sunt
reuerfi. Quomodo illi acceperant centu-
plum? Exurge domine iudicia causam tuam,

& istorum nempe calumniam, & murmur
ipsorum, qui forte omnia relinquere vifi
sunt, & minime tamen centuplum accepe-
runt, non contra nos, sed contra te est, qui di-
xisti: Omnis, qui reliquerit patrem, &c. cen-
tuplum accipiet. Quid tamen dicimus? An
ex collegio discipulorum reprobari quis po-
test nisi loculos habens? Repertus enim loculi
non modo pecunie, sed propriæ voluntatis,
Scrutetur proinde vias suas, & studia sua,
qui promissam centupli gratiam sibi deesse
causatur: nec dubium quin inueniat angu-
lum diuersorium, reclinatoriumq; non qui-
dem filij hominis, sed aut foueam vulpis,
aut volucris nidum. Magis autem perfectus
obsecro, relinquat omnia, solum sequatur
Christum, iactans cogitatum suum in Deo,
enutriendus ab eo, & cætuplum sine dubio
percepturus. Neque enim potest loculi scri-
ptura, quæ tam certa veritate subnixa, om-
nibus id sine exceptione promittit. Nihil si-
bi retineat, nihil suis, ne modicum sermen-
tum totam massam corrumpat. Sunt enim
qui sibi retinet aliquid, dominicæ vocis obli-
ti, qui non sicut venit facere voluntatem,
& in ipsis quoque sanctorum collegijs pro-
prio, aut desiderio, aut fortasse consilio im-
portunus adherentes, sciolos sese facient,
ut sibi aliquid retinentes, quos penitus
abnegasse, & diuinæ prouidentie, ac obedi-
entiam patrum, consilio quoque spiritualium
virorum debuerant commississe. Sunt enim
qui propinquis retinent, & amicis, quod ab-
ijciunt a seipsis, pro eorum prosperitate
presentiani prouisi & seculari sollicitu-
dine æstantes. Crudeles plane, qui nequa-
quam proximos diligant tamquam se, & fide-
les, inquam, vel in se, vel in suos: imò: quod
verius est in vtrosque. Nemo ergo cum se
videt non omnia reliquisse, centuplum non
cepisse miretur. Pretiosa siquidem diui-
na consolatio est, nec omnino tribuitur ad-
mittentibus alienam. Infelix tu Esau, qui
dixisti: Num vnam tantum benedictionem f
habes pater? Quanto melius orat dicere
cum propheta: Vnam petij à domino, hanc
requiram? Indignus enim benedictione
cælesti conuincitur, qui dubio quærit af-
fectu, duplici petit intentione, aliud sibi
refugium parans, si forte eam non obtine-
re contingat. Maior est iniquitas mea (ait
fratricida primus:) quam vt veniam me-
rear. Quid ergo? renuat consolari animam
tua, si veniam non merear. Hoc solum de-

Marth. 19. c

1. Cor. 5. b

Gen. 27.

Pf. 26. b

Gen. 9. b

1. Cor.

2. d

Luc. 28. f

H

Abidom. plora, hoc solum plange. Aliud ne cogites quidem. Sed nunc, inquit Cain, omnis, qui inuenerit, occidet me. Graue scilicet damnum, grandis iactura si perimatur corpus, quandoquidem anima perijt. Sed occidendum sese causabatur infelix, tamquam pro magno beneficio habiturus si prohiberetur occidi. Quod & factum est. Consolationem miseram obtinuit, quam quærebat; & oblitus est consolationis maximæ, pro qua multo studiosius supplicare, & remedium quærere oportebat.

L An non idem & de Saule legitur? Vbi enim perstitit in sententia. Samuel sanctus, Nunc, inquit, honora me vel coram populo. Ad quid tibi hæc honoratio miser? Hæcine erat tota illa supplicatio, Peccaui, ora dominum pro me? Merito sanè non peperit, qui intuebatur cor. Falsa non poterat supplicatione moueri. Vix adhuc dixerat Dauid, peccaui, & responsum illi est, dominus transiit peccatum tuum à te. Sic nimirum, sic vsque hodie dilectissimi, cuius ad alias consolationes meas inhiat, & penitus in caducis, & transitorijs non reuinit consolatio, ipse sibi profecto celestis subtrahit gratiam consolationis. Quasi digna deuotione, pleno affectu desiderio vehementer petere, quærere, pulsare fatageret, sine dubio petens acciperet, querens inueniret, pulsanti aperiretur. Alioquin si forte (quod absit) pudendum illum apostasis saltum præsumperit, certum omnino sit testimonium veritatis accipientibus, aut numquam eum omnia reliquisse, aut ipsum quoque postea deseruisse centuplum, quod acceperit. Nonnulli siquidem cum spiritu cœperint, heu carne postea cōsummantur. Quod si insanum est centuplū nolle recipere, velle relinquere plus quam insanum fore censetur. An vero plāendus tibi videtur, qui abstractus, & illectus concupiscentia sua, spōte id deserit, libens abiicit, voluntarie derelinquit, & qui nutriebatur in croceis, amplexatur stercora? Non est vnde causetur, qui eiusmodi est, tamquam in eo videatur irritum verbum domini, aut euacuata promissio. Dum enim reliquit omnia, habuit sine dubio repromissam centupli benedictionem.

Gal. 3. a Sine causa contendit non ei magis quam Christo credimus, nec omnino acquiescimus mendacem eum facere, qui promissit. Centuplum, inquit, accipiet, & vitam eternā possidebit. Illud enim in via, hæc in pa-

tria est. Imo hæc patria, illud via. Illud consolatio præsentis laboris, hæc futura felicitatis consummatio est. Sic nimirum, & operarijs huiusmodi solet cibus in opere, merces in fine dari: sic militantibus, & stipendijs ministrantur pro necessitate laboris, & nouissime donatiū maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filijs Israhel donec terra promissionis inter deserto manna nō defuit. Et ab Ecclesiæ post quæsitum regni celestis aduentum, quotidianus panis petitur in oratione, quā ipse saluator, instituit. Habes hanc duplicem promissionem, & in Propheta euidenter expressam, vbi ait: Reddet Deus mercedem in laborum sanctorum suorū, & deducet illos in via mirabili. Ipsa est enim via testimoniorum domini, in qua propheta alius sicut in omnibus diuitijs delectatum se esse testatur: Vt quid ergo in incredulitate moriemini filij hominum? At forte adhuc sæcularis ad hæc quispian dicat: Ostende mihi centuplum quod promittis, & libens vniuersa relinquo. Vt quid ostendat, si uis enim non habet, si non humana ratio præterit meritum. An potius hominum accendit, quā veritati crederes promittit? Deficis scrutans scrutino. Nisi credens, non accipies. Manna abicoditum est, quod in Apocalypsi Ioannis victori promittitur. Nouum nomen est, quod nemo scit, nisi qui accipit. Videtur enim forte nonnullis præsentem sanctorum communionem facultatem pariter, & voluntatum hoc loco centupli nomine designari. Et magna quidem hæc ipsa consolatio, sed nō adeo generalis, ut possit vniuersaliter omnibus conuenire.

I Quantos enim sanctorum, aut voluntarie eam deseruisse, vt anachoretas, aut violentia persecutoris, vt martyres exilio relegatos, humana consolatione nouimus caruisse. Datum optimum est cētuplum hoc, defursum descendit à patre luminis. An non denique omnia possidet, cui omnia cooperantur in bonum? An non centuplum habet omnium, qui impletur Spiritu sancto, qui Christum habet in pectore? Nisi quo longe plus quàm cētuplum est visitatio patraletij spiritus, & præsentia Christi. Quam magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ domine, quæ abscondisti timētibus te, perfecisti eis, qui sperāt in te. Vides quomodo memoriam abundantia suauitatis huius eructet anima sancta, quomodo exprimere gesti-

Sep. 10.

Pf. 118.

Apo. 3. a

Pf. 30. c

stiens verba multiplicet? Quàm magna, inquit, multitudo. Hoc ergo centuplum adoptio filiorum est, libertas, & primitiæ spiritus, delitiæ caritatis, gloria conscientiæ, regnum Dei, quod intra nos est, non vtique esca, vel potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Gaudium sane non modo in spe gloriæ, sed etiam in tribulationibus. Hic est igitur, quem voluit Christus vehementer accendi. Hæc virtus ex alto, quæ Andream fecit amplecti crucem, Laurentium videre carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Hæc illa pax, quam suis reliquit Christus, quando dedit & suam. Siquidem donum, & pax est electis Dei, pax vtique præsentis, & donum futuræ. Illa superat omnem sensum, sed & huic quidquid sub sole placet, quidquid in mundo concupiscitur, non poterit comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus, quàm expertus nouit, in expertus ignorat, quoniam nemo scit nisi qui accipit.

Luc. 12.
f

Sap. 3. b

Apocal.
2. e

Nam hic filiorum nomen, quod concupiscentia vigilat vtinam vel curioſitate excutitur, vt dicant in orationibus suis, non videtur hoc verbum ad intentionem humanam, cui sic consonant vno ore testimonia scripturarum. Quod si ita est, sine dubio vehementer erramus. Probare libet an hæc ita se habeant gustare quid hoc absconditum manna sapiat, experiri quid sit hoc centuplum, quale gaudium in Spiritu sancto. Cras profecto respondebit ei iustitia sua, qui id studiose quaesierit. Confestim, vt gustauerit videbit quàm suavis est Dominus, quoniam bonus non modo teneti, sed & querenti se animæ speranti in se. Alioquin venite, & arguite me, dicit Dominus, si non omnis qui reliquerit patrem, & matrem, aut domum, aut agrum propter nomen meum, centuplum acceperit nunc in hoc tempore. Parum est, & vitam æternam possidebit. Verum si in præsentis commendatione centupli sermo deficit, & ex abundantia cordis angustia oris obstruitur, quid ni ad promissionem æternæ vitæ defectum proprium ipsa etiam cogitatio fateatur? Si id quod ex parte est non valeat eloqui nec expertus, quid in expertus de perfectione balbutire conetur? Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Pax enim est, quæ exuperat omnem sensum, pax super pacem, inefficiens exultatio, torrens volupta-

Gen. 3. e

Ibr. 3. c

B

tis diuinæ, flumen lætitiæ, gaudium plenum. Cogita quidquid vis, quidquid potes exopta, excedit cogitatum omnem, desiderium omne exuperat, illa felicitas, æternitas illa, beatus ducto illa. Ad quam nos sua miseratione perducit præueniens in benedictione dulcedinis, & indeficienter iterum tribuens promissam centupli gratiam, ad solatium vtique, & remedium laboris, huius ne deficiamus in via, vt de exhibitione præsentium munerum firma sit expectatio futurorum, qui venit, vt vitam habeamus, & abundantius habeamus, Iesus Christus Dominus noster.

F I N I S.

HACTENVS HABES amantissime lector opera à diuo nostro Bernardo composita. Nam nonnulla alia, quæ à longo iam tempore ei ascribuntur, sua non sunt, nec eius stylum; minusque spiritum redolent. Ne propterea opus præclarissimum, talium emulcatione obtinebretur, peritorum consilio resecimus, demptis, quæ sequuntur paucis.

INCIPIIT PRÆFATIO in epistolam, siue tractatum de vita solitaria, ad fratres de monte Dei.



CHARRISSIMIS fratribus, & dominis N. priori, & ceteris, sabbatum deditatum. Pene impudenter, & plusquam decebat os meum patet ad vos charissimi fratres in Christo; non possum tacere, Deus scit. Ignoscite, quia cor meum dilatatum est. Dilatamini, & vos, obsecro, in visceribus vestris, & capite nos; quia totus vester sum, in eo in cuius visceribus inuicem cupimus vos. Ideo ex quo recessi à vobis, vsque nunc qualemcumque laborem meum quotidianum statui dedicare non vobis, qui non indigetis, sed fratri Stephano, & socijs eius fratribus iunioribus, & nouitijs venientibus ad vos, quorum doctor Deus solus est, vt habeant, & legant si forte ibi aliquid inuenerint utile sibi ad solatium solitudinis sue, & sancti propo-


D

propositis incrementum. Offero quod possum, bonam voluntatem. Ipsam à vobis peto cum fratribus suis. David saltado placuit Deo, non propter salum, sed propter affectum. Similiter & mulier, quæ vixit pedes Domini, laudata est à Christo, non quia vixit, sed quia amavit. & quia quod habuit hoc fecit, in eo iustificata est. Deinde vobis etiam arbitratus sum, dedicadū aliud quoddam opusculum, quod in consolatione sua, & in adiutorium fidei facere me compulit fratrum quorumdam plus anxiam quam periculosa necessitas, quorum tristitia plurima mihi solet parere gaudium, nisi quod eos contristatos videre non possum. Præ magnitudine quippe non solum fidei, sed etiam amoris, exosum adeo habent quidquid videtur esse contra fidem, ut si vel ad modicum, seu ex spiritu blasphemia, seu ex ipso sensu carnis fuerint super hoc attentati, vel pulsati, quasi ex solo auditu, vel attractu laetam omnino in semetipsis æstimate cōscientie pietatem, vel puritatem, & miserabiliter desistant semetipsum quasi reprobos circa fidem. Quibus & contingit à fratribus tenebris ad purioris vitæ exercitia venientibus, quod contingere solet repente prodeuntibus ad lucem à diutinis tenebris, ut sicut in illis lux ipsa, quæ cætera videnda sunt, pando irruens, in hinc oculis sit non videtur, sic & isti ad primum fidei lumen cæcantes, nec insolites novæ lucis radios possunt sustinere, donec ipso lucis amore affuescant.

Explicit Præfatio.

INCIPIT EPISTOLA

ad fratres de Monte Dei.



Ratibus de monte Dei orientale lumen, & antiquū illum in religione Aegyptium seruorem tenebris occiduis, & Gallicanis frigidibus inferentibus, vitæ scilicet solitariae exemplar, & caelestis formam conuersationis. Occurre, & concurre in gaudio sancti spiritus animæ meæ, & risu cordis in seruore pietatis, & in omni obsequio deuotæ voluntatis. Quid est? etiam pulari, & gaudere in Domino

oportet, quia Christianæ deuotionis, ac religionis speciosissima portio, quæ caelos propinquius tangere videbatur, mortua erat, & reuixit: perierat de mundo, & inuentus est. Auditus auris audieramus, nec credebamus, legebamus in libris, & mirabamur de antiqua vitæ solitariae gloria, & magna in ea gratia Dei: cum subito inuenimus eam in campis syluæ, in monte Dei, in monte pingui. Vbi iam pinguescunt speciosa deserti, & exultatione colleges accinguntur. Ibi enim etiam per vos offert se omnibus, & in vobis se demonstrat, & ignota hactenus innotescit in paucis simplicibus, ipso eam vobis ingerente, qui in paucis simplicibus totum olim sibi mundum subiecit ipso mundo misante. Licet enim magna, & diuina plane fuerint miracula, quæ Dominus gessit in terra, hoc tamen vnum super omnia alia enituit, & cetera cuncta illustrauit, quod sicut dictum est, in paucis simplicibus totum mundum, & omnem sapientiam eius altitudinem sibi subiugauit. Quod enim nunc cogitauerat in vobis, paterina, quoniam benedixit, & est ante te, Ah! nonnulli enim hinc à sapientibus, & prudentibus huius mundi, & reuelasti ea secretis. Noli ergo timere pusillus grex, ait Dominus, sed omnino confidite, quia complacuit Deo Patri dare vobis regnum. Videte fratres mei, videte vocationem vestram. Vbi sapiens inter vos? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius sæculi? Nam etsi sunt aliqui sapientes inter vos, per simplices tamen sapientes aggregauit, qui reges olim, & philosophos mundi huius per pisces sibi subiecit. Sinite ergo, sinite sapientes huius sæculi de spiritu huius mundi tumentes, alta sapientes, & terram inigentes, sapienter descendere in infernum. Vos autem dum dicitur peccatori fons, sicut cepit, sitis facti propter Deum, per stultum Dei, quæ sapientius est omnibus hominibus, Christo duce humilem apprehendite disciplinam ascendendi in calum: Vestra namque simplicitas iam multos prouocat ad emulationem. Vestra sufficientissima, & altissima puritas, iam multorum confundit cupiditatem. Vestrum secretum, iam eorum regum, quæ in multum faciunt, vel facere videntur, pluribus inuenti horrorem. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera misericordiae, im-

piete gaudium nō meum tantummodo, sed omnium diligentium nomen Dei, ut in varietate vestitus deaurati de puro sapientie Dei Regiæ assistentis à dextris ipsi, vestra studio, vestra instantia, ad Dei gloriam, & magnam coronam vedetam. Et gaudium quantum bonorum, hoc sanctæ nouitatis instauratur ornamentum. Nouitatem vero dico propter linguas nequam (à quarum contradictione abscondat vos Deus in abscondito faciei suæ) hominum impiorum, qui cum manifesta lumen veritatis non nubilate non queunt, de solo nouitatis nomine caullantur, veteres ipsi, & in veteri mente uescientes noua meditari, vres veteres nō capientes vinum nouum, quod sicut infundere cur, rumpentur. Sed hæc nouitas, non est nouella vanitas. Res enim est antiquæ religionis, perfectæ fundata in Christo pietatis, antiqua hereditas Ecclesiæ Dei, à tempore prophetarum præmonstrata, iamque nouæ gratiæ sole exortio in Ioanne Baptista inaugurata, & in nouat, ab ipso domino familiarissime celebrata, ab eius discipulis ipso præsentate concupita, cum transiit in gloriam cum vidissent qui cum eo in monte sancto erant, continuo Petrus in eo quidem abreptus sibi, & nesciens quid diceret, quia visa Dei maiestate commune bonum intra priuatum suū visus est conclusisse, in eo autem præsentissimus sibi, & scientissimus quod diceret, quia suauitate eius gustata optimū sibi iudicant in hoc tempore esse, vitam hanc in contubernio Dei, & cum supernorum quos cum eos videret, concupiscit, dicens:

Math.
3. a

H Domine bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Helix vnum. In quo si auditus fuisset, factus proculdubio erat postmodum alia tria, tibi vnum, Iacobo vnum, & Ioanni vnum. Post passionem vero dominicam adhuc in cordibus fidelium effusi eius sanguinis eccenti memoria, solitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem spiritus sectantibus, & in spiritualibus exercitijs, & in contemplatione Dei pingue oculum altero in alteram zelantibus, deserta repleta sunt. Ex quibus legitur Paulum, Macarium, Antonium, Arsenium, & alios quam plures in sanctæ huius conuersationis republica cōsulares viros, egregia nomina in ciuitate Dei, nobiles, & triumphales titulos habentes de victoria huius sæculi, & principis huius mundi, & corporis sui, de cultu

Math.
37. a

animi, & domini Dei sui. Sileant ergo, qui in tenebris de luce iudicantes, vos arguunt nouitatis ex abundantia malæ voluntatis, ipsi potius arguendi vetustatis, & vanitatis. Sed & laudatores, & detractores semper estis habituri, sicut & Dominus laudatores præterite, & bonum, quod in vobis amat, hoc in eis amate. Detractores dissimulate, & pro eis orate. Et obliui, quæ retro sunt, prætermittis scandalis, quæ iuxta iter vobis à dextris, & à sinistris posita sunt, in anteriora vestra vos extendite. Si enim ad singula volueritis, vel laudatoribus respondere, vel cum detractoribus litigare, tempus perditis, cuius in proposito sancti non leuis est iactura. A terris enim ad celos festinantem qui moratur, etiam non detinet, plurimum tamen nocet. Nolite ergo negligere, nolite tardate, grandis enim vobis restat via.

Altissima enim est professio vestra. Celos transiit, par Angelis est, angelicæ similis puritati. Nō enim solum vouistis omnem sanctitatem, sed omnem sanctitatis perfectionem, & omnis consummationis finem. Non est vestrum circa communia præcepta languere, neque hoc solum attendere quid præcipiat Deus, sed quid velit, probantes, quæ sit voluntas Dei bona, & benepolens, & perfecta. Aliorum est enim Deo seruire, vestrum adherere. Aliorum est Deum credere, sci- re, amare, reuereri: vestrum est sapere, intelligere, cognoscere, frui. Magnum est hoc, arduum est hoc. Sed omnipotēs, & bonus est Deus, qui in vobis est pius promissor, fidelis redditur, & indefessus adiutor, qui magno eius amore magna profitentibus, & in fide, & spe gratiæ eius maiora viribus suis aggredientibus, & voluntatem, & desiderium suggerit in idipsum, & qui voluntatis gratiam perrogauit, subrogabit etiā virtutem ad prouentum. Cui cum fideliter fecerit homo quod potuerit, calumniante calumniatore ipse misericorditer pauperi suo iudicium faciet, quia quod habuit hoc fecit. Absit tamen fratres, à conscientia vestra estimatione, à paritate, & humilitate vestra, ab ore vestro omnis altitudo, quia altū sapere mors est, & facile est in alto se contuere obstupescere, & de vita periclitari. Nomen aliud vestra professioni imponite, altū vitulum ordini vestro inscribite. Feras vos potius indomitas, & incaucas bestias (quæ aliter cōmuni hominū more domari nō po-

cerunt) existimate, & appellate, longe supra vos virtutem eorum suspicientes, & admirantes gloriā, qui ambidextri fortissimi (sicut dicitur Ahod ille iudex fortissimus Israel, qui vtraque manu utebatur pro dextera) & quādiu licet, deuotissime intus vacare amant caritati contemplandæ veritatis, & cum necessitas vocat, vel officium trahit, promptissime se foras mutant, non dant, pro veritate adimplendæ caritatis. Caue etiam serue Dei, caue ne quoscumque imitari non vis, damnare videaris. Volo hoc facias in ægritudine tua, quod cum sanissimus esset, faciebat qui dicebat: Venit Iesus Christus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Neque enim hoc dicebat Paulus mentendi præcipitatione, sed æstimandi affectione. Qui enim perfecte examinando semetipsum intelligit, suo peccato nullius peccatum par esse existimat, quod non sicut suum intelligat. Nolo ergo vt nusquā arbitraris lucere solem communem die nisi in cella tua, nusquam esse serenum nisi penes te, nusquam operari gratiam diei nisi in conscientia tua. An solitariorum Deus tantum?

Iud. 3. c.
1. Ti. 1. d.
L Imo & omnium. Misereatur. n. omnium Deus, & nihil odit eorum, quæ fecit. Malo te cogitare vbique esse serenum nisi penes te, & peius de te, quā de aliquo existimare. Cū timore potius, & tremore vestram ipsorum salutem opera mini. Nec quales sint alij, sed quales ex vobis fiant (quātum in vobis est) cogitare, non solummodo qui modo sunt, sed & qui post futuri sunt, quos in proposito sancto estis habiuri imitatores. Ex vobis enim, ex vestro exemplo, & vestra auctoritate in regione hanc pedere habet tota posteritas huius vestri ordinis sancti. Vos in eo patres, vos in eo institutores cū debita imitationis reuerentia appellabimini à successoribus vestris. Quidquid à vobis statutum, quidquid vobis tenentibus & seruantibus in consuetudinē fuerit missum, absque omni retractatione à posteris vestris tenendum erit, & seruandum, nec fas erit aliquo immutari. Sic enim de vobis erit apud eos, sicut de incommutabilibus legibus summæ & æternæ veritatis est apud nos, quos seruari omnibus expedit & serre, non autem licet alicui diiudicare. Deo autem gratias quia nec indignum vobis erit, nec inutile posteris, si fortiter & vos tenueritis, & ipsi in vobis fideliter imitentur quod interim tenentur.

Et si quid adhuc aliter sapere oportuerit, & hoc Deus vobis reuelabit. Saluat enim per omnia Carthusia debita sanctitate, & cū omni laude prædicanda reuerentia, multa in alpinis illis horridis, & continuis frigidibus necessaria sunt, quæ frugalem sufficientiam, & voluntariam paupertatem sectantibus in his dumtaxat regionibus non adeo necessaria videntur. Intelligit quæ dico, dabit enim vobis dominus intellectū. Gaudet enim in vobis, & licet absens corpore, sed præsens spiritu, & videns ordinē vestrū, sed feruorem spiritus, sed abundantiam pacis, sed gratiam simplicitatis, in proposito rigorem, in dilectione mutua ipsam sancti spiritus suauitatem, & plenam omnino in conuersatione vestra formam pietatis. In recordatione montis Dei totus exultat, & primitias sancti spiritus, & pignus gratiæ in spe crescentis in eo religionis deuotus adoro. Nam & ipsum montis Dei nomen bonæ spei præfert omne, scilicet, quod sicut Psalmista dicit de monte Dei, habitatura sit in eo generatio quærentium dominum, quærentium faciem Dei Iacob: innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suā. Ipsa est enim professio vestra quærere Deum Iacob, non cōmuni hominum more, sed quærere faciem Dei, quā vidit Iacob qui dixit: Vidi Dominum faciem ad faciem, & salua facta est anima mea. Faciem Dei, hoc est cognitionē eius quærere. Facie ad faciem, quā vidit Iacob, de qua etiā dixit Apostolus. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum: & nunc videmus per speculū in ænigmate, tunc autem facie ad faciem vidimus eum sicuti est: hanc in hac vita semper quærere per innocentiam manuum, & munditiam cordis ipsa docet pietas: quæ sicut dicit Iob, cultus Dei est. Quam qui non habet, in vano accepit animam suam, hoc est, frustra viuunt, vel omnino non viuunt, dum non viuunt ea vita, propter quam, vt in ea viueret, accepit animam suā. Pietas enim hæc est iugis Dei memoria, continua intentionis actio ad intelligentiam eius, indefessa affectio in amorem eius, vt nullā vniquam inueniat seruum Dei, non dicam dies, sed hora, nisi vel in exercitij labore, & proficiendi studio, vel in experientiæ dulcedine, & fruendi gaudio. Hæc est pietas de qua Apostolus dilectum sibi discipulum admonet, dicens: Exerce te metipsum ad pietatem.

Nam corporalis exercitatio ad modum.

cum

eum utilis est. Pietas vero ad omne opus bonum est utilis, habens promissionem vite qua nunc est & futura. Pietas enim non solummodo formam, sed & veritatem in omnibus, & prae omnibus habitus vester re-

a. Ti. 4. a promittit, propositum vestrum requirit. Nam sicut apostolus dicit: Sunt aliqui formam quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Hanc quicumque vestrum non habet in conscientia, non exhibet in vita, non exercet in cella, non solitarius, sed solummodo dicens est. Nec cella ei cella, sed reclusio, & carcer est. Verè enim solus est, cum quo Deus non est: verè reclusus est, qui in Deo liber non est. Solitudo enim & reclusio sunt nomina miseriae. Cella autem nequaquam debet esse reclusio necessitatis, sed domicilium pacis, ostium clausum, non latebrae, sed secretum. Cum quo enim Deus est, nunquam minus solus est quam cum solus est.

Tunc enim liberè fruatur gaudio suo, tunc ipse suus est sibi, ad fruendum Deo in se, & se in Deo. Tunc in luce veritatis in sereno mundi cordis vitro patet sibi pura conscientia & liberè se infundit affecta de Deo memoria: & vel illuminatur intellectus, & bono suo fruatur affectus, vel seipsum deserit humanae fragilitatis defectus. Propter hoc secundum formam propositi vestri habitates in caelis potius quam in cellis, excluso à vobis toto saeculo, totos vos inclusistis cum Deo. Cella siquidem & cali habitatio cognatae sunt: quia sicut caelum, & cella ad invicem videtur aliquam habere cognationem nominis, sic & pietatis. A celando enim caelum & cella nomen habere videntur: & quod celatur in caelis, hoc & in cellis. Quod geritur in caelis, hoc & in cellis. Quidnam est hoc, vacare Deo, frui Deo. Quod cum secundum ordinem pietatis, & fideliter celebratur in cellis, audeo dicere, sancti angeli Dei cellas habent pro caelis, & aequè delectantur in cellis, ac in caelis.

C Nam cum in cella ingiter caelestia actantur, caelum cellae & sacramenti similitudine, & pietatis affectu, & similis operis effectu proximum efficitur: nec iam spiritui oranti, vel etiam à corpore exeunti, à cella in caelum longa, vel difficilis via inuenitur. A cella enim in caelum saepe ascenditur, vix autem unquam à cella in infernum descenditur, nisi sicut dicit Psalmista. Descendant in infernum viuentes, videlicet ne descendant morientes. Hoc enim modo saepe cel-

larum incolae in infernum descendunt. Sicut enim assidue contemplando reuiscere amant gaudia caelestia, ut aidentius ea appetant: sic & dolores inferni, ut horreant, & refugiant. Et hoc est quod imprecantur inimicis suis orantes, scilicet ut descendant in infernum viuentes. Moriens autem vix aut numquam aliquis à cella in infernum descendit: quia vix unquam aliquis nisi caelo praedestinatus, in ea usque ad mortem perfluit. Filium enim gratiae fructum ventris sui cella fouet, nutrit, amplectitur, & ad plenitudinem perfectionis perducit, & colloquio Dei dignum efficit, alienum vero vel suppositum abdicat à se citius, & proicit. Unde ait dominus ad Moysen: Solue calceamenta pedum tuorum. Locus enim, in quo stas, terra sancta est. Morticinium enim mortuorum affectionum, vel hominum mortuorum à corde, locus sanctus vel terra sancta nequaquam diu patitur. Cella terra sancta, & locus sanctus est, in qua dominus, & seruus eius saepe colloquuntur sicut vir ad amicum suum: In qua crebro fidelis anima verbo Dei coniungitur, sponsa sponso sociatur, terrenis caelestia, humanis diuina ununtur. Siquidem sicut templum sanctum Dei sic cella est serui Dei. Et in templo enim, & in cella diuina trahantur: sed crebrius in cella. In templo, visibiliter, & figuratiue aliquando Christianae pietatis sacramenta dispensantur: in cellis vero sicut in caelis ipsa veritate, ipso ordine etiam nondum ipsa puritatis maiestate, vel aeternitatis securitate, res ipsa omnium sacramentorum fidei nostrae assidue celebratur. Ideo sicut dictum est: alienus, qui non est filius cuius à se proicit quasi abortiuum, euomit tamquam inutilem ac noxium cibum, nec diu talem pati potest in visceribus suis officinae pietatis: venitque peccatoris, & asportat eum manus peccatoris, & mouet eum: & expulsus non potest stare, sed fugit miser nudus, & tremebundus sicut Cain à facie domini, expositus vitij, & damnationibus, ut qui prior inuenerit eum, morte animae eum afficiat, & occidat: vel si aliter. **Prouerb.** 19. d. quam diu durauerit in ea non virtutis costa. **Pf. 17. d.** si carcer, aut sicut iuuenti sepultura. Pestilente vero flagellato, sapiens sapientior erit & lauabit iustus manus suas in sanguine peccatoris. Sicut ergo dicit propheta: Si conuerteris Israel, ad me conuertere: hoc est perfectae conuersionis culmen apprehende. Nulli

Exo. 3. b

D

Pf. 5. a

causa

enim in eodē statu diu esse conceditur. Seru-
o Dei aut semper proficiendum, aut cessan-
ciendum est: aut sursum nititur, aut infe-
riora vrgetur. Ab omnibus autem vobis
perfectio exigitur, licet non vniformis. Sed
si incipis, in tepe perfectē. Si iam in profes-
tu es, & hoc ipsum iam perfectē age. Si au-
tem perfectionis aliquā attigisti: te ipsum
in te metipso metire, & dic cū apostolo: Non
quodd iam apprehederim, aut perfectus sim.
sequor autem si forte cōprehendam, in quo
& comprehensus sum. Vnum autem, quae
quidem retro sunt obliuiscens, & ad ea quae
sunt priora extendens me ipsum, ad destina-
tum prosequor bradium supernae vocatio-
nis in Christo Iesu. Deinde addit: Quo-
quot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. In
quo manifeste apostolo docente declaratur
quia perfecta corū quae retro sunt obliuio,
& perfecta in anteriora extēsis, ipsa est ho-
minis iusti in hac vita perfectio: & perfectio
status perfectionis ibi erit ubi erit bruij su-
pernae vocacionis perfecta apprehēsis. Hoc
aut modo sicut stella à stella distat in clari-
tate, sic cella à cella in conuersatione, felici-
tate in spiciendū, proficiendū, & perfectiorū. In-
spicientium status potest dici animalis, profi-
cientium rationalis, perfectiorū spiritualis.

Agnosendum est in aliquibus aliquādo
eis, qui adhuc sunt animales, in quibus igno-
sci non debet eis, qui iam habentur quali rati-
onales. Rursumque rationalibus in
quibusdam ignoscitur, in quibusdam non igno-
scitur spiritualibus, quorum perfecta omnia
esse debent, & imitatione, & laude potius
quam reprehensione digna. Et cum ex his
tribus hominum generibus constet omnis
status religionis, quae sicut proprijs nomi-
nibus distinguuntur, sic etiā dignoscuntur ex
suorū proprietate studiorum; debet omnes
sibi Dei in die, qui est, semper diligenter pro-
spicere quid desit sibi, vnde venerint, quo-
superque peruenerint, & in quo proficiēdi sta-
tus singulis diebus, vel horis sua se aestima-
tio deprehendat. Sunt etenim animales, qui
per se nec ratione aguntur, nec trahuntur
affectu: & tamen vel auctoritate permoti,
vel doctrina commoti, vel exemplo pro-
uocati approbant bonum vbi inueniunt, &
quasi caeci, sed ad manum tracti sequuntur.
hoc est imitantur. Sunt rationales, qui per
rationis iudicium, & naturalis scicntiae di-
scernitionem habent, & cognitionem boni, &
appetunt, sed nondum habent assensum.

Sunt perfecti, qui spiritu aguntur, qui à
Sancto spiritu plenius illuminantur. Et quo-
niam sapientis bonum, cuius trahuntur affe-
ctu, sapientes vocantur. Quia verò induit
eos Spiritus sanctus cuius affectu trahuntur,
sicut induit olim Gedeonem: sic Spiritus
sancti indumento, spirituales appellatur. Pri-
mus status circa corpus se habet. Secundus,
circa animum se exercet. Tertius, non nisi
in Deo requiem habet. Quorum singuli,
sicut habent certam proficiendi rationem
& in genere suo certā habent perfectionis
suae mensuram. Initium boni in conserua-
tione animalis, perfecta obedientia est. Pro-
fectus, subijcere corpus suum, & in seruitu-
tem redigere, Perfectio, vsus boni consuetu-
dinem vertisse in delectationem. Initium
verò rationalis est intelligere, quae in do-
ctrina fidei apponuntur ei. Perfectus, talia
præparare, qualia apponuntur. Perfectio,
cum in affectu mentis transit iudicium ratio-
nis. Perfectio vero hominis rationalis, ini-
tium est hominis spiritualis. Perfectus cum
reuelata se speculari gloria Dei, Perfectio
vero, transformari in eandem imagi-
nem à claritate in claritatem, sicut à domi-
ni spiritu. Primum igitur prosequendum
de primo, scilicet de animalis. Animalitas
est vita modis sensibus corporis seruicis,
scilicet cum a nimis, quasi extra se per sensus
corporis circa diuersa delectationes com-
perit affecta, eorum fruitione pascit, vel nu-
trit sensualitatem suam; seu cum intra se re-
grediens, & corpora, quibus forti guttino
amoris, & consuetudinis adhaesit, in locum
incorporea naturae secum ferre non præua-
lens, eorum illuc secum trahit imagines, &
amabilius ibi cum eis conuersatur, quibus
appetenda nil putat esse, nisi vel quale foris
reuenit, vel quale intus contraxit, inde quā-
diu erit, in eundem habet secum in delecta-
tione, & corporis viuere. Cum autem ab
eis auertitur, nescit nisi corporea imaginan-
do cogitare. Cum verò ad cogitanda spiri-
tualia vel diuina se erigit, non aliud de eis
quam de corporibus, vel de corporibus po-
test estimare. Hac auersa à Deo stultitia,
cum nimium intra semetipsum fuerit
ramissa, & tam bruta, vt regi, vel nolit, vel
non possit. Cum vero ipsa sibi per super-
biam exarsit nimium fuerit abrepta, sit
prudētia carnis, & ipsa sibi sapientia esse
videtur, cum stultitia sit, dicente apostolo:
Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.

H Porro ad Deum conuersa fit sancta simplicitas, hoc est eadem semper circa idē voluntas: sicut fuit in Iob, qui rectus est vir simplex, & rectus, ac timens Deum. Proprie enim simplicitas est perfecte ad Deum conuersa voluntas, vñā petens à Domino, hanc requiritens, non ambiens multiplicari in saeculo. Vel est simplicitas, in conuersatione vera humilitas, scilicet virtutis magis conscientiam amplectens, quam famam, cum non refugit vir simplex videri stultum in saeculo, vt sit sapiēs in Deo. Vel simplicitas est sola ad Deum conuersa voluntas, sed nondum ratione formata, vt amor sit, id est, formata voluntas: nondum illuminata, vt sit caritas, hoc est amoris iucunditas. Simplicitas ergo initium aliquod in seipsa habens creaturae Dei hoc est, voluntatē simplicē, & bonam, quasi funis boni hominis in formē materiam, in primordio conuersionis suae offert auctori suo eam formandam. Iam, n. cum bona voluntate habens initium sapientiae, id est timore dei, in seipso colligit, nec per se eam formam posse, nec quidquā tam expedire, sulto, quam seruire sapiēti. Itaque homini per propter Deum subijciens, ipsam ei bonam voluntatem committit in Deo formandam in sensu, & spiritu humili. Iam timore Dei incipiente operari in eo omnem virtutum plenitudinem, dum per iustitiam deserit maiori, per prudentiam refugit discernere se sibi, per temperantiam refugit discernere, per fortitudinem totum se obedientiae subijcit, non discernenda, sed adimplenda.

I Haec enim vxor est, cui à Domino praecipitur: Et ad virum tuum erit conuersio tua. Vir eius, ratio, vel spiritus est suus, vel alterius. Huic enim viro recte obedit vt simplex, & rectus in semetipso. Rectius autem sapere, ac tutius in altero, quam in semetipso. Ex precepto ergo Dei & ipso ordine naturae habere debet vxor a se ipsa animalitas ad spiritum suum, vel spiritualem aliquem virum conuersionem legitimam, hoc est obedientiam perfectam. Perfecta vero obedientia est in axime incipiente indiscreta, hoc est, non discernere quid, vel quare praecipitur, sed ad hoc tantum niti, vt fideliter, & humiliter fiat, quod à maiore praecipitur.

Lignum enim scilicet boni, & mali in paradiso, censura discretiois est in conuersatione religionis, pendens patrem spiritualem

qui diiudicat omnia, ipse vero à nemine auditur. Ipsi est discernere, aliorum est obedire. Adā gustauit in malum suum de ligno verito, edoctus ab eo, qui suggerendo ait: Quare praecipit nobis Deus, vt de ligno non comedetis? Ecce discretio, cui praecipit sit. Et addit: Sciebat enim, quia qua die comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij. Ecce, vt quid praecipit sit, scilicet quod Deos fieri non sinat. Discreuit, comedit, & inobediens factus est, & de paradiso eiectus est. Sic & animalium discretum, nouitium prudentem, incipientem sapientem, in cella diu posse consistere, in congregatione durare impossibile est. Stultus fiat, vt sit sapiens. Haec omnis sit eius discretio, vt in hoc nulla sit ei discretio. Haec omnis sapientia eius sit, vt in hac parte nulla ei. In eo vero, in quo se sibi animalitas, ratioque continentur, in natura anima humanae relictus est à creatore bono intellectus, & ingenium, & in ingenio ars, in quo constituit Deus hominem, ut per opera manuum suarum, & omnia facta sua ista subiecit sub pedibus eius. Animalis superbo, in testimonium naturalis dignitatis, & similitudinis Dei amittit: simplici vero, & humili, in auxilium recuperandae dignitatis, & conseruanda similitudinis. In hoc notum Dei, manifestum est in illis. In hoc estimatur de creatura creator. In hoc cognoscitur iustitia Dei: & quia, qui bene agunt, digni sunt vita: qui vero aliter, digni sunt morte. In hac creatura, quae sponte homini seruit, ad naturam subijcitur, & aptatur, vt seruiat ad eam, quae ex peccato est necessitatem, & ad voluntatem, & voluptatem. Hinc etiam quot, & quāta vitae huic necessaria, & bonis, & malis vtilia, & in genere suo pulcherrima, & à bonis, & à malis hominibus facta sunt, & fiant, omnibus manifestum est. Hinc enim, in litteris, vel opificijs, vel artificijs, per innumerabiles multiplices hominum adinventiones, tot procellerunt modi studiorum, tot genera professionum, subtilitates, exquisitae scientiae, artes, eloquentiae, dignitatum officiorumque varietates, & innumerabiles conuersiones huius saeculi, quibus homines illi etiam, qui dicuntur sapientes huius mundi, cum eis, qui sunt simplices, & filij Dei, pariter vtuntur ad necessitatem, & utilitatem. Sed illi abutuntur eis ad voluptatem, & voluptatem, & superbiam. Hinc etiam vtuntur

Gen. 3.

K

Ro. 7.

L

ur

subiunxit dicens: Dico. n. per gratiam Dei quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Quia, n. omnis vel præcipue animalis hominis institutio circa corpus est, & exterioris hominis compositionem, docedus est rationabiliter mortificare corpus suum, & membra sua, quæ sunt super terram, & inter carnem, & spiritum, quæ inuicem iugiter a uersum se concupiscunt iustum rationis, ac discretionis habere iudicium, nec alicuius eorum in iudicio accipere personam. Docendus est sic habere corpus suum, sicut agrorum commendatum, cui etiã multum volenti, inutilia sunt neganda, utilia vero & nolenti in gerenda. Sic de eo age re sicut de nõ suo, sed eius à quo pretio nãgno empti sumus, vt glorificemus eum in corpore nostro. Rursumq; docendus est cauere, quod peccatori populo dominus per prophetam imperoperat: Proiecit me, iniquiens, post tergum vestrum. Multumque esse cauendum ne pro neccis huius vite, vel commodis, à proposito reseruidine, vel dignitate naturæ, in amorem, vel honorem corporis sui sinat in aliquo denegare spiritum suum. Ideoq; durius tractandum est corpus, ne rebellet, ne insolescat, sic tamen, vt seruire sufficiat, quia ad seruiedum spiritui datum est. Nec sic habendũ est tamquam propter illud viuamus, sed tamquam hinc quo viuere non possumus. Fedus enim quod habemus cum corpore, non quando cumque volumus possumus abrumpere, sed legitimam eius resolutionem patienter nos expectare oportet, & interim quæ legitimi fœderis sunt obseruare. Sic ergo nobis est cum eo conuiuendum, vel conueniendum, quasi non diu nobis sit cum eo commorandum, sicque vt si aliter euenerit, non vramur ad exeundum. In quo multum, & scrupulose laborandum, & per culose seruat fuerat errandum, nisi lex obedientiæ, & cellæ plenam communis institutionis formam semel tradens, ingredienti de victo & vestitu, de labore & quiete, de silentio, & solitudine, & omnibus, quæ ad exterioris hominis cultum, vel necessitatem spectant, fratrem obedientem, & patientem, & quietũ, in reliquum cautum redderet, & securum: In quib. sic semel circumcisa sunt omnia, & præcisa superflua, sic intra cõgruã sufficientiæ terminos, & generalis continentiæ limites circumscripta sunt omnia necessaria, vt

fit quod fortes cupiant, & infirmi non resurgant, nec vltimus quantitas concessorum lædere possit in aliquo ventium cõ gratiarum actione conscientia, nec quæ sunt amputata, tentare debeant aliquatenus in seruo dei corporis bene morigerati, & recte educati sufficientiam. In quibus, sicut Salomon dicit: Qui ambulat simpliciter, ambulat cõdenter, qui verò mentis est durus, corruet in malum. Licet. n. necessitas sic sit ordinata, vt nec querelæ sit locus vllus, & ois sit superfluitas amputata, si quid tamen vel publice, vel priuatim addendum est, vel minuendum, hoc in prioris est arbitrio, absq; omni scrupulo obedientium subditorũ vel periculo. Instituentus est ergo nouus eremita ad communis institutionis normam, concupiscentias carnis suæ præteritorũ peccatorum penitentia continua domare, & ad contemnenda cetera ad suiipsius contemptum venire. Præuniédus est assidue contra tentationes, acius in solitariũ nouitiũ deficiunt, cum seruum Dei gratis Deo seruientem non cessent sollicitare vitia mercede oblata: delectationis, diabolo suggerente, carnem cõcupiscente, saculo cõcupiscentia ingerente. Tentat. n. nos Dominus Deus noster, vt sciat si diligamus eum an non, nõ vt ipse quasi nesciens agnoscat, sed vt plenius hoc in ipsa nobis tẽtatione innotescat. Sed illæ tentationes facile vincuntur, & facile à rone eis occurrunt, quæ vel suspectæ sunt, vel primã facie malæ esse innotescunt. Quæ vero sub specie boni se ingerunt, & difficilius discernuntur, & periculosius admittuntur. Si cut. n. difficillime tenetur modus in eo, qd bonũ esse creditur, ita non semper tutus est omnis boni appetitus. Omnium autẽ tentationum, & cogitationum malarum, & inutilium sentina, ocium est. Summa etenim mentis malitia est ocium iners. Numquã ociosus sit seruus Dei, quãuis à Deo feriatu sit. Nõ me quippe tã suspectũ, & vanũ, & molle, rei tam certæ, tã sanctæ, tã seueræ imponendum non est. Ociosum nõ est vacare Deo, immo negocium negociorũ oium hoc est. Quod quicumq; in cella nõ agit fideliter & seruet, quodcumq; agit, quod propter hoc non agit, scilicet vt Deo seruiatur: in eo qd agit ciatur. Vbi pro vitando ocio ociosa sectari ridiculum est. Ocium autẽ est, quod nullam habet vtilitatem, vel vtilitatis intentionem. Non autẽ in hoc tantũ modo agendũ est, vt cũ aliqua delectatione, vel sine grandi nau-

1. Co. 6.
d
2. Reg.
14. b

Pro. 10.
b

E

seca ocij dies transfigatur, sed vt etiam de pe-
 racta dieta ad profectum mētis semper ali-
 quid in thesaurum cordis congeratur. Nec ea
 die bonus cellita se vixisse debet exultima-
 re, in qua nil eorum se egisse recolit, propter
 quæ in cella viuunt, *Queris quid agas, vel*
in quo te occupes? Primum extra quodidia-
 num orationum sacrificiū, vel lectionis stu-
 dium, quotidianæ conscientia: discussione,
 emendationi, morum compositioni pars sua
 diei neganda non est, deinde operadum est
 aliquid manibus, quod iniungitur, non tam
 quod animum delectando ad horam detineat,
 quam quod spiritualibus studijs delectationē
 conferuet, & nutriat, in quo remittatur
 ad horam animus, nō resoluatur. Vnde se
 facile mox, vt sibi ad seipsum redeundum
 esse visum fuerit, expediat sine cōtro-
 uersia inhibentis voluntatis, absque cōtagio
 contrastræ delectationis, vel memoria: ima-
 ginantis. Non, n. vir propter mulierem, sed
 mulier propter virum. Non spiritualia exer-
 cicia sunt propter corporalia, sed corporalia
 propter spiritualia. Propterea sicut viro
 creato collatum est, vel comparatum ei
 adiutorium simile sibi ex ipsa hominis sub-
 stantia, sic cum in adiutorium spiritualis stu-
 dij necessaria sint, nō tamē in hoc semper æ-
 quē conuenire videntur omnia corporalia
 exercitia, sed quæ cum spiritualibus propio-
 rem videntur habere similitudinē, & affini-
 ratem, sicut ad ædificationē spiritualem me-
 ditari quod scribatur, vel scribere quod le-
 gatur. Subdiuina, n. exercitia, & opera, si-
 cut sensus distrahunt, sic sæpe etiā spiritum
 exhauriunt nisi cū grauiore ruralium labo-
 re operū sit maior contritio corporis vsque
 ad contritionem, & humiliationem cordis.
 Fatigationis, n. suæ pressura, exprimunt sæ-
 pe vehementioris affectum deuotionis.

Quod etiam in labore ieiuniorum, vigi-
 liarum, & orationum, in quibus afflictio corpo-
 ris est, crebro fieri manifestum est. Serius ta-
 men animus, & prudens ad omnem se com-
 parat laborem, nec in eo dissoluitur, sed per-
 cum magis in seipsum colligitur, qui semper
 præ oculis habens, non tam quod agit quam
 quo agendo intendit, omnis consummatio-
 nis attendit finem.

Quo in quantum verius innititur, in tan-
 tum etiam feruentius, & fidelius mani-
 bus operatur, totius sibi corporis sui subij-
 cients seruientem. Coguntur, n. in vnum sen-

sus ad disciplinam bonæ voluntatis, nec la-
 sciuire eis vacat à pondere laboris, sed sub-
 acti, & humiliati in obsequium spiritus do-
 centur conformari ei, & in laboris partici-
 patione, & in consolationis expectatione.
 Inordinata, n. natura per peccatū, & à con-
 ditionis suæ rectitudine exorbitans, si ad
 Deum fuerit conuersa, recuperat citò pro-
 modo timoris, & amoris, quem habet ad
 Deum, quæcumque perdidit auersa, & vbi
 cœperit spiritus reformari ad imaginem cō-
 ditoris sui, mox etiam reflorescens caro,
 ex voluntate sua incipit conformari refor-
 mato spiritui. Nam contra sensum suum in-
 cipit eam delectare, quidquid delectat spiri-
 tum suum. Insuper, & pro multiplici defe-
 ctu suo ex pœna peccati multipliciter sitiens
 ad Deum, nonnumquā etiā contemnit præce-
 dere rectorem suum. Delectationes, n. non
 perdimus, sed mutamus de corpore ad ani-
 mum, à sensibus ad conscientia. Panis fursi-
 reus, & simplex aqua, & olera, & legumina
 simplicia, n. quædam res delectabiles sunt
 sed in amore Christi, & desiderio interna:
 delectationis, ventri bene morigerato gra-
 tianter ex his satisfacere posse, valde dele-
 ctabile est. Quot millia pauperum ex his, H
 vel ex aliquo horum delectabiliter satisfaci-
 unt naturæ? Facillimum quippe, & dele-
 ctabile esset adiuncto amoris Dei condime-
 to secundum naturam viuere, si infania no-
 stra nos permitteret. Qua sanata, statim na-
 turalibus natura arridet.

Eodem modo, & de labore. Rusticus du-
 ros habet neruos, fortes lacertos, exercita-
 tio hoc facit. Sine eū torpere, mollescit. Vo-
 luntas facit vsum, vsus exercitiū, exercitiū
 vires in omni labore subministrat. Sed re-
 ramus ad propositum. Hoc omnib. modis
 agat, & labor, & ocium nostrum, vt nūquam
 simus ociosi, & hoc semper sit negotiū no-
 strum, vt perfecte consummetur in nobis,
 quod dicit Apostolus animalibus, & insipiē-
 tibus. Humanum, inquit, dico propter infir-
 mitatem carnis vestra: Sicut, n. exhibuistis, Rom. 6. 6
 membra vestra seruire immunditiæ, & ini-
 quitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete
 membra vestra seruire iustitiæ in sanctifica-
 tionem. Audiat hoc attentius amicū corpo-
 ris sui mancipium animalis homo, qui iam
 incipit corpus suum subdere spiritui, & ad-
 aptare semetipsum ad ea, quæ Dei sunt per-
 cipienda, & ad exuendā fidæ seruitutis neces-
 sitatē, & carnis sui dominantem cōsuetudi-
 nem

1. Cor.
 11. 6

nem, vt se accingat, necessitatem faciens sibi contra necessitatem, & consuetudinem contra consuetudinem, & affectum sibi formet contra affectum. donec plenius mereatur accipere delectationem contra delectationem, vt delectationibus carnis, ac facili secundum consilium Apostoli saltē tantum eum delectet carere, quatum eum delectabat primo eas habere: tantum delectet eum de membris suis corporis seruire iustitiæ in sanctificationem, quantū prius delectabat eum seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem. Hæc est perfectio animalis hominis in suo statu, vel nobilitate incipientis.

Ibidem.

Qui cum consummaverit hoc animale, vel humanum, si nō respexerit retro, sed fideliter in anteriora se extenderit, cito perueniet ad illud diuinum, incipiat apprehendere sicut apprehensus est, & cognoscere sicut cognitus est. Hoc autem opus non in vno sit momento conversionis, nō est vnus dies, sed multi temporis multi laboris, multi sudoris: secundum gratiam Dei misericordis, & studium hominis volentis, & currentis. Omnium verō honorum horum officina est cella, & stabilis perseverantia in ea. In qua cuiuscumque cum sua paupertate bene conuenit, diues est, & quicūque bonam voluntatem habuerit, secum habet quidquid ad bene viuendum ei opus est, quamuis bonæ voluntati non semper credi expedit, sed frænanda est, sed regenda est, & maxime incipientente. Regat sanctæ obedientiæ regula bonam voluntatem, illa vero corpus, & doceat illud posse consistere in loco: cellam pati, secumq; morari: quod in proficiente bonæ compositionis initium est, & certum bonæ spei argumentum. Impossibile est hominem fideliter figere in vno animo, si qui non prius alicui loco perseveranter affixerit corpus suum: Nam qui aegritudinem animi, migrando de loco ad locum elugere nititur, sic est, sicut qui fugit vmbriam corporis sui. Seipsum fugit, seipsum elucumfert, locum mutat, non animum. Eundem vbiq; se inuenit, nisi quod deteriores facit ipsa nobilitas: sicut lædere solet ægrum, qui circumferendo concutit eum. Aegrum enim se sciat, & vacet circa causarias partes aegritudinis suæ. Si non intermiserit quietes, remedia continuata cito proficiet, & sanatus animus ab alienationibus, vel captiuitatibus, & tentationibus suis, totus in Deo suus efficitur. Cura eget, & non modica, non in-

quinata, sed infecta natura. Incumbat ergo immobiliter valetudinario suo (sic enim solent appellare medici valetudinum curandarum officinam) & remedij suscepti profequatur vsum, vsque ad sanitatis experimentum. Valetudinarium tuum, d' agro te, d' languide, cella tua est: remedium, in quo curari coepisti, obedientia est, obedientia vera. Sed scito, quod remedia crebro mutata nocent, naturam disturbant, & ægrum determinant. Nam & qui aliquid pergit, si vnam certā tenuerit viam, cito perueniet quod tendit, & itineris, & laboris facies finem. Si verò multas aggreditur vias, errat, nec laboris aliquando finem facit: quia error finem nō habet. Nō ergo remedium mutes, nec aliud pro alio accipias, sed vsque ad terminū perfectæ sanitatis, medicinalis obedientiæ remedio vtere: nec abijcias eā, vt ingratus cū factus fueris sanus: sed tamen in reliquum alio modo ea vti permittis. Si ergo ad sanitatē festinas, vide vt nil, vel modicum de temetipso agere præsumas medico inconsulto: à quo si operam medicantis expectas, nocesse est, vt vulnus tuū semper egerere non erubescas. Erubescere, sed tamē reuelata totū: nec abscondas, Sunt n. qui consistendo quasi fabulam enarrant suorum historiam peccatorū, ægritudines animæ suæ sine confusione dinumerant, & penè sine penitentia, & sine affectu doloris. Cito. n. lacrymas inuenit, & resoluitur in gemitu, qui habet sensum doloris. Si verò malæ aegritudini desperabilior stupor accesserit, hic in eo, quod non dolet, quanto sanitati videtur esse propinquior, tanto ab ea sit remotior.

Quod si modicus quasi clementior fuerit, quasi vnguentis, & emplastris lenioribus omnia voluerit curare: tu age pro temetipso, & remedij fortioris, & celerioris auidus, sanitatis ferrū require, cauterium exposce. Medicus tibi semper præsto est, paratus est. Ne enim horroni sit tibi tua solitudo, & vt tutius in cella habites: tres tibi deputati sunt custodes scilicet Deus, conscientia, & spiritalis pater. Deo debes pietatem, cui te totum impendas: conscientiæ tuæ honorem, coram qua peccare erubescas: patri spiritali obedientiam caritatis, ad quæ de omnibus recurras. Insper vt gratum me habeas, addam tibi, & quartum: & quādiu paratus es, & donec plenius addifcas diuinam cogitare præsentiam, pedagogum tibi procurabo. Elige tibi iuste hominem con-

1. Cor.
13.6

L

M

filio meo, cuius vitæ exemplar sic cordi tuo infederit, reuerentia inhæserit: vt quæties eius recordatus fueris, ad reuerentiam cogitati assurgas, & temetipsum ordines, & componas, qui cogitatus, ac si præsens sit, in affectum mutæ caritatis emendet in te omnia emendanda, & tamen nullum patiatur damnum secreti sui solitudo tua. Hic præsens tibi adsit quodcumque volueris: occurrat sæpe, & cum nolueris. Incepciones eius describe tibi, cogita sancta: eius severitas, consolationes, pietas, & benignitas, exemplum, sanctæ vitæ sinceritas. Nam omnes cogitationes tuas cum ab eo videri cogitabis, ac si videat, ac si arguat, emendare cogaris. Sic, secundum præceptum Apostoli, sollicitè temetipsum custodi: & vt temetipsum semper inspicias, semper ab omnibus oculos auerte. Egregium instrumentum corporis, est oculus: si sicut cetera, sic etiam videre posset semetipsum. Quod cum interiori oculo concessum sit: si ad exterioris exemplum seipsum negligens, vacat circa aliena, etiam cum vult, non sufficit redire ad seipsum. Tibi vaca: multa tuipe tibi sollicitudinis materia es. Exclude etiam ab oculis exterioribus quod defuisti videre, ab interioribus quod amare: quia nil tam facile recrudescit, quàm amor, & maximè in interioribus, & recentioribus animis. Aude etiam nonnumquam sapere, & emulari charismata meliora, & tu ipse tibi esto parabola edificationis. Alia cella tua exterior, alia interior. Exterior est domus, in qua habitat anima tua cum corpore tuo. Interior est conscientia tua, quam inhabitare debet omnium interiorum tuorum interior Deus, cum spiritu tuo. Ostium clausuræ exterioris, signum est ostij circumspectionis interioris: vt sicut sensus corporis per exteriorem clausuram foris vagari non permittitur sic interior sensus ad suum semper interior cohibeatur. Dilige ergo interiorem cellam tuam, dilige exteriorem, & vnicuique suum impendendum. Tegat te exterior, non abscondat, non vt pecces occultius, sed vt tutius viuas. Non enim scis, o rudis incolæ, quid cella debeas, si non cogitas quomodo in ea, non solummodo à vitijs tuis curaris, sed etiam non habes rixari cum alienis. Nescis enim quem conscientia tuæ debeas honorem quiescentem in ea non experiris gratiam sancti spiritus, & interea suauitatis dulcedinem. Da et go vtrique cellæ honorem suum, & tu tibi

in ea vendica primatum tuum. Disce in ea secundum communis instituti leges tu tibi præesse, & vitam ordinare, & mores componere, & temetipsum iudicare: teipsum apud teipsum accusare, sæpe etiam commendare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iustitia, stet rea, & seipsam accusans conscientia. Nemo te plus diligit, nemo te fidelius iudicabit. Manè præteritæ noctis, fac à temetipso exactionem, & veteræ diei tu tibi indicito cautionem. Vespere, diei præteritæ rationem exige, & superueniētis noctis fac iudictionem. Sic districtio: nequam tibi aliqua do lasciuire vacabit. Singulis horis secundum communis instituti communem suam describere exercitia: cui spiritualia, spiritualia: cui corporalia, corporalia, in quibus sic exoluat omne debitum spiritus Deo, corpus spiritui, vt si quid fuerit intermissum, si quid neglectum, si quid imperfectum, suo modo, suo loco, suo tempore non habeat impunitum, vel ircompensatum. In quibus extra illas horas, de quibus dicit propheta, septies in die laudem dixi tibi: matutinum, ac vespertinum sacrificium, ac media noctis est maxime obseruandum. Non. n. frustra ait propheta: Mane astabo tibi, & videbo, sed quia tunc à curis exterioribus adhuc sumus ieiuni, & dirigitur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, quia tunc ab huiusmodi impedimentis iam quodammodo insensimur digesti. Qui & in nocturnis vigilijs nostris (in quibus media nocte surgimus ad confitendum nomini domini) confessionis eiusdem ordinem contemnes: In die, inquit, tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis, nocte contra eum, & non sum deceptus. Istis. n. horis potissimum quam Deo debemus nosmetipsos constitueret quasi facie ad faciem, & in lumine vultus eius perspicere, tribulationem, & dolorem nobis de nobis ipsi inuenire, & nomen Dei invocare, scopando spiritum nostrum donec caleseat, ambiendo ad memoriam abundantia suauitatis suæ, donec ipse in cordibus nostris caleseat. Sed tunc maxime nobis agendum est, quod dicit Apostolus. Maior in Ecclesia quinque loqui verba sensu meo, quam in ceteris millia verborum sine intellectu. Psallam spiritu, psallam & mente. Orabo spiritu, orabo & mente.

Tunc enim menti, & spiritui aggregandi sunt fructus sui, vt exinde, vel in abundantia benedi-

Ps. 118.

Non. n.

Ps. 5. a

Ps. 140.

Ps. 110.

Ps. 76. a

1. Cor.

9. b

B

A

C

benedictionis Dei in quiete noctis relaxemur, vel surgentibus nobis ad laudes Dei, oīs exinde tenor operis nostri in ipsius laudibus formetur, ac viuificet. Idcirco in preueniēdis nocturnis uigilijs nō expedit multitudinem psalmodum obruere intellectu, & exhaurire spiritū, vel extinguere. Sed quādiu sobrius inuenit, pietati afficiendus est, & suo itinere dirigendus ad Deum, donec dilatato corde currere incipiat usque ad finem operis Dei, postmodū feruoris sui modū, siue tenorē habiturus, nisi magna intercidatur negligentia, vel omittatur uolūtaria miseria. Scit ēt quicūque sensum Christi habet, quantū pietati Christianæ expediat, quantum Dei seruam, & seruam redēptionis Christi debeat, & utile ei sit vnā saltem aliqua diei hora passionis, & redemptionis, ipsius attentius recolere beneficia ad fruendum suauiter in conscientia, & reconcedendū fideliter in memoria, quod est spiritualiter manducare corpus Christi, & bibere eius sanguinem in memoria. Qui omnibus in se credētibz præcepit, dicens: Hoc facite in meam cōmemorationem. In quo etiā propter peccatū inobedientia, quam impius sit hominem tāta Dei pietatis immemorem esse, palam omnibus est, cū amici hominis abeuntis sub quolibet signo cōmendatā memoriā nefas sit obliuisci. Si quidem sancta huius, ac reuerendā cōmemorationis mysteriū suo modo, suo tempore, suo loco celebrare licet paucis hoībz, quibus creditū est hoc mysterium, rem uerō sacramenti uel mysterij, in omni tempore, & omni loco dominationis Dei, modo quo traditū est, hoc est, debitæ pietatis affectu, agere, contrectare, & sumere sibi in salutem omnibus in promptu est, quibus dicitur. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitiōnis, ut uirtutes annūciētis eius, qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum. Nam & sacramentum sicut accipit ad uitā dignus, sic ad mortē suam, & iudicium indignus. Rem uerō sacra-^{mentum} nemo percipit, nisi dignus, & idoneus. Sacramentū, n. siue re sacramenti sumentis mors est. Res uerō sacramenti sumentis prater sacramentum sumentis, uita aeterna est. Si autē uis, & uere uis, omnibus horis tam diei quā noctis, hoc tibi in cella tua praesto est. Quoties in cōmemorationē eius, qui pro te passus est, hoc factio eius piē, ac fideliter fueris affe-

Oper. D. Bern. Tom. 1.

ctus, corpus eius manducas, & sanguinē bibis. Quādiu in eo manes per amorem, & ipse in te per sactitatis, & iustitia operationē, in eius corpore, & membris eius cōputaris. Deinde etiā certis horis, certae lectio-
 ni vacandum est. Fortuita, n. & varia lectio, & quasi casu reperta, non aedificat, sed red-
 dit animum instabilē, & leuiter admissa, leuius recedit à memoria. Sed certis ingenijs immorandū est, & assuefaciendus est aius. Quo enim spiritu scripturæ factæ sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso etiā intelligendæ sunt. Numquā ingredieris in sensum. Pauli, donec usu bonæ intētionis in lectio-
 ne eius, & studio assidue meditationis, spiritū eius imbiberis. Numquā intelliges Dauid, donec ipsa experientia ipsos psalmodū affectus indueris. Sicque de reliquis. Et in omni scriptura tantū distat studiū à lectio-
 ne, quantū amicitia ab hospitio, socialis affectio à fortuita salutatione. Sed & de quotidiana lectioe aliquid quotidie in uerē memoriæ dimittendū est, quod fidelius digeratur, & fursū reuocatū uehementius ruminetur, quod proposito conueniat, quod intētionem proficiat, quod detineat animum, ut aliena cogitare non libeat. Hauriendus est saepe de lectiois serie affectus, & forma uel oratio, quæ lectioe interrumpat, & nō tam impediatur interrumpendo, q̄ puriorem continuū animum ad intelligentiā lectiois restituat. Intētionem seruit lectio. Si uerē in lectioe Deū querit, qui legit, omnia quæ legit, cooperantur ei in bonum, & cōprouat sensus legentis, & in seruitute reddunt omnem lectiois intellectum in obsequiū, Christi. Si in aliud declinat sensus legentis, oīa trahit post semetipsum, nihilque tam sanctum, tam piū inuenit in scripturis, quod seu per uanam gloriam, seu per distortum sensum, seu per prauum intellectū non applicet, uel malitia, uel uanitati. In omnibus, n. scripturis legentis, initium debet esse timor domini, ut in eo, primo solidetur intētio legētis, & ex eo ordinetur, & exurgat totius lectiois intellectus & sensus. A spiritualibus uerō exercitijs in corporalia numquā lōge, uel in totū recedat, sed facile ad ea posse redire, animus assue-
 scat, & cū illis se mutuat istis sepe inhæreat. Sicut enim supra dictum est, non uir propter mulierem, sed mulier propter uirum. Nec spiritualia propter carnalia, sed carnalia propter spiritualia. Corporalia uero exer-

1. Cor. 11. b.

citia nunc dicimus, quæ manuali opere corporaliter exercetur. Nam sunt & alia corporis exercitia, in quibus necesse est corpus laborare, sicut sunt vigiliae, ieiunia, & alia huiusmodi, quæ spiritualia non impediunt, sed iuuant, si cum ratione discretionis fiat. Quæ si ex indiseretionis vitio sic agantur, ut vel deficiente spiritu, vel languente corpore spiritualia impediatur, qui sic est corpori suo tulit boni operis effectum, spiritui affectum, proximo exemplū, Deo honore sacrilegus est, & horum omnium in Deum reus. Non quod, secundū apostoli sensum, non videatur humanum etiam hoc, & non deceat, & iustum non sit caput aliquando dolere in seruitio Dei: quod olim sæpe vsq; ad dolorem laborauit in vnitatem seculi, esurire ventrem vsq; ad rugitū, qui sæpe repletus est vsq; ad vomitū, sed modus in omnibus habendus est. Affligendum est corpus aliquando, sed non cōterendum. Nā corporalis exercitatio ad medicum quidem valet, & pietas ad omnia utilis est. Propter quod, & ad medicum, hoc est non in concupiscentijs, sed tamen cura carnis agenda est. Agenda vero est sobrietas, & cum spirituali quadā disciplina, ut neque in modo eius, neque in qualitate, neque in quantitate appareat aliquid, quod non deceat seruum Dei. Eis, qui in honesta sunt nostra, abundantio rem honorem circumdare debemus. Honestam vero nostra nullius egent. Non solum autem hoc, sed & omnem vitam nostrā (quamuis hominibus occultam) exhibere debemus Deo sanctam, & honestam, & omnem conuersationem nostram sanctis angelis conspicabilem agere, & delectabilem, quamuis inter domesticos parietes inclusam. Omnia vestra (inquit apostolus) honeste fiant in vobis Grata Deo res est honestas, & sanctorum angelorum amica. Propter quod etiam iubet apostolus velari mulieres, propter angelos, qui cum proculdubio tam die, quam nocte nobiscum sint in cellis nostris, nos custodientes, & nostris studijs congaudentes, & cooperantes, placet eis, ut etiam nullo homine vidente, omnia nostra honeste fiant. Sive ergo manducetis, sive bibatis, sive aliquid aliud faciatis, omnia in Domino agite, pie, sancte, & religiose. Si manducas, mensam tuam per se satis sobriam, sobrietas tua perornet. Et cum manducas, nequaquam totus manduces, sed corpore tuo suam refectionem procurate, mens suam non negligat, sed

de memoria suauitatis domini, vel scripturarum aliquid, quod eam pascat meditando, vel saltem memorando secum ruminet, & digerat. Sed & ipsa necessitas, non seculariter, non carnaliter expleatur, sed sicut decet monachum, sicut conuenit seruo Dei. Nam etiam quoad sanitatem corporis, cibis quanto honestius, & ordinatius sumitur & ingeritur, tanto facilius, & satubrius digerit. Obseruandus est ergo sumendi modus, & tempus, cibi quantitas, & qualitas, fugenda superflua, & adulterina condimenta. Obseruandus est ergo sumendi modus, ut non effundat qui comedit, super omnem cibum animam suam, tempus, ne ante horam, qualitas, ut quibus utitur cōmunitas fraternitatis, excepta causa manifestæ necessitatis, De cōdimentis vero sufficiat, obsecro, ut comestibiles fiant cibi nostri, non etiam concupiscentes, vel delectabiles. Sufficit enim concupiscentiæ malitia sua, quæ cum vix, aut nullo modo pertransire possit ad fidem explendam necessitatis, nisi per viam quatuordecimque delectationis, si ceperis accipere irritamenta ab eis, qui perpetuū suscipere bellu aduersus eius oblectamenta, fiant duo contra vnum, & sic periclitatur continentia. Deinde sicut de cibo dictum est, & sic & de somno. *Cave inquit potes, serue Dei, ne totus aliquando dormias, ne sit somnus tuus non requies laici, sed sepultura corporis suffocati, non reparatio, sed extinctio spiritus tui. Suspensa res est somnus, & ex magna parte ebrietati similis. Exceptis enim vitijs, quibus in dormiente cum corpore dormitante ratione, non est qui contradicat quantum ad debitum continui profectus, nihil temporis tam deperit de vita nostra, quam quod somno deputatur. Iturus ergo ad somnum semper aliquid defer tecum in memoria, vel cogitatione, in quo placidè obdormias, quod nonnumquam etiam somnia iuuat, quod etiam euigilante te excipies, in statum hesternæ intentionis restituat. Sic tibi nox sicut dies illuminabitur, & nox illa ratio tua erit in delicijs tuis. Placide obdormies, in pace quiesces, facile euigilabis, & surges facilis, & agilis eris, ad rediendum in id vultu, in quo discessisti. Sobrius enim cibum, sobrius somnum, sequitur sobrius somnus. Carnalis vero somnus, & brutus, & sicut dicitur lethæus, abominandus est seruo Dei. De quo vero post congruam quietem facile est sensus*

ius corporis, & mentis euocare, & quasi seruos domus patris familias ad opera necessaria spiritu suscitare, & emittere: huiusmodi somnus tempore suo, modo suo aspernandus non est. Sic prudens & Deo deditus animus habere se debet in cella sua, in conscientia sua, sicut prudens paterfamilias in domo sua. Non habeat, sicut Salomon dicit:

Prover. 21. 6
Mulierem litigiosam carnem suam, sed ad sobrietatem moderatam, & assefactam ad obedientiam, & ad laborum paratum, ubiq;

K institutam, & esuriam, & satietatem & abundantiam, & penuriam pati habeat sensus exteriores non duces, sed seruientes, interiores sobrios, & efficaces. Habeat omnem omnino domum, vel familiam cogitationum suarum sic ordinatam, & disciplinatam, ut dicat Iudic. 1. & vadat: & alio, veni, & veniat: & seruo corpori, fac hoc, & absq; contradictione faciat, qui sic semetipsum ordinat, & regit in conscientia sua, optime sibi credendus & committendus est in cella sua. Sed hoc est periculum, vel periculi iam incipientium: quod ideo proposuimus incipientibus & nouitijs: ut sciant, quid desit sibi, & quo extendere habeant intentionem studij sui. Sciendum vero est, quia cum de carnali, vel de animali sensu, vel de rationali scientia, vel de spirituali sapientia dixerimus, vnum hominem describimus, in quo secundum diuersos profectus & profectuum prouentus, & intentionis affectus, hæc omnia diuersis temporibus possibile est inueniri, & tria hominum genera singula secundum statum horum proprietates in professione religionis in cellis militantia: quamuis cellæ dignitas, & sanctæ solitudinis secretum, & solitaria professionis titulus, non nisi perfectis conuenire videtur: quorum, sicut Apostolus dicit, est solus cibus, & qui pro consuetudine exercitios habent sensus ad discretionem boni, & mali: in quo etsi rationalis (qui proximus est sapienti) utcumq; uideretur esse tolerandus, sed certe animalis qui non peripit ea quæ Dei sunt, penitus putaretur arcendus. Sed occurrit Petrus Apostolus dicens, de quibusdam. Spiritum factum ipsi acceperint, sicut & nos: ego quis eram, qui prohiberem

Heb. 3. 6

Act. 17.

Deum spiritum, cum sanctus bona voluntas est. Nec enim sine grandi scrupulo arcendus est, cui testis inhabitantis. & trahentis Spiritus sancti bona voluntas est. Siquidem ex duobus hominum generibus cellarum ha-

bitatio supplenda est: scilicet vel de simplicibus, qui & sensu, & voluntate ad assequendam religiosam prudentiam feruentes apparuerint & humiles: de prudentibus, quos religiosæ, & sanctæ simplicitatis constitit esse amulatores. Stulta vero superbia, vel superba stultitia, a tabernaculo iustorum semper procul sit. Est autem omnis superbia stulta, quamuis non omnis stultitia sit superba. Stultitia enim sine superbia, non nunquam simplicitas inuenitur: quæ si ignorat, forsitan est docibilis: & si nequit doceri, forsitan est tractabilis. Et est propria ciuitas refugij simplicitati, cohabitatio religionis, nisi sit talis, quæ nolit humiliari, vel tam bruta, ut non possit regi, vel tractari, bona tamen uoluntas, etsi multum sit bruta, non tamen est deferenda, sed salutari consilio ad laboriosam, & actiuosam vitam transmittenda: Superba autem quantumuis prudens sibi uideatur, dimittenda sibi est, & abigenda. Si enim admittitur superbus, prima die, qua ingreditur habitare, incipit leges dare. Nimirum uero stultus discere non potest, quas inuenit. Sollicitè ergo, & prudenter pendendum est quis admittatur ad habitandum secum. Qui enim habitat secum, non nisi seipsum qualis ipse est, habet secum. Malus autem homo non tam ture secum habitat, quia cum malo homine habitat, & nemo molestior ei est, quam ipse sibi. Nam insani, & nimium dementes, & qui non satis quacumque de causa mentis suæ bene compotes sunt, custodiri solent, nec sibi relinquuntur, vel committi, ne solitudine sui male utantur. Admittantur ergo animales homines, pauperes spiritu ad cohabitationem cellarum, sed ut fiant ipsi rationales, ac spirituales: non ut propter eos ipsi, qui iam hoc esse meruerunt, conuertantur retrò, & efficiantur animales. Suscipiantur in omni beneuolentia caritatis, portentur in omni patientia benignitatis. Sed qui eis compatiuntur, non eis conformentur: nec sic querant eorum profectum, ut propter eos cogantur incurere propositi in religione rigoris defectum. Iam enim subintrauit de ære alieno sumptuosa, & quantum pudor fuit, ambitiosa cellarum ædificatio, & abiecta sancta simplicitate & rusticitate (sicut Salomō *Ecol. 7. 6* dicit) ab altissimo creata, quali religiosas quasdam nobis creamus habitatione honestates. In quibus tantum copulatum est animalibus ut pene omnes in hoc lecti simus

M

animales. Dimissam enim nobis à patribus nostris iure hæreditario formam paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciẽ, verũ decorem domus Dei alienãtes à nobis, & à cellis nostris, per manus artificũ exquisitorũ cellas, non tam eremiticas, quàm aromáticas

A

Exo. 25. edificamus nobis: singulas in titulo centum solidorum, concupiscentiam oculorum nostrorum de elemosynis pauperum. Amputa domine opprobrium centum solidorum à cellis pauperum tuorum. Cur non potius centum denariorum? Cur non potius nullorum? Cur non potius gratis filij gratiã ipsi sibi edificant? Quid responsum est Moysi cum consummaret tabernaculum? Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod ostensum est tibi in monte. Non à sæculi hominibus decet fieri tabernaculum Dei cum hominibus. Ipsi quibus in altitudine mentis ostenditur exemplar veri decoris domus Dei, ipsi edificent sibi. Ipsi quibus sollicitudo interiorum suorum contemptum, & negligentiam indicit omnium exteriorum, ipsi edificent sibi formam paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciẽ, & paternæ frugalitatis lineamenta. Nulla sic aptabit artificum industria, sicut eorum negligentia. Ergo obsecro in peregrinatione huius sæculi, in militia hac super terram edificemus nobis, nõ domos ad habitandum, sed tabernacula ad deserendum: ut pote cito inde vocandi, & emigraturi in patriam, & civitatem nostrã, & in domum æternitatis nostræ. In castris quippe sumus, in alieno militamus, in alieno laboramus: facile est quidquid naturale est. Numquid non facile est solitatio, & sufficientes naturæ, & vtile conscientiæ, ipsi sibi cellam de virgis contexere, de luto plasmare, & indecunque operire, & decentissime inhabitare? & quid amplius est requirẽdum?

B Credite fratres, & utinam experiri vobis non contingat: quia pulchritudines istæ, & forenses honestates, cito virile propositum eneruant, & masculum animũ effeminant. Nam etsi ipso sepe vsu sopiuntur earum delectationes: etsi sint aliqui, qui vtantur huiusmodi quasi non vtentes, tamen contemptu melius, quàm vsu extirpantur, & vniuersur huiusmodi affectiones. Conferunt etiã non modicum interioribus nostris exteriora nostrã ad similitudinem mentis aptata, & composita, & bono proposito suo modo respõdentia. Pauperior enim cultus in alijs frenat concupiscentiam; in alijs circa amo-

rem paupertatis afficit conscientiam. Sed & intentum interioribus suis animũ, magis decent inculca omnia, & neglecta exteriora, quibus animũ ipse dum sapius a libi conuersari dignoscitur, seq. alibi magis occupatam intentio sancta denunciat, & efficaciter bonæ conscientiæ conciliat interiora, cui omnia exteriora viluisse renunciat. Obsecro ergo vt maneant cellæ illæ deliciares sicut factæ sunt, sed non crescat numerus earum, sintq. in valetudinaria fratribus animalibus, & infirmioribus, donec conualecant: hoc est incipiant desiderare, non valetudinaria infirmorum, sed tabernacula militantium in castris Dei.

Maneant in exemplum posteris vestris, quia tales habuistis, & sperastis. Vos autem qui spirituales estis, sicut Hebræi, id est transeuntes, non habentes hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirentes, &ificate vobis sicut petiistis, casulas, in quibus habitatis. In casulis enim habitauerunt patres nostri, habitantes in terra repromissionis quasi in aliena: cum coheredibus repromissionis expectantes ciuitatem habentem fundamenta, cuius artifex, & conditor est Deus: non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & conficientes, quia hospites sũt, & peregrini super terra. Qui enim hæc dicunt, significat se patriam inquirere meliorem, hoc est caelestem. Ideo patres nostri in Aegypto, & Thebaida, sanctæ huius ita: ardentissimamulatores, in solitudinibus degentes, angustiatissimi, afflicti, quibus dignus non erat mundus, ipsi sibi cellas edificabant: in quibus testi tantummodo, & circumsepti à turbine, & à pluuia tutabantur: in quibus eremiticæ frugalitatis delicias effluentes, locupletabant nullos ipsi egentis. Quis quo nomine dignius appellemus, homines caelestes, an angelos terrestres degentes in terris, sed conuersationem habentes in caelis. Laborabant manibus suis, & de labore suo pauperes paciebant, esurientes ipsi, de vilitate eremi vrbium carceres alebant: & infirmos, & in quibuslibet necessitatibus positos sustentabant, viuentes de labore suo, & habitantes in labore manuum suarum. Quid hæc dicemus nos, non animales, sed animalia terrena: adherentes terræ, & sensibus carnis nostræ: in sensu carnis nostræ ambulantes, & ex alienis manibus peditentes? Quãuis consoletur nos in hoc ipsum aliquatenus ille, q.

Heb. 11.

g

cum

D cum diues esset, pauper pro nobis factus est, *1. Cor. 8.* & qui voluntarie paupertatis dedit præceptum ipse eiusdem paupertatis in semetipso nobis formam dignatus est demonstrare. Vt enim sciatur euangelici pauperes quod eis faciendum sit, ipse etiam a fidelibus passus voluit: nonnumquam & ab infidelibus (sed ut fideles faceret) vitæ necessaria accipere non recusauit.

Luc. 18. Sed et in primitiua Ecclesia pauperes illos sanctos, qui pro Christo rapinam bonorum suorum perpassi fuerat, vel (secundum perfectionis consilium) omnia reliquerant, & vendiderant, ac fratribus fidelibus communia effecerant, quanta sollicitudine, quanta pietate sancti Apostoli alendos a fidelibus procurabant, & liber Actuum apostolorum, & Paulus in epistolis suis manifeste demonstrat. Quod et si conceditur liberius hoc ipsum domino præcipiente, & ordinante euangelium annunciantibus de euangelio viuere, & apostolorum tam auctoritate non negatur, etiam euangelice viuere, sicut sanctis illis pauperibus, qui tunc erant in Hierusalem: qui etiam sancti pauperes ob hoc vocantur, quia in professione sanctitatis, & communis vitæ nomen dederant, & semetipsos in hoc ipsum spiritu pauperes effecerant. Quod enim Apostolus seuerissima auctoritate quibusdam denunciât: ut qui non vult operari, non manducet, continuo ostendens de quibus diceret, subiunxit, dicens: Audiuimus enim quosdam ambulantes inter vos in quiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem, ut huiusmodi sunt denunciamus, & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes panem suum manducent. Suum, hoc est suo labore partum, & acquisitum. Et tamen ne illos, quâuis inquietos nihil operantes, & curiose agentes, non tamen a domino inuocatum super se habentes, quasi exposuisse videretur, & abiicisse statim intulit, dicens: Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes in Christo Iesu Domino nostro.

Ro. 15. f. Ac si diceret: Et si illi perseverant in malitia siue negligentia sua: vos tamē in sustentandis eis, nolite deficere a beneficiis vestris. Cum ergo seuerissime superius denunciatis non manducandum volentibus operari: postmodum vero volentibus operari, sed nihil operantibus, aliquando se exhibuerit clementiorē: possemus dicere secundum textum verborum eius (nec omnino aberraret à vero) non volentibus: quâuis valentibus,

2. Thes. 3. b

E intentatam esse illam seueritatem: volentibus autem, sed non valentibus, indulgentiam istam. Sed etiam cum istis denunciaret, & obsecraret in domino Iesu Christo, ut cum silentio panem suum manducarent, videntur panem suum non manducare, nisi eum suum efficiant operando, quantum operari possunt sub testimonio Dei, & conscientie suae. Ignosce Domine, ignosce, excusamus, tergiversamur, sed non est, qui se abscondat à lumine veritatis tuæ: quod sicut illuminat conuersos, sic etiam ferit auersos. Non est enim occultatum os nostrum à te, quod fecisti in occulto hominum.

ibidem

Nos autem nobismetipsis facimus id occultum: quia vix est aliquis in eis, quæ ad te sunt, qui experiri velit quid possit, & quod promptissime potest quandoque secundum carnem, vel saculum siue timor impulerit, siue cupiditas traxerit: sed etiam fallimus homines infidos, non nos permitas, ut qui si volentes fallere te, fallamus nometipsum. Nos non laboramus: quia vel non possumus, vel non posse nobis videmur, vel consuetudine quædam, & deliciarum nostrarum nos non posse efficiamus. Adoremus ergo sepe, & procidamus, & ploremus coram te, qui fecisti nos, & qui in hoc ipsum peccato nostro manifesto, iudicio tuo oculis formasti nos, ut forsitan quia non multum hoc volumus, non possumus: vel quia non volumus cum potuimus, cum volumus non possumus. Vescamur saltem secundum penam Adæ pane nostro, si non possumus in sudore vultus nostri, in dolore cordis nostri, in lacrymis doloris, non possumus in sudore laboris. Magnam tunc iacturam professionis nostre supplicat pietas, ac deuotio conscientie humilis. Sint nobis lacryme nostræ panes die ac nocte: quâdiu dicitur animæ nostræ: Vbi est Deus tuus? hoc est quâdiu peregrinamur à Domino Deo nostro, à lumine vultus sui.

Vnum quidē erat necessarium. Sed qui nec in vno figurur, nec in multis exercetur, in quo ordine computabimur? Vtinam cum isto, de quo Apostolus dicit: Et, qui non operatur, credenti autem in eo, qui iustificat impium: reputabitur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratie Dei.

Vtinam cum peccatrice, cui multum dimissum est, quia multam dimisit. Et beata anima, quæ hoc iudicio apud Deum meruit iustificari, iudicio diligentium nomen Domini: ut omnia omni iustitia operum, & fiducia

Pf. 13. c

F

7. 45. A

Rom. 4. G

Luc. 7. 8

cia meritorum, in hoc solo iustificetur quoniam dilexit multum. Nam in diligendo te Deus, retributio magna est diligenti. Conscientia ipsa dilectio tua, deinde vero vita aeterna. Sic fratres, obsecro vos, non excusemus nos, sed accusemus nos, & confiteamur. Et qui magni nominis umbram, & personale quodam signum perfectionis apud homines induimus: apud Deum conscientia nostra cognoscentes paupertatem, non usquequaque recedamus a veritate, & veritas liberabit nos. Deinde docendus est animalis incipiens, & Christi tyrunculus Deo appropinquare, ut & Deus appropinquet ei.

Iac. 4. b Sic enim admonet propheta: Appropinquare Deo, & ipse appropinquabit vobis.

Gen. 2. b Non solum enim faciendus est homo, & formandus, sed viuificandus. Primo enim formauit Deus hominem, deinde inspirauit in faciem eius spiritum vitae, & factus est homo in animam viuentem. Formatio hominis, institutio est moralis: vitia eius, amor Dei. Hinc fides concipit, spes parturit, caritas format, & viuificat. Amor enim Dei, vel a-

H Spiritus sanctus, amoris hominis se infundens, afficit eum sibi. Et amans se ipsum de homine Deus, secum unum efficit, & spiritum eius, & amorem eius. Sicut enim non habet corpus vnde viuat, nisi de spiritu suo: sic affectus hominis (qui amor dicitur) non viuat, hoc est non amat Deum, nisi de Spiritu sancto. Amorem ergo Dei in homine ex gratia genitum, lactat lectio, meditatio pascit, oratio confortat, & illuminat. Animal vero, & nouo in Christo homini, a exercitanda eius interiora melius, & tutius proponuntur legenda, & meditanda reuerentia nostri exteriora: & ostendunt in eis exemplum humilitatis, prouocatio caritatis, & affectus pietatis: & de scripturis sanctis, & sanctorum tractatibus patrum moralitatem quaeque, & planiora. Proponenda sunt ei gesta, & passiones sanctorum: ubi nec laborandum ei sit in planitie historiali: & semper aliqui occurrat, quod nouitij animum exerceat ad amorem Dei, & contemptum sui. Porro aliae historiae delectant quidem cum leguntur, sed non aedificant, quin potius mentem inficiunt: & in tempore orationis, vel spirituali meditationis, inutilia quaeque vel noxia faciunt scire de memoria. Lectio- nis quippe modus similis meditatio seque solet.

Dum hinc reuerentia lectio scripturarum ta-

rigat, non reficit teneriore animum, frangit intentionem, hebetat sensum, vel ingenium. Docendus est etiam in oratione sua sursum cor leuare, spiritualiter orare, a corporibus, vel corporum imaginibus cum Deum cogitat quantum potest recedere. Admonendus est quantum potest puritate cordis intendere in eum, cui sacrificium orationis suae offert. seipsum amittere, qui offert, intelligere quod offert. Quantum enim uaret, vel intelligit eum cui offert, tantum ei in affectu est, & etiam ipse est intellectus. Quantumque ipse ei in affectu est, tantum sapit ei hoc ipsum, si dignum Deo est, quod offert: & in eo sibi bene est. Huiusmodi homini oranti, vel meditati, melius a virtutibus (sicut iam dictum est) proponitur imago dominicae natiuitatis, passionis, & resurrectionis: ut in firmus animus, qui non nouit cogitare nisi corpora, & corporalia, habeat aliquid, cui se afficiat, cui iuxta modum suae pietatis intuitu inhaereat. Est quippe in hac meditatione: in quo, sicut legitur in *Iob. 5. d* homo speciem suam, non peccat: hoc est, intentionis suae intuitum in eum dirigat, huiusmodi in Deo specie cogitando, a vero usquequaque recedat: & dum per fidem ab homine Deum non diuidit, Deum aliquando in homine apprehendere addiscat. In quo operationis spiritu, & simplicitate, filijs Dei tanto primus solet esse affectus dulcior, quanto humanae naturae propinquior. Postmodum vero fide migrante in affectum amplectente in medio cordis sui diuini amoris amplexu Christum Iesum, totum hominem propter hominem assumptum, totum Deum propter assumptum Deum, incipiunt eum non iam secundum carnem cognoscere, quando eum necdum secundum Deum eleuare possunt cogitare. Et sanctificando eum in corde usquequaque offerre ei amant vota sua, quae *1. Tim. 2. c* distinguunt labia sua: obsecrationes, orationes, supplicationes, gratiarum actiones, pro tempore, pro causa congruentes.

Sunt enim orationes aliae breues, ac simplices, sicut eas format voluntas, seu necessitas orantis pro causa necessitate. Aliae prolixiores, & rationabiles, sicut in inquisitione veritatis petentes, quae res nullas habet, donec accipiant, inueniant, & aperiantur eis. Aliae alacres, spirituales, & fecundae, in affectu fruētis, & gaudio gratiae illuminantis. Et ipsae sunt, quas apostolus alio ordine diuisit, obsecrationes, orationes, postulationes.

lationes, gratiarum actiones. Nam postulatio, quam primam posuimus, est circa obtinenda temporalia, & necessaria aliqua vitæ huius, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem, facit tamē ipse quod melius iudicat, & dat libenter ei quod bene postulat. Ipsa est, de qua Psalmista ait: Quoniam adhuc & oratio mea in

Ps. 40.

audientibus cor meum. Hæc est etiam hominum impiorum, quia omnium commune est, sed maxime filiorum sæculi huius, desiderare tranquillitatem pacis, sanitatem corporis, temperiem acris, & alia, quæ ad vitæ huius, sicut se habent, & necessitatē, & abundantiam voluptatē, in quibus qui fideliter postulat, quatenus non ea postulant nisi ad necessitatem: tamen in hoc ipso voluntate Dei in semper subjiciunt. Obsecratio verò est in exercitijs spiritualibus anxiosa ad Deum instantia: in quibus ante gratiam succedentem, qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Oratio verò est hominis Deo adherentis affectio, & familiaris queram, & pia allocutio, & statio illuminata, & tractatum, quam diu licet. Porro gratiarum actio est in intellectu, & cogitatione gratiæ Dei, bonæ voluntatis indeficiens ad Deum, & indefessa intentio: etiã si aliquando, vel non sit, & torpeat sine actus exterior, sine interior affectio. Hæc, nisi de qua dicit apostolus: Velle adiacet nihil proficere autem bonum non inuenio. Ac si dicitur

Eccli. 2.

semper quidem velle ad est, sed aliquando velle hoc est inefficax est, quia proficere opus bonum quero, sed non inuenio. Hæc est caritas, quæ nunquam deficit. Ipsa est, in sine intermissione oratio, seu gratiarum actio, de qua apostolus ait: Semper sine intermissione oramus, semper gratias agimus. Est quædam bonitas mentis, & bene constituti animi, & ad patrem Deum in filiis Deo, gratias eius quæ sunt, in omnibus semper, & gratias agens in omnibus, tot modis in oratione, vel gratiarum actione in Deum se iugiter refundens, quod in suis necessitatibus vel contentibus, in proximis etiã vel contentibus, vel congratulationibus casualibus in hoc materiam inuenit

Rom. 7.0

pius materiam inuenit in gratiarum actionibus est: quia quæ sit, semper in gaudio sancti spiritus est. In postulationibus ergo piæ, ac fideliter orandum est, sed non est in illis pertinaciter in hærendum: quia non

1. Thes.

5.0

nescimus, sed pater cælestis scit, qui in temporalibus istis necesse nobis sit. Obsecrationibus vero insistendum est, sed in omni humilitate & patientia, quæ non afferunt fructum, nisi in patientia. Nonnumquam enim cum celerius gratia non subuenit, sit obsecranti cælum æneum, & terra sua ferrea. Et cum relicta sibi cordis humani duritia, ad votum exaudiri non metetur, anxietas desiderantis negari sibi æstimat, quidquid differitur. Cumque sicut Cananea illa præteriti se ac despici ingemiscit, quasi immunditiam, cænis præterita sibi peccata sua imputari, vel impropere imaginatur. Nonnumquam vero sine labore petes accipit, quæres inuenit, & pulsanti aperitur. Et consolationes, ac suauitates orationis inuenire tandem aliquando meretur labor obsecratoris. Nonnumquam etiam puræ orationis affectus, & bona illa orationis suauitas non inuenitur, sed quasi inuenit eum non petentem, non querentem, non pulsantem, & quasi nescientem gratia præuenit, & tamquam genus seruorum recipitur in mensa filiorum, cum rudis adhuc & incipiens animus in eum orandi assumitur affectum, qui pro premio sanctitatis reddi solet meritis perfectorum. Quod cum fit, agitur ut vel in iudicium suum non liceat scire negligenti quod negligat, vel ut prouocatio caritatis amore, eo vitro se offerretis accendat. In quo pro dolor, plurimi falluntur, quia cum pascuntur pane filiorum, iam se esse filios arbitrantur: & deficientes vnde proficere debeant, ex visitante gratia euascentia conscientia sua, arbitantes se aliquid sibi esse nihil sint, & de bonis Dei non emendantur, sed indurantur & fiunt, de quibus Psalmista dicit: inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Pascuntur, nam a Patre Deo, aliquando de precioso gratia substantia serui, ut affectent esse filij. Ipsi vero gratia Dei abutentes, efficiuntur inimici. Ut enim abutatur etiã scripturis sanctis in peccatis, vel in concupiscentijs suis, redeunt ad eas per orationes, dicunt sibi illud vxoris Manuæ: Si dominus voluisset nos occidere, non suscepisset sacrificium de manibus nostris. Quam dilecta tabernacula tua domine viri, in quibus passer inuenit sibi domum, & turtur nidum ubi reponit pullos suos. Pas. Ps. 84.0

Matth.

15.0

A

Ps. 80.0

Iudi. 13.

Pas. Ps. 84.0

opacæ solitudinis familiaris incola, forma simplicitatis, exemplum castitatis. Ille sibi inuenit in eis domum quietis, & securitatis. Illa nidum sibi, vbi reponat pullos suos. Quæ sunt hæc, nisi iuuenū naturaliter calidus sanguis, & feruidus animus, ætas labilis, curiositas inquieta, & virilis maturitas, feruus animus, castus, sobrius, pertæsus exteriorum quantum potest, & intra semetipsum recondens semetipsum? Quorum alterum in tabernaculis domini virtutum, in disciplina cellarum inuenit vbi ab omnibus vitijs quietem, firmamentum stabilitatis, & mansionem securitatis.

Alterum verò in secreto cellæ secretioris recessum cōscientiæ, vbi reponat, & nutriat sanctarum affectionum suarum fructus, & spiritualis sensus cōtemplationis. Passer solitarius in tecto: hoc est in altitudine cōtemplationis, calcare amat habitationē carnalis conuersationis. Turtur in inferioribus fœcudatur, & gaudet in fructibus humilitatis. Perfecti enim quique, & spirituales, qui turturis nomine designantur, cum ad firmamentum, & robur virtutis suæ per virtutem obedientiæ, & subiectionis perueniunt, premunt se semper, ac deiciunt in id, quod insipientium est: & vnde infra se descendunt, inde ascendunt supra se: & in aliando se magis proficiunt, propter fructus humilitatis, qui sunt frequentes, & sublimes excessus cōtemplationis, nō arbitantes esse negligendam cōscientiam voluntariæ subiectionis, vsum socialis vitæ, & dulcedinem fraternæ caritatis. Ideo vir spiritualis, & corporis suo spiritualiter vtēs, seruitutem eius, quam habet animalis homo per vim coactam, rationalis per consuetudinem subactā, accipere meretur quasi naturaliter affectam. Vbi illi est obedientia necessitatis, iste eā habet caritatis. Vbi ille virtutes laboris plenas, iste habet eas versa in mores. Illi vero passeris Dei sursum nitentes ad ea, quæ sunt perfectorum, non elationis præsumptione, sed pietatis amore, in paupertate spiritus sui sublimati, non repelluntur, vt elati, sed suscipiuntur, vt deuoti: & aliqn hoc merentur experiri, quo spirituales frui: & semper affectant imitari eorum vitam actiuam, ad quorum ambium consolationem contemplantur. Sicut vbi spiritus, licet non vnogressu gradientes, æque proficiunt, & spirituales in humili, & incipientes in sublimi.

Et hæc sunt cellarum bene ordinarum

sancta commercia, studia veneranda, ociā negociosa, quies operosa, caritas ordinata, mutuo in silentio sibi colloqui, & in absentia abinuicem se adinuicem magis frui, proficere de inuicem: & cum se non vident adinuicem in alio videre quod imitandum est in se ipsis non nisi quod fiendum est.

Ego vero, sicut dicit Hieremias, vir videns paupertatem meam cum alienas diuitias computo, in memetipso erubescō, & suspiro, quia quod tracto in alieno, mallet experiri in proprio: De duobus quippe malis tolerabilius est quod amas non videre, quàm videre, & non habere, quamuis non sic de bonis domini. Quia enim domini videre, amare est, amare vero, habere est. Ideo vitamur, in quantum possumus, vt videamus, videro intelligamus, & intelligendo amemus, vt amado habeamus. Domine, super hoc ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. De animali vero statu transcunt ad rationale, vt de rationali transcunt ad imperialem tractando, & vtinam proficiendo. Primo scire debemus, quia sapientia (sicut in libro nominis eius legitur) præoccupat eos, qui se concupiscunt, & occurrit eis, & ostendit se in vijs suis hilariter, sicut in proficiendo, sic & in meditando. & tractando attingens vbi que propter sui munditiam, adiuuat enim Deus vultu suo se intuentem, mouet ac promouet, & attrahit specie summibor. se contemplantem. Cumq; ratio proficiendo in amore sursum ascendit, amanti & desideranti, gratia cōdescendit. Vnum sæpe sunt, quæ illos duos status efficiunt, quæ sunt ratio & amor, & quæ ex eis efficiuntur, scilicet scientia, & sapientia. Nec possunt aliter secus tractari, vel cogitari, quæ iam vnum, & vnius operationis ac virtutis sunt, & in sensu intelligentis, & in gaudii frequentis. Quamuis ergo distinguuntur sicut ab altero, tamē cum sic se res obtulerit, & cogitandus, & tractandus erit aliter cum altero, & in altero.

Quia ergo (sicut iam supradictum est) quemadmodum in proprio religionis, status animalis vigilat circa corpus, & hominem exteriorem componit, & in studio virtutis: sic rationalis circa animum agere debet, vel faciendum si non est, vel excolendū, & ordinandum si est: primo videndum est quis, vel quid sit animus ipse, quæ ratio rationale facit: quid ipsa ratio, quæ animal

Anima
quid. animal mortale faciēdo rationale, hominē
perficit. Sed primo dicendum est de anima.
Anima est res incorporea, rationis capax,
uiuificādo corpori accommodata. Hęc ani-
males constituit homines, quæ carnis sunt
sapientæ, sensibus corporis inhaerentes.

Enon tantum capax, sed & particeps, conti-
nuo abdicat à se partem generis sceminini,
& efficitur animus particeps rationis regen-
do corpori accommodatus, vel seipsum ha-
bens spiritus. Quamdiu enim anima est, co-
to in id, quod carnale est, efformatur.

Anim
Animus vero vel spiritus, non nisi quod
vile est, & spiritus conditur, Spiritus
enim hominis in appetitu boni subtilis, &
efficacis nature conditus, & in arte creatri-
tis sapientie omni corpore melior, omni
etiam lucidior corpore lucidior, ac dignior, ob
imaginem conditoris, & capacitatem ratio-
nis vitio carnis originis implicitus,
peccati sui effectus est, & captiuus in le-
ge peccati est in membris.

Nam in omnino amisit arbitrium, id
est rationis in iudicando, & di-
cernendo, quamquam libertatem suā ami-
serit in eligendo, & agendo. Nam in poenā
peccati, & testimonium amissæ dignitatis
naturalis, positum est in signum ei arbitriū
sed captiuum, quod etiam ante conuerno-
nem, & liberationem voluntatis, numquam
perdere potest ex toto vlla auersione ipsius
voluntatis. In quo etiam cum eo abutitur
in eligendo malum pro bono (sicut dicitur
est melior est, & dignior omni corporea
creatura non in se, sed in arte creatricis ve-
ritatis. Liberatur verò volūtas, quando effi-
citur caritas: cum caritas Dei diffunditur in

Ro. 5. cordibus nostris per Spiritum sanctum
Fidatur nobis. Et tunc vere est ratio, nec est
habitus mentis per omnia conueniens, cri-
tati. Cum enim liberata voluntate per li-
berantem gratiam, spiritus agi in libera-
ta ratione, tunc suus est, hoc est seipso libe-
re vtens efficitur, & fit animus, & bonus
animus. Animus, inquam, in quantum
bene animans, & sciens animal suum
supplemento liberæ rationis. Bonus au-
tem in quantum iam amans bonum suum,
quo bonus in, & sine quo nec bonus, nec ani-
mus esse potuit. Fit autem bonus animus
& rationalis, diligens dominū Deum suum
in toto corde suo, & in tota anima sua, & in
tota mente sua, & in omnibus viribus suis,

& non nisi in ipso seipsum, & proximum
suum sicut seipsum. Fit autem bonus ani-
mus Deum timens, & mandata eius obser-
uans. hoc enim omnis homo. Ratio verò
sic diffinitur à diffiniētibz, vel describi-
tur à describētibz: Aspectus animi est:
quo per seipsum, non per corpus, verum in-
tuetur, aut ipsa veri contemplatio, aut ip-
sum verum, quod contemplatur, aut vita ra-
tionalis, vel rationale obsequium, in quo
conformatur veritati contemplatæ. Ratio-
cinatio verò est rationis, inquisitio, hoc est
aspectus eius motio per ea, quæ aspicienda
sunt. Ratiocinatio quaerit, ratio inuenit.
Aspectus hic in rem aliquam cōiectus cum
eam videt, scientia est, cum non valet, igno-
rantia est hominis.

Hęc ergo ratio est, & instrumentum, per
quod operatur, & opus quod operatur. Hęc
semper exerceri amat in eo, quod vtile est,
& honestum, exercitio proficiens, desidia
vero in semetipsa marcescens. Nullum ve-
rò dignius, & vtilius exercitium est homi-
ni eā habenti, quā in eo, quod melius ha-
bet, & in quo ceteris animalibus, & ceteris
partibus suis præeminet, quæ est ipsa mens,
vel animus. Menti verò, vel animo, cetera
pars hominis regenda subdita est. nec
dignius est alio modo ad quærēdū, nec dulcius
aut mēti. Hęc autem nec vtilius ad habendum,
quā quod solū ipsam mētē supereminet,
qui est solus Deus. Nec lōge est ab vnoquo
que nostrū, quia in ipso viuimus, mouemur, f

Act. 17.
& sumus. Et non sicut in aere isto, sic in do-
mino Deo nostro, sed in ipso viuimus per
fide, mouemur, & pronouemur per spem,
fili inur per amorē. Ab ipso enim, & per ip-
sum conditus est rationalis animus, vt ad ip-
sum sit conuersio eius, vt sit ipse bonū eius.
Hic autē ex illo bono bonus, ad imaginem
& similitudinē eius conditus est: vt quamdiu
hic viuatur, quā propius potest, accedat
ad eū similitudine, à quo sola receditur dis-
similitudine: vt sit is sanctus, sicut ille san-
ctus est; in futuro futurus beatus, sicut ille
beatus est. Deniq; hoc solū magnū, & bonū
est, quū magnus, & bonus animus suscipit
miratur, & affectat quod supra eum est, &
adherere festinat similitudini suæ deuota
imago: Ipse. n. imago Dei est. Et per hoc op-
imago Dei est, intelligit se eū nec, & posse
& debere inherere ei, cuius imago est. Ideo
est in terris regit corpus sibi committit,
meliore tamen parte sui scilicet memoria,

intelle-

H intelligentia, & amore ibi semper conuersa
ri amat: vnde quidquid est, quidquid habet,
se nouit accepisse, & ubi in perpetuum se mē-
surum, & cum plena Dei visione plenam
Dei similitudinem adeptus, quantum in
hoc homini sperandum est, sperare ei licet,
si bonæ spei vitam suam non negligat con-
formare. Illuc ergo spectat vnde pedit plus
cum hominibus commorans, vt viuificet
eos vita Dei ad quærenda, & capienda diui-
na, quàm vt animet vita ista mortali & hu-
mana. Sicut enim corpus, quod animat, natu-
rali statu suo erigitur in cælum, quod natu-
ra & loco, & dignitate, & loca omnia & cor-
pora supereminet, sic spiritalibus ipse natu-
ra, ad ea, quæ in spiritalibus præeminent:
hoc est ad Deum, & diuina erigere semper a-
mat semetipsum, non superbe sapiendo, sed
piè amando, sobrie, & iuste, & piè viuendo:
qui quæto altius est quod nititur, tanto for-
tioribus exercitiõrum studijs exercendus est,
& que eum nõ profundat, sed intingat, sicque
afficiant, vt perficiant, studia verò hæc etsi
litteris aliquando adiuuantur, & vtantur, nõ
tamen litteratoria sunt, nõ cauillantiã, nõ
disputantiã, nõ garrulã, sed spiritalia, pa-
cifica, & humilia, humilibus consentientiã.
Quæ etsi foris exercentur, intus potius aguntur
in spiritu mentis, vbi quatuor homo
de die in diem, induens non nouum hominem, qui
secundum Deum creatus est, in sanctitate,
& iustitia veritatis. Ibi enim sit animus, ibi
fit intellectus bonus omnibus facientibus
eum, cum secundum regulã ab apostolo datur
in omnibus exhibemus nos sicut Dei mim-
stros, in multa patientia, in tribulationibus,
in necessitatibus, in angustijs, in laboribus,
in vigilijs, in carcere cellæ, in ieiunijs, in
castitate, in scientia, in longanimitate, in
suauitate, in Spiritu sancto, in caritate non
ficta, in verbo veritatis, & virtute Dei, per
arma iustitiæ a dextris, & a sinistris, per glo-
riam & ignobilitatẽ, per infamiam, & bonã
famam, vt seductores, & veraces, sicut igno-
ri & cogniti, quasi mortentes, & ecce viuimus:
vt castigati, & non mortificati, quasi
tristes, semper autem gaudentes, sicut egen-
tes, multos autem locupletantes, tamquam
nihil habentes, & omnia possidentes: in la-
bore, & ærumna, in fame & siti, in frigore
& nuditate. Hæc & huiusmodi sunt studia
sancta, exercitiã apostolica, in quibus discuti-
tit se animus, & inuenit, & emendat, mun-
dans se ab omni inquinamento carnis, ac

spiritus perficiens sanctificationem in ti-
more Dei. Studia hæc silentium amat, quic-
tem desiderant cordis, in labore corporis,
paupertatem spiritus, & pacẽ in exteriori-
bus pressuram, & bonam conscientiam in om-
ni puritate cordis, & corporis. Hæc faciunt
animum: quia vnde sciunt, habent. Vana
verò illa, nugigerula, verbosa, contentiosa,
curiosa, ambitiosa, etiam sanctum animum
vel iam perfectum dissipant, & contumunt.
Hæc studia scrutantur virtutum, non tam
flores, quàm radices, non vt luceant, sed vt
sint: non vt sciantur, sed vt habeantur. Vi-
tiorum verò plus in semetipsis metunt ap-
petitum, quàm ab aliis. Impetum: plus con-
tagium, quàm malitiã. Sicut enim aliquan-
do magno labore, & studio, & seueritate vir-
tutes trahuntur in affectum, & in mentem
nam, sic vitia leuissima remissioris licen-
tiæ opportunitate transeunt in consuetudinẽ,
& quasi naturalia efficiuntur. Sed nihil
vitium naturale est, virtus verò in omni ho-
mini naturalis est. Consuetudo vitii vel
voluntatis corruptæ, vel inobediencie
neglecta conscientia efficere solet. Consue-
tudo quippe, sicut philosophi dicere solent,
est secunda natura. Omnis tamen malus
animus prinsepã indolescat, moliri potest
malitia eius: sed nec postquam induruerit,
desperandum est. Hæc enim maledictio est
Adæ, vt in terra laboris nostri, & in agro
cordis vel corporis nostri, noxia vel inuti-
na gratuito passim vbique pronent: vitia
verò vel necessaria, & salubria cum labo-
re. Virtus tamen quoniam natura res est,
cum venit in animum aliquando, non ve-
nit sine labore, sed venit in locum suum, &
sicut fidelis, & bene certo ea natura con-
uenit, cum nullum præmium potius sit ei
quàm in Deo conscientia sui.

Vitium verò cum nihil aliud esse creda-
tur, quàm priuatio virtutis: tamen viti-
tas eius, & enormitas tanta nonnumquam
quasi sentiat, vt obruat & opprimat fecidi-
tas tanta, vt inquitur, & insiciat, adhuc tã
pertinax consuetudo, vt vix à se eam na-
tura excutiat. Omnis enim vitij frustra sci-
catur niuis, si non sit vitij obiectum, & et
bi gratia: Remota voluntas facit mentis le-
uitatem, ex qua procedit instabilitas mentis,
inconstantia morum, vana lætitiã, sepe vs-
que ad lasciuiam carnis, vana tristitiã non-
numquam vsque ad ægitudine corporis, &

multa

ff. 110.

1. Cor.

1. Cor.

11. f

multa alia in negligentia, vel transgressione propoliti ex leuitatis vitio venientia. Sic etiam superba ex vsu voluntas, in magna sepe cordis inopia tunc etem efficit animum, Vnde procedunt vana gloria, fiducia sui, negligentia Dei, iactantia, inobedientia, contemptus, praesumptio, & cetera animi pestes, quae profuere solent, et ex timore, & vsu superbiae. Et in hunc modum omnia genera vitiorum ex aliquo male voluntatis affectu, vel male consuetudinis vsu, suam singula ducunt matricem originem quae quanto diutius menti inolata est, tanto fortius haeret, & fortioribus remedijs eget, & quae requirit diligentiore. Humilitas a pestes vitiorum, vsq; in vltima solitudine sem solitarij persequuntur. Et sic bene concreta virtus, &

in omni modo insidens, possessorem suum in seipsum perit multitudinis, sic vitium consuetudinis possessum suum liberum esse non patitur, sed in libertate solitudine. Nam nisi pertinaciter, & prudenti opera expugnata fuerit, non modo, leniri potest, vinci vix potest, sed in quodocumque, se componat aut in seipsum, quod solitudine habitat, secretum, vel silentium cordis esse non patitur. Cui quo maiorem conuenerit inesse vsum consuetudinis, & voluntatis, eo nequior, & rebellior in eo inuenitur, non tam malitia spiritalis, quam in quibuslibet experientia multiplex quaedam collectio, & dura corpulentia necessitatis. Sed redeamus ad laudem virtutis. Quid est virtus. Filia rationis, sed magis gratiae. Vis, quaedam est ex natura. Vt autem virtus sit, habet ex gratia. Vis est ex iudicio approbatae rationis, virtus autem ex appetitu illuminatae voluntatis. Virtus, n. est voluntarius in bonum adensus. Virtus est aequalitas quaedam vitarum, & omnia congruens rationi. Virtus est ad iudicium rationis vsus liberae voluntatis. Virtus quaedam est humilitas. Virtus quaedam est patientia. Virtus quaedam est obedientia. Virtutes sunt, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, & aliae quae plures in quibus singulis non est aliud virtus, quam sicut dictum est) ad iudicium rationis vsus liberae voluntatis. Virtus, n. voluntas in animo est origo omnium virtutum. Virtus, n. mater virtutum. Sic conuenit male voluntas, est, origo omnium malorum, & vitiorum. Ideo cultos animae suae, valde sollicitos esse debet circa custodiam voluntatis suae, ut prudenter intelligat, & discernat quid in totum velit, et vo-

lendum sibi sit, sicut est amor Dei: quid propter illud, sicut est amor proximi. Vt. n. in illo data sit omnis discretio, in hoc semper secundum obedientiae regulas cauta, & prudens debet esse dilectio. In dilectione quippe Dei non alia ratio, non alia discretio est, nisi vt sicut ille cum dilexisset nos, in finem dilexit nos: sic, si fieri potest, in infinitum diligamus eum nos, sicut beatus vir, qui in mandatis eius cupit nimis. Sed cum nullum finem, vel terminum habere debeat deuotio amantis, tamen terminos suos, fines, & regulas habere debet actio operantis. Vbi ne aliquando oberret nimia voluntas, necesse est, quod semper adsit mediantem obedientia custodies veritas. Nihil, n. in bonum hominis in Deum proficientis, tam sibi conuenit, quam voluntas & veritas. Hae duo sunt, quae, sicut dictum minus, si conseruerint in vnum, quodcumque petierint, fiet eis a Deo patre. Si duo hae in vnum perfecte conseruerint, omnem in se continet virtutum plenitudinem, sine vicio intercurrente omnia possunt in homine etiam languere, omnia habent, & possident in homine nihil habente: dant, mutant, conferant, profunt in homine secum quiescunt. Gloria, & diuitiae in consensu sancti viri illius, ex fructibus bonae voluntatis eius. Fortis vero non ex voluntate, sicut fecit huius mundi, sed iudique cum circumdat fecit veritatis Dei. Hilarem enim eum, & iucundum intus semper efficit bona voluntas: in exteriori vero actione feruum, & grauem, tamen ac securum reddit veritas. Ideoque supergressus humana homo ille, semper in ferreo est: sicut de aere illo hoies ferunt, qui super globum lunae est. Voluntas, naturalis quaedam animi appetitus est, alius in Deum, & circa interiora sua, alius circa corpus, & circa exteriora, & corporalia. Hae cum sursum tendit, sicut ignis ad locum suum: hoc est, cum sociatur veritati, & mouetur ad altiora, amor est. Cum vero promouetur, & lactatur a gratia, dilectio est. Cum apprehendit, eum tenet, cum fruitur, caritas est, i. lo. 4. c

Quamdiu tamen huiusmodi virtuti, seu be-

cessitati

A
Ps. 118. aMatth.
18. cB
i. lo. 4. c

Virtus.

cessitati naturæ seruit: natura est, vel appetitus eius. Cum verò in superflua se exponit, vel noxia, vitium naturæ est vel sui ipsius. Quorum primo appetitu, vel accessu, de temetipso tibi hoc capere licet argumentum. Cum in eis, quæ ad corpus spectant, in rebus necessarijs voluntas primo appetitui finem facit, naturalis animi appetitus est. Cum vero in appetendo semper ad vltiora progreditur, ipsum se prodit, quia iam non tam voluntas, quam vitium voluntatis est, auaritia, vel cupiditas, vel aliquid huiusmodi. Voluntati enim in huiusmodi cirò satis est, vitijs verò eius numquam satis est. Hæc in spiritualibus, & in eis, quæ ad Deum sunt, cum vult quod potest, laudanda est: cum vult quod non potest, & plus quam potest, regenda est: cum non vult quod potest, excitanda est, & prouocanda. Sæpe enim si non frænatur, impetû facit, & agit in præceps. Sæpe si non excitatur, dormit, & tardat, & obliuiscitur quò tendebat, & facile declinat quasi à latere in obligationes obliæ delectationis. Ideo que sicut in corpore etiã solet fieri, melius .n. corpus hominis ab aliquo videtur, quam seipsum videat) in huiusmodi nos sæpe melius videt alienus oculus, quàm noster: & alius, qui non est pariter in feruore eiusdem voluntatis, maior sæpe iudex est actionis: quia sæpe vel negligentia, vel priuato amore nostri erramus in nobis. Bona ergo custos voluntatis est obediẽtia, siue imperij illa sit, siue consilij, siue subiectionis, siue solius caritatis. Purius .n. ac dulcius, secundum apostolum Petrum, ad parem, seu etiam ad minores suos, filij obedientia castificant corda sua in obedientia caritatis, quam ad maiores subigant per obedientiam necessitatis. In illa .n. sola vel præcipit, vel consulit, & obedit caritas. Hic autem poenam timet, vel minatur imperiosa necessitas, Et in illa obediẽti sæpe debetur maior gloria: in ista verò inobediẽti maior semper intentatur poena. Ergo in homine sursum cor habente propter exteriora sua regenda, moderanda, cõponenda, palam omnibus est quæ necessaria sit voluntati custodia sua, amplius autem propter interiora sua. Animo .n. sæpe seipsum vel Deum cogitanti, ipsa voluntas in omni cogitatione princeps est, & necessario principium voluntatis sequitur omni tenor cogitationis. Tria enim sunt, quæ cogitationem faciunt, voluntas, memoria, & intellectus. Voluntas cogit me-

moriam, vt proferat materiam, cogit etiã intellectum ad formãdum quod profertur, adhibens intellectum memoriæ, vt inde formetur: intellectus vero aciem cogitantis, vt inde cogitetur. Quæ quia in vnum cogit voluntas, & facili quodam nutu copulat, à cogendo cogitatio nomen accepisse videtur. Hinc sunt cogitationes omnes, aliæ bonæ, & sanctæ, & dignæ Deo: aliæ malæ, & peruersæ, quæ separant à Deo: anæctio, & vanæ, à quibus auferit se Deus. Hinc .n. dicitur quòd peruersæ cogitationes separant à Deo: & quia spiritus sanctus auferit se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.

In quibus verbis videtur, quod sine omni intellectu non potest cogitari, & nulla omnino cogitatio sine omni intellectu est. Sed alius est intellectus naturalis, alius est virtus rationalis. Intellectus quidem id est, qui quocumque seu in bonum, seu in malum applicitus fuerit, naturaliter operatur. Sed alius inuenitur sibi relictus, & gratia illuminatus. Ille sæculi rebus, & negotiatorijs se non negat. Hic .n. ut in bonis se rebus, & similibus sibi seipsum accommodat. Ille sæpe operatur sicut sibi relictus, & vitio infectus ex vi rationis, & vitio corruptæ voluntatis, tenet peruersas cogitationes, quibus semetipsum, qui cogitat, sponte separat à Deo. Hic autem semper sicut illuminatus, & virtuti affectus, operatur pietatem, quæ cogitantem cõiungit Deo. Quæ vtro secundo loco ponuntur cogitationes sine intellectu, ipsæ sunt vanæ, illæ & ociosæ neutro intellectui per cogitantis intentionem se applicantes, non repere perimètes, sed sensim & paulatim corrumpentes, occupantes temere necessarias impediẽtes, & aium inficientes, non in cogitationibus, quæ ex veris, & imaginarijs recollectionibus simulachra quædam cogitationum, seu ipsæ cogitationes vltro, & multipliciter de memoria itaurentes. In quibus passio quædam voluntatis potius videtur esse quàm actio: cum nulla sit in eis cogitantis intentio: cum quod sponte ebullit de memoria, formatur. Se offert intellectui non curanti, & quidquid cogitur, videtur potius agi in somno dormientis, quàm in cogitantis. Vbi tamen etiam se reperere spiritum sanctum non est in voto cogitantis, fit tamen ex culpa negligentis, vt spiritus sanctus disciplina merito auferat se à cogitationibus in disciplinatis. Quæ quamuis fiant

per vim quamdam occultam rationis, nō ta-
men fiunt ex ratione, & trahitur in eas in-
tellectus, cum nullus sit in eis intelligentis
assensus. Vbi verò serid de rebus serijs be-
ne cogitatur, voluntas libero arbitrio de
memoria euocat, quodcumque opus habet,
& intellectum formantem memoriæ adhi-
bet, formatumq; quidquid illud est intelle-
ctus adhibet acie cogitantis, & sic peragi-
tur negotium cogitationis. Cū verò de his
quæ de Deo, vel ad Deum sunt cogitatus, &
voluntas eo proficit, vt amor fiat, continud
per viam amoris infundit se spiritus vitæ:
& omnia viuificat, adiuuat (sua in oratio-
ne, cū in meditatione) in tractatu in-
firmitatem cogitantis, & et cōtinud memoria
efficitur sapientia, vt tam suauiter ei sapiunt
de Deo, quod ex eis cogitatum est for-
mandum in affectu, adhibet intellectui. In-
tellectus verò cogitantis, efficitur contem-
platio amabilis, & formās illud in quādam
spiritualis, vel diuinæ suauitatis experien-
tias, afficit ex ois aciem cogitantis, illa verò
efficitur gaudium fruētis. Et tunc de Deo
bene cogitatur secundum humanū modū,
si tamen cogitatio dicenda est, vbi nil cogit
nec cogitur, sed tantummodo in memoriā
abundantiæ suauitatis Dei exultatur, iubi-
latur, & verè sentitur de eo in bonitate, ab
eo, qui in simplicitate totus quæritur inum.
Sed modus hic cogitandi de Deo nō est in
arbitrio cogitantis, sed in gratia donantis,
s. cum Spiritus sanctus, qui vbi vult spirat,
quando vult, & quomodo vult, & quibus
vult, in hoc aspirat. Sed hominis est iugi-
ter præparare cor, voluntatem expediendo
ab affectionibus alienis, rationem, vel intel-
lectum à sollicitudinibus, memoriā ab o-
ciosis, & negociosis, nōnunquā & à nec-
sarijs occupationibus, vt in die bona domi-
ni, & in hora beneplaciti eius, cum audierit
vocē spiritus spirantis, ea que cogitationem
faciunt, cōtinud nocere cōcurrant sibi, &
cooperentur in bonum, & quasi symposium
faciant in gaudium cogitantis, voluntas ex-
hibendo in gaudium Domini puram affe-
ctionem, memoria per certam fidelem intel-
lectus experientia suauitatem. Sic ergo vol-
untas, & intellectus in cogitationes ociosas &
indignas vni corrupta potestas, quæ se-
parant à Deo. Recta necessaria ad vsum vi-
tæ huius. Pia, efficaces, ad fructum spiritus, &
ad fruendum Deo. Fructus autem spiritus
sunt, sicut Apostolus dicit, caritas, pax,

gaudium, patientia, longanimitas, bonitas,
benignitas, mansuetudo, fides, modestia,
continentia, castitas. Et in omni genere
cogitationis, omnia quæcumque cogitanti
occurrunt, conformantur intentioni vo-
luntatis, agente in eo misericordia, & iudi-
cio Dei, vt iustus iustificetur adhuc, &
qui in fordibus est, sordeat adhuc. Ideo
homini Deum amare volenti, vel iam amā-
ti, suus semper consulendus est animus, exa-
minanda conscientia, quid sit quod in to-
tum vult, & propter quod vult, quidquid
aliud vult spiritus vel odit, quidquid con-
tra illud caro concupiscit. Incidentes enim
quasi extrinsecus, & decedentes cogitatio-
nes, & præteruolantes voluntates, quibus
modo vult, modo non vult, nequaquam in-
ter voluntates, sed penè inter ociosas depu-
tandæ sunt cogitationes. Nam etsi aliquan-
do fiunt vsque ad delectationem animi, ci-
to tamen inde se excutit animus compos-
sui.

Quod autem in totum vult, primo con-
siderandum est ei, quid illud sit, quod sic
velit, deinde quantum velit, & quomodo
velit. Si quod in totum vult, Deus est, di-
scutendum est ei quantum velit, & quo-
modo velit, & vtrum vsq; in contemptum
suisius, & omnia que, qua sunt, vel esse
possunt, & hoc non tantum ex iudicio ra-
tionis, sed etiam ex affectu mentis, vt iam
voluntas plus quam voluntas sit, vt amor
sit, vt dilectio sit, vt sit caritas, sit vnitas
spiritus. Sic enim diligendus est Deus.
Magna enim voluntas ad Deum, amor est;
dilectio, adhesio, siue coniunctio; caritas,
fructio. Vnitas verò spiritus cum Deo ho-
mini sursum cor habenti, proficiens in
Deum voluntatis est perfectio, cum iam
non solummodo vult, quod Deus vult, sed
sic est non tantum affectus, sed in affectu
perfectus, vt nō possit velle nisi, quod Deus
vult. Velle autem quod vult Deus, hoc est
iam similem Deo esse. Non posse velle nisi
quod Deus vult, hoc est iam esse quod Deus
est, cui velle, & esse, id ipsum est. Vnde bene
dicitur, quod tunc plenè videbimus eum
sicuti est, cum similes ei erimus, hoc est
erimus quod ipse est. Quibus enim po-
testas data est filios Dei fieri, data est po-
testas, non quidem vt sint Deus, sed sint
tamen quod Deus est, sint sancti, futuri
plene beati, quod Deus est. Nec aliunde
hic sancti, nec ibi futuri beati quam ex

Apo. 3. 2.

6

H

1. 20. 3. 6

deo, qui corum, & sanctitas, & beatitudo est. Et hæc hominis est perfectio, similitudo Dei. Perfectum autem nolle esse, delinquere est. Et ideo huic perfectioni nutrienda est semper voluntas, amor præparandus voluntas cohibenda, ne in aliena dissipetur amor seruandus, ne iniquetur. Propter hoc enim solū creati sumus, & viuimus, vt Deo similes simus, cum ad Dei imaginem creati simus. Est autem Dei similitudo quædam

Gen. 1. d

I
omni homini in testimonium amissæ melioris, & dignioris similitudinis, creator omnium hominum reliquit, quam habet, & volens, & nolens, & qui eam cogitare potest, & qui tam hebes est, vt eam cogitare non possit, scilicet quod sicut vbiq; Deus est, & vbiq; totus est in creatura sua, & sic in corpore suo omnis viuens anima, & sicut semper sibi indissimilis Deus indissimiliter dissimilia in creatura operatur, sic anima hominis quamuis totum corpus viuificans in dissimili vita, in sensibus tamen corporis, & in cogitationibus cordis, indissimiliter operatur assidue dissimilia. Hæc similitudo Dei in homine, quantum ad meritū eius nullus apud Deum est momenti, cum naturæ non voluntatis eius sit vel laboris. Sed est alia magis Deo propinqua similitudo, in quantum voluntaria, quæ in virtutibus committit, in qua animus virtutis magnitudine summi boni quasi imitari gessit magnitudinem & perseuerat in bono cōstantia æternitatis eius incommutabilitatem. Super hæc autem alia est adhuc similitudo Dei. Hæc est, de qua iam aliquanta dicta sunt, intentū proprie propria, vt non iam similitudo sed vnitas spiritus nominetur, cum sit homo cum Deo vnus spiritus, non tantum vnitate volendi idem, sed expressiore quadā vnitate virtutis (sicut iā dictum est) aliud velle non valendi. Dicitur autem hæc vnitas spiritus non tantum quia efficit eum, vel afficit eum spiritum hominis spiritus sanctus, sed quia ipse est spiritus sanctus, Deus caritas, cū per eum, qui est amor patris, & filij & vnitas, & suauitas, & bonum, & osculum & amplexus, & quidquid commune potest esse amorum in summa illa vnitate veritatis, & veritate vnitatis, hoc idem homini suo modo fit ad Deum, quod eum subrati. In vnitate fito est ad patrem, vel patri ad filium, cum in amplexu, & osculo patris, & filij me iam quodammodo se inuenit bea-

ta conscientia, cū modo ineffabili, incogitabili fieri meretur homo Dei, non Deus, sed tamen q̄ Deus est ex natura, homo ex gratia, vide in catalogo spiritualium excitationum Apostolus prudēter interferuit spiritum sanctum, dicens. In castitate, in sciētia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei.

1. Cor.
6. 11

Vide enim quomodo rāquam omnia facientem, ordinantem, & viuificantem, in medio bonarum virtutum, sicut cor in medio corporis constituit spiritum sanctum. Ipse est enim omnium artifex creans hominis ad Deum bonam voluntatem, Deum hominem faciens præparationem, formam affectionem, dans virtutem. Quas operationem, agens omnia fortiter, & disponens omnia suauiter. Ipse viuificat spiritum hominis, & continet in vnum, sicut & ille viuificat, & in vnum continet corpus suum. Homines docent Deum quæ sunt. angeli adorare, solus ipse est, qui docet magnitudo habere, & frui. Ipse enim est, & solitudo bene quærentis, & pietas in spiritu, & veritate adorantis, & sapientia inuenientis, & amor habētis, & gaudiū fruētis. Quidquid tamē de visione, & cognitione Dei hic fidelibus impartitur, sicut lumen est, & ænigma, tantum distans a futura visione, & cognitione, quantum à veritate distat fides, vel tempus ab æternitate, nisi cum aliquando fit, quod de eo in libro Iob legitur: Qui abscondit lucem in manibus, & præcipit ei, vt rursus oriatur, & annunciat de ea dilecto suo quod possessio eius sit, & ad eam possit peruenire. Electo enim & dilecto Dei, aliquando vicissim lumen quoddā vultus Dei ostenditur (sicut lumen clausum in manibus patris, & latet ad arbitrium mentis) vt per hoc quod quasi in transcurso, vel in puncto permittitur videre, inardescat animus ad plenam solutionem in lumen æterni, & hereditatem plenam visionis Dei: cui vt innotescat aliquatenus id, quod ei deest, non numquam (quasi pertrāsies) gratia perstringit sensum amātis, & triplicem sibi, & rapit in diem, qui est à tumultu eorum, ad gaudia silentia. Et pro modulo suo ad momentū ad punctum respiciam ostendit. Videndum sicuti est interim etiā, & ipsum efficit in id ipsum, vt sit suo modo sicut illud est. Vbi cum didicit quid inter sit inter mundum, & mundum, redditur sibi, & remittitur ad mundum.

Iob. 36. d

mundandū cor ad visionem, ad aptandum
animum ad similitudinem, vt si aliquando
rursus admittatur, sit purior adhuc ad vi-
dendum, & stabilior ad fruendum. Nusquā
n. se melius deprehendit modus humanæ
imperfectæ visionis, quā in lumine vultus Dei, in
speculo diuinæ visionis. Vbi in die, qui est,

M plus, & plus videns quid sibi deest, emendat
in dies similitudine, quidquid deliquit dis-
tantiā a se habet, sine ei appropinquās,
à quo lōge factus est, per distimilitudinē. Et
sic expressiorē visionē expressiorē semper si-
militudo comitatur. Impossibile quippe est
videri summum bonum, & non amari, nec
non amari, nisi quoniam datum fuerit
videri, quousque amor proficiat in aliquam
similitudinē manū illius, qui Deum simi-
litudo sibi habet, nisi per humiliationem huma-
næ conditionis, vt hominem similem Deo
construat, vt gl'orificationē diuinæ partici-
pationis. Et tunc dulce est hōi cohūmiliari
summe maiestati copauerari filio Dei, diui-
næ sapientie conformari, hoc sentienti in
seipso, quod de in Christo Iesu Domino no-
stro. Hic enim est sapientia, amor cum timore,
exultatio cum tremore, cum cogitatur, &
intelligitur Deus humiliatus vsque ad mor-
tem (mortem autē crucis) vt hominē exal-
tet vsque ad similitudinē Diuinitatis. Hinc
emanat fluminis imp-

tem Dei. memoria abundantis suauitatis
eius in intelligendis, & cograndis circa nos
bonis eius. In quo cum ad Deum amandum
faciē hominem adducat pensata vel etiā
contemplata eius amabilia, per seipsa in af-
fectu contemplantis elucentia, potentia ei-
us, virtus eius, gloria, maiestas, bonitas, bea-
tudo: hoc potissimum amantem rapit in
amabilem, quod ipse in semetipso est quid-
quid in eo amabile est, qui est, quod
est, si tamen totum est vbi pars non est. Cui
bono amore ipsius boni sic se intendit pius
affectus, vt non se inde reuertat, donec num-
vel vnus est eo spiritus fuerit effectus. Quod
cum in eo fuerit perfectum, iam solo morta-
litate huius velo diuiditur, ac differtur à
sanctis sanctorum, à summa illa beatitudi-
ne super cælesti, quæ tamen cum iam in fide,
& in eius, quem amat, fruatur in conscientia,
iam in eo fuerit perfectum, iam solo morta-
litate huius velo diuiditur, ac differtur à
prætolatur patientia. Et hæc est destina-
tio solitarij certantis, hæc finis, hoc præ-
mium, hæc requies laborij, consolatio delo-
rum. Et ipsa est perfectio, & vera hominis sa-

pietia, omnes in se amplectens, & continēs
virtutes, non aliunde collectas, sed naturaliter
inatas sibi, ad similitudinem illam Dei
quæ est ipse quidquid est, cum sicut Deus
est in quod est; sic circa bonum virtutis, ha-
bitus bonæ voluntatis in bonam mentem sic
consolidatus, & affectus est, vt ex ardentissi-
ma boni incommutabilis adhæsiōne, nul-
latenus videatur iam posse mutari ab eo
est. Cum enim sit circa hominē Dei assum-
ptio illa Domini, & sancti Israel regis nostri
sapiens, & pius animus per illuminantem
& adiuuantē gratiam in cōtemplatione sū-
mi boni, speculatur et regulas incommuta-
bilis veritatis, in quantum ad eas pertinge-
re meretur intellectu amoris: & exinde for-
mat sibi modum conuersionis cuiusdam
cælestis, & formam sanctitatis. Speculatur

B .n. summam veritatem, & quæ ex ea vera
sunt: summū bonū, & quæ ex eo bona sunt:
summam essentiam, & quæ ex ea sunt. Illi
veritati, illi caritati, illi æternitati se con-
formans, in istis se ordinans illis non super-
uolans iudicando, sed suspiciens desideran-
do, vel inhærens amando: illa suspiciens, &
eise coaptans, & contormans, non sine di-
fcretionis iudicio, non sine examine ratio-
nationis, & iudicio rationis. Ex quo conci-
piuntur, & oriuntur virtutes sanctæ, & ima-
gines, & figuratur in homine, & vita illa
Dei ordinatur, à qua homines quoscūq; alic-
natos conqueritur Apostolus, & colligitur
robur virtutis, & duo illa, in quibus contem-
platiuæ perfectio consistat, & actiuæ: de qui-
bus, iuxta antiquos illos interpretes legitur
in Iob: Ecce pietas est sapiētia: abstinere ve-
ro à malo, scientia est. Sapiētia. n. pietas est,
hoc est cultus Dei, amor, quo eū videre de-
sideramus, & vidēs in speculo, & in gē-
nate credimus, & speramus: & in hoc profi-
cimus, vt cum videamus in manifestatione.
Abstinere vero à malis, scientia tempora-
lium est, in quibus nos sumus: in quibus in
tantū abstinemus à malis, in quantum ad bona
studemus. Ad hanc scientiam, & ad hanc ab-
stinentiam spectare inueniuntur primo om-
niū virtutū exercitia, deinde omnium artium
vitæ huius, in qua versamur disciplina. Quo-
rum alterum, id est, studium virtutum re-
spicere potius videtur ad superiora, quasi
superioris sapientia præferuntur, &
redolentia suauitatem. Alterum quod circa
corporalia sit exercitia, nisi sacri religione
reliquetur, defluit in inferiorum vanitatem.

C In quibus, cum scientia sit res siue ratione, siue sensibus corporis comprehensa, & memoriæ commendata, si bene res perpenditur, id propriè quòd apprehendimus sensibus, omnino scientis deputandum est.

Quod verò per semetipsam ratio in huiusmodi apprehendit: hoc iam est in quo se sibi scientia, atque sapientia conterminant. Quidquid enim aliunde discitur, s. per sensus corporis, quasi alienum, & aduentitium menti ingeritur. Quod vero spontè venit in mentem, siue ex ipsa vi rationis, siue incommutabiliura legum incommutabilis veritatis naturali intelligentia, ex qua etiam impijssimi homines nonnumquam rectissime iudicare inveniuntur: hoc sic ipsi inest rationi, vt hoc ipsum ipsa ratio sit: nec tam commendatur ei per doctrinam aliquam, vt scientia sit quàm vel aliò commoente, vel ipsa commemoratè hoc ipsum sibi inesse, naturaliter intellectus ei fit. In quo hoc potissimum est, cum quòd notum est Dei, Deo naturaliter reuelante, manifestum sit homini etiam impio. Deinde affectus virtutum naturalis, de quo licuit dicere ethnicis Poetam: Oderunt peccare boni virtutis amore. Deinde per inquisitionem ratiocinationum quælibet discretio rationabilium. Infima vero pars est scientiæ, & deorsum vrgens sensibilibus animalis experientiæ, qua fit per quinque sensus corporis, & concupiscentiam, & experientiam carnis, siue oculorum, siue superbiæ huius vitæ.

Horatius.

D Cum ratio ergo sapientiæ conformata, format sibi conscientiam, & ordinat vitam: in inferioribus scientiæ aptat sibi seruitutem, & sufficientiam naturæ, in ratiocinationibus, & rationabilibus ordinem vitæ, in obsequio virtutum formam conscientiæ. Sicq; ab inferioribus promotam, à superioribus adiutam pergens in id, quod rectum est, & iudicio rationis, & assensu voluntatis, & mentis affectu, & operis effectu, erumpere festinat in libertatem spiritus, & vnitatem: vt sicut iam sæpe dictum est, fidelis homo vnus spiritus efficiatur cum Deo.

Et ipsa est (de qua paulò ante diximus) vita Dei, quæ non tã rationis est profectus, quàm iam in sapientia perfectionis affectus. Hæc. n. quia iam sapienter sapienti sapiens est: quia vnus est vnus spiritus cum Deo, spiritualis est. Et hæc in hac vita hominis perfectio est. Iam enim qui hactenus sunt solitarii, vel solus, efficitur vnus, & solitudo

ei corporis vertitur in vnitatem mentis. Et impletur in eo, quod Dominus pro discipulis in clausula, omnis perfectionis orauit dicens. Pater, volo, vt sicut ego, & tu vnus sumus, ita, & ipsi in nobis vnus sint.

Hæc. n. vnitatis hominis cum Deo, vel similitudo ad Deum, in quantum propinqua t Deo, in tantum inferioris suum conformata, sibi, in finem illi, vt Spiritus, & anima, & corpus suo modo ordinata, suis locis dispositis, suis meritis æstimata, suis etiam proprietatibus cogitatur, vt incipiat homo perfectè nosse seipsum, & per cognitionem sui proficiendo, ascendere ad cognoscendum Deum. Quo conseruatum exurgere, & aspirare incipit profectus affectus, in cognitione huius similitudinis plurimum cauendus est error dissimilitudinis. s. in spiritualibus spiritualia, & diuinis diuina comparando, non aliter de eis cogitatur, quàm q; res habet. Cogitans ergo animus similitudinem Dei, & sui, primo in hoc format, & aptet cogitationem suam, vt omnino fugiat secundum corpus cogitare seipsum: Deum verò nõ solum non secundum corpus sicut locale: sed neque secundum spiritum sicut mutabile.

Quæ. n. spiritualia sunt, tantum diuersa sunt à corporum qualitate, & natura, quantum ab omni locali circumscriptione remota. Quæ verò sunt, tantum supereminent omnia, & corporalia, & spiritualia, quantum ab omni loci, vel temporis lege, vel mutabilitatis suspitione aliena, in suæ incommutabilitatis, & æternitatis beatitudine incommutabilia manent, & æterna. In quibus sicut, quæ corporalia sunt discernit animus per corporis sensus, sic quæ sunt rationabilia, vel spiritualia discernere non potest nisi per semetipsum. Quæ verò sunt Dei non nisi à Deo quarat, vel expectet intellectum. Et quidem de nonnullis, quæ ad Deum spectant, fas est, & possibile homini rationem habenti aliquando cogitare, & disquirere, sicut de dulcedine bonitatis eius, de potentia virtutis, & alijs huiusmodi. Ipsum vero quod est id ipsum, id quod est cogitari omnino non potest, nisi quantum ad hoc sensu illuminati animi attingi potest.

Credendus est tamen Deus, & innotuitum Spiritus sanctus, huiusmodi vnus, quædam vita æterna viuens, & viuificans, immutabilis, mutabilia omnia immutabiliter faciens, intelligens, & creans omnem intellectum, & intelligentem, sapientia faciens omnem

omnem sapientem, veritas fixa, stans indeclinabilis, ex qua vera sunt omnia, quæ vera sunt, in qua sunt æternaliter rationis rerum omnium euenientium temporaliter. Cuique vita ipsa essentia est, ipsa natura. Cui vita viuens ipse sibi est, quæ est ipsa diuinitas, æternitas, magnitudo, bonitas, & virtus in seipsa existens, & subsistens, excelsus omnem locum virtute naturæ illocatis, æternitate verò omne tempus, quod vel ratione, vel opinione comprehendere potest, quæ longe verius est, & excellentius, quam quolibet sentiendi genere sentiat. Certius tamen sensu humilis, & illuminati amoris, quam quolibet actu rationis attingitur, & semper melius est, quam cogitatur; melius tamen cogitatur, quam dicitur. Ipsa enim summa essentia, ex qua omne esse proficiscitur, ipsa est summa substantia, non subiecta prædicamenti vocum, sed verum omnium subsistens causale principium, in quo esse nostrum non moritur, intellectus noster non errat, amor non offenditur, qui semper quæritur, vt dulcius inueniatur, dulcissime inuenitur, vt diligentius quærat. Hoc ergo ineffabile (cum non nisi ineffabiliter videatur) qui vult videre, cor mundet, quia nulla corporis similitudine dormienti, nulla corporea specie vigilanti, nulla rationis indagine, nisi mundo corde humiliter amantis videri potest, vel apprehendi.

G Hæc est enim facies Domini, quam nemo potest videre, & viuere mundo, hæc est species cui contemplandæ suspirat omnis, qui affectat diligere Dominum Deum suum in toto corde suo, in tota anima sua, in omni mente sua, & in omnibus viribus suis. Ad quod etiam non desinit excitare proximum suum, si diligit eum sicut seipsum. Ad quod cum aliquando admittitur, in ipso lumine veritatis indubitanter videt præuenientem gratiam. Cum inde repellitur, in ipsa sui cæcitate intelligit puritatem eius non conuenire immunditiam suam. Et si amat, flere dulce habet, & non sine multo gemitu cogitur redire in conscientiam suam. Ad quod cogitandum omnino impares sumus, sed agnoscit quem amamus, & de quo digne non posse, vel dicere, vel cogitare confitemur. Et tamen vt dicamus, & cogitemus, amore eius, vel amore amoris eius prouocamur, & trahimur. Cogitantis ergo est in omnibus humiliare semetipsum, glorificare in semetipso Dominum Deum suum.

Oper. D. Bern. Tom. 1. l.

In contemplatione Dei vilescere sibi. In amore creatoris subiectum esse omni humana creaturæ. Exhibere corpus suum hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium suum. Præ omnibus autem non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & secundum datam à Deo mensuram fidei, bona sua non ponere in ore hominum, sed celare in cella sua, & recondere in conscientia, vt hunc quasi titulum, & in fronte conscientia, & in fronte cellæ semper habeat: Secretum meum mihi, secretum meum mihi.

F I N I S.

MEDITATIONES
deuotissima ad humana conditionis cognitionem, alias liber de Anima.



Vlti multa sciunt, & seipsum nesciunt. Alios inspicunt, & seipsum deserunt. Deum quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quibus interior est Deus. Idcirco ab exterioribus redeam

ad interiora, & ab inferioribus ad superiora ascendam, vt possim agnoscere vnde venio, aut quo vado, quid sum, vel vnde sum, & ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem Dei. Quanto namque in cognitione mei proficior, tanto ad cognitionem Dei accedo. Secundum interiorem hominem tria in mente mea inuenio, per quæ Deum recolo, conspicio, & concupisco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, voluntas siue amor. Per memoriam reminiscor. Per intelligentiam intueor. Per voluntatem amplector. Cum Dei reminiscor in memoria mea eum inuenio, & in ea de eo, & in eo delector, secundum quod ipse mihi donare dignatur. Intelligentia intueor quid sit Deus in seipso, quid in angelis, quid in sanctis, quid in hominibus, quid in creaturis, in seipso est incomprehensibilis, quia principium & finis. Principium sine principio, finis sine fine. Ex me intelligo quam incomprehensibilis sit Deus, quoniam me ipsum intelligere non possum, quem ipse fecit. In angelis est desiderabilis, quia in eum desiderant pro-

Dd 3 spice.

spicere. In sanctis est delectabilis, quia in eo assidue felices latantur. In creaturis est admirabilis, quia omnia potenter creat sapienter gubernat, benignè dispensat. In hominibus est amabilis, quia eorum Deus est, & ipsi sunt populus eius. Ipse in eis habitat tamquam in templo suo, & ipsi sunt templū eius. Non dedignatur singulos neque vniuersos. Quisquis eius meminit, eumque intelligit, ac diligit, cum illo est. Diligere eum debemus, quoniam ipse prior dilexit nos: ad imaginem & similitudinem suam

nos fecit, quod nulli alij creatura donare voluit. Ad imaginem Dei facti sumus, hoc est ad intellectum, & notitiam Filij, per quē intelligimus, & cognoscimus Patrem, & accessum habemus ad eum. Tanta cognatio est inter nos & Dei Filium, quod ipse imago Dei est, & nos ad imaginem eius facti sumus,

K. quam cognationem etiam ipsa similitudo testatur, quoniam non solum ad imaginem, sed ad similitudinem eius facti sumus. Oportet itaque id, quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. Representemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore caritatis. Teneamus eum in memoria, portemus in conscientia, & vbi que presentem veneremur. Mens siquidem nostra est ipsius eius imago est, quo eius capax est, cuiusque particeps esse potest. Non propterea eius imago est, quia sui meminit mens, seque intelligit, ac diligit, sed quia potest meminisse, intelligere, ac diligere, à quo facta est.

Quod cum facit, sapiens ipsa fit. Nihil enim iam simile est illi summæ sapientiæ, quàm mens rationalis, quæ per memoriam, intelligentiam, & voluntatem in illa Trinitate ineffabili consistit. Consistere autem in illa non potest, nisi eius meminerit, eamque intelligat, ac diligit. Meminerit itaque Dei sui, ad cuius imaginem facta est, eumque intelligat, diligit, atque colat, cum quo potest semper esse beata. Beata anima, apud quam Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. Beata, quæ dicere potest: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.

Eccl. 24
Negare siquidem requiem celi ei non poterit. Cur ergo nos deseruimus, & in his exterioribus Deum querimus, qui apud nos est, si nos velimus esse apud eum? Reuera nobiscum est, in nobis, sed ad huc per fidem, donec videre mereamur per speciem. Nouimus

inquit Apostolus, habitare Christum per fidem in cordibus nostris: quia Christus in fide, fides in mente, mens in corde, cor in pectore. Per fidem ergo recolo Deum creatorem, adoro redemptorem, expecto saluatorem: credo videre in omnibus creaturis, habere in seipso: & quod his omnibus ineffabiliter iucundius, patre beatius est, cognoscere in seipso. Patrem namque, & Filium cum sancto Spiritu cognoscere vita est æterna, beatitudo perfecta, summa voluptas. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quanta claritas, quanta suauitas, & quanta iucunditas, maneat nos in illa visione; quæ Deum facit ad faciem videbimus, qui est lux illuminatorum, requies exercitatorum, pater redemptorum, vita viuentium, corona vincentium. Ita in mente mea quamdam imaginem illius summe Trinitatis inuenio, ad quam summam Trinitatem recolendam, inspicendam, & diligendam, ut eius recorder, ea delecter, & eam complectar, & contempler; totum id, quod viuo, debeo referre: Mens imago Dei est, in qua sunt tria, id est memoria, intelligentia, & voluntas. Memoria attribuiamus omne, quod scimus, etiam si non inde cogitemus. Intelligentiæ tribuimus omne; quod verè cogitandum, inuenimus, quod etiam memoriæ commendamus. Per memoriam Patri similes sumus. Per intelligentiā Filio, per voluntatem Spiritui sancto. Nihil in nobis tam simile Spiritui sancto est, quæ voluntas, vel amor, siue dilectio, quæ excellentior voluntas est. Dilectio namque donum Dei est: ita quod nullum hoc dono Dei est excellentius. Dilectio namque quæ ex Deo est, & Deus est, propriè Spiritus sanctus dicitur, per quæ caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per quem tota Trinitas in nobis habitat.

DE MISERIA HOMINIS,
Examinatione extremi iudicij.
Cap. 11.



Ecū lum exteriorem hominem de parentibus illis venio, qui me aut fecerunt damnatum, quàm natum. Peccatorum peccatorem in peccato suo genuerunt, & de peccato nutriuerunt. Miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerunt. Nihil ex eis habeo, nisi miseriam, & peccatum, & corruptibile hoc corpus, quod gesso. Ad illos vero

M
Rom. 5. a

vero festino, qui morte corporis hinc exierunt. Cum eorum sepulchra respicio, non ingenio in eis nisi civerem, & vermem, factorem, & horrorem. Quod ego sum, ipsi fuerunt: & quod ipsi sunt, ego ero. Quid sum ego? Homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis de humano semine conceptus. Deinde spuma illa coagulata modicum crescendo caro facta est, postea plorans, & eiulans traditus sum huius mundi exilio, & ecce iam morior plenus iniquitatibus, & abominationibus. Iamiam presentabor ante districtum iudicem, de operibus meis rationem redditurus. Vae mihi misero, cum venerit dies illa iudicij, & aperti fuerint libri, in quibus omnes mei actus, & cogitationes domino presentandæ recitabuntur. Tunc demisso capite præ confusione malæ conscientie in iudicio coram domino habbo trepidus, & anxius, utpote commemorans scelorum commissam meorum. Et cum dicetur de me, ecce homo, & opera eius: reducam ante oculos omnia delicta, & peccata mea. Quadam namque vi diuina fiet, ut cuique sua opera bona, vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset, vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul & singuli, & omnes iudicentur. Iudicium faciet gestorum quisque suorum, cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt. Quod enim nunc confiteri erubescimus, tunc omnibus manifestabitur: & quidquid hic dissimulando palpamus, totum illic vindex flamma comburet. Ignis ubique ferrox raptus regnabit habentis, quantoque diutius Deus nos expectat, ut emendemus, tanto districtius iudicabit, si negleximus. Cur ergo tantopere vitam istam desideramus, in qua quanto amplius vivimus, tanto plus peccamus? Quanto est vita longior, tanto culpa numerosior. Quotidie namque crescit mala, & superahuntur bona, assidue variatur homo per prospera, & aduersa, & ignorat quando moriatur. Sicut enim in casu stella coruscans velociter currit, & repente deficit, & sicut cinilla ignis subito extinguitur, & in cinerem redigitur, sic cito finitam datur istam cernere vitam. Dum enim liber, ac iucundissime moratur homo in mundo, diuque se victurum arbitratur, ac multa in longa tempora disponit agenda: subito rapitur in mortem, & ex improviso animam auferitur à corpore, verum tamen cum ma-

gno merito magnisque delictis a anima separatur à corpore. Veniunt enim Angeli allumbrere illa, ut perducant eam ante tribunal iudicis metuendi: & tunc illam memorans opera sua mala, & pessima, quæ die, noctuque gessit, contremiscit, & querit illa fugere, induciasque petere, dicens: Date mihi, vel vnus horæ spatium. Tunc quasi loquens simul opera dicet: Tu nos elegisti: opa tua, tua sumus: non te deseremus, sed tecum semper erimus, tecum pergemus ad iudicium. Vitia quoque multis, & multiplicibus criminibus eam accusabunt, multaque falsa testimonio aduersus illam inuenient, quamquam vera ad damnationem eius factis possent sufficere. Dæmones vero terribili vultu, & horribili aspectu eam terrebunt. Ingenti furore eam persequentur, & comprehendent, tam terribiliter, quam horribiliter volentes retinere, & possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clausos, & os, aliosque corporis sensus, per quos solebat egredi, & delectari in his exterioribus, reuertetur ad se: & videns se formam, & nudam, ingenti horrore concussa, desperatione deficiet in se, & cadet sub se: & quia amore manit, & carnis voluptate Dei amore dereliquerat, derelinquetur a Deo miserata in hora tantæ necessitatis, atque a demonibus tradetur in inferno crucianda. Sic anima peccatoris in die, quæ ignorat, & hora, quæ nescit, rapitur à morte, & segregatur à corpore, pergitque miseris plena, & tremens, & dolens, & cum nullam excusationem habeat, quam pro peccatis suis possit obtinere, contabescit, & pertimescit ante Deum apparere. Ingenti horrore cõcutitur, & multiplicibus cogitationibus agitatur cum virgente solutione carnis, & subductis è medio omnibus, se & illum terminum considerat, cui appropinquat, & post paululum hoc inuenit, quod in perpetuum mutari non poterit. Considerat planè quam districtus veniat æternus iudex, & ante seueritatem tantæ iustitiæ, quas rationes vitæ suæ ponat. Si enim cuncta opera, quæ intelligere potuit, deuittauit: ventura tamen coram districto iudice illa magis, qui in semetipsa non intelligit, pertimescit. Crescit pavor cum cogitat, quod vitam vitæ huius nequaquam sine culpa transire potuit: nec hoc quidem, quod laudabiliter vixit, sine aliquo reatu est, si remota pietate iudicetur. Quis enim considerat, vel caet quanta mala per momenta temporis perpetrat.

mus, & quanta bona facere negligimus? Sicut enim peccatum est perpetratio mali, sic delictum, est desertio boni. Grauis siquidem iactura est, cum nec bonā facimus, nec bona cogitamus, sed cor nostrū per uana, & inutilia finimus vagari. Nimis tamen difficile est cor tenere, & ab illicita cogitatione seruare. Nimis etiam difficile est terrenas occupationes absq; peccatis ministrare. Quā ppter nullus semetipsum diiudicare, & comprehendere perfecte potest: sed multis cogitationibus occupatus, sibi metipsum aliquomodo manet incognitus, ut omnino quod tolerat nesciat. Propterea vigente exitu, subtiliori terretur metu, quia et si illa, quæ se iuit, nunquam se prætermisisse meminit, formidat tamen ea, quæ nescit.

De dignitate anima. Cap. III.

O Anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cū angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, unde ista pateris? Propter carnem aliena peccata tibi imputantur, & tuæ iustitiæ quasi pannus menstruatæ reputantur, atq; tuis ad nihilum es redacta, & quasi nihilum, & inane reputata. Nihil aliud est caro (cum qua tamē est tibi societas) nisi spuma caro facta, fragili vestita decore: sed erit quando erit cadaver miserum, & putridum, & cibus vermium. Nam quantumcumque excolatur, semper caro est. Si diligentes consideres quid p os, & nares, ceterosq; corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinum numquam vidisti. Si singulas eius miseras enumerare velis, quā sit onerata peccatis, irretita vitij, pruriens concupiscentijs, occupata passionibus, polluta illusionibus, pro na semper in malum, & in omne vitij procliuis, plenam omni confusione, & ignominia inuenies. Propter carnē homo vanitatis similis factus est, quia ex illa vitium concupiscentiæ traxit, quo captius tenetur, & incuruatur, ut diligit vanitatem, & iniquitatem operetur. Attende homo, quid fuisti ante ortum, & quid es ab ortu vsque ad occasum, atq; quid eris post hanc vitam. Profecto fuit quid non eras: postea de vili materia factus, & vilissimo panno inuolutus, menstruali sanguine in vtero matris sui-

sti nutritus, & tunica tua fuit pellis secundina. Sic indutus, & ornatus venisti ad nos, nec memor es, quā sit vilis origo tui. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesque subripere tibi noscere quid sit homo. Nihil aliud est homo, quā sperma foetidum, saccus stercoreum, cibus vermium. Post hominem vermi, post vermem fœtor, & horror. Sic in non hominem vertitur omnis homo. Cur ergo superbis homo, attendens quæ fuisti vile semen, & sanguis coagulatus in otero? Deinde miserijs huius vitæ expositus, & peccato, postea vermis, & cibus vermiū futurus in sepulculo. Quid superbis puluis, & cinis: cuius conceptus culpa, nasci miseriam, viuere pœna, mori angustia? Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa: nasci pœna: labor vita: necesse mori? Cur carnem tuam preciosis rebus impinguas, & adornas, quam post paucos dies vermes deuoraturæ sunt in sepulchro: animam vero tuam non adornas bonis operibus, quæ Deo, & angelis eius presentanda est in cælis? Quare animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? Dominā ancillari, & ancillam dominari, magna abusio est. Totus quidem iste mundus ad vnius animæ precium æstimari non potest. Non enim pro toto mundo Deus animam suam dare voluit, quam pro anima humana dedit. Sublimis ergo est animæ precium, quæ non nisi sanguine Christi redimi potuit. Quam ergo commutationē dabis pro anima tua, qui pro nihilo das illam? Nonne Dei Filius cum esset in sinu Patris, à regalibus sedibus pro te descendit, ut eam liberaret à potestate Diaboli? Quam cum vidisset peccatorum funibus irretitam, iamque Dæmonibus tradendam, ut morte perpetua damnaretur: fleuit super illam, quæ se nesciebat. Nec solum fleuit, sed etiā occidi se permisit, ut precioso sanguinis sui precio eam redimeret. Aspice mortalis, pro te datur hostia talis. Agnosce homo quā nobilis est anima tua, & quā grauia fuerint eius vulnera, pro quibus necesse fuit Christum dominū vulnerari. Si non essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam: numquam pro eorū remedio Dei filius moreretur. Noli ergo vilipendere animæ tuæ possessionem, cui à tanta maiestate tantam vides exhiberi compassionē. Fudit ipse lacrymas pro te, laua & tu per singulas noctes lectum tuum cordis compunctione, & lacrymarum assiduitate. Fudit ipse sanguinem

D

Isa. 64.

Ps. 143.

E

Ps. 106.

nem

nem suum, funde & tu tuū quotidiana corporis afflictione. Quem si semel ponere pro Christo non potes, saltem mitiori quodam, sed longiori martyrio pone. Noli attendere quid caro velit, sed quid spiritus poscit.

G Tunc, n. gloriosus erit cum ad Deum suum redierit: ita tamē si de corpore nullum peccatum secum tulerit, & deterlerit omne fordidum. Si verò dicis, durus est hic sermo, non possum mundum spernere, & carnem meam odio habere: dic mihi vbi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscū erant? Nihil ex eis remansit, nisi cineres, & vermes. Attende diligenter quid sunt, vel quid fuerunt. Homines fuerunt sicut tu, comederunt, biberunt, riserunt, dixerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendērunt. Hic caro eorum vermibus, & illic anima ignibus deputatur, donec rursus infelici collegio colligati, sempiternis inuoluantur incendijs, qui focij fuerūt in vitijs. Vna nāque poena implicat, quos vnus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala cōcupiscentia? Vbi risus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? De tanta lætitia, quanta tristitia? Post tantillam voluptatē, quā grauis miseria? *Be* illa exultatione ceciderunt in magnā miseriam, in grandē ruina, & in magna tormentā. Quidquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es. Homo de humo, limus de limo. De terra es, & de terra viuis, & in terrā reuertes, quando venerit dies illa vltima, quæ subito venit, & forsitan hodie erit. Certum est, quia morieris, sed incertum quando, aut quomodo, vel vbi. Quonia mors vbique te expectat: tu quoque si sapiens fueris, vbi que eam expectabis. Si carnem sequeris, punieris in carne. Si in carne delectaris, cruciaberis in carne. Si curiosas vestes requiris, pro ornatu vestium subter te sternetur tinea, & operimētum tuum erunt vermes. Iustitia enim Dei aliud iudicare nō potest, nisi quod merentur opera nostra. Qui enim plus diligit mundum quā in Deum, s̄aculum quā m̄a claustrum, gulam quā abstinentiam, luxuriam quā castitatem: sequitur Diabolū, & ibit cum eo in supplicium æternum. Quis putas tunc mœror erit, quis luctus, quæ tristitia cum separabuntur impij à cōsortio sanctorum, & à visione Dei, & traditi in potestatem Dæmonum, ibunt cum ipsis in ignem

æternum, ibique semper erunt sine fine in luctu & gemitu? Procul quippe à beata patria & si patria exulati, cruciabūtur in gehenna perpetua, numquam lucem visuri, numquam refrigerium adepturi, sed per millia millium annorum in inferno cruciandi, nec inde v̄mquam liberandi. Vbi nec qui torquet, aliquando fatigatur: nec qui torquetur, aliquando moritur. Sic enim ignis ibi consumit, vt semper referuet. sic tormenta aguntur, vt semper rehouentur. Iuxta verò qualitatem culpæ pœnam sustinebit vnusquisque gehennæ, & similis culpæ rei sui similibus iungentur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur nisi fletus, & plandus, gemitus, & vlulatus, mœrores, atque stridores dentium: nihilq. ibi videbitur nisi vermes, & laruales facies tortorum, atque terribilissima monstra Dæmonum. Vermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor, inde pavor, gemitus, supor, & timor horrens. Ardebtq. miseri in igne æterno in æternum, & vltra. In carne cruciabantur per ignem, in spiritu per conscientia vermen. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incomparabilis, mors animæ, & corporis, sine spe veniæ, & misericordiæ. Sic tamen morientur, vt semper viuant, & sic viuēt, vt semper moriantur. Ita anima peccatoris, aut in inferno pro peccatis cruciatur, aut in paradiso pro bonis meritis collocatur. Nunc ergo alterū de duobus eligamus, aut semper cruciari cum impijs, aut perpetua lœtari cum sanctis. Bonum siquidem & malum, vita & mors, ante nos sunt posita, vt ad quod voluerimus, manum extendamus. Si tormenta nō terrent nos, saltem inuitent pœnia.

De premio patria celestis.

Cap. 1111.

Premium est videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo, esse cum Deo, esse in Deo, qui erit omnia in omnibus: habere Deum qui est summum bonum. Et vbi est summū bonum, ibi est summa felicitas, summa iucunditas, vera libertas, perfecta caritas, æterna securitas, & secura æternitas: ibi est vera lætitia, plena scientia, omnis pulchritudo, & omnis beatitudo. Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas. Gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis: Gloria, laus, requies, amor. & concordia dulcis.

Si cum

K Sicum Deo homo beatus erit, in cuius con-
 scientia peccatum inuentum nõ fuerit. Vi-
 debit Deum ad voluntatē, habebit ad solu-
 ptatem, fruetur ad iucunditatem. In æter-
 nitate vigebit, in veritate fulgebit, in boni-
 tate gaudebit. Sicut habebit permanendi æ-
 ternitatem, sic cognoscendi facilitatē, & re-
 quiescendi felicitatem. Cuius siquidem erit
 illius sanctæ ciuitatis, cuius angeli ciues
 sunt, Deus Pater, templum: Filius eius splen-
 dor, Spiritus sanctus caritas. O ciuitas cæ-
 lestis, māsio secura, patria fertilis, & ampla
 totū continens, quod delectat, populus sine
 murmure, incolæ quieti, homines nullā in-
 digentiam habentes. Quam gloriosa dicta
 sunt de reciuitas Dei, sicut latantiū omniū
 habitatio est in te. Omnes latantur in læti-
 titia, & exultatione, oēs delectātur de Deo,
 cuius aspectus pulcher, facies decora, elo-
 quiū dulce. Delectabilis est ad videndū, sua-
 uis ad habendum, dulcis ad perfuendum.
 Ipse per se placet, & per se sufficit ad meri-
 tum, sufficit ad præmium, nec extra illum
 quidquid queritur, quia totū in illo inueni-
 tur quidquid desideratur. Semper libet eum
 aspiciere, semper habere, semper in illo delectari,
 & illo perfrui. In illo clarificatur intel-
 lectus, & affectus ad cognoscendam, & dil-
 ligendam veritatem. Et hoc est totum bo-
 num hominis, nosse scilicet, & amare crea-
 torem suum. Quæ ergo nos angit vesania,
 vitiorum sitire absinthium, huius mundi
 sequi naufragium, vitæ labeatis pati infor-
 tunium, impiæ tyrannidis ferre dominium,
 & non magis conuolare ad sanctorum feli-
 citatem, ad angelorum societatem, ad solen-
 nitatem supernæ lætitia, & ad iucunditatē
 contemplatiuæ vitæ, vt possimus intrare in
 potentias domini, & videre superabunda-
 ntes diuitias illas bonitatis eius? Ibi vacabi-
 mus, & videbimus quā dulcis est domi-
 nus, & quā magna multitudo dulcedinis
 eius. Videbimus gloriæ decorem, sanctorum
 splendorem, & regie potestatis honorem:
 cognoscemus Patris potentiam, Elij sapien-
 tiam, Spiritus sancti benignissimā clemen-
 tiam: & ita habebimus notitiam illius sum-
 mæ Trinitatis. Nunc corpora per corpus vi-
 demus: imagines etiam corporum spiritu
 cernimus: tunc verò ipsam Trinitatem puro
 metis intuitu videbimus. O beata visio, vi-
 dere Deū in seipso, videre in nobis, & nos
 in eo felici iucunditate, & iucunda felicitate.
 Quidquid desiderabimus, totum habe-

bimus, nihil amplius desiderantes. Et quid
 quid videbimus, amabimus, ipso amore
 beati. Beati dulcedine amoris, & suauitatē
 contemplationis. Hæc erit summa illius con-
 templationis, hæc erit summa illius felici-
 tatis: quoniam intelligetur in suo puro es-
 se sincera Diuinitas, comprehendetur in ea
 incomprehensibilis Trinitas. Patebunt ar-
 cana Diuinitatis, videbitur & amabitur Deus:
 & hæc visio & delectatio totum cor homi-
 nis implens, & satians, tota erit illius beati-
 tudinis consummatio. Vna erit omnium
 lingua, iubilatio indefessa, vnus affectus,
 amor æternus. Patebit veritas, implebitur
 caritas, & erit integra corporis, & animæ
 societas, fulgebit sicut sol humanitas glori-
 ficata. Quiescit erit, & conuocet omnes, & spi-
 ritus societas. Angelorum & hominum vnū
 erit gaudium, vnū colloquium, vnū con-
 uuiuium. Non languebit amor, nec liquefiet
 dilectio. Præsentibus omnibus bonis, nulla
 erit dilatio in afflicto, quoniam beatifica
 diuina maiestatis præsentia omnibus erit
 omnia, & erit communis omnium omni-
 potentia, sapientia, pax, iustitia, & intelligen-
 tia. Non erit in illa pace diuersitas lingua-
 rum, sed pacifica, & concordans concordia mo-
 rum, & affectuum. In torrente illius volu-
 ptatis nihil ultra appetet cumulata fati-
 cas, tanta erit felicitas. Ibi siquidem erit eu-
 mulus felicitatis, supereminens gloria, & su-
 perabundans lætitia. Sed ad hæc quis ido-
 neus? Profecdo verus penitens, bonus obe-
 diens, amabilis socius, fidelis seruus. Verus
 penitens semper in labore & dolore, dolet de
 præteritis, laborat pro futuris cauendis. Ve-
 ra siquidem penitentia est, sine t̄pis intermis-
 sione de peccatis dolore. Sic plāgitur cōmissa,
 vt non consistat plangenda. Irrisor nam-
 que est & nõ verus penitens, qui adhuc agit,
 quod peniteat. Si ergo vis verus penitens
 esse, cessa à peccato, & noli amplius peccare,
 quoniam inanis est penitentia, quæ sequens
 coinquinat culpa. Omnis bonus obediens
 dat suū velle, & suum nosse, vt possit dicere:
 Paratum cor meū Deus, paratum cor meū.
 Paratū quodcumque, præcepta facere, paratum
 ad nutum nutu cuius obedire, paratum
 tibi vacare, proximis ministrare, me ipsum
 custodire, & in cælestiū contemplatione re-
 quiescere. Amabilis socius oibus est officio-
 sus, & nulli onerosus. Omnibus est officio-
 sus, quia deuotus ad Deū, benignus ad pro-
 ximū, sobrius ad mundum. Domini seruus,

Psal. 26.

L

1107.

proxius

proximi socius, mundi dominus. Superiora habet ad gaudium, æqualia ad confortium, inferiora ad seruitium: nulli est onerosus, sed inferiora redigit ad vilitatem mediorum, & ad honorem superiorum, superbia sequens, inferiora trahens, ab illis ostentus, illa possidens: fidelis seruus, est in contemperatione Dei, & custodia sui. Custodia ergo tua adhibe pius omne diligentia. Deinde intelligens te nunquam posse sufficere ad te custodiendū tuā industria, diuinam impetra elementiam, itemq; ad exemplandā in te creatoris tui voluntatem bonam, & beneplacentem, atque incedam, angelicā exorā tutelam, patris seminumque omnium cum Christo regnantium super te roga, curre p singulos, supplica singulis, & simul omnibus clama & dic: Misere mini mei, misere mini mei saltem vos amici mei, recipite fugitiuū vestrum, sed fratru uelam, sed consanguineū in sanguinē redēptoris. En pauper stat ad ostiū, clamat, & pulsat: aperite pulsanti, & conducite cum vsque ad regem, vt prostratus coram eo indicem ei omnes miseras, & omnes necessitates, quas patior. Ad extremum vero prælato tuo cor tuum cum omni ingenio consigna, nullum in eo remaneat peccatum, quod nō pura cōfessione deleatur. Iesum Christum etiam super cor tuum sicut signaculū pone. Cum enim Christus cordis ostium custodit, & est cordis ostiarius, vt per illū ingrediantur, & egrediātur omnes familiæ cordis, cōsequenter adsunt millia millium angelorū ad fores exteriorū sensuum excubārium, nec audet alienigena irrūpere terribiles illas accies, propter ostiarij reuerentiam, & angelorum custodiam.

Quomodo homo debeat se exercitare.

Cap. V.

In negritatis tuæ curā ofus explorator, vitam tuam in quædam discusso-
ne examina. Attende diligenter
quantum proficias, vel quantum de-
ficias: qualis sis in moribus, & qualis in af-
fectibus, quā similis sis Deo, vel quā
dissimilis, quā prope, vel quā longe,
non locorum interualis, sed morum affe-
ctibus. Stude cognoscere te, qā multo me-
nor, & laudabilior es si te cognoscis, quā
si te neglecto cognosceres eusum siderum,
vires herbarum, complices hominum,
naturas animalium, & haberes omnium ca-

lestium, & terrestrium sciētiam. Redde ergo te tibi, & si non semper vel sæpe, saltem
intellū. Rege tuos affectus, dirige actus,
corrige gressus. In te nihil remaneat in-
dignū, pone omnes transgressiones
tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tā-
quam ante alium, & sic temetipsum plāge.
Pone iniquitates, & peccata, quibus Deum
offendisti, indica ei miseras tuas, ostende
illi malitiam aduersariorum tuorum. Cū p-
coram eo in lacrymis te maceraueris, pre-
cor te, vt memor sis mei. Ego enim ex quo
cognoui te, in Christo diligo te, & illic me-
tionem tui defero, vbi & illicita cogitatio
suppliciu, & honesta promeretur premiū.
Ad altare namque Deici peccator sto, sed
sacerdos, tui me comitatur memoria. Tu
vero mihi vicem reddes si me amaeris, &
orationum tuarum participem feceris. Ibi
recordatione tecum esse præfens desidero,
vbi pro te & tuis familiaribus, deuotas pre-
ces coram Deo fundis. Nec mireris si dixi,
præfens: quoniam si me amas, & ideo amas,
quia imago Dei sum, ita tibi præfens sum,
vt tu ipse tibi. Quidquid enim tu es substā-
tialiter, hoc ego sum. Imago enim Dei est
omnis anima rationalis. Proinde qui in se
imaginem Dei quærit, tā proximum, quā
se quærit, & qui illam in se quærendo inue-
nerit, in omni homine eam cognoscit. Vi-
sio enim animæ, intellectus est. Si ergo te
vides, me vides, qui nihil aliud sum, quā
tu. Et si Deum diligis, me imaginem Dei
diligis: & ego Deum diligendo, diligo te.
Et ita dum vnum quærimus, & ad vnum
tendimus, semper inuicem præfentes su-
mus, sed in Deo, in quo nos diligimus.

Quod homo debet esse intensus psalmodia.

Cap. VI.

Cum ad orandum, siue ad psallen-
dum Ecclesiā intraueris, fluctuā-
tium cogitationū tumultus ex-
terius relinque: curaque exte-
riorū penitus obtiniscere, vt soli Deo possis
vacare. Fieri enim non potest, ut aliquan-
do cum Deo loquatur, qui cum toto mun-
do etiam tacēs fabulatur. Intēde ergo illi,
qui intendit tibi, audi illā loquētē tibi, vt
ipse exaudiat te loquētē sibi. Ita fiet si di-
uinitis laudibus soluēdis debita reuerentia, &
sollicitudine assistas, super singulas verba di-
uine scripturę diligenter intēdas. Nō quod

ego ista faciam dico, sed quod facere vellē,
& non fecisse pœnitet, & non facere piget.
Tu vero cui maior gratia cōcessa est, votis
& deuotis precibus piasaures Domini ad
te flecte, lacrymis, & suspirijs, p̄ tuis excessibus
illum clementer exora, atque canticis
spiritualibus in omnibus operibus suis il-

Pf. 49. d lum lauda, & glorifica. Nil enim magis
superbis ciuibus spectare libet, nil regi summo
iucundius exhibetur, sicut ipse testatur:
Sacrificiū laudis honorificabit me. O quā
felix esles, si spiritualibus oculis semel in-
tueri posses: quomodo præueniunt princi-

Pf. 67. f pes coniuncti pfallentibus in medio iuuen-
cularum tympanistrarum? videres procul-
dubio, qua cura, quo ve tripudio intersunt
cantantibus, assistunt orantibus, adsunt me-
ditantibus, supersunt quiescentibus, prou-
dentibus, atq; procurantibus præsumunt. Diligunt
siquidem suos conciuēs supernæ potestates,
& pro ijs, qui hæreditatē capiūt salu-
tatis, sollicitè congaudent, cōfortāt, instruūt,
protegent, prouidentq; omnibus. Omnes
enim ipsi desiderant aduentū nostrū, quoniam
ipsi de nobis expectant ciuitatis suæ
ruinas restaurari. Diligenter querunt, &
libenter audiunt bona de nobis, solliciti di-
scunt medij inter nos & Deū, nostros, ge-
mitus fidelissime ad eum portantes, ipsius-
que gratiā deuotissime ad nos reportantes.

E Non dedignabuntur esse socij nostri, qui
iam facti sunt ministri nostri. Exultare eos
fecimus, quando conuersi sumus ad pœni-
tentiam. Festinemus ergo de nobis corū
latitiam adimplere. Væ tibi quicumque es,
qui desideras redire ad vomitum, reuerti
ad lutum. Putasne placatos habebis eos in
iudicio, quos tanto, & tam sperato priuare
vis gaudio? Exultauerunt quando venimus
ad religionem, tamquā super his, quos ab
ipsa inferni porta cerneret reuocari. Quid
vero tunc erit, si ab ipsa ianua paradisi vi-
derint redire, & retrosum abire eos, qui
iam alterum pedem habebant in cælo? Nā
si corpora interius, sed corda sursum.

Curamus ergo non passibus corporis,
sed affectibus, sed desiderijs, sed suspirijs:
quoniam nō solū angelis, sed angelorū crea-
tor nos expectat. Expectat nos Deus Pater
tamquam filios, & hæredes, vt cōstituat nos
super omnia bona sua. Expectat nos Dei
Filius tamquā fratres, & coheredes, vt fru-
ctū suæ naturæ, & precium sui sanguinis
Deo Patri offerat. Expectat nos Spiritus

sanctus, ipse siquidem & caritas, & beni-
gnitas, in qua ab æterno prædestinati sumus:
nec dubium, quin prædestinationem
suam adimpleri velit. Ergo quia omnis ce-
lestis curia expectat nos, & desiderat, desi-
deramus eam quanto possumus desiderio.
Cum magna namque confusione, & timore
ad illam veniet quisquis videre eam ve-
hementer nō desiderat. Quicumque vero
rugi orationis, & assidua cogitatione in illa
conuersatur, & securus hinc egredietur, &
cū magna læticia recipietur in illa. Vbi-
que ergo fueris, infra te metipsum ora. Si
longe fueris ab oratione, noli querere locū,
quoniam tuipse locus es. Si fueris in lecto,
aut in alio loco, ora: & ibi est templum.
Frequenter orandum, & flexo corpore mēs
est erigenda ad Deum. Sicut enim nullū
est momentum quo homo non vtatur, vel
fruaturs Dei bonitate, & misericordia: sic
nullum debet esse momentum, quo eum
præsentem non habeat in memoria.

Sed dicis: Ego quotidie oro, & orationis
meæ nullum fructum video, sed sicut acce-
do ad illam, sic & redeo: nemo mihi respō-
det, nemo loquitur, nemo quippiam donat,
sed incaſsum laborasse videor. Sic loquitur
humana stultitia, non attendens quid inde
veritas promittat dicens: Amē dico vobis:
quia quidquid orātes petitis, credite, quia ac-
cipietis, & fiet vobis. Noli ergo vilipendere
orationem tuam, quoniam ille, ad quē oras
non vilipedit eam: sed antequam egredia-
tur de ore tuo, ipse scribi eam iubet in libro
suo. Et vnum ē duobus indubitanter spe-
rare debemus, quoniam aut dabit nobis
quod petimus, aut quod nobis nouerit esse
vtilius. Cogita itaq; de Deo quāquid meli-
us potes, & de te quidquid deterius vales.
De illo amplius credere debes, quam cogi-
tare potes. Omne tempus, in quo de Deo
nō cogitas, hoc te cōputes perdidisse. Om-
nis siquidem reſta nā est nobis, tempus
autem tantū nostrum est. Vaga ergo, & vbi-
cūq; fueris tuus esto. Noli te tradere, sed
cōmodare. Quocūq; loco sis, cogita, so-
nes tuas iacta in Deū, & aliquid salu-
tatis animo tuo versa. Omnis siquidem locus
meditandum cōgruus est. Tota ergo facili-
tate animū colligēs, libere tecum habita, &
in latitudine cordis tui decambulis, ibidē cē-
naculum grande stratum Christo exhibe.
Mens nāque sapiētis semper est apud Deū.

Illum semper ante oculos habere debe-
mus,

mas, per quem sumus, viuimus, & sapimus. Ipsum namque, vt esse mus, habemus auctorem: ipsum etiam, vt sapientes simus, debemus habere Doctorem: & vt beatis simus, interinæ suauitatis largitorem. Et in hoc imaginem eius, hoc est illius summæ Trinitatis in nobis cognoscimus. Nam sicut ille est, & sapiens est, & bonus est: ita nos pro modulo nostro, & sumus, & nosse scimus, & id esse, & nosse diligimus. Vt igitur teipso velut Dei templo, propter illud, quod in te est simile Deo. Honorari quidem Deo sumus est, illum venerari, & imitari. Imitari, si pius es. Templum enim sanctum est Deo mens pars, & altare optimum cor eius. Venerari, si misericors es, sicut ipse omnibus misericors est. Hostia siquidem acceptabilis est Deo, facere bonum omnibus pro Deo. Fac oia sicut filius Dei, vt dignus sis eo, qui te dignatus est filium vocare.

H In omnibus vero, quæ agis, Deum esse præsentem cognosce. Caue ergo, ne in eo, quod male delectat, vel vitio tua, vel cogitatio tua remoretur, nec dicas, neque facias, quod non licet, etiam si libet, nec aliquo facto, vel signo Dei offendas, qui vbique præsens cernit quidquid facis. Magna custodia tibi necessaria est, quoniam ante oculos iudicis viui cuncta cernentis. Cum illo tamen semper es securus, si tale te præparaueris, vt tecum adesse dignetur. Si tecum non est per gratiam, ad est per vindictam. Sed vae tibi, si ita tecum est, imo vae tibi, si ita tecum non ad est. Illi namque irascitur Deus, quæ peccantem non flagellat. Nam quem flagellando non emendat, in futuro damnat.

Mortis consideratio. Cap. VII.

Certum est, quoniam mors vbique minatur tibi, Diabolus insidiatur, vt rapiat animam tuam, quando egredietur de corpore: tu vero noli timere, quoniam Deus, qui in te habitat (si tamen in te habitat) eripiet te, & à morte, & Deo eripiet. Fidelis enim socius est, non desertit errantes in se, nisi ipse prior errauerit. Deseritur autem, cum cor per priuas, & inutiles cogitationes vaga mente discurrat. Ideo omni sollicitudine, & custodia illud custodire, & tenere debes, vt in illo Deus requiescere possit.

In omni namque creatura, quæ sub sole mundi vanitatibus occupatur, nihil huma-

no corde sublimius, nihil nobilius, nihil Deo similius reperitur. Quapropter nihil aliud querit à te, nisi cor tuum.

Munda ergo illud per puram confessionem, & assiduum orationem, vt mundo corde Deum videre possis per continuam Dei circumspectionem. In omni loco esto ei subiectus, & intentus, & compone mores tuos, vt sis in te placatus: dilige omnes homines, & omnibus te amabilem exhibe, vt sis pacificus, & Dei filius. Sic eris bonus monarchus, sanctus, humilis, & rectus, & cum talis fueris memento mei. Vae mihi qui ista dico, & ista non facio & si aliquando facio, non diu perseuero. Ista habeo in memoria, & non seruo in vita. Habeo in sermonibus, & non in moribus. Legem in corde, & in ore tota die rumino, & contraria legi ago. Lego de religione in ea, & plus diligo lectionem, quam orationem: verumtamen nil aliud me docet diuina scriptura, nisi religionem amare, vnitatem seruare, & caritatem habere. Ego autem miser, & miserabilis, citius curro ad lectionem, quam ad orationem: libentius volo legere, quam missas auscultare. Expectat me aliquis volens de necessitate sua mihi loqui, ego vero librum aliquem accipio quem ille, vel ille vellet habere: lego in eo, & legendo amitto fructus caritatis, pietatis affectus, compunctionis fletus, missarum vtilitatem caelestium contemplationem.

Nil tamen in hac vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nil ita mentem ab amore mundi separat, nil sic animam contra tentationes roborat, nil hominem ita excitat, & adiuuat ad omne opus bonum, & ad omnem laborem, quam gratia contemplationis.

Qualiter homo debeat intente orare.

Cap. VIII.

Miserere mei Deus, quoniam ibi plus pecco, vbi peccata mea emendare debeo. In monasterio namque sapere, dum oro, non attendo quod dico. Oro quidem ore, sed mente foris vagante orationis fructu priuor. Corpore sum interius, sed corde exterius: & ideo perdo quod dico. Parum prodest sola voce cantare, sine cordis intentione. Propterea magna perversitas, imo magna insania est, quoniam cum Domino maiestatis loqui in oratione presumimus, & insensati aures auertimus, & ad nescio, quas ineptias conuertimus cor. Magna quoque insania, & grauiter

grauius vindicanda, cum vilissimus puluis loquentem ad se audire dedignatur creatore vniuersitatis. Ineffabilis vero est dignatio diuine bonitatis, quæ quotidie conspicit nos infelices aures auertentes, obdurantes corda, & nihilominus clamat ad nos dicens:

Isa. 46. c. Redite prauaricatores ad cor. Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: loquitur mihi Deus in Psalmis, & ego illi: nec tamen cum Psalmis dico, attendo cuius Psalmus sit.

Pf. 45. b. Idcirco magnam iniuriam Deo facio, cum illum precor, ut meam precem exaudiat, quam ego, qui fundo, non audio. Deprecor illum ut mihi intendat, ego vero nec mihi nec illi intendo: sed quod deterius est, immunda, & inutilia in corde versando, fœtorem horribilem eius aspectibus ingero.

L

De instabilitate cordis humani.

Cap. IX.

Nihil est in me corde meo fugacius: quod quoties me deserit, & per prauas cogitationes defluit, toties Deum offendit. Cor meum, cor vanum, vagum, & instabile, dum in diuino arbitrio, & diuino caret consilio in seipso non potest consistere, sed omni mobili mobilius, per infinita distrahitur, & hæc atque illæc per innumera discursat. Et dum per diuersa requiem quærit, non inuenit. Sed in labore miserum, à requie vacuum manet: sibi non concordat, à se dissonat, à se resilit, voluntates alternat, consilia mutat, adificat, noua, destruit vetera, destructa reedificat, eadem iterum atque iterum alio, & alio modo mutat, & ordinat, quia vult, & non vult: & nunquam in eodem statu permanet. Sicut enim molendinum velociter voluitur, & nihil respicit, sed quidquid imponitur, molit: si autem nihil apponitur, seipsum consumit: sic cor meum semper est in motu, & nunquam requiescit: sed siue dormiam, siue vigilem, somniam, & cogitat quidquid ei occurrit. Et sicut molendinum arena si imponatur exterminat, pix inquinat, palea occupat; sic cor meum cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat, & fatigat. Ita cor meum dum futurum non curat gaudium, nec diuini quærit auxilium, ab amore cælestium elongatur, & in amore terrestrium occupatur. Cumque elabatur ab illis, & inuoluitur in istis, vanitas illud recipit, curiositas dedu-

cit, cupiditas allicit, voluptas seducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat tristitia: sicque miseris casibus submergitur omnibus vitijs, quoniam vnus Deum (qui ei sufficere poterat) dimisit. Per multa consergitur, & hæc, illucque quærit vbi requiescere possit, sed nihil inuenit, quod ei sufficiat, donec ad ipsum redeat. A cogitatione in cogitationem ducitur, & per varias occupationes, & affectiones variatur: vbi saltem varietate ipsarum rerum impletur quantum qualitate satiari non potest. Sic labitur cordis miseria subtracta diuina gratia. Cumque ad se reuertitur, & discutit quod cogitauit: nil reperit, quod non opus fuit, sed importuna cogitatio, qua componit multa de nihilo: sic denique decipit imaginatio, quam demonum format illusio. Imperat mihi Deus ut præbeam illi cor meum, & quia imperanti Deo non sum obediens, & subditus, mihi sum rebellis, & contrarius. Vnde mihi subiugari non potero, donec illi fuero subiectus: mihi que seruam nolens, qui ei nolo seruire volens. Idcirco plura machinatur cor meum vno momento, quam omnes homines perficere possent vno anno. Cum Deo non sum vnitus, & ideo in meipso sum diuisus. Cum illo vero vniri non possum nisi per caritatem: nec subijci nisi per humilitatem: nec vere humilis esse nisi per veritatem. Expediit ergo ut in veritate me discernam, & cognoscam quam vilis, quam fragilis, & quam labilis sum. Deinde cum omnes misérias meas cognouero, necesse est ut illi in hæreã, per quem sum, sine quo nihil sum, & nihil facere possum. Et quia à Deo peccando recessi: nisi per veram confessionem ad illum redire non possum. Fateri ergo oportet, quod fatendum est: quia nunquam eo modo aut ea intentione, qua peccauit, peccata confessus sum: nec omnium recordatus sum, aut propter resultatem, aut propter multitudinem. Si autem confessus sum, non pure confessus sum propter spiritum meum. Confessionem etiam meã duntaxat, vt fluens faceret otibus diuersa manifestat: non, & ita veniatui, ad quam per partes peruenire non potui. Execranda namq. fictio est peccata non videre, & superficere nus radere, non intrinsecus eradicare. Non enim vilis est confessio nisi fiat in omni veritate, & cordis puritate. Et vtres sint qui testimonium nobis dicant in celo, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: ad illam testes facerent cordi nostro.

Job. 37. d.

14. s. d. & ori, vt in ore duorum, vel trium tenuerit omne verbum. Sed dicit: Sufficit mihi soli Deo confiteri: quia sacerdos sine eo à peccatis me absolueri non potest. Ad quod in ego, sed beatus Iacob respondit: accedens inquit in iudicium peccata tua. Ultra conueniens namque valde est, ut quis, qui peccato Deo contumaces fuimus, pergit ad supplices sacerdotes, & ministros eius simus: vt homo, qui ad gratiam conseruandam mediatore non eguit, iam eam recuperare non nisi per mediatore hominum possit. Gemat ergo, & suspiret, & anxiosus pro peccato timeat, & expauescat: sollicitus discurrat, auxiliares, & intercessores querat, prosternat se humiliter hominibus, qui humiliter astare noluit creatori. Nam & hoc saluberrimum est, vt homo corde peniteat, & ore delictum suum confiteatur, quatenus Deus, qui pius adest per gratiam, cor ad poenitentiam compungat, deinde adsit, vt confitenti peccatorum veniam tribuat. Quod si forte peccator vere peniteat, sed intercurrete articulo necessitatis, ad confessionem peruenire non possit: confidenter credere debemus, quod summus sacerdos complet in eo, quod mortalis non potuit. Et iam apud Deum factum constat, quod homo quidem vere voluit, sed non valuit adimplere: quia confessionem non contempus exclusit, sed impeduit necessitas.

De peccato non excusando. Cap. X.

IN capitulo vbi peccata mea emendare debui: peccatis peccata addidi. Cum de illis accusatus fui, aut aliquo modo excusatus, aut ex toto negaui, aut quod deterius est, defendi, & impotentiter respondi: cum nullum sit peccatum, à quo non sim contaminatus, aut contaminari non possim. Iustum est ergo, vt omni occasione remota emendationem promittam, vnde dicitur: Quaecumque accusaueris, quatenus sic libari valeam à peccato perpetrato, & perpetrando.

De peccato non corrigere
Cap. XI.

Multitudinem iniquitatum mearum expauescens, aliorum transgressiones reprehendere timui, & ideo motus auctor exui, quia virus, quod clamando expellere potui, non

expulsi. Indignatus sum aduersus alios, qui me de vitijs meis reprehendebant, & quos amare debui, odium illa quae mihi nocebant, vel displicebant: desideravi, vt non essent. Sciebam tamen, quod in natura fui erat bona, & à bono factore facta: sed ideo mihi nocebant, quia malus eram, & male illi utebar. Nihil enim mihi contrarium est nisi ego ipse. Mecum est quidquid mihi nocere potest, & ego ipse mihi sarcina sum. Optaui etiam, vt Deus peccata mea nesciret, aut punire nollet, aut non posset, & ita volui Deum esse insipientem, iniustum, & impotentem: quod si esset, Deus non esset. Non est superbia super superbiam meam, propterea longe à salute mea, verba delictorum meorum. Suspecta est siquidem Deo superbia, & odiosa: nec fieri potest, vt cum eo in gratiam reuerteretur. Diuersum vtriusque hospitium, nec in eodem cohabitant animo, quibus non licuit cohabitare in caelo. In caelo nata est: sed velut immemor, qua via inde cecidit, illic postea redire non potuit. Cum aer pluuia, vel nimio frigore, aut calore turbatus fuit, contra Deum inique murmuravi. Omnia namque ad usum vitae accepimus: ad usum culpae conuertimus. Quapropter iustum est, vt qui in cunctis peccauimus: in cunctis feriamur. Saepè ad sacrum mysterium vocem meam fregi, vt dulcius carerem, magis delectabar in vocis modulatione, quam in cordis compunctione. Deus vero cui non absconditur quidquid illicitum perpetratur, non quaerit uocis lenitatem, sed cordis puritatem. Nam dum cantor mulcet populum uocibus, Deum irritat prauis moribus. Licentiam loquendi, uel aliquid faciendi, saepe nimia importunitate, uel calliditate à praeratis meis extorsit, non attendens miser, quoniam ille se decipit, qui occulte, uel aperte fatagit, ut hoc ei Pater spiritualis iniungat, quod ipse desiderat. Arcum, uel cultellum, uel aliquid uile multoties nimium desideravi: nec confessus sum: quia peccatum non aestimabam, propter rei utilitatem. Verum tamen non multum distat quaecumque substantia uilis, uel preciosa requiratur, dum aequaliter sit corruptus affectus. Non enim cultellus in uitium est, sed cultelli appetitus: neque aurum in uitium est, sed auri cupiditas. In labore non laboraui quantum debui, uel quantum potui. In silentio etiam fui otiosus, quod est maximum peccatum. In silentio namque nemo sic debet esse otiosus,

C

Ps. 21. 11

D

vt in eodem ocio vtilitate non cogites proximi: nec sic a tuosus, vt contemplationem non requirat Dei. Parum enim proficit, qui alteri non prodest cum potest. De vitiis meis multoties me iactaui: putans esse iniugne virtutis, vbi erat lapsus criminis. De virtutibus etiam vitia feci. Iustitiam namque dum suum modum excedit: crudelitatis vitium gignit. Et nimia pietas dissolutionem disciplinae parturit, sic saepe vitium est, quod virtus putatur. Sic remissa segnitie mansuetudo creditur, & pigris vitium quietis virtutem imitatur. Finxi me esse, quod non erā dixi me velle, quod nolebā, vel nolle, quod volebam: aliud ore dicebam, & aliud corde volebam: & ita sub ouina pelle vulpinam conscientiam conferuabam. Vulpina plane conscientia est tepida conuersatio, animalis cogitatio, ficta confessio, breuis, & rara compositio, obedientia sine deuotione, oratio sine intentione, lectio sine edificatione, sermo sine circumspectione. O quam dura mihi sunt ista, quae loquor: quoniam me ipsum loquendo seruo. Verumtamen quia me peccatorem non nego, sed peccatum meum conuincor: erit fortasse apud Deum pium iudicem ipsa cognitio culpae, impetratio veniae.

Dicam ergo, dicam miseriam meam, si forte tua pietas moueat illum. Dicam peccatum meum, quoniam notitia peccati initium est salutis. Magnam portio coronam, & vestem rotundam, regulam seruo ieiuniorum, statutus psallo horis, sed cor meum longe est à Deo meo. Exteriorem superficiei intuitus salua mihi omnia arbitror, non sentiens verum interiore, qui interiora corrodit. Vnde Oseas: Comederunt alieni robur meum, & ignoravi, & ideo pergens totus in ea, quae foris sunt, & ignarus interiorum meorum, sicut aqua effusus sum, & ad nihilum redactus sum, praeteritorum obliuiscens, praesentium negligens, futura non prouidens. Ingratus sum ad beneficia, pronus ad mala, & tardus ad bona.

Osea 7.0

Quomodo se debeat vnusquisque considerare.

Cap. XII.

SI me non inspicio, nescio me ipsum. Si autem me inspicio, tolerare me non possum. Tanta inuenio in me, quae digna sunt reprehensione, & confusione, & quanto me subtilius, & sapientius discutio, tanto plures abominationes

in angulis cordis mei inuenio. Ex quo namque peccare cepi, numquam vnum diem sine peccato transire potui, nec adhuc peccata recessio, sed de die in diem peccata peccata accedunt. Et ex, quae foris oculis habeo, in proprio, nec gemitu, nec lacrima, nec dolore, nec doleo, quod est mortis signum, & damnationis indicium. Membrum enim, quod dolore non sentit, mortuum est. & morbus insensibilis, est incurabilis. Iustus sum, & dissolutus, nec me corrigo sed me peccat, qui conuictus sum, quotidie redeo, sine cauea foueam in quam miser ego cecidi, vel sine cadere feci, aut vidi. Cumque plorare, & orare deberem promalis, quae feci, & bonis, quae neglexi, pro dolor versus est mihi in contrarium. Nam tepui, & frigidus in seruire orationis, & iam sine sensu frigidus remansi, & ideo flere me ipsum non possum, quoniam gratia lacrymarum recessit à me.

De praesentia conscientia ubique.

Cap. XIII.

PECCATA mea celare non possum, quoniam quocumque vado conscientia mea, mecum est, secum portans quicquid in ea posui, siue bonum, siue malum. Seruat viuo, restituet defuncto depositum quod seruandum accepit. Si male facio, adest illa, si autem bene facere video, & inde extollor, adest illa. Ad est viuo, sequitur mortuorum: ubique mihi gloria vel confusio est inseparabilis pro qualitate depositi. Sic sic in domo propria, & à propria familia habeo accusatores, testes, iudices, & tortores. Accusat me conscientia, testis est memoria, ratio iudex, voluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormentum. Quotquot enim fuerint oblectamenta mala, tortores tormenta dira in poena. Nam inde punimur, & iudicemur.

De tribus inimicis hominis.

Cap. XIV.

ADIUUA me Domine Deus meus, quoniam inimici mei animam meam circumdederunt. Corpus scilicet Mundus, & Diabolus, & corpore fugere non possum: nec ipsum à me fugare. Circumferre illud necesse est, quoniam alligatum est mihi: perimere non liceat.

regat sibi, simulans, & calidus prouocat irā
Dei. Homo iste torus in peccatis natus est.
& sic nutritus, amicus iniquitatis, filius mor-
tas irā in contumeliā, aptus ad interitū.
Qui cum talis sit, enarra multitas Dei
in testamentum eius, per os suū. Odit di-
scipulum, propter Dominum suū. Post dor-
tum suū. Cum videt fratrem suū in peccato,
& cum adulteris portionem in se ponit. A li-
uersus filium matris suae ponit scandalum,
super terram etiam thesaurizans iram in die
irae: vult à te heredem tuam tollere, &
desuper terram a te. Tu tantam iniu-
riam non vindicabis. Dissimulas, nec ei ver-
nam datum loqueris, nec vultum iratum
ostendis, sed blandienti tibi arrides. Ludis
cum illo fore, nescis quia Hirmael est, qui te-
cum ludit? Ludus iste non est pueritia, nec
simplicitatis, vel innocentiae, sed illusio est
animae, sed persecutio, sed mors. Jā te in fo-
ueā, quam persequitur, praecipitavit: iam effemina-
tus es, iam iugo miserimae seruitutis praes-
sus, sub pedibus eius misere, & viliter con-
culcaris. O miser, & miserabilis homo quis
te liberabit de vinculo improprietatis huius?
Exurgat Deus, & cadat armatus iste, cadat
& conteratur inimicus homo, contemptor
Dei, cultor sui, amator mundi, seruus diabo-
li. Quid tibi videtur? recte sentis, mecum di-
ces; Reus est mortis, crucifigatur. Noli er-
go dissimulare, noli differre, noli parcere,
sed festinanter, aude dext. Instanter crucifi-
ge hominem istum, sed cruce Christi, in qua
est salus, & vita, ad que si ex corde clamaue-
ris, crucifixus tuus audiet te benigne respon-
dens; Hodie tecum eris in paradiso. O Chri-
sti pietas, o inopinata salus miseris. Tam gra-
tuita est, & probata dilectio Dei, tam stupē-
da dulcedo, tam inopinata benignatio, tam in-
uicta mansuetudo, ut qui ad eum clamaue-
rit, exaudiat illum, qui non est iniquus est.
O quanta est misericordia Dei, quam ineffa-
bilis est misericordia eius. Heri in
tenebris, hodie in splendore lucis. Heri in
peccatis, hodie in misericordia. Heri
in peccatis, hodie in deliciis paradisi.
Quid profunt tibi haec litterae admonitionis,
nisi dicis te hodie conscientia tuae litteras
portis? Quid profunt haec scripta, lecta, &
intellecta, nisi te ipsum legas, & intelli-
gas? Da ergo operam internae lectioni, ut le-
gas, inspicias, & cognoscas te ipsum, legas ut
cognoscas Deum, ut pugnes, & vincas mundū,
& omnem inimicum, quatenus labor con-

uertatur in requiem, luctus in gaudium, &
post tenebras huius vitae videas ortum sur-
gentis aurorae, videas etiam meridianum
solum iustitiae, in quo sponsum cum spon-
sa respicies, vnum eundemque Domi-
num gloriae, qui viuunt, & regnat per infi-
nita saecula.

DE INTERIORI DOMO, D
id est conscientia edificanda,
tractatus vtilis.



Domus haec, in qua habita-
mus, ex omni parte sui rui-
nam nobis minatur. Idcir-
co, quia in seui est casura,
alia nobis est edificanda.
Redeamus ergo ad nos, &
discutiamus conscientiam nostram. Nam
sicut corpus nostrum tabernaculum dicitur,
in quo militamus, sic conscientia nostra
domus vocatur, in qua post militiam re-
quiescimus, & ille recte militat, qui per mi-
litiam, quatenus exerceat in corpore, domum edi-
ficat conscientiae. Diligenter exerceat
numquam, ait sapiens, ut postea adifices domum
tuam. Ager iste corpus nostrum est, cuius
sensus, & moribus sic recte vtimur, nimb-
que imperio eos subijcimus in usum virtu-
tis in seclitimus, dum corpus animo indefin-
ter, & animus Deo ex toto subijcitur. His ni-
mirum modis interior conscientia edifica-
tur, quam vtique bonam faciunt praeterito-
rum malorum condigna satisfactio, & in-
stantium malorum caura, prouidaq. decli-
natio. Condigna satisfactio est mala facta
corrigere, & correcta non reiterare. Consci-
entia vero perpetua est, quae nunquam finitur,
sicut nec anima. Quae cum sit immortalis, si-
cut non potest esse non anima, sic nunquam
potest esse sine conscientia. Conscientia na-
que est inseparabilis gloria, vel confusio v-
niuersi cuiusque pro qualitate depositi.

*Conscientiam prius esse mundandam quam
edificandam. Cap. I.*

Haec ergo conscientia in qua ani-
ma perpetuo mansura est, edi-
ficanda est, sed prius munda-
nda. Et quis eam mundabit? Profe-
cto, Deus, & homo. Homo per cognitiones,
& affectiones, Deus vero per misericordiam, &

gratia. Cogitationes, & affectiones necessa-
riae sunt in conscientiae mundatione, cogita-
tiones in investigatione veritatis, affectiones
in exercitatione virtutis. Porro misericor-
diana modo delet peccatum, modo virtutem
resistendi peccato, nunc subtrahit pec-
candi occasionem, nunc immittit amari-
tudinem, plerumque sanat affectionem.
Gratia adiuvat ad bonum, defendit contra
malum, erudit ad utrumque discernendum.
Homo igitur per veritatem stimulatus pec-
cata sua confitetur: Deus autem per mise-
ricordiam flexus consentienti miseretur. Om-
nis namque spes veniae, & misericordiae in
confessione est, nec potest quis iustificari à
peccato, nisi prius fuerit confessus pecca-
tum. Ex eo enim unusquisque iustus esse in-
cipit, ex quo sui accusator extiterit.

P De misericordia, & veritate, & de oscu-
lo pacis, & osculo iustitiae.
Cap. II.

Felix conscientia, in qua misericor-
dia, & veritas obuiauerunt sibi iu-
stitia, & pax osculatae sunt. Veritas
consistentis, & misericordia mise-
rentis, obuiarunt sibi, quoniam non potest
illi misericordia deesse, qui se cognoscit in
veritate. Osculum iustitiae est inimicos di-
ligere, parentes, & propria quaeque propter
Deum relinquere. Illatam iniuriam patienter
ferre, oblatam gloriam ubique declinare.
Osculum pacis est odientes inuitare ad
pacem, discordantes ad concordiam reuo-
care, aduersarios pacifice sustinere, erran-
tes pie, & benigne docere, marentes clemē-
ter mulcere, & cū omnibus pacem habere.

De statu anima in Christo confirmata.
Cap. III.

Beata illa anima, quae in pace Chri-
sti fundata est, & in Dei amore
solidata, quae cum exterius bella
patitur, pax interior non turba-
tur. In qua quaecumque molestiae foris per-
strepant, vsque ad silentiū internae quietis
non irumpunt, quoniam gustu internae dul-
cedinis tacta, intus est per desiderium colle-
cta, nec iam foris enormiter in carnis vo-
luptates dissoluitur, quia totum intus possidet
in quo delectatur, atque ipsa in semetipsa
pacificata dum nihil est, quod foris appetit,

tota per amorem intus requiescit, & cum
tota ad internum gaudium colligitur, ad
imaginem Dei reformatur, quam in se vi-
neratur. Talem animam frequenter visita-
turi, atque Archangeli, & honorifican-
turi vtpote Dei templum, & Spiritus sancti
tabernaculum. Et igitur templum
Deus excelsum habitabit in te. Anima enim
Deum habens in se, templum Dei est, in
quo diuina mysteria celebrantur.

De dignatur Deus visitare eam animam,
qua non videt se consistere.
Cap. III.

Porro anima, quae non studet in se
consistere, nec in amore Dei desi-
derium figere, per oculos, & aures,
aliosque corporis sensus foras egre-
ditur, atque in his exterioribus delectatur.
Sed cum inuenieris portas istas clausas, tunc
rediens ad se, & videns se nudam, & desolatam
in aestimabili confusione, & horrore cocutitur.
Et quia mundi consolationem quaesivit, il-
lam, quae à Deo intus in conscientia datur, non
habebit. Et non solum eam dedignabitur
Deus visitare, sed nec ipsa quidem male sibi
conscientia seipsam poterit tolerare. Requiem in
se non poterit habere, quoniam illum dere-
liquit cum quo habitare, & requiescere de-
buit. Cogita ergo in societate aliorum uic-
potus, quia non poteris semper manere cum
illis. Es interim elige tibi socium illum, qui
cum subtracta tibi fuerint haec omnia, tibi
fidem seruat, qui dilectoribus suis fidem
seruat, nec recedit in tempore angustiae.
Deus tuus ille est, quem eligere debes.

Quod anima, quae Deum habitare in se,
debet ab illicitis cogitationibus mun-
dare conscientiam, & solum
Deum desiderare.
Cap. III.

Omnes igitur cogitationes
& mentis fluctuationes in
collige, & in foris Deo
fidem tuam unge, & ubi sit co-
tum, ubi est thesaurus tuus desiderabilis
multumque amabilis. Ipse nam frequenter visita-
& libenter inhabitat tranquillitatem cordis
& oculum quietae mentis, quoniam pax est, &
in pace factus est locus eius. Propterea salte Ps.
te prepara, ut tecum adsit Deus, sit in ore
sicut in

in corde, semper tecum eat: tecum re-
cedat: nec recedat à te. Numquam ille te
mittet nisi prior illum dimiseris. Vbi cum
fueris, numquam solus esse poteris, si
deus tecum erit.

Erexit prima columna, qua est bona
voluntas. Cap. VII.

... christi ex-
pectare debemus. Cap. VI.

Munda igitur conscientiam tuam,
& semper paratus esto, vt quacū-
que hora venerit dominus, & tecum
habitare voluerit, pateris tibi in te in-
ueniat mansionem. Inquitque dixit: Fac
mie mihi sanctum domum, & ego habitabo in
medio vestri. Studemus ergo templū Deo
ædificare in nobis, primo quietem, vt in sin-
gulis nobis, vt in omnibus simul inhabetet,
quia nec singulos dedignabitur, nec vniuersos.
Primo igitur studeat vnusquisq; ne dis-
sidueat ipse à semetipso, quoniam omne regnum
in seipsum diuisum desolabitur, & do-
mus supra domum cadet, nec intrabit Chris-
tus vbi parietes inclinati fuerint, & mace-
rie depulsa. Tūc habere animam corporis sui
domū integrā, & exire eam necesse est, si fue-
rint à se inuicem membra dispersa. Videat
igitur, & ipsa si desiderat Christū per fidem
inhabitare in corde suo, id est, in seipsa, vi-
deat, & sollicite caueat ne à se inuicem mēbra
cius dissidueant, id est ratio, voluntas, & me-
moriam. Dignum habitaculum parat Deo, cu-
ius nec est ratio decepta, nec voluntas per-
uersa, nec memoria inquinata. Felix illa ani-
ma est, quæ domum cordis sui sic de peccato-
rum sordibus studet emūdere, & sanctis,
ac iustis operibus adimplere, vt in ea non so-
lum Angelos, verum etiam Dñm Angelorū,
habitare delectet. Mundata ergo, cum nobisq;
malis ab ea exclusis, omnibus bonis impleat-
ur, ne sit nobis necessariū aliquid foris que-
rere, quia omnia foris secula relinquitur.

20.5.4

Luc. 11.

De septem columnis erigendis ad edifican-
dum templum conscientie.
Cap. VII.

Sapientia ergo edificet sibi domum, eri-
gat columnas septem, quibus tota fa-
brica innitatur. Domus est conscien-
tia, columnæ sunt bona voluntas, memoria,
scilicet, memorem esse beneficiorum Dei,
cor mundum, animus liber, spiritus rectus,
mens deuota ratio illuminata.

Oper. D. Bern. Tom. I. I.

Prima igitur columna prior erigatur.
Nam necesse est omnia Dei dona, quæ ad
gloriam hominis spectare videntur,
primario & principale bonum, bona volun-
tas esse cognoscitur, per quam imago simi-
litudinis Dei in nobis reparatur. Primum
est, quia à bona voluntate bonum omne in-
choatur. Principale est, quoniam bona vo-
luntate nihil hominibus vtilius datur. Quid
quid homo facit, bonū esse non potest, nisi
ex bona voluntate procedat. Siue bona vo-
luntate omnino saluari quispiam non po-
test, cū bona voluntate nemo perire potest.
Voluntas bona nec dari potest inuito, nec
auferrī nisi volenti. Voluntas hominis est,
potestas Dei. Volūtas hominis est, quia velle
in voluntate hominis est, & ideo totū meritū
in voluntate est. Quantū vis, tantū mereris.
Quantum crescit voluntas tua bona, tantum
crescit meritum tuum. Fac igitur magnā bo-
nam volūtatē tuā, si vis habere magnum
meritum. Ita Deus vt piissimus, & misericor-
dissimus Pater in eo redemptionem nostrā
posuit, in quo nullus, nisi velit, potest ege-
re. Amare nāq; homines æqualiter possunt, &
diuites, & pauperes, etiam si pecuniā æqua-
liter dare non possunt. Voluntas tamen bo-
na non est, si non operatur, quod potest.

De secunda columna qua est memoria bene-
ficiorum Dei. Cap. I X.

Recordemur ergo misericordiarum
Dei, vt sic accendamus in eius amo-
rem Reuocemus ad memoriā bo-
na, quæ tribuit nobis, quomodo in periculis
sæpe constitutos elementa nos eripuit, nec
vniquam peccatis nostris quominus mise-
retur vincere potuit, oblitos sui de se admo-
nuit, auersos à se reuocauit, venientes ad se
benigne suscepit, penitentibus indulgit, per-
seuerantes custodiuit, stantes tenuit, lapsos
erexit, malas delectationes in amaritudinē
conuertit, & rursus salubriter amaricatis cō-
solationes suas tribuit. Postremo tribula-
tione purgatis quietem, & pacem perfectā
restituit, qui nec peccantibus vniquam de-
fuit vt corrigeret, nec iustis vt custodiret.
Recogitemus quanta bona Deus fecit nobis
non rogātib; neq; desiderātib; immo re-
cusantibus, & quam multa peccata dimisit
Ec 3 nobis,

pulsat, quacumque hora intrare voluerit, spectaculum mundum inueniat. Deus enim qui munditia amator est, cor pollutum habitare non potest.

De illuminatione animi

Cap. XII.

EX terro igitur speculo, & diu diligenter inspecto: incipit ei quaedam diuini luminis caritas intel- lucere, & immeritum quidam insolita visionis radius oculis cordis apparere. Ex huius luminis visus animus inflam- matus, incipit munda cordis acie superna, & interna conspiciere: Deum diligere, Deo inherere: cuncta quae adsunt, tamquam non sint, considerat: cunctis suis affectionibus renunciat: & totus soli incumbit amori, sciens solum illum esse beatum, qui Deum amat. Porro ad tantam gratiam nunquam pertingit mens per propriam indu- striam, Dei donum est hoc, non hominis meritum. Sed absque dubio talem, ac tan- tam gratiam ille accipit, qui deserit curam saeculi, & agit curam sui, qui studet se fre- quenter cogitare, & diligenter agnoscere, quid ipse est. Redi ergo ad cor tuum, & diligenter discite seipsum. Considera vnde venis, quo tendis, quomodo viuis, quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis, vel quantum deficis: quibus cogitationibus magis incuraris, quibus affectionibus frequen- tius tangeris, vel quibus tentationum maculis a maligno spiritu acrius impugneris. Cum totum interioris, exteriorisque homi- nis statum, & habitum, in quantum possi- bile est, plene cognoueris, & non solum qualis sis, verum etiam qualis esse deberas: de cognitione tua poteris subleuari ad con- templationem Dei. Quantum namque quotidie in cognitionem proficis, tantum ad aliorum amorem dis. Sed iam fortassis ascendisti, iam ad cor tuum redijisti, & ibi habitare didicisti: tunc hoc sufficit tibi, discite ibi habitare, & mansionem facere: & quali- cumque mens uagatione inde abstractus fueris, tunc semper redire festina. Absque dubio per multum usum quandoque tibi vertetur in obiectamentum: intantum vt loque vlla laboris difficultate possis ibi as- siduus esse: quinimo poena tibi potius sit alibi, quam tibi morari aliquam facere.

Resollenda sunt vana cogitationes a corde. Cap. XV.

SI ergo persenseris desideria tua cir- ca exteriores delectationes affici, & cogitationes tuas iugiter in eis occupari, cum magna sollicitudine compelle eas, nec permittas ad cor tuum intrare, sed redi ad cor tuum, & ibi intrare, & habitare omnimodo stude.

De deuota mente, columna sexta.

Cap. XVI.

MENS enim, quae se ad sui considera- tionem non subleuat, sed adhuc per varia desideria spargitur, & varijs cogitationibus huc, illucque distenditur, non potest seipsam in vnum colligere, quia nondum nouit ad seipsam intrare, sed adhuc in intro est, cogitatione & conuersa- tione. Ideoque non potest ad ea, quae supra ipsam sunt, penna cōtemplationis euolare. Discat ergo dispersiones cordis cōgregare, assuescat in internis suis immorari, studeat euagationes mentis restringere, & exteriora omnia obliuisci. Discat sola bona interiora amare, & illa frequentius cogitare, qui ad caelestium contemplationem anhelat, qui in diuinorum notitiam suspirat. Cumque se diligenter attenderit, & diutius quiescit: cum tandem inuenerit qualis sit: restat, vt reuelatione diuina cognoscat qualis esse de- beat, quale mentis aedificiū Deo preparare, & quibus obsequijs cum placere oporteat.

Post cogitationes vanas depulsas cor eleua- tur supra se. Cap. XVII.

QVI ita euagationes mentis in vnum colligit, & omnes cordis motus in vno eternitatis desiderio figit: profecto iam ad cor suū redijt, & iam ibi libenter moratur, ac mirabiliter delectatur. Et cum seipsum pra gaudio iam capere non possit, supra seipsum eleuitur, & per excessum mentis ad summa cleuatur: atque ita per seipsum supra semetipsum, per cognitionem sui ad cognitionem Dei ascendit, vt discat solū Deū amare, & ipsum indefinenter cogitare, & in eo delectabiliter requiescere. Cum sic amor Christi totū abstruerit affe- ctum hominis, vt negligēs, & inmemor suū non nisi Iesum Christū, & ea quae sunt Iesu

Et t. Christi

Christi sentiat: tunc demum (vt arbitror) perfecta est in eo caritas. Huic itaque qui sic effectus est, non est onerosa paupertas: iste non sentit iniurias, ridet opprobria: non temnit damna, mortem lucrum reputat: imo nec mori se putat, cum magis de morte ad vitam transire se sciat, Quem si amor Dei intrinsecus ligatum tenet, nec ad modicum quidem exire exterius valet, sed interiorius in eius desiderio flagrat, tanto amplius, quanto familiarius, & eo vehementius, quo frequentius.

De raptu cordis, & quid in eo raptu videatur. Cap. XVIIII.

Qui sic in amore Dei iugiter delectatur, frequenter mentis excessus patitur ab omnibus presentibus, & terrenis raptus, coram Deo presentatur, & dum pulchritudinem eius considerat, magnitudine pulchritudinis eius attonitus, totus in eius admiratione suspenditur. Miratur regis gloriam, regni magnificentiam supernae ciuitatis nobilitatem, & inuicem felicitatem: contemplatur etiam gloriae decorum: Dei bonitatem: internae suauitatis dulcedinem, & aeternae quietis tranquillitatem. Meditatur Patris potentiam, Filij sapientiam, Spiritus sancti benignitatem, & angelicae naturae beatitudinem: delectatur de Deo i Deum, dum eius pietatem miratur, & decorem contemplatur. O quam iucundum sentitur, si non esset tam modicum raptus. Raptus dum sola caelestia contemplatur, & contemplando iucundatur. Sed cum ibi stare diutius conatur, subito labitur: & rediens ad se, nulli potest intimare quod vidit supra se: sed agnitione suauitatis illectus, gustatae dulcedinis suauitatem, & illam caelestem infusionem legitime spiritualis intra semetipsum miratur. Reuoluit etiam in corde suo tacita mente incorporeae lucis claritatem, & intimae satisfactionis saporem, & illud internae quietis secretum, & summam tranquillitatis arcanum. In huius contemplatione, contemplationisque dulcedine mens delectabiliter afficitur, & mirabiliter delectatur. Volet ergo, & non deficiat. Volet donec ante regem perueniat ibique ploret, & suspiret: mactetque se in lacrymis, deprecetur veniam: postulet gratiam, nec inde recedat quousque Deum, quem nimium offenderat, placatum sentiat, & ab eo consolationem recipiat.

Denique ratio per metis excessum in contemplationem sublimium subleuata, & in diuinae contemplationis arcanum raptus, atque ibi illuminata cognitione... atque veri luminis inflammata ad desiderium bonitatis, omnes illicitas voluptates, affectiones, & vagas memoriae cogitationes, cordis dispersiones, animi fluctuationes, spiritus euagationes, mentis distractiones in se ipsum colligit, atque in illo felicitatis fonte totum suum desiderium figit. Locum superiorem ratio semper obtineat: nullusque motus aduersus eam se rebellis, sed omnia ei obtemperant, sicut & ipsa obtemperat Deo. Si vero aliquem motum ad id, quod non debet, vel quomodo non debet, moueri senserit, non consentiat, sed illico resistit. Nam solus consensus reos nos facit, etiam si aliquid impediatur ne opera subsequatur. Tunc enim anima mori sicut scriptum est, dicitur, cum ipsa ratio a peccato per consentum curuatur. Anima enim, quae peccauerit, ipsa morietur. Resistat ergo ne moriatur, pugnet ut coronetur. Molesta est lucta, sed fructuosa: quia si habet poenam, habebit & coronam. Non nocet sensus, ubi non est consensus, immo qui resistentem fatigat, vincentem coronat.

Quomodo edificatur bona conscientia. Cap. XX.

Sic nimirum, sic edificatur bona conscientia. Bona conscientia est, quae peccata prae terita punit, & puniendum committere refugit: quae si peccatum sentiat, peccato non consentit, quam si cogitatio inquinat, ratio lauat. Recta conscientia est, cui suum peccatum displicet, & alieno non consentit: nec propter hoc peccatorem dimittit, nec eius peccatum dissimulat, & cum corripit non insultat. Tranquilla est, quae omnibus est dulcis, & nulli grauis: utens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad beneuolentiam, & quibuslibet ad beneficentiam. Talibus enim domus animae edificatur. Quod si forte (vt fieri solet) fur aduenit, qui non venit, nisi, ut furetur, & mactet, & perdat, si, inquam, fur venerit, id est, vel cordis elatio interioris, vel appetitus humanae laudis, & tristitia, & pestis, quae

H
Ezech.
18.6

ux domum istam machinetur pertodere :
 unc rationis ira quasi canis thesaurū culto-
 lens, euigilet, latret, mordeat, & iugulet ir-
 res in hoītes, nemini parcat: nullum intra-
 permittat: sed clamitet, & excitet inus-
 itates ad arma capescenda. Vnd et cumq;
 uis clare clare patet nosse te tētaue-
 rit: procul istud arceat, vt sit pura cōscien-
 tia. Secura est quando accusatio nem nō pa-
 titur vel pro tēpore boni, vel pro præsump-
 tione mali. Munda est, & bene libi conscia,
 cum nec de praterito iuste accusatur, nec
 de præsenti iniuste. Pura est, cui
 Deus nec sua peccata imputat, quia non fe-
 cit, nec aliena, quia non approbavit; nec ne-
 gligentiam, quia non tacuit; nec superbiam,
 quia in humilitate permansit.

*Citius, & utilius acquiritur bona conscientia
 quam scientia. Cap. XXI.*

Multi quarunt scientiam, pauci ve-
 ro conscientiam. Si vero tanto
 studio, & sollicitudine quæretur
 conscientia, quanto quæritur secularis, &
 vana scientia, & citius apprehenderetur, &
 utilius retineretur. Cogitare namque de
 conscientia, sensus est consumatus: & qui
 custodit illam semper erit securus. Salua re-
 uerentia sapientiæ, utilius est currere ad con-
 scientiam: quàm ad sapientiam, nisi sapien-
 tia illa sit, quæ adificet conscientiam. Tunc
 enim se intelligit anima: sic illustratur cō-
 scientia: tunc impletur cor bona conscientia:
 cū in se Deū, & in Deo mutua reuolutione
 seipsam receperit imago creata. Creatrix
 imago in imagine creata, nihil aliud est nisi
 sapientia in aia: nisi gloria in conscientia: nisi
 sanctificatio in arca. O quam ineffabilis est
 pietas Dei, quæ tantam maiestatem inclinat
 ad tantā humilitatē: qui creauit nos, creatur
 in nobis. Et quasi parū esset nos Deū Patrē
 habere, vult etiā nos fieri sibi & Matrē. Qui-
 bus inquit, fecerit voluntatē Patris mei
 qui in cælis est: ipse meus frater, & ma-
 ter est. Frater obediendo: mater generādo,
 frater per hereditatis participationē: mater
 per alio. nisi instructionem. O fidelis anima
 expande sinus: dilata affectus: ne angustieris
 in visceribus tuis concipere, quæ totus orbis
 non potuit cōprehendere: donec virgo beata
 illum fide concepit. Fide namq; Christus
 concepitur, verbi prædicatione nascitur, de-
 uotione nutritur; amore tenetur. Sit ergo

cōscie-
 tia pura, vt Deū conducat ad hospi-
 tium nostrū: sit sollicita circa fidei obsequiū,
 ne tanta maiestas recuset cordis gremium,
 sit deuota, vt soli Deo placeat, soli Deo in-
 terat, nec recedat ab eo. Talis conscientia
 satisfiat animam, & exhibet se de eo gra-
 tam, & hominibus, & angelis reuerendam,
 & sibi metipsi placata, & quieta existit.

Quis sit conscientia fructus. Cap. XXI.

Conscientia est cordis scientia: quæ
 dupliciter intelligitur: videlicet, vt
 illa, quæ se nouit per se: vel illa, quæ
 præter se etiam alia nouit ex se. Cor enim
 & se nouit sua conscientia, & multa alia,
 quando nouit se, appellatur cōscientia: quā-
 do præter se alia, nominatur scientia. Con-
 scientia bona, titulus est religionis: templum
 Salomonis, ager benedictionis, ortus deli-
 ciarū, aureū reclinatoriū, gaudiū angelorū,
 arca fæderis, thesaurus regis, aula Dei, habi-
 taculū Spiritus sancti, siber signatus, & clau-
 sus: & in die iudicij aperiendus. Nihil est iu-
 cundius, nihil tutius, nihil diutius bona con-
 scientia, premat corpus, trahat mundus, ter-
 reat diabolus, & illa erit secura. Bona cō-
 scientia secura erit, cū corpus morietur, secu-
 ra cū anima corā Deo præsentabitur: secura
 cū vtrūq; in die iudicij ante tribunal terri-
 ficum iusti iudicij statuatur. Futuræ beatu-
 tudinis nō est utilius remediū, nec certius tes-
 timoniū bona conscientia, cū mundus om-
 ni volubilitate circū rotetur, ploret, rideat,
 pereat, transeat, numquam marcescit bona
 conscientia. Subijciatur corpus in pœna, in ic-
 iunijs maceretur: verberibus lanietur, ecu-
 leo distēdatur: gladio trucidetur: crucis sup-
 plicio affligatur, & secura erit conscientia.

*Quōdin speculo conscientia status interioris,
 & exterioris hominis cognoscitur.
 Cap. XXI.*

In speculo conscientia status exte-
 ris, & interioris hominis cognosci-
 tur. Anima enim non nouit se, quæ
 sine speculo est. Speculum mundum,
 clarum, & purum totius religionis, bona
 conscientia. Sicut enim mulier, quæ viro
 suo, sine amico placere desiderat, in cōtuitu
 speculi imaginem oppositam reddentis, de-
 corem, & pulchritudinem faciei componit,
 sic anima, in quibus ab imagine veritatis di-
 scedit

scedit, vel in quibus vestigia creatricis imaginis recipiat, in conscientia relegit, & intelligit. Non immerito conscientiam speculo comparauimus, quoniã in ea tamquam in speculo rationis oculus, tam quod decens, quam quod indecens est in se, claro aspectu apprehendere potest.

Conscientia acquiritur per cordis custodiam

Cap. XXIIII.

Vita cuiuscuiusque nõ cognoscitur, nisi conscientia, nec venit ad bonam conscientiam, nisi per cordis custodiam. Cor enim suo arbitrio dimissum, aut ad vitam se vertit, aut ad mortẽ. Velle namque peccare, malũ est, peccare, peius, in peccato perseuerare pessimum est, nolle panitere, mortale.

Quidquid igitur cor cogitat, quod ad vtilitatem suam, vel proximorum quoquo modo non pertineat, respiciendum est. De diuersis igitur mundi partibus, in quibus cor vagum, & profundum tenetur, vel vane occupatur, ad seipsum redeat, & seipsum discutiat, cumque inuenit culpam, timeat poenã. Querendo autem culpam, nusquam illam nisi in se reperiat, reperta autẽ culpa, & penã causa: seipsum puniendo, se ante se statuatur, & tamquam alium se iudicet. Se equidem culpatum, ante se afflictum, se reum, ante iudicem seuerum, se impium, ante se ad pietatem reuersum, proponat se ante se, decernat, quid à se faciendum sit de se, iuste in se iniusto instigat iusta flagella. Loquatur etiam sic sibi. Quia pacem deseruisti apud dominũ Deũ tuum, & bellũ incurristi apud teipsum, scissuram patieris, vt tu à teipso condemnaris, quia pactum pacis rupisti. Vis quod non vis, & non vis quod vis, à teipso condẽnaberis. Nolenda vis, volẽda non vis.

Lu. 12. d Ecce de ore tuo te iudicabo serue nequã Afflige itaque te, & statue te contra facie tuã, vt aspicias turpitudinẽ tuam, & recogites stultitiam tuã. Sic igitur in miserijs suis ad seipsum conuertitur cor, & siltitur cor ad cor. Vis est quãdã, quã sic de corde operatur, & retinet cor fluxũ, & vanum, ne profluat in abyssum exterminij. Vis ista, seu violentia rapit regnũ celorum. Regnum celorum (inquit dominus) vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nobile regnũ possidet, qui cor suum possidet. Non regnat, qui in corde suo deditus sensibus vitiõrum, præsudet viti-

bus, & turbis populorum. Solus is regnat qui deposito cordis imperio, ad leges rationis ordinat totam familiam motuum interiorum, & exteriorũ. Si insurgit rabies loquacis, premitur per patientiam: si petulantia hinc per abstinentiam: si ferocitas aper per mansuetudinem: si superbia vnde per humilitatem.

De mobilitate cordis. Cap. XXV.

Non mouetur autem inter ceteras artes, & operales ars ista præ alijs liberalibus, quia tenetur cor, quod omni mobilis mobilius est: quod omni lubrico lubricosus est. Mobilitate enim naturalis instabile, vel in puncto fixum recusat consistere, cuius vita in motu est, & motus est ei vita. Mouet molem: totius corporis humani tantillus iste in corde vilis motus: & qua coerceatur arte, vt alia moues, ipse nõ moueatur? Forte mola asinaria si ad collũ ei suspendatur, nõ mouetur. Imo multo magis cũ mola concita retur. Agedũ itaque cum eo est, vt circumeat terrã, & perambulet eã: si forte velociorẽ, & mobiliorẽ se inuenire queat. Si super terram similem sui non inuenit, etiam gyrum cæli circumeat: & rotas curuum Dei ad cursum suũ ad moueat: quid tunc faciet ad illos qui ambulat super pennas ventorum? Ferte, & cũ illis contendere poterit. An & cum illa virtute curret, quã attingit à sine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? An & illam apprehendet de qua dicitur: Mobilior est omnibus mobilibus sapientia? Saltem cum viderit tam spaciosis saltibus tran-

Sap. 8. a
Sap. 7. c

Eze. 1. a

1. c

1. c

1. c

surpet vt proprium, sed vt commodatum. Ad voluntatem namque commodantis, commodatarius vti debet commodato. Alioquin in furtum facit in re commodata.

Quomodo diuina gratia coram hominum mouet. Cap. XXV.

CVm igitur te mouet Deus, vel moueri voluerit ò car humanū, mouearis: aliter non mouearis: quia nō efficit moueri, sed cōmoueri: Sed quādo te mouet Deus? Cū admonet. Admonet autē sic: Vane occuparis ò cor sapiens, & omni prerogatiua excellēs, in his, quæ vanitates vanitatum sunt. Nō te decet his subesse, sed præesse. Te indiget ista, vt melius & commodius subsistant: tu his neque ad beatitudinem indiges, neque ad immortalitatem. Viaticum quidem iumento tuo præparant in via, sed si ad mensuram sumantur, non ad superfluitatem. Ex superfluitate enim ciborum quandoque infunduntur iumenta, & in ventris nimiam effluxionem resoluuntur, ita vt ex refectione deficiant. Sic corpus tuum, ò Princeps, & Dominus corporis, si regulas necessitatis excesserit, & ad barathrum concupiscentiæ os aperuerit, lacum perditionis sibi effodit in hospitio reparationis, & de remedio comparat exitium, de vehiculo neustrium. Quid proinde? superfluum tollit necessarium. Aufert superflua, & nulli deerunt necessaria; quia de superfluenti copia aliorum, nascitur valde egra aliorum inopia.

Quomodo se debet unusquisque refrenare ac regere. Cap. XXVII.

TVm est male acta corrigere: tuum est in ordine, & officio familiarum membrorum corporis, & in omni motuum disponente, tuum singulorū negotia secundum cōtinentiam assignare. Non sit in regno corporis tui, qui leges, & iura institutorū tuorum impune præuaricetur, nō oculus, non manus, non pes, non auris, non guttur. Quid inde ignobilioribus, & plebeijs mēbris dicam, si vel attrēctare rebellionē præsumpserint? Lapidibus obruantur, iaculis increpationū confodiantur, & nouerim regem salotionē sedere sup̄ mullā regis, id est, rationē super sensualitatē corporis. Quid

si pudenda illa (quæ velato semper nomine appellatur à pudicis, & castis labijs) motu inordinato republicā infestauerint? Certe a seiscindantur, nō ferro, sed ieiunio: nō delectatione, sed mortificatione. Vtinā (inquit Apostolus) abscindantur, qui vos conturbāt. His persuasionibus cor effrenatū, in præceptis, cursū suū rapiens, teneri potest, vt sit bona cōscientia. Bona est, si habeat in corde puritatē, in ore veritatē, in actione rectitudinem. Pro his namque merebitur Trinitatis visionē. O beata visio, in qua sic Deus erit notus, atque perspicuus vt videatur à singulis nobis in singulis nobis, videatur in seipso, videatur in celo nouū, & in terra noua, atq; in omni, q tunc fuerit, creatura.

Quid anima in conscientia sua cognoscit, quod debeat ire, quando egreditur de corpore,

id est, de libro conscientia: & quomodo corrigendus est.

Cap. XXVIII.

Humana conscientia est Domini vinea, quā excolere debēt peccatorum cōfessio, & eorum satisfactio, & exhibitio bonorum operum, & custodia eorum. Vnicuiq; est liber sua cōscientia: & ad hunc librū discutiendum, & emendandum oēs alij inuenti sunt. Anima cum de corpore egreditur, nullum alium præter conscientia librum secū portare poterit, atque in illo cognoscet quod debeat ire, & quid debeat recipere. Ex his quæ scripta erunt in libris nostris iudicabimur, & ideo scribi debent secundum exemplar libri vitæ: & si sic scripti non sunt, saltem corrigendi sunt. Conferamus itaq; libros nostros cum libro vitæ: & si quid aliter habuerint, corrigatur, ne in illa vltima collatione, si quippiam aliter inuēti fuerint habentes, abiciantur. Beatus homo, qui se potest cognoscere, & despiciere, probare, & improbare. Nam qui sibi displicet, Deo placet: & qui sibi vilis est, Deo charus est.

Nil est melius & nihil vtilius quàm seipsū cognoscere: quod est proprium conscientia. Cap. XXXI.

Multæ sunt scientiæ hominū, sed nulla melior est illa, quæ cognoscit homo seipsum. Quam obrem recedam ad cor meum, & ibi stare abuelescam,

vt totam vitam meam possim discere, & meipsum cognoscere. Omnes anserias meas coram Deo effundam, si forte illa sua magna pietas moueat eum. Confitebor ei peccata mea, cui omnia nuda sunt & aperta: quem fallere non possum, quia sapientia est: nec effugere, quia ubique est. Audi ergo piissime Deus confessionem meam: & respice ad pietatem tuam, & fac mecum secundum misericordiam tuam.

Audi quàm saepe de memoria mea te expulit irruens turba plurimarum cogitationum, quæ velut plebs ad aliquod spectaculū solent effluere in cor meum. Dum orare vel cātare in monasterio volo, nescio cuiusmodi stulta cogitatio, cor meum rapit, & ducit per diuersa loca. Cumque illud ad me reuoco, tenere non possum, sed illico elabitur, & huc illucque dispergitur, & per innumera effunditur. Idcirco ebra terrenarum cupiditatum illecebra, & vanitatum effusio ita cor meum occupant, vt quod vitare studeam, hoc cogitem. animoq; voluam. Non enim est in potestate mea cor meū, & cogitationes meæ, quæ ex improviso effusæ mentem meam, animumque confundunt, atque alio trahunt, quàm ego proposueram. Ad sæcularia reuocant, mundana inserunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa contexunt: ipsiq; in tempore, quo leuare mentem meam ad te paro, inanibus cogitationibus infectus ad terrena plerumque deijcor: huiusmodi per strepentium cogitationum tumultus à corde quotidie mouere volo, nec valeo, sed visa & audita, dicta, & facta ad memoriam reuocant, & in ea cum magna importunitate perstreperunt. Cogitanda cogito, cogitata recogito, & eadem iterum, atque iterum replicare non cesso: & cum diu, multumque quidquid poterō cogitauerō sine cogitationibus esse non possum, sed intrant, & exeunt atque alia alia introducunt, & excludunt: hæc inuitus sustineo, plerumque tamē consentio, cum per ea, quæ vidi, vel feci sine utilitate, absque discretionē, vaga mente discurro. Ita mens mea semper mobilis, & numquam stabilis, semper vaga, & velut ebra per diuersa distrahitur. Grauius pecco, cum cor meum derelinquo, quoniam grauis iactura est, quæ per negligentiam fit. Vim patior, cum illud me deserit. Confirmatio cor meum Deus, quoniam cum stare in semetipso nescitur, aliquo modo à semetipso etiam nesciendo deriuatur. Ita peccandi

consuetudine etiam, cū nescio, pecco, & cor meum, cor vanum per infinita deducitur, & in multa desideria diuiditur. In nocte vete cum dormire volo: multarum rerum imaginum, & phantasias clausis oculis video: ea que inuitus tolero, quantoque ab eis aciem mentis auertere nitior, tanto amplius illæ mihi ingerunt, & molestius turpium cogitationum cor meū maculant. Inde est, quod sæpe mihi incuit mortifera delectatio, quæ ex recordatione præteritorum peccatorum nasci solet, se maxime ex recordatione libidinis. Hæc enim pestis quod præ ceteris vitij est mihi familiarior, eò ad nocendum procliuor, & ad repellendum difficilior. Nam cum eam repellere volo, nolenti mihi se ingerit, blande onerosa, displicendo placens, & placendo displicens. Carnis libidine numquã fugere potui, sed semper me persequitur: & cum aliqua delectationis cogitatione, vel visus intentione me comprehendere potest, non diebus, neque noctibus requiescere sinit: Subtiliter intrat, & mentem occupat, & nisi subito repellatur, allicit, & incendit, & quasi virus pestilentia per totum corpus paulatim se diffundit. Cogitationes prauas multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mentem afficit, & ad consensum prauitatis animum inflectit: omnesque animæ virtutes corrumpit. Hac peste cum astrictus tenear, diuelli ab ea vix possum, quoniam stimulos eius cōfiteri aut nescio, aut erubescō: tam subtiles & turpes sunt. Re vera difficile est libidinis incendia extinguere: impuberes stimular, iuuenes inflammat, vires eneruat, senes, & decrepitos fatigat, non aspernatur turguria, non reueretur palatia. Vtinam sola cœnobia fugiat. Adiuu me domine Deus meus, vt huic tam pestifero, & mortifero vitio resistere possim. Scio enim quia quod resistentem fatigat, vincentem coronat. Resio etiam quoniam si mentem meam cogitatione immunda polluerō; tibi, qui munditiæ actor es, placere non valeo.

De amara atque illicita cogitatione.

Cap. XXX.

COr mundum crea in me Deus *psal. 50.* quoniam non solum vana cogitatio illud occupat, & turpis inquinat, verum etiam amara dissipat. Sæpe namq; aliqua iniuria commotus, mens

ſeſis cogitationū tumultibus in corde pre-
nor: hinc inde ſolicitus, & cæcus, occaſionē
indictæ de accepta iniuria timor, conſilia
multiplico, & nihil aliud niſi iurgia, quæ
eſunt in corde perago. Præſentes, non
deſo, abſentibus cōtradico, intra memetip-
ſum. Tumelias profero, & recipio, receptis
autē durius reſpondeo. Cuius qui obuiet
nullus adſit, rixas in corde cōpi no, inſidias
inuidentium conſidero, & qui contra iur-
gij mouere poſſim, penſo, excuſo quid re-
ſpondeam: & cum rem nullam teneam, va-
cuus litigator elaboro. Sicq; diem in ocium,
noctem vero in cogitationem verto. Tor-
peo ab vtili opere, quoniam fatigor illicita
cogitatione.

K Ita mens intus pugnat, cum
menti nemo repugnat, Nonnumquam ve-
ro quod egi in corpore, hoc poſtmodū im-
portuna cogitatione verſo in mēte; & mul-
toties grauius torqueor in recordatione,
quàm prius captus fueram in operis perpe-
tratione. Sæpe etiam ea, quæ numquam fe-
ci, nec in voluntate habui, ita recogito, qua
ſi pœniteat me illa non feciſſe. Ab oculis
meis munda me domine: quoniam cum ni-
hil exterius ago, intus grauius pecco. In cor-
de enim ſeruo deſcripta, quæ vidi, & feci. Ideo
temporalium rerum tumultus in corde ver-
ſare non ceſſo, etiam cum vaco. In cogita-
tione enim comedo, cum ieiuno: loquor cū
taceo: irācor, & tranquillus ſum: corpus re-
quieſcit, & aſus huc, illucque diſcurrit. Ita vi-
tam illam ſine culpa numquam tranſire
potui: nec hoc quidem quod laudabiliter vi-
xi, ſine aliquo reatu eſt, ſi remota pietate di-
ſcutiatur.

Ps. 14. d.

De neceſſitatibus meis eripe me
domine. Crebro namq; dum neceſſitati de-
bita reddere ſtudeo, voluptatis vitio deſer-
uio: ſub velamine neceſſitatis, cado in la-
quam voluptatis. Sapiffime namq; come-
di & bibi non ad neceſſitatem, ſed ad volu-
ptatem: & quod neceſſitati ſatis erat, volu-
ptati parum erat. Cogitavi etiā de cibo, &
potu, quando non debui, & vbi non debui,
& pluſquam debui. Cogitando de eccliſis, epu-
las in cogitatione tota die ſumrabam. Cū
regendis membris veſtimēta quæro, nō ſo-
lū quæ tegant, ſed quæ extollant, exſpeto: &
contra frigoris torporem, non ſolū quæro,
quæ nuntiant per pinguedinē, ſed quæ mul-
ceant per molliē: non ſolum quæ per molli-
tētem tēſum mulceant, ſed quæ per colorē
oculos ſi ducant. Cum pro aliqua neceſſita-
te licētia quædam alicui habui, locutus ſum

non ſolū de neceſſarijs: verumetiam de nō
neceſſarijs, & de his, quæ ad me nō pertine-
bant, & de quibus licentiam non habebam.
Imo etſi me colloquijs hominum: & ibi lo-
cutus ſum non ad ædificationem, ſed ad de-
ſtructionem: non quod decebat, ſed quod li-
cebat: locutus verba vana, & riſui apta, ver-
ba ocioſa, & inutilia. Verboſitati deſeruiſſe,
& detractiōni ſtudens, os meum mendacio
& detractiōne inquinavi. Lingua mea om-
ni fallacia plena eſt, & nocuit mihi pluſquā
omnia membra. Nam ea, quæ audiui, vel vi-
di, numquam eo modo, quo dicta, vel facta
ſunt, referre poſſum: ſed alia affirmo pro
alijs, & ſæpe multa interſero ſuperflua: at-
que ita vel nimiū laudando, vel vituperan-
do, ſere quoties loquor, mentior. Guttur
inſatiabili ardēt ingluuie: gula diuerſis ſa-
poribus ſatiari non potēt. Cor prauū, dolo
& malitia plēnū, per puram confeſſionem
purgare numquā potui. Manus ad opus pra-
uum fuerunt paratæ, & ad operandū bonū
pigra. Stomachus, & inteſtina nimio cibo
& potu ſæpe ſunt diſtenta, & ideo dolore
ſunt plena. Nā vnde gula delectatur, inde
venter in ſtatur, corpus infirmatur, & ſæpe
mors ſequitur. Per gulæ delectationē cor-
rui in ventris ingluuie: & vnde debui mi-
hi parere ſalutē, inde contraxi nimiā come-
dendo perneciē. Pedes velocius me porta-
uerunt ad aliquam curioſitatē ſpeculandā,
quàm ad Eccleſiam. Oculi iniquo intuitu
me peruerterunt, omnemque motum cor-
poris mei ad immunda deſideria traxerunt.

M

Aures citius aperui verbis ocioſis, & vanis,
quàm ſanctis. Delectatus eſt adoratus vanis
odoribus, guſtus diuerſarū rerum diuerſis
ſaporibus: nec non ſinguli alij ſenſus his,
& illis, iuxta quod cuiq; ſuus ſerebat appe-
titus. Ita Deus meus in omnibus membris
meis naturæ modū exceſſi, omnia membra
mea velut coniuuratione facta inimico meo
de me dominum tradidere, cum morte for-
dus iniere, pactum pepigere cum inferno.

*Conſcientia noſtra erit noſter iudex in die iu-
dicii. Cap. XXXI.*

ERipe me domine ad homine ma-
lo, id eſt à meipſo: à quo recede-
re non poſſum. Nam quocum-
que me verto, vitia mea me ſe-
quuntur, vbi cumque vado, conſcientia mea
non me deſerit, ſed præſens aſſiſtit, & quid
quid

Ps. 139.

A quid facio, scribit. Idcirco quaraqua a humana subterfugiam iudicia, iudicium propriae conscientiae fugere non valeo. Et si hominibus caelo quod egi, mihi tamē (quod non ui malū quod gessi) celare nequeo. Proprius reatus conscientia nō me requiescere sinit, sed de die in diem vehementer me torquet, de die iudicij vehementius terret. Nam in die illa cum dominus ad iudicium venerit, vniuscuiusque conscientia ad testimonium adducetur, & aperto libro conscientiae, omnis culpa ante oculos reducetur; atque ita cogente conscientia, vnusquisque erit accusator, & iudex suus.

Propterea stans ante me, & iudicabo meipsum, vt illis extremæ, & tremendæ diei iudicium euadere possim. Damnat me cōscientia mea, quamquam diuinum iudicium nondum me damnet. Accusat me de homicidio, quod si opere non feci, voluntate tamen ac desiderio saepe peregr. Accusat me de adulterio, & eodē modo mīdeo. Accusat me de inuidia cōtētor & ego; quoniam inuidia sapissime cor meum lanauit. Per inuidiam namque sancte viuentū merita, mea feci inuidendo peccata. Nam bona, quae ab eis fieri, vel dici audiebam, vera omnino nō credebam; ipsas res bene gestas in malum male interpretando conuertebā. Omne malum, quod de illis mendax fama iactat, statim tāquam si ego vidissem credebam; omnia mala meis æmulis fingebam, & ex profectu eorum desiciebam. Hæc vero odia intra me abscondebam, & in meos cruciatu enutriebam: proficientibus inuidebam, peccantibus fauebam, de malis eorum gaudebam, & profectibus lugebam. Gratuitis inimicitijs ardebā, & hanc malitiam mei pectoris deprehēdi timebā. Semper eram ei amarus, & nūquā certus: & ita amicus eram Diaboli, & inimicus mei. Inter amicos discordias seminaui, discordantes in dissensionē confirmaui, opinioniones eorum mendacis decoloraui, in spiritualibus carnalia laudauī, vt spiritualia bona eis deesse persuaderem. Amicitias simulauī, vt eos, qui se incaute mihi committebant, qua possem arte deciperem. Odiorum mihi occasionem prauis suspicionibus coaceruaui, & ita damones, quorum facta sectabar, iustificauī. Multis velut amicis fui in obsequio, hostis in animo, compus in verbo, turpis in facto. Proditor fui secretorum, tenax malarum suspicionum, vtrobique peruersus. Et ita

persecutus est inimicus animam meam humiliavit in terra vitam meam. Piissime Domine, vnde possum esse bonus, qui in bono sic fui malus? Ego peccabā, & tu dissimulabas, prolongabam multo tempore iniquitatem meam, & tu pietatem tuam: quia precor te, & indulgentiam cogitabas. De ego misericordissimē misero, qui tādiu pepercisti criminoso. Credo namque quoniam quidquid mihi condonare decreueris, sic erit quasi nunquam fuerit.

De vanitate, & ex ea dependentibus.

Cap. XXXII.

Non solum inuidia cor meum affixit, verumetiam vanitas circa varias delectationes languentem animum inuoluit. Per vanitatem namque de operibus, quorum mihi cōscius non eram, turpiter me iactaui. Gestiebam etiam docere, quæ nesciebam. Credi de me sublimia volebam, delectabilia grauius anteponebā, execrabar verbo quod animo concupiscebam, appellationes virtutū meis vitijs imponebam, & ita meipsum fallebam & fauentes mihi decipiebam. In promissione honesta fui velox, in exhibitione mendax, a bono mutabilis, mali tenax, in verbo grauis, animo turpis, vbique fallax, laetus ad prospera, fragilis ad aduersa, inflatus ad obsequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honesta.

Misericordissime domine, ita defecerunt in vanitate dies mei, in quibus debui flere commissam iniquitatem, excitare remissam voluntatem, suspirare ad amissam hereditatem, aspirare ad promissam felicitatem, preperare ad angelicam societatem, reproperare ad te, & reuertere.

De statu misero, & iniquitate.

Cap. XXXIII.

Terret me tota vita mea Deus meus, quoniam diligenter discussa apparet mihi, aut peccata, aut sterilitas: & si quid fructus in ea videtur, sic est, aut simulatum, aut imperfectum, aut aliquo modo corruptum, vt possit, aut non placere, aut dupliciter nobis. Et cum vere ita res sit, sic est, inobsequia non ita sit, quod est miseria super auctoritā. Sic comedo,

debo, & dormio securus! quasi iam transie-
ri diem mortis, & euaserim diem iudicij,
& tormenta inferni. Sic ludo, & rideo: quasi
in regnum tecum in regno tuo. Idcirco
in multitudinem iniquitatum mearum ex-
peditis, sed de tua pietate confidens, tibi Crea-
tori, & Redemptori meo, qui venisti, & in-
dulgentiam post reatum persequimur, & la-
crymabilem confessionem alicui promi-
sisti confiteor, quoniam in peccatis concep-
tus sum: & in peccatis nutritus, & per om-
ne tempus vite mee, usque ad hunc diem in
peccatis sum conuersatus. Nullum inue-
nio peccatum, à quo non sum aliquo modo
inquinatus. Peccati superbia namque præce-
pta tua, & sanctorum meorum transgressus
sum. Silentium, & taciturnitatem, sicut re-
gula docet, non tenui. Quod mihi licitum non
fuit habui, dedi, & accepi. Clamores paupe-
rum, & miserorum non libenter, aut miseri-
corditer audiui: nec eos in infirmitatibus
suis visitavi: suadentibus mihi in malum
consensit: facilius multa in imo, quam vnum
in summo cogito: facilius reprehendo alio-
rum vitia, quam mea: & quod in alijs repre-
hendo facere non erubescio. Facilius vnus-
cuiusque vitia, quam virtutes intendo.

Cum aliorum delicta cetero, mea non aspi-
cio. in meis delictis sum clemens, in alic-
nis rigoreque tenere volo. Ad irrogandas cõ-
tumelias sum validus: ad tolerandas infir-
mus, ad obediendum piger, ad læcessendos
vero alios importunus, ad ea quæ facere, &
debeo, & valeo, vagus: ad ea verò, quæ fa-
cere, nec debo, nec valeo paratus. Ita re-
pleta est malis anima mea: peccatis meis
exigentibus. In Ecclesia me deteriorem re-
perio, ante altaria sacra deuote non suppli-
co, vasa sacra non reuerenter tracto: in cho-
ro sum corpore, & in aliquo negotio men-
te. Nunc intus maneo, nunc foras exeo, tã-
ta est leuitas corporis, necnon & mentis.
Alia verba, & alia cogito. Psalmodie
verba profero, & psalmodie sensum non at-
tendo, sed mente vagus, habitu dissolutus,
oculis attonitus huc, & illic prospiciens,
quæcumque ibi geruntur perlustro, & per-
spicio. Vix mihi quoniam ibi pecco, vbi pec-
cata emandare debéo.

Nonnumquam vero in ipsis bonis, quæ
ago, ad leuius propinquo, quia dum men-
ti letitiam parant, & quamdam securitatem
gignunt, meo secuta redditur. Et in tor-
pore huiusmodi, sic etiam meipsum, & opera

quæ feceram laudavi, & ab alijs laudari vo-
lui. Plebunquæ laus humana, quam non quæ-
rebam, mihi oblata placuit, & cum ex ea in-
caute extollerer, subito multa, quæ feceram
ad memoriam venerunt, vt amplius in elati-
one extollerer. Quæ subtiliter replicans,
atque in vnum cuncta coaceruans, coepi ma-
gis, magis, deceptus intumescere. Dumque
in mei adiuuatione occupatus defigeret, *Pf. 101.*
mihi dans gloria, & non Deo, à quo oia ac-
ceperam, oium fructum amisi, atque ita didi-
ci, quoniam qui me laudabant, aduersum me
iurabant. Quanto, n. quisque in semetipso
gloriatur, tanto à Dei amore dilungitur. *Pf. 87. a*
Ita Deus meus, inferno appropinquauit vi-
ta mea. Si me liberabis, habeo vnde tibi
gratias agâsi, inde non liberabis, non habeo
vnde te reprehendam, quoniam iustus es.
Heu mihi, qualis vixi, quanta mala feci, &
dixi? Pudet qui sic vixerim, & quæ natus fue-
rim. Mallem non esse, quam talis esse. Bonus
eram, & malum me feci vtique, qui sponte
me feci miserum, iustum est semper esse mi-
serum. Conscientia mea meretur damnati-
onem, penitentia mea non sufficit ad sa-
tisfactionem, sed certum est, quoniam mi-
serordia tua delet omnem offensionem. De-
le ergo pie Domine iniquitatem meam mul-
titudine miserationum tuarum. Ego vero *F*
qui vsque ad hunc diem sine causa vixi, am-
modo sine causa viuere nolo.

De recidivo, hoc est reuersione in peccatum,
Cap. XXXIIII.

Sed heu miser, hæc tam sæpe confes-
sus surgens, eadens sum defessus,
repeccando toties, confitendo to-
ties. Multoties promisi me emen-
dare, & numquam tenui, sed semper ad
peccatum redij, & prioribus sceleribus no-
ua, & deteriora coniunxi. Numquam, vt de-
bui, mores meos in melius mutavi, nec à ma-
lesactis recessi. Plurimos etiam, me perdens
peccare feci, & multis causa mali extiti, &
exemplis vite meæ nonnulli subuersi sunt.
Ecce peccata mea misericordissime Deus
non abscondo, sed ostendo, accuso me, non
excuso, quoniam iniquitatem meam cognosco. *Pf. 50. a*
Nec idcirco iustus sum, quoniam si alter ita
me accusaret, sicut ego meipsum accuso, pa-
tienter sustinere non possem. Desperate
vtique potuissem propter nimia peccata, &
vicia, culpas, & inuitas negligentias meas,
quæ

quæ ego, & quotidie indefinenter ago: orde,
ore, operet: & omnibus modis, quibus huma-
na fragilitas peccare potest: nisi verbum tuum
Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed
desperare iam non audeo: quoniam subditus
ille tibi vsque ad mortem, mortem autem
crucis, tulit chirographum peccatorum no-
strorum: & affigens illud cruci, peccatum
G crucifixit, & mortem. Gratias tibi ago do-
mine Deus meus, quoniam visitasti me: &
ostendisti mihi peccata mea. Nunc primum
206. 21. b te inspirante didici ad cor meum redire, &
me ipsum cognoscere. Aduocabo ergo ali-
quæ de amicis tuis, & ei omnia delicta mea
exponam sicut mihi præcepisti: vt eius con-
silio, & auxilio ab omnibus meis possim ini-
quitatibus liberari, & tibi reconciliari.

Confessio ad Abbatem. Cap. XXXV.

Audi ergo pater miserum pecca-
torem: audi vocem lacrymantis
& pœnitentis: attende quàm
grauiter peccaui, & Creatorem
meum offendi. Deo iubente ad cor meum
redij: & inde exclusis omnibus præter Do-
minum Deum, & me ipsum, totam vitam
meam discussi tanto diligentius, quanto fa-
miliarius: & vt verum fatear, & nihil aliud
ibi inueni, nisi locum horroris, & vasta so-
litudinis: conscientiam videlicet diu negle-
ctam, omnino inculcã, spinis, & tribulis
oblitam, & omni horrore plenam. Nullum
enim inuenio vitium, a quo non traxerim
aliquod contagium. Turbavit me ira, lace-
rauit me inuidia, inflauit superbia, inde con-
traxi mentis inconstantiam, oris scurrilita-
tem, opprobria proximorum, scelera detra-
ctionum, linguæ effrenationem. Seniorum
meorum imperia non seruaui, sed iudicavi:
de meis negligentijs obiurgatus aut rebel-
lis fui, aut murmuravi, præferri me meliori-
bus impudenter affectaui, simplicitate spiri-
tualium fratrum irridenter exagitaui, meas
sententias procaciter iactaui, obsequia de-
H lata fastidij: negata quæ sui, iuniores meos
elatus despexi. Non obseruaui in obsequio
reuerentiam, in sermone modestiam, in mo-
ribus disciplinam, habui in intentione per-
tinationem, in corde duritiam, in sermocina-
tione iactantiam. In humilitate sui fallax
in odio pertinax, in locutione mordax. Sub-
iectionis impatiens, potentia sectator, ad
opus bonum piger, ad vnitatem ferus, ad

obsequium durus, ad loquendum quæ ne-
sciebam promptus, ad supplantandũ para-
tus, fraternæ societati inhumanus. Temer-
rius in iudicando, clamorosus in loquendo, fa-
stidiosus in audiendo, præsumptuosus in de-
cedendo, effrenatus deformiter in cachinã o-
nerosus amicis: infestus quietis, ingratus
beneficij, infans obsequijs: & imperiosus
subiectis. Sed de iactaui me fecisse, quod non
feceram, vidisse, quod non videram: dixisse,
quod non dixeram. Dissimulaui etiam me
nõ fecisse, quod feceram: negaui me dixisse,
quod dixeram, non vidisse, & audisse, quod
videram, & audieram: & ita ex omni parte
sum reus. Reus in sæculo, reus in claustro,
sed ibi per ignorantiam: hic per negligenti-
am: & vtrumque me terret. Verum tamen
multo amplius terret me, quod in monaste-
rio ante conspectum Dei deteriorum me in-
uenio. Collocauit me Deus in loco volu-
ptatis, in domo vbertatis, in paradiso deli-
ciarum, ego vero miser, & miserabilis, inter
mensas epulantium fame pereor, iuxta fontem
sitio, ante ignem algeo, & ad neutrum manus
extendere volo, tam piger sum, & desidiosus.
Ita tempus amitto, quod Deus mihi sua pieta-
te indulserat ad agendam penitentiam, ad
obtinendam veniam, ad acquirendam gra-
tiam, ad promerendam gloriam. Quasi quoddam
monstrum inter filios Dei sto, habitum mo-
nachi, non conuersationem habens. In ma-
gna corona, & ampla cuculla, salua mihi
omnia existimo. Tãquam arbor sterilis ter-
ram occupo, & velut iumentum vile plus
consumo quàm proficio. Altiorum aliorum
locum teneo, & nullius officium suppleo,
sed sum sicut truncus sine frondibus, & fru-
ctibus. Alij me pascunt de laboribus ma-
nuum suarum, sicut præbendarij suum. Ego
autem tamquam pauper, & miser, nec cleri-
cum, nec laicum gero. Cantare namque, &
legere nequeo, laborare nescio, sed sum op-
probrium hominum, & peior, cadauere
peior. Tolerabilis enim carnis putridi-
tæ foetet hominibus, quàm anima peccatrix
Deo. Idcirco tædet me viuere, viuere eru-
besco, quia parum proficio. Mori timeo,
quoniam non sum paratus: malo tamen mori,
& misericordiam Dei me committere, & com-
mendare: quia benignus, & misericors est,
quod de mala mea conuersatione alicui scilicet
lum facere. Tota namque die vana recundia
mea contra me est, & confusio faciei meæ
cooperuit me, cum video me non nolentem
ad

vigilias, tardū ad horas canonicas, & pi-
um ad opera manuum. Alios autē video
strenue, & deuote diuinis interesse lau-
dibus, alios vero ita reuerenter, & alacri-
ter coram Deo assistere, & eū laudare, ego
autem compungi ad lacrymas nequeo, tā-
ta est duritia cordis mei. Cantare nō libet,
orare nō delectat, meditationes sanctas nō
inuenio, tanta est sterilitas anime mee, &
deuotionis inopia, quam patior. Heu mihi,
omnes in circuitu meo uisitat dominus, ad
me autem non appropinquat. Nam alium
quidem intueor singularis uoluntatis, alium
admirandæ patientiæ, alium summe humi-
lilitatis, & mansuetudinis, alium multæ mise-
ricordiæ, & pietatis, illum in contemplan-
tione frequenter excedere, hunc pulsare, & pe-
netrare cælos orationis instantia, aliosq; in
alijs præminere uirtutibus.

Omnes considero, & propicio feruentes
omnes deuotos, omnes in Christo uanimes,
omnes donis cælestibus, & gratia af-
fluentes, tamquam re uera spirituales ho-
mines, quos Deus uisitat, & in quib; habitat.
In me uero nihil horum inuenio, quoniam
declinauit dominus in ira à seruo suo. Inde
est, q̄ cum alij uigilant, ego dormio, quan-
do alij cantant in monasterio, ego huc & il-
luc discurreo: quando alij in aliquo secreto
loco se furantur à colloquijs hominum, ut
ibi loquantur cum rege angelorum, ego
quæro colloquia hominum, cum alij uacant
lectionibus, ego fabulis, & uerbis ociosis,
quando alij discutiunt, & diiudicant seme-
t ipsos, ego iudico alios. Alijs placet commu-
nis uita, communis disciplina, & commune
studium, & mihi placet anguli, & diuerticu-
la. Sic ex quo peccare potui, numquam à
peccatis & malis operibus cessauī, peccatis
peccata semper accumulauī, & peccata, quæ
aliquando operib; implere non potui, malis
uoluntatibus, & malis desiderijs num-
quam perficere cessauī.

De delectatione carnis.

Cap. XXXVI.

Super omnia mala delectatio carnis,
q̄ ab ipsis cunabulis semper mecum
creuit, mihi semper adhæsit, nec ad-
huc iā præ senectute deficientib; mē-
bris me deseruit, multis, & varijs modis infel-
licæ anime meæ maculauit, dissoluī, captiua-
uit, & oī uirtute destituta, inanem & debi-

per. De Bern. 1 am. 11.

lem reddidit. Fateor huius operis nefarij
immunjs recordationib; me saepe esse cō-
motum, & incendum, ardores nō modicos, &
in honestos passum, & non solum mearum
delectationum mala memoria, & multe re-
cordationes mihi nocere, sed etiam aliorū
malectacta mihi narrata, & per recordatio-
nes sordidas ad memoriam redulta, cor
meum non paruo ueneno iniquitatis ma-
culauere. Et in hoc miserabiliter miserabilis
sum, quia non tantum doleo, quantum do-
lendum me cognosco, sed sic securus tor-
peo, uelut quid patiar, ignorem.

Hoc uero mihi ex omni infelicitate mi-
serius, q̄ ita opere peruersus, ore pollutus,
cor de immundus de altare accedo, & Chri-
sti corpus manib; meis pertractare non per-
timefco. Accedo elatus ad humilem, iratus
ad mitem, crudelis ad misericordem, & ta-
men patitur, humilis elatum, mitis iratū, cru-
delem misericors. Accedo seruus ad domi-
num, non amore, sed timore, non deuotio-
ne, sed usu. Accedo ad dominum, cuius per-
cussi seruum. Ad patrem accedo; cuius occi-
di filium, percussi uerbo, occidi exemplo nec
tamen pertimesco dominum, nec reueor
patrem. Manens in turba, fratrum turbans
aliquos, & ab aliquo turbatus, quandoq; ac-
cedo ad pacificum.

Appropinquo etiam talis ad osculum pa-
cis, qui prius reconciliatus accedere debuif-
sem ad osculum turbati fratris. Coniunct
me reum, & Dei inimicum mea iniquitas,
peccatum meum saepe separauit me à Deo.
Idcirco obsecro te pater, ut me instruas
quomodo possim, aut semper stare cum
Deo meo, aut redire, cum ab eo, peccatis
meis exigentibus motus fuero.

Patris spiritualis ad consententem responsio.

Cap. XXXVII.

Confessio tua fili, ad lacrymas
me commouit, tum propter me,
tum propter te. Propter me fleo
quoniam quæcumq; de te dixi-
sti, eadem fere, aut similia reperio in me, &
multa ad memoriam reuocasti, quoruū obli-
tus fueram, propter te gaudeo, quoniam ui-
sitauit te oriens ex alto.

Non enim longe es à regno Dei. Notitia
namq; peccati, initium est salutis. Confido
in domino quoniam quidquid minus est in te
seruoris, & boni operis, humilitas supple-

Ff

bit

bit pura confessionis. Quacumque namque
Pf. 50. d hora peccator conuersus ingenuerit, saluus
 erit, quoniam cor contritum, & humiliatū
 Deus non despiciet. Tardius siquidem vide-
 tur Deo veniam peccatori dedisse, quam il-
 li accepisse. Sic. n. festinat misericors Deus
 absoluerereum à tormento conscientiae suę
 quasi plus cruciet, misericordem Deum cõ-
 passio miseri, quàm ipsum miserum cõpas-
 sio sui. Qui. n. vere pœnitet, & veraciter do-
 let, absque dubio, & absque mora indulgentiam
 accipiet. Et quanto quis frequentius
 quantoq; vehementius de suo reatu inter-
 no dolore afficitur, tanto certior, tantoque
 securior de indulgentiæ venia efficitur. In-
 de est q̄ animum pœnitentiæ lacrymis affli-
 ctam, tam frequenter, quàm libenter conso-
 latur Spiritus paracletus. Illam frequenter
 visitat, illam libenter confortat, & ad veniæ
 fiduciã plene reformat, quã sua scelera flen-
 do damnare, & damnando flere consideret.
 Incipit ex tunc quadam familiaritas inter
 Deum, & animam, eo quod hæc sentiat ab il-
 lo sæpius visitari, & ex eius aduentu, non tã-
 tum tam consolari, imò aliquoties quodam
 ineffabili gaudio repleri. Sed ad hæc quis
 idoneus? Profecto vere pœnitens. Omnia
 etenim in confessione lauantur, conscientia
 mundatur, amaritudo tollitur, peccatū fu-
 gatur, tranquillitas redit, spes reuiuiscit,
 animus hilarescit. Post baptismū nullum aliud
 nobis constitutum est remediū quã confes-
 sionis refugiū. Sit ergo deuota cordis com-
 punctio, vera oris confessio, discreta carnis
 mortificatio, repentina vitiorum extirpatio
 laeta bonorum operum exhibitio. Non eru-
 besceas Deo cõfiteri, cui non potes abscondi;
Pf. 43. d
 B ipse. n. nouit abscondita cordium, cui om-
 nia nuda sunt, & aperta, ante cuius conspe-
 ctū cuncta nostra peccata sunt scripta. Sed
 quod ibi scribit transgressio, hic delet con-
 fessio. Non te igitur pudeat dicere, quod
 non puduit facere. Quod si forte pudor est
 tibi, mihi soli peccatori peccata tua expone-
 re, quid facturus es in die iudicij, vbi omni-
 bus exposita tua apparebit conscientia? Si
 cogeres coram multitudine nudo corpore
 transire, non posses non erubescere, cur er-
 go minus confunderis, q̄ immunda cogi-
 tatione in mente sordidaris? Cur minus eru-
 besces pudenda cordis, quàm pudenda car-
 nis? Cur magis vereris vultus hominū, quã
 vultus angelorum? Talis confusio separa: à
 Deo. Omnis spes veniæ & misericordiæ est

in cõfessione vera. Simulata namq; con-
 fessio, non est confessio, sed duplex confusio.
 Excludit. n. miserationem Dei, miseriam
 mulatio, nec dignatio locum habet, vbi fuit
 dignitatis præsumptio. Prouocat vero
 compassionem humilis miseriæ confessio.
 Nulla est. n. tam grauis culpa, quæ non ha-
 beat veniam per puram confessionem. Viti-
 a igitur corporis tui, & prauas cogitatio-
 nes illico manifesta Peccatum. n. proditum
 cito curatur. Crimen vero tacendo ampliat-
 ur. Vitium latet, fit ex magno pusillum,
 si latet, fit ex minimo magnum. Nam velox
 confessio velocius medicina facit. Melius
 est vt vites vitium quàm vt emendes, ne
 forte cum incurreris, remeare non possis.

Remedium ad fugiendum prauas cogitatio-
 nes. Cap. XXXVIII.

Q Voties te sentis turpib; cogitationib;
 pulsari, & ad illicitam delectatio-
 nem affici, toties pone autem oculos,
 quomodo Christus in cruce crucifixus est
 pro te, intuere quomodo à Iuda Iudeis tra-
 ditur, & quàm viliter pertractatur, bla-
 phematur, & colaphizatur, & iudicatur,
 & condemnatur, expoliatur, & flagellatur,
 ad vltimum vero contumellis, & opprobrijs
 affectus inter duos latrones suspenditur,
 clavis cruci affixus, spinis derisus, spinis co-
 ronatus, lancea perforatus, ex omnib; par-
 tib; sanguis emanat, & inclinato capite
 emittit spiritum, ita redemptor tuus mori-
 tur pro te, & tu nescio cuiusmodi sordida
 cogitatione sordidaris in mente? Suffice-
 re posset hæc cogitatio ad excludendas om-
 nes illicitas cogitationes. Sed ecce ad alia
 transeamus. Considera quomodo moriens
 quando aliqua graui infirmitate vexatus,
 & ad extrema deductus, & ibi ad terram
 profectus, inter longa suspiria, & difficiles
 singultus, inter diuersos dolores, & timores
 animam expirabit. Tunc veniet corpus in
 pallorem, & horrorem, in faciem, & fœto-
 rem, erit vermis, & cibus vermium, animam
 vero mox capient, & rapiant laruæ illæ
 facies, quæ eam in exitu præstolantur, & ex
 omni parte terreunt eam Dæmones terri-
 biles & horribiles.

Cogita quis eam defendet à fugientib;
 præparatis ad eam, quis consolabitur eam
 cū teterrima illa mōstra Dæmoniorū occur-
 rantia

Dantia sibi cateruatim ruere viderit: aut quis deducet per ignotam regionem? Attende etiam quam subito venit dies vltima, subito venit & forsitan hodie erit. Iam adest: iam presentaberis ante tremendum iudicem: accusaberis multis, & magnis offensis: non vno, non paucis, sed innumeris criminibus: non paruis, sed immensis: non dubijs, sed certis: non breui accusatione, sed tam longa, quam longa est tota vita tua non vno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit districtus accusator tuus. Omnes etiam spiritus boni, & mali coram Deo te accusabunt cum eo. Boni, quia Deo debent aequitatem: mali, quia tuam seruant iniquitatem. Iudicibus, & populi astabis, quot processerunt te in opere bono. Tot argumentibus confunderis, quot tibi praeberunt bene viuendi exemplum. Tot conuincens testibus, quot te monuerunt bonis sermonibus, & iustis actionibus. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuae: & cunctis agminibus patebunt vniuersa scelera tua, non solum actuum, verum etiam cogitationum, & locutionem. Multa vero peccata tunc proruent ex improviso, quasi ex insidijs, quae modo non vides: & forsitan plura, & terribiliora his, quae nunc vides. Vndique erunt tibi angustiae, hinc erunt accusantia peccata inde terrens iustitia: subius patens horridum chaos inferni: desuper iratus iudex: intus vrens conscientia: toris ardens mundus. Si iustus vix saluabitur peccator sic deprehensus in quam partem se premet? Latere erit impossibile, apparere intolerabile. In tanto discrimine torquetur te tua conscientia male sibi conscia: cruciabunt cordis arcana. Cogente etiam conscientia, tu ipse eris accusator, & iudex tuus. Conuictus te ipse propria conscientia, & testibus oculis ipsius iudicis, fugere non poteris: sed tremens & anxius stabis suspensus ad grauissimam sententiam in angusto periculo, & in periculosa angustia: tamquam illico recepturus quod in perpetuum amittere non poteris. Iudex tunc erit vehementer iratus: & terribiliter districtus: sententia eius semel lata erit immutabilis: tortores horribiles, qui nunquam miserentur, erunt parati vt data sententia te damnatum ad tormenta rapiant. Tormenti erit sine interuallo, & sine temperamento: timor conturbabit te, cum terra aperietur coram te, & tu ruas, & cades in flagnum sulfuris ardentis, & furentis. Ignis

exterius carnem tuam comburet: vermis interiorius conscientiam corrodet, ibi eris sine fine: sine spe veniae, & misericordiae. Omnia vero gehennae supplicia superabit, Deum non videre, & bonis carere, quae in potestate habuisti obtinere.

De mala cogitatione vitanda.

Cap. XXXIX.

SI vis omnes malas cogitationes à corde tuo expellere, haec saepe cogita. Ibi namque est cogitatio tua, ubi est affectio tua: ibi cor tuum, ubi est desiderium tuum: quoniam illud saepius in cogitatione voluitus, cuius amore plus affecti sumus. In cogitatione sua cadit quisque, vel stat. Si bona cogitas, cogitatio tua sancta custodit te. Si mala cogitas, Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum: & auferet se à cogitationibus, quae sunt sine intellectu: eritque templum Dei spelunca Diaboli, quoniam quem Deus deseruit, Diabolus arripit. Spiritus sanctus suggerit bona, & dulcia: spiritus malus mala, & amara, vana, & inutilia, & immunda. Et ideo quacumque hora mala cogitatio cor tuum tangit, non consentias illi: nec sis eas eam in corde tuo manere, sed illico repelle. In initio cogitationis iniquae resiste, & fugiet à te. Nam ante Dei oculos non volant vacuae cogitationes nostrae: & nulla momenta temporis in animum transcendant sine statu retributionis. Cogitatio praua delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem. Sicut vipera à filijs suis in vtero positis lacerata perimitur: ita nos cogitationes nostrae intra nos nutritae occidunt.

Mala cogitationes à Damonibus suggeruntur. Cap. XL

DAEMONUM est malas cogitationes suggerere: nostrum est illico illas expellere. Nam in animo nostro eas iacere, nostrae at tunc voluntati, & propriae deputatur culpa. Voluntate namque sua cadit, qui cadit, & voluntate Dei stat, qui stat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquit at cum pulsatur, nisi eum hanc sibi per delectationem subiugat.

G De peccato superbia. Cap. XLII.

Superbia sicut est origo omnium criminum, ita est ruina omnium virtutum. Ipsa enim est in peccato prima: ipsa in conspectu postrema. Ipsa autem in exordio mentem per peccatum prosternit, aut in fine de virtutibus deiecit. Ideo est omnium peccatorum pessima, quia tam per virtutes, quam per vitia humanam mentem exterminat. Cetera vitia solas illas virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur, vt luxuria, pudicitiam, ira, patientiam: sola vero superbia contra cuncta animi virtutes erigit, & quasi generalis, ac pestifer morbus omnes corrumpit. Ideo nisi omnia opera nostra humilitas preceperit, comitata, & consecuta fuerit, proposita, quam in tuamur, apposita, cui adhaeremus: interposita, qua reprimamur, totum de manu extorquet superbia. Quantalibet sit iustitia, operis apud internum iudicem nulla est, si hanc eleuat tumor mentis. Perit reuera omne, quod agitur, si non solcite in humilitate custodiatur. Signa superbiae haec sunt, clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, honestas in imagine, inhonestas in actione, rancor in reprehensione.

De inuidia, & detractione vitanda.

Cap. XLIII.

Inuidia est animi tinea, sensum comedit, pectus vrit, mentem afficit: cor hominis quasi quadam pestis depascit, & cuncta bona ardore pestiferi deuorat. Inuidus alienum bonum, sicut facit inuidendo peccatum. Cum peccatores quosque conspeximus, non facile eos iudicemus, sed magis debeat: quia in similibus, aut lapsi sumus, aut labi possumus. Si vis delinquentem corripere, aperte increpa, nec occulte mordeas.

Quid enim prodest si me nesciente alijs mala meae feceris? Vae illi, qui suam reuult corrigere vitam, & aliena non desinit detrahere. Si vis detrahere, tua in te peccata retorque: non aliorum delicta, sed propria cerne. Numquam in alijs detrahas, si te bene inspexeris. De malo alieno os tuum non coinquines: non detrahas peccanti, sed condole, quoniam graue peccatum est detrahitio. Detra-

hentes, & audientes pari reatu detinentur. Sicut irasceris alteri quando detrahit tibi: sic irasceris tibi, quando detrahis alteri, detrahitio est mordacior, quam vera cordis reprehensio.

De curiositate vitanda. Cap. XLIII.

Multos seducit curiositas. Tam diu quisque sua peccata ignorat, quam diu curiose aliena considerat. Qui semetipsum afficit, non querit quid in alijs frequenter reprehendat: sed in semetipso quid luceat. Quod inter se loquuntur homines, numquam scire desideres. Omne etiam genus mendacij summo opere fuge. Nec casu, nec studio loquaris falsum, quia os quod mentitur, occidit animam. Per nullam fallaciam vitam alicuius defendas. Fuge in honesta verba, rejice verbum, quod non edificat audientes. Vanus, n. sermo cito polluit mentem, & facile agitur quod libenter auditur. Vanus, n. sermo, vanae conscientiae est index. Mores hominis lingua pandit, & qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur, quoniam ex abundantia cordis, os loquitur. Sermo vanus non erit absque iudicio: quia ab omni rectitudinis statu, depereunt, qui per verba vana distabuntur.

Qui laudem non appetit, nec contumeliam sentit. Discerne te tuo iudicio, non alieno. Nemo enim magis scire potest quid sis, sicut tu, qui conscius es tibi. Quid enim prodest dum malus es, si bonus praedixeris? Qualis haberi vis, talis esto. Si sapiens fueris, te semper habebis eundem. Stude loqui non quod habet, sed quod oportet. Qui ociosum verbum non reprimat, ad noxia cito transit. Magna virtus est si non laedas, a quo laesus es magna gloria est, si cui nocere potuisti, parcas. Nobile vindictae genus est ignoscere victo. Quidquid tibi contigerit aduersi, pro tuo peccato euenit tibi: Tempera ergo dolore tui, & de auxilio modum delictorum parua datur vitio. Mala aliorum bono tuo superata. Vices malitiae bonitatis: detrahentium errores dissimulando calca, non sis in pace infidus, nec leuis in amicitia. Odientes ad pacem inuira, discordantes ad concordiam reuoca.

De prauitate conscientia. Cap. XLIII. K

Conscientia hominis abyssus multa. Sicut enim abyssus exhauriri non potest: sic cor hominis euacuari a cogitationibus suis non

Ps. 103.
c

non potest, sed continua volubilitate in eo voluuntur: mare magnum est, & spatiosum manibus, illic reptilia quorū non est numerus. Sicut enim reptile latenter repit, & si tuosis anfractibus huc, & illuc deambulat, ita conscientiam hominis venenata cogitatione intrant, & exeunt, vt nesciat homo vnde veniant, aut quo vadant. Hoc bene cognouerat qui dicebat: Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? quod scrutationem non recipit, nec cognitionem.

Hier.
27.6

Nulla poena grauior est, quam praua conscientia. Cap. XLV.

NVlla poena grauior est praua conscientia. Mala conscientia proprijs agit ut stimulis. Si publica fama te non dānat, propria conscientia te condemnat, quoniam nemo potest se ipsum fugere. Vis numquam esse tristis? Bene viue. Bona vita semper gaudij habet, conscientia rei semper in poena est. Ita clemens esto in alienis delictis, sicut in tuis, nec quē quam districtius, quam te iudices, sic alios iudica, vt ipse iudicari cupis. Lex tua te constringit. Iudicium, quod alijs imponis, ipse portabis. Nullum ante iudicium cōdemnes, ante proba, & sic iudica. Non enim, qui accusatur, sed qui conuincitur, reus est. Valde periculosum est de suspitione quempiam iudicare. In ambiguis, Dei iudicio serua sententiam. Non eligas cui miserearis, ne forte pretereas illum, qui meretur accipere. Omnibus te tribue si potes; quoniam incertum est pro quo magis placeas Deo. Maior sit beneuolentia, quam quōd datur, quoniam tale erit opus tuum, quale fuerit intentio tua. Qui cum tristitia manum porrigit, fructum remunerationis amittit. Non est misericordia, vbi non est beneuolentia. Non auferas vni, vnde tribuas alteri, quoniam nil prodest, si inde alium reficis, vnde alij inaniem facis. Abijce à te quidquid tuum bonū propositum impedire potest, contemne viuens, quæ post mortem habere non potes. Difficile est imò impossibile, vt presentibus quis fruatur bonis, & futuris, vt hic ventrē, & illic mentem impleat, vt de delicijs transeat ad delicias, vt in terra, & in cęlo gloriosus appareat. Si vis cū lætitia animi viuere, noli multa habere. Istam quisque finis vi tam, nisi quōd meruit in ipsa, non potest

Oper. D. Hier. Tom. 1. l.

habere post ipsam. Quanto namque inferius delectamur, tātō à superno amore diiungimur. Nullus sit casus, quem non meditata tua præueniat, nullus sit casus, qui te imparatum inueniat. Propone nihil esse, quōd tibi accidere non possit. Vita foueam, in quam vides alium coram te cecidisse. Aliorum perditio, tua sit cautio. Dum nescimus repente mors venit. Nescimus enim, quid hodie nobis contingat, & ignoramus si hac nocte animam nostram conditio mortis deposcat. Quotidie ad finem vitæ tendimus, & ad mortem properamus. Idcirco singulis horis cogitare debemus, quō singulis momentis properamus. Vnde Dominus ait per prophetam: Perditio tua Israel ex te tantum, in me auxilium tuum. Quasi diceret. Vt pereas imputa tuo merito, vt salueris meo auxilio. Numquam oportet poenitentem habere securitatem de peccatis. Nam securitas negligentiam parit, & saepe incautum ad vitia transacta reducit. Non solum grauiora, sed & leuiora cauenda sunt peccata. Multa, n. leuia vnum grande efficiunt, sicut solent de paruis & minimis guttis imensa flumina crescere. Non est dubium qui casti perseverant & virgines, angelis fidei efficiuntur aequales.

M

Ose. 13.

c

Matth.

22. c

Luc. 20.

f

De improba ventris importunitate.

Cap. XLVI.

NVllus homini tam improbus exactor est, quam venter, qui quotidiana famis exactio te virget. Cum ceteris vitijs, etsi interdum nascimur, interdum tamen cum eis non morimur. Sed cum isto nascimur, & cum isto morimur. Multis creditoribus reliquit me obnoxium pater meus, sed ab omnibus liberatus sum. Vnus tamen superest à quo liberari non possum, id est venter. Venter præcepta non audit, poscit, appellat, non est tamen molestus creditor, paruo dimittitur, si modo dederis ei, quōd debes, non quod potes. Quosdam præsciens Deus peccare posse, in salutem flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent, vt eis utilius sit frangi languoribus ad salutem, quam remanere incolumes ad damnationem. Est perniciofa sanitas, quæ ad inobedientiam ducit, est & salubris infirmitas, quæ per diuinam correptionem mentem à duritia frangit, & humiliat.

Ff 3 Quo.

Quomodo diabolus sagaxior, & multiformiter nos tentat. Cap. XLVII.

Diabolus quando decipere quæquam tentat, prius naturam vniuscuiusque intendit, & inde se applicat vnde aptum hominē ad peccandum aspiciet. Blandis, & lenibus mentibus luxuriam, aut vanam gloriam proponit, asperis vero mētibus iram, superbiam, vel crudelitatem. Aduersarius noster cum ab exteriori sensualitate se videt exclusum, interiora collectis viribus aggreditur, & ingreditur, sed spiritualis homo, qui omnia iudicia, eius astutias nō ignorat, reprimit quod potest, quod non potest, tolerat, quia & si atratum canis sustinet, morsum non timet. Mordet cum ad consensum pertrahit, latrat cū suggerit, & tunc nō vulnerat, sed coronat, quoniam etsi resistētē fatigat, non obligat nisi consentientē.

1. Cor.
3. d.

B De oratione, & modo orandi.
Cap. XLVIII.

Oratio est mentis deuotio, id est, cōuersio in Deum per pium, & humilem affectum. Humilem ex conscientia infirmitatis propriæ, pium ex cōsideratione diuinæ clementiæ. Nullo alio modo Deus citius ad misericordiam scētur, quā si animus deprecātis ad eum toto deuotionis affectu conuertatur. Nil ita Deum cōspēctitur, quēmadmodum purus cordis affectus. Idcirco cum orare vo'ueris, solus solitudinem cordis tui ingredere, & collecto spiritu tuo, integra mente, & vacua curis, orationis domum intra, & stans coram Deo ante vnum aliquid de altaribus orationis instantia celos penetra, & præsentatus choris cælestium, in ipsorum præsentia miseras, & calamitates, quas patieris, miserandum deplora. Prode tuam necessitatem, posce eorum pietatem, & ego

Luc. 11.
Dan. 7. confido in eo, qui dixit: Petite, & accipietis, quoniam si perseueraueris pulsans, non exi-
1. Thes.
3. d. bis inde vacuus. Sic ora cum oraueris, quasi sis assumptus, & præsentatus ante faciē maiestatis in excelso throno, vbi millia millium ministrant ei, & decies centena millia assistunt ei. Tunc veraciter oramus, quando aliunde non cogitamus. Sine intermissione orare debemus. Nam sicut nullum est momentum, quo homo non fruatur, aut vta-

tur Dei pietate, & misericordia, sic nullum debet esse momentum, quo cum præsentē non habeat in memoria. Felix anima, quæ omnes euagationes mentis in vnum studet colligere, & in illo veræ felicitatis fonte desiderium figere. Quando oramus, Spiritum sanctū ad nos vocamus. Oratio cordis est, non labiorum. Neque enim verba deprecātis Deus intendit, sed orantis cor aspiciet. Vis virtutes tuas augere? Prodere noli. Quod manifestando potes amittere, tacendo custodi. Quibusdam enim concessum est tantum bene agere, & fructum boni operis nō habere, quod ipsi sibi auferunt per studium humanæ iactantiæ. Sicut glacies calore dissoluitur, ita virtus ore laudantis.

Tumultus carnalium cogitationum impedit orantem. Cap. XLIX.

Cum ad cor meum redire volo, desideriorum carnalium turbæ, tumultusque vitiorum, tentationibus suis cogitationem meam dissipant, & intentionē cordis in oratione perturbant. Et dum conuerti ad Deū post perpetrata vitia studeo, & contra hæc eadem vitia, quæ perpetravi, illū exorare conor, occurrunt cordi phantasmata peccatorū, quæ feci, & mentis meæ aciem reuerberant, confundunt animum, & deprecationis vocem premunt. Ita mala, quæ feci, cogitationi meæ suis imaginibus impressa, in ipsa mea oratione me conturbant. Ceterum quanto grauiore tumultu cogitationum carnalium premor, tanto ardentius orationi insistere debeo. Et quantum peccatorum meorum phantasmata in oratione plerumque patior, tantum necesse est, vt intentio cordis mei quo durius repellitur, tanto valentius insistat orationi, quatenus cogitationis illicitæ tumultum superet, atq; ad piæ aures Domini nimietate suæ importunitatis tandem irrupat, donec cogitationes malas manu sancti desiderij ab oculis cordis abigat. Hæc est vera tranquillitas, cum tota mens in se ipsa colligitur, & in vno æternitatis desiderio immobiliter figitur. Debet proinde fluctuationem cordis restringere, & ad vnus veri gaudij desiderium, cogitationum, & affectionum motus colligere.

De vitijs linguæ. Cap. L.

Prouer.
10.

Multum loqui stultitia est, quoniam in multiloquio peccatum deesse non potest. Lingua dicitur, quia lingit. Lingua vendendo, mordet et detrahendo, occidit mentiendo. Ligari & ligari non potest: labilis est, & teneri non potest, sed labitur, & fallitur. Labitur vt anguilla, penetrat vt sagitta: tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias. Vno ictu multos percutit, & interfecit. Blanda est, & subdola, lata, & parata ad exhaurienda bona, & miscenda mala. Qui custodit linguam suam, custodit animam suam: quoniam mors, & vita in potestate lingue est. Qui linguam suam, & ventrem custodire non potest: innoxius non est. Cuius peccatum quisquis sequitur necesse est, vt eius poenam sequatur. Vniuscuiusque casus tanto maioris est criminis, quanto priusquam caderet maioris erat virtutis. Per quæ peccasti, per hæc & torqueris. Secutus es carnem, flagellaberis in carne. Crimen non est in rebus, sed in vsu agentis. Sepe prolixa lectio, longuudinis causa memoriam legentis obliterat.

De cantu, & iuramento, & quare Deus non semper exaudit petitionem orantis.

Cap. LI

Sunt quidam vocis dissoluti, qui vocis suæ modulatione gloriantur, nec tantum gaudent de dono gratiæ, sed etiam alios spernant. Tumentes elatione, aliud canant quam libri habeant, tanta est leuitas vocis forsitan, & mentis. Cantant vt placant populo, magis quam Deo. Si sic cantas vt ab alijs laudem quæras, vocem tuam vendis, & facis eam non tuam, sed suam. Habes in potestate vocem tuam, habeto & animum. Frangis vocem, frange & voluntatē. Seruas consonantiam vocum, serua & cõcordiam morum, vt per exemplum concordēs proximo per voluntatem Deo, per obediẽtiã magistro. Caue ne sicut delectaris altitudine vocis, delecteris elatione mentis. Nec diuiti obfunt opes, si eis bene vtatur, nec pauperem egestas commendabilem facit, si inter inopiam sordes peccati non caueat. Quicumque arte verborum quis iuret, Deus qui conscientiæ testis est, ita hoc accepit, sicut il-

le, cui hoc iuratur, intelligit qui vero dupliciter iurat, dupliciter reus sit, quia, & nomē Doctriinæ in vanum assumit, & proximum do lo capit. Sæpe Deus hic punit, tolerat, quos ad salutem perpetuam parat. Iucunditas cordis est vita hominis. Cor prauum dabit tristitiam. Omnis boni impedimentum est tristitia. Humilitas nec ipsa irascitur, nec alios irasci permittit. Humilitas est, si quando peccauerit in te frater tuus, antequam illum peccasse poeniteat, dimiseris illi. Vniuscuique talem indulgentiam accepturus est à Deo, qualem ipse dederit, proximo suo in se peccanti. Frustra Deum propitiari sibi quærit, qui cito placari proximo negligit. In tua infirmitate non te despicias, sed ora Deum, & curabit te. Sæpe multos Deus non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad salutem. Duobus modis oratio in perditur, ne impetrare quis valeat postulata: hoc est, si aut mala quisque committit, aut si delinquenti in se deo non dimittit.

De vera confessione, & vera poenitentia.

Cap. LII.

Vera confessio, & vera poenitentia est, quando sic poenitet hominem peccasse, vt crimen nõ reperat. Nihil peius est quam culpam cognoscere, nec deslere. Si videris aliquando persecutorem tuum nimis fauentem, scito quia ab ascensione suo dæmone perurgetur. Omnis homo qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde perfectionem sustinere cognoscitur.

De perfectione humilitatis.

Cap. LIII.

Super tria firma sedet humilitatis perfectio, vt attendat homo quid fuit ante ortum, quid est ab ortu vsque ad occasum, quid erit post hanc vitam. Vnde enim superbiat homo nememorans quod fuit vile semen, & sanguis coagulatus in utero, postmodum in deserto huius vitæ miseris expositus & peccato: tandem cinis, & cæca vermium futurus in tumulo? Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa, passio poena, labor vita, necesse mori, quando vel quomodo, vel vbi nescire?

De cordis instabilitate. Cap. LIIII.

Solus solitudinem cordis mei ingrediar, & cum corde meo paulisper confabulabor, ab ipso quarens de ipso, & de his, quæ circa ipsum sunt. Cor meum, cor prauum, vanum, & vagum, omni volubilitate volubilius: de vno aliud vago. incesse transit, quærens requiem vbi non est. In omnibus enim quæ videntur, requiem quæsiui, & veram requiem in eis inuenire non potui. Deinde rediens ad me, consistere in me ipso non possum, quoniam mens mea valde leuis, multumque instabilis, vaga, & profuga, vbique se variat, vndique fluctuat: quia vult, & non vult: pigra consilia mutat, voluntates alternat, similis folio, quod à vento mouetur, & circumfertur.

HInde est, quod cogitationes meæ vanæ, & importunæ me trahunt, & ducunt modo ad forum, modo ad litigia altercantium, nunc ad conuiuia pinguium, nunc ad immunda libidinum. Modo sordida titillatione caro inflammatur: nunc vero foeda cogitatione animus, sordidatur: & cum confusionis meæ caliginem declinare volo, non valeo: Sic sic, dum me diligenter inspicio, tolerare me ipsum non possum. Non est enim hora dici, nec momentum temporis, quo creatorem meum in aliquo non offendam, & imaginem suam in me aliquo modo non obfuscem. Vitam meam cum diligenter exploro, quotidiana confessione confiteri non possum pessima vitiorum germina, quæ in me quotidie repullulant. Ecce audisti pater abominationes meas malas, & pessimas, & adhuc scias multo peiora, & iniquiora in angulis cordis mei latere, quæ ad lucem veræ confessionis venire erubescio. Verumtamen si Dei consilium habes consule quid agendum sit.

Responsio ad remedium instabilitatis inquietamentis. Cap. LV.

Esp. I. 4

Cum per prauas, ineptasque cogitationes vaga mente discursis, deceptorij spiritibus tentandi aditum in te aperis. Et ita te à Deo separas, quoniam peruersæ cogitationes separant à Deo, & Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Mens vero instabilis, & inquietæ, dum semper nititur apprehendere quod appetit: desiderijs

suis circumagitata numquam requiescit. Idcirco in vno aternitatis desiderio immobiliter debet figi. Peccata autem tua confiteri non erubescas: quoniam omnia in confessione lauantur, & nullum peccatum dimittitur, nisi prius confiteatur. Prosequere igitur, & si ad perfectam sanitatem peruenire desideras, quidquid conscientie stomachum grauat, totum vomitu puræ confessionis euomere non differas. Virus enim vitiorum, nisi festinanter eijciatur, prius interiora corrumpit: deinde ad exteriora ebulliens, totum corpus occupat, & maculat.

Cogitationes, & affectiones in vnum conueniunt, vt mentem decipiant. Cap. LVI.

Quoniam Aegyptium tuum non abominaris, sed foues, & instruis, manifestabo tibi, non solum peccata actionum, verum etiam cogitationum. Audi ergo miseriam meam. Sæpe veniunt ad mentem meam cogitationes innumerae, & surgunt affectiones multæ, & sollicitas me de cura corporis, & suggerunt multa de vrbibus necessitatis. Conueniunt ibi ad consulendum, veraciter autem ad decipiendum, & congregantur consiliarij multi, & consiliatores vani, imo deceptores veri. Congregantur autem quasi in consilium vnum, & quasi ad querendum consilium bonum, & dantur in commune consilia multa, sed inuutilia, & vana: quia consilium vanitatis est, & totum eorum consilium de vanitate est. Suadent mihi sanguinem minuere, vt possim pausare, & lauiore cibos sumere, remanere de vigilijs, vt satis possim dormire. Consilium corpus recuperare, ne deficiat; carnem fouere, ne tabescat; abstinentiam aliquantulum relaxare; quieti parumpet indulgere; & in hunc modum agitur de cura corporis, cura superflua, & de vanitate ventilatur questio vana, & super huiusmodi inuutili negotio consumitur saepe hora vana.

Hic ostenditur cogitationibus, & affectionibus malis esse resistendum. Cap. LVII.

Qui carnis suæ desiderijs non resistit, & motus cordis sui custodire negligit, ita tandem praua consuetudine illigatur, vt postmodum etiam volens eis resistere

non

non possit. Propterea quoties huiusmodi consiliarios improbos, & iniquos in vnum conuenire sentis, nō eis consentias, sed illico excute te, nūc ad orationē, modo ad operationē, saepe autem ad meditationē: nec prius cesses, donec illi anescant. Intueere quomodo Christus stetit in cruce, considera quomodo morieris, vel ubi, vel quando, statue te ante terrificum tribunal tremendi iudicis, descende vsque ad infernum inferiorem, & ibi cerne quomodo pro peccatis animæ puniuntur. Talis enim cogitatio probatissimum remedium est contra turpes cogitationes.

L Voluptates siue consolationes sunt anima desolationes. Cap. LVIII.



Voniam verba delictorū meorum audire non dedignaris, sed patienter auscultas, fateri oportet, quod adhuc fatendum est. Cum supradictis consiliariis iniquis, & iniqua consulentibus acquiesco, & eorum consilia libenter recipio: adsunt subito cogitationes prauæ, assurgunt affectiones peruerse, multum sollicitæ, sed parum discretæ, quomodo carnem meam delicatissime foueam, quæ quantumcumque suauissime nutriatur, semper caro est. Offerunt mihi infirmatorium, sed quoniam turpe est in illo diu permanere, equitandi occasione querunt, & conueniunt. Nec mora, equi parantur, cadi implentur, hospitia eliguntur, & quæ sunt necessaria in via ligantur & parantur. Vocor, & vocatus venio. Iniungitur mihi obedientia illa: ego vero metuens ex meo desiderio vilescere, recuso ore, quod corde desidero: acquiesco tamquam coactus, & ideo latus ascendo, & iter arripio. Proh dolor religio relinquitur, & silentium rumpitur, hinc inde volant verba, vana, & inuilia, forsitana, & de tractoria. Sic confabulando saepe consumitur dies integra. Venio ad hospitium, affideo ad mensam, apponitur panis albus, & vinum bonum, piscis, & caseus, oua, &c. Interea recurrit animus meus ad fratres qui sunt in conuentu, & graue est mihi, vt dissimiliter ab eis reficiat, & epulet splendide, illis aride reficientibus, & remordet me conscientia mea, si pro faba pisicem, si pro cepe, seu milio caseum, si pro mica gastellum ad refectorem sumam, si vinum bibam,

& fratres aquam. Gula vero expectationis impatiens, inuitat, & instigat, vt comedam, & bibam: Dicit enim non debes esse molestus ei, qui te caritatiue suscepit, sed ad nutum illius te per omnia debes habere, & monitis illius libenter obedire, & impensa beneficia cum gratiarum actione percipere, quoniam nihil respuendum est, quod cū caritate offertur. Carratis est, vt quod ille tibi apponit, cum ipso pariter de eodem sumas, ne scandalizetur si viderit te aliud quā se comedere. Ita ergo fac vt conuenit. Communica & participa cum hospite, sicut scriptum est: Comedentes & bibentes, quæ *Lut. 10.* apud illos sunt. Ego vero his persuasionibus victus communico, & participo cum hospite pro hospite. Et quoniam de alieno ministratur, & non de proprio, incipio mihi esse indulgentior, & manu largior. Prosequor causam, pro qua veni, ad mensam. Nā comedo, & bibo profuse, sicut mos est, & multiplicantur femula, & pocula, donec, & venter grauetur, & cerebrum turbetur: nec arguitur superfluitas, quam excusat hospitalitas. Sic sic mei obliuis, dum gula appetitam sequor, obliuisci mox incipio quid faciant fratres in refectorio, & cadit memoria faba, caulis, panis durus, & aqua potus. Sicut fabula, sic est vita mea. Timeo etiam ne egomet sic fabulando fabula efficiat si sine bonis operibus inueniar. Dico ergo mihi quid debeo facere, & quomodo possim gulam continere, ne tam parui budelli *A* seuius efficiat.

De pugna, & victoria gula contra incantos.
Cap. LIX.

Gula sepe est in pugna, & in culpa. Siue manduces, siue bibas, adest illa tecum pugnatu: si bene non pugnas, certe vinceris ab illa, quæ cum multis pugnat, & à paucis expugnatur. Tu ergo tanto vehementius illam expugna: quanto manifestius illa esse expugnandam cognoscis. Et quoniam ad Dei cognitionem peruenire non potes, nisi per cognitionem tui, iterum atque iterum discite teipsum, si forte aliquid in te lateat, quod Deo displiceat. Videre enim Deum non potes, nisi mundo corde. Nec fiet cor iucundum nisi prius fiat mundum ab omni contagione.

Multa habeo adhuc tibi dicere, sed cōfiteri erubescō. Verum tamen quia aliter Deū videri non possum, aperiam tibi cor meum. Fateor quoniam peccata mea cogitare neglexi, & ideo multa obliuioni tradidi, cognita autem, non omnia confessus sum, propter multitudinem. Quæ vero confessus sum, non pure sum confessus propter turpitudinem, aut omnino celauī. Quæ autem siue bene, siue male sum confessus, non digne fleui, propter vetustatem, & inueteratam consuetudinem. Confessus sum cui non debui, & cui cōfiteri debui, celauī: & quod peius est, de confessione inanem gloriam quæsiui. Manifesta vero peccata excusauī cum de illis conuictus fui, vel (quod deterius est) defendi. Culpam meā præ rubore confusionis palliaui. Sic sic peccatis peccata semper acugulo, & vitam meā quotidie corrigere dispono, semper autem de die in diem differo, & dum hoc in futuro fieri propono, fit vt illud futurum semper sit futurum, imò fortassis numquam futurum. Domine Deus meus, quamdiu ponam consilia in anima mea? Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem? Non est vitium, cui aliquo modo non seruerim. Omnia enim contendunt de me, cuius potissimum videar. Verum tamen super omnia vitia, inuidia me persequitur. Pestis hæc vbiq̃ me torquet. Da ergo consilium quomodo illam effugere valeam.

Ps. 12. a
Ps. 29. c

De inuidia qua interdum sub specie sanctitatis exercet iniurias suas.

Cap. LXI.

Tristius inuidia nihil est, quæ pro-
tinus ipsum auctore torquet, ex-
cruciatque suum. Omnino, ig-
tur fugienda est, & execranda:
quoniam illa Deus offenditur, proximus
leditur, animus affligitur. Inuidia etenim
semper torquet possessoris sui animum, qua
muis sæpe lædere non possit suum, erga
quem fauit, proximum. Sed cum mala sit
omnis inuidia, pessima tamen est huius
mali species, quæ sub specie sanctitatis suas
exercet iniurias. Sæpe enim quando fa-
uit in proximum eo vitio iracundiæ, vel ve-

neno inuidiæ, fingit sibi cogitatio, quòd
taciatur illud zelo iustitiæ. Læsus namque
quilibet à proximo suo, non iam cum fa-
cile respicere potest simplici oculo. Di-
splicet sibi quidquid ab illo fieri conside-
rat. Omni fere hora tacita apud se cogi-
tatione illum accusat. Surgunt causæ quo-
tidianæ innumeræ, quæ illum culpabilem
ostendunt: occurrunt rationes multæ, quæ
illum reum, illum esse puniendum conuin-
cunt. Crescit autem sæpe eo vsque malum,
vt apud Deum esse credat se reum, nisi il-
lum seuertius corripiat, & de sua peruersi-
tate redarguat. Loquitur enim apud se
huiusmodi maligna cogitatio. Vsq̃ue quo
illum talem tolero? Consentire ei com-
probor, si eum non corripio, consentiens
autem Deum offendo: corripiam ergo
eum, ne Deum offendam, nihil enim pro
mea, sed pro Dei iniuria viciscenda totum
facio, imò sic illum sibi restituum. Pro-
ximum enim corripere, & cum castigare,
hoc non est proximo nocere, sed prodesse
velle. Sic sæpe apud se loquitur maligna
cogitatio: excæcauit enim eam malitia sua.
Et putat odium suum amorem esse, &
iniuria sua iustitiam exercere. Conuenient
itaque vndique huiusmodi malignæ cogi-
tationes ad mentem, & fingunt se ad ob-
sequium Dei conuenire, non autem suum
odium exercere velle. Considera ergo ad-
huc frequenter, cogita vehementer, in-
uestiga diligenter conscientiam tuam, vt
scias quid corrigere, seu etiam vnde de-
beas gratias agere. Valde enim vile &
per necessarium est, vt scias quid desit
tibi, quid vis, quid cupis, quid habere
optas.

*De multiplici, vaga, & varia cogitatione
mentis, & cordis v. locitate, & alio-
narrone. Cap. LXII.*

Facilius atomos mundi possem di-
numerare, quam motus cordis mei.
Velocitas animalium, & volati-
lium meis motibus æquiparari non
poteat. Cogitationes meas non est qui
possit comprehendere. Desideriorum
meorum non est modus. Nunc illa,
nunc ista cogito & desidero, nec ista,
nec illa habere possum. Dum corpo-
re vaco, cogitationibus per diuersa lo-
ca vagor, nulla hora, nullo temporis mo-
mento

mento quiesco, sed in momento, in istu oculi per multa spacia locorum discurrens. novae creaturas creo, & iterum easdem eadem facilitate deleo, vel alio atque alio modo multipliciter vario, ilud vel illud habere desidero, talis vel talis esse cupio: quasi Deus illud daret, vel talem me facere nescierit, aut non poterit.

Quae cogitanda sunt, ut cor ab illicita cogitatione remoueat.

Cap. LXII.

E

O Custos cordis, quam modicum, & cupidum cor habes: paruum est, magna cupit. Vix ad vnus milui refectioem sufficere posset, & totus mundus ei non sufficit. Solo corde per totum mundum vago motu discurrens. Sine pedibus curris, sine manibus operaris, alas non habes, & volare non cessas. Diuitias quotidie congregas, & satiari non potes: epulas ad refectioem paras, & inde non comedis: haec & illa cogitas, & falsum est quod cogitas.

Audi quomodo, vt de cetero tibi caneam. Forstium cogitas modo de Sole, vel de aliquo amico tuo, aut de teipso. Si vnus est Sol, falsus est iste, quem tu cogitans fingis: quoniam ille certis locis, & temporibus cursum suum peragit, istum vero constituis vbi vis. Si vnus est ille amicus tuus, falsus est iste, quem cogitans fingis, quoniam ille vbi sit, nescis: istum autem vbi vis, fingis. Porro teipsum hoc esse loco sentis, & tamen figmento cogitationis vadis vbi vis, & loqueris cum quibus vis, & hoc verum non est, quia modo ibi non es: Quoniam ergo falsa sunt haec, noli amaro talia cogitare, sed iacta cogitatum tuum in Domino, qui te fecit, & refecit, elegit, & vocauit, iudicabit, & saluabit. O quanti hac hora com eo loquuntur, cumque in semetipsis ample xantur: tu vero in his delectaris, quae per-

F

eunt, & transeunt, & tecum manere non possunt? Considera quam multi modo moriuntur: quibus si haec hora ad agendum poenitentiam concederetur, quae tibi concessa est, quomodo per altaria, & quam festinanter carrerent, & ibi flexis genibus, vel corde toto corpore in terram prostrato tandem suspirarent, plorarent, & orarent, donec plenissimam peccatorum veniam a Deo consequerentur: Tu

vero comedendo, bibendo, iocando, & riendo, tempus ociose viuendo perdis, quod tibi indulserat Deus ad acquirendam gratiam, & ad promerendam gloriam. Cogit etiam quot anime in inferno nunc cruciantur sine spe veniae, & misericordiae. Si amor Dei te tenere non potest, saltem timeat, & terreat timor iudicij, metus gehennae, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, sulfur foetens, flamma tartarea, & omnia mala. Discute adhuc teipsum, vt scias quid desit tibi: ne in illa vltima discussione coram omnibus confundaris; si inuenta fuerit in te iniquitas.

De multiplici volubilitate cogitationum.

Cap. LXIII.

Digne pensare, & sufficienter estimare non valeo, quae sit illa tam multiplex cogitationum mearum volubilitas, & tam inquietas: & instigabilis velocitas, quae per tam multam, tam variam, tam infinitam discurrere me facit. Nulla enim hora, & nullo temporis momento quiescere possum, sed per infinita spacia locorum, & volumina temporum mira festinatione pertranseo. Undique patet mihi facilis transitus: agilis discursus, de summis ad ima, & de imis ad summa, de primis ad nouissimas, de nouissimis ad prima. Digne explicare non possum, quot alternationis modos momentaneis permutationibus induo, & quam multiformiter me alternantium vicissitudinum motibus variare consuevi, & quibus perturbationibus quotidie afficior. Modo in fiduciam erigo, modo in diffidentiam cado. Nunc per constantiam figor, nunc subitaneo terrore concutior: Modo me turbat ira, modo ingens furor exagitat. Nec illud adeo mirum, quod varijs qualitibus diuersisque perturbationibus per singula momenta afficior, sed illud supra modum stupendum, quod sub eodem pene momento saepe contrarijs affectionibus tangor, nunc odio, nunc amore ducor, modo gaudio, modo moerore detrahor. Quam saepe intermita gratulationis meae tripudia superueniens, subitoque emergens tristitia causa me vehementer concutit, ac deiecit, & omnem illam exultantis animi incolemnitatem subito, in moerorem vertit. Saepe diu

mul-

multumq; dilecta, nimio postmodum odio prosequor, & vehementer approbo, atque desiderata subito detector. Sed quis omnium mearum affectionum qualitates enumeret? quis omnes variationis meae domos explicare sufficiat? Pene quot sunt diuersitates rerum, tot sunt varietates affectionum mearum.

H *Quam bonum sit, quod homo seipsum cognoscat. Cap. LXV.*

CVM inter omnia animalia, humanum genus tum digniori forma tum digniori potentia dignius reperitur; nulla scientia melior est illa, qua cognoscit homo seipsum. Relinque ergo, cetera, & teipsum discute: per te curre, & in te consistite. A te incipiat cogitatio tua, & in te finiatur, nec frustra in alia distendatur te neglecto. Præter salutem tuam nihil cogites: quoniam in acquisitione salutis tuæ nemo est tibi germanior, nemo propinquior teipso. Si vero aliquid cogitationi tuæ se offerat quod non quoquo modo ad tuum salutem pertineat: illico respue, & expue, ut semper te possis inspicere, & de cognitione tui venire ad cognitionem Dei. Agnoscere se debet homo ad quæ bona sit naturaliter propior vel ad quæ mala proliuior: quibus studiis debeat vehementius insistere: contra quæ mala debeat instatius vigilare: quibus exercitijs valeat melius promoueri: quibus vitijs valeat facilius corrumpi: quibus culpis subiaceat, vel quibus meritis emineat, & quid pro his poena, vel præmij expectare debeat, quantum quotidie proficiat, vel deficiat: cum quanta animi industria satagat præterita mala flere, præsentia declinare, futura præuenire: cum quanta animi constantia studeat reparare bona amissa, custodire, & multiplicare possessa. O quam necessaria discussio, & quam miranda speculatio: tot animi virtutes, tot eius exercitationes, tot eius studia, vel merita præ oculis habere, & huiusmodi contemplationi diutius inhærere. Suspende ergo animum tuum ab inferiorum amore: ne forte de sublimibus eiectus, & de loco voluptatis à propria concupiscentia abstractus, & illectus, post concupiscentias tuas eat, & vagus fiat, & profugus super terram. Denique si cupis implere dominicum præceptum omnicultodia serua cor tuum.

Pro. 4. d

Nescit enim quid de spiritu angelico, quod

de spiritu diuino sentire debeat, qui suum prius non cogitat. Nihil recte existimat, qui seipsum ignorat. Nescit quod sub pedibus suis omnis mundana gloria subiaceat, qui conditionis suæ dignitatē non pensat. O custos cordis, si nondum es idoneus intrare ad teipsum, quomodo ad illa remanere idoneus eris, quæ sunt intra vel supra teipsum? Si necdum dignus es intrare tabernaculum primū, qua fronte præsumis ingredi tabernaculum secundū, hoc est in sancta sanctorum? Si nondum moliri potes greffus altos, ut cum domino Iesu, vel saltem cum Moyse ascendas in montem excelsum: qua præsumptione paras volare in cælum? Prius redi ad te, quam remanere præsumas, quæ sunt supra te. Prius Sol ortus sui cõstitia intrad at: quam ad altiora conscendat. Primum ergo est, ut redeas ad teipsum: intus ad cor tuum discas æstimare spiritum tuum. Discite quid sis: quid fueris, quid esse debueris, quid esse poteris: quid fueris per naturam: quid modo sis per culpam, quid esse debueris per industriam, quid adhuc esse possis per gratiam. Discite ex tuo spiritu cognoscere quid debeas de alijs spiritibus æstimare. Hæc porta, hæc scala, hic introitus: iste ascensus, hac intratur ad intima, hac eleuatur ad summa. Vides quantum valeat homini plena cognitio sui. Ex hac siquidem proficit ad cognitionem omnium cælestium, terrestrium, & infernorum.

K

*Priuatus amor aufert verum iudicium.
Idcirco Deo est committendum.
Cap. LXVI.*

SCIRE vellem qualis ipse sum, sed vix de meipso vera discernere possum. Amor namque priuatus, quem erga meipsum habeo, aufert mihi verum iudicium de meipso. Idcirco parum mihi credo de meipso utpote hoie mendaci, ne si meipsum iudico, mentiat iniquitas sibi, iudicet ergo me ille, cui omnia nuda sunt, & aperta: quæ fallere non possum, quia sapietia est: nec effugere, quia vbique est: neque corrumpere. Quia iustitia est. Ille veniat ad me, cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum: qui stat ad ostium, & pulsat: paratus introire, si ei aperuero. Intret ergo, & sanctificet sibi sanctuarium, quoniam sanctus est, & domū eius decet sanctitudo. Extirpet vitia, ordinet cogitationes, sanet affectiones, mores

Pf. 36. d

Pro. 8. d

Pf. 93. d

mores componat. Nullus ei in aliquo resistat: vt sit in pace locus eius. Vtinam nullus hominū esset mecum exterius, vt familiarius loqui possem cum eo interiorius. Ipse enim & secretum quarit, & solitarium locum diligit. Fugiam ergo hominum solatia & colloquia, vt in secreto cordis mei Deū habitatorem habere possim. Valde tamen

L difficile est ab exterioribus ad interiora mentem reuocare, & ibi permanere. Nec minus difficile est de visibilibus ad inuisibilia penetrare, & in illis diutius consistere. Dura sunt hæc, & multū laboriosa, sed valde fructuosa. Assuescam igitur sola intima cogitare, sola interiora diligere, & in illis permanere, vt possim audire quid loquatur in me dominus Deus meus. Ecce ad sum piissimè domine, tecum sum, intus sum. Quādiu in exterioribus occupatus fui: vocem tuam intra me audire nō potui. Nunc autem reuersus ad me ingressus sum ad te, vt possim te audire, & tibi loqui. Loquere ergo misericordissimè, quia audit seruus tuus: loquere, quia paratus sum obedire. Quidquid iussuris: pro posse meo libet̄ deuotus implebo.

Pf. 84. b

O anima mea, rex angelorum venit ad nos, & hospitatus est nobiscum. Latemur ergo de tāto hospite nostro corde perfecto. Demus ei gloriam, & honorem: quoniam dignatus est visitare seruos suos. Epulemur, & iucundemur cū eo in lætitiā, & exultatione. Delectemur in eo de eo, & nullus sit ei in aliquo molestus, ne infra recedat à nobis, & inducat super nos maledictionē prohibitionē. Exhibeamus ei omne seruitiū caritatis: rogantes, & deprecātes, vt nobiscum manere dignetur. Si vero non possumus persolvere ei totū, quod debemus saltē nosmetipsos humiliter ei subdamus ad omnem voluntatem eius. Sit hæc dies solemnis: in qua saluatorem nostrum in hospitio nostro læti suscepimus. Nullum membrū, nullum officiū ab hoc gaudio excludatur. Conueniāt ergo in vnum omnes cogitationes, & affectiones, diem festū celebrantes in omni puritate, & sanctitate. Nulla se aliena cogitatio interferat, quæ huius solemnitatis gaudia perturbet. Oculi mei semper ad dominum: per quem sum, viuo, & sapio, nec cessent lacrymis pedes eius rigare. Audiāt, & intelligant aures quid in nobis ei displiceat: vel quid ei placeat, quid dānet, vel qui approbet. Delectetur odoratus illo suauissimo odore dulcedinis eius. Odor eius, odor

M

Pf. 24. c

Pf. 70. b

vite æternæ, odor totius suauitatis, & incunditatis: Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam altissime domine. Si meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, vt te possim videre per fidem, & contemplationem, donec merear videre facie ad faciem. Clementissime pater, nihil in nobis cesset à laude tua: Benedic anima mea domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic, & dic: Gloria, laus, & honor tibi sit rex Christe redemptor.

Pf. 118. d

Pf. 103.

Hic probatur anima esse Deo similis, & ideo magis illi obligata. Cap. LXXVII.

O Anima mea, si vis amari à Deo, reforma in te imaginē suam, & amabit te: repara in te similitudinem suā, & desiderabit te. Cōsilio nāque sanctæ Trinitatis, ad imaginem & similitudinem suam creauit te creator tuus, quod nulli alteri ex creaturis donauit, vt tanto eum ardentius diligeres, quanto mirabilius ab eo te conditā intelligeres. Considera ergo nobilitatem tuam: quoniam sicut Deus vbiq; est totus, totus omnia viuificans, omnia mouens, & gubernās: ita tu in corpore tuo vbiq; tota es, illud viuificans mouēs, & gubernās. Et sicut Deus est, viuuit & sapit: ita tu secundum modum tuum es, viuuis, & sapis. Et sicut in Deo tres sunt personæ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sic & tu habes tres vires. s. intellectum, memoriam, & voluntatem. Et sicut ex patre generatur filius, & ex vtroque procedit Spiritus sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus: non tamen tres filii, sed vnus Deus, & tres personæ: ita anima est intellectus, anima, voluntas, anima memoria: nō tamē tres animæ, sed vna anima, & tres vires. Ex quibus anima viribus quasi excellentioribus iubemur Deum diligere, vt diligamus eū toto corde, tota anima, tota mente, id est toto intellectu, tota voluntate, & tota memoria, hoc est toto affectu sine defectu, cum discretionis intuitu. Nec solus sufficit de Deo intellectus ad beatitudinē, nisi sit in amore eius voluntas. Imo hæc duo non sufficiūt, nisi memoria addat, quæ semper in mente intelligentis, & volentis maneat. Deus: vt sicut nullū pot̄ esse momentū, quo homo nō

A

vtatur vel fruatur Dei bonitate, vel misericordia: ita nullum sit momentum, quod eum præsentem non habeat in memoria.

B *Hic probatur anima esse tanta dignitatis, ut habilis, & idonea sit esse pater, & mater Christi. Cap. LXVIIII.*

Intellige dignitatem tuam nobilissimam creaturam, quoniam non solum insignita es Dei imagine, verum etiam decorata similitudine. Sicut enim creator tuus, qui te ad similitudinem suam creauit, est caritas, bonus, & iustus, suauis, & mitis, patiens, & misericors, & cetera insignia, quæ de eo leguntur: ita tu creata es, vt caritatem haberes, & esses munda, & sancta, pulchra, & decora, mitis, & humilis. Quas virtutes quanto plus in te habebis: tanto propinquior Deo eris, & maiorem tui conditoris geres similitudinem.

Quid maius his tibi facere potuit quam vt ad similitudinem suam te conderet factor tuus: & eiusdem virtutum vestimentis te ornaret, quibus ipse ornatus est? Attende igitur diligenter primæ conditionis tuæ excellentiam, & venerandam sanctæ Trinitatis imaginem in te ipsa agnosce: honoræque similitudinis diuinæ (ad quam creata es) habere stude nobilitate morum exercitio virtutum, dignitate præriorum: vt quando apparebit qualis sit, tunc similis ei apparere possis. Similis enim similem quærit: &

Pf. 44. c. qualis te paraueris Deo, talis necesse est appareat tibi Deus. Si ergo naturalem pulchritudinem tuam in te reparaueris, concupisces

Mat. 22. rex decorem tuum: quoniam ipse est Deus: ipse amicus, & sponfus: frater, & filius. Ipse enim dixit. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est; ipse meus frater, & soror, & mater est. Audi quorondo. Virtus, & sapientia Patris, filius est Patris. Verbum Patris, voluntas est Patris. Voluntas hominis nihil aliud est, quam quædam proles mentis. Si igitur eadem est voluntas tua, & voluntas Patris, idem est Filius tuus, & Filius Patris. Veritas, sapientia, voluntas corde concipitur, & ex corde generatur. Si igitur idem vis, & idem sapis, quod Pater, tu eundem Filium habes, quem & Pater. In te est vtum sis Pater, aut Mater, an potius vtumque Pater & Mater, non tuo merito, sed Dei dono. Potes namque eum gignere in corde tuo, & in corde alieno. Potes eum

concipere, à corde tuo, & ab ore alieno. Intellectu gignitur, consensu concipitur: affectu nascitur: effectu nutritur. Quando veritatem intelligis, vel illum intelligere facis: Christum gignis: Nosti voluntatem Dei: consenti ei: & concepisti. Quando gignis, es Pater: quando concipis, es Mater. Amando parturis: operando nutris. Sic sic in potestate cuiusque relinquitur: vt vtrumnam tantæ prolis mater efficiatur: Maledicta ergo sterilis, quæ non parit, quæ talem filium pro voto per Dei gratiam habere potuit. Cur non similiter maledictus qui non gignit: nisi quia non æquè in nostra potestate consistit veritatem intelligere, & veritati consentire? Non enim veritatem semper intelligo, cum volo; intellectæ autem semper consentio: velle tamen non possum, nisi gratia Dei fuerit mecum. Nulla est enim humana industria sine Dei gratia. Ex quo primus homo peccauit, naturæ bonum perdidimus, pariter, & arbitrij vigorem, sed non electionem, ne non esset nostrum, vt emendaremus peccatum. In nobis namque manet ad quærendam salutem arbitrij libertas: id est rationalis voluntas, sed ad monente prius Deo, & inuitante ad salutem, vt vel eligamus, vel sequamur. Potestatis nostræ est diuinæ inspirationi acquiescere, & quæ ad salutem nostram pertinent eligere, & sequi. Diuini vero muneris est vt possimus adipisci, quod sequendo cupimus consequi. Nost re potestatis est, & ignauitæ, vt labamur: solitudinis vero nostræ est, & cælestis pariter adiutorij, ne labamur. Felix homo cui sic ambulat sapienter, ne cadat, aut si ceciderit, vt statim resurgat. Felicior vero est, qui iam cum Deo regnat.

Hic ostenditur anima sancta semper ad recipiendum in se Deum esse parata.

Cap. LXX.

Felix homo est, cui præsto est cum voluerit, habere filium Deum. O quanta est dignitas hominis, filium habere Deum: & quanta est humilitas omnipotentis, habere hominem patrem, & quanta est nobilitas animæ, Christum Iesum habere sponsum? Sancta ergo anima, & veri sponsi amica, ad dilecti sui auentum summo cum desiderio semper debet iuuare, & parata, atque expectata

dita esse, vt pulsantē amicum absq; vlla dilata-
 tionis iniuria possit suscipere, & vocanti cū
 omni alacritate occurrere: ne subito, & inop-
 inate adueniēs, minus prōptam, & minus
 ornatam inueniat: vel diu exclusus diutina
 praesolationis vllam molestiam sustineat.
 Aliud est autē cum **E**o intrare, atque aliud
 est ad ipsum exire. Ibi anxia ad seipsam re-
 uertitur, & cum dilecto suo, vsq; ad intima
 cordis sui penetralia ingreditur: hic extra se-
 metipsam ducitur, & ad sublimia contēplā-
 da subleuatur. Quid nāque est eius introire,
 nisi se totam in semetipsam colligere? Quid
 vero est eius exire, nisi seipsam extra semet-
 ipsam totam effundere? Nihil itaq; aliud est
 animam cū dilecto suo in cubiculum ingre-
 di, & solam cū solo morari dulcedineq; eius
 perfrui, nisi exteriorum omnium obliuisci,
 & in eius dilectione summi, & in timē delectari.
 Se solam cum dilecto videt, quando
 exteriorum omnium oblita, ex propria con-
 sideratione in dilecti sui dilectionē deside-
 rium suum perurget, & ex his, quae in inti-
 mis suis considerat, animū suum in eiusmodi
 affectu inflamat, & tam ex bonorū quā
 ex malorum suorum consideratione in gra-
 tiarū actionem asurgit, & hinc pro impensa
 gratia, hinc pro indulta venia, intimē deuotio-
 nis victimas persoluit. Vsq; in intimum
 dilecti perducitur, & in optimo collocatur,
 quando ex intimo cordis affectu, & super
 omnia diligitur. Cogita quid sit quod in vi-
 ta tua ardentius dilexisti, anxius concupisti,
 quod te iucundius afficiebat, ceterisque om-
 nibus profundius delectabat. Considera ergo
 si eamdem affectionis violentiā, delectationisq;
 abundantiam sentis quādo in sum-
 mi dilectoris desiderii inardescis, quādo in
 eius dilectione requiescis. Cui dubium sit,
 quod intimum illum affectionis tuae sinum,
 necdum teneat, si intimā dilectionis aculeus
 animam tuam in diuinis affectibus minus
 penetrat, tepidus exagitat, quā in alienis
 affectionibus aliquando penetrare, vel exa-
 gitare solebat: Sed si tantam prorsus, vel for-
 te validiorem dilectionis, vel delectationis
 violentiam in intimis tuis circa diuinā per-
 spexeris, quantam alias nunquam expertus
 fueris, vide ad huc si forte aliud aliquid sit in
 quo delectari, vel consolari possis. Certe
 quam diu possum, vel aliena qualicumque re
 consolationem, vel iucunditatem cōcipere,
 nondum audeo dicere dilectum nostrū in-
 timum ardentissimi amoris sinum tenere.

Satage ergo, festina trahere eum adhuc ad
 interiora, & secretiora cordis tui penetralia,
 quacumque es eiusmodi anima. Quis, n. ne-
 get illud intimum cordis humani penetrabile
 tales recessus habere, seu etiā obtinere pos-
 se, in quibus summi, & singularis amoris
 violentia cum aliquid per affectum infix-
 rit, aliena omnino delectatione auelli non
 possit? Certe si alienā aliquam consolationē
 quæris, vel recipis, Deum tuum quamuis for-
 tasse summe, nondū tamen singulariter di-
 ligis. Nondū ergo in intimum perducitur,
 nondum in intimum collocatur. Si ergo nō
 fatagis introducere eū ad intima tua, quo-
 modo te credā velle, vel posse sequi eum ad
 sublimia sua? Certū ergo signū tibi sit quæ-
 cumque es anima, q̄ dilectum tuum minus
 diligis, vel ab illo minus diligeris. si ad theo-
 ricos illos excessus nondum vocaris, vel vo-
 cantem sequi nondum merueris. Quomo-
 do. n. perfecte diligis, vel diligeris, si in sum-
 morum desiderio ad superna nō raperis, &
 ad theoreticos, & anagogicos illos conatus
 mentis alienatione non transis? Vis nosse,
 quia sublimitas diuinarum reuelationum sit
 manifestum diuinæ dilectionis, indicium?
 Iam non dicam, inquit, vos seruos, sed ami-
 eos, quia omnia, quæ audiui à patre meo,
 nota feci vobis. Satage ergo Deū tuum intime,
 & summe diligere, & vohora in diuinæ
 contēplationis gaudiū summo cū deside-
 rio anhelare. Collige teipsam ad temetip-
 sã, & in solo diuinitatis desiderio requiesce.

*Anima precipitur erigere se ad sublimia
 contēplanda. Cap. LXX.*

DEbet nāque anima perfecta, &
 assidue summorum contēplationi
 dedita, omni hora peregrinationis suæ terminum,
 & ergastuli huius egressum, cū summo deside-
 rio expectare, & ad illud diuinæ contēplationis
 spectaculum, quod in futura vita speramus,
 animū suum suspendere, & in eiusmodi
 expectatione vehemēti desiderio anhelare,
 vt quod interim videt per speculum
 & in ænigmate, creatur videre facie ad
 faciem. Necessē est, itaque ad cot altum
 ascendere, & mentis excessu per diuinā reue-
 lationem addiscere, quid sit illud ad quod
 aspirare, vel studere oporteat, & ad qualem
 sublimitatis habitū animū suū cōponere,
 & assuecere debeat. **H**āc semel ad illam
 lucite.

G

Ioann.
15.6

luciferam angelicę sublimitatis gloriã quis admissus fuerit, & ad illud diuinorũ, radiorum spectaculũ intrare meruerit, quã intimis desiderijs, quã profundis suspirijs, quã inenarrabilibus gemitibus, eũ, qui eiusmodi est, putamus insistere, quã assidua recordatione, quã iucunda admiratione inspectam claritatem credimus cum retractare, menteq. reuoluere: illam desiderando, illam suspirando, illam cõtemplando, donec tandẽ aliquando in eamdem imaginem transformetur à claritate in claritatem, tamquã à Domini spiritu? Verumtamen cum ab illo sublimitatis statu ad nosmetipsos redimus, illa, quæ prius supra nosmetipsos vidimus, in ea veritate, vel claritate, qua prius perspeximus ad nostram memoriam omnino reuocare non possumus. Et quamuis inde aliquid in memoria teneamus, & quasi per mediũ velum, & velut in medio nebula videamus, nec modũ quidẽ videndi, nec qualitatem visionis comprehendere, vel recordari sufficimus, & mirum in modũ reminiscentes, non reminiscimur: & non reminiscentes reminiscimur, dum videntes non peruidemus, & aspicientes nõ perspiciamus; & intendentes non penetramus, donec iterum meditatione assurgamus in cõtemplationem, contemplatione in admirationem, admiratione in mentis alienationem.

I Veritatis cõtemplatio in hac vita inchoatur, sed in futura iugi perpetuitate celebratur. Per veritatis cõtemplationẽ cruditur homo ad iusticiam, cõsummatũ ad gloriã. Gratia cõtemplationis cor ab omni mūdatione amore, non solũ emūdat, sed sanctificat, & animum ad cœlestium amorẽ inflammat. Qui diuina inspiratione, & reuelatione ad cõtemplationis gratiã promouetur, quasdã arrhas futurę illius plenitudinis accipit, vbi sempiternę cõtemplationi perpetuo inhærebit. Qui vero cõtemplationi veritatis vult vacare, necesse est, vt discat requiescere, non solum ab operibus malis, sed et à cogitationibus superuacuis. Multi siquidẽ et sciunt vacare, corpore, minime tamen valent vacare corde, nesciẽtes facere sabbatum ex sabbato, & ideo nõ valent implere, quod dicitur in Psalmo: Vacate, & videte: qm̃ ego sum Deus. Vacantes siquidẽ corpore, sed vagantes vbiq. corde, nequaquam merentur videre quã dulcis est Dominus, & quã bonus Israel Deus ihs, qui recto sunt corde. In de est, quod hostes derident sabbata eorũ,

id est ipsa suę vacationis ocia in cogitationes inutiles protrahunt, & per deuia quæque vago incessu sine respectu peruentionis passim huc, & illuc vagantur. Animus eorum in diuersa rapitur, & nunc in hanc partem, nunc in illam discurrendo mira agilitate in contraria agitur. Sic sic, quod diu sub egeis huius mundi elementis viuimus, desideria nostra vltra gaudia nostra extendimur: quia infinite plura sunt, quæ concupiscimus, quæ quæ in hac vita apprehendere possumus. Beata autẽ illa supernorũ spirituum multitudo, desideria sua vltra gaudiorũ suorũ non extendit plenitudinẽ, quæ felicitatis suæ infinitatem, vel immensitatem comprehendere omnino non sufficit. Est autem eorum gaudiũ non solum de cõtemplatione creatoris, sed etiam de cõtemplandis eius creaturis. Dum. n. Deum in oĩbus suis operibus mirabile inueniunt, quid mirum si vbiq. mirando venerãtur, venerando mirãtur magna lia eius, quẽ diligunt? Inueniunt itaque non solum in creaturis incorporeis, sed etiam in creaturis corporeis vnde mirẽtur, vnde creatorem earum digne venerẽtur. Hęc omnia iugiter cõtemplantur, cõtemplantes, mirantur, mirantes lætantur. Lætantur de diuina cõtemplatione, congratulatur de mutua visione, mirantur in reã corporalium speculatione. Discamus, & nos cõtemplantes mirari, & mirantes cõtemplari, quõ illius supernę beatitudinis ciues omnia, quæ sub ipsis sunt indefinenter aspiciunt, omniumque, quæ ab alto vident rōnem, & ordinem comprehendunt, quõ de mutua societate, indissolubiliq. caritate in infinitum gaudeant: quomodo in illã diuinę claritatis visionem insatiabiliter inardescãt. Nihil est iucũdus, nihil vilius gratiã cõtemplationis. Quãto amplius in cœlestiũ cõtemplatione delectaris, & delectando admiraris, tanto libentius immoraris, tãto diligentius persequaris, profundiusq. illuminaris. Sēper in illis inuenies, quod mireris, & vnde delecteris. Nusquam est copiosior materia admirandi, & nusquã vtilior causa delectandi; in his ergo semper sit tua admiratio, & delectatio, nec necesse erit alia per alios quærere, & per vanã huc, illucq. cogitationum euagationẽ discurre. Deum namq. cognoscere, plenitudo est scientiæ. Plenitudo autẽ huius scientiæ, plenitudo est gloriæ. Cõsummatio gratiæ, perpetuitas vitæ. Ad huius vero scientiæ plenitudinẽ opus est potius intima cõpunctione, quã

pro-

2. Cor.

3.4

K

Eph. 6.6

L

Ej. 45. a

Ej. 72. a

profunda inuestigatione, suspirijs, quàm argumentis, erebris lamentationibus, quàm copiosis argumentationibus, lacrymis, quàm sententijs, oratione, quàm lectione, gratia lacrymarum, quàm scientia litterarum, celestium potius contemplatione, quàm terrestrium occupatione.

F I N I S.

DE ORDINE VITAE,
& morum institutione, aliàs de
Doctrina puerorum, & correctione morum.

Tractatus.



Hortatur quidem timidam mentis meae imperitiã fraterna caritas, vt de vite ordine, & morum institutione breuiter loqui debeam. Sed quia tempus est, vt (ipso, qui inspirauit, opitulante)

opus aggrediar, exordium sumere necessarium duxi ab illa laudabili virtute, quæ dicitur verecundia, quæ cum sit omnibus aetatibus, personis, temporibus, & locis apta, tamen adolefcentes, & iuueniles animos maxime docet. Tres enim vigutes sunt, quæ pueris adolefcentibus magis congruunt, verecundia, taciturnitas, & obedientia. Non est autem dubium si has studuerint habere, quin postmodum Christo duce ad culmen perfectionemque virtutum ascendere. Morum enim insignia, & ornamenta virtutum in illis proculdubio cernimus senibus, qui ab ipso tyrocinio primarum aetatis, vsque ad perfectum virum disciplinis celestibus exercitati, per viam Domini fortiter ecurrerunt. Quorum scilicet sapientia tantum viget, & luget quantum senectus ipsa aetate sit doctior, vsu certior, processu temporis prudentior. Hac autem veterum studiorum dulcissimos fructus edit, & alios reficit. Multum namque senes diuuentes, & nihil proficientes, quia nullas sibi in opportuno tempore diuitias congregarunt, inopes omnium virtutum animos iuuenum reprobarum vite morbo inficiunt. Sicut enim per senem vitiosum, & fatuum, ita per adolefcentem inuerecundum, & temerarium religio sancta

Oper. D. Bern. Tom. II.

destruitur. Post indoctos namque Prælatos, malosque in sancta Ecclesia nulla pestis ad nocendum infimis valentior inuacatur. Deinde talium hominum genus, ista (de quibus apostolus prædixit) tempora pro dolor, sine numero ferunt, quæ ferre omnia, quæ bona sunt, & sancta, pessundari, confundiq. videmus. Et quoniã senes in melius mutari ab illa inlicita vitiorum cõsuetudine difficillimum est, debemus manũ adolefcentibus porrigere, qui si dare volunt operã, omni depulso tempore possint vtique per gratiã Christi vitã corrigere, mores cõponere, actusque suos in omnibus meliorare. Idcirco diu est, quod desideraui propter iuniorum salutẽ (eorum præcipue, cũ quibus viuo) ex opusculis patrum pauca quædam de florando colligere, quæ teneræ aetati eorum videantur specialiter cõsulere. Est. n. mihi (tateor) tristitia magna, & continuus dolor super cæcitate cordis eorum, qui cum didicerint, in schola Christi qualiter debeant, & vitia propulsare, & sanctis virtutibus infudare, heu rebellionis spiritu armari, tã præcipiti impetu per abrupta vitiosũ currunt ad mortẽ, vt eos auriga præsidẽs nullo freno disciplinæ valeat cohibere. Deberet vtique in domo Dei ad cultũ diuini honoris super oẽm ornatum tãquam vas aureũ resurgere. Cur autẽ ab ipsis primis rudimentis infantie educati sunt tanta cura, tantoque labore, nisi vt fortes in bello facti contra mundũ, & eius concupiscentias, contra carnẽ, & eius desideria, cõtra diabolum, & eius multiplicia tentamenta virtutibus pugnet? Sed quod admirandũ est, & dolendum, plus eis, quã ceteris grauis, & austera videtur disciplinæ regula. Quare hoc, nisi quia secularẽ magis diligunt vitam? Certe vel nullus, vel rarus inter eos inuenitur, qui libetẽ sequatur antiquorum patrum instituta, & maiorũ vitam diligit, aut quia labor eũ terret, aut quia in lubrica aetate difficilior est abstinence, aut quia alacri adolefcentia videtur vita obscurior, & ideo ad ea cõuertitur stultitia, quæ plausibilia arbitratũ. Præsentia quippe plures, quã futura præferunt, sed meminisse debet, quia nõ præsentibus, sed futuris militamus. Vnde quo præstãtior causa, eo debet esse cura attentior. Infelix, qui legẽ vitæ, & disciplinæ abiicit, & maiorũ gubernari magisterio refugit. Ille vero non secundũ Dou, sed secundũ se viuit, qui si poterit, est cũ quibus vult, pergit quod vult, & quantum vult, ridet, & iocatur, inter quos, & vbi, & quando vult.

G g vult.

vult. Postremo quidquid naribus suave est, quidquid tactui blandum, quidquid oculis delectabile, quidquid ceteris sensibus carnis suæ iucundum, exercet, ac sequitur. Ille vero, qui secundum Deum vivit, non quod eum carnaliter delectat, sed quod spiritualiter edificat facit, & quidquid cupit, aut agit, non vult ex sua, sed ex Dei voluntate, maiorumque suorum iussione procedere. Nemo tamen positus in adolescentiæ, vel intemperantiæ lubrico de sui conversione desperet. Dicaster enim oliuæ insertus amissa amaritudine efficitur fructuosus. Si ergo agricultura convertit stultiæ qualitatē, nonne studia doctrinæ, & disciplinæ assiduitas mitigare possunt quaslibet aegritudinis passiones? Sed ne puerilis vita varijs lapsibus vitietur, oportet teneros animos prefatis diligenter mancipare virtutibus, quatenus bona consuetudo cum ætate simul accrescat. Ut igitur clarius pateat quanta, & qualis virtus sit verecundia, patris Ambrosij magna ex parte ponamus sensus, & verba, ne si forte me parvipenderit stultum homuncionem, magni in Ambrosium, imo in Ambrosium Christum, non audeat spernere. Sic enim ille ait instruendorum morum magister: Est autem bonorum adolescentium timorem Dei habere, deferre patribus honorem, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere elementiam, ac verecundiam, quæ ornamenta sunt minori ætati. Ut enim in senibus gravitas, in iuuenibus alacritas, ita in pueris adolescentibus verecundia, velut quadam dote commedatur nature. Quam pulchra virtus verecundia, & suavis gratia, quæ non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris loquendo, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculū enim mentis plerumque in verbis refulget. Ipsum sonū vocis libret modestia, ne cuiusquā offendat aurē vox in cōposita. Denique in ipso canendi genere prima disciplina verecundia est, imo etiā in omni usu loquendi ut sensim quis, aut psallere, aut leggere, aut postremo loqui incipiat, ut verecundia principia cōmendent processum. Est enim in oculis verecundia, qua prohibetur boni adolescentis pudica anima inueneri, & alloqui feminas, non ut exeretur sexum, sed ut fugiat vitium. Primum autem proficit ad continentem castitatis custodia oculorū. Multi vero perierunt propter speciem carnis. Unde dominus: Qui viderit mulierē ad concu-

piscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Bonæ indolis adolescenties in monasterio viuentes, ita se omni studio conseruet ut adolescentiā suā nullā libidinis forde cōmaculent, ut ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedant. Quorum tāta animi debet esse munditia, ut præ nimia verecundia ne sermonem quidem audire velint, vel locū impudicum. Et ne incutiis naturalibus superentur, necesse est, ut lasciuens eorum crebris frangatur ieiunijs. Melius est eos stomachū dolere, quā mentem. Beatus plane adolescens, qui castus perseuerat, & corpore, & mēte. Huic proculdubio caro, & sanguis redemptoris nostri efficitur salus, & vita Sūt, & qui propter humanā confusionē, sine respectu diuini timoris, pleni cordibus audacter se ingerunt tātis mysterijs. Audiāt autē quod scriptum est: Homo videt in facie, Deus autē in corde. Sed illi plus metuūt homines, quā Deū. O cæca temeritas, o Dei misericordia patiētia. Nūquid, n. tantū peccauerūt, vel quos ignis consumpsit, vel quos terra absorbit: Nūquid tale scelus filiorū Aaron, alienum ignem offerentium, quale est illorum, qui tam terribilia sacramēta sumunt sibi ad mortē? Etenim sic viuendū est, ut pauē illum super substantialē semper accipere valeamus, quia vix ei, qui se alienū fecerit ab eo. Et multū vix illi, qui spurcus, & impudicus accesserit. Utrobique grande periculum. Ideo magna necessitas instat, ne indigni inueniamur. Quapropter tenēda est in omnibus verecundia pudicitia comēs, cuius societate, castitas ipsa tutior erit. Bonus enim regendæ castitatis pudor est comēs, qui si repellat prima pericula pudicitia vulnerari non sinit. Etenim inuerecundis oculis, & lasciuis sermonibus, libidinosus animus deprehenditur, & per exteriorē hominē interioris hominis vita monstratur. Multa, & dura corporis bella sustinet adolescentia, & calore sanguinis inflammata, ut euadere possit, omni indiget custodia. Quanto plura sunt, quæ impugnant pudicitiam, tanto maiora sunt præmia, quia ubi maior labor, ibi merces erit amplior.

Amatores autem verecundiæ sumant exemplum de matre Domini, quæ quamuis esset mitissima, tamen præ verecundia salutantem se angelum non resalutauit. In ipsa vero oratione nostra multum verecundia placet, multumque conciliat gratiā apud dominum nostrum. Nonne hæc prætulit publicanum, & commendauit eum, qui nec

oculos

oculos suos audebat ad cælum leuare? Ideo iustificamr Domini iudicio plus quam ille. Phariseus, quem deformauit presumptio. Oremus & nos in quantum possumus in incorruptione quieti, & modesti spiritus, qui

1. T. 2.
 est ante Deum locuples. Paulus quoq; cum orationem deferri præcipit cū verecundia, & sobrietate, primā hanc, & quasi præuiam vult esse orationis futuræ, vt non gloriatur peccatoris oratio, sed quasi colore pudoris obducta, quo plus defert verecundia de recordatione delicti, eo vberiore mereatur gratiam. Est etiam in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia; habitus. n. mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut e contra grauior, & constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaque vox quadam animi est corporis motus. Sæpe. n. per incessum proditur qualis sit animus. Lucet quippe in quorundam visu imago leuitatis, species quadam scurrarum percussantium. Sunt. n. qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quædā fercula pomparū, & itatuarum motus nutantium: vt quotiescumq; gradū transferunt, modulos quosdam seruare videantur. Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigat alicuius periculi, vel iustæ necessitatis. Nā plerumq; festinantes anhelos videmus torquere ora: quibus si desit causa festinationis necessariæ, sit neuius iustæ offensionis. Sed nō de his dico, qui bus rara properatio ex causa nascitur: sed quibus iugis, & continua in natura vertitur. Nec in illis ergo tāquā simulachrorū effigies probo, nec in istis tāquā excursorum ruinas. Est. n. gressus probabilis, in quo est species auctoritatis, grauitatis potius, tranquillitatisq; vestigium: ita tamē si studiū desit atq; affectatio, sed motus sit purus, & simplex. Nihil. n. lucatum placet. Motum autē natura informet. Si quid sane in natura vitij est, industria emendet, vt vbi ars deest, non desit correctio. Quod si est ista spectent itineri quanto magis cauendum est, ne quid turpe exeat de ore? hoc. n. grauior coinquinat hominem. Non. n. cibus coinquinat, sed iniusta obiectatio, sed verborū obscœnitas.

Hæc etiam vulgo pudori sunt. In nostræ vero religionis proposito, nullum verbum incutiat verecundiam, quod inhonestè cadat. Et non solum nihil ipsi indecorum loqui, sed nec aurem quidē debent huius

modi præbere dictis: quia quæ delectat audire, alterum loqui prouocat. Audire quæ si turpe sit, pudori maximo est, videre vero si quid huiusmodi fortuito accidat, quanti horroris est? Quod ergo in alijs displicet, nūquid potest in seipso non displicere? Nec ipsa natura nos aliter docet: quæ perfecte quidē oēs partes nostri corporis explicauit, vt & necessitati consuleret, & gratiam venustaret: sed tñ eas, quæ decori ad aspectū forēt, in quibus formæ apex quasi in arcu quadā locatur: & figuræ suauitas, & vultus species emineat, operandiq; vsus esset paratior, obuias atq; apertas relinquit. Eas vero in quibus esset naturalē obsequiū necessitatis, ne deforme sui præberēt spectaculū, partim tāquā in ipso emendauit, atq; abscondit corpore: partim docuit, atq; suauiter tegendas. Nonne igitur ipsa natura magistra sit verecundiæ? Cuius exemplo modestia id, qd in hac corporis nostri fabrica abditum reperit, operit, & textit. Ergo naturæ opifex sic nostræ studuit verecundiæ, sic decorū illud & honestum in nostro extodiuit corpore, vt ductus quosdam, atq; cunctis cuniculorū nostrorū post tergū religaret, atq; ab aspectu nostro auerteret, ne purgatio ventris visum oculorum offenderet. De quo pulchre ait Apostolus: quæ videntur, inquit, corporis nostri mēbra infirmiora, necessaria sunt 1. 3. 6 & quæ putamus ignobiliora mēbra corporis esse, eis abundantiorē honorē circūdamus, & quæ inhonesta nostra sunt, abundantiorē honestatē habēt: Etenim imitatione naturæ industria auxit gratiā, vt non solum abscondamus ab oculis, verum etiam, quæ abscondenda accepimus, eorū indicia, vsusque membrorū sua appellatione nuncupare, in decorum putemus. Deniq; si casu aperiantur hæc partes confunditur verecūdia, si studio impudentia æstimatur. Cum igitur in quibusdam humanis membris tanta sit deformitas, vt nominari magna sit verecūdia, heu, quā turpes illi sunt, & quā impudentes qui has secretas partes corporis non solum desiderantes cernunt, sed etiam studiose tangunt? Pudet me, ac piget illorū facta referre, in quibus regnat Sodomitica libido, quibus sic iratus est Deus, eiusq; iusto iudicio ita traditi sunt in reprobū sensum, vt masculus in masculū turpitudine operetur. Nonne deteriores brutis sunt affectu animalibus, quibus non est intellectus? Si. n. Chā, qui nudatū patrē vidēs vixit, in filio maledictus

est, qua isti maledictione feriuntur, qui desiderio peccandi suam, aliorumque turpitudinem detegere non erubescunt? Utinam viderent quantum flagitijs talibus Deū offendunt. Sunt et qui pulchros homines (despectis deformibus) amant, & laudant, suspiciunt & honorant. Illi. n. qui sanos habent oculos, solam animi pulchritudinem in homine diligunt, & reuerentur. Qualis est autem ista pulchritudo, quam leuis febricula perdit, & rugosa senectus ita dissoluit, ut nec fuisse patetur? Et tamen sunt, qui habentes hanc, extolluntur: & cum sint vacui virtutibus, per hanc solam gloriosos se arbitrantur. Nec certe in pulchritudine locum virtutis non ponimus: gratiam tamen non excludimus: quia verecundia etiam vultus ipsos solet pudore suffundere, gratioresque reddere. Ut artifex in materia commodiore melius operari solet, sic verecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet, ita tamen, ut ipse non sit affectatus corporis decore, sed naturalis, simplex, neglectus magis quam expetitus, non preciosus, & albens adiutus vestimentis, sed communibus, ut honestati vel necessitati nil desit, nil accedat nitore. Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil femineum sonans, qualem multi grauitatis specie simulare consueverunt, sed formam quamdam, & regulam, ac succum virilem seruans. Hoc est enim pulchritudinem viuendi tenere, conuenientia cuique sexui, & personae reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodus. Sed ut molliculum, & infractum vocis sonum, aut gestum corporis non probamus: ita neque agrestem, ac rusticam naturam imitandam esse censeo. Eius disciplinae formula effigies honestatis est. Imitetur prius adolefcens vestigia Isaac, & Ioseph. Sit verecundus, castus, simplex, & sobrius, humilis, obediens, patiens, & remissor iniuriae. Faciat, ut Daniel, & tres pueri, studeat sapientiae, & non det se illecebris gula. Pinguis venter non gignit tenuem sensum. Fugiat ebrietatem tamquam venenum, si religiosus, & sapiens vult esse, numquam vinum redoleat, ne audiat illud philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Amer sanctarum scripturarum scientiam, ne mens eius, vel vanis, vel lasciuis cogitationibus pateat. Beatus qui diuinas scripturas legens, verba verit in opera. Sit abstinens, & fugitans lieum, ut bonis pol-

lere moribus hoc indicio comprobetur: sique se exhibeat, ut seniores, inter quos habitat, dum admirantur vitam, non sinantur despiciere etatem. Sit inter fratres coequalles suos primus in opere, extremus in ordine: & ita singulis virtutibus instet, ut nulli eorum secundus inueniatur. Delat me adhuc in partibus demorari verecundiae: quia ad eos loquor, qui adhuc bona eius ex se metipsis non recognoscunt, aut damna nesciunt. Ordo quidem vitae tenendus est. Et a verecundia prima quamdam fundamenta ducantur: quae socia, ac familiaris est mentis placiditate, protectum fugiens, ab omni aliena luxu sobrietatem diligit: honestatem fouet, decorum nil requirit. Sequatur conuersationis electio, ut adiungantur probatissimis quibusque senioribus. Nam ut aequalium vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam, & ductu vitae colorant mores adolescentium, & velut musicae probriam inficiunt. Nepe si hi qui sunt ignari locorum cum soletibus viarum iter ad orientem gestiant quanto magis adolefcetes cum senibus debent nouum iter aggredi, quo minus errare possint, & a vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius quam eos, & magistros vitae habere, & testes. Pulchra itaque copula seniorum, atque adolescentium. Alij testimonio, alij solatio sunt. Alij delectationi, alij honori. Legitur quod Barnabas Marcum assumpsit: Paulus Silam, & Timotheum, & Titum, ut seniores consilio praerulerent iuniores ministerio. Pateat namque quod nulla ars discitur absque magistro. Si enim animalia, & ferae, & aues, & apes duces habent, & principes suos sequuntur, quanto magis homines sine doctore, & rectore esse non possunt? Unde ceterum est ne adolefceniores, & paruuli sine duce ingrediantur viam quam non quam ingressi sunt, & in parte alteram declinantes errores patiantur, si vel plus vel minus ambulantes quam necesse est, aut currentes, assentur, aut moram facientes obdormiant. Plerumque, & virtutibus pares, disparis aetatis, sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus, & Ioannes. Nam adolefcenstem legimus Ioannem quamuis nulli seniorum in virtute fuisse secundus. Erat enim in eo senectus venerabilis morum & sana prudentia virtutum omnium. Magna enim huius vitae solatium est, ut habeas cui pectus tua aperias: cum quo arcana participes: cui committas secreta cordis

Mat. 5. 20

Mat. 14.

Ps. 16. d. mi. vt ames, & sequaris eum, qui tibi pater-
na pietate in tristibus cōpatiatur; in perfe-
ctionibus adhortetur, & in prosperis gra-
retur. Felix talis societas, talisq; amicitia.
M qua nihil est in rebus humanis pulchrius re-
 neamus ergo verecundiam, vel eam, quæ
 ad totum vitæ ornatum nos attollit mode-
 stiam. Magna autem est modestia indiui-
 dua verecundiæ focia, quæ cum sit sui iuris
 remissior, nihil usurpans, nihil vendicans,
 & quodammodo intra vires suas cōtractior
 diues est apud Deum. Verecunda modestia,
 & modesta verecundia est, quæ nulli insi-
 dias machinatur, lesa non traicitur: & cum
 eos simpliciter respiciens, de nullo sinistra
 aliquid suspicatur. Hanc teneamus pueri.
 Hanc diligamus, & vt eam semper habere
 possimus iugenda est nobis familiaritas, &
 confabulatio eorum, qui turpiter, & indi-
 scipline viuunt. Talium autem infinitus
 est numerus. Habet sane suos scopulos ve-
 recundia, nō quos ipsa inuehit, sed quos se-
 pe incurrit, si in intemperantiâ incidamus
 confortia, qui sub specie iucunditatis vene-
 nū iufundit bonis. Hi si assidui sunt, maxi-
 me in cōuiuio: ludo, risu, ac ioco, enervant
 grauitatem illam virilem, & aīos pueriles
 corrumpunt, atque suis malis assuefaciunt.
 Cauemus itaque, ne dum relaxare animum
 volumus, soluamus omnem harmoniam,
 quasi consentiū quendam bonorum operū.
 Vnus enim cito inflectit naturam. Quam
 multos stultorum societas decipit? Quid
 nobis cum fabulis, risu, & ioco? Nam licet
 interdū honesta ioca suaui sint, tamen ab
 ecclesiastica aberrant regula, quoniam, quæ
 in scripturis sanctis nō reperimus, quomo-
 do usurpare possumus? Cauenda sunt enim
 omnia, quæ inflectere possunt grauitatem

Luc. 6. d propositi nostri, nostræq; professionis: Væ
 vobis, qui ridetis, quia flebitis vos, Domi-

Luc. 13. f nus ait. Nos ridendi materiam inquirimus,
 vt hic ridentes, illic steamus? Ipsum namq;
 dominū fleuisse legimus. Non solum profu-
 sos, sed etiā omnes locos arbitror declinan-
 dos, nisi forte plenum grauitatis, & gratiæ
 sermonē esse, indecorum est. Ingemiscendū
 est autem iugiter, & postposita securitate
 legendum: ne à Deo deseramus propter su-
 perbiā, & negligentias, & in potestate dæ-
 monū relinquamur. Reuera quoque Deus re-
 linquit dæmones, suscipiunt, & susceptum
 sate perditionis participem faciunt. Terri-
 bilis in cōsilijs super filios hominū Deus.

Op. D. 2. m. 1. om. 1. I.

Operatur figulus ex eadem massa aliud vas
 inhonorem, aliud in contumeliā. Sunt va-
 sa misericordiæ, & sunt vasa iræ. Sūt nouis-
 simi primi, & primi nouissimi. Sūt multi vo-
 cati, & pauci electi. Et ideo vnusquisque no-
 strum salutē operetur suam (sicut ait Apo-
 stolus) cum timore, & tremore. Declinet à
 vanitate, mundi spernet amore. Amplectat-
 ur iudicium, & quietem, & sectetur quātum
 potest verecundiam, tranquillamque man-
 suetudinem, quæ facit, vt homo inter homi-
 nes pacifice viuat, vt ad omnia, quæ inhon-
 sta sunt, erubescat. Laudanda autem virtus
 verecundiæ, quia quorundam oculos, aures lin-
 guamq; possidet, non sinit turpiter ludere
 ac ridere, efficiens eos graues, & mites. Econ-
 trā grande vitium est iuniorū impudentia,
 quæ improbo ausu, & dissolutione sua pa-
 tres, & fratres conturbat, quia sicut scriptū
 est: Nec Deum nec hoīes reueretur, sed læ-
 tatur cū malefeceris, & exultat in rebus pes-
 simis. Facta est ei frons meretricis, quia non
 potest erubescere. Vbi lingua audax, & frōs
 inuerecunda, quod loquatur, quidve agat
 non curat. Cum n. boni adolescentuli, &
 mansueti tacēdo reuerentur maiores suos
 nemo solus taciturnitatis hęc laudem pu-
 ter, quia silentiū ipsum (in quo est reliqua-
 rum virtutum ocium) maximus actus vere-
 cundiæ est. Denique si naturale est, aut in-
 fantiæ deputatur, aut superbiæ probro da-
 tur, si verecundiæ laudi ducitur. Tacebat
 in periculis Susanna, & grauius verecundiæ
 quàm vitæ damnū putabat, vbi soli loque-
 batur, cui poterat cauta verecundia loqui.
 Fugit, & pulcher Ioseph relicta veste in ma-
 nibus fornicariæ, tacensq; celeriter egressus
 est, qui incongrua suæ verecundiæ audiens
 non poterat diu stare.

Moyfes quoq; & Hieremias quod pote-
 rant per gratiā excusabāt per verecundiam.
 Tutius n. est discere, quàm docere, tacere,
 quàm loqui. Quid autē potest magis vere-
 cundiæ bonum, quàm vt iuniorū ætas ma-
 gis debeat discere, quàm tacere? Pythagoras
 quippe legē dedit silentij discipulis suis, vt
 tacentes per quinquenniū, loqui discerent,
 & tu non vis tacere, cui virtus silentij pro-
 pria est? Quid opus est d. adolescens, vt pro-
 peres periculū suscipere loquēdo, cū tacē-
 do possis esse tutior? Quā plures vidi loquē-
 do incidisse in peccatū, vix quēquā tacēdo.
 Ideoq; tacere nosse, quàm loqui difficilius
 est. Scio plerosq; loqui, cū tacere nesciant.

Exo. 3. c
Hier. 1. b

Luc. 18. a
B
Prov. 8. b
Hier. 3. d

Dan. 13. c
Gen. 39. c

C

Rarum est facere quemquam, tum sibi loqui nihil profit. Sapiens ergo est, qui nouit tacere. Alliga monacho, sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciuat, & in multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis ipsius coercetur. Cito lntu colligit amnis exundans. Sit tibi grauitas in incessu, in sermone pondus atque in uerbis modus. Hac autem si custodieris, eris mitis, mansuetus, & modestus. Custodi cor, & retine linguam. Bona enim possessio, mens bona. Sepi ergo hanc possessionem, & muni eam vndiq; ne irruant in eam, & captiuam ducant irratio- nables corporis passionem. Custodi quantum potes interiorum hominem tuum. Noli eum quasi vilem negligere, ac fastidire, quia preciosa possessio est, & merito preciosa, cuius non caducus fructus, & temporalis, sed stabilis atq; aeternae salutis est. Si vis bene custodire, tace prius, & audi, & non delinquas in lingua. Graue malum, ut aliquis ore suo condemnetur. Etenim si pro otioso uerbo reddet unusquisq; rationem in die iudicij, quanto magis pro uerbo impunitatis, & turpitudinis, & impietatis: Videamus etiam ne rationem ponamus pro otioso silentio. Est enim fructuosum & negociosum silentium. Tacendo. n. apud homines, melius loquimur Deo: Multae enim contemplationes sunt, quibus anima deuota Deo tacendo mirabiliter pascitur. Daud propheta docuit nos tamquam in ampla domo deambulare in corde nostro, & conuersari cum eo tamquam cu bono: cõ tabernali, ut ipse diceret sibi, & loqueretur secum: Dixi custodiam uias meas. Moyses in silentio loquebatur, & in ocio operabatur.

D Qñ ergo iustus solus est, qui semper cum Deo est? Quomodo solitarius est, qui nunquam separatur à Christo? Quando aut ferriatur à negotio, qui nunquam ferriatur à merito, quo cõsummat negotium? Quibus autem locis circumscribitur, cui totus mundus diuitiarum possessio est? Qua exultatione definitur qui nec operatione comprehenditur? Nunc quid de Deo cogitat & sanctis angelis eius atq; de immarcescibili gloria aeterna beatitudinis, nunc uero de uersutijs Diaboli: de peccatis suis, de hora mortis, de penis inferni, de die tremendi iudicij, nunc de profunditate diuinarum scripturarum, de natura uirtutum, de compositione morum bonorum. Quam gloriaiosum tale silentium, ubi eloquia dñi eloquia casta sunt? Est igitur taceri, & loquedi modus. Bona mens & uerecunda, ut loqua-

tur, multa prius considerat. Quid dicat, & cui dicat, quo loco, & quo tempore. Merito sapiens dicitur est qui nouit ipse loquendi. Unde bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit Eccl. 20 vsq; ad tempus. Ideo Sancti domini, qui sciebant, quia uox hominis plerumq; peccato iusta est, & initium erroris humani sermo est hominibus, tacere amabant. Deniq; sanctus Dauid ait Posui ori meo custodiam Propheta. Ps. 38. A custodiebat, & tu non custodies? Potes autem custodire, si cito non loquaris. Lex dicit: Audi Israel, &c. Audi. n. dixit, & nō loquetur. Uae enim aratis est tacere, & obedire, non de maioris scientia iudicare. Scriptum est iterum: Audi Israel, & tace: Isaac dicitur: Gen. 28. bat patri suo honorem, & obediens eius silentium non recusabat mori. Iesus uero Natanae sedulo obsequio Moysen uenerabatur, & obediens exiit in omnibus, tantam gratiam apud Deum meruit, ut illius successor ad regendum Dei populum eligeretur. Helisaeus relicto aratro, mactatis bobus uocantem Heliam secutus, per ueram, mitemq; obedientiam ad tantam morum ascendit celsitudinem, ut spiritus tam excelsi magistri dupliciter in bono discipulo requiesceret. Abraham uero ille fidelis senex ad iussionem Dñi reliquit terram natiuitatis suae, & quamuis in multis locis frequenter iniurias grauesq; perpeffus foret labores, nunquam cepta obedientiam penituit. In tantum enim per obedientiam, & fidem placuit Deo, ut ei de Christo primū repromissio fieret. Ipse demum dominus noster Iesus Christus in factis, & dictisq; suis multum nos obedientiam docet. Vera enim subiectio propter Deum, proprie uoluntatis est mortificatio, dum abiecta, & indigna de se credit, & Deo acceptabilem, hominibusque dulcem obedientiam parat. Deniq; uoluntas propria ex liberi arbitrij praesumptione, descendens, obstinatis & inobediens ipsa bona in peccatum conuertit. Vir bonus cum bonis suis omnibus habere obedientiam studeat. Scriptum quippe est: Melior est obedientia quam uictimae, & auscultare magis quam offerre adipem arictum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriae, nolle acquiescere. Cernis quantum, & quale sit inobedientiae malum, quod idololatriae, magicisq; comparatur artibus. Adulescentes qui tali repleti sunt malo, subdi senioribus designantur, facta uero eorum aut dicta tumida, & erecta ceruice non obseruat, sed dijudicant, non uenerando exaltant, sed spernendo subsannant Sed non im-

Pf. 38. a
Exo. 14
Ibid. 16
c

Gen. 28. a
Gen. 31. a
4. Reg. 2
Gen. 11. a
1. Reg. 15.

F

pune. Inde enim euidenter sciunt, vnde miser proficere debuerit. Hoc autem vult Deus, vt homo per hominem doceatur; & minor maiori subdatur. Si enim angelus angelo imperat, & inter iubentē, & obediētē summa manet semper concordia; videtur illi quod iugiter peccat, quod debita exhibere suis maioribus reuerentiā non curat. De interitione namque illorum, qui non obediētes sunt, & suos seniores suosque patronos despicunt; multa dici potuissent: nisi promissa breuitatis memor illa studiose præterirem. At quid plura? Vnā n. scia obediētibus, & inobediētibus sufficere potest: quā per se veritas loquitur dicens: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit me spernit. Inde illi gaudeant gaudio magno, qui seniores suos generationi habent, & honori propter Christum. Multi namque de virtute obediētiae multa scripserunt: inter quos sanctus pater noster Benedictus de ea tam terribiliter locutus est, vt fratrum etiā bene obediētium corda præ nimio timore cōcuti valeant. Sed & ille summus mellisui oris Gregorius mirabiliter super exaltat, & magnificat eā; demonstrare autē volens quā sit meriti obediētiae, ita ait vir eloquens: Sola namque obediētia virtus est, quæ virtutes ceteras menti inserit, insertasque custodit. Vnde primus homo præceptū, quod obseruaret, accepit: qui si velle se obediens subdere, ad æternā beatitudine sine labore perueniret. Deinde idē doctor verba, quæ locutus est Spiritus sanctus per os Samuelis superius posita exponens dicit: Obediētia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obediētiam verò volūtas propria mactatur. Tanto quisque, Deū citius placat, quāto ante oculos eius repressa arbitrii superbia gladio præcepti se immolat. Quo contra ariolandi peccati in obediētia dicitur, vt quāta sit virtus obediētiae demonstraretur. Ex aduerso enim melius ostenditur quid de eius laude sentiat. Si enim quasi peccatum hariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere: sola obediētia est quæ fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis conuincitur, etsi fidelis esse videatur. Hinc per Salomonem dicitur in ostensione obediētiae: Vir obediens loquitur victoribus. Vir obediens victorias loquitur: quia dum alienæ voci humiliter subditur, nosmetipsos corde superamus. Hinc veritas in Euangelio dicit: Ego, qui veni

ad me, non eiciam foras: quia non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Quid enim solum faceret, si eos, qui ad se veniunt, expulisset? Quis autem nesciat, quoniam volūtas filii de patris volūtate non diserepet? Sed quoniam primus homo quia suam volūtatem facere voluit, & à patris gaudijs exiuit: secundus ad redemptionem hominum veniens, dum se volūtatem patris, & non suam facere ostendit, permanere nos intus docuit. Cum igitur non suam: sed volūtatem patris facit, eos qui ad se veniunt, foras non eicit: quia dum exemplo suo nos obediētiae subijcit, viam nobis egressionis claudit. Hinc rursus ait: Non possum ego à meipso tacere quidquā, sed sicut audio, iudico. Nobis quoque obediētia vsque ad mortem seruanda præcipitur. Ipse autem sicut audit iudicat, tunc quoque obedit, cum iudex venit. Ne igitur vsque ad præsentis vitæ terminum obediētia laboriosa appareat; redemptor noster indicat, quia hanc, cum iudex venerit, seruat. Quid ergo mirum, si peccator homo obediētia in præsentis vitæ breuitate se subijcit: quando hanc mediator Dei, & hominū etiam cum obediētes remunerat, non relinquit? Sciendum vero est nunquam per obediētiam malum debere fieri: aliquando autem per obediētiam, quod agitur bonum, debet intermitteri. Neque enim mala labor in paradiso extitit, quam Deus homini non tangere interdixit, sed vt melius per obediētiae meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuerat, vt hunc à bono prohiberet, quatenus tãto verius hoc quod ageret virtus esset, quanto, & à bono cessans auctori suo se subditum humiliter exhiberet. Sed quia nonnumquam nobis huius mundi prospera, nonnumquam iubentur aduersa, sciendum summopere est, quod obediētia aliquando si de suo habeat aliquid, nulla est: aliquando autem si de suo non habeat, minima est. Nam cum huius mundi successus præcipitur, cum locus superior imperatur, is, qui ad percipienda hæc obedit, obediētiae sibi virtutem euacuat, si ad hoc ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sua obediētia dirigit, qui ad percipienda huius vitæ prospera, libidini propria ambitionis seruit. Rursus cum mundi despectus præcipitur, cum probra adipisci, & contumeliæ iubentur: nisi ex seipso animus appetat, obediētiae sibi meri-

tum minuit, qui ad ea que in hac vita despecta sunt, inuisus nolensq; descendit. Ad detrimentum quippe obedientia ducitur, cum mentem ad suscipienda probra huius seculi nequaquam ex parte aliqua etiam sua vota comitantur. Debet ergo obedientia aliquid ex suo in aduersis habere, & rursus in prosperis ex suo aliquid minime habere quatenus, & in aduersis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordini ex desiderio iungitur, & in prosperis tato sit uerior, quanto a presenti ipsa, quam diuinitus percipit, gloria funditus mente separatur. His ergo tanti doctoris euidentissimis assertionibus Moyse, & Paulus in factis suis proculdubio attestantur. Quare, & lege quid uterq; eorum fecerit. Verumtamē inter hæc scire oportet quod innocuis mentibus uirtus semper obedientiæ iungitur, domino testante qui ait: Oues meæ me audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Redemptori igitur uirtus non obedit, qui innocens nō est, & innocens esse nō potest, qui obedire cōtemnit. Sed necesse est, ut ipsa obedientia nō seruiliter fiat, sed caritatis affectu fiat: non terrore poenæ, sed amore iustitiæ. Nulla quippe innocentia, nulla uero obedientia est, nisi in eis caritas fulgeat, quæ uirtutes omnes transcendit. Sæpe enim falsa obedientia sub timoris specie palliatur. Igitur si uideris iuueniculum desiderem ad obedientiam, & uelocem ad loquendum, non dubites eum uarijs animi passionibus (prasertim super peste) laborare. Inobediētia enim sequitur superbiam matrem suā, sicut habes, Equus, indomitus euadet durus: & filius remissus euadet præceps. Sicut superbia equi indomiti præcipio prona est: ita lasciuia adolescentis indisciplinati, peccati ruinæ proxima est. Loquere tu maior nati, decet enim te. Adolefcent loquere in causa tua uix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul, & quarens. In medio magnatorum loqui non presumas, & ubi suat senes, non multum loquaris. Ante grandinē præibit coruscatio, & ante uerecundiam præibit gratia, & pro reuerentia accedit gratia bona. Ex his namque uerbis Sapientia intelligere potes quantum uirtutes superius positæ in iore aetate adornet. Pueri enim a punitate dicti sunt, & decet, ut regnent in eis simplicitas, & innocentia, & puritas, hoc est

uirtutes. Cum his crescant, & in his perseverent, ut merentur sequi agnum quocumque ierit. Adolefcentes autem iuxta nominis huius interpretationem per dies singulos in bonis operibus crescentes, uerecundiam diligant, taciturnitatē custodiant, simulque in exhibenda obedientia nimis serueant. Istas quippe uirtutes in primo cōstituiamus loco, uelut quedam incrementa bonorum operum, ut per eas castitatem, & humilitatem, & patientiam, quæ secundam partem obtinent, recto tramite ualeant peruenire. Castitas igitur (quia uterque sexus uirtio libidinis egrosat) nisi aliarum uirtutum ope fulciatur, facile labitur. Et proinde nimio studio seruanda est, quia semel amissa, non reparanda est. Prima namque tela sunt oculorum, secunda uerborum. In desiderijs enim est omnis ociosus, & desideria occidunt pigrum. Et ideo suffragatur eis plurimum uerecundia, quæ custodit oculos, & taciturnitas, quæ retinet linguam, atq; obedientia, quæ mentem occupat, corpusq; fatigat ieiunijs, uigilijs, orationibus, & opere manuum. Sed necessaria præ omnibus habet humilitatem, quæ conseruantur habita usque in finem. Multi enim in ipsa senectute per superbiam in luxuriam ceciderunt. Qua de re timendum est, & cauendum ne subitus calor superet longum tempus, & impudicos fenēs lasciuia condemnet. Tenenda est itaque semper humilitas custos pudicitia, mater castitatis. Sine causa enim laborat, qui uirtutes sine humilitate congregat. Vera autem patientia, nisi per profundam humilitatem, nec acquiritur, nec tenetur. Hanc uero quisquis ueraciter habet, nec beneficio cellæ, nec profugio solitudinis indiget, & si ei aduersus aliquid acciderit, non conturbatur, sed adhuc diligenti Deum omnia cooperatur in bonum. Iste timet in prosperis, gaudet in aduersis. Amat, & adiuuat se persequentes, quia cum patientia, & benignitas comitantur uelut indiuiduæ comites. Si quis igitur habet animam uirginalem, & amator est pudicitia, non debet medicis esse cōtentus, quæ cito exolefunt & exorto cauate arceunt, sed perfectas uirtutes sequatur, ut lumen habeat sempiternum. Qui enim proficere studet, sepe inuenit quo crescat, & per dies singulos seipso melior fiat. Adolefcent profice, mancipatus es Christi seruitio, & accepisti magna agere, & excelsa imitari, conseruetur cor

Pro. 22. d

10. 27. 1. 0

K

Eccli. 30

Eccli. 32

Rom. 8. 2

Ps. 26. d

tuum, & viriliter age. Magna tibi dabitur gloria post victoriam. Licet lubricum sit iter, per quod incedis, tamen de Domini auxilio confidens, desere ima quantum vales, & summa petet. Nō deficias neque tepetas, vt gradum perfectionis possis ascendere ad quam nō nisi multis laboribus peruenitur. Euge nūc euge frater bone, initia transcede, & ad superiora tende, vt Deo in voce exultationis canticum graduum cantes. Tibi vero de radice ad cacumen festinanti, liber patet ingressus ad illas quatuor virtutes principales, quæ in adolescentibus inchoantur, & iuuenibus augentur, in senibus perficiuntur: quia matura ætas multis laboribus exercitata, iā nouit per experientiam, quod didicit per scientiam. Vnde iam non inherito prudentiā, fortitudinē, iustitiam, & temperantiam in tertio constitui-
A mus gradu, quia per eas maxime instruuntur mores, & bene viuendi magisterium doctur. Sed ex his prudentia agnitione veri deservat. Iustitia dilectionem Dei, & proximi seruat. Fortitudo metum mortis cōtemnit. Temperantia affectionem carnis temperat. Prima enim intelligit. Secunda bene viuit. Tertia appetitum cohibet. Quarta modum imponit. Tres illæ superiores quod honestum est operantur: hæc autem quarta decorum agit illud, quod ex radice honestatis proficitur. Siquidem prudentia est agnitio veræ fidei, & scientia scripturarum, in qua intueri oportet illud trimodum genus intelligentiæ, quorum primum est historicum: secundum allegoricum: tertium superior ille intellectus, quem dicunt anagogen. Iustitia verò est Deum timere, religionem venerari, honorem ferre parentibus, patriam diligere, cunctis prodesse, nocere nulli, fraternæ caritatis vinculum tenere, pericula aliena suscipere, opem ferre miseris, bonis vicissitudinem rependere, æquitatem in iudicijs conseruare. Fortitudo autem est animi magnitudo, cōtemptus honorum vel diuitiarum. Hæc aduersis aut patienter cedit, aut resistit fortiter. Nullis illecebris edomatur, malis, & aduersis non frangitur, non eleuatur secundis, inuidia ad labores, fortis ad pericula, pecuniam negligit, auaritiam fugit, contra vniuersa pericula animum præparat, molestijs nullis cedit, gloriæ cauet appetitum. Sed inter has temperantia semper amplectenda est. Est enim modus vitæ in omni verbo, & opere,

Hæc autem sobrietatis, & verecundiæ comes est, quæ alio nomine vocatur Modestia. Humilitatis regulam custodit, tranquillitatem animi seruat, cōtinentiam, & castitatem diligit, fouet decus, & honestatem, restringit ratione appetitum, iram contemnit, nec rependit contumeliam. His tu plagis cæli includere homo Dei. His tu armis bellator Christi accingere, protegere, & ornare. Iste currus igneus te fortem militem gestabit consummato cursu ad cæli palliatum, vt assistas regi tuo, cui certasti bonum certamen virtutum, & sede in ea firmus, vt isto vehiculo vehi altius, & introduci valeas ad tricameratam domū in summo montis vertice collocatam. Hanc enim dico firmam fidem, spem inconculsam, perfectam caritatem, quæ omnem seruilem foras mittit timorē, vbi via mandatorum Dei dilatato corde curritur. Hinc anima iusti sedes sapientiæ facta, plano, modesto que anticum portat Deum fessorem suum. Huic autem viuere Christus est, & mori lucrum. Vn dicretus, & contemplator transit quotidie visioem, que mirabilem, cernit: trahitur à Deo, & ardenti desiderio currit post eum. Si autem istum montem excelsum, hancq; pulchram domum inhabitaueris: poteris, & tu sapiissime intueri terram illam promissionis, terram lacte, & melle manantem, vbi verus Israel moratur, & veritatis pabulo in æternum pascitur. Sed dicis tu mihi: Quare fidem in primo loco non posuisti: quæ est in Christiana anima fundamentum omnium virtutum? Facerem vtique, nisi fides cresceret. Nisi autem fides cresceret, Apostoli Domino minime dixissent. Adauge in nobis fidem. Continua enim operatione virtutum, & assidua meditatione scripturarum sanctarū fides eruditur, & erudiēdo illuminatur, & illuminando augetur, & augendo perficitur, & perficiendo stabilitur, ita vt nullo turbine hæreseos, vel persecutionum à statu suæ rectitudinis moueatur. Igitur priusquā homo per fidem cognoscat creatorem suū, ignorantia (mater omnium vitiorum) eius possidet animam. Ergo ignorantia nox est: fides verò dies. Sicut dies crescit per horas: sic fides augetur per illuminationē diuinæ gratiæ, & per documenta matris Ecclesiæ. Primum itaque sincera radix sactæ fidei in terra humani cordis plantatur: cui inseritur san. usculus ille sactæ ar-
B

Phil. 1. 0

C

Lu. 17. 4

Ps. 110. boris, id est, timor Domini, quod dicitur initium sapientie. Cum hoc incipit, & cum isto ascendit vsque ad plenitudinem luminis. Cūque fides plene adulta fuerit: velut quedā magna arbor diuersa in se habēs poma, ex quibus reficitur anima plena Deo: tunc adheret ei timor ille castus, & sāctus æternæ caritatis: qui permanet in sæculum sæculi. Hæc est enim fides illa, quæ per dilectionem operatur, vt homo noua creatura efficiatur: fides prudentissima, & inuictissima, quæ inter verba altercationis, in tempore persecutionis, & in die necessitatis superari non potest. Quapropter fides firma, & caritas plena fideles comites, & inseparabiles sorores cuncta in se genera virtutum cōtinentes, virtum perfectum efficiunt, quantum possibile est eā perfici in hac vita plena miseris, & erroribus. Ille illud apostoli in veritate dicere potest: Quis nos separabit à caritate Christi? Tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sū enim quod neq; mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neq; virtutes, neque insitiā, neq; futura, neq; fortitudo, neque profundū, neq; altitudo, neq; alia creatura poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc est autem disciplina bonæ vite, & recta series virtutum. Ista est via regalīs, præcedentiam patrum trita pedibus. Ambula in ea o grex adolescentium, & noli declinare ab ea neq; ad dexterā, neque ad sinistrā. Ille quidem ad sinistrā declinat, qui se apertis vitijis implet. Ille verò ad dexterā declinat, qui vitia sub specie virtutum latentia summo opere non deuitat. Per hæc enim multi decipiuntur, & ignorant se esse deceptos. Itaque dupliciter rea est anima, si & bonum non facit vnde spiritualiter viuat, & lateat. Superbus vult se credi constantem, prodigus liberalem, avarus diligentem, temerarius fortem, inhumanus parcum, gulosus humanum. Impudentia constantia sibi nomen adscribit. Procacitas appellationem libertatis ostendit. Eloquentiam verbositas fingit, & curiositatis malum sub studij spiritualis colore delitescit. Nam interdum sub prætextu iustitiæ, crudelitas agitur. Et putatur esse virtus quod nimirū vitium est, sicut remissa segnitudo māsuertudo esse creditur. Et quod agit torpes negligentia, putatur agere indulgentia pietatis. Item timor sub spe-

cie obedientia occultatur, & dicitur virtus humilitatis, quod tamen vitium est timoris. Porro vitium inquietudinis virtutens se vult vocari sollicitudinis. Et precipitationis facilitas, feruor boni studij creditur. Et bene agendi tarditas, consilij mora esse videtur, cum tamen ista sit virtus illius vitium. Hæc etsi humano possint discerni iudicio: tamen sine dono Dei (quantum mihi videtur) nec virtutes possunt haberi, vel appeti, nec earū similitudines (quæ sunt vitia virtutes imitatoria) declinari. Sed sciendū est quod quedam summx virtutes sunt quedam vero mediæ. Summæ virtutes sunt spes, fides, caritas. Nam à quibus habentur: utique veraciter habentur. Doctrina, ieiuniū, castitas, scientia, & cetera his similia mediæ virtutes sunt: quia & ad utilitatem, & ad perniciem possunt haberi. Non potest esse veritas cum mendacio: pudor cum peccantia: fides cum perfidia, castitas cum luxuria. Aduersus impetus vitiorum contrarijs virtutibus est pugnandum. Contra luxuriam adhibeatur cordis munditia: contra odium dilectio, contra iracundiam patientia, contra timorem fiducia virtus, contra torporē feruor boni studij. Opponatur tristitiæ gaudiū, acedia fortitudo, auaritiæ largitas, superbiæ humilitas. Principalem septem vitiorum regina & mater est superbia, quæ (omnium deterior) tanto in isto iacet, quanto in altum se erigit. Septem principalia pariunt de se multa vitia, quæ ita sibi met quodam cognatione iunguntur, vt ex altero alterum oriatur. Superbia sicut est origo omnium criminum, ita ruina cunctarum virtutum. Ipsa est in peccato prima, in conspectu postrema. De superbia nascuntur arrogancia, quæ tam in factis, quàm in dijs caeuenda est. Va ei, qui sibi magis, quàm Deo placere studet. Per ceo odium maxime subiicit sibi Diabolus monachum, quia per eam ab humilitatis culmine deicitur. Summa itaque virtus monachi humilitas, summum vitium eius superbia est.

Superbiendo, contendendo, dimicando, murmurando, detrahendo, susurrando, negligendo, contemnendo, & proprias voluntates faciēdo, infinitas monachi, qui nūc sunt, culpas incurunt. Hinc est quod ex horum magna multitudo qui sæculum deserunt, tan valde inueantur, qui mortificationis vitijis ascendere cōtentantur ad perfectionem virtutum. Hæc autē significant illa sexcenta

Ps. 118.

Rom. 8. 9.

Prover.

4. d.

E

in milia armatorum, qui de terra Aegypti educi sunt: duo autem solummodo homines, id est, Iosue, & Caleph ex illis omnibus terram promissionis ingressi sunt: regredi autem volentes in Aegyptum, prostrati in deserto diuersis generibus mortium interierunt. Per Aegyptum intellige mundum. Per Pharaonem diabolum, qui est rex super omnes filios superbiae. Per mare rubrum abluionem peccatorum omnium. Per Aegyptios in eo mortuos, ipsa peccata, quae sunt exercitus Paraonis. Tu quidem iam Aegyptum deseruisti, Pharaonem fugisti, & lotus à forde tua, submersis curribus canticum lætitiæ domino cecinisti.

Tandem ingressus solitudinem ad montem Sinai peruenisti, ubi data sunt tibi præcepta vite, & instituta cælestis disciplinae, quæ corâ Deo, & sanctis eius te pollicitus es obseruare. Quamuis omnia feceris: noli tamen esse securus. Multa habentur pericula in ipsa, qua incedis eremo. Ibi certe igniti sunt serpentes: qui percutiunt, & interimunt murmuratores. Ibi lepra, quæ inficit, & deturpat detractores, & suffrones. Ibi scæuus gladius: qui deuorat fabricatores idoli, & cultores: illos videlicet monachos, qui sectantur avaritiam, quæ idolorum est seruatus. Hanc dicit

Col. 3. a Apollolus radicem omnium malorum.
1. Tim. 6. b Scito tamen quia non nisi tepidissimos monachos hoc impugnat vitium. Tu caue ne præter victum, & vestitum aliud aliquid habeas, aut velis habere. Detestare superbiam, fugere contentionem. Rectores monasterij dilige vt parentes, time vt dominos, crede esse salutare quod iniungunt. Sed hæc custodire nõ poteris, nisi prius te stultum facias, vt sis sapiens: nihil scilicet discernens, nihil diiudicans ex his, quæ tibi fuerint imperata: sed cum omni simplicitate, ac fide semper obedientiam exhibens. Illud tantummodo sanctum, illud vile, illud sapiens iudicans, quod tibi vel lex Dei, vel senioris examen indixerit. Terreat te illorum exemplum, qui aduersus Moysen rebellauerunt: quorû alios cælestis flamma combussit, alios autem infernus viuentes suscepit. Deficiet mihi tempus si velim omnia per ordinem pandere. Illud tibi inculcandum video, quia dũ viuimus, inter laqueos currimus. Nusquam tuta pax, proh dolor: nusquam tuta quies, vbique bella, vndique hostes. Pharaon enim cum suis Aegyptijs retinet excurrentem.

H Clades autem plurima in mediis itinere,

quæ impediunt nimis euntem. In extrema vero parte ante te hostes diri, & fortes, qui resistere cupiunt, ne terrâ promissionis possis intrare, id est Amalech, Seon, Og, Moab, filij Amon, & latrunculi montis Seir. Si autem forte his supereris, per multos labores optimam ingressus fueris terram, videbis quod in ipsa etiam non valebis esse securus. Enimvero remanent Allophyli, & aliae in tuo circuitu reseruantur gentes, in quibus te Deus experiatur, vtrum diligas cum; vtique semper manum eius respicias, ne forte cum comederis, & saturatus fueris, obliuiscaris eum. Igitur per septem gentes, quæ ex illa terra expulsa sunt, intellige septem capitalia vitia, quorum duo carnalia sunt, scilicet gastrimargia, & fornicatio, reliqua spiritalia, quæ in membris suis taliter distinguuntur. Gulæ concupiscentia in quinque modos diuiditur. Primo, si ante tempus cibos quis appetat. Secundo, si lautiores escas querat. Tertio, si diligentius quosque communes cibos quis procuret. Quarto, si viles escas nimium quis sumat. Quinto, si quisque ex desiderio quodcumque sumat.

Fornicatio trimodo genere. Primum dũ per voluptatis luxuriam commixtio expletur. Alterum dum sola attræctatione luxus carnis per immunditiam prouocatur. Tertium dum intentione turpium cogitationũ nocturna quisque illusione polluitur. Est & quartum genus iuxta scripturam, sicut idololatria, & avaritia. Sed & omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur. Phylargyria in gemina membra distinguuntur, puta in concupiscentiam rei augendæ, & in metum carendæ. Est & tertium genus pestis huius quando monachus ex ipsis necessarijs, sine quibus viuere non potest, plus desiderat habere, quàm necesse sit, aut ea volumus in monasterijs possidere, quæ si essemus in saculo, minime habere valeremus. Iræ genera tria sunt. Vnum, quod ardet extrinsecus: aliud, quod in verba sine operis effectu prorumpit: tertium, quod non vt illud feruens ad horam digeritur, sed per dies, & tempora reseruat. Ex illo quippe calor, & indignatio, ex isto nascitur odium, quæ omnia æquali sunt à nobis horrore damanda.

Tristitiæ vitium in tres diuiditur partes, quarum prima temperata est, & rationabilis, de dilectorum pœnitentia veniens. Altera perturbata, & irrationabilis, de anxietate metus, seu desperatione peccatorum exoritur.

K Exorians. Tertia de iracundia, vel de illato damno, ac desiderio præpedito procedens. Acedia genera duo sunt. Vnum, quod ad opus Dei pigritare monachum, ac dormitare compellit. Aliud, quod vagari hinc, illucque facit, ac fugere cohortatur de fratrum, cum quibus viuut, societate. Hæc scilicet sex vitia quadam inter se cognatione sunt coniuncta, ita vt prioris exuberantia, sequentis efficiatur exordium. Ex primo enim secundum: ex secundo, tertium: & sic de ceteris. Et ideo e contra simili modo, atque eadem ratione pugnandum est, quia primo delectato, aliud facilius deuincitur. Et ista vitia licet inuicem sibi sint connexa, ea, quam diximus, ratione, specialius tamen in tres copulas diuidenda sunt. Gastrimargiæ fornicatio, auaritiæ ira, tristitiæ acedia peculiari consortio fœderantur. Sed his superatis maior tibi restat pugna, & est tanto grauior, quanto ista amplius fuerint deuicta. Arripiendū namq; tibi est totis viribus iuge certamen contra crudelissimam, & triformem bestiam, i. superbiam, inanem gloriā, & inuidiam, cuius in vno corpore tria capita, & in ipsis capitibus dentes ferrei comminutæ omnia. O quā multos viros hæc immanissima bestia momordit, & deiecit, atque sub pedibus suis conculcauit. Circumda itaque tibi fortem armaturam, vt possis stare cōtra tantam nequitiam. Indue te lorica caritatis, accinge te gladio spiritus, quod est verbum Dei: fume scutum fidei: pone galeam salutis, & spei in capite tuo: sint pedes tui calcæati in præparationem euangelij pacis, vt

Eph. 6. c nullus in te pateat locus insidij potēris aduersarij. Caput superbix, sicut caput viperæ, furor eius, vt furor draconis, & flatus eius lethifer, vt insanabilis flatus, regni. Illud enim præstantius ceteris, tres venenatas ex vipereo ore ad feriendum educit linguas. Prima eos percutit, qui per transgressionis culpā contemptui habent diuina præcepta. Secunda illos, qui ex conseruatione mandatorum extolluntur in elationem virtutum. Tertia eos, qui per contumaciam mentis subdi dedignantur maiorum imperijs. Quidam autem pro carnalibus, quidam pro spiritualibus superbiunt, & est vna superbia sub diuerso colore. Cenodoxæ alterum caput, multiforme prodigium, & multiplex malum, diras voces, & rugitus terribiles ex turgidis faucibus, quadripartito modo altius efflat. Nam sunt qui habent dona, & do-

nantem ignosant. Et sunt qui se deum propter præcedentibus meritis dona acceptiora non pro gratia largientis. Item quidam sunt, qui quod non habeant, habere se pro tanto, acerbè emulant. Sunt & alij, qui contemnendo ceteros, putant se habere aliquid singulariter. Sed ista elatio ceteris perniciosior est, de singularitate lactatius. Hæc autem dira lues, quamuis se ad aures erogat, & impleat clamoribus aures: non tamē ei iuxta quam habet extollentiam est vis, & potentia. Ipsa quoque inuidia duplices nominat flammis. Hoc namque caput tertium modo illum vris, qui meliori inuidet in illud, quod ipse non est: modo illum afficit, qui, quemlibet coposimilem doleri sibi esse equalē. Vt hæc tria discernere valeas, ista do tibi inuidia. Superbia enim rubet. Cenodoxia albet. Inuidia pallet. Furor igneus in superbis ex indignatione, candor in hypocritis ex simulatione, pallor in inuidis ex nimio dolore. His ita digestis rebus septem criminalia vitia denotantur, quam dinumerantur, vt mihi videtur: quia sicut princeps septem vitiorum diabolus nec eorum subdit potestatibus: ita Christus Deus noster spiritu septiformis gratiæ plenus, a dominatu ipsorum eruit, & sibi subditos facit. Sed scire te oportet, quia ista vitia diuersos ortus, & diuisiles deficientias habent. Gula enim, & fornicatio, quæ non nisi per corpus expleri possunt, carnalia sunt: & ideo corporali indigent afflictione, simulque remotioribus locis, vt velocius curari queant. Auaritia, & ira, licet non sint vnius naturæ, nam prior extra naturam est, sequens autem originalis videtur, quia homo irascibile animal est: simili tamen oriuntur modo, & quidem commotionis causas extrinsecus concipiunt. Tristitia, & acedia nulla extrinsecus accidente prouocatione generari solent. Superbia, cenodoxia, atque inuidia, sine corporali ministerio consumantur. Ad hæc curanda quæ spiritualia dicuntur, multum profunt humana confortia, maxime si inter bonos, prudentesque viros viuas, qui illa semper redarguant. Sed inter hæc sciendum est, quod in quibusdam ventris ingluuiis, in quibusdam fornicatio principalem obtinet locum. In alijs superbia, in alijs cenodoxia arcem tenet. In quibusdam ira, in quibusdam auaritia, seu tristitia, aut aliquid eorum sibi tyrannidem vendicat. Et ideo oportet vnumquem-

que

M

A

que nostrum secundum qualitatē belli, quo principaliter infestatur, pugnam arripere: ita ut alium necesse sit aduersus vitium, quod tertium ponitur, primum exercere conflictum, alium contra quartum, seu quintum, & ita prout vitia in nobis obtinent principatum, utque impugnationis exigitur modus, nos quoque oportet ordinem instruere præliorum. Et sic contra illud vnum fortiter pugnemus, ut alia, à quibus minus impugnamur, non negligamus. Atque ita totis viribus laboremus, ut non de nostris laboribus, sed de Dei auxilio cōfidamus. Hoc enim modo ad puritatem cordis, & ad plenitudinem virtutum valebimus Christo adiuvante peruenire. Illud etiam non minus te scire volo, quia variæ in omnibus sunt morum conspersiones. Vnde alia vitia tranquillis, & lenibus moribus, alia duris & asperis vicina sunt. Sæpe autē quod istis placet, illis displicet. Diabolus enim dum decipere quemquam quærit, prius naturam vniuscuiusque intendit, & inde se applicat vnde hominem apertum ad peccatum inspererit. Ex ea quippe parte hominem diabolus tentat, quæ eum per excrecentem humorem facile ad vitia inclinari cōspicit, vt secundū humoris conspersionē, adhibeat tentationem. Nullus ergo culpam non estimet, quam ex conspersione propria sustinet, sed quantum valet contra id, quod tolerat, pugnet. Nam si conspersioni cedit, tētationi, vel vitio nequaquam resistit. Igitur constantes & duri mores semper contra superbiam, iram & crudelitatem pariter repugnent. Iucundi autem & lenes contra inanciam gloriam, hypocrisim, & falsam pietatē præcipuè certare non cessent. Istud namque hominum genus, laudis amare facilius capitur. Nemini volunt displicere, omnes æquanimiter portare videntur, decipiunt, & decipiuntur, & quanto hominibus placent, tātō sunt Deo odibiles, sicut scriptum est, *Rob 36.6* Astuti, & simulatores prouocant iram Dei. Boni enim viri timentes Deum, id ipsi quod esse meruerunt, videri refugiunt. Sane laus humana bonos cruciat, malos lætificat. Duplīter autem damnantur hypocritæ, siue pro occulta iniquitate, siue pro aperta simulatione. Nam non semper latent hypocritæ. Omne sincerum permanet.

Nam quæ simulata sunt, diuturna esse non possunt. Hypocritæ foris candidi, intus sordidi. Amator vanæ gloriæ, vnde pos-

sit laudari, agere non quiescit. Nonnulli falsa opinione arrogantia se perfectos esse existimant, dum non sunt, qui obortis tentationibus innotescunt. Tanto quis sit veritati vicinior, quanto se longius esse ab ea fuerit arbitratus. Est humilitas formidinis, & ignorantia, quæ non est laude digna. Hypocrita verba sanctorum habet, vitam non habet, cui semper iactantia oculos, quibus Deus videri potest, claudit. Superbis & libidinosis plus dominatur Diabolus. Transacta libido semper sui relinquit pœnitudinē. Numquam fatiatur, & extincta reaccenditur. Væ illi, qui tunc habuit terminū luxuriæ, quando vitæ. Vinum contra potantem facit, quia postquam surrexerit, neque pes, neque manus suum officium tenent, & ornus eius exhilaratio vertitur in ruinam. Vir superbus, nec decorabitur, nec voluntatem suam perducet ad finem. Semper enim conscientia serui Dei, humilis debet esse, & tristis, scilicet, ut per humilitatem non superbiat, & per vilem merorem cor ad lasciuiam non dissoluat. Dei seruum sine intermissione legere, orare, & operari oportet, ne forte mentem ocio deditam, vitia sibi præoccupent. Mens Deo dicata, sic caueat minora vitia ut maiora, quia à minimis incipiūt, qui in maxima proruant. Satis delicate se palpat, qui vult sine labore magno, studioque continuo, vel vitia superare, vel virtutes acquirere. Anima autem mole carnis pressa sicut difficile ad virtutes surgit, ita facile in vitia cadit, quia ista in imo sunt, illa vero in summa arce consistunt. Denique nonnulli, quia non pro Dei amore sæculo renunciant, laborare non curant. Vt inam quod mundum relinquimus, voluntatis sit, non necessitatis. Qui enim non rigida intentione monachi professionē sectantur, quanto superbi amoris propositum dissolute appetunt, tanto procliuus ad mundi amorem denue reducuntur. Ex quibus alij corporis voluptatem, alij honorem requirunt. Sed qui ad hoc conuersationē sanctitatis præpendit, ut alijs quandoque præesse desideret, iste non discipulus Christi, sed prauitatis sectator existit. Ferre. n. crucem, & non mori, hypocritarum est. Ille autem qui se pro Deo diuitiæ tradit monachorum, assiduus debet esse in orationibus, lacrymas suas Deo, non hominibus offerre, ieiunia in aurigæ modum pro lassitudine, & viribus corporis temperare. Quapropter non pigeat te bone fra-

ter quantum potes actibus sanctis insistere, vt laboris tui fructus, quandoq; possis recipere. Hoc solum attende, quod monachus factus es, & ideo ea age, quæ monachi sunt. Inter eos, cū quibus viuis, sectare meliores. In omni gradu, & ordine optimis permixta sunt pessima. Animofos, senes, & pertinaces quos vides in his abundare periculosis temporibus, noli imitari. Mores, vitamq; illorū fuge, ne tibi sint in laqueum, & ruinam. Quā multos senes, & iudices Israel turpiter vitam suā negligentem rex Babylonis in terram captiuitatis, & confusionis possidet, & quā multi inuenes spiritu feruentes, domino seruientes, vim faciunt celo, totisq; viribus sibi diripiunt illud? Vtinam talium præconia iuuenum nostri imitarentur senes, vt annosa redderet fenestra, quod tenera fert sponte adolefcentia. Si tu vis proficere, non respicias quid mali faciāt alij, sed quid boni ipse facere debeas. Nōne cernis negociatores, & milites multa sustinere pericula, vt ad incertos honores, & perituras diuitias perueniant? Ii quippe seruant cum animę discrimine, quæ cum pluribus tribulationibus inueniunt. Quid ergo tibi dic rogo, faciendum est, qui venditis omnibus preciosam quæris margaritam, & emptum habes agrum vbi thesaurus latet, quem fur auferre non potest? Necessē est tibi omnes insidias præcauere solcite, ne si ruinam passus fueris, pro gloria habeas ignominia quamuis sis in tuto, noli esse securus. Frequenter in media tranquillitate, vitiōrum syrtibus incantis, & desideris obruuntur. Quanta pro dolor, animantia nutrit huius seculi desertum, quæ negligentem monachos duris moribus depascunt? Et quoniam credo te posse plus proficere oratione, quam ista nostra exhortatione, addam & formulam orandi: vt legendum & orandum. esuriēti animæ duplicem tribuas refectionem: & quod desideras, apud Deum facilius valeas obtinere. Nimio enim coactus desiderio, quod de salute tua habeo, istud supra vires meas assumpsi negocium: vt vinculis verborum meorum ad instructionem tuam patrum sententias colligerem. Hæc tu meditare, hæc in tabulis cordis tui scribe. Et tu scias per quam viam incedere debeas, & vt perficere possis opere, quod. discis lectione: clama ad Deum (sine quo nihil boni agitur) clama precor clamore magno in toto corde tuo, & febilis, supplexque tu ora:

I N C I P I T S C A L A
Claustralium, siue de modo orandi.



Vm die quadam corporali manuum labore occupatus, de spiritualis hominis exercitio cogitare cepissem: quattuor spirituales gradus animo cogitanti se subito obtulerunt, scilicet lectio, meditatio, oratio, & contemplatio. Hæc est scala claustralium: qua de terra in caelum subleuatur: gradibus quidem distincta paucis, immensæ tamen, & incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terræ innixa est, superior verò nubes penetrat & secreta caelorum rimatur. Hi gradus sicut nominibus, & numero, ita ordine & munere sunt distincti. Quorum proprietates, & officia quidem singula quid circa nos efficiant, quomodo inter se inuicem differant & præmineant, si quis diligenter inspiciat: quidquid laboris, aut studij impenderit in eis, breue reputabit, & facile, præ vtilitatis, & dulcedinis magnitudine. Est autem lectio, sedula scripturarum cum animi intentione inspectio. Meditatio, est studiosa mentis actio occultæ veritatis notitiam ductu propriæ rationis inuestigans.

Oratio, est deuota cordis intentio in Deum pro malis amouendis, & bonis adipsicendis. Contemplatio, est mentis in Deum suspensæ eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans.

Descriptio officiorum quattuor graduum.

Assignauis ergo quattuor graduum descriptionibus, restat vt eorum officia videamus. Beata vitæ igitur dulcedinem lectio inquit, meditatio inuenit, oratio postulat, contemplatio degustat. Vnde ipse dominus dicit: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Quærite legendum, & inuenietis meditando.

Pulsate orando. & aperietur vobis contemplando. Lectio quasi solidum cibum ori apponit. Meditatio masticat, & frangit.

Oratio

LECTIO.
MEDITATIO.

ORATIO.
CONTEMPLATIO.

MARTH.

Oratio saporem sequitur. Contemplatio est ipsa dulcedo, quia iucundat, & reficit. Locus in cortice, meditatio in adipi, oratio in desiderij postulatione, contemplatio in adeptu dulcedinis delectatione.

Exemplum. Quod et expressius videri possit, vnum de multis supponam exemplum. In lectione audio, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Ecce breue verbum, sed

Matt. 5. suauis, & multiplici sensu reseruum. Ad partum aeternae quasi vnam ministravit, quam postquam anima diligenter inspexit, dicit intra se: Potest aliquid boni esse? Redibo ad cor meum, & tentabo si forte intelligere,

H & inuenire potero munditiam hanc. Preciosa enim, & desiderabilis est res ista, cuius possessores beati dicuntur, quibus visio Dei (quae est vita aeterna) promittitur, quae tot sacrae scripturae testimonijs collaudatur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans, incipit hanc vnam masticare, & frangere, eamque quasi in torculari ponit, deinde excitat rationem ad inquirendum quid sit, & quomodo haberi possit haec a deo preciosa, & desiderabilis munditia. Officium meditationis. Accedens ergo sedula meditationi non remanet extra, non haeret in superficie, ulterius pedem figit. Interiora penetrat, singula ramulae tenente considerat, quod non dixit; Beati mundo corpore, sed corde, quia non sufficit manus habere innoxias a malo opere, nisi a prauis cogitationibus mundetur in mente. Quod au-

Pf. 23. a stioritate prophetae confirmatur dicentis: Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. Item considerat quantum hanc cordis munditiam operat idem

Pf. 50. c *Pf. 65. d* propheta, qui orans dicebat: Cor mundum, inquit, crea in me Deus. Item, si alpexi iniquitatem in corde meo, non exaudiet Dominus. Cogitat quam sollicitus erat in hac custodia beatus Iob, qui dicebat. Pēpigi sedus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. Ecce quantum ardebat se vir sanctus, qui claudebat oculos suos ne videret vanitatem, ne forte incautus respiceret, quod postea inuitus desideraret. Postquam haec, & huiusmodi de cordis munditia pertractauit, incipit cogitare de eius pramio, quam gloriosum, & delectabile est videre faciem desideratam Domini, speciosi forma pra filijs hominum, non esse inabiectum, & vilem, non habentem spe-

Iob. 31. a

ciem, qua vestit eum mater sua synagoga. sed stola immortalitatis indutum, & coronatum diademate, quo coronauit eum Pater eius in die resurrectionis, & gloriae, die, quam fecit Dominus. Cogitat, quod in illa visione, quis facietas illa, de qua dicit propheta. Satiabor, cum apparuerit gloria

Pf. 16. d *Matt. 5.* Vides ne quantum liquoris emanauit ex minima vna? quantus ignis ex hac scintilla, ortus est, quantum haec modica massa: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, in incude meditationis ex-

tenso est? Sed quantum adhuc posset extendi si accederet aliquis talia expertus? Sentio enim quod puteus altus est: sed ego adhuc rudis tyro, in quo pauca haec haurirem vix inueni. His a nima facibus inflammata,

his incitata desiderijs, fracto alabaistro iuuatatem vnguenti praesentire incipit, necdum gustu, sed quasi narium odoratu. Et ex hoc colligit, quam diuue esset huius munditiae sentire experientiam, cuius meditationem nouit a deo esse iucundam. Sed quid faciet? Habendi desiderio astat, sed non inuenit apud se quomodo habere possit, & quanto plus inquit, plus sitit, Dum apponit meditationem, apponit, & dolorem,

quia sitit dulcedinem, quam in cordis munditia meditatio esse monstrat, sed non praestat. Non enim est legentis, atque meditantis hanc sentire dulcedinem, nisi data fuerit desuper. Legere enim, & meditari tam bonis quam malis commune est. Et ipsi philosophi gentium in quo summa veri boni confisteret, ductu rationis inuenerunt, sed quia cum Deum cognouissent, non, sicut

Ro. 1. d Deum glorificauerunt, & de suis vitibus praesumentes dicebant: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? non meruerunt percipere quod poterunt videri. Euanuerunt in cogitationibus suis, & omnis eorum sapientia deuorata est, quam eis contulerat humanae studium disciplina, non spiritus sapientiae, qui solus dat veram sapientiam, sapientiam scilicet scientiam, quae animam, cui inhaesit, inastimabili sapore iucundat, & reficit. Et de illa dictum est, Sapientia non intrabit in maleuolam animam. Hac autem a solo Deo est. Officium enim baptizandi Dominus concessit multis, potestatem vero, & auctoritatem in baptismo remittendi peccata, sibi soli retinuit. Vnde Iohannes antiochianus, &

Pf. 11. a *Ro. 1. a* *Pf. 106. c* *Sap. 1. a*

dicat.

IOAN. 7. 2 discretiue de eo dixit: Hic est, qui baptizat. Sic de eo possumus dicere: Hic est qui sapientia saporem dat: & sapidam animam facit. Sermo siquidem datur multis, sed sapientia paucis: quã distribuit Dominus cui vult, & quomodo vult. Officium orationis. Vidēs autem anima quod ad desideratam cognitionis, & experientia dulcedinem per se non possit attingere, & quãto magis ad cor altum accedit, tanto magis exaltatur Deus: humiliat se: & confugit ad orationē, dicens: Domine qui non videris nisi à mūdīs cordibus quomodo inuestigauī legendo, meditando quasiui quomodo haberi possit vera cordis munditia: vt ea mediante, vel ex modica parte possem te cognoscere. Quarebam vultū tuum Domine: vultū tuum requirebã. Diu meditatatus sum in corde meo: & in meditatione mea exarsit ignis ac desiderium amplius cognoscendi te. Dum panem sacrae scripturae mihi frangis: in fractione panis magna cognitio est. Et quando plus te cognosco, plus te cognoscere desidero: non iã in cortice literarum, sed in sensu experientia. Nec hoc peto Domine propter merita mea, sed pro tua misericordia. Fateor enim quia indigna, & peccatrix sum: sed & catelli edunt de micis: quare cadunt de mensa dominorum suorum. Da mihi Domine artham hereditatis future saltem guttam celestis pluuie: qua refrigeret sitim meam: quia amore ardeo. Officium cōtemplationis. His & huiusmodi ignitis eloquijs suum inflammat desiderium: sic ostēdit suū affectum. His incantationibus aduocat spōsum; Dominus autē (cuius oculi super iustos & aures eius non solum ad preces, sed ipsas preces eorū nō expectat donec sermonē finierint: sed mediū orationis cursum interrumpens, festinus ingerit se: & anima desideranti festinus occurrit) celestis rore dulcedinis circumfusus, vnguentis optimis delibutus animam fatigatam recreat: esurientē reficit: aridam impinguat: & facit eam terrenorum obliuisci: memoria sui eam mirabiliter fortificando, viuificando, & inebriando, ac sobriam reddendo. Et sicut in quibusdam carnalibus officijs anima adeo vincitur carnali concupiscentia, quod omnem vsum rationis amittit, & fit homo quasi totus carnalis: ita merito in hac superna cōtemplatione, ita consumuntur, & absorbentur carnales motus ab anima, vt in nullo caro spiritui cōtradat: & fiat homo quasi totus spiritua-
lis. Signa spiritus sancti ad animam venien-

tis. Sed ò Domine, quomodo comperimus quando hæc facis: & quod signum aduentus tui? Numquid huius consolationis, & lætitiæ testes, & nuncijs sunt suspiria, & lacrymæ? Si ita est, noua est antiphrasis ista, & significatio inusitata. Quare enim conuentio consolationis ad suspiria, lætitiæ ad lacrymas? si tamen istæ dicendæ sunt lacrymæ, & non potius roris interioris desuper infusi superflucis abundantia, & ad interioris abluitionis inditium exterioris hominis purgamentum, vt sicut in baptismo puerorum per exteriorē abluitionem significatur, & figuratur interior animæ ablutio, ita hic e contra exteriorē abluitionē interior precedat purgatio. O felices lacrymæ, per quas maculae interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic lugetis, quia ridebitis, In his lacrymis agnosce ò anima sponsum tuum: amplectere desideratum. Nunc torrente voluptatis te inebria, fuge ab vberē consolationis eius lac, & mel. Hæc sunt miranda munuscula, & solatia: quare dedit tibi sponsum tuum: gemitus scilicet, & lacrymæ. Addat tibi potum in his lacrymis in mensura.

Hæ lacrymæ sunt tibi panes die, ac nocte, panes vtique confirmantes cor hominis: & dulciores super mel, & fauum. O domine Iesu: si adeo sunt dulces istæ lacrymæ, quare ex memoria, & desiderio tui excitatur: quã dulce erit gaudium, quod ex manifesta tui visione capietur? Si adeo dulce est flere pro te, quã dulce erit gaudere de te? Sed quid huiusmodi secreta colloquia proferimus in publicum? Cur ineffabiles, & inenarrabiles affectus verbis communibus conamur exprimere? Inexpertis talia non intelligunt: nisi ea expressius legat in libro experientia, quos ipsa doceat vñctio. Aliter autem littera exterior non prodest quidquam legenti. Modicum sapida est lectio exterioris litteræ, nisi glossam, & interiorē sensum sumat ex corde. Quomodo remanet anima spiritus sancti feruore discedente? O anima, diu protraximus sermonem. Bonum enim erat nos hic esse, cum Petro, & Ioanne contemplari gloriam sponsi, & diu manere cum illo: si vellet hic fieri, non duo, non tria tabernacula, sed vnū, in quo essemus simul, & simul delectaremur. Sed iam dicit sponsum: Dimitte me, iam enim ascendit aurora, iam lumen gloriae & visitationem, quam desiderabas, accepisti. Data ergo benedictione, mortificato ne uo-
femoris

temoris, & mutato nomine de Iacob in Israel, paulisper, recedit sponſus diu desideratus, cito elapsus. Subtrahit se a prædicta visione, quam à dulcedine cõtemplationis, manet tamen præſens quantum ad gubernationem. Hic redditur causa, quare spiritus sancti feruor animam aliquatulum deserit. Sed ne timeas, sponſa, ne desperes, ne existimes te contemni si paulisper tibi subtrahit spõsus faciem suam. Omnia ista cooperantur tibi in bonum, & de accessu, & recessu lucrum acquiris, non venit tibi, & recedit. Venit ad consolationem, recedit ad cautelam ne magnitudo consolationis extollat te, ne si semper apud te sit sponſus, incipias contemnere sodales, & hanc continuam visitationem non iam gratiæ attribuas, sed naturæ. Hanc autem gratiam cui vult, & quando vult sponſus tribuit, non quasi iure hæreditario possidetur. Vulgare prouerbum est, quod nimia familiaritas parit cõtemptum. Recedit ergo ne forte nimis assiduus contemnatur, & absens magis desideretur, & desideratus auidius queratur, diu questus eadem gratias inueniatur. Præterea si numquam deest tibi consolatio (quæ respectu futuræ gloriæ, quæ reuelabitur in nobis enigma est, & ex parte) putarem forte hic habere ciuitatem magnentem, & minus inquireremus futuram.

Nec ergo exilium deponemus pro patria aram pro precij summa, venit sponſus, & recedit vicissim, nunc consolationem affertens, nunc vniuersum statum nostrum in infirmitatem commutans, paulisper nos permittit gustare quàm suavis est, & antequàm plene sentiamus, se subtrahit, & ita quasi alis expensis supra nos volitans prouocat nos ad volandum. Quasi dicat. Ecce parum gustatis quàm suavis sum, & dulcis sed si vultis plene saturari hac dulcedine, currite post me in odorem vnguentorum meorum, habentes sussum corda, vbi ego sum. in dextera Dei Patris. Ibi videbitis me non per speculum in ænigmatate, sed facie ad faciem, & plene gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Cura, & diligentia adhibenda est animæ ne omnino à Deo deseratur. Sed caue tibi, o sponſa, quando absente te spõsus, non longe abit, & si non vides eum, ipse tamen videt te semper, plenus oculis ante, & retro. Numquam in pores exiit latere. Habet etiam circa te nuncios suos spiritus, quasi sagacissimos

exploratores, vt videant quomodo absente sponſo conuerſeris, & accuſent te coram ipso si aliqua signa lasciuix, & scuerilitatis in te deprehenderint. Zelotypus est sponſus iste. Si forte alium amatorem receperis, si alijs magis placere studueris, statim discedet à te, & alijs adhærebit adoleſcentulis. Dilectus est sponſus iste, nobilis, & diues, est speciosus forma præ filijs hominum, & ideo non nisi speciosam dignatur habere sponſam. Si viderit in te maculam siue rugam, statim auertit oculos. Nullam enim immundiciam potest sustinere. Esto ergo casta esto verecunda, & humilis, vt sic à sponſo tuo merearis frequenter visitari. Timeo ne diutius detinuerit nos sermo iste, sed ad hæc compulit me materia fertilis pariter, & dulcis, quam ego non protrahebam spontaneus, sed nescio qua eius dulcedine traher bar inuitus. Officia, & effectus singulorum graduum per repetitionem. Vt ergo quæ diffusius dicta sunt, simul iuncta melius videantur, prædictorum summam recapitulando colligamus. Sicut in prædictis exemplis prenotatum est, videri potest quomodo per dicti gradus cohareant, & sicut temporaliter ita, & causaliter se præcedant. Lectio enim quasi fundamentum primo occurrit, & data materia nutrit nos ad meditationem. Meditatio vero quid appetendum sit diligentius inquirat, & quasi effodiens, thesaurum inuenit, & ostendit. Sed cum per se obtinere non valeat, mittit nos ad orationem. Oratio se totis viribus erigens ad dominum, impetrat thesaurum desiderabilem, cõtemplationis suauitatem.

Hæc autem adueniēs, prædictorum trium laborem remunerat, dum celestis rore dulcedinis animam sitientem inebriat. Lectio ergo est, secundum exterioris exercitium. Meditatio secundum interiorum intellectum. Oratio, secundum desiderium. Cõtemplatio super omnem sensum. Primus gradus est incipientium. Secundus est proficientium. Tertius est deuotorum. Quartus beatorum. Hi autem gradus ita concatenati sunt, & vicaria ope sibi inuicem deseruiunt, quod præcedentes sine subsequen- tibus aut parum, aut nihil profunt. Sequentes vero sine præcedentibus, aut raro, aut numquam haberi possunt. Quid enim prodest lectione continua, tempus occupare, sanctorum gesta, & scripta legendo transcurrere, nisi ea etiam masticata, & ruminanda

succum eliciamus, & transglutiendo vsque ad cordis intima transmittamus, vt ex his diligenter cōsideremus statum nostrum, & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare? Sed quomodo legē cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus ne falsa, aut inania quædam meditatione limites à sanctis patribus cōstitutos transgrediamur, nisi prius circa huiusmodi ante electionem, ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionē. Vnde solemus dicere non solum libros ipsos nos legisse, quos nobis ipsis vel alijs legimus, sed illos etiam quos à magistris audiuius: Itē quid prodest homini si per meditationem quæ agenda sunt videat, nisi orationis auxilio, & Dei gratia ad ea obtinenda conualescat? Omne siquidem datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum, sine quo nihil possumus tacere, sed ipse in nobis facit opera, non tamen omnino sine nobis. Cooperator enim Dei sumus, sicut dicit Apostolus. Vult siquidē Deus vt eum adiuuemus, & vbi aduenienti, & prestolanti ad ostium, & aperiamus sinum voluntatis nostræ, & ei consentiamus. Hunc consensum exigebat à Samaritana, quando dicebat: Voca vitum tuum. Quasi diceret: Volo tibi infundere gratiam, tu applica liberum arbitrium. Orationem exigebat ab ea, cum dicebat: Tu si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere, forsità petisses ab eo aquam viuum. Hoc audito quasi ex lectione mulier instructa, meditata est in corde suo bonum sibi fore, & vitale habere hanc aquam. Accensa ergo habendi desiderio, conuertit se ad orationem dicens: Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam amplius, neque veniam huc haurire aquam. Ecce auditus verbi Domini, & sequens super eo meditatio, incitauerunt eam ad orandum. Quomodo namque esset sollicita ad postulandū, nisi prius eam accendisset meditatio? Aut quid ei præcedens meditatio cōsulisset, nisi quæ appetenda monstrabat, sequens oratio impetrasset? Ad hoc ergo vt fructuosa sit meditatio, oportet vt sequatur orationis deuotio, cuius quasi effectus est contemplationis dulcedo. Hic ostenduntur omnes hi gradus ita esse simul iuncti, vt sint inseparabiles. Ex his possumus colligere, quod lectio sine meditatione a se ipsa est. Meditatio sine lectione a se ipsa est. Oratio sine meditatione est tepida.

Meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cum deuotione contemplationis acquisitiua. Contemplationis adeptio sine oratione, auidata, aut inaccessibilis. Deus, cuius potentia non est numerus, vel terminus, & cuius misericordia super omnia opera eius quandoque ex lapidibus suscitauit filios Abrahæ, dū duros, & violentos acquiescere cogit vt vocent, & ita quasi prodigus (vt vulgo dici solet) quem in cornu trahit, quando non vocatus se inundit. Quod et si quandoque aliquibus legimus contigisse, vt Paulolo, & quibusdam alijs, non tamen ideo debemus nos quasi Deum tentando diuina presumere, sed facere quod ad nos pertinet, legere scilicet, & meditari in lege Dei, orare ipsum vt adiuuet infirmitatem nostram, & videat imperfectum nostrum, quod ipse docet nos facere, dicens: Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Nunc enim regnum cælorum vobis patitur, & violenti rapiunt illud. Ecce patris signatis distinctionibus perspicui possunt predictorum graduum proprietates quomodo sibi cohercant, & quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo cuius animus à ceteris negotijs vacuus in his quatuor gradibus versari semper desiderat, qui venditi vniuersis quæ habuit tenuit agrum illū in quo latet thesaurus desiderabilis, scilicet vacare, & videre, quæ suauis est Dominus, qui in primo gradu exercitatus, in secundo circumspectus, in tertio deuotus, in quarto supra se leuatus, per has ascensiones, quas in corde suo disposuit, ascendet de virtute in virtutem, donec videat Deum Deorum in Sion. Beatus cui in hoc supremo gradu vel modico tempore conceditur manere, qui vere potest dicere: Ecce sentio gratiam Domini, ecce cum Petro, & Ioanne gloriam eius in monte contemplor, ecce cum Iacob plerumque Rachelis amplexibus delector. Sed caueat sibi iste, ne post contemplationem istam, qua eleuatus fuerit vsque ad cælos, inordinato casu corruat vsque ad abyssos, nec post Dei visionem ad lasciuos mundi adus, & carnis illecebras conuertatur. Cum vero mentis humanæ acies infirma veri luminis illustrationem diutius sustinere non poterit, ad aliquem trium graduum, per quos ascenderat leuiter, & ordinate descendat, & alternatim modo in vno, modo in altero, secundum modum liberi arbitrii, pro ratione loci, & temporis remoretur.

Iaco. 1. 6

1. Cor. 3. 6

Ioā. 4. 6

Ibidem.

G

Ioā. 16. 6
Mar. 11.

Ps. 83. 6

H

tur,

cūr tato iam tempore senior, quanto à primo gradu remotior. Sed heu fragilis, & misera humana cōditio. Ecce ductu rationis, & scripturarum testimonijs aperte videmus in his quattuor gradibus bonæ vitæ peccationem contineri, & in his spiritualis hominis exercitium debere versari. Sed quis est, qui hunc vitæ cōditio trahit mentem? Quis est hic, & laudabimus eum? Velle multis placet: sed perficere, paucis. Et vanam de istis paucis essemus.

*Quattuor causa retrahunt nos ab his oīat-
rur gradibus.*

Sunt autē quattuor causa, quæ retrahunt nos, plerumq; ab istis gradibus, sine vitabilis necessitas, honestæ actionis utilitas: humana infirmitas, mundialis vanitas. Prima est excusabilis, secunda tolerabilis, tertia miserabilis, quarta culpabilis. Illis enim quos huiusmodi nouissima causa à sancto proposito retrahit, melius erat gloriam Dei non cogitare, quam post agnitam retroire.

Isa. 5. b Quam vtique exaltationem habebit iste de peccato? Nōne ei iuste potest dicere Dominus. Quid debuisti facere, & non feci?

I Nō eras, & creauit te, peccasti, & Diaboli seruum te feceras, & redenti te. In mundi circuitu cum impijs, & rebas, & elegite. Dederam tibi gratiam conuersationis meo: & volebam facere apud te mansionem, tu vero despectisti me: & nō solum sermones meos, sed in ipsum proiecisti retro: sum, & ambulasti post concupiscentias tuas. Sed ò Deus bone, suavis, & mitis, amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis: quàm inhumanus, quàm temerarius est, qui te abiicit: qui tam humilem, tam mansuetum hospitem à suo corde repellit? O quàm infelix, & damnosa commutatio, creatorem suum abijcere, & reas, noxasq; cogitationes recipere, illud etiam secretum cubile Spiritus sancti secretum cordis, quod paulo ante cœlestibus gaudijs intendebat; tam subito immundis cogitationibus, & peccatis proderi conculcandum? Adhuc in corde calentis sponsi vestigia, & iam intromittuntur adulterina desideria. Male conueniens, & indecorum est aures, quæ modo audierunt verba, quæ non licet homini loqui, tam cito inclinari ad fauorem, & detractiones audiendas. Oculi, qui fuerant in modis baptizati erant, repente conuersi ad videndas vanitates. Lingua, quæ modo de ecclesiastice uocantur, quæ in modis, & persuasoris eloquijs suis cum

sponso reconciliauerat sponsam, & introduxerat eam in cellam uinariam, iterum cōuertit ad uana eloquia, ad scurrilitates: ad cōtinuandum dolos, ad detractiones. Absit à nobis Domine. Sed si forte ex humana infirmitate ad talia dilabimur, non ideo desperemus, sed iterum recurramus ad clementem patrem, qui suscitatur de terra in opem, & erigit de stercore pauperem. Et qui non uult mortem peccatoris, iterum curabit, & sanabit nos. Iam tēpus est, ut epistolæ sine imponamus. Oremus ergo Deum, ut impedimenta, quæ nos ab eius contemplatione retrahunt, in presenti nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat, qui per prædictos gradus de uirtute in uirtute nos perducatur, donec uideamus Deum Deorum in Sion. Vbi electi non guttatim, non interpolatim percipiunt diuinæ contemplationis dulcedinem, sed torrente voluptatis indefinenter repleti, habebunt gaudium, quod nemo tollet ab eis, & pax incommutabilem, pace in idipsum. Tu ergo frater mi Godefridus. si quando datum tibi fuerit de super prædictorum graduum celsitudinem conscendere, memeto in eum. Et ora pro me, cum tibi bene fuerit, ut sic cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat: Veni.

F I N I S.

FORMVLA HONESTÆ
VITÆ.



P Etis à me frater charissime, quod necdum à suo prouidore audiui aliquem petiisse. Verumtamen, quia id instanter tua poscit deuotio, cui iuste, & rationabiliter petenti aliquid in Christi nomine negare non valeo, formulam honestæ vitæ breui tibi sermone depingam: quam si in Christo amore, vel dilectione exardescens perseveranter seruaueris, vitam proculdubio consequeris æternam. Ut ergo ab interiori homine ad exteriorem sermo procedat, ita circa tui puritatem cordis te indefinenter studere oportet, quo tutius puritatis amator Deus illic sedem tanquam in cœlo tibi collocare decreuit. In uirtute. Caelum tibi sedes est, & animus iustus sedes est sapientie. Necesse est, ut uigilanter intendas cogi-

tationes tuas ad bonum semper, & honestum dirigere, vt videlicet cogitare, vel meditari coram Deo pertimescas, quod in presentia hominum dicere, vel facere merito erubesceres, sciens quod sicut per verba, vel facta innotescimus homini, sic nimirum per cogitationes cuncta scrutanti serui, quia quod agunt hominibus dicta, eadem

Pf. 93. b

Deo cogitationes. Deus enim nouit cogitationes hominum, quia vanæ sunt. Et sicut nulla est ei inuisibilis creatura, sic omnino nihil potest cogitari, quod eum lateat. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, cõpagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitatum cordis. Sit tibi quoque Iesus semper in corde, & numquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cibus, & potus, dulcedo, & consolatio tua, mel tuum, & desiderium tuum, lectio tua, & meditatio tua; oratio, & cõtemplatio tua, vita, mors, & resurrectio tua. Semper cogita illum, nunc positum in præsepio, & panis inuolutum, modo in templo patri a parentibus presentatum, nunc fugientem in Aegyptum, ibi diu in extrema paupertate, & indigentia commorantem, & inde maximo cum labore redeuntem: modo in templo audientem Doctores, & interrogatam, qui docet hominem scientiam, & postea parentibus subditum, cui iure omnis creatura subditur. Deinde esurientem in deserto, & sitientem, qui est panis vitæ, & fons sapientie, qui pacitur inter filia, & implet omne animal benedictione. Modo fatigatum ex itinere, sedere sic supra fontem, cum muliercula sola solum loquentem totius mundi statum regentem. Postea factum in agonia prolixius orantem, & omnia omnibus sufficienter administrantem. Ab Angelo etiam ipse, qui est dulcedo, & consolatio Angelorum, & hominum, cõsolationem nihilominus recipientem. Aut ad columnam totius orbis sustentamentum ligatũ, & flagellatum. Ipsum (qui est Angelorum splendor) spuis illum, palmis in facie percussum, spinea corona coronatum, opprobrijs saturatum. Ad vltimum cum iniquis deputatum, & pro te in cruce pendentem, & morientem, atque spiritum suum in manus patris commendantem. Sic nimirum erit fasciculus myrrhæ dilectus tuus, sic inter vbera

Can. 2 d

Pf. 144.

d

matris, & amaritudinis Domini Dei tui collige quasi fasciculum, vt amarum poculum lacrymarum tibi cõficiat. Quod si quando ardentissimo Christi amore succensus, volueris cum Apostolo iam illum cognoscere, & non secundum carnem, leuabis parum mentis oculos ad victoriam videntis, ad gloriam ascendentis, ad gloriosam maiestatem in gloria Dei patris sedentis, atque regnantis, quæ summum suum sapiens, & quæ summum sunt quærens, vbi Christus est in cœtera Dei sedens. Nec tamen ibi longam moram, ne forte si diutius scrutator maiestatis fueris, obruaris à gloria. Sane ante omnia te debere noueris, dis elationem, iactantiam, atque arrogantiã (quasi venenatas aspides) fugere: scies proculdubio, quia immundus est coram Deo omnis, qui exaltat cor suum. Itaq; neminẽ spernas, nemini noceras, nulli detrahas, & pro Christi amore omnibus prodesse coneris. In tantum etiam inferiorẽ, ac ceteris viliorem te non solum ex intimo cordis affectu credas, verum etiam non te dicas profecisse, sed nec te aliquid esse exillimã, iuxta illa Apostoli. Qui se antiquis existimat, cum nihil sit, ipse se seducit. Et præterea incessus tuus maturitate grauis, & honestus, videnter non tractis gressibus ambulans: aut scapulas dextrorsũ aut sinistrorsum vergendo, non erecta ceruicẽ, non prominente pectore, seu etiam inclinato capite super numerem: quæ omnia, aut leuitatem redolent, aut elationem ostentant, aut hypocritam sapiunt. Incedens ergo, stans, & sedens, faciem semper habeto deorsum, reuoluens in animo tuo, quod pulvis es, & in puluerẽ reuerteris: & cor suum, vbi Christus est in dextera Dei patris sedens. Quaquauersum nulla curiositate, quæ potius necessitate aspicias. Tristitiam autem (maxime in cõuentu) dissimulare te decet, quãdam in facie hilaritatem prætendens, priuatim autem numquam vultus in diuersa mutetur. Si quando coram alijs positus, ridere alicuius rei causa fueris compulsus (vt assolet) non sit risus tuus excussus.

A

Can. 1 d

Nam iuxta sapientem. Amicus corporis, & risus dentium, & gressus hominis, enunciant de illo. Tuis etiam interdum interpone gaudia curis. Numquam sis otiosus, quin aut legas, aut aliquid de sacris scripturis mediteris, vel (certe, quod nunc est) rumines psalmos, operando in diuini-

Col. 3. A
Pro. 25, d
Col. 3. A
Pro. 25, d
B
Gal. 6. A

Eccl. 19.

43. **N**ur incessante... tibi fuerit iniunctum
 ut imperie... abolus inerat occupatum.
 Malum enim... malitiam de tua ociositas.
 Illis enim... ius libentis legas, qua
 precipuerit... Caritatem tuam magis infla-
 mauerit... lectum. Intellige quæ dico:
Dabis enim... i domibus in omnibus intel-
 lectum, si in... sentu loqueris circumspe-
 ctionem Dei... Cum inueneris, non impleas
 aures audiendi... sed suspirijs,
 sed inere... Deum... cordis tra-
 Ederent... ad... em, con-
 cionem... obtineadam... notus fue-
 ris ut pa... Deusa... etiam
 tuam... vocem audire possis. Nonnumquã
 autem... intentionem in cælum pro-
 spectas, ut tibi sit cor tuum, ubi Christus est
 in cætera Dei sedens. Ab oratione ite-
 rum reuerteris ad lectonem, & iterum le-
 ctio com... libmouerit, ad oratio-
 nem reuertes. Confossa iuuenum (& maxi-
 me illorum, qui in... bes sua) in quantum
 concouerter poteris, deuita. Numquam
 aliter... in faciem figas. Sicut ad cru-
 cem... id est, nonquam
 voluptatem... necesse patiaris, & fati-
 non... appetitum. Singulan-
 tatem in... fuge, & communitate
 esto contentus, letens quia caro patenda
 est, & extinguenda sunt vitia. Si quando
 aliquid superapponitur, tamquam diuinitus
 procuratum accipe illud, hoc tamen habens
 in animo semper, & uoluntate, ut tantam
 vel magis alteri apponatur. Pone prou-
 dentia tue modum, ne tibi sapiens videaris.
 Semper, & ubique, atque in omnibus ope-
 ribus time, ne forte excedas in aliquo. Hinc

ex omnibus uiribus tuis, & ad laudem Re-
 demptoris tui exalta uocem tuam in forti-
 tudine. Potremo purissimum semper er-
 ga Christum amorem habeto, nil præter ip-
 sum sicut propter ipsum amare memento.
 Proleus, quam putaueram, descripsi tibi,
 quæ ipse ageat nequeo, in te adimplere de-
 trans quod in me desse cognosco, quia
 profectus tuus in meum gaudium, & corona
 est in Domino.

Eiusdem materia notabile documentum.

SI plene vis assequi quod intendis,
 duo sunt tibi necessaria. Primum est
 ut subtrahas te ab omnibus transi-
 torijs rebus, & terrenis, ut nihil de
 eis cures, ac si non essent. Secundum, ut ita
 te des Deo, ut nihil dicas, uel facias, nisi quod
 credideris firmiter placere Deo. Primum
 autem assequeris hoc modo. Omnibus mo-
 dis, quibus potes, uilifica te, te nihil reputan-
 do esse, sed credas omnes homines esse bo-
 nos, & meliores te, magisque placere Deo.
 Quacumque audis, uel uides in religiosis
 personis, puta bona intentione dici, uel fieri,
 etiam si contraria videantur. Nam hu-
 mana suspitio facile fallitur. Nulli displic-
 teas. Nihil unquam de te loquaris quod lau-
 dem importet, quatumcumque sit familiaris
 ille, cum quo loqueris, imo plus labora ce-
 late uirtutes, quam uitia. De nullo profus
 sinistrè loquaris (quamcumque sit ue-
 rum, uel manifestum) nisi in cõfessione, &
 hoc ubi non potes aliter manifestare pec-
 catum tuum. Libentius accomoda aurem
 tuã cum aliquis laudatur quã cum uitupe-
 ratur. Cum loqueris uerba tua sint rara, ue-
 ra, ponderosa, & de Deo. Si secularis loqui-
 tur tecum, & uana proponit, quã citius potes
 succide sermonem, & transferas te ad ea, quæ
 Dei sunt. Quidquid contingat tibi uel ali-
 quantumcumque coniuucto, non cures, & si est
 aduersum, non tristeris, si est prosperum, non
 læteris, sed totum nihil puta, & lauda Deum.
 Sollicitudinem adhibe quantumcumque potes
 ut uilitati tuæ sedulus intendas. Fuge lo-
 quutoria quantum potes. Melius est enim sile-
 re, quã loqui. Post completorium non lo-
 quaris, quousque finita sit missa sequeris diei
 nisi causa maxima interuenerit. Cum uis
 des aliquid, quod tibi displicet, uide si hoc
 est in te, & abiecede. Si uero uides aliquid in
 tibi, uide si hoc est in te, & tene.

Iob 9. d beatus Iob: Verebar, inquit, omnia opera
 mea, sciens, quod non paterer delinquen-
 ti. **S**icut stratum latus deuenerat, te ho-
 nesto modo iacendo componas, nec resu-
 pinus iaceas, nec genua leuando, calcaneos
 iungas ad tibias. Quod si forte luxuriæ te
 pompâ concusserit, recordare dilectum tuum
 positum in doloribus, & uinctum stratum
 suum uersatum in inimitate eius, hæc di-
 cens in corde tuo: Deus meus pendet in
 patibulo, & ego uoluptati operam dabo?
 Sicque in peccato nomine Saluatoris. Inge-
 nuerando saepe nomen tuum, cessabit tan-
 dem (Deo succurrente) quassatio. Aumi-
 nem uerba psalmo. Saluus te occupet, ut in
 te non sit peccatum. Cum sur-
 reueris, & uigilias, lauda creatorem tuum

non est, allumē, & sic erunt tibi omnia in speculo. De nulla re murmures cum aliquo (nisi credideris prodesse) quantumcumque sit graue quod habes. Numquam pertinaciter aliquid affirmes, vel neees, sed sint tuæ affirmationes, & negatione dubitationis sale conditæ. A cachinnis semper abstineas, rideas vero raro, & cum pariter prætes os tuum. Breuiter in omnibus diuitiis tuis sic te habeas, vt sint ita, quæ dubio dimittantur. Secundum assequeris hoc modo. Orationibus cum magna deuotione intendas, & eas dicere labora horis debitis, & quod offeras in oratione reminiscaris in corde. Et vt ea, quæ legis confirmes, diligenter recogita, & eorum imagineris statum in quorum memoria hæc dixeris. Istia tria semper in mente habeas, quid fuisti, quid es, & quid eris. Quid fuisti, quia sperma foetidum, quid es, quia vas stercoreum, quid eris, quia eia vermium. Similiter imagineris eorum poenas, qui sunt in inferno, & quod numquam finietur, & pro quam modica delectatione tanta mala patiuntur. Similiter imagineris gloriam paradisi, & quod numquam finietur, & quam breuiter, & cito acquiritur, & quantus iustus, & dolor potent esse illis, qui pro parua re tantam gloriam amiserint. Cum habes aliquid, quod tibi displicet, vel times habere, cogita, quod si tu esses in inferno, & illud, & quidquid nollēs, haberēs. Et cum habes aliquid, quod tibi placet, vel optas habere, cogita, quod si tu esses in paradiso, haberēs illud, & quidquid velles. Si autem in inferno esses, nec illud, nec aliud, quod velles haberēs. Quandocumque est festum alicuius sancti, cogita de illo quanta sustinuit propter Deum, quia breuia, & qualia adeptus est, quia aterna. Similiter cogita, quia transeunt bonorum tormenta, malorum gaudia. Hi cum istis tormentis adepti sunt gloriam aternam, & isti ex indebitis gaudijs aternam poenam. Quandocumque te vincit aecidia, accipias hoc scriptum, & imagineris hæc omnia diligenter. Et cogita de tempore, quod sic perdis, quod illi, qui in inferno sunt, darent totum mundum (si haberent) pro eo. Cum habes aliquas tribulationes, cogita, quod illi, qui sunt in paradiso, earent eis. Similiter cum habes aliquas consolationes, cogita illos de inferno parere eis. Omnium de cum vadis iacere, ex aliqua diligenter quid cogitatur, & quid di-

xisti in die, & quomodo tempus & spacium, quod daturum est adquirendum vitam aternam, dispensasti. Et si bene tran- siuisti, lauda Deum, si male vel negligenter lugeas, & sequenti die non differas confiteri. Si aliquid cogitasti, quod non iustitiam, vel fecisti quod tuam conscientiam mordet, non comedas nec bibas, & emordeat, non comedas nec bibas, & emordeat. Istud in fine pono, vt imagineris duas ciuitates. Vnam plenam opum, & vnam pauperum tormentis, quæ est infernus. Ateram, & vnam plenam consolationum, quæ est paradysus. Et ad vnam illarum te currere. Vide quid te possit trahere ad malum, & quid te possit trahere ad bonum. Credo, quod nihil inuenies. Certe si bene seruaueris ea, quæ sunt scripta, spiritus sanctus habitabit in te, & per te docebit te facere omnia, ergo bene serue ista, & nihil negligas. Et lege ea in septimana bis, scilicet in die Mercurij, & in die Sabbati, & vt inueneris te fecisse quod scriptum est, lauda Deum, qui est pius, & misericors in sæcula sæculorum. Amen.

F I N I S

S P E C U L U M

Monachorum.



I quis emendationis vitæ desiderio tactus cogitationum, locutionum, operumque suorum sollicitus explorator, vniuersos excessus suos corrigere nititur, in presentis pagine sequenti lectione, & assidua meditatione (tamquam in speculo) interioris hominis sui faciem contempletur. In primis ergo ex quo surgit ad vigilias, vitæ suæ tempus per momenta singula debet monachus computare, & videre semper, vt bonum faciat, & malum caueat in omni opere suo, & hoc dicat sibi ipsi. Si modo moriturus esses, faceres istud? Ad psalmodiam conturbet, nisi fortassis ad aliquid sublimius rapueris. Sed etiam omnium, quæ ibi dicuntur, usque ad vnam litteram se pro certo nouerit debitorum, vel dicendi in choro suo. Et laudem in alio. Ad interuallū debet stare, & meditationē, vel

quia ad superbia non proferat: ita tamen
 nisi quia fornicari non uerit: sursum corda.
 nat? Oicum tuas s propoeri detrimentū,
 tus sanctus. itas rigoris p'ctini aliquan-
 gor, & vnus a). Pull lectionem est orandū,
 nis dulcedine accedat, non tam quæ-
 quit. Sciam, quam saporem. Est autē scri-
 ti, am sacra p'ctas Iacob: ex quo hauriuntur
 aqua que in oratione funduntur. Nec sem-
 per ad orationem est eundum, sed in ipsa le-
 ctione potest conuolari, & orare. Sacri-
 abribus, sacerdos, tamquam vnus, ex
 sumis, regis in spiritu, & afficit. Si
 minister, quam Angelus Dei, minister. Cū
 alijs eam labore: & consideret non quid
 in, sed propter quid uenit. Cessante ma-
 cur, & in labore, vel orando, vel medita-
 quā, & in ipso labore id ipsum facere
 uentur. Ad mensā nō solu fauces cibū ca-
 piunt, sed etia aures exhauriāt uerbū Dei. Nō
 enim debet totus manducare: sed sic occu-
 patur cor ad uerbū Dei, ut solę fauces sumat
 cibū, aures uerbum: & hoc autem plurimū
 gaudeat si ei uiliora, quā alijs apponitur.
 Nam, & feliciores sunt, qui in parci-
 te iustitiam, & in horis, & gratia, & gē-
 dis pro duobus sibi nouerit supplicandum,
 vel pro peccatis, & quorum eleemosy-
 nis sustentatur. Vt, & si in peccatis, quia
 corpori suo supra necessitatem indulserit.
 Si uocatur ad colloquium, secundum regu-
 lam leniter, & sine risu pauca uerba, & ratio
 nabilia loquatur, & antequam ea proferat,
 bis ad lineam ueniat, quā semel ad lin-
 guam. Si cum seculari loquendum est, tunc
 maxime adhibeat custodiam ori suo: ut ni-
 hil proferat quod nō a iūctē audientē. Sic
 in cunctis se habeat, ut edificet uidentes, &
 nemo dubitet cum uiderit eum uel audierit,
 quin uere sit monachus. Post completorium
 singulis diebus capitulum sibi teneat:
 & cōuocatis cogitationibus suis ponat ratio-
 nem diligenter quid ipso die cogitatione,
 locutione, uel opere deliquerit publice uel
 priuatim, per singulas noctes lectum suū la-
 uans, hoc est singulis peccatis, lacrymis, &
 doloribus purificatus, diligenter de singulis
 computet. In crastino publice de apertis, de
 occultis, & in sacris confessionibus secre-
 tis, ut perfecta sit, uia debet de peccatis
 iacta, ut sit uoluntaria, nuda, & munda. Volun-
 taria est ex proprio liberacione, & pro-
 fito. Nuda, & nude prout gessit confitea-
 tur. Munda, & sine macula, & sine
 macula suum, Munda, ne peccata sui

prædicet sicut Sodoma, sed pura, & simplici
 intentione se accuset. In capitulo qui publi-
 ce offendit, manifeste reuelet tamquā assi-
 stens iudici. In omnibus sic ibi loquatur, res-
 pondeat, uel proclamet, ut sermo eius inte-
 rius, & exterior sit periculus oleo caritatis.
 A. nōmine qualecumque: munus accipiat.

Reminera habeat familiarem. In omni-
 bus fugiat singularitatis, uel admirationis
 notam. Loquēs nihil dicat unde multū eru-
 ditus, multum uel religiosus possit putari.
 Ad interrogata paucis respondeat. Si de scri-
 ptura uel moribus agatur: aurem parat, non
 linguam. Cum loquitur, nō studeat eloquē-
 tiæ: sed sermo eius sit potius rusticanus quā
 urbanus. In omnibus agendis non studeat
 curialis uideri. Salua honestate fugiat om-
 nes homines in potestate positos, maxime
 sæculares. Sectetur communia, orationes,
 labores, lectiones, & ceteras obseruantias,
 in quibus non sit tamquam uirtula Effraim,
 docta diligere tritum, id est ad huiusmo-
 di non consuetudine, sed deuotione traha-
 tur. Orationes, quæ imponuntur primo lo-
 co habeat: nec sibi blandiantur de priuatis
 orationibus suis, (quæ in secundo loco ei
 habendæ sunt) cum in præceptis orationi-
 bus desidiosus fuerit.

Si autem familiaritas interdicitur homi-
 num quanto magis mulierum? Sit facies cō-
 munitatis cum ceteris, intus uero dissimilis: hoc
 non nimia grauitate cōtracta, nec nimia lo-
 cutione dissoluta, sed bona quædam medio-
 critate regatur, ut de sancto Martino legitur:
 Faciem eius non fuscauit mœror: nec leui-
 gavit risus. Erat enim prudentis animæ the-
 saurum suum solite custodientis (more
 Moyse) cornutam uelare faciem, & quodam
 risu, qui tamen modestus sit, interioris glo-
 riam hominis, & mentis grauitatem absco-
 dere. Comparanda est dies instans diei præ-
 teritæ, ut ex eorum collatione suum depre-
 hendere possit monachus, uel profectum,
 uel defectū. In omni actu, uel cogitatu suo
 sibi Deum adesse memoretur, & omne te-
 pus, quo de ipso non cogitat, perdidisse se
 cōputet. Tædio affectus cōponat se medita-
 do supra petram in qua lauantur mortui,
 & cogitet apud se quomodo tractentur: ibi
 sepelied, nunc in tergum, nunc in facie uer-
 santur, quomodo nuset caput, cadant bra-
 chia, rigeant crura, tibie iaceant, quomodo
 iedantur, & consuuntur, quomodo defe-
 rantur huiusmodi.

rumulo: quomodo puluere contegantur: quomodo voratur à vermibus, & quasi sacculus putrefactus consumuntur. Summaque est philosophia, meditatio mortis assidua. Hanc vbiicumque perrexerit secum portet: & in æternum non peccabit. Sit monachus quasi Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia, nec patrem sibi vocet, nec terram. Imò sic se existimet quasi ipse solus, & Deus. Ecce in primis habemus ordinem, & modum viuendi: remedium verò pollicetur assiduitas tenendi capitulum spirituale superius expressum. Semel ad minus in hebdomada confiteatur, vt veniam mereatur de perpetratis, & maior ei detur gratia de vitandis malis. Amen.

QVAMVIS HI QVI
sequuntur sermones, boni, & viles
reperiuntur: quia tamen proculdubio
non a nostro Bernardo editi fuerunt,
idcirco cum suis nitidis operibus, si-
cuti ante hac fuerant, inserferi no-
luimus, sed seorsum imprimendos
vtilius duximus.

SERMO
De Natiuitate Domini.



NON poterit explicari sermo, quem mente concepi. Stupor enim miraculorum opprimit me, & dum omnia replico, omnia complicantur. Quis poterit excogitare diem aduentus eius? Ideo sit elinguis lingua, memoria immemor, insensibilis sensus, insucta nouitate relucunt omnia, & omnia partui virginis obsequuntur. Fiunt mirabilia in caelo sursum, & in terra deorsum, quia vniuersa in nascentis Dei obsequium iurauerunt. Insignuntur conuexa caelorum stella lucentiore, & multo lumine loca flammantia perstringuntur, diffunduntur per quadrifidum orbem radii rutilantiores, & pluralitatem stellarum nouus ignis obtundit. Miratur orbis caelos nouum peperisse splendorem, & inconuertibilem eorum statum, ad signa, & prodigia fuisse conuersum. Vident Chaldaeï in caelis, quòd Balaam reliquit in scripturis. Orietur inquit, & illi ex Iacob, &

confurget homo ex illa. Ineratis attrulit
ra possessio eius. Nascitur in terra, & migra-
& Deus in terra, cuius possit. Sed mul-
ad mare. Preparat se tunc miserico-
cum nouitate munerum. & decebat mi-
matrem, filium nouum, nouum. Non intres
Fons olei de terra eripit, templum quia
quod vocabatur æternum, in omnibus
tis, & vrbis, & obis mirabiliter consumma-
tum, corruptum. Cum enim Romani in victo-
riosa antiquitatis memoria templum sin-
ge, ari schem, te factum decreuerunt, ab om-
ni illa deorum, & Daemoniorum multi-
tudine quantum vsquequo durare posset
tam excellentis operis operola constructio.
Responsum est, donec virgo pareat. Nos nõ
ad impossibilitatem oraculum retor-
tes, templum æternum, solemnem qua-
machinam vocauerunt. Nocte autem cum
è virginali thalamo virgineus flos Mariæ e-
gressus est, ita cecidit, & confractum est il-
lud mirabile, & columnarium opus, vt vix
apparerent vestigia ruinarum. O Bethleem
ciuitas Dei summi: & in te, & suburbij tuis
visa sunt mirabilia hodie. Deum in te au-
vberis, ponitur in natiuitate in cunis,
in natiuitate inuoluitur, & laxatis brachijs, feli-
ces manus, & sancta brachia per cuniarum
partem expandit. Natiuitate virgini, matri
arridet, & blandientes oculos ad Mariam
intorquet. Stat perterrita tantis miraculis
regina caelorum, confert in corde suo salu-
tationem archangeli, conceptionem Dei,
natiuitatem pueri, & miratur quòd ille,
qui aliter potuit ad nos venire, sic voluit
subuenire. Adest, & Ioseph, sed ab vtro-
que remotus, & in excessu mentis miratur,
& mirari satis non potest, qualiter ad tan-
ta dignationis admissus sit arcanum. Adest
multitudo caelestis exercitus vocibus glorio-
sis. Gloria in excelsis Deo auditur. Pasto-
res veniunt, & inueniunt puerum, & puel-
lam, præcedit stella, reges accedunt, ado-
rant filium, matrem venerantur, offerunt
munera, deferunt maiestati, cruciatur He-
rodes, Hierosolyma turbatur, requiruntur
scribae, locus prædicatur, indicitur simulatio,
simulator ad nihilum deducitur, deteguntur
commenta fraudum, Magi per aliam
viam reuertuntur, pax inaudita a saeculo re-
gnat, vniuersus orbis ad cælum describitur,
ruius olei de terra profusa, & in diuitem
venam liquor sanctificatus nulli. Quid
hoc, nisi quia vera pax in terris, &

W. 4. s

quia

vel corporis ne
 vt vadens sibi
 Est autem spi
 si cogat in
 rum relaxat
 & si ad leg
 rat scie
 vt vix
 uere. Euigilat
 pore excutite
 loquimur
 obdormia
 ex illius
 est qual
 videlicet

meritoria de virgine ema
 effusum non in tuum. Spiri
 ptura ipsius vnus fabrica
 vnus non parua suæ pinguedi
 sub hoc capitulo dereli
 quatur vigilijs ita defatiga
 tur somnū ab oculis amo
 tam paulisper & soni to
 de cuius natiuitate
 nostros
 tentiæ se
 mutua
 est dominus
 s religio
 sapientia, eloquentia, vita, & ta
 totā latinatē non immerito de
 Libenter enim illius sarcinas odor
 Sed ad propositū reuertamur. Benignus ille
 spiritus, de cuius secretis fonte cantico
 flumē euadit, in his tribus verbis tria nobis
 requirēda reliquit, videlicet nomen sponsi,
 quare oleo comparatur, quomodo & effun
 datur: quia & nomē tacet, de cōparatione
 de effusione nihil dicit. Primū
 de nomen sponsi vult arbitri
 vo
 cabula sponsi per diuinam scripturam spa
 leguntur, sed duo vobis vniuersa cōple
 ctor. Nullum prō
 fonet aut maiestatis potentiam, aut gratiā
 pietatis. Puer domini, de quo frequentius
 facio mentionem, ad regis cubiculum intro
 ductus, duo quasi sublimiora de ipsius ore
 diuinitatis audiuit: potestas Dei est, inquit,
 & tibi domine misericordia. Sed & ipse sal
 uator propheticæ veritati attestans, ait: Vos
 vocatis me magister & Domine. Dominus
 noster est maiestatis, pietatis magister. Si
 enim piū est præbere escam corpori, multo
 misericordius escam animæ impartiri, quid
 est propriē magistrorum, qui mentes disci
 plinatas sub disciplina rigore coercent. Vi
 deamus quōd horum nominū effundatur,
 vtrum nomen potentie in nomen gratiæ,
 vel nomen pietatis in maiestatis vocabu
 lum. Absit vt misericordia in potentia in
 cludatur, quia miserationes eius super om
 nia opera eius. Certum est ergo, quia pote
 stas Dei in maiorem hodie pietatem effusa
 est. Quia cali distillant à facie Dei, & de
 virgineis membris antiquis dierum exori
 unt. Non est qui secundat à calore isto:
 largior effusio à capite descendit
 quia etiam extremā vestimentū

simbriam largius irrogauit. Tanta est abun
 dantia miserentis, vt non solum sub nomi
 ne effusionis, sed exinanitionis censeatur.
 Exinanuit semetipsum (ait apostolus) for
 mar serui hodierna die accipiens, & cum
 tota multitudine miserationum suarum de
 thamo prosiliit virginali. Non enim ha
 bit dulciorem modum ad redimendū nos
 abyssus illa consiliorum Dei, quia quidquid
 in Diuinitatis thesauro pietatis est inuen
 tum, totum in vtero virginis congestum.
 Non me capio præ lætitia, quōd tāta maie
 stas naturam meam assumens, tantum me
 eleuat, & me miserum in diuinitas gl'orie
 suæ non ad horam, sed in sempiternum in
 cludit. Fit frater meus Dominus meus, &
 timorem Domini, fratris videt affectus.
 Domine Iesu Christe, libenter audio te re
 gnantem in cælis, libentius nascentem in
 terris, libentissime crucem, clauos, & lan
 ceam sustinentem. Hæc siquidem effusio
 rapit affectum meum, & istorum memoria
 incalescit cor meum, viuens, & viuia po
 tionis asperitate purgatum. Viuus est iste
 sermo, & efficax, & penetrabilior omni gla
 dio incipiti, pertingens vsque ad diuio
 nem animæ, & spiritus, compagum quoque
 ac medullarum scrutator. Vnus illorum, qui
 prophetalis chori aut magister, aut inter
 magistros est, sub senaria diuinorum no
 minum partitione, de hac effusione mirabi
 liter quidem, sed subtiliter prophetauit:
 Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis,
 consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæcu
 li, princeps pacis. Erat quidem admirabilis
 Dominus meus inter angelicos ordines au
 diens hymnum gl'orie: suæ admirabilis illi
 mirabili creaturæ, faciens mirabilia in cæ
 lo & in terra, in mari, & in omnibus aby
 ssis. Ego autem in luto fecis, & miserie obuol
 utus, miser & miserabilis omnem spem e
 mergendi perdideram. Ille in gloria, ego in
 miseria, admirabilis ille, miserabilis ego. Sā
 ctum & terribile nomen eius, quod vix au
 diat dignior natura.

Nomen istud clausum, & integrum quo
 modo capere poteram, quando vix angeli
 cus oculus prospicere, nedū perspiciere po
 test? Sed vide effusionem. Ille, qui erat ad
 mirabilis agminibus Angelorum, inclinat
 cælos, & fit consiliarius hominum. Maie
 statum nomen, in pietatum effunditur:
 & qui mirabilis est in cælis, consilium venit
 in terris.

Ps. 61. c

Io. 13. a

Ps. 144.

Phil. 2. a

F

Heb. 4. c

Isai. 9. b

vesti

uestimentis. Et ad lutum ubi iacebam incli-
 natur, non mergitur, & si audeo dicere, infu-
 xus sum in limo profundis: operi manuum
 suarum porciuit dexteram de profundis
 aquarum extrahit, extractum abluuit, ablu-
 tum induit, indutum reportat, reportatum con-
 firmat. Porrigit dexteram cum nascitur,
 cum loquitur extrahit, abluuit cum moritur,
 induit cum resurgit, cum ascendit reportat,
 confirmat cum Spiritum sanctum emittit de
 caelis. Bonus quidem consiliarius, qui consi-
 lium quod voce dederit, & morte defendit.
 Erat enim docens (ait euangelista) sicut po-
 testatem habes, non sicut scribae, & pharisai-
 corum. Deus fortis, nomina sunt potesta-
 tis, sed Deus effunditur in patre futuri secu-
 li, fortis in principem pacis. Breuiter curo,
 quia & fatigatis & sciētibus legem loquor.
 Quid tibi mussitabūde Lucifer in tanta de-
 fluxione, & effusione? Clausum est tibi to-
 tum itinerarium Dei, & malignans oculus
 tuus hic nimium caligauit. Sed & Dominus
 meus admirabilis fuit in natiuitate, consi-
 liarius fuit in predicatione, Deus in mira-
 culogū coruscatione, fortis in passione, Pa-
 ter futuri saeculi in resurrectione, princeps
 pacis in illa aeterna beatitudine. Non terrea-
 mini nouitate verborū, quia nihil nouū in-
 troducitur. Sic & olim nomina commutata
 & effusa sunt: Abram in Abraham, Sarai in
 Gen. 17. Saram, & si quas alias immutationes in illa
 veteri officina vos legisse recolitis. Sed &
 ab ipsis penē mundi principijs, in arca no-
 quodam scripturarum loco diuini nominis ef-
 fusionē inuenisse me recole. Loquitur do-
 minus ad Moysen de liberatione israelis,
 & post multam Dei & Moysi corubatione,
 propheta subtiliter inquit nomen eius.
 Et Dominus dicit: Ego sum qui sum hoc est
 Exo. 3. nomen meum in aeternum. Hec dicit filijs
 Israel. Qui est, misit me ad vos. Perierunt
 Moyses inextricabili, & domate vocabuli-
 ac si diceret, hoc excedit intellectū meum,
 non possum capere nisi effundatur, audiat
 ad maiestatem: Ego sum Deus Abraham, Deus
 Isaac, & Deus Iacob. Vides effusionem. Ecce
 Deus angelorum vocat se Deum homi-
 num. Curramus ergo fratres in odore va-
 guentorum istorum, curramus ad oleum de
 olina speciosa in campis expressum, nulla
 insectū amurca, nulla substantiam amari-
 tudine. Oleum quod exhiberat tacite homi-
 ni quod sanat vulnera, dolorem tollit, et
 dicitur quod non nocet, sed sanat. Quis noster

nobis à latrone petim
 vinū & oleum ad purgan-
 dum vulneris magnitudinē
 tum olei, partem vini. Mu-
 dia, iustitiae parum. Sic qui-
 ferantem, sic misero expedie-
 in iudicium cum seruo tuo (sit illi
 non iustificabitur in conspectu tuo
 iures, sed coram me in misericordia, & in-
 ferationibus. Veniens quare hodie quin-
 que vasa attulit olei non nisi o
 rit, enim sancti. Allectus insillij, scie-
 tie, p... korina dulces, in sonat. I
 misericordiam tsagrat, & eructat
 Foritudo & timor vniū sunt, hoc vi-
 no potatus est potens ille, cum Ch...
 spiritu fortitudinis descendit ad inf...
 timidus, sed timendus. Videamus nunc
 re oleo comparatur. Oleum (si vos melius
 non habetis) lucet, pascit, & vngit. Idem fa-
 cit Christi nomen, & per omnia consonat
 comparationi. Lucet praxidantem, pascit re-
 cogitatum, innotuit lenit, & vngit. Vide
 si non praclara luminaria hūmē nominis
 huius super eloquentiae candelae por-
 taui, aut, in...
 teri orbi terrā, si non in splēdore fulguris
 huius commota est, &...
 no...
 claudo princeps apostolorum. Nonne qua-
 si fulgor exiit ab ore Petri, cum nomina-
 tum est nomen quod os domini nomina-
 uit? Et statim, inquit, consolidatae sunt ba-
 ses eius, & planta: Vocabulū Iesu sicut Ori-
 genis lingua nobilior distinxit, dulce &
 gloriosum omni odoratu, cultuque dignissi-
 mum, quod non prius ab hominibus decuit
 efferi in mundum, sed à quadam sublimiori
 excellentiori; natura. Omnes quippe pro-
 phetae nomen illud aut nescierunt, aut pe-
 nitus tacerunt, & reuerata est praeroga-
 ua dignitas Archangelo Gabrieli, qui sancto
 ore sanctae Virgini illud primū euoluit. Nō-
 ne Isaias in excessu mentis captus, verbis
 archagelici eiusdem penē syllabis consentit
 vsque ad sancti nominis partem? Pascit
 reuera, nec est felicitis passio in loco pa-
 scaua ubi nos Dominus collocauit. Quod
 aequē mentem cogitatis in pinguis Nomen
 Iesu mel in ore, in aure, in melos, in corde
 bilis. Omnis cibus, qui non collitur h...
 le, infamatus est, &...
 interstina oleo sanant de...
 est. Olet nubi Iulius dicit...
 cebant

G
Mar. 1. c

Gen. 17.

H

Exo. 3. a

Zac. 12.

Pf. 76. d

Ab. 3. a

Ibidem

Isai. 7. a

dicbatur. Vir & Syrenus vsq; ad exitu
 tiu dulces, mē incātauerāt intellectū. Lex,
 propheta, euangelium, epistolæ, & omnis
 gloria sententiarum Domini mei, & sermo
 eius, & parua videbantur, aut nulla.
 Nescio modo quid dulcius mihi immurmura
 rat filius Iesse, qui vtrio sermonum, & sen
 tentiarum concentu omnes illos, quos dili
 gere cōsueuerat, ineliquentes reddidit, & muta
 tos. Lenit & mitigat, quia nihil sic recreat in
 tribulatione. Denique & profare licet: In
 uoca me, inquit, in tribulatione, erua a te,
 & honorificabis me. Hoc est, inquit, hoc est
 oleum, hoc est, fufio. Amen dico vobis,
 nō dicit hic lecythus olei nec minuetur,
 ut pluiam voluntariam, quæ segregata
 est hereditati eius, diffusus in illud, do
 nec faciat cælū nouum, & terram nouā, quia
 misericordia eius ab æterno vsq; in æternū
 super timentes eum. Sed iam surgamus &
 præparemus nos ad solemniore missæ iubi
 lationem, nec cordibus parentis, nec voci
 bus, ad honorem pueri, qui natus est nobis,
 & est Deus in sæcula benedictus. Amen.

L

Sermo vnde supra.

EXultate fratres in Domino, quia
 de Domina matris sermo succedit, que
 singularem in cordibus vestris vē
 dicat principatum, quæ est ad cui
 us nomen humiliter inclinatis, cuius horis
 reuerenter assistitis, cuius memoriam iu
 giter frequentatis. Hæc est quæ veitris af
 fectibus suauiter indulcescit, quia magna
 multitudo dulcedinis eius. Spiritus enim
 eius super mel dulcis, in quam dulcis do
 minus cum omni sua dulcedine superuenit.
 Cum enim fecerit Deus omnia opera sua
 valde bona, hic melius fecit, consecrans in
 ea sibi reclinatorium aureum, vt post tu
 multus angelorum, & hominum, & reclina
 ret, & requiem inueniret. Hoc est, quod na
 tura miratur, reueretur angelus, veretur
 homo, stupet cælum, contremiscit terra, in
 fernus exhorret. In huius vtero maiestas
 altissimi mirabiliter liquefacta, sicut ad ipe
 & pinguedine repleuit terras, infudit cæl
 os, inferna respersit. Hic exinaniuit semet
 ipsum, excelsus, & immensus, mensuram bon
 nam & cōfertam, & cogitatam mittens in
 finem vestrum. Hæc diuinis manibus vn
 so oleo lactis, & sicut altare in signum
 consecratus. De altari hoc ad arā

crucis ascendens, proprio cruore tamquam
 alterius generis oleo perfusus, iam non cō
 secratus, sed consecrans, totum corpus ma
 chine mundialis largiore liquamine conse
 crauit. Fatiscat ergo mœror, tristitia fu
 giat, eliminetur dolor, rancor abscedat, vt
 liceat vacare, & videre cum Moyse visionē
 hanc grandem, qualiter Deus in hoc ventre
 concipiatur, decipiatur Diabolus, recipia
 tur perditum, indebitum accipiatur. Totum
 me trahit affectio, sed oratio deficit. Diues
 cogitatio, vocis paupertate confunditur.
 Feruent interiora, & in vndosam ebulliunt
 altitudinem, sed frigiditas linguæ cumulos
 refrigerat exundantes. Quid est o beatissi
 ma? Numquid ita sensu tacipurnus obdor
 miam, vt ibi mutus sim, vbi omnis loqui
 tur creatura? Verumtamen non tacebo, &
 non quiescam, donec egrediat ut splen
 dor vultus tuus, & sermo de te conceptus, si
 non vt lapsus, saltem vt scintilla accendatur.
 Mouet, fateor, quod disponente Deo pec
 cant rationales creaturæ, & multis annorū
 millibus tam cælestia, quàm terrestria in
 cassum stare videntur, semirutis illis, istis
 iuuis. Stat illa magna ciuitas, ciuium suo
 rum numerositate fraudata, & à stellanti
 bus palatijs multiplex habitantium multi
 tudo propellitur. Obscurantur stellarum
 ignes, (solem loquor, & Lunam, & Stellam) &
 multa sui luminis claritate mulcantur.
 Terra maledicatur, cum damnatur homi
 nū successio: & omnis creatura, iuxta Apo
 stolam, parturit, & ingemiscit. Tacet Deus
 omnipotens, & ordinans eius omnipoten
 tiam tantā dissimulat confusionem. Tandē
 nascitur Maria, & ad nubiles annos egre
 diens, speciem induit speciosam, quæ ipsum
 alliciat Deum, & diuinitatis oculos in se
 conuertat. Vide quid inde dicat ille non mi
 nimus explorator secretorū, Dei. Audi, in
 quit, filia & vide, & inclina aurem tuam, &
 obliuiscere populum tuum, & domū patris
 tui, & concupiscent rex decorem tuum, quon
 iam ipse est Dominus Deus tuus. Germinat
 igitur virga Iesse de tortuosa radice ge
 neris humani, & Patriarcharū arbore, & in
 altitudine, & restitudine erumpens omnē
 ignorat nodositatē filiorū, tenebras nescit,
 fructifera quæq; nō habet. Videt & ardet il
 le vehemens amator, & totū epithalamium
 in eius laudibus decātat, vbi manifeste spon
 sus inducitur spirās amorē sincerissimum,
 nec vltra cogens dissimulate quorū patitur.

M

Gen. 3. 8
Rom. 8. d

Ps. 44. 8

A

Euoca

Isa 16. a

Euocatur statim caelestis ille conuentus, & iuxta prophetam, inuit Deus consilium, cogit concilium, facit sermonem cum angelis de restitutione eorum, & de redemptione hominum, de elementorum renouatione. Illis stupentibus, & mirantibus praegaudia quaeritur modus redemptionis, & statim de thesauro diuinitatis, Mariae nomen euoluitur per ipsam, & in ipsa, & de ipsa, & est ipsa totum hoc faciendum decernitur: ut sicut sine illo nihil est factum, ita sine illa nihil relictum sit. Traditur epistola Gabrieli, in qua saluatio virginis, incarnatio redemptoris, plenitudo gratiae, gloriae magnitudo, multitudo laetitiae continetur. Nullus ergo Angelus Gabriel à Deo etiam antequam ad Virgine[m] perueniret, inuenit Deum virginis illapsum uisceribus, & maiestatem Dei uirginis uentris breuitate conclusam. O uenter diffusior caelis, terrisque amplior, capax elementis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo deus gloriae reclinatur. Denique Archangelus non ait: Aue Maria replenda, sed plena. Non Dominus ueniet in te, sed Dominus tecum: quia inde totam eam sibi rapuerat Spiritus sanctus, & caelestibus insignierat ornamentis. Iam cõferta erat in loco uoluptatis: de quo fons ille debebat ascendere qui uniuersam terrae superficiem irrigaret. Satis hucusque sparsimus uerba, & uolaticis sermonibus diuersa praefeminauimus: nunc insistamus hic, si forte aliquod dignum elicere ualeamus. Fluuus (ait Scriptura) egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandam uniuersam superficiem terrae, quia inde diuiditur in quattuor capita. Fluuus iste est dominus meus Iesus, qui de duobus locis uoluptatis egreditur: ex utero patris, & ex utero uirginis. Vnde propheta: Dominus Deus noster fluuius gloriosus, exiens in terram sitientem. Sed ineffabilibus differentijs longe aliter à Patre, quam à matre egreditur, quia etiam haec temporalis natiuitas gloriosa est, multo gloriosior est aeterna. Hortantibus uobis, de utraque generatione uolo aperire quod sentio: non quod aliquid exponere praesumam, cum hoc ultra omnium vires, quanto magis ultra meas sit, & extremae demerentiae sit uelle tari ineffabilia, maxime hominem imperitum? Non enim oblitus sum Salomonem dicentem: Sicut qui nimium comedit mel, euomit illud: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. De utraque enim per prophetam dici uolo, uenerabilis est, qui uis

Lac. 1. c

B
Ibidem

Gen. 2. b

Primer
21. 1

Isa. 13. 1

enarrabit? Quia & Pater ineffabilis, & inaccessibleis est, ac nulli potuit creaturae. Hoc sensu etiam apostolum dixisse de Deo qui solus habita iuce inaccessiblei, cui etiam superiores naturae tanto reuerentur, non intuitur, ut nec possint intrinsece in se claritatis abyssum. Ipse etiam Filius protelatus. Nemo nouit Filium nisi Pater, neque Pater, quis nouit nisi Filius, & qui uoluerit Filium reuelare. Nec tamen auctorem sicut capere potest curantia de quibus reuelatur. Vnde etiam subleuatis aeternis, qui uoluerit ad terram, dicit: Ego me non apertum reuelasse. Verissima ergo distinctio est, quae iam gignentis, & genitae generationis, nullus omnino penetrat intelletus.

1. Ti. 6. 0

Phil. 3. e

Hac etiam de Matre, omni humanae creaturae reor inextricabilem, & nescio ut uab illa excellentiori natura ualeat comprehendendi. Quis enim comprehendat unitione[m] carnis & uerbi, qualiter Deus, & homo in uia personam conueniat, saluis imperpetuatisque proprietatibus naturarum? Vnde in uia in suo seculo abdat, ego... sententiam fuere egredi credo, ueterum uero uestigijs inhaerens, qui super hanc sanas & inconcusas sententias reliquerunt. Pater namque igitur generationem recurrentes, locum uoluptatis patrem esse cõfemus, quauis Deus illocalis sit: sed efficientias reru[m], nisi per uulgatos sermones explicare non possumus. In ipso autem omne uoluptatem esse intelligit qui legit Apostolum dicentem, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et alium ex illo duodeno apice similiter eructatem. Omne datum optimu[m], & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum. Ipse etiam Filius dicit: Hae est uita aeterna, ut cognoscatur sololum uerum Deum. Cognitio igitur Patris uita aeterna est, & ubi uita aeterna, ibi sempiterna uoluptas. Egreditur ergo fluuius de loco uoluptatis, quia gignitur de utero Patris Deus de Deo, lumen de lumine, de Domino Dominus. Egreditur autem identitate, quia idem est de patre, idem deo secundum substantiam, non secundum personam. Egreditur, & aequalitate, quia pater omnipotens non est cum omnia, quae possit Pater, possit haec, & inhaerens sicut ipse testatur, Omnia, quae facit Pater, facit & Filius, nec potest Filius facere quicquam nisi quod uiderit Pater facere. Egreditur & aeternitate, quia beatus ge...

Ro. 11. d

Iac. 1. 6,

10. 17. 0

10. 13. 1

lumen

tamē est posterior generatō, sed ambo vni⁹ antiquitatis sunt: si tamen vocabuli nouitate nō exhorretis, quod licet quoquo modo significet, quæ dicuntur, longē tamē est à sententiæ maiestate. Egreditur similitudine, quia similis est Patri Patris imago, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Egreditur æternitate, quia alius est ab alio, alius dico non aliud. Ego, inquit, & pater nū sumus. Vnum dixit, non vnum, quia vnum significat substantiæ vnitatem, vnum verò personarū proprietate. Sic igitur & longē excellentiori modo de Patre Filius egredere inudat angelicas stationes, quia iuxta Salomonē, frōs sapientiæ verbū Dei in excelsis. Citharæus puer de hoc fonte pleno ventre potauerat, cum diceret: Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Apud te, inquit, est fons vitæ, quia tu solū vita, sed & Filius tuus fons vitæ est. Et vt patēter quod sētiebat ostēderet, subiūxit: In lumine tuo videbimus lumen, scilicet irrigandam vniuersam superficiem terræ. Quænam terra est in illa cælōrum summitate reposita, quam superfluis & irriget fluuius gloriosus? Regnū cælorum, terra viuentium est. Vnde: Credo videre bonos domini in terra viuētium; Item: Placebo domino in regione viuorum. Irrigatio hæc indigentiis est. Inebriantur quippe angeli ab vberitate donus Dei, & torrente voluptatis eius potantur. Hic quid dicam nescio, quia plurimus stupor sensum opprimat assurgenti. Vbi sunt oratorij sermones, quos in fornace rhetorica omnis ille philosophorū constauit chorus? Vbi sunt gigantes à seculo nominati, qui ab initio fuerunt magni statura, scientes bellum, languentes circa pugnas verborum? Numquid non maximus ille gigas (Platonē loquor) ab intellectu tam purissimæ veritatis repulsus est? Nōne acerrimo mentis ingenio tangens, sed non attingens diuinitatem Dei: dicit: Vnum inueni, quod cuncta operetur, & aliud, per quod cuncta efficiuntur, tertium autem non potui inuenire? Recte de spiritu sancto inscius, qui illi non erat infusus, qui sanctarum reuelationum magister, est qui reuelauit Paulo, quæ oculis non vidit, sicut idē apostolus gloriatur: Nobis, inquit, reuelauit Deus. Per quid apostolus? Per spiritum sanctū, non per spiritum nostrum, per quem sicut philosophi inducti sunt, ita & se autem erunt ille nouiter philosophus, qui super senes, & per omnes docētes se intellexit,

quid super hoc senserit audiamus: Rigans mōtes, inquit, de superioribus suis. De sublimioribus quippe angelis, qui nō per speculū in ænigmatibus, sed facie ad faciem ipsam Dei substantiam luminibus indefessis aspiciunt. Sequitur: Qui inde diuiditur in quatuor capita. In quæ quatuor capita? Dicamus breuiter, quia grandis nobis restat via. In admirationem. Nam de fragilitate complexionis humanæ, de torrente voluptatis bibens tota obstupet illa dignior creatura de creatoris gloria, & gloriæ ratione. In puritate, quia nō in vase testeo sed remoto velamine hauriunt aquas in gaudio de fontibus saluatoris. In satietate, quia etsi desiderant in eum prospicere, nō tamen desiderii necessitatem, vel necessitas miseriam inducit, sed mirabili modo, & semper desiderant vt semper fatientur, & semper satiantur, vt semper desiderent. In securitatem, quia de sua stabilitate certi, perennis gaudijs immerguntur, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, quādo fiet vniouile, & vnus pastor, & superna illa Hierusalem consummabitur in idipsum. Sic infuit fluuius iste per angelicas officinas. Sed hæc omnia fides capit, nescit ratio, intellectus ignorat humanus. Hæc sunt fontalis illa quattuor quæ vas electionis felici quaternario in epistola ad Hebræos vidit, dicens: Non accessistis, inquit, ad montem fumantem, sed ad montem Sion, ad Hierusalem ciuitatem Dei viuētis, ad multorum millium angelorum frequentiam, ad Ecclesiam primitiuorū adscriptam in cælis. Nunc accingamus nos ad videndum qualiter egrediatur de virgine: quia egressio ista dulcior & affectuosior est humanæ miseriam, quæ intuentium pectora concutit, & irrorat oculos, & beatis fontibus vultus amantium perfundit. Hic locum voluptatis vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum Dominus, de cuius delicijs Spiritus sanctus admiratorio sermone in amoris cætico eructat: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens? Numquid in angelis voluptatē habet altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Numquid in constellatione, vel scintillatione stellarum quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadūt de cælo, aliæ in tenebras obscurantur? Numquid in aere, vel igne, vel ventis? Nequaquam in igne Dominus, nō in cōmōtione domus: non in spiritu domus.

Idē. 10 f

Ecccl. 1 a

Pf. 35. c

E Ibidem.

Pf. 26. d

Pf. 117. b

Platonis dictum.

1. Cor. 2. c

F Pf. 117. b

Pf. 103. b
Gē. 2. b

Ad Ti. 2. d
Io. 10. d

Heb. 12. G

Cant. 8. 5
Iob 4. 6

Apo. 6. d

4. Reg. 1. 2. b

vetus est ille, qui in curru igneo, & equis igneis est assumptus in cælum, Numquid in aquis vbi furens, & tortuosus Leuiathan immoratur, aut in terra, quæ sub maledicto

Gen. 3. c

Adæ spinas emittit, & tribulos? Non est locus vobis nisi vterus virginis. Ex hac egreditur humanitas, quia vestitus cunctio nostræ mortalitatis, visibilibus humanis oculis apparuit. De virgine virginitate libro autem generationis lineâ faciens diuinitatis, humanum innexuit, quæ carne operuit

H

Gen. 2. d

Gen. 4. a

virginali, vt draco inagnus illectus ad carnem, ferrum diuini numinis subsentiret. Egreditur & cum nouitate: quia numquam sic natus est homo sicut nascitur. Primus. n. homo primo de terra formatur, secundo mulier ex eius latere fabricatur, tertio Cain consuetudinario nascendi ordine gignitur ab vtroque. Solus iste de sola virgine nascitur & virginis vteru nouo, & singulari partu diuinitas humana sigillat. Vbi nunc Aristotele licet subtilitatis facienda quidem, sed in facienda loquacitas si peperit, cum viro concubuit? Velit nolit vertitur in habitum priuatiu, nec astringitur dialecticis terminis: omnium terminator, ad cuius imperium perit natura, dissiuescit consuetudo. Egreditur etiam cum claritate. Nascente quippe illo sepelitur omnis illa stellantium luminum luminosa serenitas, & stella candidior lucidioribus radijs præscintillans totam sibi cæli rapit portionem. Ambulat reges in splendore ortus eius, quoniam ecce reges congregati sunt conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic Deum, & hominem nascentem, matrem & virginem parientem, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos in tantorum luce miraculorum. Egreditur & cum paupertate: quia in pannis viliissimis reclinatus, iam ex tunc sanctissimis membris legem martirij præstebat. Egreditur occulte: quia subtilissimus ille fraudum inuestigator, tantæ ab altitudine dignationis exclusiditur. Hinc est, quod ambiguis alternationibus fatigatus, illi tætar, nunc tentatū filium appellat altissimi, nunc instruit crucem, nunc destruit, mandans per mulierem (consuetum sibi organum) Nihil tibi & iusto illi. Sequitur: Ad irrigandam vniuersam superficiem terræ, id est ad terrenam miseriam expiandam, quâ nobis in hereditatem primus ille peccator reliquerat. Volo vt apostolus hic cum mihi sicut & superius in quatuor capita distributa quæ secu-

rius eius expositionem suscipio. Qui factus est nobis, inquit, sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio. Ad nos quippe veniens, qui eramus in carcere, primo omnium tenebris ignorantie nostræ depulit luce sapientie suæ: demum per iustitiam, quæ ex fide est, soluit funes peccatorum nostrorum, sanctificans nos in suo corpore, redimes in corporis passionibus. Dominus. n. soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, sanctificat tabernaculum, de manu redimit inimici. Diuisor & in patientiam, quia peccatores sustinet, in misericordiam, quia peccatores fouet, in largitatem, quia proficientes exaltat, in fortitudinem, quia perficientes conseruat. De hoc secundo quaternario toto hoc aduentu vestræ fraternitati cõfabulatus sum, per fluminum deursionem, & nominum interpretationem, moralia mysticis internectens, vtrum aliquid digne, vos videritis. Verum non omnia possumus præsentis sermone coarctare, fastidium euitantes. Habeo ego quatuor capita dulciora prioribus, quæ fortassis vestris cordibus dulcius complacuerunt. Dominus. n. vester de natus in cruce, largissimas sanguinis vndas a quatuor partibus sui corporis abundantius emanauit. Spinis enim pungentibus sanctissimum caput inuacruice tenuissimum, & claus pedes & manus, & lancea latus eius transfuerberante, preciosus sanguis emanauit, cuius aspersione index transit in patrem, iratus in matrem, in misericordiam virga captiuitas in coronam. Christus ergo fons latens, & occultus in cælis, fons patens, & apertus in terris: illic de vtero patris, hic egreditur de vtero virginis. Illic viuens terram irrigat viuentium, hic moriens terram mouentium. Illic diuiditur in quaternarium admirabile hic in dulcem. Dulcis dominus, dulcis domina, quia ille dominus meus, misericordia mea, hæc domina mea, misericordie porta. Ducat nos mater ad filium, filius ad patrem, sponsa ad sponsum, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

1. Cor.
1. d
Ps. 145.
Ps. 45. a
Ps. 105.
b

Ps. 47. a

Matth.

I

Matth.

27. b

Sermo tertius de natiuitate Domini.

Tandem de mari ad portum, de promisso ad præmium, de labore ad requiem, de desperatione ad spem, de vita ad patriam peruenimus. Scripserat liquidem nobis frequentibus epistolis calamus scribæ velociter uentis. Expecta, reexpecta: sed nos quod lubium.

Ps. 138.

subiungitur dicere poteramus, modicum
 ibi, & modicum ibi. Præcurrerant cursores
 promissione diuites, sed exhibitione pau-
 perissimi. Dicebat alius. Virilitate age, & con-
 fortetur cor tuum, & sustine dominum. al-
 ter vero: Si moram fecerit, expecta eum,
 quia veniens veniet. Pari consilio exierant
 de sanctuario Dei, nihil secum nisi promissio-
 nem multitudinem reportantes. Vnde
 & citharista noster iam dormitauerat præ-
 tædio, & in ipsum Deum tacitis oblocutio-
 nibus totâ culpâ modis flebilibus intorque-
 bat. Tu vero, inquit, repulisti, & despexisti,
 distulisti Christum tuum. De flebili
 quoque ad imperatium cōuersus est, ex-
 grante impatientia que impudentiæ, & frō-
 tostati, mater est. Qui sedes super cheru-
 bin manifestare. Et quid tam diu domina-
 trix sedens in cathedra circumvallatibus, &
 vallantibus angelis, non respicis super filios
 hominum quos absorbit, & absorbit iniquitas,
 per A. lam quidem commissa, sed à te
 permissa? Memorare quæ mea sit substantia,
 quia tuæ substantiæ similitudinē fabricata,
 quia et si omnis homo, tuens vanitas est,
 in imagine tamen tua pertransiens, vanitas
 esse non potest. Numquid ita vane cōstitui-
 stis omnes filios hominū, de quibus dicit:
 Deliciæ meæ esse cum filiis hominum, vt eos
 verteret, & diuerteret à te malignus ille de-
 ceptor, quid decipere nisi te permittere non
 potuit? Inclina cælos tuos, & descende, & il-
 los misericordes oculos miseris in hæc peccan-
 tibus, vt saltem non in perpetuum obliuiscaris
 nostri. Hæc quidē iste, sed gemitibus
 & ærumnis intortus, tantæ præsumptionis
 sententiam abiurabat. Dixi, inquit, custo-
 diam vias meas, vt non delinquam in lingua
 mea. Sed & ille vir nobilis, & profundus ter-
 monis, & banitate perlucidus, affectuosis ex-
 cessibus incalescens: Propter Sion, inquit,
 non tacebo, & propter Hierusalē non quies-
 cam, &c. Vtinam, ait, dirumperes cælos, &
 descenderes, & alia multa, quæ fastidiosa
 prolixitas vetat inferere. Hic etiam in oro-
 toris gratiæ longinquitate suspensus, & ni-
 mietate doloris excedens, impatienter oblat-
 rat, dicens. Ecce gentes quasi non sint sic
 sunt coram eo, quasi nihilum, & inane repu-
 taræ sunt ei. Hieremias quoque in vocem
 gratulabundæ laudis aduerbio demonstran-
 di prorumpens. Ecce inquit, faciet dominus
 notum super terram, mulier circumdabit vi-
 rum. Sed tamen repentinæ submersiois la-

crymis edoceret, vt prius lamentum Chri-
 sti suscipiens quam aduentum conticebat.
 Danieli dicitur: Visio est in dies, & in tem-
 pora longa. Et Ezechiel tantis calliginibus
 inuoluitur, vt vix dignosci possit vnde ve-
 niat, aut quo vadat. Deniq; omnis ille pro-
 phetalis conuentus longa tardantis gratiæ
 morositate peractus, nunc rogando, nunc
 conquerendo, variat orationem, & plerum-
 que sermonibus exhortatiuis indignatorios
 intermiscet. Nos quoq; satis eos audiuimus,
 & nobis in fastidium releguntur. Iam fugit
 Moyses, impeditoris liquidē linguæ factus
 est nobis. Isaïæ labia immunda sunt. Hic
 remias nescit loqui, quia puer est. Ezechiel
 polluto pane velicitur. Osee fornicariam, &
 adulteram ducit vxorem. Daniel post visio-
 nem grauitur infirmatur. Omnes prophe-
 tæ elingues sunt, & muti, iam latari, & exul-
 tare non possumus, nisi osculetur nos oscu-
 lo oris sui. Auditi, & exauditi estis: adest
 benignitas, & humanitas saluatoris nostri
 Dei, que vel differri nō patiatur amplius amo-
 rem languentium. Quid enim audistis?
 Sanctificamini in crastinum filij Israel, & es-
 tote parati: quia die crastino descendit Do-
 minus. Residuum diei huius, & superueni-
 turæ noctis vix meditanda progressio, diri-
 mit nos à vultu gloriæ, à puero Deo, à puer-
 peno singulari. Currite celeriter, & rapi-
 diore passu conficite metas vestras, vt liceat
 videre filium Dei vagientem in cunis, & Sal-
 uatoris natiuitati qualiacūq; obsequia præ-
 parate. Credo vos esse filios Israel, sanctifi-
 catos ab omni inquinamento carnis, & spi-
 ritus, præparatos ad diem crastina sacramen-
 ta sollicita deuotione, & deuota sollicitudine
 suscipienda. Quid, n. aliud his sacris diebus
 aduentui eius adicatis, egistis? Vidi ego
 senes, senectutis oblitos affare sacris iuueni-
 li alacritate vigilijs, & iuuenes iuuentute
 sepulta teni grauitate reuerentiæ diuinitatis
 assistere. Pæna erant subsidia concinenti-
 bus, & contenta parili voces in sublimi-
 bus resonabant, vt felici inuidia iuas-
 se eos crearem iubilare Deo in voce exulta-
 tionis. Psalteria erant præmanibus, salmi in
 labijs, in corde deuotio, somnium animi
 indicabat huiusmodi vultus, discursio cor-
 poris, operis sollicitudo. Inspexi sacerdotes
 vigilatibus oculis primos dies artus subtili-
 ter indagare, sacramentalibus indui vesti-
 mentis, introire ad altare Dei, ad sacrifican-
 dum coram, & sanguine redemptoris. Vidi

Dan. 8. g
Eze. 1. 2. 6

Exo. 4. b
Isa. 6. b
Hic. 1. b
Eze. 4. c
A
Osee. 1. a
Dan. 8. c
Iosue. 7. e

B

Hierem
31. d

ad altare

assisterium turbam ministeriali deuotione nunc flectere genua, nunc osculari inanus, & ad imperantium nutū nutu citius obedire. Sed & pueros aspexi, qui nesciūt quid sit inter dexteram, & sinistram, sibi ad inuicem psalteria inuidere, & reportare ad lectulos suos, furari somnum ab oculis suis, & in lectulo suo per noctes quærere quem diligebat anima eorum: quod licet contra cōsuetudinem presumptum sit, non tamen cōtra deuotionem. Fateor, inter hæc omnia cogitabā. Castra Dei sunt hæc, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta celi. Vellem nollem vestra deuotione trahebar, & vobis negociantibus ociari non poteram. Sequebar vos, sed à longe, vel aberrans à via, vel claudicans à femitis meis, lugens, & contristatus, quia non poteram æquare currentes.

Nouit ille vnus, cum quo vno vnum cœpi esse in domino, quā frequentibus quærelis impleuerim aures eius, quod vos in meridie essetis cum sponsa, & ego cū sponsa in vespertino frigore commorarer. Eia fratres si aliquid adhuc desuus humor de flumine mortalitatis huius vestras circumrorat affectiones, tergite, & tegite illum niueo confessionis amictu, & calceate vos in preparationem euangelij pacis, vt sitis, de quibus dicit sanctus. In flumine pertransibunt pede.

C.3. Quid autem per hæc? Ibi lætabimur in ipso;

Is. 11. d. De flumine hoc, immo de fluminibus istis Isaias propheta in nocturnis lectionibus largius disputauit. Percutiet, inquit, Dominus fluiuium Aegypti in septem riuus, ita vt trāseant per eum calceati. Volo de fluiuo, & riuus eius paulisper confabulari vobiscū, quomodo, & qualiter percussus, quid sit per eum transire calceato. Aegypto figuraliter exprimi mundum istum, diuinitus eloquiorum scrutatores affirmant, qui positus est in maligno, qui tenebris, & confusionibus est repletus. Flumen fluxus humani generis est, qui de primis parentibus infelici vena prorumpens in impetuosum erumpēs torrentem, per totam mundi latitudinem instagnauit, qui in septem torrentibus deriuatur valles, & campetria, profunda voragine superferdit, ipsis quoque montium cacuminibus eandē refusionem intētans, ynde vnus de altioribus clamat. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me, & intrauerunt aures vsque ad animam meam. Primus huius fluminis riuus est cogitatio mala. Riuus exundans, & qui nullis obicibus repellatur

Ps. 17. a.

habet frequentiam fluiuiorum fenestras corporeorum sensuū: qui ei de mundanis cataiectis mortiferos imbres infusos admittunt. Occulant aspectui mētis quod vidit & audiuit, quod odorauit, & gustauit, quod palpauit, & tetigit. Et plerumque quod simplici oculo aspeximus, versipellis contortor in offendiculum, retorquet ac cōadalum, fingit similitudines, imagines pingit, colores aptat, & in thalamo mentis vniuersis conuoluit, si forte cōfessum eliciat, & affectū inficiat. Offert horribilia de diuinitate, terribilia de hęc, mirabilia de fidei institutione, & in alucolo mētis veneniferas ingerit potiones, quas in cōfessione euomere peccator oneratus exhorret. Venit in oratoriū, dormitoriū occupat, in fidei refectorio, circum claustrū, reuisit officinas, nullā prætēmittit artē nocēdi, sed vbilibet suæ calliditatis assignat argutias. Et in choro quiddam inter orandū, & plallendū mentem pertrahit in diuersa, prætēritorum rememoratione puritatem, intellectus inuellens. In choro vero multiforme libidinis sensus euoluit, insidians sollicitudini vestra, & telis fortioribus oppugnās vos, vti nam non expugnet: pugnet, non vulneret. In refectorio autem gulam allicit ad videndum, quæ perferuntur, & ingenti auditate onerat distēctum ventrē, vt maiore opera ad egerendū egeat, quā ad ingerēdum. In claustrū libros reuellit a māsibus, memoriā referat scripturarū, & nunc de isto ad illum, nunc de illo ad istum cum signis, & scurrilitate transuerit. Per officinarū multitudinē te facit excurrere, & vagabūdo se comitem facit, donec taciturnitatis ossium, aut aperiat, aut confringat. Quid plura? In choro deuotionem, in choro castitatem, in refectorio parcitatem, in claustrū lectionē, in officinis silentij virtutem, virtutis inimicus extirpat. Nec sufficit in vigilando subtilibus spiculis cordis terrebrare vitalia, sed dormiendo singulari se versat, & reuersat astutia, quæ oīa melius vestra cōscientiæ, quā styli scientiæ derelinquo. Sed ad altare domini virtutū se quantur nos spiritus ipsi, & ipsos ad te mentis oculos inuolantes, vt vix aliqua, vel nascentis Dei, vel pendētis in cruce possint memoria deturbati. Magnus ille patriarcha vix volucres huiusmodi à suis facibus abigebat, nos qui sumus, qui fugare presumimus? Quis in hoc riuo, vel merlim, vel submersum se esse negauerit? Videns quā turbidus torrentis, & limosa regurgitans

inofitate, qui vix aut numquam ad hoc
ueit, vt penitus excicetur. Non puto
quid ille, qui claufit eam oratione, claufe-
rit a nimum à cogitatione, vt facilius fit ca-
lum obferare, quam animam. Secundus riuus
eft locutio peruerfa. Linguam nullus ho-
minum domare potelt, ait Iacobus, mem-
brum inquietum, membrum mortiferum,
facilis ad loquendum, ad obloquendum
procliuor.

Et notandum, quodd alter nafcitur ab al-
tero, cum mala cogitationi peruerfa locu-
tionis ianua fit aperta. Et elt etiam aliud ver-
bum falſum, vnde dicitur: Perdes omnes, qui
loquuntur mendacium. Aliud vanum, de quo
ſcriptum elt: Vana locuti ſunt vnufquiſque
ad proximum ſuum. Aliud impudicum, de
quo idem: Turpis ſermo de ore veltro non
procedat. Aliud excuſatorium, vnde pſalmi-
ſta: Non declines cor meum in verba mali-
tia ad excuſandas excuſationes in peccatis.
Aliud dolofum, de quo propheta: Diſperdat
Dominus vniuerſa labia dolofa, & linguam
magailoquam.

Aliud ocioſum, de quo ipſe Dominus.
De omni verbo ocioſo, quod locuti fuerint
homines, reddent rationem de eo in die iu-
dicii. Et ſi qua alia genera ſunt peſtis hu-
ius, quæ nos breui ſatu tranſilire non poſſu-
mus. Tertius elt actio praua. Poſt cognitio-
nem, & locutionem venitur ad opera, quan-
do exhibemus membra noſtra arma ini-
quitate peccato, & contumelijs afficimus
corpora noſtra.

Quid enim turpius, quam membra Chri-
ſti ſanguine conſecrata & conſpulta in ba-
ptiſmate, libidinofis ardoribus maculare,
nec attendere reuerentiam præſentis Dei,
militantis pœnam, gloriæ promittentis?
Abſit, vt aliquis noſtrum huic idolo ſub-
ſternat, filium Virginis in Veneris tem-
plo ſuſcipiat, vt arcam Dei iuxta Dagon
collocet, vt nutritus in troceis ſtercora am-
plexetur. Quid Petrus ad Mago? Quid Chri-
ſto cum Antichriſto? Quid virgini, & libi-
dini? Quid puritati, & corruptioni? Abſit
vt quiſque veſtrum ambulet in paſſione de-
ſiderij, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum,
qui corpus Chriſti, aut conſecratis, aut
CHRIST I corpori miniſtratis. Ele-
cti ſeruite Imperatori, vt cum Imperato-
re ſedeatis, cum ſederit in ſede maieltatis
ſuæ.

Qua fronte, quibus oculis videret vos,
Oper. D. Ber. Tom. 11.

vüeret vobifcum, cui tantis inter vos ob-
ſcœnitatibus deſeruiretur? Qua mente,
qua conſcientia accederet ad ſancta ſan-
ctorum, immo læret ſanctum ſanctorum, cu-
ius fama contemptibilis, vita notabilis,
ſermo reprehenſibilis haberetur? Sed &
ſi forte (humanum loquor propter infir-
mitatem carnis veſtræ) aliquis veſtrum
tale aliquid in cubiculo conſcientiæ com-
plicauit, depliceat illud per conſeſſionem,
& pœnitentiam, & ego ei de miſericor-
dia naſcentis pueri veniam reprimitto.
Et ſi conſeſſus fuerit, & pœnituerit, na-
ſcitur in eo lux mundi, vt dimotis falla-
cibus tenebris ſplendorem veræ lucis ac-
cipiat.

Quomodo enim miſeris miſericordiam
hac nocte negabit, in qua miſericorditer
miſericors naſcitur, & miſerator Dominus?
Adeſt Deus & homo, mater & virgo, caro
& verbum, lux & illuminans, bonus &
bonitas, miſericordia & veritas, fœcunda
virginitas, virginalis fœcunditas, æterna
nouitas, noua æternitas, diuina huma-
nitas, humana diuinitas, humilis ſublimi-
tas, & his omnibus miſericordia fabricatur.
Cohibere ergo extollentiam ab oculis, lo-
quacitatem à lingua, crudelitatem à mani-
bus, voluptatem à lumbis, pedes ad itinere
non recto, & venite, & argueat eum ſi non
hac nocte dirumpit celos, ſi non deſcen-
dit ad vos, & proijciat in profundum maris
omnia peccata veſtra, Quis tamen elt, qui
huius tertij riui ſi non ſit merſus, & reuer-
ſus iſtantia? Quartus riuus elt deſenſio
peccatorum. In veritate dico vobis, quia ni-
hil ſic exaſperat iram diuinitatis, quomodo
iniquitate deſenſio. A quo enim certami-
ne nos certamus cum Domino, cum deſen-
dimus quod odit, cum nobis placet, quod
diſplicet illi.

Magna quippe differentia inter ſuperbū,
& humilem peccatorem, cum illum deſpi-
cit, hunc reſpicit, quia humilia reſpicit, &
alta à longe cognofcit. Quando ſanari po-
terit, qui medicum ſpernit, medicinam con-
culeat, & infirmam ſubſtantiam contra-
riorum receptione ſuccendit? Tu dicis ma-
lum bonum, amarum dulce, tenebras lu-
cem, & in creatorem refundis iniurias, vt
quod laudauerit, tu vituperes, quod vitu-
perauerit, tu laudes. Non elt hoc palpati-
ua diſſimulatio, accendendum quod viderim
quod ſim veſtrum tantis impatiētæ ſtimu-
lis

lis agitari, vt ad primas correptoris voces non solum excusationem, & defensionem exhibeatis, sed & nisi disciplinalis vigor obuiauerit, ad tumultus, & iurgia profiliae. Hac est impietas maxima in Deum, & delictum maximū, quod vir simplex, & rectus, & puer Domini summa circumspectiōe deuiat. Elegantissima super his comparationem inducit propheta, quam de sacrario sancti Spiritus asportauit. Ibi, inquit, habuit

1sa. 34. d

foveam hericius. Hericius ita confertissima spinositate densatus est, vt vndique punctationibus, & aculeis vestiatur. Cum vero se solitudinem adeptum putat, caput aperit, exerit pedes, & viuificatorius motus plana deambulatione demonstrat. Si quis superuenient, statim celerrima velocitate caput cum pedibus interius absconditum reponit, vt si tenere volueris, prius videas sanguinem tuum, quā corpus suum. Sic & peccatoris caput cum pedibus, intentio cum

I actione, à pastorum sollicitudine prospectatur, & quod fere omnium peccantium vitium est, cum ab omnibus videatur, à nemine existimat se videri. Si vitium resicare studeas, & intentionis ingressus cum actionis aggressibus correctiuus deprehendere, statim Ciceronis eloquentia renouatur, excusatur, & defenditur, quod opponis, accusaris, & offenderis, qui proponis. Interrogat, de loco, & de tempore, quando factum fuerit, & nouus dialecticus exerta lingua prorumpit in medium. Parentes, aduocat, patrocinatores quærit, grauari se indicat, indicat se recessurum, malle mori, quā pati talia, & quæ vidisti negans, & quæ non vidit, in te conuicia retorquens, sic spinam sentis, & culpam perdis, odium incurris, nec corrigis, & quem totum tenere putabas, totum amittit.

D Vides, quā multiplici cumulositate riuus iste omni homini, & maxime nostro ordini se infundit. Quintus est exultatio in peccatis. O detestanda latitia, & in sempiterni doloris tristitiam demutanda in peccatis sicut in virtutibus exultare. Nonne latrocinantibus, & facinorosis quique cum vortorum plenitudinem assequuntur, non se capiunt præ gaudio, ita etiam, vt audeant,

Pro. 2. c

Pf. 139.

c

ipsi Diuinitati gratias immutare? Qui cum malefecerint, latrantur, & exultant in rebus pessimis. Cadent super eos carbones, & in ignem deijcientur. Sed riuus iste, quā vndosa reflexione, miseris resonantes effundit, melius conscientia, quā eloquentia,

comprehendit. Sextus est alios docere ad malum. Hac doctrina de cathedra pestilentia denuat, quam detestatur, & reprobatur qui docet hominem scientiam. O quā in vanum accipit animam suam, qui aliorum animas venatur ad mortem, qui trahit peccata sicut vestem logan, qui misceat sanguinem sanguine, qui nō sufficit, vt non peccet in seculum seculi, nisi & alios ad interitum pertrat at sempiternum. Scitis enim, quia multa vitia tenerrimis aculeis imprimuntur, quæ postea in magno corpore vix mitigare necdum extirpare quisquam possit. Infelices magistri, qui huiusmodi plantaria plantauerunt, exultabantur ab illa celesti plantatione, quam plantauit Pater ille celestis. Quis gloriabitur se huius riuus torrentibus nō fuisse vallatum? Septimus est in omnibus his malis perseuerare. Hic peccator demersus est, & absorptus, & clauit super eū puteus os suum. Cum, n. non leuat oculos, ad caelum, nec recordatur iudiciorum iustorum, mortuus est, & sepultus in sepulchro conscientia sua. Tunc à mortuo tamquam

K

Eccl. 17.

Pro. 18.

L

qui non est, perit confessio, tunc peccator cum venerit in profundum malorum, conremnit. Hic est in extremo fluminū Aegypti, & multitudo miserationū Domini tollitur ab oculis eius. O fumen malum, riuus pessimus riuus exterminantes. Hac nocte Dominus eos calceatus pertransiuit, cum in virginali sobstitia puram carnem, & omnium prætaxatarum pestium immunem, accipit illo calceamento calceatus, quod in Idumæa extendit, cuius corrigiam soluere non potuit magnus ille Baptista. Misit de summo Filium suum, & accepit me in vtero Virginis, & sic tandem assumpsit me, & de profundis aquarum Percutiemus, & eos, si cogitamus pro peccato nostro, si prohibeamus linguam à dolo, si declinemus a malo, & faciamus bonum, si constituamus aduersum nos inimicitiam nostram Domino. Si dolor noster sit semper in conspectu nostro, si doceamus iniquos vias Domini, & semper laus eius sit in ore nostro. Et vt de arte futura nobis moribus aliquid conuincamus, habeamus calceamenta densa, subtiliter confuta, quæ possint aquas ebullentes excludere. Faciamus carnem nostram firmam, & confixam timore Domini, quæ libidinis, humorē excludat, & excocta tribulationibus, atque estra densata, fiat vter nouus ad conseruandū vitium nouū, de quo dicitur. Quia factus sum sicut

Pf. 118.

Sibi serpentes ad inuicem, conueniunt in
 6. vnum aduersus dominum, & aduersus Chri-
 stum eius. Velit nolit, cedit impietas pietati,
 veritati error, stultitia sapientie, Spiritui sa-
 cto presumptio, & vanitas spiritus huma-
 ni. Non poterant resistere sapientie, & spi-
 ritui, qui loquebatur. Non dixit, non vole-
 bant (quod rationabilium, & perfectorum
 est) sed, non poterant, vbi menti male facul-
 tas tollitur, non voluntas mutatur. Redar-
 guebantur, ait, ab eo cum omni fiducia.

Facilliter agit, nec nutat, nec mutatur
 mens imperterrita, quæ magis iustitiam,
 quam vitam, fidem, quam sanguinem, mortem,
 quam iustitiam, quam salutem elegit. Con-
 tinentes capti sunt tum, adducunt in consi-
 liam, & gaudent eum intra sua retiacula re-
 cluissæ, sed frustra faciunt rete ante oculos
 pennatorum. Tunc vox liberior, & ex eo-
 rum codicibus sermo exacuitur veritatis, to-
 tumque martyr caput sibi spiritus Dei, &
 ex eius ore sonantior organo modulatur.
 Apparet ei vna facies scripturarum, & ve-
 teris instrumenti dependia in compendio.
 sanæ edigit breuitatem. Replicat promissio-
 nes, & beneficia Dei, murmuraciones, & ip-
 se beneficia populi bona prestita, reddita mala, ad
 extremum diuini sanguinis exprobrat effu-
 sionem, refractarios spiritus, duos ceruice,
 incecuncifos corde, & auribus, & sublimi
 voce homicidas, & proditores appellat.

Non veretur conuenticula congregata
 de sanguinibus, & inter manus querentium
 animam eius, de liberiore iustitia cacumen
 veritatis ascendit. Dissecantur cordibus, &
 strident dentibus in eum, concipiunt dolo-
 rem, & prope est vt parturiant iniquitatem.
 Mirum quod non reuocantur in suæ noui-
 tate miraculi, quod luminosa protomarty-
 ris facies non refringat insanos. Videbant,
 inquit, faciem eius tanquam visum, & ce-
 li stantis inter illos. Quid est, d' insensati? Tu
 mine vultus Dei insignitur gloriosus Leui-
 ta, & vibranti splendore Stephanus ferena-
 tur, & reuesberantur oculi vestri, & tamen
 inuidia magnitudo visionis maiestatem oc-
 cludis? Respondeat in diuoriorum volumi-
 num euolutione vbi reuoluerunt homine
 in terris positum vultum angelicæ induisse,
 & cum in vtrisque legibus vel ratio vel
 numquam inuenierint obitupcant gloriam
 triumphantis. Sequitur: Cum autem ef-
 set plenus spiritu sancto, intendens in cæ-
 lum, vidit gloriam Dei, & dicitur dicitur,

& totius supergressio creaturæ, intendit in
 cælum. Videt iam non cælos, sed apertos
 cælos, videt gloriam Dei: Iesum stantem à
 dextris virtutis Dei. Mouet me hæc inten-
 tio, quæ de cordis puritate refusa vim facit
 cælis, & ad ipsius diuinitatis consistorium
 penetrat, & attingit. Cæli aperiuntur, glo-
 ria Dei videtur: Iesus conspicitur stans non
 solum à Dextris Dei, sed à dextris virtutis
 Dei. Hanc intentionem fecerat abiectione
 non si contemptus sui, cordis munditia, di-
 lectio Dei, proximi amor, veritatis defen-
 sio, desiderium Christi. Retorquenda ef-
 sent hæc omnia in omnes hostiles mor-
 talitatis, nisi esset excellentia martyris com-
 mendanda, felices oculi, subtilis visus, visio
 gloriosa. Simulque signanter recollige pos-
 sionem verborum. Plenus est spiritu, & sic
 intendit in cælum, quia in spiritu assatur,
 conculcatis terrestribus, cælestibus inhærat,
 & æternis. Post hæc aperiuntur cæli, nulla-
 que præualet firmatio vel clausura, quam
 non transiulet, aut irrumpat mens illi sum-
 mæ menti affestanter inhærens. Aperiuntur
 ergo cæli, & puto quod omnes cæli, eor-
 umque aperiuntur sequitur visio gloria
 Dei, & videtur Dominus Deus stans à dex-
 tris virtutis Dei, ne Patre minor esse pute-
 tur. Stat cum stante, cum bellante bellat,
 quia lapidatur in lapidato. Non medicis
 horor incolumis, virtum primæius hos
 martyrum oculis corporeis, an incorporeis
 ita perspexit. Grande quidem miraculum
 si mentali intuitu stellantibus se immerse
 arcans, si mundicordes oculata solennè
 inspexerint visionem. Quod si corporalibus
 certum est hunc omne hominum genus de
 sparsitate gratiæ præuolasse, & pennis fidei,
 & virtutum, incorporea corporeis, etsi non
 comprehendit, apprehendisse tamen. Ni-
 hil vellet temere diffinire, vel ex abrupto
 præcipitare remotionem, cum mutius in su-
 per istiusmodi regulam me legisse non me-
 minerim: securius tamen sequor Apostolum.
 imò spiritum Dei in Apostolo, qui cum sum-
 ma verborum libertate magis securæ ambi-
 gitate, quam periculose diffinitionis ista
 comitit. Sive in corpore, imò, sive extra
 corpus, nescio, Deus scit. Exclamant statim
 clamore horribili. Contingit aures suas,
 & eas obstruunt veritati, impetum faciunt
 vnanimiter in eum, facti amici in morte il-
 lius, & eiecantes eum extra ciuitatem, lapi-
 dabant. Eicitur martyr extra ciuitatem san-
 guinum,

1. Cor. 13. 6

Pf. 5. b
F *7. 8* **Quintum**, in qua prius iustitia habitauit, nunc autē homicidæ, de qua dicit sanctus: Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Hæc est ciuitas, quæ in die, ac nocte circumdat iniquitas, & cetera, quæ sequuntur. Ciuitas castellum despectiue vocata, quod contra Apostolos, & Apostolorum Dominum durissimus infidelitatis uestibus munitum est. Extra portam ciuitatis huius passus est Dominus, extra eam lapidatur ferus exiens ad eum extra castra, & portans similitudinem inproperij eius. Deponuntur uestimenta martyris ad pedes persecutoris, qui tactu sacratum uestium, & orationibus lapidandi fuerat conuertendus. Et lapidabatur, inquit, Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Iesu accipe spiritum meum. Currunt illi ad lapides, sed ille ad preces. Lapidem percipiunt, de quo fluit oleum caritatis, & tinnitus redditur pietatis. Domine Iesu, inquit, ne statuas illis hoc peccatum. Rogat suscipere spiritum suum, spiritum vtique, & factum, illum, quem signanter quasi quoddam signaculum Apostolus in nomine præcipit conseruari: Vt integer, inquit, anima, & spiritus, & corpus in die domini sine querela seruetur. O quanta pietas, quantus affectus, & ardentissima caritatis integritas. Recte martyrij florē iste sibi præuendicat, in quo similitudo domini pudentis in cruce mirabilibus formulis est impressa. In ligno enim spinis coronatus, læca cōsolos, cruci affixus, dissimulat illum vnicum dolorem, & obliuiscitur exemplum, appetit latitudinem caritatis, & apertiori campo terminos traditæ legis amplificat, iam non solū amicus amicis, sed velint nolint amicus pariter inimicis. Pater, inquit, ignosce illis, quia nescitis, quid faciunt. Non potuit esse inefficax oratio vna, & inimicorum numerositas ad numerum amicum transiit. Vide quā recto cursu Stephanus eum non æquat, sequitur tamē redemptorem. Vt saxorum imber, & fortissimis iudicis manibus loca vulnerum duplicatur, sed patienter patitur coronatus noster, & corona nominis, coronam regiminis transferendus. Nescit eum carnem, & mortis horam ignoscere, & visere, quod deliberat faciendum. Postulat, genibus exclamauit voce magna dicens, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Clamat voce magna, quia magna vtique caritate. Postis genibus, quia vera & humilissim

placitate pro se orans stat, & erigitur, pro lapidationibus flectit genua. Quis auduit vniquam tale? Et quis vidit hunc similem? Plus dolet persequentium peccatum, quā sua vulnera: illorum iniquitatem, quā suam mortem. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino. Felix somnus cum requie, requies cum voluptate, voluptas cum satietate, satietas cum securitate, securitas cum æternitate. Obdormiuit, inquit, in domino, absorptus in claritatis abyssum, & inter Dei sua brachia requiescens. Sedebat à dextris Dei Dominus Iesus, sed primo martyri martyrum caput. Recolitis quod illa Ecclesiæ lingua (Augustinum loquor) de hoc martyre sentit, quem post mortem septem mortuos auerit suscitasse. Eia vos, qui Leuitali ordine præfulgetis, cantrate huius canticum nouum, & tantæ festiuitati festiuis vocibus inclamate. Fortassis concinētibus etiā suggeret de vobis domino suo iudici vestro, ne statuas illis aliquid ad peccatum, qui est Deus benedictus in sæcula. Amē.

Homilia S. Bernardo ad scripta super Cum factus esset Iesus annorum duodecim, qua legi posset Dominica infra octauam Epiph.

P Etis à me fili charissime, quatenus ex lectione euangelica, qua duodennis pueri Iesu gesta narrantur, aliqua pie meditationis, & sancti amoris eliciam semina, & sportulis literarum commendans tibi colligenda transmittam. Adhuc nuncijs ista ipse loquebatur, & ecce sensi in ipsis medullis cordis mei ex quanto, ex quali, ex quā ardenti, ex quā dulci tua id fraternitas petebat affectu, cum subito mihi venit in mentem vbi aliquando fuerim, quid in me ipso euāgelica verba nonnumquam egerint vel cum legerentur vel cum cantarentur. Respexi miser, respexi, & vidi quā longe post terga illa suaui, & iucunda relinquerim: quā longe ab his delicijs occupationū, & solitudinum me funes extraxerint, adeo vt quæ tunc tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sint. Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam, cum emissa ad me manus domini tetigit cor meum, & vnxit illud vnctione misericordie sue, cernens in ipso inquisitionis tuæ modo, quod nominis, quid splendoris tuus mihi instillabat affectus cum in sinu, vt tibi flagitares, puer Iesus triduo illo,

quo quærebatur à matre, ubi fuerit, quo sit
 vsus hospitio, quibus cibus alitus, quorum
 delectatus consortio, quibus negocijs occu-
 patus. Sentio sili mi, sentio ea ipsa, quàm fa-
 miliariter, quàm affectuose, cum quibus la-
 crymis in orationibus tuis sanctis ab ipso
 Iesu soleas sciscitari, cum ante oculos cordis
 tui illa dulcis pueri dulcis versatur imago,
 cum illi speciosissimum vultum spirituali
 quadam imaginatione depingis, cū oculos
 illos suauissimos simul, & mitissimos in te
 iucundius radiare persentis. Tunc (vt vi-
 detur mihi) intimo clamas affecto. O dul-
 cis puer, ubi eras? Vbi iacebas? Quo vte-
 baris hospitio? Quo fruebaris consortio?
 Vtrum in cælo? Vtrum in terra? An in do-
 mo aliqua inzerim moraberis, vel certe cum
 aliquibus tuæ ætatis puerulis secreto loco
 cõsistens, eis secretorū mysteria perfunde-
 bas secundū tuā in euangelio vocem. Si nite
 paruulos venire ad me, & nolite prohibere
 illos? Felices si qui fuerint illi, quibus tot
 diebus tam familiariter tuam præsentia in-
 dulxisti. Sed quid est nū dulcis domine, qui
 sanctissimæ matris tuæ quærenti, dolenti, sus-
 spiranti, non compatiebaris? Denique ipsa
 & Pater tuus dolentes quærebant te. Imo
 tu Domina mea dulcissima, cur Dominum
 quærebas, quem Deum esse non ignorabas?
 An ne cruciaretur fame, ne frigore vexaretur,
 ne ab alio quolibet ætatis suæ puero in-
 iuriaretur, formidabas? Nonne ipse est, qui
 pascit omnia, omnia nutrit, qui fœnū agri,
 quod hodie est, & cras in clibanum mittitur
 gloriosus Salomone vestit, & ornat? Quin
 potius Domina mea (pace tua dico) dulcissi-
 mū Filium tuū cur tam facile amisisti, tam
 incuriose custodisti, tam sero quod deerat
 animaduertisti? Vt nam & mihi inspire
 dignaretur ipse Iesus quid sibi sic quærenti,
 sic flagitanti, sic astuant, interno
 tualli sermone responderit, vt tota tibi scri-
 berem, & gustata crustare sufficerem.

Videamus tamē si placet quid nā sit, quod
 Dominus Iesus in Bethleem nascitur, latet
 in Aegypto, nutritur in Nazareth: & inde
 duodennis ad templū, & metropolim ciui-
 tatem ascendit, nec tamen solus, sed sub pa-
 rentum disciplina. Vt quid ista omnia? Quia
 profecto dux est Dominus meus Iesus, quia
 medicus, quia Doctor.

Quia vt dux exultauit, vt gigas ad cur-
 rendam viam, quia à summo cælo egressio
 eius, & vsq; ad Bethleem descendus eius. Hi

plena cælestium odoramentorū relinquens
 vestigia posuit tenebras, id est, Aegyptum
 latibulum suum. Et cum sedentibus in tene-
 bris, & umbra mortis lucem supernæ gratiæ
 infudisset, etiā Nazareth sancta sua præsen-
 tia nobilitauit. Sicque Nazareus effectus
 in templū introducit, vt quæ puer discens,
 non docēs, audiens, & interrogans, & in his
 omnibus parentum disciplina non rece-
 dens. Sic domine, sic præcedis miseris, sic
 sanas ægrotos, hanc viam errantibus, hanc
 ascendentibus scalam, hunc exultibus redi-
 tum demonstrans. Quis dabit me bone Ie-
 su, tuis inhærens vestigijs, & sic curvere post
 te, vt quandoq; apprehendam te? Ego pro-
 digus ille filius, qui accepi ad me meam sub-
 stantiam, nolens custodire ad te fortitudi-
 nem meam, profectus sum in regionem lō-
 ginquam, regionem dissimilitudinis, com-
 paratus iumentis inspicitibus, & similis red-
 ditus illis. Ibi dissipauit omnia bona mea vi-
 uendo luxuriose, & sic capi egere. Infelix
 egestas, cui & panis defuit, & porcorum ci-
 bus non profuit, sequens quædam animata
 immundissima errauit in solitudine in tua
 quoso viam ciuitatis habitaculi nō inueni.
 Esuriens, & sitiens anima mea in malis con-
 tabuit, & dixi. Quanti mercenarij in domo
 patris mei abūdant panibus, & ego hic fame
 pereō? dum sic clamarem ad Deū, exaudivit
 me, deducens me in viam rectam vt irem in
 ciuitatem habitationis. In quam, nisi in illā,
 quæ abūdans panibus domus, dicitur panis,
 id est Bethleem? Constitute tibi Domine
 misericordie tuæ, qua fiasisti animam ina-
 nem, & animam esurientem satiasisti bonis.

Pauper vtique ille, qui de cælo descendit,
 & positus in præsepio spiritualiū cibus effe-
 ctus est iumentorum. Et hæc quidem con-
 uersionis vita, quali spiritualis cuiusdam
 panis, vt conformemur pa- u-
 lo, paupertatis incipiamus in lingua, & acti
 vt iumentum apud te Domine, præsentia
 tuæ delicijs perfruamur.

Sed quid scriptū est: Fili accem ad ser-
 uitudinem Dei, ita fortiter, & præpara animā
 tuam ad tentationem, absconde modicum
 faciem tuam Dominus Iesus nobis, non vt
 discedat, sed lateat. Ecce Aegyptus, ecce
 tenebra, ecce turbatio. Sedentes quæpe in
 tenebris, & umbra mortis experire incurdi-
 tatis, inopia vincit, & compedit ferro, pro-
 prij videlicet duritia cordis, necesse est, vt
 clamemus ad dominum, cū tribulamur, &
 ipse

Matth.

29. 6

K

Luce 15

Eccl. 3. 6

dam, vniuersam lætificauit ciuitatem. Tertia die se cunctis patriarchis, & prophetarum immiscens ea, quæ a Simeone dudum audierat, proprii cultus manifestatione approbavit. Sicque expectationis illorum moras, instantis iam redemptionis promissione consolans, animos acquioris, atque alacrioris reddidit vniuersos. Merito igitur post triduum inuenitur in templo in medio doctorum, & seniorum, vt paternæ pietatis de hominum reparatione cõsiliũ sicut angelis, & sanctis carere ex eis quantum videbatur, propalauerat: ita in omnium locorum sacratissimo templo Hierosolymitico, & his primo quæ preciosissimum huius promissionis thesaurum, in sacris litteris conseruabant, paulatim inciperet referare, primum audiens, & interrogans, deinde sacratissima mysteria prodens. Denique mirabantur omnes super prudentia, & responsis eius. Data est hæc pueris, & adolescentibus humilitatis, & reuerentiæ forma, vt in medio seniorum taceant, vt audiant, interrogent, & discant. Indica mihi dilectissima Domina mea Mater Domini mei, quid tibi fuerit animi, quid stuporis, quid gaudij, dum dulcissimum filium tuum Dominum Iesum inuenies, non inter pueros, sed inter doctores: cum omnium oculos in ipsum intentes, omnium ceruicibus aures ad ipsum erectas, cum de prudentia eius, & responsis, pusilli, & magni, docti pariter, & indocti loquerentur. Inueni, inquit, quæ diligit anima mea: tenebo illum, nec dimittam. Tene ò dulcis Domina, tene quem diligis, & triduanam eius absentiam multiplicatis delicijs recompensã. Fili quid est, quod fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus, & ego dolentes querebamus te. Iterum Domina mea dico tibi: Quos dolebas? Credo non famem non sitim, non metum timebas. Deum noueras: sed tantum subtractas, vel ad modicum ineffabiles presentia eius delicias querebaris. Tam enim dulcis est Dominus Iesus gustantibus eum, tam speciosus ad videndum, tam suavis ad amplectendum, vt breuis eius absentia, maxima doloris materia sit. Quid est quod querebas? Nesciebatis, quia in eis, quæ Patris mei sunt oportet me esse? Tam hic celestium memorum, in quibus per triduum fuerat, obitatum incipit referare secretum, vt humilitatis & obedientie, simulque propriæ voluntatis descendendæ, seniorum præceptis, quam

utilibus prætermittis, obtemperandi exemplum, & excellentius commendaret exemplum: his sublimibus, tam utilibus, tam denique necessarijs prætermittis, seniorum se subdit voluntati, vt ait Euangelista, & descendit cum eis, & erat subditus illis. Sed quid est, quod ait Euangelista, scilicet, quod ipsi non intellexerunt verbum quod locutus fuerat? Non hoc de Maria dictum locutor, quæ ex quo Spiritus sanctus superuenit in eam, & ei virtus altissimi obumbravit, nullum filij consilium potuit nescire, sed ceteris nescientibus, quæ non intelligentibus quod dixerit: Maria vt sciens, & intelligens, conseruabat omnia verba hæc, & intelligens, in corde suo. Memoria conseruabat, meditatione ruminabat, hæc cum ceteris, quæ de eo viderat, & audierat, conseruabat. Ita etiam beatissima virgo tunc misericorditer providebat nobis, ne tam dulcia, tam salubria, tam necessaria verba, quæ qua negligentia laberentur, & propterea non scriberentur, nec prædicarentur, & sic sequentes huius spiritualis mannae delicijs fraudarentur. Omnia igitur hæc virgo prudentissima fideliter conseruauit, & vercunde tacuit, opportune prodidit, & sanctis discipulis, & Apostolis prædicanda commisit. De his vero, quæ sequuntur, Iesus proficiebat etate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines: multi multa dixerunt, & diuersi diuersa sentiunt, de quorum sententijs non est nostrum iudicare. Alij animam Christi, ex quo creata est, & assumpta in Deum, æqualem cum Deo creaturam habuisse putarunt. Alij quasi creaturam creatari adæquare timentes, sicut etate, ita & sapientia profecisse dixerunt, euangelistæ innitentes auctoritati, qui ait: Iesus autem proficiebat etate, & sapientia, & gratia. Nec mirum inquit, si minor dicatur, nullæ sapientia cum matris, & patris, & quædam, atque per hoc beatitudine minor tunc fuisse veracissime prædicatur. De horum sententijs iudicet quis, sicut vult. Mihi sufficit scire, & credere, Dominum Iesum, ex quo cum Deo in unum est assumptus personam, fuisse personam Deum, ac per hoc perfectam sapientiam, perfectam iustitiam, perfectam beatitudinem, perfectam fuisse unitatem, & esse, quod quid de eo secundum substantiam dicunt, & potuisse dici etiam eum in vtero fuisse Matris, non ambigo. Nec ideo auctores resurrectionem, aut mortalitatem, aut passibilitatem abrogamus: quas eum non phantasticè, sed

Ibidem.

Cap. 3.

Inc. 2. 8

verè

verè hominem esse confiteamur, & veram hominis fuisse naturam, in qua potuit proficere. Vtrum aetate aut sapientia, ipsi videant qui de huiusmodi contendere norunt. Tu autem fili, quæ liones non quaris, sed deuotionem; nec vnde lingua acuatur, sed vnde animus exerceatur. Et propterea his quæ ad historiam pertinent interim prætermittis, ad spiritualem intelligentiam enucleandum, sicut ipse de quo loquimur, inspirare dignabitur, transeamus. Nunc redeundum est ad te fili charissime, cuius animus est conformari Christo, & vestigijs Iesu arctius inhaerere, si fortè sufficiam de euangelica lectione tuum tibi explicare profectum, vt hoc ipsum legas in his schedulis, quod in sermone suo experis. Credo enim te transisse ad Nazarenas de Bethleemica paupertate diuitias, & iam duodenem effectum, de floribus Nazarenis ad fructus Hierosolymiticos ascendisse, vbi non tam in codicibus, quam in proprijs moribus hæc mystica valeas lectitare.

Sicut enim Bethleem, vbi Christus paruulus, & pauper nascitur, bonæ vitæ est inchoatio: sicut Nazareth vbi nutritur, virtutum est exercitatio. ita Hierusalem ad quæ Dominus ascendit, est celestium secretorum contemplatio. In Bethleem enim pauperescit, in Nazareth dicitur, in Hierusalem affluit delicijs. Pauperescit quippe perfecta mundi abrenuntiatione, dicitur virtutum perfectione, & delicijs affluit, spiritualium saporum dulcedine. Ascendendum quippe est à conualle plorationis, inter aspera tentationis, per plana exercitij spiritualis ad alta luminosa contemplationis. In Bethleem nouæ conuersationi dedicatur infantia, quæ rationis impotens neminem lædit, neminem fallit, nec cupiditatis, suæ diuitatis inscia, neminem in se habet, nulli de se querit, nec de parentibus anxiam, nec de futuris sollicitam, alieno tantum sustentat iudicio. Hæc nobis infantiam vas electionis commendans, si quis (ait) inter vos sciens voluerit fieri, stultus fiat, vt sit sapiens. Et dominus in euangelio: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Hæc quæ zelibet anima initia infantia habet: post Herodianas persecutiones si coeperint ea quasi in agro fertilissimo virtutum flores vbique pullulare, non immerito Nazareth, quæ flos interpretatur, quasi se-

ptennis inhabitans, duodecimum annum feliciter expectabit. Primo quidem necesse est vt ager cordis nostri peccatorum nostrorum recordatione, & infirmitatis nostra consideratione instercoretur, deinde tentationum vomere multiplici fatigetur, vt sic virtutum semina flores pariat spiritualium exercitiorum. Ergo illud, à quo iam spiritus timoris vitia antiqua, & inultas cupiditates refecerit vnius anni puerum exultimato. Si deinde mitè eum, & obedièntem spiritus pietatis effecerit: biennè spiritaliter iudicatio. Iam si spiritus scientiæ suæ infirmitatis cognitionem, & auxiliij diuini desiderium infuderit, triennè non dubites accessisse. Quem si contra tentationes, & carnales delectationes, quæ militat aduersus animam, spiritus fortitudinis immobile reddiderit, ac robustum: annorum quattuor puerum admirare. Accedat spiritus consilij, & virtute discretionis quinquennem faciet. Cui si spiritus intelligentiæ meditationem sacræ legis indulerit, ad sexti anni aetatem felici progressu peruenit. Septimum annum spiritus sapientiæ aduehit, quæ de legis diuinæ meditatione procedit. Quattuor verò virtutes cardinales quasi quattuor etiã annorum lucem animam inuehant proficienti, quibus nihil est in vita vtilius hominibus: sicut de ipsis scriptum est. Sobrietatem enim docet, & prudentiam, & iustitiam, & virtutem, quibus nihil est vtilius: hæc sunt præcedentiū virtutum moderatrices, sine quibus ceteræ nec honestè haberi, nec perseueranter possunt seruari. Agit enim sobrietas, quæ alio nomine temperantia dicitur, ne sit ipsarum virtutum immoderata progressio. Prudentia, ne sit earum indistincta confusio. Iustitia, ne sit virtutum vsus immoderatus. Virtus, quæ fortitudo dicitur, vt perseueranter earum teneatur affectus. Sequitur annus duodecimus contemplationis, quæ ad ipsam celestem Hierusalem animam subleuat æstuatem, quæ cælum referat, quæ portas paradisi aperit, quæ spòsum ipsum, sponsum speciosum forma præ filijs hominum, quasi per cancellos prospicientè puris mentis oculis exhibet contemplandum, vt vocem illam suavissimam mereatur audire: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Immaculata sordibus peccatorum vel passionum, euolans à rebus occupationum, obliuitorum præteritorum, euanescentibus imaginibus exteriorum creaturæ, cordis sui faciem ad cernendum, quem diligit summa

audi-

1. Cor. 3.

d. Math.

18.

H

Cant. 4. b

auditate sustollit. Et ideo audit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fauus distillans labia tua. Hyems, inquit, transijt, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Hi sunt flores odoriferi nimirum, licet adhuc in quadam nouitate virtutes, quae post hyemem persecutionum, & imbrem tentationum, in agro peccatoris bene proficietis feliciter oriuntur: quarum Christus decore simul, & odore delectatus, ab inferioribus eam ad superiora iuuuans, Hyems, inquit, transijt, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Et quoniam pro gemitu copunctionis aperitur vita contemplationis, adiecit in sequentibus: Vox turturis audita est in terra nostra. Recole fili quid soleas in angulis susurrare, cum scilicet ad insit turturis, quae auis calidissima est, foliuga, & gemebunda, latebras queris, & licet inter multos constitutus, solitudinem tibi edificas quotidianam, quoniam gemis, quoniam tristus, quoniam queris quem diligit anima tua, & amoris vniuersi patiens, iam optas videre quem amas, cur nunc blandiris, & quem nunc ad amoris, & desiderij intentionem suauiter indagas.

Nunc moras accusas, nunc te cernis contemptum, nunc te uisitatione confiteris indignum, & iterum de eius toties expertus bonitate praesumis. Nunc quasi ulterius non sustineas, spirituali quodam lingio, vel lactamine euincere retardantem conaris. Quae tunc lacrymae? Qui gemitus? Quae suspensa? Quae voces? Nunc oculi fletu graues, cum intus singulibus eriguntur ad caelum: nunc manus extenduntur, & brachia, nunc pectoris transione anime tarditas accusatur. Proferuntur interim uerba sine principio, sine fine, quorum, nec sententiae cohaerent sibi, nec rationes similes sunt, nec alicuius linguae sensus, vel idioma seruati.

L vox aliquando respondet affectum, & iterum uocem affectus intercipit. Gaudet certe pius ille Iesus tali certamine superare, & talis animae talem instantiam delectatus, ad circumstantes angelos gloriatur. Vox turturis audita est in terra nostra, in terra uiuentium. Vox talis animae sic aestuans auditur, cum talis desiderij, odor suauissimus uniuersam demulcet suauitatem Dei. Sic tibi in angulo quasi Hellas in spelunca, primo transijt spiritus grandis subuertens montes, & conterens petras. Non in spiritu Dominus. Et post

Dominus. Et post commotionem ignis, sed non in igne Dominus. Post ignem sibilus aurae tenuis, & ibi Dominus. Hi sunt quidam gradus per quos in oratione mens compuncta cõscendit, quasi virgula sumi ex aromatis myrrhae, & thuris, & uniuersi generis pulueris pigmentarij. Sed haec tibi ipsi nota inuestiganda, quam ipsa tua oratione animaduertenda committo. Diligenter ergo attendas, cum qua primum difficultate nonnumquam ingredens cubiculum pectoris tui, ut inuenias tibi speluncam, in qua quodammodo sepeliaris ab omnibus, quae mundi sunt, & ores patrem tuum in abscondito. Videtur aliquando cor in modum silicis durissimae. Videtur quasi mons aliquis interior, cõscens interiore. Aspectum ab omnibus spiritualibus exclusisse, donec spiritus grandis pertransiens subuertat montes, & conterat petras ante Dominum. Quem nimirum spiritum sequitur commotio, quoniam mens quaedam copunctione resoluit, & fluentibus lacrymis quidquid in se sordidum est, vel aduersum commemorat, interiori cõtentione detergit. Unde orta spe igne ineffabilis desiderij exardescit, & spirituale quoddam certamen habet cum Deo, donec sibilus aurae tenuis illapsus praedictis leuiter actum pertingat affectus, cunctis cogitationibus, cursibus, motibus, cunctis dissensionibus, cunctis uerbis imponens silentium, usque ad ipsas Hierusalem celestis delicias animam subleuat contemplatiuam. Tunc ille tuus quasi situs, toties rogatus, tandem enter desideratus speciosa forma praesentis filij hominum, quasi per cancellos prospiciens inuitat ad oscula, surge, inquit, propra amica, & ueni. Tunc ingrediens Hierusalem transijt in locum admirabilem usque ad domum Dei, in uoce exultationis, & confessionis. Tunc complexus, tunc oscula, tunc inuoluitur in dilectam amica mea. Tenuissimum, nec dimittit. Tunc non inuoluitur, sed fluit de heijs, & fruat bonis. & hinc uultum cum exultatione colit. Obscuro haec charissime, memento natiuitatis domini, ut suggeras dilectam tuam, regem, qui est in sancto, & educat in medio te, de his tenebris, de his uindictis, ut tunc aliquando respirem in puoris gubnibus. Sentiam & ego quam magnam multitudine misericordiae illius, quam absque ditionibus se. Sed heu, heu tara hora, & pauca hora, quae triduo poterit contineri in his diebus. In his tribus diebus contemp-

cem non inconuenienter intelligo, quonia
 quidquid de Deo poterit mens illuminata
 sentire, aut ad potentiam eius, aut ad sapientiam,
 aut ad bonitatem credimus pertinere. Cer-
 nitur itaque Dominus Iesus aliquando for-
 tis, & potens in prelio, vt scias te, vel vt sen-
 tias te si dilexeris eum contra mundum, con-
 tra Diabolum, contra omnem principatum,
 & potestatem, eius dextera protegente, cui
 resistere nemo potest, sub quo curuantur,
 qui portant orbem, qui si tenuerit a quas, omnia
 succabuntur: si emiserit eas, euertet ter-
 ram. Si igitur spiritus potestatem habens
 ascenderit super te, si stimulos acedie exa-
 gitauerit, si aculeos diuersarum passionum ac-
 cenderit, si aduersum te commonerit mun-
 dum, si inflammauerit persecutiones, si ti-
 mes, si trepidas, si per singula momenta vin-
 ci formidas, & ita ad Iesum tuum anxius cur-
 ras, ploras, exponis pericula, opem flagitas:
 adhæret tibi quæ diligis, in specie potentis-
 simi regis, & secundum orationem sancti Da-
 uid apprehendet arma, & scutum, & exurret
 in adiutorium tibi: audiesque. Ne timeas à
 facie eorum, quia ego tecum sum: At si secre-
 torum cognitionem, vel cuiusuis, alienius so-
 lutionem tibi desideras reuelari, si munda-
 nae confussionis causas, & rationes anxius ad-
 miraris, si mouentur pedes tui, quia pacem
 peccatorum vides, qui in labore hominum
 non sunt, & cum hominibus non flagellan-
 tur, quæris diuersorum ubi cum Iesu solus
 cum solo fabuleris, clamas cum Hieremia:
 Iere. 12. Iustus quidem tu es Domine, si disputet te-
 cum. Verum tamen iusta loquar ad te. Qua-
 re via impiorum prosperatur? Sic itaque quæ-
 renti adhæret ille magister, qui docet solus
 hominem scientiam, habet clauem sapientie
 & aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo
 aperit. Aderit in specie dei, & parissuauissimi
 in eius dextera ignea lex, vt te
 tionem, cognitionem & charitatem, quæ ex legis
 meditatione procedit, inflammet. Porro
 in sinistra eius virga æquitatis, virga regni,
 vt & quærentis præsumptionem arguat, &
 curiositatem compescat. Postremo si hæc
 omnia etsi magna, etsi splendida, & sub-
 limia: vnus tantum osculi desiderio suauissimo
 laborum illius, vno tantum tactu non fasti-
 dium incipias, quæuis vocibus clamare
 cum prophetâ. Quæsiui vultum tuum, vul-
 tum tuum domine requiram. Quis mihi det
 te fratrem meum, fugentem vbera matris meæ,
 vt inueniar, te foris, & deosculer te? veniet

certe tibi in odore vnguentorum, & aroma-
 tum, scilicet celeste & diuinum quoddam tremen-
 ti imprimens osculum, omnia viscera tua inef-
 fabili iucunditate perfundet, vt clamare de-
 lectet: Diffusa est gratia in labijs tuis. Cum
 leges, & prophetas legis, animaduerte dilige
 ter, & inuenies ipsas apertiones, & contem-
 plationes multoties in figuris, & a nigma-
 tibus quibusdam designatas. Sunt enim multa
 genera contemplationis, ac spiritualium visio-
 num, quæ tamē omnia vel ad Dei potentiam, vel
 ad Dei benignitatem pertinere noscuntur. Nā
 si cogitetur Deus respectu omnium vt causa,
 quorundam, vt sint, quorumdam autē vt ratio-
 nales, ac per hoc sapientie capaces sint, mul-
 torumque, vt beati sint: primum potentie, alte-
 rum sapientie, vltimum ascribam bonitati.
 Potentie quidem est, quod sine ipso nulla
 creatura subsistit. Sapientie, quod sine ipso
 nulla doctrina instruitur. Bonitatis, quod
 sine ipso nullius rei usus expedit. Apud ip-
 sum secura sunt omnia, cum nihil sit, quo
 eius turbari possit potentia. In ipso creata
 sunt omnia, cuius non potest falli sapientia.
 Ex ipso recta sunt omnia, cuius naturam nul-
 lo potest deprauari malitia. Ergo in rerum crea-
 tura contemplamur eius potentiam, in forma
 sapientie, bonitatem in usu. Sane in his,
 quæ in carne gessit, cum contemplari malueris,
 hunc ipsum triduanæ lucis splendorem
 facile intueberis. Si nascentem in præsepio,
 si in brachijs vagientem, si pedentem ad vbera,
 si inter vlnas Simeonis paruulum oculis il-
 luminatæ mentis aspexeris: bonitatis eius
 opera interius admirare. Si vultum eius
 igneum, flagellum quoque de resticulis, vo-
 cemque terribilem, quibus vendentes, & emen-
 tes in templo terrunt, quibus euerit cathedras
 numulariorum, quibus insuper columbarum
 venditores eiecit, considerare delectabitur
 virtutis potentiam expauesce.
 At si iucundum ducis infidias scribarum &
 pharisæorum toties deprehensas, callidas
 eorum obiectiones responsionum illius pruden-
 tia consultatas occultata mente perspicere:
 sapientie eius lucem clarius emicare persenties.
 Ita quoque fuit potentie quod fugauit
 Dæmones, quod turbas pauit, quod calcavit
 maria, quod Lazarum vocauit de monumento:
 & tamē non minoris sapientie fuit, vt prin-
 cipes huius mundi fallerentur, inter diuina mi-
 racula à Diabolo se tētari permisit, quod velut
 egredens furierit, quod in nauis dormierit, quod crucem
 moriturus ascenderit. Verum quia in boni-
 tatis

Ps. 44. n

C

Luc. 19.

g

D

nitatis illius meditatione libētius immoraris, ingredi quæso, domū Simonis pharisæi, & intueri attentius quā pio, quā suavi, quā iucundo, quā clementi vultu humili prostratam respicit peccatricem, quā cōpanti processu illos pedes poenitentiæ lacrymis irrigados præbeat, & capillis, quos sibi hæctenus superbia, & lasciuia vendicauerat, detergendos, labijsq; tot scelerum foeditate pollutis diligenter osculandos. Osculare, osculare ò beata peccatrix pedes dulcissimos, suauissimos, speciosissimos, quibus caput serpentis conteritur, ante quos antiquus hostis egreditur, quibus calcantur vitia, quibus mundi omnis sternitur gloria, quibus superborū, & sublimium colla mirae virtute premuntur. Osculare, inquam, & felicibus ad lambe labijs vestigia, quæ nullus peccator post te exhorreat, nullus quantum libet criminosis refugit, nullus expauescat indignus. Osculare, complectere, stringe, & angelis, & hominibus aëorāda vestigia poenitentis, & confessionis vnguento perfunde, vt tota domus impleatur odore vnguenti. Væ, væ tibi, ò pharisæe, cui est odor mortis in mortem, qui times alienis maculari peccatis, cū te timor proprius deterius, foediusque maculet. Nescis quā suauē redoleat misericordiæ misericordis huius peccatricis miseria. Quā dulce sapiat pietati confessio pura peccati. Quā gratū sit illi sacrificium cordis contritio: quā cito consumat peccatū ardēs dilectio. Denique dimissa sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Gratia tibi ò beatissima peccatrix, ostendisti mundo tum suis peccatoribus locū, pedes scilicet Iesu, qui neminē spernunt, neminē proijciūt, neminē repellunt, suscipiunt omnes, omnes admittūt: ibi certe Aethiopiā mutat pellem suam: ibi pardus mutat varietatem suam, vbi solus pharisæus, non expulsi sunt. Quid magis ò anima mea, ò miseria mea, ò peccatrix mea? Habes certe in te tuas lacrymas, habes vbi foeda tua oblectamenta lacris oculis purges: & totum affectionis tuæ vnguentum secure sine aliquo metu vitij effundas: Quid dissimulas? Erumpite ò dulcissimæ lacrimæ: erumpite, cursum vestrum nullus impediāt. Rigate sacratissimas plātas Domini mei. Saluatoris mei, susceptoris mei. Nā si quis pharisæus subinat morem, si me à suis aspectibus arcendum censeat, si simbriae suæ taëu indignum iudicet, subfret, irridet, avertat oculos, contineat aures

nihilominus tuis inheredo vestigijs bone Iesu, meis stringam manibus, premam labijs, nec à lacrymis cessabo, vel oculis, donec audiam. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Est ergo dies prima, quæ anima sitiens Deū specularitur: & in amantibus quasi in Hierusalē comoratur diuinæ potentie in templo. Secunda sapientie illius admittatio. Tertia bonitatis, & dilectionis prælibatio. Ad primam pertinet iustitia, ad secundam scientia, ad tertiam misericordia. Iustitia terret, scientia docet, misericordia fauet. Introibo in potentias domini, domine memorabor iustitiarum tuarum solus. Ecce iustitia. Incerta, & occulta sapientiarum tuarum manifestasti mihi. Ecce scientia. Quoniam melior est misericordia tua super vitia. Ecce misericordia. Et in prima die timor, qui ex iustitiæ consideratione procedit, animā purgat. In secunda sapientia illuminat. In tertia illuminatam bonitate dulcedinis suæ remunerat. Cernis (ni fallor) quā necessarium sit, & vtile inter bonorum operum exercitia, per triduum hoc Hierosolymitanis frequentare delicias, in quibus timor administat panē doloris, scientia vinum exultationis, bonitas lac consolationis. Scio nunc te mirari, quod delicias dixerim quibus dolorem non deesse commemorauis, quomodo expertus sum sapius quod dolorem illum qui de casto timore procedit omnibus huius mundi delicias mens compendia præponit. Et hæc dicta pro modulo experientie nostræ.

Ceterum viri excellentioris meriti, & capacioris ingenij, animæque purgatoris, in tribus his subtiliora, ac profundiora rimantur. In potentia scilicet Dei, profunda iudicia. In sapientia, secreta consilia. In bonitate eius misericordie dona ineffabilia. Denique Pauli ingressus in potentias domini, & Iosyphum iudiciorum eius experientens. O homo, inquit, quæ es, vt incedas Deo? Numquid dicit signaturus, qui se finxit, cur me fecisti sic? Sed & ista sacros sapientiarum eius admirans, ait: O altitudo diuitiarum sapientiarum, & scientiarum Dei, quā incomprehensibiles sunt inuicem, & inuestigabiles viæ eius. Diuina quoque bonitatis eius commemorans. An dicitur inquit, bonitatis eius contemnitur, & inuidum igitur inuenerunt eū in templo, hæc dubium quin Maria, & Ioseph altera mater, alter nutricius. Inueniuntaque spiritali spiritaliū cōtemplato: nō quolibet

Zac. 7

Is. 70.6

Ibid. 50.

Rom. 11

Re. 1

loco, sed in templo. Habet enim Hierusalem atrium, habet portas, habet templum. Et atrium aliquando patet quidem inimicis, portæ autem patefunt solis amicis, ingressus vero templi non indulgetur nisi perfectis. Igitur qui in temporalibus æterna, in terrenis cælestia, in humanis diuina, in creaturis creatorem vult inspicere, quasi in atria cælestis Hierusalem introductus exultet. Hucusque philosophi quasi inimici in atria intelligentiæ suæ vim poterant extendere, sicut dicit apostolus; Quod enim notum est Dei, manifestum est in illis. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas. Qui vero in scripturis sanctis ablato velamine reuelata facie gloriam Dei poterit contemplari, de ingressu portarum Hierusalem gloriatur. At si pinguedine intimæ dilectionis, & tuæ adipem affectionis, in cordis ara cælestis desiderij flamma succenderit, & ascenderit fumus aromaticum de flagrantia orationis, sicque oculus mentis in ipsa calidæ secreta radii porrexerit & cordis quoque palato illius diuinæ dilectionis felix tactus sapuerit, cum holocausto gratissimo templum Hierusalem frequenter tacti. Sed anima sancta in his delicijs commorante dolet mater, mater & nutricius concurunt, & querunt, inuentum tandem lesium leui increpatione castigant, & reducunt ad Nazareth. Hæc maxime viris spiritualibus cõgruunt, quibus dispensatio verbi Dei, vel animarum cura commissa est. Porro nutriticij nostrum nihil liberius dixerim, quàm Spiritum sanctum. Matrem vero nil rectius quàm caritatem, si nos fouent, & promouent, pascunt, & nutriunt, & geminæ affectionis Dei videlicet, & proximi lacte reficiant. Hi nos in studijs sanctis quasi in Nazareth tenent, & sustinent, hi nos consolantur in tribulationibus, hi nos in tentationibus subleuant, hi sanant cõtritos corde, & alligant cõtritos onces eorum. Horum auxilio de Nazareth ansimus in Hierusalem, de labore ad requiem fructu bonæ actionis ad secreta contemplationis. Hi nobis æterna lege præscribunt, pro cura proximi ne negligamus ex toto contemplationem Dei: nec in studijs delicijs contemplationis curam proximi omittamus. Vnde non immerito si quieti plus quàm oportet indulgeamus, de nobis caritas fraterna conqueritur, nec gratiam habet ostendit in Hierusalem commoratio.

ne si alijs, quos vestra sollicitudo prospicit, miserit imminere ex nimia quiete perniciæ. Peritque enim nobis, vel secretis meditationibus, vel priuatis orationibus postposita actione mentis, si plusquam subditis expedit immorere in medijs delicijs, spiritu nimirum operante, & caritate suggerente: subito venit in mentem memoria infirmorum, ut illum cogitemus contristatum expectare à paternis visceribus consolationem. Alterum tentatum explorare quando procedens in publicum pater ei afferat suo sermone solamen. Illum iræ stimulis agitatū, quando non habeat ubi conceptum virus confessione salubri euaporet, aduersus patrem submurmurare. Alterum accediæ spiritu victum, ut inueniat cui loquatur, quæ consulat, huc illicque discurrere. Tali itaque suggestu progresso ex paternis cordibus, quasi increpantem au diuimus matrem caritatem, fili, quid fecisti nobis sic? Ego & pater tuus dolentes querimus te. Non cum iniuria dicimus, spiritum sanctum, vel caritatem in sanctis, etsi adhuc minus perfectis, aut dolere, aut conquiri, cum ipse spiritus gemitibus inextrahibilibus interpellat pro nobis, qui & loqui, & contristari, & talia aggere in sanctis consuevit. Quod si contra huiusmodi necessitates, amator quietis in ipsis animæ affectibus murmuret, dicens: Nonne in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? nihilominus considerans spiritus rationalis, quod ideo Christus mortuus est, ut qui viuus, non sibi uiuat: descendit cum eis, & est subditus illis. Secure descendit cum tali nutritio, & cum tali matre descendit feliciter. Descendit, qui spiritu Dei actus caritatem inferioribus ostendit. Descendam libens cum his ducibus in Aegyptum, si tamen ducunt reluctantem, si cogunt descendere, & reconferre se debent.

Libenter subdat tali matri, libens supponam humeros oneri, quod imposuerunt. Libens suscipiam iugum, quod me subdunt, sciens quia iugum eorum suauis est, & onus eorum leue. Sed & si te filium, à talibus, cui liberum adhuc sub alis suis Christus abscondit, quod prælati incumbit facere, ne subditi periclitentur: hoc ipsum expedire prouidere, ne socij scandalizentur. Illi necessitates quandoque præponunt contemplationis delicijs, tu eas non præponas unitati, & pacis congregationi. Præcipue hæc ipsa spirituum vicissitudo diuina tempora, quæ videlicet, vel descendas ad

Nazareth, vel ascendas in Hierusalem, numquam solus, id est propriae voluntatis arbitrio, sed semper seniorum distingue consilio. Ecce habes filii charissime, quod petisti, licet tuo affectu, tuaque contéplatione nihil dignum, voluntatis tamé meae, aut qualiscumque conatus aliquod (nisi fallor) indicium. Scias igitur, quod non tam euangelicam lectione exponere, quam ex ea aliquam meditatione, sicut rogasti, elicere curavimus: & legentibus incitata deotionum ex humis serie lectionis euangelicæ cōposuimus, ipsius adiuuante gratia, de cuius loquimur infantia, qui plenus est virtute, & gratia, & sapientia Iesus Christus Dominus noster, qui cum patre, & spiritu sancto viuít, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Sermo in die purificationis, domini Guerrici Abbatis igniacensis, de purificandis, & adornandis cordium affectibus.

Adorna thalamum tuum Sion, & suscipe regem Christum, quem virgo concepit, virgo peperit, virgo post partum, quem genuit adorauit. Ad nos fratres, ad nos loquitur Spiritus sanctus, qui sumus Sion, qui sumus speculantes, qui die ac nocte leuamus oculos nostros ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Adornemus igitur thalamum nostrum, & suscipiamus regem Christum. Ecce fratres, Christus in propria veniens, & à suis repulsus non habet ubi caput reclinet. Præ foribus nostris inter materna brachia vagiens, per spiritum sanctum querit hospitium, dicens: Adorna thalamum tuum Sion. Emuademus igitur thalamum nostrum prius expellendo que oculos Christi intrandæ offendit, & sic demum adornemus ea inferendo in quibus delectatur, & gaudet. Quæ sunt (aut forsitan aliquis vestrum) quæ oculos Christi offendere possunt? Cui dicimus: Nihil ita oculos eius offendit sicut superbia, quæ angelum de caelo, & hominem expulit de paradiso: quæ est initium omnis peccati. Quam hortatur nos Spiritus sanctus vitare, dicens: **Quid superbis terra, & cinis? Et tibi. Omnis caro scenum. Exsiccatum est scenum, & flos eius decidit. Videamus uenit quid superbia fecit. Angelum de caelo, & hominem expulit de paradiso. Merito hæc occu-**

los Christi offendit, quæ putcherimum opus eius in celo, & in paradiso fecerunt, quæ fecit de angelo diaboli, & de homine super creato iusto, perfidum. **Quæ** sicut, & peccatorum, primum, & maximum, sic est omnium regina, & mater vitiorum. Videndum est igitur, & solícite considerandum ut cõmens nostra cum tota prole sua excludat, ut scilicet lamus nosster emundatus, & ornatus Christum regem, qui foris pulsata, suscipiat. Cum tota inquam, prole sua, septem scilicet principalibus vitijs. Quæ sunt hæc? inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaricia, ventris ingluuies, luxuria. Hæ sunt filia superbiae, quæ matrem suam sequuntur, quæ hospitium quodcumque intraverint, fetidum reddunt. Sed quæ nobis cum istis communio? **Ouis** consensus templo Dei cum idolis? Nulla nobis (Deo agimus gratias) cum eis societas, quas exuentes veterem hominem cum acibus suis, gladio veræ confessionis, & penitentia encœuimus. Nihil igitur in nobis ultra possit superbia, quæ de archangelo diabolum, & de primo homine fecit impium, & creatori suo rebellem. Nihil habeat in nobis vana gloria, qui à die cõuersionis nostræ à cruce domini nostri Iesu Christi cepimus gloriari, cum Apostolo dicens: **Mihi autem ablit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.** Gloria itaque nostra sit crux Christi, quam portamus, & testimonium conscientia per crucem Christi purgare, de qua apostolus ait: **Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostræ. In qua conscientia gloriari de bonis Dei, est Deo gratias agere.** Ad quod nos hortatur apostolus, dicens: **Qui gloriatur, in domino gloriatur, id est, in domino de puritate conscientia suæ gloriatur.** Non qui in se gloriatur, & qui seipsum cõmendat, & qui in alio homine gloriatur, aut laudem in mente ab ore alius expectat, mercedem operum recipit, & peccatum in vultu caput suum, aut sicut prophetam sibi dicens: **Maledictio hominis, qui ponit spem suam in homine.** Et in die dicitur ei cum dixerint domine deos, quæ operum bases ait. **Amen dico vobis, nisi vultis, & Metu vana gloria filia est superbia, quæ in quocumque cumque fuerit, inobediens erit. Ratum suum post cõuersionem nihil esse in nobis habeat inuidia, per quam non intravit in**

Ibidem.

Gal. 6. d.

2. Cor. 1. c.

A.

2. 1. n.

10. eadem.

1. 1. b.

Sap. 2. d.

1. b. e.

M Ecclief. 10. b. Isa. 40.

orbem terrarū . Diabolus enim inuidet homini ascensum vnde corruerat , & propter hoc tentauit , & in anima occidit . Hæc est illa , quæ nō magnos , sed paruos semper torquet dicente sancto Iob : Paruulum occidit inuidia . In eo enim quod aliquis alicui inuidet , minorē se ostendit ei , cui inuidet . Sic diabolus inuidit primo homini , sic Esau Iacob , & Cain Abel . Hæc inuidia paruulum occidit , quia nisi inferior esset , de bono alterius non doleret . Hæc peste , nullus moritur nisi , qui terrena hæc appetit , quæ tota non veniunt pluribus . Vnde si qua desiderat , illi inuidet , qui penitus ea accepit , vel ille partē habendo quantitatē ei restringit . Hunc paruulū occidit inuidia , quia dum non pōt adipisci quod alij inuidet , & in odium inuidiæ filiā cadit . Rursum fratres , post conuersionē nostrā ira non habet in nobis locum quia vt ait dñs in euangelio , gradatim ducit ad gehennā puteū , dicens . Qui irascitur fratri suo , reus erit iudicio . Qui dixerit racha , hoc est vocē indignationis per irā emisit , reus erit concilio , in quo tractatur qua pœna sit mulctandus . Qui dixerit fatue , hoc est tale quid fecerit aut verbo , aut verberare , vt inter fratres despiciatur , reus erit gehennæ ignis , nisi resipuerit . Hæc est ira , q̄ stulto iū oculos extinguit , sapientiū oculos nonnumquā turbat , dicente psalmista : Turbatus est piæ ira oculus meus . Et de ira stulti Iob ait . Virum stultum interficit iracundia . Ecce duas iras videmus , quarum altera nonnū quā turbat oculū , altera semper extinguit . Altera venit ex impatientia , altera ex zelo rectitudinis . Altera venit ex vitio , altera ex virtute . De altera quæ venit ex virtute , Psalmista ait , Irascimini & nolite peccare . Quasi dicat : Crudeles estote in vitium , mites in fratres , considerantes volumē ipsos , ne & vos faciat ini . De altera , q̄ venit ex vitio , ait apostolus . Sol nō occidat super iracundiam vestrā , id est , Christus , qui est sol iustitiæ , mētē vestrā irascētē nō deferat , qui cū ira nūquam habet . Ira , q̄ venit ex zelo rectitudinis , debemus irasci prius nostris erratibus & post erratibus animorum , quæ melior est risu , quia per tristitiā vultus corrigitur , proximo . Que debet tamen subesse rationi , ne sit impudenterata , sed in vltione peccati tempus & modū cōsideret . Hęc sapientes interdum turbat . Ira per vitium stultos occidit , dum in rixis , & in contumeliā linguā n relaxat . Rursum fratres post conuersionem notā

muniendus est thalamus cordis nostri , ne tristitia rediens introcat , illā dico , quæ mortē operatur , quæ de amissionē rerum temporalium venit . Hæc est illa , quæ prauas cogitationes generat , murmurosum monachum reddit , quæ fastidium parit , & tenentē aratrum Dei , cū vxore Loth retro respicere compellit . Sine dolore namq; non potest amittere quod cum inordinato amore possedit . Hanc itaq; tristitiam , quæ mortem operatur , excludamus : & intromittamus eam , quæ venit de memoria peccatorū , & de peregrinatione nostra , dicamusq; cum Psalmista . Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est habitauī cum habitantibus Cedar , multum incola fuit anima mea . Hæc est tristitia , quæ vitam operatur , de qua ait apostolus . Quasi tristes , semper autem gaudentes . Hæc est illa , de qua dominus ad discipulos dicit : Tristitia vestra vertetur in gaudium . Altera parit mortem , parit animi rancorem . Rursum fratres post conuersionē muniamus thalamū nostrum , ne auaritia , quæ est radix omnium malorum , rediēs introcat , nosq; ab vnius Dei cultura abstrahat , idolorū cultores faciat . De qua inter cetera sic ait Apostolus ad discipulos suos : Mortificate membra vestra , quæ sunt super terrā , fornicationem , immunditiam , libidinem , concupiscentiam malam , & auaritiam , quæ est idolorum seruitus . Ecce auaritiam idololatricæ comparat , & merito , quia sicut vni Deo idololatria nititur auferre gloriā , ne solus habeat nomen Dei talis ita auarus in Dei res se extendit , vt solus vsurpet , quæ Deus omnipotens in vsum plurimorum fecit . Vtraque Deo inimica , quia negat Deo , quæ sunt eius . Est & auaritia , non solum amor congregandæ pecuniæ aut conseruandæ , sed & ambitio præstationis cum nititur homo homini præferri . Hæc , vt verum dicam , etiam pauperes (qui semel pro Christo reliquerunt sua) intantū vexat , vt contra ius , & fas , & propositum suum , non tantum , velint , sed etiam studeant fratribus , & conseruis præesse . Quod si Abbas aut prior eorum voto non conserferit , irascuntur , obloquuntur , eosque aut inuidos , aut sibi maleuolos (quia se non prouehunt) clamant . Hæc est auaritia , quæ memoriā mandatorum Dei turbat , dicens Psalmista domino . Inclina cor meum in testimonia tua , & non in auaritiā : quæ proditiōnis est mater , quæ Iudam Dei discipulum primū ad mandatorum Dei obliuionem ,

Pf. 119.
a
3. Cor. 6.
b
Ioa. 16.
d
D
Colo. 3.
a
Pf. 118.
a

Sermo in die Purificationis.

nem, de obliuione ad prodicionem, de prodicione traxit ad laqueum. Rursum fratres post cōuersionem nostram muniamus thalamum cordis, ne gula rediēs introeat, quæ & Adam innocentia veste, & Esau priuauit primogeniti dignitate. Hæc est illa pestis, quæ patres nostros in deserto ingratos beneficii fecit, quæ compulit eos murmurare

Nu. 14.

contra Deum, & dicere. Vnum mortui essemus in Aegypto, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus allia, cepe, & pepones. Hæc est illa funesta pestis, quæ eos ad blasphemiam duxit, quasi non esset alia vita post istam, cum dicebant: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur id est in futuro. Quasi dicerent: Hoc solum habemus, quod comedimus, nihil in futuro post hanc vitam nos habituros speramus. Hanc pestem cum homine petitiuam, pronuntiat apostolus, dicens: Esca ventri, & venter escis, Deus autē & hunc & hanc destruet. Hæc pestis triplicita est, quia autem te notam canonicam, aut aliud quam licet, aut plus quā necesse est, facit comedere carnis curam in concupiscentijs nititur facere. De qua nascitur inepta lætitia, sicut de populo Israel dicitur: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.

Isa. 22.

Rursum fratres post conuersionē nostrā muniamus thalamum cordis nostri, ne luxuria rediēs introitum inueniat, quæ pestilentia rediēs est peior, quā in ante fuerat. Nunquā enim sola redit, sed sicut dominus ait in euangelio, assumit septem spiritus nequiores se, & ingressi habitauit ibi, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hæc est pestis illa, quæ corpus Christi dimembrat, quæ de membris Christi facit membra Diaboli. Nā qui adhæret alicui personæ cā libidinis explendæ, vnu corpus est cum illa persona, & sit membrum Diaboli, cuius & in la membrū est per conuictionem malorum operū. Hæc est illa pestis, quæ ignem infernalem in corpus humanū accendit, vt vegetum sit & robustū ad libidinem explendam quæ igni illi inextinguibili materiam semper apponit, & vires ministrat, vt de suo sepe habeat, vnde sine fine ardeat. De his duobus ignibus luxuriæ, & gehennæ habemus auctoritatem scripturæ. De igne luxuriæ ait: Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coque. De igne gehennæ ait: Pones eos in clibanū ignis in tempore vultus tui, hoc est iudicij, vt inuis ardeant (sicut

I. Cor.

6. c.

clibanus accensus) in cōscientia: Dominus in ira sua cōturbabit eos, dicens: Discedite a me operarij iniquitatis. Et deuora- bit eos ignis extremus infernalis, quæ accēderunt per luxuriæ feda opera. Sicut fratres tres summa cura, & studij his, qui in talibus sunt, de talibus euadere, & fugere. Nobis vero, qui per gratiā Dei euasimus, & veterem exuimus hominē, qui sumus Sion, sit summe studij thalamū nostrū munire, & adornare, & Christum regem suscipere, sicut hæc scriptura præcipit, quā rocauimus. Adornā thalamum tuum Sion. Quid est adornare thalamum tuum? Virtutes congregare, quibus, & paulicetum, & parietes quasi cernis, & floribus tota domus adornetur. Primus ornatus thalami nostri, quæ inus Sion sit timor, qui est intijū sapientiæ, id est primus gradus, per que ascenditur ad sapientiam. De quo timore ait scriptura: Beatus homo, qui semper est pauidus. Et Psalmista ait: Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore, vt timor auferat securitatem noxiam, & exultatio mortiferam tristitiam. Hic timor generat humilitatē, quæ est praeciosissimus ornatus thalami Sion, quæ magis placuit Christo cum in thalamum virginem ingrederetur, dicente, beata Maria. Quia respexit humilitatē ancilla suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Hæc inquam, humilitas est ornatus Sion, id est, pauperum Christi, de quibus ipse dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Ecce quomodo timor Dñi primus gradus ascensionis, & primus ornatus thalami Sion, alios etiam ornatus generat, humilitatem, scilicet & voluntariam paupertatem. Adorna ergo thalamum tuū Sion timore Domini. Secundus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ad sapientiam est pietas, de qua hæc scriptura dicit: Amicus meus placens. Et alibi: Super quem in requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum. Hæc miseretur in se peccantibus, fratrem suum portat, magis eligit quilibet remota bona perdere, quā cum fratre contendere. Quæ profectio pietas non alia est, nisi Dei colere, & per cultum Dei Deo placere, sicut in nobis generat mansuetudinem, quæ est ornatum thalami Sion, quæ filios Dei non facit, dicente Domino: Beati mites, quoniam filij Dei vocabuntur. Ecce quomodo pietas

Exo. 32.

d.

secundus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ad sapientiam est pietas, de qua hæc scriptura dicit: Amicus meus placens. Et alibi: Super quem in requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum. Hæc miseretur in se peccantibus, fratrem suum portat, magis eligit quilibet remota bona perdere, quā cum fratre contendere. Quæ profectio pietas non alia est, nisi Dei colere, & per cultum Dei Deo placere, sicut in nobis generat mansuetudinem, quæ est ornatum thalami Sion, quæ filios Dei non facit, dicente Domino: Beati mites, quoniam filij Dei vocabuntur. Ecce quomodo pietas

Matth.

12. d.

tertius ornatus thalami Sion, quæ magis placuit Christo cum in thalamum virginem ingrederetur, dicente, beata Maria. Quia respexit humilitatē ancilla suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Hæc inquam, humilitas est ornatus Sion, id est, pauperum Christi, de quibus ipse dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Ecce quomodo timor Dñi primus gradus ascensionis, & primus ornatus thalami Sion, alios etiam ornatus generat, humilitatem, scilicet & voluntariam paupertatem. Adorna ergo thalamum tuū Sion timore Domini. Secundus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ad sapientiam est pietas, de qua hæc scriptura dicit: Amicus meus placens. Et alibi: Super quem in requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum. Hæc miseretur in se peccantibus, fratrem suum portat, magis eligit quilibet remota bona perdere, quā cum fratre contendere. Quæ profectio pietas non alia est, nisi Dei colere, & per cultum Dei Deo placere, sicut in nobis generat mansuetudinem, quæ est ornatum thalami Sion, quæ filios Dei non facit, dicente Domino: Beati mites, quoniam filij Dei vocabuntur. Ecce quomodo pietas

I. Cor.

6. d.

quæ est ornatum thalami Sion, quæ filios Dei non facit, dicente Domino: Beati mites, quoniam filij Dei vocabuntur. Ecce quomodo pietas

Osee 7. b.

Pf. 20. b.

tertius ornatus thalami Sion, quæ magis placuit Christo cum in thalamum virginem ingrederetur, dicente, beata Maria. Quia respexit humilitatē ancilla suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Hæc inquam, humilitas est ornatus Sion, id est, pauperum Christi, de quibus ipse dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Ecce quomodo timor Dñi primus gradus ascensionis, & primus ornatus thalami Sion, alios etiam ornatus generat, humilitatem, scilicet & voluntariam paupertatem. Adorna ergo thalamum tuū Sion timore Domini. Secundus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ad sapientiam est pietas, de qua hæc scriptura dicit: Amicus meus placens. Et alibi: Super quem in requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum. Hæc miseretur in se peccantibus, fratrem suum portat, magis eligit quilibet remota bona perdere, quā cum fratre contendere. Quæ profectio pietas non alia est, nisi Dei colere, & per cultum Dei Deo placere, sicut in nobis generat mansuetudinem, quæ est ornatum thalami Sion, quæ filios Dei non facit, dicente Domino: Beati mites, quoniam filij Dei vocabuntur. Ecce quomodo pietas

cut clibanus accensus) in cōscientia: Dominus in ira sua cōturbabit eos, dicens: Discedite a me operarij iniquitatis. Et deuora- bit eos ignis extremus infernalis, quæ accēderunt per luxuriæ feda opera. Sicut fratres tres summa cura, & studij his, qui in talibus sunt, de talibus euadere, & fugere. Nobis vero, qui per gratiā Dei euasimus, & veterem exuimus hominē, qui sumus Sion, sit summe studij thalamū nostrū munire, & adornare, & Christum regem suscipere, sicut hæc scriptura præcipit, quā rocauimus. Adornā thalamum tuum Sion. Quid est adornare thalamum tuum? Virtutes congregare, quibus, & paulicetum, & parietes quasi cernis, & floribus tota domus adornetur. Primus ornatus thalami nostri, quæ inus Sion sit timor, qui est intijū sapientiæ, id est primus gradus, per que ascenditur ad sapientiam. De quo timore ait scriptura: Beatus homo, qui semper est pauidus. Et Psalmista ait: Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore, vt timor auferat securitatem noxiam, & exultatio mortiferam tristitiam. Hic timor generat humilitatē, quæ est praeciosissimus ornatus thalami Sion, quæ magis placuit Christo cum in thalamum virginem ingrederetur, dicente, beata Maria. Quia respexit humilitatē ancilla suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Hæc inquam, humilitas est ornatus Sion, id est, pauperum Christi, de quibus ipse dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Ecce quomodo timor Dñi primus gradus ascensionis, & primus ornatus thalami Sion, alios etiam ornatus generat, humilitatem, scilicet & voluntariam paupertatem. Adorna ergo thalamum tuū Sion timore Domini. Secundus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ad sapientiam est pietas, de qua hæc scriptura dicit: Amicus meus placens. Et alibi: Super quem in requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum. Hæc miseretur in se peccantibus, fratrem suum portat, magis eligit quilibet remota bona perdere, quā cum fratre contendere. Quæ profectio pietas non alia est, nisi Dei colere, & per cultum Dei Deo placere, sicut in nobis generat mansuetudinem, quæ est ornatum thalami Sion, quæ filios Dei non facit, dicente Domino: Beati mites, quoniam filij Dei vocabuntur. Ecce quomodo pietas

LUC. 1. c.

Matth.

1. c.

Ps. 20.

1. c.

H

Matth.

1. c.

ascensionis, alium ornatum de se generat mansuetudinem, quae filios Dei efficit. Adorna igitur thalamum tuum Sion pietate. Tertius ornatus thalami Sion, et tertius gradus ascensionis est scientia, quae homini sui cognitionem praebet, ut scilicet homo, neque minus, neque plus quam debet de se praesumat. Quorum alterum, scilicet de se, nimium praesumere, in mala facit praecipit, alterum, scilicet se non cognoscere, facit ad qualibet bona opera torpentem. Ad hanc scientiam Spiritus sanctus inuita Ecclesiam in canticis:

est intellectus, qui mentem hominis super haec infima rapit, omnesque corporeas substantias intellectualem intuetur transiens, non corporeis substantiis figitur, volensque ultra progredi, & propius accedere, audit a Domino: Ne appropinques huc, non enim videbit me homo, & viuere. Hic intellectus conuenit his, qui a Deo purgatum oculum habent, de quibus dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Adorna igitur thalamum tuum Sion intellectu. Septimus ornatus thalami Sion est sapientia, quae conuenit his, qui intellectualibus oculis aeterna contemplantur, quorum conuersatio in caelis est, qui cupiunt dissolui, & esse cum Christo, in quorum persona dicebat, Apostolus: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Quasi diceret: Vt Christum magnificem, Christo viuere volo tantum, & Christus est praemium mortis meae. Et post pauca: Coarctor autem est duobus, ait, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo melius autem manere in carne propter vos. Ecce quid facit vera sapientia, quae omnes rebelles motus corporis ita subiugat, ut nullam ultra pugnam in carne sentiat. Pro infirmis fratribus (ut eis Christum nunciet) exilium libenter patitur, probra non audit, damna non sentit, auferenti tunicam dimittit, & pretium, percutienti ad vnam maxillam, praebet, & alteram, auditque a Domino: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hi ornatus thalami Sion, istis nos adornemus, qui sumus Sion, & regem Christum suscipiamus, quem virgo concepit, virgo peperit, virgo post partum quadragesima, hoc est hodierna die in templo Dei praesentauit.

Exo. 33 d

K
Matth. 5. a

Phil. 1. 5

Ibidem.

Ch. 1. Si ignoras te o pulchra inter mulieres, abi potest vestigia gregum tuorum, s. hereticorum, & pasce haedos tuos, hoc est carnales concupiscentias. Haec scientia praebet nobis fiduciam vincendi omnes tentationes per veram fidem, dicente Domino in Euangelio: Si potes credere omnia possibilia sunt credenti, per Dei, s. gratiam, & liberum arbitrium. Videmus iam quomodo scientia tertius ornatus thalami Sion, & tertius gradus ascensionis, alium ornatum in nobis generat, religiosam videlicet luctum, qui consolationem a Domino in futuro mereatur. Haec scientia parat in nobis dolorem, & luctum peregrinationis, ut videndo mala exilij, quae patitur, cum luctu desideremus patriam, a qua peregrinamur, audiamus a Domino nobis dici:

Marc. 9.

K
Matth. 5. a

Ps. 118.

Matth. 5. a

Ibidem.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quartus ornatus thalami Sion est fortitudo, quae conuenit laborantibus pro veris bonis acquirendis. Haec est, quae munit thalamum Sion, ut non extollatur prospectis, non frangatur aduersis, quae linguam increpantem, & blandientem his verbis confundit, dicens: Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Haec est illa, quae semper de die in diem robustior, firmiter, & sitim iustitiae in thalamo Sion accendit, facitque eam audire a Domino; Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Adorna igitur thalamum tuum Sion fortitudine. Quintus ornatus thalami Sion est consilium, quo homo infirmitates suas requirit, suum posse, & suum non posse inuestigat, & ex sua infirmitate a seos considerat, alijs parit, & miseretur, sicut & vult Deum sibi misereri, alijs dicitur debere, sicut sibi vult dimitti peccata, & turque audire a Domino. Sextus ornatus thalami Sion est misericordia, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Adorna igitur thalamum tuum Sion consilio.

In lege namque scriptum erat, ut mulier, quae suscepto semine peperisset masculum, quadragesimo die purgata templum cum filio intraret, deferens hostias secum pro peccato agnum anniculum immaculatum. Si autem non haberet agnum, par turturum, sive duos pullos columbae offerret. Haec omnia beata virgo, non ex necessitate, sed ex humilitate impleuit. Abstinit ab introitu templi quadraginta diebus, non necesse habens purgari, quae sine omni delectatione, saluo virginitatis sigillo, de spiritu sancto concepit: Obtulit hostiam non pro peccato, sicut aliae mulieres, sed pro humilitate, ostendens etiam in hoc, quod filius Dei Iesus Christus non soluere venerat legem, sed

Lnc. 2. 24. Exo. 24.

L

K k adim-

Oper. D. Bern. Tom. 1.

adimplere. Et ecce Simeon grandævus, qui acceperat responsum non visurum se mortem nisi videret Christū Domini, & eum seipseret, quē expectabat, accepit eū in vlnas suas, hoc est inter brachia sua amplexatus est illum, qui appendit tribus digitis molem terrā, qui omnia implet, omnia complectitur, inter brachia portat, dicens: Nunc dimittis Domine seruum tuum, secundum verbum tuum in pace. Cupio dissolui, & eius aduentum cum Patriarchis, & prophetis in inferno expectare, qui inter te, & humanum genus facturus est pacem.

Luce. 2. c

Isa. 9. a

Rom. 11. d

M

Quia viderunt oculi mei salutare tuum, filium tuū, quem desideravi, de quo responsum à spiritu sancto accepi, Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. De quo ait Isaias: Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.

Quia cum plenitudo gentiū intrauerit, tūc omnis Israel saluus fiet. Audite fratres, audite, quid offert Maria, quid Simeon suscepit, vnigenitum Dei Deo Patri consubstantialē, & coæternum verbum in principio: Et vt utilitatem, & consolationem nostram

Gen. 22. d

Abrahāe promissit, dicens: In semine tuo (hoc est in Christo) benedicentur omnes gentes: Et quem Dauid promissit, dicens: De fustu

Pf. 131. b

ventris tui ponam super sedem tuam. Hic est (quem virgo offert) Patriarcharum gaudium, desiderium prophetarum, gentium expectatio, Iudeorum, qui eum receperunt, saluatio, ruinæ Angelorum reparatio. Talis est, quem virgo offert Deo, imo multo maior, quā lingua, aut hominum, aut Angelorum possit dicere. Et cum sit tantus, ac talis qualem, aut quantum ipse se non sufficit Virgini ipsum solum offerre, sed hostiam, quam lex præceperat, pro eo obtulit, ob humilitatis, scilicet exemplum, vt nos doceret, quomodo & nos eum debeamus offerre. Duos turtures, aut duos pullos colūbæ pro eo obtulit. Columba fratres, simplex est animal, felle caret, rostro non lædit, in cavernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit, iuxta fluentia manet, vt visa ymbra accipitris fugiat, meliora grana eligit, gemitum pro cantu reddit, gregatim volat, alis se defendit, visum recuperat. Et nos fratres, cum ante altare steterimus, vt Dei filiū Deo offeramus, cum eo, & pro eo par turturum, castitatem corporis, & animæ offeramus, & duos pullos columbarū pro cantu gemetes,

compunctionem geminant, pro desiderio patriæ cælestis, & de consideratione nostræ miseriæ habentes. Columba felle caret, & nos ira careamus, quæ peccare nos facit. Rostro non lædamus, sed percussi in vnam maxillam, aliam præcepimus. In cavernis petrarum nidificemus, in fide plagarum Christi refugium habeamus. Alienos pullos nutriamus, de filiis Diaboli facientes verbo prædicationis filios Dei. Iuxta flumina maneamus, id est iuxta hunc mortalitatis fluxum sedentes, ymbra accipitris, hoc est peccata, quæ sunt ymbra Diaboli, malorum tuarum considerantes, ab eius unguis fugamur. Meliora grana eligamus, id est, meliores sententias in scripturis sanctis. Gregatim volemus, vnum consensum in bono in congregatione sub pastore habentes. Alis noui, & veteris testamenti contra inimicos Dei nos defendamus, vel duobus præceptis caritatis Dei videlicet amore, & proximi. Visum recuperemus, de bono actionis ad bonum semper intendentes contemplantionis. Fratres charissimi, tales oportet nos esse cum corpus Christi consecramus, cum consecratum manducantes sacrificamus, cum nobis idem corpus in salutem corporis, & animæ porrigimus.

Tales etiam vos oportet esse, cum sacrum Sacramentum de manibus nostris accipitis, scientes, quod qui corpus Christi indigne accipit, & sanguinē eius indigne bibit, iudicium sibi manducat, & bibit. Verum, quia raro inuenitur talis, qui in se hæc omnia habeat, diligat illū, qui bonū habet, quod in se nō habet, & in illo habet, quod in se non videt. Neque, n. credere debemus, quod soli sacerdoti supradicte virtutes sint necessariae, quasi solus consecret, & sacrificet corpus Christi. Non solus sacrificat, non solus cōsecrat, sed totus cōuentus fidelium, qui astat, cum illo cōsecrat, cum illo sacrificat. Nec solus ligni faber facit domum, sed alius virgas, alius ligna, alius trabes, & cetera componat. Debēt itaque astantes habere de suo, sicut & sacerdotes fidē firmā, orationē purā, & deuotiōē piā. Sciedumq. quod sine firmā fide nemo factū esse debeat. Ceteras vero virtutes, quas supra diximus, etsi omnes non habent, diligant illum, qui habet, quod in se non vident. Non illo habent, quod in se nō vident. Sicut Petrus in Ioāne virginitatis habet meritū, sicut Petrus in Petro martirij habet meritum. Sciedū, quoque, quod corpori Christi quem

1. Cor. 11. g

B

quem

quem Maria hodie præsentauit in templo, quem Simeon in vlnas suas suscepit tria debemus: dignitatem, reuerentiam, & fructū. dignitatem, vt eum Dei filium, Deum de Deo omnipotentem, creatorem omnium, iudicem viuorum, & mortuorū credamus. Dignitatē, vt credamus nos statim postquā de corpore exierimus, ab eo sicut à iudice percepturos sicut gessimus, siue bonum, siue malum. Ille namque, quem Maria in tēplo præsentauit, quem Simeon suscepit, quem in manibus consecrantes ante Deum leuamus, benedicimus, manducamus, vobis porrigimus manducandum, ille familiaris iudex erit noster. Caueamus, ergo ab eo, separari per iudicium post mortem, cui ita sumus familiares in vita. Dicamus ei itaq; in corde cum eum tractamus, dicamus cū eum consecramus: Domine ad te veniemus post mortem, ante tuum tribunal iudicandī a stabimus. Qui nobis ita familiaris esse dignaris in vita, q̄ à nobis tractaris, consecraris, manducaris: noli nobis alienus esse in morte, sed parce nobis tu in die mala. Confundantur demones, qui nos tunc persequuntur destrue fortitudinē illorum in virtute tua, quia non est, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus, & familiaris noster. Hæc est dignitas, quam ei debemus. Debemus ei, & reuerentiā, inuestigare scilicet nosmet ipsos, etsi inuenimus cor pollutū sceleris cogitationibus, aut mala voluntate, ab eius contractu, vt ab igne, & nos, & alios arceamus. Ignis, n. cōsumens est, ad quem indignus non debeat accedere, ne interius cōsumatur, & in reprobū sensum tradatur. Exeat ergo extra castra, sicut Moyses præcepit, qui nocturno pollutus est somno, hoc est, qui per negligentiam istius obscuræ vitæ, quæ tota (vt somnus pertransit) peruenit vsq; ad pollutas cogitationes. Exeat extra castra, hoc est dū in illo statu est, iudicet se indignū societate fidelium communicantium hoc sacro corpore, lauetq; vestimenta sua per sanctā confessionem, & post solis occasum, hoc est post tentationis calorem, & ardorem iam mortuum, latus redeat, & cū alijs fidelibus communicet. Hæc est reuerentia quam debemus corpori Christi, quem virgo Maria hodierna die in tēplo præsentauit, quem me cæterus inter brachia recepit. Debemus etia n tractum scientiæ, intelligere, q̄ quem fructum accipimus, si eū digne comedimus. Auerte fratres non me, sed Ap̄tolum i-

centem. Calix benedictionis, cui benedicimus, non ne cōicatio sanguinis Christi est? *1. Cor. 10 d*
Calix, id est communicatio calicis, facit nos habere quādam communionem cum Christo. Et panis, quem frangimus, nonne participatio corporis est Domini? Ac si dicat, panis, quem frangimus, facit nos vnus corpus sub Christo capite, quoniam sicut vnus panis ex multis granis conficitur, qui postea in corpus Christi, & per fidem, & per sancta verba, quæ Christus suos docuit, conuertitur: sic diuersi participantes hoc corpore in vnitatem fidei, spei, & caritatis, vnus corpus cum Christo sunt, ad Christum statim post mortem venturi, & cum Christo sicut cum capite suo sine fine regnaturi, quæ Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo in templo hodierna die præsentauit. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuunt, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sententiā de eodem.

Qui vult in pace dimitti, conetur esse Simeon, qui audiens tristitiam interpretatur, vt quam horrendum, quā triste sit incidere in manus Domini intenta mēte persecutetur. Sit ciuis Hierusalem, habens conuersationem in cælis. Sit iustus, ne male viuendo pereat. Sit timoratus, ne de iustitia sua temere præsumat. Expectet Christum, qui est consolatio fidelium, non querat ante vesperum denarium. Veniat in templum, imitetur exempla sanctorum puerorum. Accipiat in manibus verbum Dei, id est cōpleat operibus. Gestet puerum in vlnis, amplectatur eum cum brachijs fidei, spei, & caritatis. Gaudebitq; de Christo, adepto Christi consortio. Cupiat indescendere mori sæculo, & viuere Deo. Tunc tandem dimittetur in pace, vt non videat mortem, qui mortem perdidit, & vitam inuenit.

Sermo cuiusdam in Cœna Domini.

Panem angelorum manducauit homo. Non lateat vos reuerendi sacerdotes, seriem hanc vobis prædicatam, verbis succinctam, sensum spiritualium maiestate apprime fore fecundam. Vobis autem potissimum incumbit præteritis audire, quod proponimus, nec solum audire, sed fidelius repone, *Ps. 77. 6*

nere, & tamquam animalia munda propius debetis ruminare. Beatus ille David prophetarum eximius, Deo viventi charissimus, in spiritu ante sedentem in thronis raptus, legerat in quodam promptuario mysteriorum, quæ & quæta Dominus naufragati mundo per vestrum clementer erat exhibiturus ministeriis, qui cælestis consilij factus interpret, gratulando cecinit. Panem angelorum manducavit homo. Unde ad imprimendam rei tam fructuose certitudinem, dilucide signavit præteritum pro futuro. Panem, inquit, angelorum manducavit homo.

Ibidem.

O stupenda Dei miseratio, verbum carne, Deus cinerem, figulus lutum, vita morticinum induit, ut iameta manducarent panem angelorum. Homines iumenta erant: Homo, n. cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Non est indignum, imò festinum recolare in quanta sublimitate homo conditus fuerit. Sed operæ præciū est consequenter attendere quæ graviter corruit minus pensando quid ex se, vel quid esset ex Deo. Primum namq; parens noster paradisi ac cola constitutus est, Dominus terræ stabilitus est, civis supernæ Hierusalem designatus est, domesticus domini factus est, cum amore, & agnitione ditatus est confors angelorum, frater, & coheres cælestium virtutum, nihil profusus indigentia, nihil sentiens molestia: cui erant in promptu, quæ postulabat, non dico necessitas, sed et pia voluntas, cui nihil esset in anima quod offenderet nihil in carne, quod pueret. Hic honor, & hæc erat dignitas hominis, prosperari, & florere in præmissis. Et hæc ex Deo. Sed postus in honore, quid ex se foret, non intellexit, limus videlicet, pulvis, folium aridum, stipula sicca, lutea, & fragilis testa, pelvis morticina: sed insumit, & plantæ desipuit honoris fastigio delectatus. Et continuo in se expertus est, quod tæto post tempore homo de filiis captivitatis, & prudens advertit, & veraciter protulit, dicens: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Væ misero, quod non fuit, qui iam tunc diceret ei: Quid superbis terra, & cinis? Repeateda igitur conversione seipsum inveniit homo propter infirmitatem tacentem in stabulo. Stabulum quid est? Mundus est. Et propter peccorinam similitudinem indigenis erat foras. Ea propter cubus erat est a stabulo in tabulum peccorinis, homine mutato in pecus. Panem enim

Ps. 48. c

angelorum factus est foras. Vnicus Patris Filius Hominis, Verbum quippe caro factum est. Et iuxta prophetam: Omnis caro factum. Comedunt igitur angeli verbum de Deo natum, comedunt homines verbum factum. Panem suo vivunt angeli in caelis, & beati sunt, foras suo vivunt homines in terris, & sancti sunt. Foras quippe istud de prato virginalis vteri collectum, factum est refectio iumentorum. Verbum ut foras fieret, lacit in virgine, sol in sydere, artifex in opere. Hoc autem liberalioris excellentia donum contulit nobis primo in loco sacrosancta Verbi Patris Incarnatio, & vos secundario de die in diem nobis exhibendo ministratis ex collata potestatis officio. O præclara, o reuerenda potestas vestra. Certè non est potestas post Deum sicut potestas vestra. Forsitã scire vultis, & audire delectat aperit, quænam sit ista tanta potestas, cui nihil in caelo, vel in terra valeat comparari? Ad quod ego: Consecrare videlicet corpus, & sanguinem domini: Super potestate vestra, super tam insigni spectaculo, super iam solè dignitatis vestrae priuilegio super caelum, tangatur terra, contremiscit homo, reueretur plurimum angelica celsitudo. Sed vnde hoc nobis piissime Iesu, ut nos vermiculi reptantes super facie terræ, nos inquam, qui pulvis, & cinis sumus, te præferentem habere mereamur præ manibus, præ oculis, qui totus, & integer sedes ad dexteram Patris? Quæ etiam vnus horæ momento ab orta solis vsque ad occasum, ab aquilone vsque ad austrum præstes omnibus, vnus in multis, id est in diuersis locis. Vnde hoc, inquam? Certè non ex debito, vel ex merito nostro, sed ex voluntate tua, & dulcedine tuæ beneplacito. Parasti enim in dulcedine tuæ panem Deus. Pauper est

Gal. 6. a


genus humanum, cui bonum istud cælitus indultum est. Hæc est verè indulgentia cælestis, hæc est verè cumulata gratia, hæc est verè superexcellens gloria, sacerdotem Deum suum tenere, & alijs dando porrigere. Onouam, & diuinam potestate, cuius minister panis Angelorum, & vitæ, mortalibus quotidie præparatur. Panis iste per excellentiam dicitur Eucharistia, id est bona gratia. In hoc enim sacramento, non solū quælibet gratia, sed illa, quæ est omnis gratia, sumitur. Quæ illius, in præclara maiestati facta est, bonis salutaria, et reconciliatio generalis, omnibus sacra, cuius tunc præcedebat, quam

Ps. 67. b

Ps. 67. b

Ps. 67. b

Ps. 67. b



I
Apo. 13.
6
subsequētibz virtutem dedit, & efficaciam
vt tanta, & tali hostia sanctificarentur om-
nes liberandi per illam. Vnde legitur quia
agnus occisus est ab initio sæculi, his videli-
cet, qui fuerūt ab initio, ita, vt per hoc quod
dicitur, ab initio, determines non tempus
occisionis, sed salutis.

Prius enim mors eius profuit, quàm fuit.
Prius promissio, ac deinde exhibitio. Ab
initio ergo sæculi occisus est. Benignissime
Iesu nobilissima sponsæ tuæ dotalium in-
dullisti, vt vel sic teneat columba tua dul-
cissimum memoriale dilecti sui, Christus. n.
Ipsidie quàm pareretur discipulis suis huius
sacramenti formam præcipit, efficaciam
exhibuit, id est fieri præcepit. Formæ præ-
scriptæ in pane, & in vino. Notate ordinē.
Cum adhuc cœnaretur, à cœna surrexit, di-
scipulorum pedes Dominus vniuersorū la-
uit, de hinc ad mensam regressus ordinat
sacrificium corporis, & sanguinis sui, seor-
sum panē, seorsum tradens & vinū. De pane
ita dicens: Accipite & comedite, hoc est
corpus meum. De vino etiam sic, bibite ex
hoc omnes. Hic est sanguis meus, qui pro
multis effundetur in remissionem peccato-
rum. Effundetur dictum est, quia passim,
& viliter, quem vtique puncturæ veprium,
fossio manuū, & pedum cū clavis, lateris
apertio cū lancea militari fortius exprimen-
tes, ad modum torrentis funderunt extrin-
secus. Eratq; ille sanguis preciosior, carior-
que balsamo, per quem sordium nostrarum
facta est mundatio. Nota, Christum in cœna
illa, muneras, & munus, cibās, & cibum, con-
uiuia, & conuiuium, offerens, & oblatio. Au-
ditis formam sacramenti, audite efficaciam
& communionem corporis, & sanguinis Do-
mini. Et nos Iesu Christo, & Iesu Chri-
sto nobis in vnitatē foederatur in enarrabi-

Ioa. 6. f. li, sicut ipse dicit: Qui manducat carnem
meā, & bibit meū sanguinem, in me manet
& ego in eo. De bonis, & digne sumentibus
hoc sentiendū est, non de flagitiosis, & pessimis.
Sane in mensa vna, in cœna dñi, de vno
pane cōsecrato Petrus, & Iudas accepit, bonis
in vitam, pessimus in penam. Bonus in
beneficium, pessimus in testi noniū. Bonus
in salutē, pessimus in mortem. Quod totum
vscōe adhuc in Ecclesia completur in sacra-
mento altaris, bonis quidem in vinum sum-
mentibus, canibus vero, & immundis non
sic. Canes sunt, qui irreuerentē accedunt
& ideo iudicati abscedunt. Quia secundū m

Oper. D. Bern. Tom. 1.

carnem viuunt, & post carnalia euagantur,
catena vitiorū compediti, cum Iuda prodit-
tore venenum accipiunt, spiritualis suspen-
dij laqueum incurrunt grauissime damna-
di tum pro multiplici reatu, tum pro sacra-
menti contemptu, quod reuera accipiunt,
sed essentia, non salubri efficacia. An non
discernet inter glebas, qui discernit & inter
stellas? Examinauit certe argentum, qui ip-
sum quoq; aurum probauit, & reprobauit.
Ecce audistis fructum, & vtilitatē bonorum
audistis etiam, & expauiistis (vt credo) ad
perditionem malorum, audite modo, & ob-
stupescenter admiramini, nulli angelorum
nullis spiritibus supernis, sed hominibz, nec
tamen omnibus, sed ordini vestro tantū
mandatam esse tanti sacramēti: celebratio-
nem in altari, quod Christus fecit manibus
suis in cœna paschali. Expositis igitur for-
ma, & efficacia sacramenti, restat dicendum
quibus in verbis mandauerit Christus illud
celebrandum: Hoc facite, ait, in meam com-
memorationem. O verba nimis affectuo-
sa. O verba pungitua, & penetratiua vsque
ad animam. Hoc facite, inquit, in meā com-
memorationem. Propheeta etiam dicit. Me-
moriam abundantie suauitatis tuæ eructa-
bunt. O summē pia, & verē suavis memo-
ria, annunciare mortem domini donec ve-
niat. Mors Christi, opus sine exemplo, hu-
militas sine modo, donū sine precio, & gra-
tia sine merito; Hanc propter nos subire vo-
luit, qui peccata nostra super lignum sus-
tinuit in cruce sua. s. pena peccatorum, cu-
ius liuore sanati sumus. Quid facis homo
indigne? Quid facis homo ingratus? Adora
deuotius, & recole frequentius in sacra-
mento altaris salutē mundi pro te passam, vitam
pro te mortuā, fortitudinem infirmatam. Si
membrum Christi es, commorere fratri tuo.
Plange, dole cum gemitu, & lacrymis su-
per mortē preciosam vnigeniti Dei Patris.
Alioquin si non doles, si non plangis, si nō
compateris, deliras, degeneras, beluā sapi-
s, lethargiam pateris, hominem diffiteris. Ce-
terum, vt amplius moueris, imo vt magis
incalescas in amorem tui Redemptoris, vo-
luit Christus: vt iugiter coleretur per my-
sterium, semel offerebatur in precium, &
illa perennis victima viueret in memoria,
& præsens esset semper in gratia.

Quod & ita est. Licet enim recude-
at peccatum in multis, generalitas tamen

Kk 3 origi.

1/a. 27. a originalis culpæ ita profus ablatæ est, Leuiatham verme venenato in virtute fulgurantis hastæ mortis Iesu Christi transfixo, vt ad expiationem eorum, quæ quotidie admittuntur, Christum denud non oporteat crucifigi, imò sit omnium sufficiens medicina, si per fidem, & imitationem præteritæ mortis habeatur memoria. Christe Iesu, mortis tuæ memoria tamquàm opus pigmentarij, quasi thus redolens in diebus ætatis, quasi regio aromatum, quæ purgat æstus solis, & quasi flores, rosarum in diebus vernis, & quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ. Gratulante sponsa, gaude incomparabiliter, præsentem habes, & rectorẽ sponsum in presentis exilij miseria. Pignus habes, arram tenes quibus feliciter sponso vnaris in patria. Gloriosa & amabilis sponsa, in terra sponsum habes in sacramento, in cælis, habitura es sine velamento. Et hic & ibi veritas, sed hic palliata, ibi manifesta. Hic vtiq; sponsum habet ecclesiã suo ordine, nondum puritatis maiestate, vel æternitatis securitate. Hic reuera quasi dulce præludium, & iucunda desponsatio, ibi nuptiale conuiuium, & beata fiet coniunctio, cū de fide ad speciem de mense ad mensẽ, de sabbato ad sabbatum, de calore panum ad æternalis conuiuij calorem transibimus. Vnde suspirat sponsa,

Exo. 33. c & dicit cum Moysse: Ostende mihi te ipsum. Nec immerito. Ipse. n. Iesus qui dulcis est in voce, dulcis in facie, dulcis in nomine, dulcis in opere, dulcior apparebit in Deitatis visione. Vere dulcis in voce, de cuius ore lac, & mel procedit. Diffusa est. n. gratia in labijs suis. Vere dulcis in facie, speciosus. n. est non solum præ filijs, hominum, sed etiam præ millibus angelorum. Vere dulcis est in nomine. Dulce enim nomen & suauis Iesus consecratum ab æterno, nunciatum ab angelo, prophetatũ Salomonis oraculo, qui ait,

Cæt. 1. a Oleum effusum nomen tuum. Non autem *Matth. 1. d* aliud nomen est in quo saluari oporteat. Ipse. n. salus est, qui saluum faciet populum suum à peccatis eorum: Dulcis in opere, in celebratis miraculis, in peccatoribus conuersis, in sacramento preciosæ mortis, quod humanæ blanditur infirmitati. In hoc. n. caritas præfulsit pietas magis emicuit, gratia plus radiauit. Ceterum longe dulcior erit in Deitatis visione, quando manifestabit se ipsum residens super solium præ omnibus excelsum. Tunc satiabitur desiderium nostrum, quod propheta desiderans aiebat: Tibi dixit

cor meum exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? *Pf. 72. d* Et Abbi: adimplebis me lætitiã cum vultu tuo. Vnde preciosior dicitur faciei visio, quàm speculi frequens imaginatio. Non n. pari omnino iucunditate fimitur cortex sacramenti, & medulla frumeti, sidus, & spes; memoria, & presentia; æternitas, & tempus; speculum, & vultus: imago Dei, & forma serui. Hic autem ambulamus, per fidem, necdum per speciem. Interim deliciarum, & gaudere debemus in sacramento altaris, in cuius cofectione fidelis minister inuenit se ipsum in medio Patris, & Filij, & Spiritus sancti, astantibus etiã ex omni latere super nis ordinibus. Sacramentum præ nobis, mysterium super excellentis gloriæ affectat, & requirit plurimũ festiuam celebritatem tam illustrium personarum. Quidquid de ascensu sacerdotis in illa hora, seu profectu cogitari potest vel dici, longe infra dignitatem veritatis est. Ibi delicias animi boni sacerdotis seipso altior effectus, conatur, festinat, ascendit, crescit desiderium, & quãto magis sursum tollitur, tanto amplius extenuatur, ita vt omnem terrenæ concupiscentiæ nebulam euaporans, totus spiritualis hominẽ in homine exurat, & in ascõdito faciei domini gloriatur. Nec. n. ab intuitu propitiatorij in sancta sanctorum mens pia thurificans, & deuotio sacrificans prohibetur, sed rari sunt, quos ad profunditatis huius cardines, puritas admittat, quos ad huiusmodi culmen sanctitatis integritas rapiendo sustollat. Videt itaque minister sanctus, & sentit Deũ spiritualiter, qui Pater est omnium per creationẽ, suũ specialius Patrẽ esse per dignationẽ, quia ipse Pater est omnium peccatorum per gratiam, quibus videlicet mortuus est pater nequã, id est mundus, & mortua est mater pessima, id est carnalis concupiscentia. Beatus qui diceret audet, si dicere potest, pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Videt quoq; & sentit filium Dei fratrem suũ amarissimum esse, qui paruulus pro nobis factus, frater reuera est paruulorum, id est humilium. Narrabo, inquit, nomen tuum in cælis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Videt sentit Spiritum sanctũ à Patre & Filio procedentem, domesticũ sibi esse fratrem, & defensorem suum, quia ipse confortator est, ut poenitentiam, aduocatus in se

Pf. 136. c

Pf. 21. f

in se sperantium Videt iterum, & sentit angelicos spiritus profectibus suis applaudentes, & vt concius ipforum ascribi mereatur ardentius iohantes. Ista Ecclesia promptuarium quidem est eorum, qui in calis cõscripti sunt. Huic Ecclesie illa, quæ suspensis organis ad Deum suspirat adhuc super flumina Babilonis, originali cognatione coniungitur, & naturali affinitate moribus, & votis vnitur. Ab eo vtique ministro, qui huiusmodi est, vitulus saginatus, integer, ac perfectus, agnus annigulus, plenus, & immaculatus cum omni suauitate, dulcissimo sapore, gratissima iocunditate percipitur, & sumptus nõ cõsumitur. Cibus enim vita est, qui de celo descendit. Potestne aestimare qualem vel quantum est hoc sanctum sanctorum, & sacramentum sacramentorum, amor amorum, dulcedo omnium dulcedinum? Hæc sunt vere festa Paschalia, hæc sunt gaudia, & ferula vitalia iustorum, hæc sunt spirituales deliciae iustorum, & sanctorum. Hic bibuntur in loco vberi torrentes lactis, flumina mellis, liquores balsami caelestis. Hic efficitur vna caro sponfa cū sponso, vnus spiritus, sancta anima cum Chylo. Experientia horum, & similium spiritus, & vita est: nec animalis homo horum sensu fruitur, vel accessu. Amici spõsi, id est, boni Episcopi, boni Abbates, & ceteri timorati, & religiosi viri, gustauerunt, & plenissime sunt experti quod nos dicimus. Ideoq; ad mensam altaris frequentius accedunt, omni tempore candida faciès vestimeta sua (id est, corpora) prout possunt melius, vt pote Deū suum manu, & ore contrectaturi, & colloquente sibiipsis audituri. Ibi enim celebratur familiare colloquiū inter Deum, & Moysen amicum suum, id est bonum, & fidelē ministrū. Ceterum sermo ille non est sonans, sed penetrans, nõ loquax, sed efficax: non obstrepes auribus sed blandiens affectibus. Sermo ille nõ popularis, sed angularis, & priuatus. Nõ sonat in foro, nõ auditur in publico: secretū cõsiliū, secretū quærīt amicū. Auditui proculdubio gaudiū dabit, & lætitiā, si bona cordis aure percipitur. Audit, inquit dominus Israel, & tace. Respondit fidelis amicus, & fidelis seruus præ familiaritatis ausu, non tamē vocali plausu, sed suauiter blandiens, dicens Samuel. Loquere Domino quia audit te. Tuus tuus. Et cū propheta: Audi quid loquatur in me Dominus Deus. Certe ibi loquitur Christus cū ministro suo. Pës, ubi sit,

ingiter, repone fideliter, amplectere suauiter, quod vides, quod agis, quod tenes, amplectere, inquã, piæ recordationis affectu, & imitationis effectu, sciens quoniã talia oportet te præparare. Apparatus mensæ istius, nõ hominis est, sed fidei: non facinoris, sed mysterij: nõ tēporalis alimentis, sed æterni. Qui sum auctor muneris, ipse sum testis veritatis. Altare cui asistis, quã pro te sustinui representat crucē, & calix sepulchrum, in quo mortuus quiesci, patena lapidē superpositū, corporale sudariū, subthatoria corporalis, linteamina quibus inuolutus fui. Hostia quæ vides, iam non est panis, sed caro mea quæ pependit in cruce pro mundi vta. Sane mutatio ista benedictionis opus est: non originis. Virtus hoc facit, non vsus: effectus est potentie, non vsus naturæ, dignatio o est, nõ ratio. Misericordia est, non materia.

Non commune, sed solum; diuinum est, non humanum pietatis sacramentum, non deitatis detrimentum. Hic pereat physicale nutrimentum. Cibus iste non est ventris, sed mentis. Non est enim datus ad ruinas huius vitæ quæ vapor est ad modicū patēs, sed ad æternam vitam animæ conferendā. Iste est panis angelorū: qui nescit putrescere, non vadit in secessum, sed tē in excelsum. Illic reducit hominē, vadit traxit imaginē. Caro autē mea vere est cibus. Similiter liquor iste, quæ vides, iam nõ est vinum, sed sanguis meus, quem pro te tūdi in precium, tibi reseruans in altari poculū, in peregrinatione tua præsidium, in exitu de Aegypto conductum, in celo viaticum. Ergo botrus carnis, pro salute tua portatus sū ad torcular crucis: inde eliquatum est mustum tuæ redemptionis. Sanguis autē meus

Ioan. 6.

F

Ibidem.

vere est potus. Mira sunt fratres, quæ de sacramento isto dicuntur. Fides est necessaria scientia rationis superuacua. Scientia ratione & intellectu colligitur, fides sola auctoritate inducitur. Augustinus contra Felicianum: Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuentum putet incredibile, aut perceptū non credat singulare. Hæc sunt fratres, quæ fidem necessario exigunt, rationem omnino non admittunt. Expectūt simplicem creditorem, arguunt impium dyscolorem. Et ideo credi oportet simpliciter quod inuestigari non potest vtiliter. Hic est ille torrens, quem transuadare non potuit Helias. Nolite itaq; nolite quærere quomodo fiat, nolite dubitare vtrum fiat. No-

lite irruenter accedere, ne vobis ad mortem fiat: Deus enim est: & quāquam panis mysteria habeat, mutat tamen in carnē. Deus, & homo est, qui testatur panē veraciter fieri carnē suam. Vas electionis est, qui

1. Cor.
11. g
Ibidem

minatur iudiciū non diducanti tam sanctam carnē. Id ipsum d̄ Christiane de vino sentias, id honores in vino. Creator vini, est qui vinū prouehit in sanguinē Christi. Doctor genium est, cuius assertionē mortē bibit, bibes indigne sanguinē Christi. Et sciendū quōd aqua mixta cū vino nota vnionē membrorum cum capite suo. Aquæ enim multæ, populi multi. Tres autem portiones, quæ in altari sūt de corpore Christi, mysticā significationē habet.

G Fit. n. corpus Christi vniuersa Ecclesia, caput, scilicet cū mēbris, & inueniuntur in corpore isto quasi tres partes, ex quibus totum corpus constat. Vna pars ipsū caput. Caput enim & caput est, & pars corporis similiter. Itaq; caput ipsum, pars corporis vna est. Caput, in quā, quod iam immortalē, & impassibile surrexit, nō mortuū, neq; passurum amplius. Altera pars corporis est in mēbris illis, qui iam cum capite suo quasi in sabbato quiescunt in anima, immortalitatis vnam stolam possidētes quātū ad animas in celo. De talibus dicitur: Gaudet in celis animæ sanctorū. Sunt igitur duæ partes istæ simul, caput scilicet id est Christus, & altera pars corporis, id est boni defuncti, quorū corpora requiescūt in sepulchris & animæ cū Christo sūt. Propterea in altari duæ partes referuntur extra calicem quasi extra passionem, quia beati iam nullum sentiunt dolorē, quoniā hæc priora trāsierunt. Tertia portio, quam in sanguinem ponimus, illam partem Ecclesiæ significat, quæ calicē Domini bibit, id est Christi passionem imitatur. Cui in Apostolis domino dictum est: In me pacem habeatis, in mūdo pressuram habebitis. Olor, species, sapor, pondus remanent ad mysterij ritum, & ad gustus suffragiū, vt horror penitus tollatur, & meritum sortiatur: Etenim ne humana infirmitas esum carnis, & potū sanguinis in sumptione horreret, Christus velari, & palliari illa duo voluit speciebus panis, & vini, quæ inter humani generis victualia quodammodo tenent principatum. Nam ad alteram quidem præ cibi omnibus cor hominis confirmat panis, & vinum latificat. Sic itaq; corpus, & sanguinem suum sumenda proposuit, vt sensus in vno soueretur, in al-

102. v. 6. g

H

tero fides ædificaretur. Fouetur enim sensus in vno dū solita tantum, & cōsuetu prospicit, ædificatur fides in altero, dum oculo carnis vidente aliud exterius, oculus cordis aliud sentit, & reueretur interius. Aliud enim later, aliud patet. Posuit enim tenebras latibulum suum. Quenāmodum enim species illæ videntur, quorum res, vel substantiæ ibi esse non creduntur, sic res veraciter, & subtilius creditur, cuius species non cernitur. Videtur enim species panis, & vini, & substantia panis, & vini nō creditur. Creditur autem substantia corporis, & sanguinis Christi, & tamen species non cernitur. Proponitur igitur species panis & vini, vt doceatur plena, & perfecta esse refectio in sumptione corporis, & sanguinis Christi plena refectio cibi, & potus. Cibi autē & potus substantiæ principales sunt panis, & vinū. Cum autem vnū sit sacramentū, tria ibi discretæ proponuntur scilicet species visibilis, veritas corporis, & virtus gratiæ spiritualis. Aliud est species visibilis, quæ visibiliter cernitur, aliud veritas corporis, quæ sub visibili specie inuisibiliter creditur, atq; aliud gratia spiritualis, quæ cū corpore, & sanguine visibiliter, & spiritualiter percipitur a solis digne communicantibus. Tria quippe in sacramento altaris attendere debes: speciem panis, veritatē carnis, virtutem gratiæ spiritualis. Vsq; ad speciem panis sensus pertingit exterior, ad veritatē carnis fides interior, ad virtutem gratiæ spiritualis caritas superior. Specie panis rodit aliquādo forex paruissimus. Christianus recipit etiā pessimus: virtutē gratiæ spiritualis, non nisi prædestinatus recipit. Quod itaq; videmus, species est panis, & vini. Quod autem sub specie illa credimus, verū corpus est, & verus Christi sanguis, quod pepedit in cruce, & qui fluxit de latere. Comestio itaq; sacramentalis quantū ad visibilem speciem, & quantū ad corpus Christi veritatē conuenit bonis, & malis cōiter. Sed est alia comestio sicut iam diximus honorum solummodo, quā p̄ Dei gratiam, & per fidem ex dilectione operantem vitæ mentis efficit, & affectus mentium in corlibus percipientium vel ministrantium, intercedente spirituali, & subtiliori quæ ratione capitis, & membrorum. Vnde est illud: Nō vobis fiat corpus, & sanguis Filij tui. Nobis, inquit, fiat. Fit enim proculdubio corpus Domini in mensa altaris semper cum solemiter illud celebratur mysterium.

Pf. 17. 6

ritu debito: sed non semper eis fit, per quos fit. Vnde illud item in canone: Ut quotquot ex hac altaris participatione faciamus, Filij tui sumplerimus, omni benedictione caelesti, & gratia repleamur. Non enim omnes, qui corpus domini sumunt, ex participatione altaris spiritualiter illa benedictione caelesti, & gratia replentur. Vnde est illud: Ut quod temporaliter gerimus, aeternis gaudijs consequamur. Item vt quae visibilibus mysterijs sumenda percepimus, invisibili consequamur effectu. Hoc itaque sacramentum ab aeterno repositum, diabolo elatum, prophetis reuelatum, sollicitudini vestrae creditum, debita est gratiarum actione prosequendum.

Officium, o caeleste ministerium vestrum, laudabile desiderium, inigne spectaculum solenne miraculum.

Deus qui mirabilis est in omnibus, seipso certe mirabilior quantum ad vos ostenditur, dum mirabilior per vos operatur. Quid plura? Sacerdotes Dei benedicite Domino, digna Deo satagetes, ne vobis fiat in ruinam, quod digne sumentibus prouisum est ad medelam. Sacerdotes Dei non immerito vos dixerim, si vixeritis sacerdotaliter in homo Domini. Non enim prouenit dignitas in hoc nomine, quod est sacerdos, non inquam, ex nomine, sed ex virtute, conuersatione, non officio, merito, non vocabulo, sanctitate, non ministerio. Vnde scriptura dicit: Sacerdotales viros quaerimus, qui plures habemus sacerdotes. Plures, inquam, numero, non merito: simulatione, non fide: specie, non virtute: commixtione corporali, non vinculo spirituali: carnis adiunctione, non cordis unitate. Sunt enim qui lotis manibus: tamen in lotis operibus: cruenta conscientia ad diuina accedunt.

Criticia: come sint sine timore, & sine reuerentia carnes agni, qui praesidet in caelo, sicut carnes, quae venduntur in foro. Non sicut sacerdotes assistant, sed sicut carnifices in macello. Graue igitur pondus, graue est periculum istius honoris. Gradus quippe iste gradus casualis est, gradus iudicialis est, nisi hinc illustretur dignitas vinctiois, nobilitate morum, exercitatione virtutum, & instantia honorum operum. Fodite sicut charissimi domesticos parietes, id est ponite vestra super vias vestras. Satagite quantum potestis, redimere cito in quibus stendistis. Dies enim domini sicut fur ita veniet. Sicut enim nihil certius morte est, hora mor-

tis nihil incertius: quod vt dignum est, pensate, & ad pensandum circumspectius inuigilate. Deo quidem erit ad gloriam, angelis ad laetitiam: subditis vestris odor ad vitam, vobis autem ad coronam. In quo Christus & Christos suos exaudire dignetur, ministrando auxilium gratiae suae, qui viuunt, & regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

Item sermo vnde supra.

S Edisti ad mensam diuitis. In verbis istis sequitur spiritus consilij voce suavi: sed & terribili. Vox suavis est, sed obedientibus: vox terroris contemnentibus. Recipientibus debentur praemia: reipientibus intentantur supplicia.

Viuunt qui recipiunt, damnabuntur qui deficiunt. Sedisti inquit. Ecce principium huiusmodi verborum quanta suauitatis praefert inigne. Verba praecedentia suauiter sonant, affectum muleant: & de sensu ueritate mentem impingunt. Quae autem sequuntur ibidem, scito quonia talia oportet te preparare, dum intellectum quo plus exercet, plus terrent, de altitudine mysteriorum, miro modo nos humiliant: siue propter indignitatem nostram, siue propter incapacitatem. Diues itaque, & potentissimus ille Dominus est virtutum, & ipse Rex gloriae: cui dicitur per prophetam: Vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Ipse qui aufert spiritum principum, terribilis apud reges terrae. Mensa, ad quam residet fideles epulaturum cum eo: incarnatio ipsius est. Parasti, inquit, in conspectu meo mensam, id est incarnationis tuae remedium, quod semper attendo, & recogito aduersus eos, qui tribulant me: ne more antiquo praualeant, quae misero, & exuli insultare consueuerat. Porro immensa, & de mensa incarnationis dominicae refectio acquiritur opulenta. Regia quidem ibi sumuntur fercula, & accuratori arte diligentius preparata, deliciosa multum ad saporem, solida ad nutrimentum: efficacia vero ad medicinam. Primum itaque ferculum est obedientia filialis tribus contexta funiculis, habens humilitatem in corde, patientiam in ore, perseuerantiam in bono opere. Christus naque factus est obediens patri. Vnde, & ipse dicit. Non veni facere voluntatem meam: sed eius qui misit me. Et in alio loco: Meus cibus est, & facia voluntate eius, qui misit me, patris.

Hic sine capiebat in codice manu scripto.

s. Thess.

s. a.

quis. Quæris de humilitate? Dominus omnium feruuli forma indutus est: de paupercola virgine natus est. Ideoq. cum liber esset à lege, factus est sub lege, sine querela conuersatus est in lege. Cum Publicanus, & Peccatoribus cibum sumpsit, discipulorum, quos elegerat, pedes lauit: hoc ab ortu suo vsque ad finem vitæ satagens: vt sicut in matre specialis, & sine exempto fuit virginitas: sic in filio singularis, & vnica esset humilitas. Quod si de patientia queritur, sicut ovis ad occisionem ductus est, & ppter iniquitates nostras vulneratus est: & cum iniquis deputatus est. Vt enim inuisibilis videretur à nobis, vt immortalis moreretur pro nobis: verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Habitauit hoc verbum in nobis obumbratum carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis, verbum in carne, sol in nube, mel in cera, lumē in testa, cereus in lucerna. Sustinuit in assumpta carne incommoda nostra sine peccato carnis, portans in carne peccata nostra: & hoc totum non propter se, sed propter nos: vt redderet nos incolumes de infirmis, coheredes de extraneis, liberos de seruis. Si de perseverantia queris: obediens fuit vsq. ad mortē. Obedientia, talaris est tunica, quā Ioseph quod sonat accrescens, vel augmentum, id est quilibet perfectus dono clementioris gratiæ, quæ est mater credentium, singulariter induit. Secundū ferculū est paupertas spiritualis, quā tria cōstituunt depositio rerum & contemptus: vilitas & abiectio sui ipsius: abdicatio propriæ voluntatis in omnibus. Voluntaria ergo paupertas, quæ sine possessione, vel desiderio habetur: quāto expeditior est, tāto securior est. Custos & magistra est virtutum huiusmodi paupertas: sicut e contrario radix est vitiorum immoderata rerum affluentia. Expedit esse nudos cū diabolo, qui nudus est, iustituros. Nudus athleta fortius dimicat: natator exiit vt fluuium transeat: viator reiectis sarcinulis bene cursitat. Nobilis itaque titulus voluntariæ paupertatis, quam Christus docuit verbo: beati iniquiens pauperes spiritu &c. Consecrauit exemplo, nec. n. habuit propriā domū, in qua caput reclinaret, & in qua cū discipulis pascha manducaret: nec propriam habuit vnde tributum solueret. Commendauit eam etiam ore prophético, dicens: Ego vix videns paupertatem meam. Huius paupertatis exemplum primum post Christum Apostoli tradiderunt, quando in primitiis Ec-

clesia multitudinis credentium erat cor vnū, & anima vna, & omnia cōmunia. Hæc religiosi apostolorum sequacibus indita est. Paupertas ista, quæ nec habet, nec habere desiderat, laterale aduersus sibi querit paupertatē, videlicet superbia latens contritionē: vt qui mēbrū Dei est, pauper sit spiritu, id est humilia, & abiecta de seipso sentiat, & iudicet. Nō applaudit sibi, nō in seletur de meritorū eminentia, nec alijs insultet: quā Christus tenuit, & seruauit præ omnibus: vnde & ad discipulos dicebat. Cūm feceritis hæc omnia: dicitis, quia serui inuisiles sumus. Tertio religiosus sit pauper spiritu, nihil vnquam ex propria faciens voluntate: sed in omnibus, & per omnia iugo mæ patus obedientiæ. Hæc sūt tria, quæ præmissimus vere religionis insignia, quæ hominē Deo, & angelis reddunt conformem, cælestis patriæ ciuem cōscribunt & hæredem. Tertium ferculū est mors Christi reuerēda: præ omnibus sacramentis affectuosa. In hoc sacramento pietas magis enituit, gratia plus refulsit, caritas amplius radiauit. Ad mortē Christi tria precipue respiciunt, non sine timore, non sine lacrymis, & gemitu prosequēda: iniuriarum multiformium illatio, manuum ac pedum in cruce cōfixio: sepulchri ac sepultri sub militū excubijs obseruatio. Post hæc federe duo significat: potestatem iudicialiam, & subiectionem voluntariam. Habes ad manum exempla congrua de vtroque: sede à dextris meis, & illud: vidi Dominū sedente matque illud: Cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ signa sunt iudicialiæ potestatis. Ceterum ipsa scriptura clamat: Surgite postquam federitis: qui manducatis panem doloris. Et illud: super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus: & illud Christi ad discipulos: Sedete hic donec orē, verba sunt debite subiectionis. Christus igitur adhuc orante nequaquam surgere debemus per aliquam extollentiam, sed humiliari, & in bonis exercitari operibus conuenit: vt quādoque post laborum, quibus hic afficimur, tolerantiam: surgamus loco, & tēpore suo promouendi ad cælestem gloriam. Tu itaq. quæ sedes ad mensam dimitis, ferculis quæ præmissimus apponit te ipsum subiiciens, & humilissimam incarnationis dominicæ sacramentum, non negligenter, sed diligenter attende que apponitur tibi. Attēde in quā vt dicitur in referendo gratiam nō esse tardus, aut legitur vt dicitur ad singula dona agere gratias.

Attende inquam vt nulla Dei munera debita gratiarū actione frustrentur: non grandia, non mediocra, non modica. Denique iubemur colligere fragmenta, ne pereant: id est nec minima beneficia obliuisci. Numquam non perit, quod datur ingrato. Terribile est quod sequitur: quia onerosum, & quasi impossibile videtur. Sed quibus? Mollibus, effoeminatis, ignauis. In quibus? Libertate perniciose ruptis habentibus continentie eunt quod volunt ebricē concupiscentiæ, tumulentique affectus: dum post carnem carnalium euagantur: dum mundū supra modum ambiunt, & sequuntur. Sed quid est illud, quod terribile iudicant? Hoc est quoniam talia oportet te preparare. Nota quoniam cōpatiendū, cōmoriendū, & consepeliendū teipsum: & cetera. Dignum est enim, & tibi multum expedit cōpati, cōmori, consepeliri passio, mortuo, & sepulto. Ad hoc enim facta sunt huiusmodi: vt his omnibus configureretur, & conformetur vita Christiani. Qui enim tamquam membrū Christi dicit se in Christo manere: det sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Nā propter crucē eius dictū est: Qui sunt Christi Iesu, carnē suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Propter sepulturā dictū est: consepulti sumus cum Christo, & cetera. Et ideo vt validius cōiugamur, vt amplius moueamur: & curramus per omnia reuoluamus singula contextendo fasciculum, cōnexendo funiculum, connectendo fasciculum: de omnibus, & singulis quæ facta referuntur, de humili Dei Filio, de summo Patris vnigenito, de Redēptore pijsimo, de amantissimo fratre nostro. Occurrat, itaque spiritualiter, & ingerat seipsum cordibus nostris Dominus Christus, proditus, & venditus à discipulo: à Iudæis tamquā vile mancipium precio satis exiguo comparatus captus, tractus, & ligatus, tamquam homo sine adiutorio, scisso etiam verberibus dorso, vellicatis genis, facie sputis illita, puncto vepribus capite, faucio latere, terrebratis palmis, pedibusq; cōfossis: qui tamquam iugulatori suo alludens seipsum non reluctans exposuit, & nudum edipus quasi in eundem mallatorum tribus patienter exposuit: dum pro nobis per huius vitæ pelagus ad patriam de exilio transferēdis rapacibus piratis nauū proprię mortis exsoluit. Sed nec prætermittam myrrham, qua in cruce potatus est: sed neque illam, qua vnctus est in sepulturam. Qua-

rum in prima sibi applicuit eorum amaritudinem peccatorum: in secunda futura mei corporis incorruptionē dedicauit: Hoc est celeberrimū, & regale cōuiuuium: in quo iusti epulantur, & exultant in cōspectu Dei, aut delectantur in lætitia. Præter hæc omnia dulce pigmentum apponitur inuitatis ad Iustificatum de Cyprio vino preciosis, & peregrinis: quia nobis adhuc inexpertis speciebus conditum. Botrus, inquit Cypri, dilectus meus mihi. Præmissum erat in proximiorē versiculo, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, scilicet Christus secundum carnem. Botrus vero Cypri Christus est secundum deitatem, fasciculus myrrhæ, Christus in passione, Botrus Cypri Christus in resurrectione: fasciculus myrrhæ grādo, & tonitrua Iudaicæ tempestatis. Botrus Cypri destructio totius aduersariæ potestatis, fasciculus myrrhæ multitudo afflictionum. Botrus Cypri abundantia gaudiorum, illinc amareans, isthinc inebrians. Sed non est prætereundum quod dicitur: fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera commorabitur. Ibi enim est cor. Et vbi est cor, ibi dilectio: & vbi dilectio, ibi dilecti mansio. Nouit autem quicumq; recte sapit, quantum Christianæ pietati expedit, quantum Dei seruum deceat sacrosanctæ passionis ipsius fidelius recolere beneficia, ad fruendum suauiter in conscientia, ad recondendum plenius per imitationem in memoria: quod est spiritualiter māducare corpus domini, & sanguinem eius bibere, ob amorem, & reuerentiam eius, qui credentibus in se præcepit dicens: Hoc facite in meam commemorationem. In quo etiam quā impium sit hominum tantæ pietatis: Dei esse immemorem, palā est omnibus: cum amici morietis vel peregre proficiscentis commendatam sibi sub aliquo signo memoriam nefas sit obliuisci. Si quidem huius reuerendæ cōmemorationis mysterium, suo modo, suo tempore, suo loco, celebrare licet paucis hominibus, quibus, & hoc traditum est mysteriū. Rem vero mysterij, omni tempore, & in omni loco dominationis Dei modo, quo traditum est, id est debita pietatis affectu, & sanctæ imitationis cōstituto agere, tractare, & sumere in salutē cunctis fidelibus in prōptu est. Nam, & sacramētum sicut accipit ad vitam dignus: sic ad iudicium, & mortem propriā indignus. Sacramētum enim sinere sacramenti, mors est

est sumētis Res vero sacramenti, etiam pręter sacramentū, vita æterna est accipienti. Quoties in commemorationem eius, qui pro te passus est pie, ac fideliter Christum imitando fueris affectus, & deuotus, corpus eius manducas, & sanguinem eius bibis, & quamdiu in eo manes per amorem, ipse uero in te p iustitię, & sanctitatis operationē in eius corpore, & in membris eius, computaberis. Et ideo si amas animam tuam, propter Christu perdere debes, eam siue ponēdo ut martyr, si necessitas exegerit, siue affligēdo districtius, ut penitens, quamquam, & genus martyrij sit, spiritu facta carnis mortificare, illo nimirū, quo membra cęduntur ferro, honore quidem mitius: diuturnitate autem molestius. Habeamus ergo eorum, que contemptibilia Christo sunt illata cōtinuam, & indefinentem memoriam, nō utique ociosam, non tepidam, nō torpentem, sed compassionis ardore super omnia plurimum delectatam, & imitationis priuilegio omnia impetrantem. Vnde propheta, Delectare in domino inquit, ut sperata mundi, & victorum omnium iuanditate, suauior eius recordatio sit. & dabit tibi petitiones cordis tui, non carnis. Porro tres sunt species, de quibus conficitur pigmētum quod ad regalis conuiuij festiuam exhilarationem apponitur: Triumphalis reditus ab inferis, gloria resurrectionis, confessus ad dexterā Dei Patris. Cibi prædicti confortant, ista uero tria latificant. Cōuiuantes, & inuitati in tempore gratię pię ceteris apostoli, & martyres esse creditur, qui in fortitudine cęlesti, & spiritali exultatione nō ingrati, vel immemores exhibiti à Christo conuiuij, retribuant, & offerunt de seipsis qualia acceperunt. In desiderio, & in agone isto sudāt, currunt, & laborant, quos eiegit Deus, ut seipso hostiā uiuam, & Deo acceptā exhibeant. Et utinam Christus nobis indulgeat quantalacumque bonorum operum executione illorum vestigia humiliter adorare, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

I Sermo de priuilegijs beati Ioannis Baptista.

Hodie delectissimi, dies nobis illuxit insignis, & tato diebus cęteris sanctior, quanto sanctior hominem terris infudit. In hac siquidē die natus est sanctorum specior

iustorū gloria, letitia angelorū, excellentissimus homo, consanguineus Christi, amicus sponsi, sponse preparator, vnus est, & siquidē nō habet, qui ehoris inferitus angelicis sublimioris coronę titulus vniuersitatis humane trāscendit ascēsum. Deniq; inter natos mulierū nō surrexit maior Ioāne Baptista. Felix homo qui feliciter cęlorū perambulans officinas, cursu felicissimo sequitur Redeptorē, nec alitius præcludim fastigio dignitatis, quę summę felicitatis iminentitas largius irrorauit. I. cętatur Angeli, & vtriusq; naturę numerositas admiratur hoīem sic ingressum abyssum luminis, & intra interna diuinitatis abforpūm, ut ipsam reuerberet acie angelicę puritatis. Leuētur oēs viri meritōrū, & prærogatiuis ante cōsistoriū maiestatis exultēt nō erit tamen qui ad beati Ioānis Baptiste priuilegiū audeat aspirare. Age iā aggrediamur ingredi virtutum insignia, quę Deus maiestatis in amico suo gloriosa glorificatione signauit. Sic. n. ab ortu vite suę vsq; ad occasum conuersatus est cū hominibus, ut forma vite, morū informatio ha beat. Et licet huius sermonis aurea nō tūtilet pulchritudo tētabimus tamen rerū veritatem qualicūq; stylo perstringere, illud sapiētis attendentes. Prudētibus uiris nō placere phalaræ vestimentis. Primus. n. honor est, gloria in annunciatione. Nō est dissimulari silentio transeundū, quā solēni glorificatione pueri huius in hunc mundū nūciatur ingressus. Adest Angelus Gabriel, & a superiorū calorū cardine domini fortitudo descendens, stat à dextris altaris incensi. Nec quilibet angelus, sed ille sublimior, qui beatę virgini nunciū attulit singularare etiam electus est, ut annūciaret milite, qui regem nūciare debebat. Astat sacerdotilibus indutus & multiplex vestimentorū, varietate, cęlestiū sacramentorum præfigurans imagine, purgationē peccatorum mystici sanguinis asperzione designat. Consistit corā arca fęderis ante testamenti tabulas, & vrbam aureā habentem manna virgā Aaron, Cherubim & propitiatorū, solemniter insulatus, vultui Dei gloria maiestatis, rerum omniū domino vota præcelebrat. Dies infatigabilis, & ceteris diebus multitudinis. In cęlorū cęlestior, domini precipientis adulatione sublimis, sine spectabilis, & festiua, in que sola soli pontifici liceat introire in sancta sanctorum, & asperginemuliformi summę diuinitatis nam refrigerare. Conuenitur vni que

Matth. 11.6

K

Vndique in sancta ciuitatem, & populorum turba frequenter cumulat materia gaudiorum. Inter qua sacra consistens archangelus. Ne timeas, inquit, Zacharia quia nascetur tibi filius, parentum gaudium, nobilitas generis, orbis exemplum, finis legis, euangelij principium, mortis expulsio, ianua vitae, decus hominum, conuersationis splendor, omnis iustitiae principatus. Et ne diffusiori tractatu rerum excellentiam confundamus, nascentis, & conuersantis integritas in libris euangelicis plenius assignatur. Considera nunciantis sublimitate, loci dignitatem, diei reuerentiam, & tunc intelligere poteris, quam superexcellenti gloria Ioannis Baptista genitura praedictur. Salua igitur redemptionis reuerentia (quia non derogamus regi, si regis militem honoramus) cum ille dominus, hic seruus, ille creator, hic creatura, digniori praemonstratione Ioannes nunciatur quam Christus. Christus fortassis in thalamo, Ioannes in templo, & non solum in templo, sed etiam ante sancta sanctorum, & insigni die solemnitatis eorum. Ioannes ab eodem archangelo, in loco digniori, tempore sanctiori, apertiori miraculo praedicatur. Recole Isaac ab angelis nunciatum: Sampson per angelum praedictum, & vniuersam Nazaraeorum sectam conspice, & solum Baptistam tam in hoc, quam in alijs inuenies digniore. Secundus honor est sanctificatio in utero matris. Quicumque de massa prauaricante mundum ingredimur, legem resem originalis peccati nobiscum trahimus, solus ille, qui peccatum non fecit, excipitur, quem virginalis uteri thalamus ignorantis virum terris effudit. Longe quippe aliter quam nos & dissimili modo conceptus est Spiritu sancto tota maiestate virgine inundante, superans usum carnis, naturam ordinem, viri commixtionem. Sic quippe decebat, ut peccatum nesciret, qui peccatum tollebat, ut similitudinem carnis peccati suscipere, non autem carnem peccati. Cum igitur omnes in iniquitatibus concepti sint, neminem unquam mortalium intra materna viscera sanctificatum legimus praeter Hieremiam, & Ioannem Baptistam, quamquam & de singulari virgine nulla est ambiguitas, quin ipsa maternis circumscripta visceribus, sublimiori sanctificationis genere mundata sit, utpote sanctuarium illud, in quo Deus & Dei Filius carne fuerat suscepturus. Sed longe minor Hieremiae sanctificatio, quam

Ioannis. Ille quidem in utero matris sanctificatus, hic Spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur. Multo quippe excellentius est Spiritu sancto repleti, quam sanctificari. Ibi. n. sanctificatio emundationem: hic repletio inundationem signat. Denique & apostoli, qui manibus suis tractauerunt de verbo vitae, cum Spiritum sanctum acceperunt de Saluatoris afflatus, vix quinquagesimo a resurrectione die ad illum gradum potuerunt peruenire ut diceretur de eis: Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Et licet Spiritus sanctus largiori tunc munere credentium corda repleuerit, hoc tamen Ioannes legitur in utero assecutus, quod apostolica celsitudo tandem longiori promissione meruit obtinere. Attende, obsecro, diligenter quam ordinata dispositione spiritus ille multiplici Hieremiam sanctificat, Ioannem replet, & superuenit in Mariam. Et Hieremiae quidem admiranda sanctificatio: quia etsi in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. Ante enim, quam exiret de ventre, sanctificatus est. Nec poterat nasci non sanctus, qui in utero matris erat sanctificatus. Mira res, & a tractatis saeculis non audita, hominem conceptum in peccatis, nasci sine peccato. Ioannem vero longe gloriosior virtus impleuit, qui & sanctificatus est a peccato, & ita dominante spiritu superfluit. ut & purgatus exeat, & repletus. Vere magnus coram Domino, quem angelus nunciat, sanctificat Deus: spiritus replet, vita commendat. Ineffabili. n. modo superuenit in virginem, quam tota diuinitatis plenitudo sine mensura discretionem perfudit, ut totum caperet, qui fecit totum, ut non solum a peccatis abluta, & repleta Spiritu sancto, sed & de Spiritu sancto concepisse credatur: quia quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Inde est, quod singulari prerogatiua fides catholica Filium Dei natum de virgine, conceptum de Spiritu sancto confitetur, ut diuinitatis, & humanitatis indiuisibilis adunata connexio vocabulorum indifferentia designetur. Vides ergo quam remotiori priuilegio speciosus forma praefilijs hominum, a filijs hominum in concipiendo discretus sit. Illi etenim de peccatis, & in peccatis concepti sunt: hic in spiritu, & de Spiritu sancto concipitur. Haec sane dicta sunt de conceptione Ioannis. Sed si in aliquo sanctorum auctoritatibus videtur obuiare, volumus, ut sine omni excusatione, vel defensionem in patrocinio subtruantur, Tertius ho-

Luc. 1. a

Gen. 18.

b

Iud. 13.

a

M

Hier. 1.

b

Matth.

1. c

B

nor est excellētia in exultatione. A seculo non est auditum quōd quis exultauerit in utero matris, cū hic in gaudio exultasse legatur. Prorsus obstupenda dignatio, puerū vix cōceptum, in morū exultationis erumpere, eique gratāter occurrere seruitio dulciori, quem virginali substantiā præsensit infusum. Beata anima, quę in via peccatorum non stetit, sed secretiori semita de celestibus officinis egrediens, inaudita gratulationis est sortita dulcedinem Felix Elisabeth, ad quam properat mater Saluatoris, quam salutaribus, obsequijs eglorum imperatrix impertitur. Sed puer multo felicior, qui salutantis maiestatem agnoscens, intra viscerum tenebrosa volumina gaudio gaudet, quia vim tam beate salutationis attendit. Et factū est, inquit, vt audiuit salutationē Marię Elisabeth, exultauit in gaudio infans in utero eius. Ascendit cū festinatione virgo in domum Zacharię ad salutandam Elisabeth, portans in utero filiū Dei, Regem glorię: Dominum maiestatis. Occurrit Elisabeth, & antiq̄ sterilitatis carens opprobrijs, amicum sponsi, præconem verbi felicissimo ventre deportat. Iunguntur amplexus, venit ad oscula, & copulantur felices vteremque, & militem, non nisi duo tenerimi parietes abiungunt. Quid mirum si miratur puer, & exultat à tactū tā proximę diuinitatis, & afflatu? Poteratne vacare à quocumque miraculo, cui presens erat Regis præsentiā, regnantis mater, mūdi Redēptor? Quid quod non scemel tam sanctorum amplexuum fuit celebrata coniunctio? Mansit autem Maria cū illa quasi tribus mensibus, ait Euangelista. Tanto tempore manet cum Elisabeth virginalis integritas, & nunc dulciori eloquio, nunc feliciori amplexu Ioannem puerum confecrat, & insignit. Et fortassis vsque ad diem natiuitatis eius gloriosa Virgo cum cognata morata est, donec puerum natum sibi beatissimo cōfoueret, & vno pariete remoto propinquiorē redderet præsentię creatoris. Facile autem hoc ex euangelij coniectura liquet, quia iam sex menses à conceptione Ioannis defluerant, cum ad virginem archangelus missus est, qui renouationem mundi pudorē virgineo noua salutatione portauit. Ex hinc Virgo festinauit ad Elisabeth, & tribus mensibus cognatę dignatur visitare hospitium, donec noni mensis sine cōcluso, natiuitas imparet Patriarchę. Alij, qui libram mēsuram

diligentioribus oculis inspexerunt, se vidisse testantur quōd ipsa Dei genitrix felix puerum primo de terra leuauit, & cognatę partū omni profecuta est seruitute. Quocumque autē modo rei huius veritas decernatur, illud pro certo certum est, quia non parum contulit pueri hęc scituro, tam felix & morosum in temperatę virginis confortiū. Quartus hōnor Ioannis, est gaudium in natiuitate. Erubescet lucifer, qui iā mane orbis, & conatum tuorum frustratus impulsibus, tandem intellige, quia in nouissimis diebus tamquam perdidisti stultissimus remanebis. Machinationibus tuis factum est vt humani generis vniuersitas in peccatis cōciperetur, in tristitia nasceretur: sed ecce iste sanctificatus in utero oritur in gaudio, latitiāq; mundo sua natiuitate refundit. Ecce genus armaturę, quod tibi constitueras ad victoriā, hoc Ioanni nascitur ad coronā. Apprehende arma, & scutum, & toto malignitatis tuę spiritu debaccharē, nec tamen poteris Ioannis irumpere priuilegiū, quod benigna scribētis manus proprio caractere, consignauit. Multum deceptus, multum delusus es. An ignoras quod tibi vir bellator ab adolescentia, & et à matris ventre cōsurgit? Nescis quia à diebus istius regnum eglorum vim patitur, & violenti rapiunt illud? An oblitus es, quōd iste mittitur parare plebe perfectā Domino? Intāctē ordinem rerum, & ab ipsis cōceptionis suę inijs inuenies hanc validiorē conamine tuā fortitudinē irrupisse. Tu fecisti, quōd fratri-cida Cain, qui primus natus est, pollutus, & obuolutus exiret, & originalis peccati respergeretur infamia. Hanc excepit orbis exterritus, & humani generis subsecuta natiuitas, ad infimę iustitię cumulum transfingrauit, natiuitas autē Ioannis huius in gaudium est, & solemnitate preclaram. Letatur orbis, & per quattuor mūdi climata circumsonat gloriose festiuitatis instantia, ipsi etiam cęlis celebris, & famosa. Quis putas puer iste erit? Amicus sponsi, inimicus sibi, seipso potenter. Cōsiderandū etiā quāta dignitate præpalleat natiuitatis huius celebrandę deuotio, quātaque gratiā in oculis Ecclesię pueritū inuenire. Nullius hominis natiuitate præter solius Dei in auctoritatis arcē recepit Ecclesia, huius istius exceptione sēuata. Nouit enim, quia nō hoc est dies mortis die natiuitatis, & quōd quis hominis tristitia comitetur. Inde

Luc. 1. d

C

Luc. 1. a

D

Matth.

11. b

Luc. 1. b

E

Ibidem.

Ecc. 7. a

est, quod diem mortis martyrum non natiuitatis solennizat Ecclesia: mortem tamen eorum natalitiorum nomine nominans, quibus factus est de morte natalis. Tunc enim coeperunt de morte nasci ad vitam, cum vitam depouuerunt pro vita. Huius vero natiuitate sponsa Christi tanto securius beneuolentissima dignatione suscepit, quato singularis ea veritatis Euangelicæ irrefragabilis commendat auctoritas. Quintus honor est singularitas in conuersione, & conuersatione. Intra teneitudinem annorum beatus iste puer ad eremum spiritu ducete deductus est: nec obstitit ætatis infirmitas, quã maiestas Domini fecundabat, Spiritus enim sanctus non attendit sexuum differentiam, fragilitatem corporum, temporum annositatem: sed quemcumque & quandocumque, & quomodo vult dignantissima replet benignitate. Relinquit Ioannes mundum, homines fugit, patriã nescit, parentes aspernatur, & in solus diuinitatis apicem defigit obtutus. Mira rerum conuersio, hominem vix mundum ingressum, mundi fugere gloriam, & sæculi cupiditates non solum obliuisci, sed nescire, perpetuumque cum diuinitate habere consortium. Recellus montium sylvarum anfractus, & vallium subteriacens vauitas, puero patriarchæ quando nox coegerat domicilia præbuerunt. Non mihi opponatur Hieremias, non prædicantis pueritiæ virtus audeat obuiare: quia si ille consecratus fuerat in Prophetam, hic in plus quã Prophetam. Et licet ille populo futura prædicet non tamẽ conuersationis humane declinat aspectus: Ioãnes autem ætatis supergressus infantiam, & nobilioris generis generositatem oblitus, soli vacat diuinitati, factus forma vitæ, monachorum propositum, anachoretarum principium, totius religionis assertio. Ecce hæc quidem pro conuersione. Porro quanta sublimitas in conuersione fuerit, non est currentis linguæ, volubilitate differendum, sed Euangelicæ dignitatis coprobandum eloquio: Ioannes, inquit, habebat vestimetum de pilis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos: eius esca erat locusta, & mel syluestre. Ecce quomolibus vestiuntur, in domibus regum sunt, Rigida vestis, & durissimis aspiciantibus cõtexta, rigore squalifero corpus afficit patriarchæ, carnemque ternerimam immatura distinctio disciplinæ feritate coarctat, tene-ros artus, & sacratori spiritui superfusos cõ-

tinue quassat lōginitudo martyrii. Cibus autem eius qualis erat? Non quæuntur per dices, fassiani, seu alie aues: non per totam curritur regionem, vt patriarchalis stomachus impleatur: sed erat esca eius locusta & mel syluestre. Cæli rore pascitur, & animalis vilissimi faciat edulio, nihilque coctum accepit ieiunantis austeritas. Castigato vètri, & diuturna maceratione distecto ignota fuit varietas serulorum, nec intioiuit in os eius, quod gulã alliceret, suffarciet ventre, stomacho blandiretur. Helias comedit carnes, & si quid aliud apponebatur, cum gratiarum actione percepit, nec aliquem legimus ex illa veteri officina ad legis huius aspirasse fastigium. Vestis aspera, cibus tenuis, mens deuota, profecto perfectum cõsecrant patriarchã. Sextus honor est nouitas in prædicatione. Hic volo, vt intendat attentio vestra, quia paulo subtilius ad audiendum materiæ præcipit magnitudo. Post peccatum Adæ, ac illius diluuij vastationem solemnẽ, electa est iustorum infinita prope pluralitas, cum quibus Deus facie ad faciem locutus fuisse dignoscitur. Transfertur Enoch, eligitur Noe, vocatur Abraham, Isaac diligitur, Iacob Deum facie ad faciem contemplatur, Ioseph saluator mundi vocatur, nec tamen in sermone Dei ad illos, vel illorum ad homines, sit aliqua mentio de regni cælestis perpetua mansione. Moyses assumitur in ducẽ populo Iudæorum, Pharaoni in Deum constituitur: facit Deus per ipsum in Aegypto magnalia, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. Ascendit Moyses in caliginem, in qua erat Deus, & datur ei in monte multiplex præceptorum auctoritas: loquitur cum Deo quasi homo ad vicinum humum: nõ est oculatum à Moyses quod fecit Deus in occulto, & gloriosum nomẽ Adonai (quod omnibus fuerat obuelatum) ei reuelatur: sed in his omnibus regni cælorum memoria, nec nominatur, nec auditur. Astat Aaron summus sacerdos potentis virgæ gestarius, vnctus, & delibutus cælestium sacrariorum vnctione: succedit Iosue, & omnis illa iudicum multitudo, nec est, vel vlla tenuis mentio regni cælestis. Inuenit Dominus Dauid virum sanctum secum cor suum, Salomonem filium eius sapientia cumulat singulari, & omnem illum Prophetale chorũ Spiritus sanctus ordinat & infundit, & nihil de cælestis regni gloria prophetatur. Claudit Helias cælum annis

3. Reg.
17. 4

H

3. Reg.
17. 4

tribus,

Matth.
3. 4Matth.
23. 4

tribus, & in tribus sex. Heliseus etiam mortuus mortuum vitæ restituit, & ab his, nec vel vlla scintilla beatæ mansionis elucet.

4. Reg. 13. d Quid plura? A principio mundi vsque ad Ioannem vniuersitatis humanæ electione recollige, nec in sermone vel opere illius sæ ætuarij poteris repetire dulcedinem. Veni ergo ad Ioannē, & audi vocē exultationis, vocē nouitatis, vocem latitiæ, verbum misericordiæ, sermonem gloriæ, largitatem gratiæ, quod celauerat Deus, tacerat Angelus, latuerat Patriarchis, Prophetæ nescierunt.

I. Matth. 3. a Penitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnū cælorū. Verbum penitentiæ dulce, & gloriosum, verbū regni cælorum lætum, & adorandū, illi soli primo conueniēs qui primus noui testamētū fundamenta posuit. Hæc est vox, de qua maximus ille contemplator cælestium visionum in hæc verba profequitur. Et vox prima, quam audiui, sicut citharæ cæcorum citharizantium in citharis suis. A diebus Adæ vsq; ad Ioannem organum nostrum verum est in vocem flentium: quia peccatorū frequentia, nec penitentia locus duplex erat deplorandi materia.

Exo. 10. d Occidis? occidi iuberis. sabbato ligna colligis? lapidari iuberis: & ille cui proprium est misereri semper, & parcere, nisi ferire nō nouit. Dederat quippe eis præcepta non bona præceptorum dator, & iustificationes, in quibus viuere non possent: hoc est, quod uultus miratur dicens: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ domine? Ioannes natus offendit medicamentum vulneri, peccato penitentiam, iniquitati veniam. Hæc est prima vox, quam vox clamantis in deserto proposuit, & vox turturis audita est in terra nostra. Ex tunc misit in os nostrū canticum nouū carmen Deo nostro, & resonat in ore nostro gratiarū actio, & vox laudis, super exaltat misericordia iudicium, peccatoribus parcitur, regnat pietas, iustitia dissimulatur & miserendi, non ferendi quærit occasione misericors, & miserator Dominus. Citharizat ergo in citharis suis, qui voluptatis effluxionē penitentia restituit, & de profunda peccatorum voragine respirantes (Pharaonem submerso) cætat in uisæ domini, quoniā magna est gloria domini. Septimus honor est dignitas in baptismo. Singularis propterea humilitas verbum caro factū est, & in perfectū virum egrediens relicta hominum vniuersitate Ioannē quærit, Ioannem desiderat, ad Ioannem venit,

Terribilis in consilijs Deus super filios hominum, portatq; omnia uerbo virtutis suæ, purgatione peccatorum in faciens, venit à Galilæa in Iordanē ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Stupet Ioannes, & timore cōstituitur, ac patriarcham in spiritus homines insuluit.

Matth. 3. d Ego, inquit, à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Dicigei saluator? Sane modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiā. Acquiescunt utriq; salutaribus monitis, & accingit se Ioannes ad baptizandū, ad suscipiendum Dominū regem Angelorū. Exiuit uestimentis suis Rex gloriæ, splendor luminis, & figura substantiæ Dei: Ioannis manibus atrectatur caro illa sumpta de uirgine, candidioriq; deriuata materia nudatur in flumine, felicis Baptistæ manib. infusa eda. Descendūt angeli, & cælorū agmina tota reuerentia currunt ad creatorem. Baptizantem, & baptizatum numina dominantia circumcingunt. Infundit aquā capiti creatoris creatura, & Dei verticem mortalis dextera contrectat, & contingit. Pauet cælum, stupet terra. Iordanis aridet, mirantur Angeli Dominum Sabaoth inter manus baptizātis concludi. Quid est Ioannes? Quem Cherubim & Seraphim uix audent aspicere, tu nudum uenire præsumis? Hic est in quem Angeli desiderant prospicere, celi sanctus, sanctus, sanctus, sublimis: melodiarū organo beatæ ciuitatis conuenus ingeminant: qui solus inhabitat lucē inaccessibilem, Dominus virtutum, Deus scientiarum, misericordiarū Pater, & tu nō metuis Tibi datum est, quod omnibus negatum est, baptizare eum, qui baptizat omnes in Spiritu sancto, & igne: Virginem, Virginisq; Filium uirginis manibus irrigare. Totus obstupeo, baptizantem, hominemque Deum reuereor, magistrū dignantem admiror, uereor dignationem, & hominem uideo uolentē ipsis cælis inferre. Porro illud quale est, quod in isto baptismo terminatur lex, sinē accipit prophetia, & omnis illa sacrificiorum multitudo propulsatur, & pellitur? Hic incipit, & stabilizatur nouæ regenerationis purgatio perduranda, & in unā baptismatis formam legalium præscūtū dispendia figurarum. Ad abluitionē enim aqua, & in nouationem spiritus sepeliuntur huiusmodi, & uulorum sanguinolenta cōgeries, & peccatoribus id Iudæis relinquimus, illud Davidicum attendentes: **Pf. 109.** Holocaustum & pro peccato non possib. su. Octauus honor est prima reuelatio de Trinitate.

Trinitate. A creatione cæli, & terræ, vsq; ad hunc locum numquam Trinitas manifeste hominibus apparuit, sed rerû, ac vocum inuolueris inuoluta fuit tantæ claritatis æternitas. Denique creatione hominis Creator rerum summa dignitate commendans: Faciamus, inquit, hominē ad imaginē, & similitudinem nostram. Reuerē, cum reuera priuilegium, nec vlli traditum creaturæ. Creatur illa sublimior numerositas Angelorum & elementorum omnium ordinatur variata connexio, sed omnipotentis præscientia, tantum opus taciturnitate alta prospectat. Ut vero veniat ad hominē, & nobilis creatura creari disponitur, accingit se Trinitas, ad creandum, & consiliū accipit sapientiæ, vt creaturæ dignitas Creatoris priuilegio clara esse monitretur. Nec tibi tamen satis aperte diuinæ maiestatis illuxere vocabula cum ad angelos obsequentes quidam referant dominici sermonis oraculum. Vel si minus hoc cautum est, signa pluralitatis absque nominum differētia prædicatur. Abraham tres vidit, & vnum adorauit, sed ibi scripturæ sacræ reuerentia nunc mixtim: nunc separatim claudit eloquium, vt modo Dominū, modo viros placeat appellare. Iudæi tamen hic magnam texunt reprehensionis parabolā, tres angelos à Dño missos asserentes vnū ad natiuitatem Isaac prædicendā, duos ad subuertendū Sodomā delegatos. Illū vero, cum quo iustus loquitur dicens. Dñe si inueni gratiā in oculis tuis, prophetali spiritu cognouisse somniant natiuitatis Isaac venisse personam. Illum adorat Abraham, sicut Bersabee Dauid regem, sochq; eius propter ipsius reuerentiā indefessus assistit. Vnde & non nisi duo in subuersione ciuitatum infidelium numeratur, illo superiori iam reuerso, qui natiuitatem Isaac fidei deuotione compieuerat. Tres, n. viri Sarā vocari præcipiunt, sed vnus est, qui promissionis insperatæ manifestat arcanū. Hoc Iudæi, & qui magis elegerunt iudaizare, quā credere. Sed vt breuiter concludamus, omnis illa Patriarcharum, siue Prophetarum societas, nullam vel in sermonibus, vel in rebus de Patre, & Filio, & Spiritu sancto aperte legitur fecisse mentionem. Veni ergo, & intueri filium Zachariæ Deū, & hominē propriis manibus cōtingentē, & vide, quia cæli aperiuntur tibi, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut colūba in Christum, & vox Patris audita est. Hic est fi-

lius meus dilectus. Vides quia ad sacratissimorum nominū nouitate cælorū palatia referantur Pater auditur in voce, Filius baptizatur in flumine, Spiritus sanctus demonstratur in colūbæ specie. Ad est Ioannes totius medijs Trinitatis, gloriosumq; Baptistam signant induisse substantiæ aperta vocabula, nomenq; Trinitatis prioribus saculis obuelatum, absq; totius velaminis obumbratione relucet. Domine quis est iste, quia innotuisti ei? Nonus honor est testimonium veritatis. Audi quid de isto veritas testetur. Cū audisset Ioānes in vinculis opera Christi, misit ad eum discipulos suos, & responsum est eis, cæci vident, & cetera, quæ euangelicæ veritatis copiosa prosequitur narratio. Decedētibus, aut nūcijs (ne forte in eorum præsentia adulationē redolere videretur) cepit Iesus dicere de Ioanne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Omnia testificatio Redemptoris. Quis ingressus est mundum, & mundum vel in aliquo non cognouit? Quis est, quem ventosa felicitas, vel aduersitas turbida, vel cuiuslibet peccati aura tenuior non inflexit. Ad extremum subinfert quoddam terram excedat, transeat cælum, ipsum verticem angelicæ dignitatis attingat. Inter natos mulierū (dicit dominus) non surrexit maior Ioāne Baptista. Quid vis amplius? De nullo dici potuit (dicit Augustinus) quod dictum est de Ioanne? Non opponas mihi euangelistā ceteris discipulis magis dilectum, non apostolorum principem omnibus apostolis antelatum, non vas electionis ad cæli tertij secreta translatum, nec apostolicis splendor audeat occurrere præcurfori, quia iam omnes isti ad adolescentiæ metas exceperant cū à veritate prolatum est, inter natos, &c. Considera mansiones regni, & vniuersum ordinē humanæ generationis circumuola, solumq; Ioannem tam veteris quā noui testamenti patribus videbis esse præpositū vel æquatū, tamen super omnia benedictus Deus. Decimus honor est assertio matris Ecclesiæ. Texitur ora chlamidis, vnguentumque profusum in capite, extremam vestimenti simbriam inuandanter perfudit. Hinc enim mater, & magistra omnium Ecclesiarum Ecclesia Romana, cui dictum est, Ego pro te rogavi, vt non deficiat fides tua, in honorem Ioānis Baptiste post saluatoris nomen consecrata est, & signata. Dignum namque erat, vt sententiam sponsi sponsæ

Sermo de Sancto Ioanne Baptista.

Sequetetur auctoritas, & singularem amicū eius illuc proueheret vbi principatum ipsa conscendit, Electio proculdubio hęc singularis est, in illa ipsa vrbe Ioannem vedicare primatum Ecclesię, quam duo cęli luminaria morte clarissima consecraverunt. Crucifigitur Petrus, gladiatur Paulus, & dignitas remanet pęcuratori. Purpuratur Roma multitudine martyrum, totaq; sublimitas beato refunditur patriarchę, Ioānes vbiq; maior in omnibus singularis, mirabilis super omnes. Quis sic gloriose annunciatuſ est? Quis ita specialiter in vtero matris spiritu sancto legitur fuisse repletus? Quem legistis intra matris vterum exultasse? Cuius natiuitatem vidistis celebrari in Ecclesia Dei? Quis sic eremum concupiuit? Quis ita sublimiter legitur conuersatus? Quis pęnitentiam, & regnum cęlorum primus offendit? Quis baptizauit Regem glorię? Cui se primum Trinitas reuelauit? Cui testimonium tale perhibuit veritas? Quem sic honorauit Ecclesia? Vide si non omnia hęc ita singulariter sing; singularia, vt nullus mortalium pędicetis audeat inhiare. Forsitan mihi disponis opponere, quod sic iste habet propria, vt & ceterorum sanctorum communia nō attingat. Audi ergo, Ioannes patriarcha, imo patriarcharum finis, & caput. Ioānes propheta, imō plus quā prophetā, quia quem venientem nunciāuit, digito demonstrāuit.

*107. r. a
Matth.
3. a*

D

Ioannes angelus, sed inter angelos electus est, saluatore attestante, qui dicit: Ecce mitto angelum meum, qui preparabit viā ante faciem meā. Ioannes A postolus, sed & apostolorum primus, & princeps, qui primus fuit homo missus à Deo Ioānes euangelista sed & euangelij primus incisor, pędicans euangelium regni. Ioannes virgo, imo virginitatis insigne speculum, pudicitię titulus castitatis exēplum. Ioānes martyr, sed martyr lumen inter natiuitatem, mortemq; Christi constantissimi forma martirij. Pręter eo, quia vox clamātis in deserto quia pęco verbi, quia iudicis pęcursor. Illud quoque relinquo, quia vsque ad Ioannem lex, & prophete q; Ioannes ipse est Helias, quod lucerna sit ardens, & lucens, quod amicus sit sponsi, sponsę preparatur. Silentio transeo, quod sic nouem ordinibus angelorum insertus est, vt etiam ad Seraphim apicem trāsferatur. Vexum hoc adeo laboriosi operis est, vt sensus nostri paupertas nō sufficiat. Sufficiant hęc ad pęces, quę de Ioan-

nis laude dicta sunt ad gloriam redemptoris, qui est benedictus in secula. Amen.

Epistola Bernardi ad Matthæum Albanen. episcopum de homilia villicis iniquitatis.

REuerendissimo domino suo Matthæo venerabili Dei gratia Albanensi episcopo frater Bernardus vtiq; suus quidquid seruus domino, & filius patri. Quod à Roma per dominum Seruulum charissimum nostrum Beluacensem Abbatem supereminētia magnitudinis vestrę paruitati meę mandauerat, videlicet quod ea, quę super euangelij de villico iniquitatis deus mihi dixisse donauerat, vobis transcriberem, & si sero, nūctandem (non minimum pauidus, ne quid ibi insulsum vos offendat) trāsmitto. Super hoc igitur, quęro, vos in me pietatis, & caritatis abūdare visceribus quatenus, & ignoscatis mihi quod distuli, & emendatis vobis incorrectum q; obtuli Auctoritati, namque prudentię vestrę reseruauit id corrigendū, & suppliciter offero. Et cultellum qui vulgo quinniens nuncupatur, habēs manubriū de ebore, cum chartula mitto, quatenus inoposturam, quam auulſione dignam adiudicaueris, meo gladio succidat. ~~De cetero~~ precor vestrę pietatis abundantiam ne in orationibus vestrīs obliuiscamini mei, qui sine obliuione vestri quotidie memoror vbi propęsius poscā misericordiam Dei. Valete.

Dominica x. post Pentecostem homilia euangelij secundum Lucam, de villico iniquitatis, vilis valde.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud eum, quasi dissipasset bona illius. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

Huius sancti euangelij lectio quāte sit vtilitatis, & in historia simpliciter ad litteram dicta, & moraliter expedita prudens auditor aduertet, si aurem cordis apposuerit, & ex Deo est. Sic enim veritas ait: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Qui subiungit reprobris

Ann. 7. reprobis dicens: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Dicamus ergo. Homo quidam erat dives. Quantum ad litteram nos id enarrare non convenit, littera. n. per se patet. cuius tamen utilis est narratio minus doctis, minusq. capacibus, ceteris sit exponenda. Homo quidam erat dives, &c. Homo ille iste est de quo Apostolus ait: In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo. Qui quidem merito dicitur. Homo quasi singularis. Vnde propheta: Homo est, & quis cognovit eum? Ac si dicat: Super excellentiam eius quis enarrabit? Sequitur: **Phil. 2. b** Erat dives. Verè dives, sicut scriptum est: **Hic. 17. b** Cum esset dives in omnibus, factus est pauper pro nobis, vt nos sua paupertate daret. Et item de eodem Domino dicitur. In dextra eius ignea lex, in sinistra verò illius scriptura, & gloria. Cui bene convenit, erat, quia de eo dicitur: in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Cui habebat villicum. Reuera habuit villicum, & villam: quia Domini est terra, & plenitudo eius. Et ipse ait: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra: tamen in terra nihil voluit possidere, sicut idem de ferret ipse ait: Non habet filius hominis, vbi caput reclinet, paupertatis aobis relinquens exemplum. Et tamen villicum eum habuisse videmus, & villam, hoc modo: Villa est proprie terrena possessio pluribus vestita colonis, per quod significat terrena hac corporum nostrorum compaginatio, primo multis ornata virtutibus, quasi multis inhabitata viris. In hac sua villa Dominus ad custodienda bona sua, quae plura habuit villicum posuit interiorem hominem, què tante valetudinis fecit, tanti decoris, vt ad imaginem, & similitudinem suam formaret, tantaeque potentiae per sibi datum liberum arbitrium, vt in quamlibet partem boni, male flecteretur. Villam etiam tantis muniuit praesidijs, vt nullius ope praeter solius eius. s. Domini, egeret contra quoslibet cuiusvisque impugnationis incursum. Posuit namq; in ea murorum custodem, prudentiam; defensorem, fortitudinem; dapiferum, temperantiam; iustitiarum ad tuenda iura iustitiam. Isti quantae fuerint sollicitudinis, quantaeq. strenuitatis in suis peragendis officijs ex eorumdem proprijs diffinitionibus videtur, quae sunt huiusmodi: Prudentia, est cognitio rerum appetendarum, & fugendarum. Fortitudo, est firmitas animi ad iucris ea,

Prudentia.
Fortitudo.
Temperantia.

quae temporaliter sunt molesta. Temperantia, est refrenatio cupiditatis aduersus ea, quae carnaliter delectant. Iustitia, est reddere unicuique, quod suum est. Quomodo verò haec virtutes quasi solertes viri, in villa sibi commissa officia sua compleant, audiamus. Prudentia custos familiae suum sic facit officium, dicens: Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, &c. Scitis quia non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione patrum traditionis, sed sanguine quasi agni immaculati, & incontaminati Iesu Christi Domini nostri. Non simus concupiscentes malorum, neq; idolorum efficiamus. Avaritia quippe ipsa est idolorum feruitus. Neque fornicemur, sicut illi, qui ceciderunt vno die viginti tria millia, neque tentemus Deum, sicut qui à serpentibus perierunt. Neq; murmurauimus, sicut qui perierunt ab exterminatore, quae omnia scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum deuenerunt. Fortitudo quoq; sic suos hortatur in acie dicens: Estote fortes in bello, & pugnae cum antiquo serpente, & accipietis regnum aeternum. Et item: Ne terreamini ab ijs, qui occidunt corpus, postea verò non habet quid faciant: Dominus fortis, & potens, Dominus potens in praelio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portae aeternales, & introibit rex gloriae. Leo quippe rugiens circuit quarens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quae possidet. Itaq; viriliter agite, & confortamini, & omnia vestra in caritate fiant. Empti enim estis precio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro, sicut portauit Apostolus, dicens: Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an periculum, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque praesentia, neq; futura poterunt nos separare à caritate Dei, quae est in Christo Iesu. Temperantia verò sic sollicitat dicens: Videte ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius mundi. Scriptum est enim: Vae qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Sicut aeger ad medicinam, sic ad sumendas dapes quisque debet accedere. Interea cetera enim sua mala, Sodoma panis abundantia perijit, ad Hierusalem Domino f

Iustitia.
Fortitudo.
Temperantia.

Sermo de Villico iniquitatis.

per prophetam dicente: Hæc est iniquitas fororis tuæ Sodome, saturitas panis, & abundantia. Hinc Apostolus ait: Multi ambulant post concupiscentias suas, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem, & flens dico, inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusio-

Phil. 3. d

1. Cor. 6. 5

Thob. 4. 5

Prouer. 20. b

Matth. 7. b

Leuit. 29. 8

Matth. 5. 6

Exo. 21. 6

R

Matth. 5. 8

Ro. 13. b

ne eorum, qui terrena sapiunt. Esca ventri, & venter escis, Deus autem, & hunc, & has destruet. Nequaquam igitur in illis voluptatem appetas, sed necessitati succurre. Iustitia autem sic villæ iura tuetur, dicens: Quod

tibi non vis fieri, alijs ne feceris. Quia hinc Salomon ait: Pondus, & pondus, mēsurā, & mēsurā, vtrumque abominabile est apud Deum. Et quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Et sic implebitis quod Moyses ait: Iustus modius sit vobis, æquisque sextarius. Itaque cum debeat tibi quippiā frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abundauerit iustitia vestra autem sicut scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnū celorum. Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

tribi non vis fieri, alijs ne feceris. Quia hinc Salomon ait: Pondus, & pondus, mēsurā, & mēsurā, vtrumque abominabile est apud Deum. Et quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Et sic implebitis quod Moyses ait: Iustus modius sit vobis, æquisque sextarius. Itaque cum debeat tibi quippiā frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abundauerit iustitia vestra autem sicut scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnū celorum. Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Salomon ait: Pondus, & pondus, mēsurā, & mēsurā, vtrumque abominabile est apud Deum. Et quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Et sic implebitis quod Moyses ait: Iustus modius sit vobis, æquisque sextarius. Itaque cum debeat tibi quippiā frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abundauerit iustitia vestra autem sicut scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnū celorum. Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Et sic implebitis quod Moyses ait: Iustus modius sit vobis, æquisque sextarius. Itaque cum debeat tibi quippiā frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abundauerit iustitia vestra autem sicut scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnū celorum. Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Itaque cum debeat tibi quippiā frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abundauerit iustitia vestra autem sicut scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnū celorum. Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Nisi abundauerit iustitia vestra autem sicut scribarum, & phariseorum, non intrabitis in regnū celorum. Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

non intrabitis in regnū celorum. Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Quorum legalis erat iustitia, oculū pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui vos oderunt, neque malū pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicētes. Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Hinc Paulus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potū da illi: & hæc faciens carbones ignis cōgeres super caput eius. Sic vtique animo ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi ruricolus habuit, qui redderēt ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt humifinodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo, cōcordia, pax, patientia, misericordia, caritas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicaret, qui punirent.

riuntur, tortores, qui non lassescunt, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Villam suam his, alijsq; tutoribus forte, tradidit Dominus villico, pluribus plenam bonis, quibusdam corporis, multis proprijs ipsius hominis interioribus. Septem quippe sunt hæc bona corporis, pulchritudo, fortitudo, velocitas, libertas, sanitas, voluptas, diuturnitas vitæ. Septem quoque sunt bona animæ, sapientia, amicitia, concordia, honor, pietas, potestas, iucunditas. Præter hæc propria, communia sunt multa data ruricolis: alia his, & alia his. Bona enim sunt diuitum diuitia suæ, ne eos paupertatis molestia frangat. Bona sunt pauperum penuria suæ, quibus castigantur ne per incontinentiam desuuant. Fortium fortitudo, vt ad bona opera conualescant.

Debilium imbecillitas, qua refrenantur, ne quod velint malum perficiant. Sapientium sua scientia, qua illuminantur, vt proficiant. Insipientium sua simplicitas, qua humiliantur ne superbiant. Omnia quidquid in hac vita nostra fragilitas possidet, pius conditor (quantum in sua bonitate est) ad bonum nostrum nobis quotidie confert, si licet, vel ad correptionem paupertatis, vel ad profectū virtutis. Sed (vt verbis Beati Gregorij vtar) quæ ad vsum accēpimus vitæ, ad vltimū conuertimus culpa. Vnde in corporum in vsum consumimus vitiorum, bona mentis in vsum expendimus vanitatis. Et hoc est, quod dicitur, qui diffamatus est apud eū, quasi dissipasset bona ipsius. Operæ precium est scire quis diffamauerit villicum, vel vnde prodierit diffamatio. Petulantia ipsa est, quæ dilaminauit infamiam, quæ tunc dicitur infamare, cum non erubescit negligentiam suam declamare, sicut ibi: Nullum pratū sit, quod nō pertranseat luxuria nostra, coronemus nos rosis antequam marcescant, vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ. Quippe hæc talis locutio plane infamatio est. Fit autem triplici voce, scilicet cogitationis, locutionis, & operis. Habet enim cogitatio vocem suam. Vnde Dominus cogitanti Moysi ait: Quid clamas ad me? Et Dauid ad Dominum: Cogitatio hominis confitebitur tibi. Habet, & opus vocem suam. Vnde Dominus ad Cain. Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Prodit autem infamia nostra ex his, quæ sunt, aut contra naturam, aut contra legē, aut contra consuetudinem. His tribus modis quidquid agimus

L

M

Sap. 2. b

Exo. 14.

Pf. 75.

Gen. 4.

agimus

Th. 98. a
Th. 49. c

Matth. 23. d

agnus vertitur in peccatum . Et quia villicus bona domini sui in hac dissipauerit, dictum est ei: Quid hoc audio de te?

Rede ratione villicationis tuæ, iam enim antepius non poteris villicare. Illud non semel, aut iterum, sed tertio iam comminatur Dominus villico suo, videlicet ante legem, sub lege, sub gratia, & per tres nuncios per quos omnia sua nobis consilia dicit, id est, per hominem, per spiritum, per familiarem mandatam. His Dominus secreta sua solet notificare, atque per hoc alijs, quibusue iubet, cum quibus ire solet timor, & modo iungitur illis ferens ista tria, quæ semper habere solet, clauam comminationis, radium cognitionis, virgam doloris ad incurrentem terrorem, ad videndum errorem, ad habendum moerorem, incipientium proficientium, perficientium. Nota quod in hoc factio cognoscitur mirabilis pietas huius domini, qui non circumuenit seruum suum, sed ad reddendam rationem prius submonet eum, quam iudicet. Sic quoque visus est

Abraham dixisse cum loqueretur ad Deum de So. tomis. Descendam, & videbo per me metipsum si sic, ut timor est, opere compleuerint. Et hic iuramur nos statim debere dare fidem quibuslibet verbis, sed si sic est, ut dicitur prius adhibere cautelam. Sequitur: Quid faciam? Hæc querimonia de comminatione procedit. Sic utique quidam cum mortem sibi venire de prope vident, se male vixisse sciunt, timore perterriti, quid fecerint, vel qualiter id emendare debeant, secum satis amarissime exquirunt decantes: Quid faciam? Fodere non valeo, mendicare erubesco.

Hæc duo verba in persona illorum loquitur, qui hæc duo timet, in poenitentia scilicet afflictionem corporis, & paupertatem: quorum alterum intelligitur per fodere, alterum per mendicare. Ut enim, sic moraliter dicam, fodere est farculo compunctionis, & aratro confessionis, in fructus bonæ operationis cordis nostri iugera dissulcare, quod facere Propheta nos admonet dicens, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et hinc est illud, quod ait custos vineæ de sterili ficulnea ad dominum suum: Dimitte eam & hoc anno, ut ego veniens fodiam circa illam, & apponam stercora. Sed hoc iste de quo hic agitur, primo facere pertimescens ait: Fodere non valeo. Contra quem recte per Salomonem dicitur, Piger propter fri-

gus arare noluit, mendicabit ergo ætate, & non dabitur ei. Qui enim nunc propter pauperem mentis, aut torporem macerare se per poenitentiam, & affligere negligit, cum sol iustitiæ in iudicio velut in ætate claruerit quæret requis, sed non accipiet, quia propter illam operari bona contempnit. Sequitur Mendicare erubesco. Hoc igitur ad literam tantum. Sunt enim quidam, qui ergando bona sua pauperibus, culpas suas redimere vellent, & hoc cogitando pertractant, sed postmodum timentes ne egeant, ergantes tenaces fiunt, & ab eo, quod merte conceperat, se suspendunt, præcipue quia videt aliquos, quia sua se sic dedisse fatentur, & poenitet, de quibus bene per Salomonem dicitur. Qui obseruat ventum, non seminat, & qui considerat nubes, numquam metit. Venti nomine malignus spiritus qui mentem tentationibus impellit, & nubes appellatione peccator exprimitur. Qui ergo attendit ventum, non seminat, & qui considerat nubes numquam metit, quia qui tentationes maligni spiritus metuit, & iniquorum lapsus conspicit, in bono opere, nec exercetur, nec in iudicio quo consoletur inueniet, sed & nunc quoque vilesit. Propterea quamuis villicus paulo ante dixerat, Fodere non valeo, mendicare erubesco poenitens tamen subiungit, quod sequitur. Scio quid faciam. Videte quid facit timor quippe perutilis Domino suo. ipse est, qui quod dominus iubet, homines facere cogit. Certe iste villicus hodie non dixisset, Scio quid faciam, si non timuisset.

Sed timuit, quoniam illi subito timor aduenies claua comminationis tales ei factus impressit dicens. Audi miserabilis, audi, euigila tandem, quia hora est iam te de pigritia surge. Si non amore, saltim timore euigila. Crux enim tibi duplex dura paratur, altera iam corporis, altera postmodum corporis, & aique gehennalis. Cogita ergo cruciatu tuos, quos presentialiter medullitus senties iam in morte. Mors, inquam ipsa est crux horribilis, ad quam quotidie festinas, & non attendis. Vide quo mors te crucifigit. Crura distenduntur, manus & brachia decidunt, pectus anhelat, ceruix læguescit, labia spumant, oculi stupefunt, vultus horrescit, facies exudat, & morte tacta pallefcit. Et hæc utique, quæ videmus de foris, & quæ sentimus, leuia sunt ad ea, quæ intus anima miserabilis iam prægustat. Nam sensus à corpore cito recedit, animam suam moris committitur enim. Qui aut cruciatu te manent

Sermo de villico iniquitatis.

audi quid propheta de perditis dicat: Sicut oves, inquit, in inferno positi sunt, mors depascet eos, & Iob: Transeunt, inquit, à frigore nimio ad calorem nimium. De quo & alibi dicitur: Quis poterit ex vobis habitare cum igne deorante, aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Hæc audiens villicus planè si timuerit, ne miretur. Et notandum quòd timor iste quadriformis est, scilicet mundanus, servilis, initialis, & filialis, sive castus. Mundanus, qui facit recedere à malo pro evitacione pœnæ. Servilis, qui facit à malo abstinere pro evitacione pœnæ, mali retinens voluntatè. Initialis, timor gehennæ, de quo dicitur per Prophetam: Initium sapientiæ timor Domini.

Pf. 110. Filialis, de quo per eundem dicitur. Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi.
Pf. 118. In duabus his formis utilis est hominibus semper, in alijs minime. In initiali formaliter frendens, ut modo dictum est, ad villicum venit, propterea quod ait Sato quid faciam, ut cum amovus fuero, &c. Hæc amotio nihil est aliud quam hominis interioris, id est anime, & corporis separatio. Et notandum, quod scire nos exponere non oportet, quia ipsemet suum scire, scilicet quid facere, velit innotuit, per hoc, quod sequitur dicens: Ut cum amovus fuero à villicacione, recipiant me in domos suas. In hoc, quod suum scire exposuit, meminit poetæ dicentis: Scire tuum nihil est, nisi scire tuum hoc sciat alter. Visus siquidem est minus hoc dixisse, scilicet qui sunt, qui recipere eum debeant, quod tamen cum dixerat, in domos suas, succinè deprehenditur annotasse. Sūt namque qui homines recipiunt, quorum sunt domus cæli, & æterna tabernacula. & illi, qui sint, Dominus ad discipulos suos loquens parenter ostendit in illis verbis suis, cum dicit: Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. Et alibi Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ab his ergo necesse est emere regnum cælorum, quorum est. Verè necesse est, quia non habemus hic (ut ait Apostolus) manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Et item de suis confidens ait: Scimus quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod habemus ex Deo domum non manufactam, æternam in cælis. Hanc utique nos emere docet dominus in subsequentibus dicens: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceris,

recipiant vos in æterna tabernacula. Et hoc in loco suo exponetur, sed non modo. Sed videamus quid sequitur: Convocatis singulis debitoribus, &c. Meminit hic superius dixisse misericordiam, & veritatem, & caritatem cum alijs multis, quasi rancolas esse, & debere eas huic dicitur Domino reddere suos effectus, quasi rancidus Spero suorum per manus villici. Nihil ergo est aliud, quod dicitur villicam debitoribus Domini sive convocatis, nisi unumquemque in corde suo quid fecerit, vel quid fecisse debuerit, iuxta posse viri suatum pertractasse. Quod quoties agimus, fere per omnia res nos esse cognoscimus, præcipue tamen in eo, quod per caritatem largius erogasse debuimus, & in eo, quod per penitentiam illis, qui nos iniuriaverunt, condonasse perfectius debebamus. Et hoc datur intelligi cum huic questionem, scilicet quantum debes domino meo, responderetur, centum cados olei. Per centum enim significatur perfectio, per oleum misericordia. Est ergo sensus. Debeo centum cados olei, id est quod mihi iniuriaribus perfecte dimisisse debueram, non dimisi. Cui subsequenter adiungitur: Sede cito scribe quinquaginta. Novimus quod sedere, humiliationem, cito, festinationem scribere, firmitatem, quinquaginta, penitentiam designat. Et super his convenientia habemus exempla, sed quia satis est notum, non convenit adducere, sed quid tibi verba velint, dicemus. Cum ergo dicimus, sede cito, & scribe quinquaginta, id est ac si tibi dicat sibi metipsum aut proximo suo. Qui fatetur se peccasse in misericordia, humiliare cito, firmus permane in pœnitentia. Deinde alio dicit: Tu verò quantum debes? Centum cados tritici. Fere eadem hæc questio, & responsio cum prima, excepto quod illa est de indulgentia, hæc de caritate. Hic enim frumentum caritatem designat, quemadmodum superius per oleum misericordiam diximus designari. Hæc itaque huius questionis responsio nobis innuit, quod qui sculi huius substantiam possidemus, perfecte egentibus erogasse debuimus, quod si non fecerimus eam possemus, apud summum patrem familias debitis vinculo obligamur, sicut scriptum est: Qui habet substantiam huius mundi, & videt fratrem suum necessitate habere, si clausura viscera sua ab eo, vere caritas Patris non est in eo. Huius tamen obligacionis nodus celeriter rumpitur, si bene persi-

Job. 14.
c

Pf. 110.
b
Pf. 118.
c

Persius
satyras.

Matth.
19. b
Matth.
5. c

Heb. 13.
c
2. Cor.
5. a

E

1. 20. 3. c

perficiatur quod sequitur, scilicet sede cito & scribe octoginta, id est, humiliare (sicut exposuimus) in obseruatione mandatorum Dei, & certa spe hereditatis aeternae. De caetero & corod dicant alij pro abundantia sensus sui quid senserit, ego super his nihil aliud dico, nisi quod vnumquodque vas est ad mensurandum in suo genere, & hic significare possunt mensurare, id est discrete debere agere poenitentes, quasi sic occidant hostem, ne perimant ciuem, quoniam scriptum est: Si recte offeras, & non recte diuidas, peccasti. Recte offerimus, cum bono studio bonum opus agimus: sed non recte diuidimus, si discretionem habere in bono opere postponamus, quam qui dissimulat, etiam recte offerens (sicut beatus ait Gregorius) peccat. Sequitur: Et laudauit dominus villicum iniquitatis, eo quod prudenter egisset. Sunt qui mirantur vnde haec laus processerit, cum non dicatur ad litteram perfoluisse debitum, sed curasse, quod si quis egerit, attendant quod potius imitari debet villicum, quam admittit. Seculariter enim prudenter egit, qui quae reddere non potuit, ne super his argueretur furto, caute celauit, & secundum cuiusdam verba dicentis, si non caste, saltem caute, (est namque minoris culpae quam libet se solum dare morti, quam si ceteros secum tollat contagione peccati) & quod sibi periculum ammaque prudentia fuit, quia apud quos recipere effectus, si amoueretur a villicatione. Sed & alius loquar. Plane secundum mortalem intelligentiam multa laude est dignus, qui relicto errore pristinae conuersationis, diuiti Deo satisfaciens, redit ad gratiam. Et propter hoc eum dominus laudauit, quia siue hoc modo, vel hoc modo dicatur fecisse, prudenter egit. Neque moueat quemquam quod dicitur, iniquitatis. Non enim potuit hic, eo quod operetur ad laudem, sed ad eorum, qui audierunt tollendam desperationem, sicut Dominus testatur ad prophetam dicens: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Non congregando conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Ad hoc enim Mattheus suum cognomen retinuit publicanus. Hoc quod sequitur, quia filij huius saeculi prudentiores sunt in generatione sua filij filij, dictum est nobis ut saecularium inutilem imitemur prudentiam, sicut Moyses ibi nos mystice docet dicens: Cum egressus fueris ad pugnam, si vi-

deris mulierem pulchram, & adamaueris eam, rades ei caesariem, &c. & erit tibi vxor. Et dictum est similiter ad magnam nostram erubescenciam, ac si dixisset nobis illud prophetae. Erubescet Sydon, ait mare. Grandis enim nobis debet esse verecundia quod filij perditionis promptiores sunt in appetendis malis, quam nos filij in caelestibus gaudijs, de quibus beatus Gregorius ait: Qui caelestis vitae dulcedinem, in quantum possibilitas admittit perfecte cognouerit, ea, quae in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit. Et ad haec incitatur cum dicitur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Bonus sermo & omni acceptione dignus, docens nos illi amicitiam iungere, qui nos possunt in aeterna secum tabernacula collocare. Qui videlicet sunt illi, nisi quos superius breuiter annotaui, paruuli, & pauperes Christi? Quos quia dominus amat, ipso teste qui ait: Vos amici mei estis, ab his nos faciamus amari de eo, quod idem Dominus nos docuit dicens, de mammona iniquitatis. Vile est precium, sed emptio multa. Mammona namque diuitiarum nuncupantur, quae dicuntur iniquae non propter se, sed propter iniquitatis effectum, qui euenit ex se: sicut arbor illa, quae appellata est scientia boni & mali, non quod vlla haberet scientiam, sed quod tangentes eam contra praecipuum, boni pariter & mali contingeret esse scientes. Hic satis ostenditur, quod ex facili possunt amici superni ciues haberi, ex quorum amicitijs, qui fructus nobis proueniant, veritas subsequenter ostendit cum dixit: Ut recipiant vos in aeterna tabernacula. Ibidem. Videtur hic oriri quaestio in eo, quod pauperibus attribuitur susceptio, & retributio beneficentium sibi, cum donum solus Deus sit, veniens ex eius multa miseratione, & gratia. Quae multum facile soluitur, si attendatur, quod Dei filius nostra carnem suscipiens, factus est pauper pro nobis, & id, quid pauperibus erogatur, sibi factum fuisse dicat, & se retribuere beneficentibus, quod ibi testatur vbi de paruulis loquens ait: Quaecumque fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Venite ergo & percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Sollicitemus ergo fructus inquit sollicitemur pauperibus erogare. Solliciti. Sed quia interest pauperis

K & pauperis, quod Dominus ibi visus est annotasse, cū diceret: Beati pauperes spiritu: de paupertate talis facienda est distinctio, quæ designet quib. præcipue debeamus largiri. Paupertas igitur alia naturalis, alia locuples, alia spiritualis. Et huius diuisionis vnum quodq; membrum bifarie supparitur, quod his pertractandum relinquimus qui magna de minimis sciunt extrahere, præter quod hoc solum dicimus, quia naturalibus egenis & spiritualibus præcipue manū misericordiæ porrigere monemur verbis Apostoli Pauli dicentis: Quis suis nõ proiuder, & maxime domesticis, fidem abnegat, est infideli deterior. Sed quia nescimus hodie quis ante Dei oculos dignus sit odio, vel amore, demus his, & demus illis iuxta e-

Gal. 6. 6 iusdem Apostoli vocem dicentis: Bonum, inquit, operemur ad omnes, maxime autē, ad domesticos fidei. Et quia sunt, qui petūt, sunt & qui verecundatur, cum superest vnde possit dari, dicitur vsq; De petentibus

Luc. 6. 4 enim dominus ait: Omni petenti te tribue. **Pf. 103.** De verecundis beatus Augustinus super hunc versum: Qui producit foenum iumentis, & herbam seruituti hominum: dicit hæc modo: Beatus, inquit, qui præoccupat vocē petitori. De omnibus indifferenter domi-

Luc. 6. f nus ait: Date, & dabitur vobis. Et etiam **il. Luc. 11. f** lud: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et iterum illud. Ignem ar-

Ecl. 29. a dentem extinguit aqua, & elemosyna reficit peccatis. Et hunc est illud. Conclude elemosynā in sinu pauperis, & hæc orabit

Tob. 4. b pro te. Et bonus pater filio ait: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, & illud libenter impertire. Quod tam solerter omnes agere studeamus, quatenus

L in æterna tabernacula recipi mereamur. Per dominum Iesum Christum Saluatorem nostrum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sermo de Beata Maria.

Luc. 1. 6

AVE Maria gratia plena, Dominus tecū. Miraculum fuit, quod virgo peperit, mentis clamor, virginis amor, virtutum zelus, vitiōrū fuit occasus. Virgo sanctissima, quæ Saluatorem genuit, peperit, & aluit, quæ in gremio eius adhæsit lateri, quæ comas in sinu sua vulua fore absuit, ita ut quæ volenta

præceteris inuigilauit verbo, & operi eius, sola Saluatoris actuum insignia operum opera, mellisua prædicationis genera inaudita contra mundum, & peccatum, & tartareum zabolū, diuinæ fœderitatis ætæ vana eloquia, quo eis diu inuisit, specialius vidit, secretis audiat, citius agnouit, propensius retinuit, & Apostolis, alijsque discipulis luculentius edidit, diligentius retulit, melius indidit, fidelius tradidit. Hanc est, quod de ea legitur in Euangelio: Maria autem **Luc. 2. 2** conseruabat omnia verba hæc, conferens in **Prouer. 31. d** corde suo. Hinc in eius diuinis legitur: Multa illi congregauerunt diuinitas, tu sola supergressa es vniuersas. Licet enim in parabolis loqueretur ad turbas, licet omnia Apostolis nota faceret vt amicis, quædam tamen credendum est præceteris matrem suam quemadmodum dilexisse, ita etiam propensius erudisse, quædam ei secretius intimasse, frequenter eam ad montem myrrhæ, & ad colles thuris submissasse, in cellam vinariam occultasse, sui prout neuit, & voluit gloriam deificam, & super excellentem reuelasse notitiam.

Vnde Ioannes in Apocalypsi: De throno, scilicet de Maria, procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, quia mater sibi Iesu Christi parabolas, anigmata, legana, & mirifica gesta, dicta, operis, & secretis fidelis credidit, sincerius, luculentiusque alijs dedit.

Hæc Maria natura reuerenter conseruata, & à lege diligenter venerata, à gratia elementer est prælecta, quia sic præfatis sua iura singillatim reddidit, reddendo sibi subdidit, vt honoris vicem omnibus impenderet, & si super momentū quiddam super adderet. Natura siquidem illi summæ virginittatis florem, lex tota virginæ fecunditatis honorem, gratia diuinæ maternitatis præ ceteris decorum, ac spiritualis matrimonij diuinissimam reseruaui odorem. Natura (quod faum est) illibatam virginæ feruando, lex reuerenter eam ab alijs distinguendo, gratia virginittatem sine semine fecundando.

Natura rebus loquendo non verbis dum in æte integritatem feruaret, & de ea Deus natura moneret dicens ad serpentem: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & inter semen tuum, & semen illius.

Lex dum eam ab alijs distinguendo clamaret: Mulier quæ suscepto semine peperit,

Luc. 2. 2
Prouer. 31. d

Apoc. 1. 13

Gen. 3. 1

perit, immunda erit septem diebus.

Gratia in eo, quod dictum est: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Natura huic detulit, dum terra sine

A germine pareret sine principio. Lex, dum rubus arderet sine incendio. Gratia, dum sine semine pareret virgo. In hac enim habitavit Pater, & Filius, vt creatos in mundo, imperator in regno, paterfamilias in domo, pontifex in templo, sponsus in thalamo: prius enim altissimus sibi eam quasi mundum specialissimum creauit, quam in iustitia, & sanctitate coram ipso fundaret, & fluentis sapientiae irrigaret, & caelestibus desiderijs instar, scilicet, aeris sublimaret: & igne dilectionis accedendo illustraret. Hinc in eius mente tamquam in quodam firmamento solem posuit rationis, & lunam scientiae, & virtutes tamquam stellas speciei omnimodae: solem, qui lucem diuinæ cognitionis faceret: lunam, quæ eum stellis noctem adionis splendidam redderet, & merito domini est terra, quia sic super maria fundauit eam. Creato igitur mundo, volens visitare regnum, imperauit angelo. Missus est igitur angelus Gabriel a Deo. Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Ita paterfamilias domum intravit, in qua carnis habitum suscepit, quæ dicitur Deo patri pro salute generis humani. In ara crucis sacrificium quasi pontifex in templo suum peregit sacerdotium: sed quia oportebat pati Christum, & resurgere, & ita intrare in gloriam suam, oportebat ad gregem proprijs reportari humeris oue cœlestissimam, oportebat populum qui ambulabat in tenebris, lucem magnam contemplari: mundum prædicationis suæ, & miraculorum nouitate irradiari. Descendens itaque de Patre luminum speciosus forma præ filijs hominum, indutus stola candida, in vestitu deaurato, tamquam sponsus de thalamo processit ad publicum. Inerat sol in sydere, oriens in vespere, artifex latuit in opere: opus dum regi præpararetur, vesper dum in tanta sublimitate humiliaretur, sydus dum tamquam stella illustraret fines orbis. Artifex igitur eam ornando, oriens de ea nascendo, sol mundum ab errore conuertendo, & eam alijs in exemplum præbendo. De genitrice Deicum talia, & tanta referantur, pauca (rei precio) nobis tamen assuetudine videntur. Hæc est enim scala, rubus, iris, ty-

dus, virga, vellus, thalamus, porta, hortus, aurora. Hæc est enim scala Iacob, qui quando caput in lapide posuit, angelos ascendentes, & descendentes videre meruit. Scala ista duodecim gradus habet inter duo latera. Dextrum latus est contemptus sui, vsque ad amorem Dei: sinistrum contemptus mundi vsque ad amorem regni. Ascensiones huius duodecim humilitatis gradus. Primus est odium peccati, secundus est fuga delicti, tertius metus odij, quartus in omnibus his subesse creatori, quintus obedire meliori, sextus obtemperare compari, septimus obsequi inferiori, octauus subesse sibi, nonus finem suum iugiter meditari, decimus opera sua semper vereri, vndecimus cogitationes suas humiliter confiteri, duodecimus per omnia ad manum, ad nutum, ad libitum domini moueri. Per hos gradus ascendunt angeli, & sublimant homines: sic disponitur in corde ascensiones, sensus proficiendo, & pedetentim ascendendo. In domo Patris lucidas percipiunt mansiones. Hi sunt duodecim Apostoli, qui sequuntur in eremo vestigia Iesu Christi. Rubus, qui visus est ardere sine sui incendio, virginem significauit concepturam de Spiritu sancto absque virginittis suæ detrimento. Rubus, ad quem non est Moyses ausus calcæat accedere, virginem docuit sine maritali opere mirabiliter parere.

Traditio Hebræorum visionem in humili arbusculo asserit traditam, ne populus occasione aliqua laberetur ad idololatriam. In humili virguncula mirabilis nobis exhibitæ est visio, in qua nullimodæ fornicationis, vel minima fuit occasio. Fornicatio siquidem triplex est. Alia est humana, quædam est mundana, nonnulla est diuina. Humana fit illicito actu. Mundana peruerso affectu. Diuina scelerato cultu. Prima peccatur in proximum, secunda in seipsum, tertia in Deum. Prima facit carnis immunditiam, secunda mandî concupiscentiam, tertia idololatriam. Maria contra hæc tria singula adhibuit remedia. Contra carnis immunditiam, virginittatem: contra mundi concupiscentiam, perfectam humilitatem: contra idololatriam, perfectam caritatem. Fuit enim Maria mundissima carne, humillima corde, deuotissima mente. Arcas duas fuisse legimus in veteri testamento, vnâ arcam deluuij, aliam testam. In nouo autem testamento tres

tuerunt

D fuerunt alia. Prima arca est Ecclesie, secunda gratia, tertia sapientia. Licet enim prima veteris testamenti in typo fieret primae noui, secunda in typo precesserit secundae noui, tertia vero sicut excellenter omnibus est dissimilis, ita nulli penitus est comparabilis. Siquidem arca Noe significauit arcam Ecclesie: arca foederis arca gratiae, sanctitatem scilicet Mariae. Per sapientiae arcam intelligimus humanitatem Iesu Christi sanctissimam.

Col. 2. 2 Hanc enim merito arcam sapientiae decet nuncupari, in qua omnes thesauri sapientiae & scientiae sunt absconditi, sapientiae inquam excellenter, in qua habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Arca etiam Noe significauit arcam gratiae, excellenter scilicet Mariae. Sicut enim per illam omnes euaserunt diluuium: sic per istam peccati naufragium. Illam Noe, ut diluuium euaderet, fabricauit: istam Christus (qui est pax nostra, & reconciliatio) ut humanum genus redimeret, sibi comparauit. Per illam octo animae tantum saluantur: per istam omnes ad aeternam vitam (quae per oblationem numerum significat) vocantur. Per istam paucorum facta est liberatio: per istam humani generis saluatio. Illa centum annorum fabricata est spacio: in ista omnium virtutum fuit perfectio. Illa facta est de lignis leuigatis: ista de virtutibus aedificata est consummatis.

Triplex diluuium. Illa superferebatur aquis diluuij, ista non sensit naufragia vllius vitij. Triplex quidem diluuium est. Primum facit aquarum inundatio, secundum vitiorum incursum, tertium tribulationum oppressio. Primum igitur est aquarum, secundum culparum, tertium oppressionum. In primo periclitati sunt homines, in secundo virtutes, in tertio voluptates. Primum quis naufragium patitur, deinde in poenarum diluuium peccator inducitur, in tertium deinceps poenarum infernalium retruditur. Sic infernus hic incipit, alibi perfitur, cum anima vitio, caro supplicio atteritur. Per arcam vero Ecclesie euadimus a primo, per arcam grauae a secundo, per arcam sapientiae a tertio. Siquidem per arcam Ecclesie vitiorum sit extinctio, per arcam gratiae virtutum separatio, per arcam sapientiae summum bonum delectatio. Fit enim in Ecclesia peccatorum confessio, in confessione remissio, & vitiorum extinctio. Sic enim facta est inter Deum, & homines reconciliatio. Deinde data venia, subsecuta gratia vitiorum sit insertio. Hanc sequitur castitas, &

perfectio. Huic autem succedit arca norum caelestium contemplatio. In hac autem inuenitur quaedam caelestis suauitas, & intima est dulcedo, & perfecta boni, & perseverant dilectio. Triplex ergo est diluuium vna iniquitatis, aliud aduersitatis, tertium calamitatum. De primo per Naum dicitur. In diluuium protereunte consummationem faciet. Ac si diceretur: Si diluuium vitiorum super hos ceperit abundare, nolite de illis desperare: quia super quos inuadere permitto iustitiam, super illos faciam abundare gratiam. Hinc dicitur per prophetam. In caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Diluuium ergo prius veniet, & dominus tunc consummationem faciet, quia dominus electos suos innumeris lapsibus, & vitiorum incursums permittit ad tempus affligi, & humiliari, omnem remouens praesumptionis elationem, postea ab eo incipiunt sublimari: sic in eis nutrites perfecte dilectionem. Hinc est illud propheticum: Venies vsque Babylonem, & ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manibus inimicorum tuorum. Et illud Isaiae: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Consummationem ergo Deus faciet praeter diluuium, quia de profundo vitiorum suos Deus viriliter erigit, quos ponit in virtutum culmine, & illustrat contemplationis radiis. De secundo dicitur in caeco cancorum: Aqua misera non terunt extinguerentur, nec flumina obtinent illam. Hinc per psalmistam de his, qui aduersitate visum frangunt, & tetationibus succumbunt, dicitur. In diluuium aquarum multarum ad eum non approximabunt. De hoc quoque diluuium Deus suos eripit, iuxta illud Apostoli: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Item: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari super id quod potestis, sed faciet temptationem prouentum, ut sustinere possitis. Et in Osee: In tribulatione sua mane confurgent ad me. Et Psalmographus: Multae tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. De tertio dicitur in Iob: Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte eum opprimet tepestas, Primum igitur diluuium est vitiorum, deinde diluuium tribulationum, deinceps diluuium miseriae, & te aerarum. Primum est peccati, secundum mundi, tertium inferni. Pisces primi sunt oblectamenta, secundum iniqua tormenta, tertium perpetua tormenta. Hinc in euangelio de bonis piscantibus vitia calcantibus.

Naum. 1.

Ier. 31.

Mich. 4.

Isai. 54.

Ps. 76.

Pf. 1. 6.

1. Cor. 10.

Osee 6.

Iob 27.

cantibus, tentamenta superantibus, aeterna tormenta vitantibus, dicitur: Elegerunt bonos in vasis suis: malos autē foras miserunt. Arca vero gratiæ gratias referimus, quia per eam scilicet Mariam, & eius filium vtrumque diluuium euasimus; Arca quoque testamenti, typum tenet sanctæ Dei Genitricis.

Exo. 36. Illam fecit Bezeleel: ista condidit Emanuel, Bezeleel, Oliab in opere focium habuit, & virgo quoque virginū condita, prælecta præseruata, præparata, & ornata per Spiritum sanctum, & eius omnipotentem Filium fuit. Bezeleel interpretatur umbra Dei: Oliab protectio mea, prior ille Spiritus sancti, iste

Luc. 1. d. vero typū tenet Filij. De illo dicitur ad Mariam in conceptione Filij beatissimi: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Item ad Ioseph: Noli timere accipere Mariam coniugem tuā, quod enim ex ea natum est, de Spiritu sancto est. Ille vero ad Patrē clamat in Psalmo: Protege me à facie impiorum, qui me

Pf. 21. b. affixerunt. Item de eodem: De ventre matris meæ tu es protector meus. Item Tāquā prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Bezeleel ergo cum socio arcam testamenti fabricauit, sancta quoque Trinitas virginem sibi sanctificauit, ac templū sanctissimum consecrauit, hospitiumque mundissimū sibi præparauit, thalamum quoque, de quo sponsus dicitur: Silijs hominum speciosus ad puluicem procederet, de cæter præornauit. Neque enim pater abesse potuit, ubi eius Spiritum, & filium cooperari voluit. Quæcumque enim pater facit, hæc eadem similiter, & Filius facit. Neque enim Filius potest à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrē faciētem. De Spiritu quoque legitur in libro Psalmodorum: Verbo domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Apostolus quoque de tribus personis ita: Ex quo omnia, per que omnia, in quo oia, ipsi gloria. Pater ergo in consecratione virginis exhibuit claritatē Filius humilitatem, Spiritus sanctus caritatem. Pater lumen exhibuit rationis, Filius cinerē humiliationis, Spiritus sanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit potentiam, Filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum Filius humilitatem contra mundū, Spiritus sanctus caritatem erga Deū, & proximum. Filius carnis mortificationem, Spiritus sanctus conuersionem. Pater cælestium cōtempnauit, Filius docuit eā diuina operari, Spiritus sanctus amare, & amari Pater cælestia contēplari, Filius eā erudit, Spiritus eā prouehit. Pater eam perficit. Filius eam purificat, Spiritus eam pacificat, Pater eam honorificat. Hæc dicens, opera vel dona Trinitatis nō diuidō, sed fideliter inseparabilia assero. Sicut enim in essentia vnitas, ita in operatione identitas. Arca vero testamenti de lignis Sethim facta est, & Maria de spinoso, & hispido Iudæorum populo, & arido procreata est, qui vtique spinosus, detractioe, hispido superstitione, aridus fuit vnctioe diuinæ gratiæ. Vnde spinosus spineā coronam Regi suo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit. Sethim enim interpretatur spina. Aliet Eua spina, rosa Maria.

Pf. 16. c. Reuera Eua spina fuit, quæ & virum suū ad mortem pupugit, & posteritati suæ peccati aculeum infixit. Vnde apostolus. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors: & sic in oēs pertransiit. Ligna vero sancti patres, fuerunt, qui licet in radice aruissent arboris, spem tamen certissimam habentes in aduētū saluatoris, tāquam peregrini, & incolæ in hoc mūdo habitabant, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. Castigabāt cum vitijs, & concupiscentijs corpora sua, euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Vnde quidā ita: Conuersus sum, inquit, in ærumna mea, dum configitur spina. Ad cōmendationē vero gratiæ suæ, & ad destructionem humane sapientiæ, Deus de fœmina, sed virgine descendente de spinosa patrū origine, dignatus est caruē assumere, vt similem simili redderet, contrariū contrario curaret, pestiferā spinam euelleret, peccati chirographum potentissime deleret. Humilitas per sexum fœmineum cōmendatur, gloria virginis, & maiestas opitulatur, peccatū gratia eiicitur. Eua ergo spina fuit: Maria rosa extitit. Eua spina vulnerando: Maria rosa omnium affectus mulcendo: Eua spinā infigēs omnibus mortem: Maria rosa reddens salutiferam omnibus sortem. De liquore spinei corticis fit encaustū, vnde scribitur, & de carnali mēte tua fluxus nascitur cōcupiscentiæ, qui in ipsa, & in Adā peccatum actuale, in posteris originale transfudit. De hac vero Apostolus ita clamat. Littera occidit, spiritus autē viuificat. Ac si diceret: Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectionis ortuorum, sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur.

Ro. 5. b. Item de eodem: De ventre matris meæ tu es protector meus. Item Tāquā prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Bezeleel ergo cum socio arcam testamenti fabricauit, sancta quoque Trinitas virginem sibi sanctificauit, ac templū sanctissimum consecrauit, hospitiumque mundissimū sibi præparauit, thalamum quoque, de quo sponsus dicitur: Silijs hominum speciosus ad puluicem procederet, de cæter præornauit. Neque enim pater abesse potuit, ubi eius Spiritum, & filium cooperari voluit. Quæcumque enim pater facit, hæc eadem similiter, & Filius facit. Neque enim Filius potest à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrē faciētem. De Spiritu quoque legitur in libro Psalmodorum: Verbo domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Apostolus quoque de tribus personis ita: Ex quo omnia, per que omnia, in quo oia, ipsi gloria. Pater ergo in consecratione virginis exhibuit claritatē Filius humilitatem, Spiritus sanctus caritatem. Pater lumen exhibuit rationis, Filius cinerē humiliationis, Spiritus sanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit potentiam, Filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum Filius humilitatem contra mundū, Spiritus sanctus caritatem erga Deū, & proximum. Filius carnis mortificationem, Spiritus sanctus conuersionem. Pater cælestium cōtempnauit, Filius docuit eā diuina operari, Spiritus sanctus amare, & amari Pater cælestia contēplari, Filius eā erudit, Spiritus eā prouehit. Pater eam perficit. Filius eam purificat, Spiritus eam pacificat, Pater eam honorificat. Hæc dicens, opera vel dona Trinitatis nō diuidō, sed fideliter inseparabilia assero. Sicut enim in essentia vnitas, ita in operatione identitas. Arca vero testamenti de lignis Sethim facta est, & Maria de spinoso, & hispido Iudæorum populo, & arido procreata est, qui vtique spinosus, detractioe, hispido superstitione, aridus fuit vnctioe diuinæ gratiæ. Vnde spinosus spineā coronam Regi suo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit. Sethim enim interpretatur spina. Aliet Eua spina, rosa Maria.

Ro. 5. b. Reuera Eua spina fuit, quæ & virum suū ad mortem pupugit, & posteritati suæ peccati aculeum infixit. Vnde apostolus. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors: & sic in oēs pertransiit. Ligna vero sancti patres, fuerunt, qui licet in radice aruissent arboris, spem tamen certissimam habentes in aduētū saluatoris, tāquam peregrini, & incolæ in hoc mūdo habitabant, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. Castigabāt cum vitijs, & concupiscentijs corpora sua, euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Vnde quidā ita: Conuersus sum, inquit, in ærumna mea, dum configitur spina. Ad cōmendationē vero gratiæ suæ, & ad destructionem humane sapientiæ, Deus de fœmina, sed virgine descendente de spinosa patrū origine, dignatus est caruē assumere, vt similem simili redderet, contrariū contrario curaret, pestiferā spinam euelleret, peccati chirographum potentissime deleret. Humilitas per sexum fœmineum cōmendatur, gloria virginis, & maiestas opitulatur, peccatū gratia eiicitur. Eua ergo spina fuit: Maria rosa extitit. Eua spina vulnerando: Maria rosa omnium affectus mulcendo: Eua spinā infigēs omnibus mortem: Maria rosa reddens salutiferam omnibus sortem. De liquore spinei corticis fit encaustū, vnde scribitur, & de carnali mēte tua fluxus nascitur cōcupiscentiæ, qui in ipsa, & in Adā peccatum actuale, in posteris originale transfudit. De hac vero Apostolus ita clamat. Littera occidit, spiritus autē viuificat. Ac si diceret: Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectionis ortuorum, sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur.

Ro. 5. b. Item de eodem: De ventre matris meæ tu es protector meus. Item Tāquā prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Bezeleel ergo cum socio arcam testamenti fabricauit, sancta quoque Trinitas virginem sibi sanctificauit, ac templū sanctissimum consecrauit, hospitiumque mundissimū sibi præparauit, thalamum quoque, de quo sponsus dicitur: Silijs hominum speciosus ad puluicem procederet, de cæter præornauit. Neque enim pater abesse potuit, ubi eius Spiritum, & filium cooperari voluit. Quæcumque enim pater facit, hæc eadem similiter, & Filius facit. Neque enim Filius potest à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrē faciētem. De Spiritu quoque legitur in libro Psalmodorum: Verbo domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Apostolus quoque de tribus personis ita: Ex quo omnia, per que omnia, in quo oia, ipsi gloria. Pater ergo in consecratione virginis exhibuit claritatē Filius humilitatem, Spiritus sanctus caritatem. Pater lumen exhibuit rationis, Filius cinerē humiliationis, Spiritus sanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit potentiam, Filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum Filius humilitatem contra mundū, Spiritus sanctus caritatem erga Deū, & proximum. Filius carnis mortificationem, Spiritus sanctus conuersionem. Pater cælestium cōtempnauit, Filius docuit eā diuina operari, Spiritus sanctus amare, & amari Pater cælestia contēplari, Filius eā erudit, Spiritus eā prouehit. Pater eam perficit. Filius eam purificat, Spiritus eam pacificat, Pater eam honorificat. Hæc dicens, opera vel dona Trinitatis nō diuidō, sed fideliter inseparabilia assero. Sicut enim in essentia vnitas, ita in operatione identitas. Arca vero testamenti de lignis Sethim facta est, & Maria de spinoso, & hispido Iudæorum populo, & arido procreata est, qui vtique spinosus, detractioe, hispido superstitione, aridus fuit vnctioe diuinæ gratiæ. Vnde spinosus spineā coronam Regi suo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit. Sethim enim interpretatur spina. Aliet Eua spina, rosa Maria.

Ro. 5. b. Reuera Eua spina fuit, quæ & virum suū ad mortem pupugit, & posteritati suæ peccati aculeum infixit. Vnde apostolus. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors: & sic in oēs pertransiit. Ligna vero sancti patres, fuerunt, qui licet in radice aruissent arboris, spem tamen certissimam habentes in aduētū saluatoris, tāquam peregrini, & incolæ in hoc mūdo habitabant, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. Castigabāt cum vitijs, & concupiscentijs corpora sua, euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Vnde quidā ita: Conuersus sum, inquit, in ærumna mea, dum configitur spina. Ad cōmendationē vero gratiæ suæ, & ad destructionem humane sapientiæ, Deus de fœmina, sed virgine descendente de spinosa patrū origine, dignatus est caruē assumere, vt similem simili redderet, contrariū contrario curaret, pestiferā spinam euelleret, peccati chirographum potentissime deleret. Humilitas per sexum fœmineum cōmendatur, gloria virginis, & maiestas opitulatur, peccatū gratia eiicitur. Eua ergo spina fuit: Maria rosa extitit. Eua spina vulnerando: Maria rosa omnium affectus mulcendo: Eua spinā infigēs omnibus mortem: Maria rosa reddens salutiferam omnibus sortem. De liquore spinei corticis fit encaustū, vnde scribitur, & de carnali mēte tua fluxus nascitur cōcupiscentiæ, qui in ipsa, & in Adā peccatum actuale, in posteris originale transfudit. De hac vero Apostolus ita clamat. Littera occidit, spiritus autē viuificat. Ac si diceret: Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectionis ortuorum, sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur.

Ro. 5. b. Item de eodem: De ventre matris meæ tu es protector meus. Item Tāquā prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Bezeleel ergo cum socio arcam testamenti fabricauit, sancta quoque Trinitas virginem sibi sanctificauit, ac templū sanctissimum consecrauit, hospitiumque mundissimū sibi præparauit, thalamum quoque, de quo sponsus dicitur: Silijs hominum speciosus ad puluicem procederet, de cæter præornauit. Neque enim pater abesse potuit, ubi eius Spiritum, & filium cooperari voluit. Quæcumque enim pater facit, hæc eadem similiter, & Filius facit. Neque enim Filius potest à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrē faciētem. De Spiritu quoque legitur in libro Psalmodorum: Verbo domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Apostolus quoque de tribus personis ita: Ex quo omnia, per que omnia, in quo oia, ipsi gloria. Pater ergo in consecratione virginis exhibuit claritatē Filius humilitatem, Spiritus sanctus caritatem. Pater lumen exhibuit rationis, Filius cinerē humiliationis, Spiritus sanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit potentiam, Filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum Filius humilitatem contra mundū, Spiritus sanctus caritatem erga Deū, & proximum. Filius carnis mortificationem, Spiritus sanctus conuersionem. Pater cælestium cōtempnauit, Filius docuit eā diuina operari, Spiritus sanctus amare, & amari Pater cælestia contēplari, Filius eā erudit, Spiritus eā prouehit. Pater eam perficit. Filius eam purificat, Spiritus eam pacificat, Pater eam honorificat. Hæc dicens, opera vel dona Trinitatis nō diuidō, sed fideliter inseparabilia assero. Sicut enim in essentia vnitas, ita in operatione identitas. Arca vero testamenti de lignis Sethim facta est, & Maria de spinoso, & hispido Iudæorum populo, & arido procreata est, qui vtique spinosus, detractioe, hispido superstitione, aridus fuit vnctioe diuinæ gratiæ. Vnde spinosus spineā coronam Regi suo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit. Sethim enim interpretatur spina. Aliet Eua spina, rosa Maria.

tus sanctus amare, & amari Pater cælestia contēplari, Filius eā erudit, Spiritus eā prouehit. Pater eam perficit. Filius eam purificat, Spiritus eam pacificat, Pater eam honorificat. Hæc dicens, opera vel dona Trinitatis nō diuidō, sed fideliter inseparabilia assero. Sicut enim in essentia vnitas, ita in operatione identitas. Arca vero testamenti de lignis Sethim facta est, & Maria de spinoso, & hispido Iudæorum populo, & arido procreata est, qui vtique spinosus, detractioe, hispido superstitione, aridus fuit vnctioe diuinæ gratiæ. Vnde spinosus spineā coronam Regi suo exhibuit, & in eum sicut ignis in spinis exarsit. Sethim enim interpretatur spina. Aliet Eua spina, rosa Maria.

Reuera Eua spina fuit, quæ & virum suū ad mortem pupugit, & posteritati suæ peccati aculeum infixit. Vnde apostolus. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors: & sic in oēs pertransiit. Ligna vero sancti patres, fuerunt, qui licet in radice aruissent arboris, spem tamen certissimam habentes in aduētū saluatoris, tāquam peregrini, & incolæ in hoc mūdo habitabant, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes. Castigabāt cum vitijs, & concupiscentijs corpora sua, euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Vnde quidā ita: Conuersus sum, inquit, in ærumna mea, dum configitur spina. Ad cōmendationē vero gratiæ suæ, & ad destructionem humane sapientiæ, Deus de fœmina, sed virgine descendente de spinosa patrū origine, dignatus est caruē assumere, vt similem simili redderet, contrariū contrario curaret, pestiferā spinam euelleret, peccati chirographum potentissime deleret. Humilitas per sexum fœmineum cōmendatur, gloria virginis, & maiestas opitulatur, peccatū gratia eiicitur. Eua ergo spina fuit: Maria rosa extitit. Eua spina vulnerando: Maria rosa omnium affectus mulcendo: Eua spinā infigēs omnibus mortem: Maria rosa reddens salutiferam omnibus sortem. De liquore spinei corticis fit encaustū, vnde scribitur, & de carnali mēte tua fluxus nascitur cōcupiscentiæ, qui in ipsa, & in Adā peccatum actuale, in posteris originale transfudit. De hac vero Apostolus ita clamat. Littera occidit, spiritus autē viuificat. Ac si diceret: Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectionis ortuorum, sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur.

I

Ro. 5. b

2. Cor.

8.

Pf. 123.

Pf. 31. a

K

2. Cor.

3.

2. Cor.

5.

cebuntur,

Sermo de verbis sapientia.

cabuntur. Maria autem rosa fuit candida per
virginitatem, rubicunda per caritatem, candi-
dida carne, rubicunda mente. candida virtu-
tem sectando, rubicunda vitia calcando, can-
dida affectu purificando, rubicunda actus
carnalem mortificando, candida Deum dili-
gendo, rubicunda proximo copatiendo. De
lignis vero Sethim condita est arca, in qua-
thuribulum, manna, & virga sunt recondita,
qua licet Maria de patris natura per peccati
vitiatam, duceret originem, prelecta tamen
per Spiritum sanctum, & preferuaia ad purum
Deum nobis obtulit, & hominem. Thuribu-
lum sacrosanctum, carne significat saluato-
ris, quae aurea dicitur, quia nullius passiva est
detrimentum pudoris, agnus, sine macula,
qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus
in ore eius, de quo per propheticum dicitur
eloquium: Ecce puer meus electus, posui su-
per eum spiritum meum. Carbones thuri-
buli, sunt opera Iesu Christi. Carbones isti
aliquando mortui, quodque vero sunt ignei,
quia in Salvatore nostro nunc propria tole-
rabat humanitas, nunc propria faciebat diui-
nitas. Ignis in carbone diuinitas est innocens
in opere. Ignis in prunis, euidens est indi-
cium diuinitatis. Carbo mortuus, in prece-
pe iacens. Igneus, demonia expellens, mortuus,
in Aegyptum fugiens. Igneus vendens,
& ementes columbas de templo eiciens,
mortuus dormiens in nauis. Igneus impe-
rans ventis, & mari; mortuus subditus pa-
rentibus, Igneus, quattuor fatians hominum
millia de septem panibus, mortuus, ad pu-
teum Iacob rogans potum. Igneus, circa Hic-
rico illuminans cecum, & sanans leprosum.
Carbo erat mortuus, dum a diabolo tentaretur,
igneus, dum ei ab angelis ministraretur.
Mortuus in proditione discipuli, igneus in
filio reguli. Sopitus ante praesides, igneus cir-
ca Tyberiadem. Sopitus dum ei Herodes illu-
deret, igneus, dum mortuorum suscitator ma-
gnificus fieret. Sopitus, dum ei acetum cum fel-
le mixtum propinaretur, igneus dum ab eo decem
leprosi mundarentur. Sopitus, dum a Iudaeis
se abscederet, sopitus, dum cum publicanis
& peccatoribus ederet, igneus, dum ambu-
laret super vndas, igneus, dum ex aqua facta
vino latificaret conuiuus. Sopitus, iacens in
cunabulis, igneus, fulgens in miraculis. Sop-
itus, ante tribunal praesidis, igneus, in filia
Chananitidis. Sopitus in cruce, igneus in
monte. Pruna ergo mortuus erat huma-
nitatis opera, ignita diuinitatis miracula.

Sermo in illud Sapientia, Sapientia vincit malitiam.

Sapientia vincit malitiam. Sicut sa-
pientia fapor boni, ita malitia fa-
por mali dicitur. Quia ut claus
expellitur, ita & praua bona lu-
petuenientibus eliminantur. Virtute liqui-
dem, & sapientia Patris mediatoris Dei, & ho-
minum Christo Iesu crucem pro nobis su-
bente, simul cum illo secundum Apосто-
lum crucifixus est homo noster, & destruitur
corpus peccati. Quid ego dixerim corpus
peccati? Hoc merito dixerim, imaginem, qua
impegit, & contregit lapis excusus de monte
sine manibus: cuius caput aureum, & ce-
terorum membrorum fuisse describuntur,
quaedam ex argento, quaedam ex aere, quaedam
ex ferro, quaedam ex luto, & ferro. Caput est
malitia, quam superius saporem diximus
mali. Vnde & per aurum exprimitur, quo
nimirum sapientia in Scripturis designa-
tur. Medium vero corporis, id est, pedus, &
brachia, ex argento fuisse memorantur. Ar-
gentum est lucidum, & sonorum, cuius so-
noritas demulcet aurum, & claritas visum
oblectat. Vnde per ipsum curiositas detra-
gatur, quae in his duobus sensibus, vna vi-
delicet, & auditu, inaxime viget: quia per ip-
sos vitia principaliores corporis fen-
stras, mors erebrius, & leuius inire con-
uit ad animas nostras. Per vitrem autem, &
femora (vt libedo dominatur) designatur
voluptas, quae ex aere fuisse describitur,
quod humiliter iudicium est, & sonorum: quo-
niam consueque malitiae rabies incanduit, vt
flagitiosi, & conquinati homines, non solu
in spurcitia delectari, sed etiam in infamia co-
sueverint gloriam, vt pote qui laetantur cum
malefecerint, & exultant in rebus pessimis.
Vnde prauo suo exemplo corrumpunt, &
eos, qui longe, & eos qui prope sunt, proximos
videlicet mala conuersatione, remotos
autem mala conuersationis opinione. Illo-
rum oculi laentes, istorum auribus inso-
nantes. Tibiaeque quae molem sustinent cor-
poris, ferrea dicuntur. Squama squama con-
tingunt, & totam sustinet machinam peccati
praua, & more ferri indurata voluntas.
Quid enim peccas? Quia nescis quid fa-
cias? Absit. Quia cogis vt facias? Absit,
sed quia placet, vt sic facias. Imbutum ergo
& suffocatum veneno diaboli voluntatis
desiderium, fomes sceleris, & virus fla-
gitij

Exo. 25.
c

1. Pet. 2.
d

Isa. 43. b

L

Pro. 25

Iob. 14

gitij solum est, quod obturat aures, vt non audiant vocem incantatum, & venefici incantantis sapieter. Per pedes, quorum pars quedam erat ferrea, quedam fictilis, opera figuntur tenebrarum: quibus ad stortitiam peruenitur hominum. Lutum, & ferru bene sibi inuicem non coherent. Per lutum, operum immunditia: per ferrum, mentis pertinacia designatur. Quæ licet ad horam coniungatur, diu tamen coherent non possunt.

Iob. 21. Ducus siquidem in bonis dies tuos, sed in puncto descendes ad inferos. Lapis ergo prius pedes cominuit, quia fortitudo, & firmamentum nostrum Iesus Christus: Dat

Pf. 67. g. denique voci suæ vocem virtutis. Vnde tonitruum vocis eius factu in virtute, interiora concutit, & per timorem mentis pertinaciam frangit. Deinde à vanitate sæculi peccatore auulso, opera destruit per confessionem. Bona consequenter desideria immitendo, & ea in bonis adimplendo, sanat voluntatem. Atque sub iugo disciplina obturando aures ne audiant sanguine, claudendo oculos ne videant malum, expellit curiositatem. Et sic ad vltimum sapiens, & placens homo Deo, caput aureum statuae cõstringit dum saporem mali (quem malitiam diximus) à præcordijs animæ penitus auellit.

B Sapientia vincit malitiam. Cui. n. Christus incipit dulcescere, profecto necesse est amarescere mundum. Est siquidem panis qui de caelo descendit, habens omne delectamentum & suauitatem saporis: sapor est patris per illam æternam & ineffabilem naturam: sapor est angelorum per gratiam, sapor est noster per misericordiam: Vincit ergo, sed qualiter, videamus. Attingit enim a fine vsque ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Sunt ergo inueniendi ad minus duo fines altrinsecus positi, quibus sapientia medians attingat vtriusque. Quæramus fines istos in parabolis euangelicis, illius videlicet in quibus primu agitur de thesauro: quem qui inuenit homo, vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. Subiungitur postmodum de preciosa margarita, quæ negociator inuentam cõparat, venditis oibus, quæ possidet. Demum agitur de sagena, quæ missa in mare, congregat bonos, & malos pisces. Similitudines istas diligentius perscrutemur, vt ex ipsis eliciatur proposita veritas. Ager de quo in prima parabola, disciplina est ordinis. Ager, in vltima terra est, quæ amputatis fruticibus, & arborum

radicibus extirpatis, habilis est ad semere recipiendum, & fructum afferendum. Talis est disciplina ordinis, quæ auulsis peccatorum tribulis, remotisque scandalorum occasionibus, digna est plane cui Deus emittat eloquium suum. In qua nimirum verbum suum non est aligatu, sed ablatis impedimentorum obstaculis, per humiles & mites corde velociter currit sermo eius. Hic est ager plenus, cui benedixit Dominus habens irriguum superius, & irriguum inferius. Fontes profecto Israel, de quibus in Ecclesijs dominus benedicitur. Hi sunt fontes saluatoris, quorum alter est diuinitas, irriguum videlicet superius: alter est humanitas, irriguum. s. inferius. De fonte humanitatis aquas potamus confidentiæ: quia per ipsum accessum habemus ad Patrem, per confidentiam in fide ipsius. De fonte diuinitatis, aquæ prodeunt misericordiæ, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei latentem in cælis ad plenum, peregrinantem in terris prout cuiq; diuisit Deus mensuram fidei. De latibus prophetarum exiliij Christus Iesus ad campos pauperum. Per merita suæ humanitatis impertit, & diuinitatis participium in præmiu. Dabis siquidem pacem nobis transferendo nos in arcum suæ diuinitatis, quia omnia opera nostra operatus est nobis in humilitate suæ humanitatis. Si ergo nostram salutem operata est humanitas, quid operatur diuinitas? Nostram profecto delectationem, quia delectationes in dextera eius vsque in finem. Laborantes igitur in agro paupertatis duo habent irrigua, quibus eordium irrigatur ariditas, & terræ nostræ fructificat sterilitas. Absque harum aquarum refrigerio: nulla sane adesset proficiendi possibilitas, sed deficiendi incumberet necessitas. Cum. n. ad te reuersus cõsideras hinc exasperatæ potentiæ maiestatis, inde exasperantis pertinaciæ iniquitatis: nonne repente subintraret desperatio, nisi mediatoris Dei, & hominum hominis Iesu Christi incarnatio succurreret & passio? Superuenientibus autem sæculi tribulationibus, & impugnationibus demonis, & eleuatis in planitie mētis tuæ tationum procellis: nonne passionibus huius temporis succumberes, nisi futura gloriæ spes subleuaret? Sicut ergo apud humanitatem Christi habes merita, de quibus confidens desperare non possis: ita apud diuinitatem sunt præmia, de quorū expectatione

Gen. 27.

Iudi. 1. c.

D

Pf. 115. b.

Sap. 3. a. Sed qualiter, videamus. Attingit enim a fine vsque ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Sunt ergo inueniendi ad minus duo fines altrinsecus positi, quibus sapientia medians attingat vtriusque. Quæramus fines istos in parabolis euangelicis, illius videlicet in quibus primu agitur de thesauro: quem qui inuenit homo, vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. Subiungitur postmodum de preciosa margarita, quæ negociator inuentam cõparat, venditis oibus, quæ possidet. Demum agitur de sagena, quæ missa in mare, congregat bonos, & malos pisces. Similitudines istas diligentius perscrutemur, vt ex ipsis eliciatur proposita veritas. Ager de quo in prima parabola, disciplina est ordinis. Ager, in vltima terra est, quæ amputatis fruticibus, & arborum

Matth. 13. f. Quæramus fines istos in parabolis euangelicis, illius videlicet in quibus primu agitur de thesauro: quem qui inuenit homo, vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. Subiungitur postmodum de preciosa margarita, quæ negociator inuentam cõparat, venditis oibus, quæ possidet. Demum agitur de sagena, quæ missa in mare, congregat bonos, & malos pisces. Similitudines istas diligentius perscrutemur, vt ex ipsis eliciatur proposita veritas. Ager de quo in prima parabola, disciplina est ordinis. Ager, in vltima terra est, quæ amputatis fruticibus, & arborum

Ibidem. Subiungitur postmodum de preciosa margarita, quæ negociator inuentam cõparat, venditis oibus, quæ possidet. Demum agitur de sagena, quæ missa in mare, congregat bonos, & malos pisces. Similitudines istas diligentius perscrutemur, vt ex ipsis eliciatur proposita veritas. Ager de quo in prima parabola, disciplina est ordinis. Ager, in vltima terra est, quæ amputatis fruticibus, & arborum

Ibidem. Demum agitur de sagena, quæ missa in mare, congregat bonos, & malos pisces. Similitudines istas diligentius perscrutemur, vt ex ipsis eliciatur proposita veritas. Ager de quo in prima parabola, disciplina est ordinis. Ager, in vltima terra est, quæ amputatis fruticibus, & arborum

C

possit

possis in tribulationibus nō solum respira-
re, sed & gloriari: quia nimirū fecit nobiscū
Pf. 115. misericordiam suam, non solum remittens
debita, sed etiam promittens prēmia. Quid
retribuam domino pro omnibus, quæ retri-
buit mihi? Pro omnibus quidem, quæ mihi
ad cōuersionem meam retribuit. In ipsa cō-
uersione mea corpus meum, & aīam meam
retribuit, imō reddidit, imō me pigritante
& renitente, ipse à me extorsit. Ecce autem
pro oibus, quæ ab initio conuersionis meæ
mihi tribuit, compunctionem videlicet lac-
rymarū, deuotionem, meditationem, con-
solationem in laboribus, delectationem in
meditationibus, pro his, inquam, & in num-
eris alijs beneficijs, quid ei rursus retri-
buam? Qui totum dedit, quid ulterius impē-
dere habeo? Calicem salutaris accipiam, &
nomen domini inuocabo. Quid est calicem

E accipiam? Anima mea desiderabit te in no-
cte, sed & spiritus meus in præcordijs meis.
Isa. 26. Nomen tuum, & memoriale tuum in desi-
ibidem. derio animæ. Nomen saluatoris mei fratres
mei, carnis meæ, sanguinis mei, nomen à sæ-
culis absconditum, sed in fine sæculorum re-
uelatum: nomen mirabile, nomen ineffabile,
nomen inæstimabile, imō eo mirabilius,
quo inæstimabilius: eo magis gratum, quo
gratuitum. Hoc, inquam, nomen non iam
viuente me, viuente vero in me Christo, si-
cut adipe, & pinguedine repleatur anima
mea, vt non solum exterioribus, sed & in-
terioribus labijs inuocem nomen domini.

Joel. 1.2. Quicumque .n. non vocauerit, sed inuoca-
uerit nomen domini, saluus erit. Nō solum
autem nomen, sed & memoriale passionis
eius semper sit in desiderio animæ meæ, vt
passionis eius particeps efficiam, siquo mo-
do agnoscerem potero, sicut & agnitus sum.
Sic ergo calicem eius accipiam, quia monu-
menta passionis suæ intra animæ meæ sinū,
intra memoriæ meæ cellas semper reuolu-
am. Aspiciam regem Salomonem in dia-
demate, quo coronauit eum mater sua. Aspi-
Nu. 21. ciam eum ligatum, flagellatum, consputū, sa-
turatum opprobrijs, clauisque confixū. Aspi-
ciam in huius deserto exilij, serpentem aenū
super columnam crucis exaltatum, vt serpen-
tes, qui me mordent moriantur, quia nul-
lus, qui credit in eum, peribit, sed habebit vi-
tam æternam. Hæc & alia patientis, & mo-
nientis Domini mei memorialia, meminiæ
meæ arctius cōmendabo, & ad oscogitatio-

nis reuocans ruminabo diutius, vt imple-
guer deuotius. Hæc, inquam, crucis, & passio-
nis eius insignia sint præsentia, vt læua eius
dilectionis (qua nemo vnquam maiorem
habuit) sit sub capite meo, ne videlicet mēs
mea ad carnalia incurruerit desideria, do-
nec dextera diuinitatis eius amplectetur me
vt absorbeatur hęc, quod mortale est à vita.
& mortale hoc immortalitatem, & corru-
ptibile hoc induat incorruptionem. Læuam
in hoc loco, humanitatē eius accipio, in qua
nobis exhibuit caritatem, vt diximus, qua
nemo maiorem habet, ponens animam suā
etiam pro inimicis suis. Dextera: est diuini-
tas: qua desidero amplectari, & circumdari.
Tunc enim, satiabor, inquit, cū apparuerit
gloria tua, & adimplebis me læuita cum
vultu tuo: quia delectationes in dextera tua
vsq; in finem. Ceterum quantum dextera
sinistræ præcellit, quantum videlicet æter-
na caducis, incorruptibilia corruptibilibus,
immortalia mortalibus, tantum necesse est
præcellere caritatem, quam nobis exhibitu-
rus est in gloria suæ diuinitatis, caritati quā
nobis exhibuit in miseria suæ humanitatis.
Hanc .n. & oculus vidit, & auris audiuit, &
in eum hominis ascendit, non quam præpa-
rauit diligentiibus se. Quæ tamen est illa
caritas? Audi: Licet maiorem hæc dilectio-
nem nemo habet, vt animam suam ponat
quis pro amicis suis, ipse tamen suam pos-
uit pro inimicis. Cum enim adhuc inimici
essemus, reconciliauit nos Deo in sangui-
ne suo. Si hoc fecit homo, quid faciet Deus?
Si hoc fecit pauper, quod faciet diues? Si hoc
fecit pro inimicis, quid faciet pro amicis?
Si hoc fecit in via, quid faciet in patria? Si
hoc fecit in exilio, quid faciet in palatio? Si
hoc fecit in terra, vbi sui eū non receperunt,
quid faciet in caelo, vbi ei omnes obediunt?
Si quandoq; suggestionibus diaboli, vel im-
portunis carnis nostræ clamoribus ad curā
carnis in desiderijs peragendam reuocemur,
anxietates Christi, crucisq; supplicium po-
namus præ oculis, & confestim ipsa nos do-
cebit experientia, quid senserit Apostolus
cum dixit. Verbum crucis his, qui salui sunt
virtus Dei est. Et mihi absit gloriari nisi in
cruce domini nostri Iesu Christi. Quare?
Quia sicut fluit cera à facie ignis, sic percunt
omnes immunditiæ à facie crucis. Dei si-
quidem infirmitas, nostra est fortitudo, &
in infirmita eius facti sumus sapientes. Quia
enim mundus nō cognouit in sapientia Deū,
p'acuit

Pf. 16. d.

Pf. 115. e.

1. Cor.

Jo. 15.

1. Cor.

Gal. 6. d.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

1. Cor.

Ios. 1. 6. placuit Deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Caro factus est carnalibus, sicut spiritus angelicis spiritibus. Agnoscat eum caro in carne, homo in homine. Agnoscat, inquam, & imitetur, vt eum videre mereatur in maiestate, quia per

Rom. 8. 6. **H**umilitatem pertinet ad sublimitatem. Si enim compatimur, & conregnabimus: si

1. Ti. 2. commorimur, & conuiuemus. Agnoscamus eum, inquam, secundum carnem, donec calcatis motibus carnis, & omnibus extinctis, vel deuictis carnalibus desiderijs pos-

1. Cor. 5. simus dicere cum Apostolo: Et si cognouimus eum secundum carnem, sed iam non nouimus. Licet enim gloriosum sit videre, vel in memoria habere etiam secundum carnem speciosum forma præ filijs hominum, magis tamen proponitur nobis caro eius ad medellam, quam ad gloriam, ad necessitatem, quã ad beatitudinem. Altera siquidem collata est beatitudo animæ, cui nihil creatum sufficere potest, etiã si cum terra cæli possideret: Nec satiari potest eius cupiditas, donec eum habeat, cuius imago est, qui solus potest implere angulo cupiditatis suæ. Sicut autem mediator noster duas naturas, humanitatem videlicet, & diuinitatem coniunxit in vna persona, ita singula eius opera ad hanc siue illam necesse est pertinere naturam. Ad hanc siquidem animam miseriam, sed ad illam pertinet potentia. Quidquid ergo miseriam pallius est, ex homine contraxit. Quidquid potenter operatus est, à Patre habuit. Humanitate igitur, & diuinitate altrinsecus positus, duo habes media, passionem, & resurrectionem. Illa est misericordiam, & miseriam: ista est potentiam. Vis annunciari inter pennas columbæ, id est inter perfectos sanctæ Ecclesiæ, quorum videlicet exemplo infirmi roborantur, depressi suble-

Iuantur? Dormias necesse est inter medios clericos, id est inter passionem, & resurrectionem hinc stipatus fructibus, hinc fulcitus floribus. Fructus ad passionem, flores ad resurrectionem pertinent. Quæ seminauerit homo,

Gal. 5. 1. hæc, & metet. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Seminauit vetus homo in carne, misit postmodum corruptionem. Quam? Passionem Christi. Nisi enim, vt verus homo transgredere, nouus non pateretur. O profundum, & inscrutabile redemptionis

Rom. 8. nostræ consilium. Vere diligentibus Deum via cooperatur in bonum. Domine Iesu Christe, si inobedientia Adæ cooperata est no-

bis in bonum, & tantum tamque; mirificum bonum, vt tu fieres corruptibilis, tua obedientia in quod bonum nobis cooperatur? Perfecto vt homo fiat incorruptibilis. Seminat in carne, tuam misimus corruptionem; seminantes in spiritu, nostram metemus in corruptionem. Omnium ergo temporum, quæ sub conuersatione veteris hominis transigimus, fructus noster est passio Christi? Cui debemus configurari, mortificationem eius circumferentes in carne nostra mortali. Vnde sicut ab initio conuersationis, ita ab initio prædicationis suæ proposuit nobis penitentiam. Agite, inquit, penitentiam, quoniam appropinquabit regnum cælorum. Magnam refectionem senserat, qui de fructu penitentiam dicebat: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. Et alibi: Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Et iterum. Potasti nos vino compunctionis. Quare ergo non dixerim penitentiam messem, vel fructum quæ panis vocatur, & vinum? Fructus iste amarus est, sed salubris: quia penitentia amara est quidam ad tolerandum, saluberrima autem ad conualescendum. Proinde fidelis anima quæ retro sunt obliuisci desiderans, & ad interiora extendi: his fructibus stipari, & roborari desideret, quatenus ipsis interpositis ad secularia desideria, carnisque illecebras non possit reflecti. Sicut autem temporalitate vetustatis nostræ recolentes, finem eius, & fructum habemus penitentiam aeternitatem nouitatis nostræ meditando præcurres, quædam gaudiorum sentimus fragrantiam: quæ merito floribus comparatur: quia viso flore spes fructus concipitur, sicut, & per horum prægustationem gaudiorum certius animamur ad expectationem futurorum. Quod enim non videmus, speramus; vnde, & per patientiam expectamus. Temporis ergo præteriti fructus est compunctio, cui futuri flos est deuotio. Dormias ergo necesse est inter medios clericos, id est inter passionem, & resurrectionem, inter fructum, & florem inter compunctionem, & deuotionem. Qui sunt qui dormiunt? Qui sicut, tamen non sicut: qui gaudent, tamen non gaudentes: qui viuunt hoc mundo, tamen non viuunt: qui vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti, per ignominiam, & bonam famam, tam prospera, quam aduersa huius vitæ transeunt, ac si non sentiant. Beatus si-

Matth. 3.
Ps. 41. 1.
Ps. 79. 1.
Ps. 59. 1.
K

quidem populus, cui etiam in hoc mundo re-

lictus

Matth. 3.
Ps. 41. 1.
Ps. 79. 1.
Ps. 59. 1.
K

Rom. 8. 6.

1. Co. 7.
2. Co. 6.

licitus est sabbatismus. Qui dormit, exposi-
tus est, nullam sui curam gerens, & tamen

L quietis. Ita, & nos omnem sollicitudinem
1. Pet. 5. nostram in eum projicientes, tam in aduer-
sis, quam in prosperis exponamur, tam per
plana, quam per aspera ducatur illius cōgrat-
ulantes: qui ideo inclinavit cælos, & descē-
dit, vt reduceret nos in viam rectā, vt de lo-
co peregrinationis iremus in ciuitatē habi-
tationis. Si hæc via ardua est, & stricta, ne
deficiat, quia eo tutior, & rector est. Porro
præuius tuus fortis, & pius est paratus vti-
que in defectu tuo te facis in, iheris col-
locare, & te portare ad gregē: quia qui Dux
& Dominus tuus est, ipse etiā, & alius tuus

Gen. 46. est, Isachar alius fortis, & posteriora dorsi
Pf. 76. c. eius in pallore auri. Ipse dorsum nostrum
cui imponatur onera ceteris mēbris impor-
tabilia, sicut & hēdus nostre: emissarius ipse

Is. 53. b. est, cui imposita sunt peccata nostra, quia ve-
re languores nostros ipse tulit, & dolo-
res nostros ipse portauit. Hinc ergo in
memoria reuoluentes passionem Christi,
omnia blandimenta mundi, vt iterora re-
putemus, vt passionibus Christi conformemur
de spe tenentis firmiter gloriae
resurrectionis, ne deficiamus, sed glorie-
mur in tribulationibus, quia passiones hu-
manas temporis condignæ non sunt ad futu-
ram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
Ager ergo paupertatis merito plenus dicitur,
quem simul, & ver decorat floribus, &
autumnus replet fructibus. Cui merito pater
comparat filium suum dicens. Ecce odor

Ro. 8. d. filij mei sicut odor agri pleni. In quo nimi-
rū omnis perfectio paupertatis, & virtutum
plenitudo superabūdauit, ita vt de plenitu-
dine eius omnes acciperemus. Cū enim di-
ues esset, propter nos factus est egenus, vt
illius ditaremur inopia. Ager iste aquis ir-
riguus, floribus redolens, & abundans fru-
ctibus, thesaurum habet in se absconditū, vi-
delicet continentiam carnis. Preciosus si-
quidem thesaurus est possidere vas suum in
sanctificatione, & honore; non in passione
desiderij, sicut gentes, quæ ignorant Deum.
Noli quaere thesaurum hunc inter spinas,
& tribulos sæcularis illecebræ, nec in syluis
rudicitatis antiquæ. Non enim in silua, sed in
Pf. 103. agro absconditus est. Quæras in agro, vbi
saturantur ligna campi, & vbi passeris nidi-
ficant, id est vbi incontinentes respiciunt,
dignos penitentiæ fructus facientes, prolem
gignunt, non sibi tantum, sed & alijs profi-

cientes. Continentiam tibi credis necessa-
riam, vt spiritus sanctus fiat in te fons aquæ
salientis in vitam æternā. Aqua non sursum
salit, sed de fursū necesse est vt veniat. Om-
ne datum optimum, & omne donū perfe-
ctum de sursum est, descēdēs à patre lumi-
num. Ergo quod salit in vitam æternā, à
vita æterna profecto descendit. Vnde licet
aqua de sursum veniat, nisi continentem, &
integrum habeat conductum, sursum non
redit, sed diffluit. Descēdit in te spiritus san-
ctus, viuificatur animā tuam, vt in te saliat
in vitam æternam. Continens necesse est vt
sit corpus tuū, quatenus obtures aures tuas

Isa. 33.

ne audies sanguinē, & claudas oculos tuos
ne videas malum, ne gratia de superis tibi
collata per minus circūspectos sensus tuos
foris effluat, spiritu tuo diffuso in vanitates,
& insanias falsas. Nota aliud esse continen-
tem, aliud castum Luxuriosus. & castus sibi
repugnant. Luxuriosus est motus sentire, &
motibus cōsentire. Castus est nec motus sen-
tire, nec motibus cōsentire. Continens est
in medio vtrobiq; sumens participium, cum
altero commune habens motus sentire, cū
altera in motibus non cōsentire. Iste existens
in medio domus, deorsum luxurioso, fursū
vero collatus pudico, etsi non in munditia
cordis perambulatur, tamen in innoxetia cor-
dis decantatur misericordiam, & iudiciū. Iu-
diciū, q̄ motus sentiat misericordiam, &
motibus non cōsentiat. Iste nolens dimitte-
re angelum magni consilij incipiente auro-
ra nouæ lucis, sed potens obnixè benedi-
ctionem perseuerantiæ: etsi non omnino
priuari, claudicare tamē meretur altero pe-
de. Qui sunt duo pedes? Motus sentire, &
motibus cōsentire. Illud est naturale,
istud est criminale. Licet ergo nondū igno-
rare possit prauos motus desideriorum, sed
adhuc in ipso vigeat pes iste, gratia tamen
supernæ benedictionis ita enervatur in ip-
so pes consensus quatenus etsi ipse trahat,
ipsi tamen inani non possit. Non est omni-
no sine eo, quia cum repentina cogitatione
cōcurrit multoties quædam delectatio, quæ
tamen cum sentitur, gemitum magis quam
consensum extorquet. Inuento huiusmodi
thesauro in agro paupertatis, vt in tuā the-
saurus redigatur possessionē, vade, & vende
omnia, quæ habes, & eme agrū illum. Quid
est, vende omnia, quæ habes? Abrenuncia
omnibus, quæ possides, exiens ad Iesum ex-
tra castra, vt portes improperiū crucis eius
quæ-

Gen. 32.

Pf. 11.6 quatenus tantæ humilitatis, merito de ne-
more exiens, in quo inuolutæ sunt semitæ
impigrum (qui in circuitu ambulant) agrum
quem prædiximus, possideas, in quo abieceris
occupationibus curisq; secularibus, corpore
composito, & corde dilatato, curras alacer
viam mandatorum Dei, quæ quidem desi-
derabilia sunt, & dulciora sepe mel, & fa-
Pf. 18.4
Ibidem uum. Quare? Quia in custodiendis illis re-
tributio multa. Plane multa, quia custodien-
tibus, ea debetur vita æterna.

Matth. Vnde veritas: Si vis, inquit, venire ad vi-
19.6 rã, serua manda. In hoc gradu continentia
in quo refrænas quod delectat, & quod nõ
delectat operaris, magna tibi incubit tribu-
latio, quia, dũ voluntati tuæ repugnat ratio,
bellũ geritur intestinum. Noli ergo torpere
sed leues oculos tuos ad eum, qui habitat in
caelis, à quo veniet tibi auxiliũ, vt nõ solum
permaneas, sed etiam glorieris in tribulatio-
nibus. Quod tamen aliter non fit nisi tibi
sapiat Deus. Quæras ergo necesse est sapi-
entiam, per quam tibi sapiat Deus, & mundus
desipiat, quæ per preciosam signatur mar-
garitam, quã qui inuenit homo vadit, & v-
Sap. 16.
d dit vniuersa, quæ habet, & emittit eã. Vtinam
gustares, & setires quã dulcis est Dñs. Vtinã
gustares panẽ, qui de celo descendit, habentẽ
omne delectamentũ, & suauitatẽ saporis.
Profecto si quid haberes, venderes, & cõpa-
rãres ea. Quid tamẽ habes vendere, qui oia,
quæ possideas vendidisti propter agrum
paupertatis cõparandũ, in quo thesaurum,
inueneras continetia: Vide ne forte duplex

C
De vitio fit possessio tua, vna interior, altera exterior.
propria Exterior est secularis facultas, interior est
voluntatis propria volũtas. Sæcularibus facultatibus ab-
sis. renũciasti, exiens ad Iesum extra castra hu-
ius sæculi, adhuc tñ rudis, & vetustatis tuæ
tenebris obuolutus, propriae voluntatis tuæ
vitiũ non intellexeras, quæ profecto non re-
linquitur quoties fit exterior abrenũciatio.
Citius. n. & leuius relinquitur facultas, quã
cupiditas amittatur. Vnde Dñs nõ quoscũ-
que pauperes, sed pauperes spiritu dicit esse
beatos. Qui sunt illi? Non ocs vtq; qui ha-
bent, sed qui a mant paupertatẽ. Parũ ergo
oio. imo nihil prodest exterior abrenũcia-
tio sine interiori, vel comitatẽ, vel subsequẽ-
te. Propria siquidẽ volũtas Deũ impugnat,
& aduersus eũ extollitur. Ipsa est quæ pa-
pidum spoliat, & ditat infernũ, quæ sangui-
nẽ Christi euacuat, & ditioni diaboli sub-
iugat mundum. Vide qualiter propria vo-

luntas aduersetur Deo. Nemo põt duobus
dominis seruire. Nõ poteris obedire simul
& diuinæ, & propriae voluntati. Si enim vo-
luntas tua voluntati diuinæ concordat, iam
non propria voluntas est, sed cõis, non tan-
tum est hois, sed hominis & Dei. Ceterum
voluntati Dei ex debito creationis tuæ ne-
cessario es obnoxius. Quare? Quia sola vo-
luntas Dei certa est, quare creauerit, & re-
creauerit te Deus, sicut ait Apostolus Iaco-
bus: Voluntarie genuit nos verbo veritatis.
Facis quod debes, dum obedis ei. Debitum
etia virtutis p̄sum fideliter persoluis, cum
eius voluntatẽ, & habes in desiderio, & fer-
uas in obsequio. Ecce autẽ fallente diabolo
& sensibus tuis seculo lenocinatẽ, ad ea quæ
foris sunt curiose egrederis, ad quorũ dele-
ctationẽ dum propriae voluntatis attrahe-
ris concupiscentia, quodãmodo abrenũcias
Deo, ac si abnegans diceres: Hucusq; te co-
tui, voluntatẽ tuã feci, sed nullam in me de-
inceps habeas fiducia, quia alij Dño seruire,
sidentq; seruire proposui. Ecce propriae vo-
luntatis iniquitate abnegasti Deum tuum,
sed necdũ sufficit tibi ipsa negatio, quinim-
mo impudẽtissimus prædo subsequenter ef-
fectus, in possessiones eius violenter debac-
charis, tam alimentis quã indumentis quæ
præparauit non contempторibus, sed seruito-
ribus suis, ad tantæ maiestatis iniuriã impu-
denter abutens. Si in monasterio es, nihil
comedis, nihil bibis, nullo inderis quod
prius nõ auferas, dumq; de sacario victua-
lia rapis, latrocinio sacrilegium iungis, acce-
dis tñ ad altare, & dominicũ corpus, & san-
guinem tractans, nihil in te criminale repe-
ris, qui (si veritas subtiliter indagatur) Deũ
negasse conuinceris, ac latro probaris, ac sa-
crilegus. Sequitur tertium, quod grauissimũ
est, quem abnegasti, quem deprædatus es,
ad vltimum moliris occidere. Permanens
enim in iniquitate tua, peccatum tuum vis
esse impunitum, in quo Deus vis esse iniu-
stum. Exigit enim iustitia eius, vt vnique
reddat secundum opera sua. Qui enim Deũ
vult esse iniustum, vult Deum non esse Deũ.
Et qui desiderat non esse Deũ, nonne quan-
tum in eo est, ipse Deum occidit? Proinde,
qui vedidisti exteriorẽ possessionem tuã,
vt absconditum in agro regularis discipli-
næ thesaurum continentiaẽ emerces, vade &
vende interiorẽ proprietatem, longe pro-
fecto grauiorẽ ad relinquendũ, & omni-
no perniciosam ad retinendũ, vt preciosam

*Matth. 6.6**Iac. 1.6**D**Rom. 1.1**E*

Eccl. 1.
d margaritam sapientia comparas, quam qui inuenit, beatus si tenuerit eam. Vis eam habere? Serua mandata. Sic enim scriptum est: Concupisti sapientiam, serua mandata, & Dominus dabit illam tibi. Impende igitur obedientiam, & recipies sapientiam. Quomodo enim possumus Deo placere, aut ipse nobis sapere, si eius madatis contempserimus obedire? Vnde interroganti in euangelio adole sceti, diuina continuo madata proponit seruanda, ostendens in nobis faciendam esse eius voluntate, a quo aeternam speramus retributionem. Propter quod dicit: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum caelorum. Et alibi: Quid vocatis me, Domine Domine, & non facitis quae dico, Hoc ordine debes progredi. Continere non potes in saeculo? fuge saeculum, & apprehende disciplinam, ubi profecto inuenies continentiam. Iugulatis postmodum per confessionem carnalibus desiderijs, de vitijs animae poteris liberius iudicare, de quorū radicibus flagitiorum pullulant surculi, & in perfectum cupidinis corpus excrescunt. Haec autem vitia, spiritualia nequitia vocat Apostolus, quae parum discernere poteris dum carnalibus occupaberis desiderijs, & in eis, quae foris sunt delectabaris. Postquam ergo exteriorem delectationem amiseris, nisi senseris interiorum, diu stare non poteris. Quae est illa? Visitatio sancti spiritus. Hanc tibi auferri inuenies per propriam voluntatem. Vende eam, mandatis Dei diligenter obediendo, & pro ea inuenies vitam aeternam. Dicit enim veritas: Si vis ad vitam venire, serua mandata. Ecce habes continentiam, qua corpus tuum possideas in sanctificatione: habes sapientiam, qua Deo placeas in deuotione. Habes aliquid tibi, habes aliquid Deo, sed quid habes proximo? Quid est quod dicit Apostolus, siue sobrii sumus vobis, siue excedimus Deo? Quibus loquitur? Proximo loquitur. Qui ergo excessum suum dat Deo, sobrietatem suam proximo, quid sibi retinet? Caritas non querit, quae sua sunt. Quare? Quia non est egena, & habet, & superabundat. Ita & tu necesse est habeas aliquid ad opus proximi, ut probes, quae sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Probas in te voluntate Dei bonam per continentiam, beneplacente per sapientiam, restat ut probes perfectam per misericordiam, quae quidam significatur, per sagenam missam in mare, & ex omni genere piscium congregantem sagenam liqui-

dē misericordiae, per mare fraternae caritatis trahitur, & bonos, & malos pisces. Ita amaras, quae dulces affectiones contrahit: oibus se conformas, & oium in se tua aduersa, quae prospera traiecit, sensens cum silentibus, gaudens cum gaudentibus, quae tandem veniens ad littus, quando videlicet de seruitute corporis huius liberabitur in libertate gloriae filiorum Dei, quidquid amarum, quidquid triste, quidquid aduersum est, destruet, & exuet, cui nimirum erit laetitia, & lux lucebit perpetua. Quod congregationem mare diximus, non tibi videatur absurdum, quae nimirum flante aura temptationis, procelis turbationum multoties eliditur. In qua sunt quamplures, qui ascendunt usque ad caelos praesumendo, & descendunt usque ad abyssos despeiando, quorum anima in ipsis tamen bescente turbatur, & mouetur, sicut & ebrius, & omnis sapientia (in deo conscientia) eorum deuoratur. Sed licet mirabiles elationes maris, mirabilis tamen in altis Dominus, quia etsi quandoque in nauis dormire sustineat, nouit tamen surgere in tempore opportuno, & eo imperante fluctibus, & mari, redit tranquillitas magna. Ad inueniendos fines sapientiae (ut proposuimus) tres posuimus parabolas euangelicas, easque prout Dominus dedit exposuimus, primam de thesauro, secundam de margaritis, tertiam de sagena. Iam vero de iusta tanta caliginis densitate, pater quomodo sapientia attingat a fine, usque ad finem fortiter. Sed ne secundum quod processimus, sapientia quasi medium locum tenet, habens hanc continentiam, inde misericordiam. Attingit autem modo ad istam, modo ad illam, fortitudinem utrimque ministrans. Luxuria siquidem impugnat continentiam, auaritia misericordiam. Luxuria flagitium est, auaritia spiritualis nequitia. Vnde illud vitium corporis, istud animae. Vide quia nullum est peccatum, quod ita inquinat corpus sicut luxuria. Omne enim peccatum quod fecerit homo, extra corpus suum est, qui aut fornicatur, in corpus suum peccat. Similiter super omne peccatum auaritia inquinat animam, vnde & idolorum seruitus dicitur. Incuruat enim ad infirma, & egena elementa animam, quae soli creatori subiecta, ceteris rebus deberet praeesse. Qui ergo persequerant in continentiam, assultus sentit luxuriam, sed apud sapientiam fortitudinem inueniunt resistendi. Per hoc enim quod eis spiritus Deus, & gustare quandoque merentur, quam dulcis est Dominus, illam infelicitatiam, & terrentissimam dulcedinem luxuriae

G

Pf. 106.

Pf. 92. 4

H
1. Cor.

6. d

Colof.
3. 4

Matth.
13. f

xuria respuunt, & apud eum inueniunt refrigerium, cuius apud se habent desiderium. Similiter auaritia subuertere nititur misericordiam, & quasi sub specie boni res monasterij prohibet vendere pro necessitatibus infirmorum, ac si corruiere debeat monasterium si cura suscipiatur infirmorum. Sed quibus sapit Deus, non adeo spernit terrena substantia, quin infirmis compatiantur. Auaritia autem dum ingerit superfluitates, vult necessitates refecare: sed sagena misericordiae, quae sit ex filijs compassionis, & impendit caritatem in necessitatibus inueniendis, & habet discretionem in superfluitatibus reijciendis. Dat itaque sapientia virtutem, & fortitudinem plebi suae, virtutem contra auaritiam, fortitudinem contra luxuriam, & tamen inter tot perturbationes, & inter tot angustias disponit, vt diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum. Amen.

I *LECTIO sancti Evangelij secundum
Matthaeum.*

Matth.
25.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum caelorum decem virginibus, quae accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, & sponsae. Et reliqua.

Homilia.

1. Cor.
31.

SPONSUS Christus est, ad cuius vocem, qui amicus est, stat, & audit, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Huic nos despondit Apostolus, qui ait: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. timeo autem quod non possit hoc facere, quod spondit, id est, animam nostram exhibere Christo virginem castam. Castam addit, quia sunt quaedam virgines corpore, quae cogitatione fornicaria de virginantur, & suaueolentem virginutatis flore, libidinosae affectionis pudore contaminant. Et haec quidem fatuus quique virginibus designatur, quas scio recte intentionis affectus infatuat. Virgo Christus est, & virginis filius, & virginis coniugem vult habere. Tu si habes angelicam (plus dico vobis) Christi, matrisque suae gratiam, habesce, virginitatem, & in amplexu Christi festinabunda gestiens illud amatorum clamantibus suspirans. Osculetur te osculo oris sui,

Can. 1.

Sponsa ergo es Iesu Christi, sed hoc tuum nomen diligenter attende. Sponsa, vel sponsa si nomen ab eo, quod est spondere grammatici deriuant. Dicuntur autem sponsus, & sponsa, quia se sibi alterutrum spondent, vt nec ille, nec illa alteri nubat. Porro inter diem desponsationis huius interponitur aliquando breue spatium, aliquando, & productum, & tamen definita, ac denominata est dies, quae debeat conuenire, quod quidem sapienter, atque vtiliter statutum est, vt interim mutus amor augeatur, & crescat, & impatiens desiderium cupitae copulae, quod amplius differtur ignescat. & quia iuxta Salustium, cupienti animi nihil satis festinat, die dictarum nuptiarum properantius esse desiderant. Si Iacob pro Rephael septennium a die desponsationis laborare desudat, cubat sub dio, gelu alget, solibus vitur, nec tanti, ac tam diuturni laboris amator vehemens cedit iniuriae. Quorsum autem ista? Vt & tu si iam sponsa Christi es, ardeas amore, & studio desiderio, anheles suspirijs, dum tardat dies copulae concupitae. Aie quidam: Palliat ois amans, vt pallor, & macies sint amoris signa certissima. Quid tibi eum laetioribus epulis? Quid tibi cum vino? Non est monachorum. Epulentur splendide ciues Babylonis. Si te viderit ad amorem suum sponsus marcescere, si pallefcere, si calefcere impatienti desiderio: accelerabit copulae diem, offeret oscula, iunget amplexum. O laetam diem nuptiarum. O felicem sponsam tali coniugio. Carpe oscula obbeata sponsa, iunge amplexus, cana: Ecce quod concupiui iam video: quod amari iam tenco: ipsi sum iuncta in caelis, quae in terris posita tota deuotione dilexi. Simile est regnum caelorum decem virginibus, quas rex caelorum si sibi cum lampadibus luminosis occurrerint, in illum caelestem thalamum intra asylum cubiculi introducet. Sed quid facimus, quia quinque sunt fatuae, & quinque prudentes? Puto autem quod & plures, & prudentium numerum longe superet multiplicitas fatuarum: ceterum omnes acceptis lampadibus exierunt obviam sponso, & sponsae. Exierunt. Vnde exierunt? Plane de substantia, & seculari conuersatione iuxta illud: Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Audit, & Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Loth quoque de Sodomis exire praecipitur, & retrospectare prohibetur, ne pariter cum Sodomitis ad aequibus inuoluatur incendijs. Sed quid dixit ad angelum? Est

Ge. 29.

Isa. 52.

Ge. 12.

Ge. 19.

ciuitas hic iuxta, ad quam possum confu-
 gere, parua, & saluabor in ea. Numquid nō mo-
 dicum est, & uiuet anima mea? Ciuitas par-
 ua, & iuxta, id est, non longe à saeculo in qua
 Loth ardente Sodoma saluatur, monaste-
 rium est. Numquid nō modica est respectu
 illius, quæ mundi latitudinem occupans, po-
 pulosa valde, & malitiosa, cupiditatis, & li-
 bidinis flagrat incendio? Eximus inde, & ad
 parua ciuitatem, quæ iuxta est cōfugimus
 ardentē cum ciuibus suis, Sodomam relin-
 quentes. Saluabor (inquit) in ea. Plane sal-
 uabimur in ciuitatula ista, si non respexerim-
 us retro, si flammæ Sodomæ (quæ iuxta
 iuste ardet) nō nos apprehēderint, nō nos
 incenderint fauillæ caducæ. De hac Sodo-
 ma exierunt virgines obuiam sponso, & spō-
 sæ, longe enim est à virginibus flāma Sodo-
 morum. Exierunt autem cum lampadibus,
 lumbos habentes præcinctos, & lucernas in
 manibus ardentes, vt & castitatis cingulum
 astringatur in corpore, & ad utilitatem pro-
 ximi, & gloriam patris, lux exempli clareat
 in operatione. Sic Gedeon in lagunculis lā-
 padis occultas, sed in hora certaminis frā-
 ctis vasculis demonstrans, repētina luce hos-
 tes teruit, vertit in fugam. Terrētur enim
 principes tenebrarum visā luce bonorum
 operum, quia stare ante lucem tenebræ nō
 possunt: prudentes enim virgines acceperūt
 oleum in vasis suis cum lampadibus. Vide
 prudentiam virginum istarum, sciebant no-
 ctē fore productam, & nescientes qua ho-
 ra noctis sponsus veniret, non cōtentę oleo
 lampadum, etiam in vasis oleum sumunt:
 vt si forte illud, quod erat in lampadibus
 annihilaretur, & deficeret de eo quod in va-
 sis reposerant ad custodiā luminis, lāpades
 impleant. Oleum in lampade, est opus bo-
 nū in manifestatione sed dī videtur à proxi-
 mis caritas operis, dum inuicem, & laudāt,
 & extollitur plerumque & adfargit elatus
 animos operantis, & dum in se, & nō in do-
 mino gloriatur, lumen lāpadis annuitur,
 & carens fomento congruo lampas quæ co-
 rant hominibus clare lucet, corā Domino te-
 nebratur. Prudentes vero virgines præter
 oleum, & in lāpadibus habent, oleum aliud
 in vasis reponunt, quia nimirum sancte ani-
 mæ, dum sponsi sui præstolantur aduentum,
 dum toto desiderio ei clamant quotidie, a-
 ueniat regnum tuum, præter illa, quæ pro-
 ximis lucent ad Dei gloriam, & videntur, ali-
 qua in occulto, vbi solus pater videt, opera

faciunt, vt si forte illa, quæ conspicua, & cla-
 ra sunt, flatus laudis humanæ extinxerit, o-
 leum occultæ cōscientiæ suffragetur. Hęc est
 gloria filię regis ab intus, dum plus de Deo,
 quod in vasis cōscientiæ dilucent, quā de
 eo, quod lucet de foris gloriatur perijisse asti-
 mat, non quod cernitur, nec indignum iudi-
 cat remuneratione quod fauoreꝝ hominū
 prosequuntur. Latenter igitur quæ praua-
 let operatur, petit secretum, orationibus
 pulsat celum, fundit lacrymas testes amoris
 & cum dilecto illo suo suspirio gemituque
 fabulatur. Hęc est gloria, sed abintus, sed
 inuisa filiæ regis, & amica. Hoc oleum fa-
 tuæ virginis non habent, quia nisi ad nitore-
 rem vanæ glorię, & fauorem hominum bo-
 na nō operantur. Hoc oleum in quo prudē-
 tes confidunt, in abditis conscientiarum va-
 sculis reponunt. Moram aut faciente spōso
 dormitauerūt oēs, & dormierunt. Dormiūt
 virgines bonę in domino, & Christi pecto-
 re dulce reclinatorium habētes, mane illud
 vltimum præstolantur. Mane (inquit) astu-
 bo tibi, & videbo, O quām iucundo interin-
 sopore sopiuntur, quā uero caro in spe requie-
 scit, & in spe spiritus hilarascit. Libet inter
 hęc meminisse quod sanctus Germanus pō-
 tiffex Altissiodorensis Romam petens cum
 Hedua deuenisset, ad tumuli sancti Cas-
 siani diuertit, quę proprio vocatus nomine,
 quid (inquit) agis frater charissime? Ego de
 tumultu, dulciter inquit in pace requie-
 sco, & aduentum Redemptoris expecto. Ecce
 prudentium virginum somnus, quibus
 calicus dicit spiritus, vt requiescant a labo-
 ribus suis. Non autem hoc fatnis virginibus
 dicitur, nec talis interim sopor earum: Ne-
 que n. à laboribus requiescunt; quare caro
 videt corruptionē, vt ingrediatur putredo
 in ossibus earū, & subter eas scateat. Et hoc
 quidē caro. Anima vero sepulta in inferno
 quomodo dormit cōturbata, quę in tormē-
 tis posita aret siti, nec sperat guttū refrige-
 rij, & resurrectionis diē, & aduentū iudicis
 male sibi cōscia perhorrescit? Dormitauerūt
 igitur oēs, & dormierunt. Media autē nocte
 clamor factus est. Ecce sponsus venit, exire
 obuiā ei. O clamorē prudentibus virginibus
 omni modulatione, omnibus modulis dul-
 ciorē. Ecce spōsus venit. Putas vox ista est fi-
 lij Dei? Cū venerit beata illa hora, oēs qui
 in mortuētis sunt audiet, & qui audierint
 viuēt. Dñe Iesu Christe Fili Dei viui da in
 illa hora auditui meo gaudium, & lætitiā.

M

Iudi. 7. c

Psal. 5. a
 Ps. 15. c

B

2. p. 1. 4.

A

Ioā. 1. 8
 Ps. 39. b

& exul

& exultabunt ossa humiliata. Non timeam tūc, quāso, domine ab auditione mala, quā audiuri sunt, quibus dicturus es, te maledictū in ignem æternum. Erit fortassis vox ista illius turbantis Archangelī, in cuius voce, & in nouissima tuba Dominus descendet de celo. Canet enim tuba, ad cuius clangorē (vt Hieronymus verbis vtar) totus timebit mundus. Frigor igitur tubæ illius, dum tubabit

C Angelus, dum expurgabit homines, tartara etiā tenebrosa concutiet. Audient miserī, qui ibi sunt, qui in illo tenentur ergastulo, audietur tūc, qui nunc audiūt, & facere no-

Vide Aug. gust. lib. 25. a
28. de ciuit. Dei, cap. 23.

lunt. Exite obuiam ei. Magnus quidem clamor, quoniam vt Sibylla dicit, quādo tuba sonitum tristem dimittet ab alto orbe, quādo & Dominus cælū auocabit de fursū, & terrā discernere volens populum suum ante se, & prudentes virgines ab infatuatis separare, aduocabit cælum de fursam, vt virtutes illæ cælorum de suis sedibus moueantur, & omnes angeli cū eo ad iudicandum cōgregentur. Psalmista: Aduocabit cælum de fursum, id est, spiritus, animasque iustorū, quibus ante dictum fuerat, vt requiescerent, tempus adhuc modicum, donec impleretur numerus fratrum eorum. Tunc cælesti illi habitatione relicta, sanctæ illæ animæ suis corporibus reddita, tanto tutius, quanto incorruptius gaudent. Tunc in momento, in istu oculi, iuxta Ezechielem, in campo pleno ossibus mortuorum, ossa ad ossa, & nerui ad neruos, & iuncturæ ad iuncturas, denuo colligentur, quia surget corpus spirituale quod seminatum est animale, & surgēs à mortuis iā non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Tunc in articulo in diluculo diei illius veniente sponso clamor magnus omnes excitabit dormientes, & clamabit virtute magna, & efficacissima. Exite obuiam ei. Exite dormientes, & in occursum iudicis

Pf. 49. a
Apo. 5. c

festinate. Tūc plāgent se omnes tribus terræ. Tūc dicent mortuis, cadite super nos, & collibus, operite nos. Exite de tumulis, quo conscientia memoria non accusat, & videte iudicem bene sibi conscij, & hōni meritū

1. Cor. 15. f

gaudentes. Reprobos autem non tā voluntas, quam potestas iudicis exhibebit, nec tam de monumentis exient, quā trahentur.

Luc. 13. d

D

Soph. 1. d
Aug. 8. ubi sup.

Merito dies illa, dies iræ, dies calamitatis, & miseræ, dies tenebrarū, & caliginis p̄dicatur, in qua iudicij signum, tellus s̄dore madescet, in qua decidet de cælis ignisque & sulphuris amnis. Tartareūque chaos mon-

strabit terra dehiscens. Ignis enim ante dominum præcedet, & inflamabit in circuitu inimicos eius, quos tunc instar Sodomitarū inueniet nudos, & inteētōs: Sic enim resurgentes ignis, & sulphuris imber inundās igniet, & comburet. Erit tūc omnino miserabile visu quod incorruptibile, & incremabile corpus ardebit, nec interibit, comburetur, nec minuetur. Capillus enim de capite

Pf. 96. a

Luc. 11.

Aug. lib. 21. de ciuit. Dei. c. 15.

Dm. 3. c

Prom. 2. d

10. 5. c

Pf. 48. d

non peribit, quia nil corporis, quod incorruptelam induerit, vel incidi poterit vel aduri. Aspice Salamandram super ignitas, & ardētētes prunas illa se corpore gradientē. Porro sebastus lapis, talis fertur esse naturæ, vt semel accensus inextinguibiliter ardeat, igne lapidi inhærente, nec tamen consumente.

Tali vero modo, vt opinor, ignis ille sulphureus inflammabit inimicos Domini. Iustos vero sicut Babylonios tres pueros, non tanget omnino, nec contristabit, nec molestia quidquam inferet, cum reformabit Dominus corpus humilitatis nostræ figuratum corpori claritatis suæ. Rogo, quid inter hæc erit mentis peccatoribus qui nunc lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis? Quid, inquam, animi tunc habebunt, ardētibus elemētis, terra dehiscente, & hiatus terribili chaos demonstrante tartareo, consurgentibus mortuis, & iudice illo, cui pater omne iudicium dedit, cum omnibus angelis cælitus adueniente? Miserum me, dum hæc cogito, & scribo, cor timore palpitat, hument oculi, & tribularetur nimium si nescirem misericordias Domini. Verum ad propositum reuertamur. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & orauerunt lāpades suas, id est, conscientias cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus.

Arguam te (inquit,) & statuam te contra faciem tuam. Posuimus nos peccata nostra post dorsum nostrum, dum hic viueremus, & tamquam de actibus nostris nulla esset ante tribunal Christi facienda discussio, per negligentiam peccata multa obliuioni tradidimus. Sed quid ait? Statuam te contra faciem tuā, id est totam vitā tuam, quidquid cogitatu, actuque peccasti, ante tuam faciem mentis adducam, quæ cum omnia simul videris, dicam: Hæc fecisti, & tacui. Sic fieri arbitror horam illam, tale iudiciū fieri, veritate (quæ Christus est) in cordibus singulorū iudicante. Heu quanta tunc in mentem venient, quæ nunc vel nulla putantes, inconfessa atque impurgata relinquimus.

Sermo de septem gradibus confessionis.

170. 38. c. Quod metues pius, ac prudens rex Ezechias. Recogitabo tibi (inquit) oes annos meos in amaritudine animæ meæ. Recogitabo, id est, iterum cogitabo, ne aliquid forte oblitus sim, neque aliquid iniudicatum, & indiscussum remaneat. Ornant ergo lampades prudentes Virgines oleo, quod in vasis reposuerant, sed fatuarum virginū lampades extinguuntur, & quia tenebrarū opera fecerant, in tenebris remanserunt. Date nobis (in-

1. Pe. 4. 3. quunt) de oleo vestro. Stulta petitio. Vix iustus saluabitur, & vix etiam sanctis iustitiæ suæ oleum sufficit ad salutem, quantum minus

27. 18. & sibi & proximis? Noe, Daniel, & Iob, nec filium liberabunt, sed sicut anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: sic anima, quæ iustitiā fecerit, sola saluabitur. Responderunt prudentes dicentes, ne forte nõ sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Tardatum est, iam enim nequaquam iustitiæ oleum vendatur. Iam propheta & Apostoli, alijque doctores, qui hoc distrahere, & habere venale solebant, à tali mercimonio quiescunt, nec iam ulterius dicunt:

Pf. 30. a. Sumite psalmum, & date tympanum. Quid plura? quæ parata erant, intraverunt cum eo ad nuptias: Virgines ad nuptias intrant, quas introducet rex in cubiculum suū, quia carum speciem concupiuit. Ibi de caelesti cella vinaria promitur, & propinatur vinum nõuum, quod pariter bibit, & monstrabit filius hominis. Et clausa est ianua.

Quæ ianua? Illa quæ nunc patet venientibus ab Oriente, & Occidente, vt recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cæ-

100. 6. d. lorum. Illa, quæ ait: Eum, qui venerit ad me, non eiciam foras. Ecce quomodo patet nunc, quæ tunc in æternum claudetur. Veniunt homicidæ, & admittuntur, veniunt publicani, & meretrices, & reperiuntur, veniunt Sodomitæ, molles, adulteri, fures, & quicūque huiusmodi, & patens eis ianua non negat.

G Multus enim ad ignoscendū, præstabilis super malitia qualicumque, & quantacūque. Tunc autem quid dicit? Clausa est ianua. Ianua pietatis, & misericordiæ Christi. Quæ nunc lacrymis, gemitibus, suspirijs, & precibus penitentiæ facile patet, clausa est. Nullus penitentia, nullus oratio, nullus gemitus amplius admittetur. Clausa est illa ianua, quæ Aaron post idololatriam recepit, quæ David post adulterium, post homicidium amittit, quæ Petrum post trinā negationē non solum non repulit, sed claves suas

ei obseruandas tradidit. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, quia vigilantibus & orantibus, non dormientibus, & pigritantibus regnum cælorum præstatur per dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

De septem gradibus confessionis.

N Ota: mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cū vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem. Ad te quidem, libenter accedimus Domine Iesu, discipuli ad magistrū, infirmi ad medicum, serui ad dominum. Tu es enim magister, & dominus, cuius schola est in terris, & cathedra in cælis. Tu es ille eximius medicus, quā solo verbo restauras vniuersa. Vias tuas demonstra nobis, & semitas tuas edoce nos. Via enim tuæ vitæ pulchra, & omnes semitæ tuæ pacificæ. Beati, qui ambulant in via tuæ domine virtutum, beatores, qui currunt viā mædatorum tuorum, qui currunt in odore vnguentorum tuorum. Exultas enim, vt gigas ad currendam viam, & non solum currens, sed & saliens in montibus, & trāsiliens colles. Exultauerunt gigantes philosophi, non ad currendam viam tuā, sed ad querendam vanam gloriā euanescentes in cogitationibus suis, non in humilitate, aut in virtutibus tuis, sed suis. Via enim sapientiæ nescierunt, neque meminere vitæ semitarū eius. Non est audita in Chanaan, neque visa est in Thema. Maledicti, qui dixerunt Domino Iesu, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Nos querimus te die in diem, & scire vias tuas volumus. Principales viæ tuæ, ducunt vias, confessio, & obediētia. In cōfessione omnia lauantur, in obediētia virtutes solidantur. Bonū animæ ornamentum cōfessio, quæ & peccatorum purgat, & iustum reddit purgatiorem. Si peccata sunt, in cōfessione lauantur, si bona opera confessione commendantur. Cum mala tua confiteris, sacrificium Deo spiritus contribulatus, eū Dei beneficia, immolas deo sacrificiū laudis. Absque confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Cōfessio igitur est peccatoris vita, iusti gloria. Video David dicentē, Peccaui, & audientē. Tiansit Dominus peccatum tuum à te, & non morers. Considero Mariam si non verbis, tamē operibus publice sua crimina cōfite-

Pf. 115. 5

Pf. 24. b
H
Prou. 3. 5

Pf. 113. a

Baruc. 3
Iob 21. b

2. Reg. 12. d

Luc. 7

tem,

tem, & Dominum pro eo responderem: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Respicio principē Apostolorum negantem timide, amarissime flentē, Christum illum respicientem. Felicem latronem intueor se accusantem, Christum excusantem, & dominum promittentem: Hodie mecum eris in paradiso. O quam sublimis ista confessio, per quam de patibulo ad regnū, de terra ad cælum, de cruce latro damnatus, ac crucifixus ad paradysum ascendit. Gloriosa confessio, quæ Petrum Apostolum à trina negatione criminis liberavit, & ab Apostolatus culmine cadere non permisit. Fidelis institutio, quæ Mariæ multum diligentem, mukum dimisit, & amoris multi titulo insignitā discipulorū corpori sociavit. Præclara miseratione, quæ regem, & prophetā multiplici criminū inundatione mundavit, & in antiquæ gloriæ dignitatis perducendo reduxit. Hæc est via, quæ viatorem suum numquam fefellit, quæ numquam deferuit nisi deserentē se. Huius viæ multiplices sunt sententiæ ad inueniendum, difficiles ad tenendū, ad enumerandum inexplicabiles. Prima sententiæ, & primus gradus in via ista est cognitio sui. De cælo cecidit ista sententiæ: Nescite teipsū homo. Vide si non & spūs in amoris Cantico sponsæ idē loquatur: Si ignoras te (inquit) opulehra inter mulieres, egredere, & abi &c. Cognitio sui stat in tribus vt cognoscat homo quid fecit, quid meruit, quid amisit. Quid vilis, & nobilis creatoris, imago Dei, creatoris similitudo, quam carnē tuam illecebris carnalibus deturpare, & pro breui voluptate torrentē perdere voluptatis? Quid furiosus quā rapi mentē ira, superbia extollit, vexari inuidia, & anxietate torqueri? Quæ in ciocis es nutrita, quare sterora amplexaris? Recordare etiā quid merueris. Subeat memoriā tuā gehēnalis olla, fornax ferrea magnæ Babylonis, domus mortis, anxietatis domiciliū, sāmaram globus, acerbitas frigoris, tenebræ sempiternæ. Considera ordinē tormentorū, tortorū facies, mutationē pœnarum, miseriarum infirmitatē, & intellectualibus oculis ista discurre & poteris dicere: Melius erat mihi si natus nō fuissē, Reflece oculos, & quid amisit anima, uerte. Reminiscere qualis sit ciuitas gloria, cælestis habitatio, locus vitæ, suauitatis palatiū, splēdor gloriæ, gratiæ magnitudo, claritas infinita. Attende ordinem gaudiorum, gaudentium vultus, præmiorum

vicissitudinem, multitudinem deliciarum, & potes exclamare, Qui te perdidit, totum perdidit Domine Deus.

Si hoc triplici funiculo ligaueris animam tuam, intelliges, & animaduertes, quia initium salutis notitia peccati est. Secundus gradus est pœnitentiæ. Hæc duo ista sibi inuicem coniuncta sunt, vt cognoscere se non possit nisi pœniteat, pœnitere non possit, nisi se cognoscat. Pœniteat igitur anima compunctionis iaculo vulnerata, pœnitentiæ triplici, quia innocentiam amisit, amissam nō requisit, & neglexit patientiam Dei. Scio domine Iesu, quia primam stolam innocentiae nobis in baptisinate reddidisti, & amictu niueo cædi latu, in iustitiæ solo relocati, cito recessimus à via, quā ostendisti nobis, & portionem substantiæ, quæ nobis continebat, cū pro ligo sumo in dissimilitudinis regione expendimus. Venerunt ad nos vilissimi spiritus, & æternorum ignium reges, ad mundatos immundi, ad saluandos dānati, curui ad rectos, & dixerunt animæ nostræ: Incuruare, vt transeamus. Audiuimus illos, & incuruati sumus, transierunt per nos, & innocentiam amisimus. Si culpa est perdidisse, quid putas erit nō requisisse perditam? Perdit aliquis aliquid in hac mortalitate, quærit iudices, amicos conuocat, trahit in causam, nihil intentatum relinquit, donec vel amissa inueniat, vel ablata restituantur, & custodiat restituta. Nos hæreditatē nostram incorruptibilem, immarcescibilem, incontaminatam in cælis, versutijs illius insatiabilis homicidæ perdidimus, & nō requirimus? & incuruauit nos, & non resurgimus? Surgamus, & eamus ad patrē nostrū, dicentes ei: Pater, peccauimus in cælum, & coram te. Et *Luc. 15.* omnem euangelicæ lectionis textum percurrentes, offeramus patri pœnitentiā mentis, cordis contritione, si forte cū adhuc longe sumus, videat nos Pater, & misericordia moueatur, & currens cadat super collū nostrum, & osculetur nos osculo oris sui.

Forssan iubebit, proferri stolam primam innocentiae, & indui nos vestimentis virtutum, & dari annulum secretorum in manu nostra, & calcari pedes nostros in preparationem euangelij pacis. Præcipiet forssis adduci vitulum faginatum, & occidi in satisfactionē reuertentis, & epulari, & exultare, & in symphonia, & choro reduci ad suam *Ibidem.* pernæ gaudia ciuitatis. vbo gaudij est angelus super vno peccatore pœnitentiā agente. *Pf. 83.*

Sermo de septem gradibus confessionis :

Scimus domine Iesu, quia non priuabis bonis eos, qui ambulant in innocentia, sed nec illos, qui ambulant in poenitentia. Quia enim

Ps. 31. a

peccatū nō fecit nisi vnus, beatus vir tamen, cui non imputauit dominus peccatū. Omne quod ipse mihi nō imputare decreuerit, sit quasi non fuerit. Cogita etiam quāta superbia, patientia Dei vnus, imō abusus sis. Videbat te peccantem, & dissimulabat quasi non vides, vocabat, & nō audiebas: minabatur, & non timebas, promittebat, & contemnebas, nec promissis illectus, nec terrore percussus. Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? Tūc timore magno ne thesaurizaueris tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, & memeto, quia horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Liga igitur hoc triplici cataplasmate patientiæ vultus animę tuę, & dic: Miserere mei Domine, quoniā infirmus sum, sana me, &c. Tertius gradus est dolor, sed & ipse trina ligatione connexus. Vere post cognitionē, & penitentia dolor meus renouatus est, & in meditatione mea ignis incanduit, quia creatorē offendij, Dominū non timui, spreui benefactorem. Nūquid non sicut lutū in manu figuli, etiā vos in manu mea, dicit Dñs? Insuper fecit te vas in honorem, cur te in cōtumeliam

Rom. 2. a

Heb. 1. a

Ps. 6. a

Ier. 18. a

Rom. 9. c

A

facere præsumpsisti? Nūquid dicit figmentū figulo, cur me fecisti sic? Creatura creatorē, figmentum factorem, opus opificem ausus es prouocare? Memento vilissima testa, quia si cecideris super lapidem iustum, confringaris, si verō super te ceciderit, conteret te contritione timenda, ita vt ne vestigium minimum pateat. Tu autem sanguinem sanguini miscuisti, & creatorem offendens, & Dominum non timens. Seruus eras illius Domini, cuius irā resistere nemo potest, & in præceptis eius acceperas voluntate. Noluisse intelligere vt bene ageres, sed recalcitrare

Iur. 13.

f

domini imperio, propria lege intra republicam vivere decreuisti. Nā audisti, quā sententiam excipiat seruus nequam, qui sciens voluntatem Domini, & nō faciens, multitudini verberum reseruat. Assistent angeli ad audiendā vocē sermonū eius, Stellæ vocantur, & dicunt, adsumus. Veni & mare obediunt ei, & omnia legem præsentem in cœnosa retinent firmitate. Tu solus peregrinus es, & imperatoria decreta maiestatis non curas? Audi quia potest te mutare in tenebras exteriores, vbi sletus, & sordiditium perpetua infidelitate crebescunt. Quod

si te non mouet creatoris offensio, reuerentia potestatis, moueat salte ingratitudo, quā tantū benefactorem in tantis beneficijs contempnisti. Vbinam similem benefactore inuenies, qui tibi ministrat syderū cursas, temperiem aeris, succunditatem terrę, fructuum vbertatem? Ad extremum, vt omnium tibi beneficiorum cymulum aggregaret, proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, tradens vnigenitum pro adoptiuo, dominum pro seruis, iustum pro impijs. Quid tibi ultra debuit facere, & non fecit? Si ergo isto dolore dolueris, poteris dicere cum Propheta: Ventrem meum doleo, venter meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt. Quartus gradus est confessio oris. Post cogitationem sui, post poenitentiam mentis, post dolorem cordis, sequitur confessio oris. In his omnibus corde creditur ad iustitiam, ore autem fit cōfessio ad salutem. Sed & ipsa triplex est, si virtutem salutis assequitur. Debet enim esse vera, nuda & propria. Veritatem querit altissimus, & vbi valet falli, qui fallere non intendit? Nonimus plerisque & experti sumus, qui ad confessionis gratiam venientes, magis onerati quam liberati peccatis ad suam conscientiam redierunt. Dicunt enim, si clerici, ea, quæ litterario, si milites, ea quæ gladiatorio gessere conflictu, vt sub humilitatis pallio superbiā inducār, in tanto se signaculo condēnantes, sub quo totius humanæ salutis summa consistit. Ad hoc, n. confitentur, vt saltem specie videantur confessi. An tu veram illam putas esse confessionem, quā aut timor extorsit, aut simulatio fecit, cum Spiritus sanctus disciplina effugiat fictū, &

Rom. 8. f

B

Ier. 4. d

Ro. 10. e

Sap. 1. f

C

Heb. 4. g

Sap. 1. a

gratuitam satisfactionem omnipotens querat? Illa verō confessio vera est, quæ de mentis contritione descendit, nec timore cogitatus, nec fictione palliatus, sed in spiritu contrubulato profert ea, quæ sentit. Nudā autē eam esse oportet, & totus affectionis extatā velamine. Quid enim prodest parte peccatorum dicere, & partem celare? ex parte mandati, & ex parte immunditiæ deseruire? Nūquid de vno, eodēq; vase dulce, & amarum, lapidum & insipidū stillare potest? Omnia nuda, & aperta sunt oculis Dei, & tu illi aliquid abscondis, qui Dei locum in tanto obtinet sacramento? Ostende & denuda quæcumq; cor tuum dilacerauerant, de tege vulnus, vt sentias operam medicantis. In simplicitate cordis oportet te querere Do-

minum

Pf. 11. a loquuntur in corde & corde, & terram dua-
Eccl. 2. c bus vijs ingrediuntur. Debet autē esse pro-
 pria. Sunt plerique qui aliorum peccata cum
 magna grauitate numerant, & sociorum ex-
 cessus multiformi declamatione loquuntur:
 nesciunt sua, aliena verò perpetuè memo-
 riæ commendauerunt. Infelices & miseri,
 quibus datum est aliena plangere, relinque-
Prouer. 18. c re sua. An nō legisti, quia iustus in principio
 sermonis accusator est sui? Suid, dicit scriptu-
 ra, nō alterus. Numquid oblitus es Aposto-
Iac. 5. b lum Iacobum dicentem: Confitemini alter-
 utrum peccata vestra? Vestra dixit, non alie-
Pf. 50. a na. Iniquitatem meam ego cognosco, & pec-
 catum meum contra me est semper. Meam
 dixit propheta, non tuā. Quintus gradus est
 maceratio carnis, sed & ipsa ternario nume-
 ro consecrata. Conuenit enim vt fiat occulte,
 licentiose, discrete. Teneros artus tuos,
 & exquisitis educatos delicijs, diurno cō-
 fringe martirio, vt tanto re noueris à licitis
 abstinerere, quanto memineris illicita perpe-
 trasse. Hoc autem occulte faciendum est, vt

Matth. 6. a nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.
2. Cor. 1. c Non enim est in ore hominum tanti boni
 reponenda custodia, sed in absconso cordis
 tui, vt sit gloria tua testimoniū conscientiae
 tuae. Non hoc dicimus, vt non luceat lux tua
Matth. 5. b coram hominibus, vt glorificent Patrem ve-
 strum, qui in caelis est, sed ne intentionem
 tuam in vilis gloriae breuitate recondas. Ni-
 hil enim infelicius, quàm hic carnem macerare
 ieiunijs, vigilijs affligere, & hic accipere
 gloriam, illic gehennam. Licentiose verò
 facienda est, quia quidquid sit pastoris licen-
 tia, gratiosius est in conspectu Dei: & illam
 hostiam singulariter accipit altissimus, quae
 non est de propria sententia voluntatis, sed
 de praecipientis offertur Imperio. Multum
 enim valet ad refellendū superbiā, propriae
 voluntatis exclusio, quàm extirpare non po-
 terit qui mundi huius diligit vanitatem. Di-
 screctio autē in hac discretione tenenda est,
 ne dum nimis flagellare cupimus, salutem
 perdamus: & dum hostem subigere quæri-
 mus, ciuem occidamus. Considera corpus
 tuum, & corporis tui possibilitatem, intucere
 carnis complexionem, impone modum tue
 discretioni. Custodi corpus tuum incolume
 ad obsequium creatoris. Multos vidimus ita
 in principijs carnem suam verberasse, & di-
 cretionis infregisse repagula, vt inhabiles
 laudum solemnij redderentur, & lautiori-

bus diurnis fouerentur temporibus. Sex-
 tus gradus est correctio operis in apparatu,
 sed & ipse numero Trinitatis consecratus, **E**
 vt tibi malum non facias, alteri non noccas,
 nec consentias nocenti. Expertus es quā fra-
 gilis sit voluntatum immersio, & tu iterum
 vadis illuc? Animaduertisti, quia transijt vo-
 luptas, & peccatum remansit. Reprime pe-
 dem ab infandis itineribus immūdiſſimæ li-
 bidinis. Colla substerne mandatis altissimi,
 ne sit iniquitas in manibus tuis. Defauienti
 gulae solemnēs epulas, & vana refecinde collo-
Pf. 118. c quia. Auerte oculos ne videant vanitatē,
 obtura aures tuas, ne audiant sanguinem, &
 tunc dicere poteris: Castigās castigauit me
 Dominus. Quid autem prodest intra recti-
Pf. 117. tudinis lineam tui cursus opera cohibere, si
Pf. 14. a alijs nocere desideras? Qui non fecit proxi-
 mo suo malum, & opprobrium non accepit
 aduersus proximos suos, requiescet in mon-
 te sancto Dei, accipiens benedictionē à Do-
 mino, & misericordiam à Deo salutarī suo.
Pf. 23. a Non autem te innocentem praesumas, nisi
 impios, & contra virtutem gradientes, quā-
 ra poteris auctoritate redarguas, & oppo-
 nas te murum pro domo Israel, castigās te,
 non nocens alteri, nec nocenti cōsentiens.
 Vera est enim illa sententia: Qui cum emen-
 dare possit, negligit, participem se procul-
 dubio constituit: Cum enim causa Dei ven-
 tilatur in medium, & falsitas praepōnitur ve-
 ritati, qui cum persona, quā gerit non resis-
 stis, de suo damnabitur silentio. Septimus
 gradus est perseuerantia, sed & ipsa ternarij
 numeri sanctificatione dicata. Perseuerā-
 tiam nāque faciunt imitatio sanctorū, breui-
 tas temporū, fragilitas corporū. Quid nāq;
F
 pari non possis, cum videas iuuenes, pueros,
 vires, anas, senes, decrepitos, diuersa pro
 Christo, nō solum excepisse, sed & exquisisse
 tormenta? Considera puerorum aetatem, iu-
 uenum ignem, virginum teneritudinē, anuū
 fragilitatem, senum infirmitatem, impossi-
 bilitatem decrepitorum, & vnicumq; reflex-
 eris oculos, inuenies in his aetatibus multi-
 tudinē exemplorū ad palmā martyrii virili-
 ter currisse. Nūquid nō de eodē luto for-
 matus es tu, & eodem spiritu inspiratus? Et
 forsitan non ingruit persecutio vt martyriū
 patiaris, nec dampnaris si Christo seruis, imò
 laudaris, & ab oibus praedicaris. Quod si &
 persecutio imminet, cōtemnēda est propter
 breuitatē. Beatus enim natura prouidit quē nullū
 dolorē vel longū, vel magnū esse demonstrat.
 si enim

si enim magnus est, longus esse non potest .
Coniunctio enim corporis & anime, exquisita diu tormenta non sustinet, sed stuporis magnitudine tremefacta, summa velocitate dissoluitur. Magni ergo animi est magna tormenta continere, quae in breui tantam pariunt mutationem, vt de labore ad requiem, de miseria ad gloriam patienter faciant euolare. Consideranda est enim fragilitas corporis, quam saepe aut aliqui leuissimi casus, aut incandens febricula: cumulata congeries, breui possunt suffocare momento. Tribue ergo virtuti, si necessitas fuerit, quod qualesque debet necessitati, pro breui periculo tempore tantum praemium adepturus. Vides ergo quam difficilis sit via confessionis ad currendum, quam multiplices semites ad tenendum. Verum est quod ille tantus Ecclesiae magister ait: Facilius inueni eos, qui innocentiam seruauerunt, quam qui congruam egerunt poenitentiam. Haec de via confessionis pro modo nostro locuti sumus, sublimioribus sublimiores sententias reseruantes. Ceterum obedientiae viam sub alio sermone principio aperire tentabimus, ne vnumquod in fastidium veniant verba domini Saluatoris, qui est benedictus in saecula .

De virtute obedientia, & eius gradibus .

1. Cor. 3. b

Non possumus nos cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quid enim in hoc vase testeo, & fragilitate complexionis humanae, cogitare sufficit spiritus carcere inclusus, peccato corruptus, depressus terrenis? Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimat terrena habitatio sensum multis cogitantem. Benignus tamen est spiritus sapientiae, qui & spiritum inclumum illuminat, & corruptum sanat, & alleuat depressum. Spiritus enim pietatis, compeditos oculos, caecos illuminans, & erigens elisos. Spiritus veritatis, qui docet nos omnem veritatem non solum docet, sed etiam suggerit. Suggestit, videlicet, vt queramus, docet, vt intelligamus. Ipse est, quem dominus Iesus post Patris obedientiam, usque ad mortem crucis, Apostolis suis misit, obedientibus suis. An non tibi videtur singularis obedientiae descendisse fastigium, qui accepta licentia sedendi in ciuitate, intra vnum domum clau-

Sap. 9. d

Ibid. 1. b

Act. 2. a

H

septem conclusi vnanimiter in oratione persecuerant? Intellexisti quia ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. O quantis obedientiae viribus innotuntur, qui gaudent pro Christo ad concilium trahi? Dignitatem ducunt pro eo cedi: gloriam quarunt pro eo mori. Beata animae, & abundantiam maiestatis spiritus infusantes: quibus vilitas, sublimitas, contumelia, gloria, patientia, victoria mirabili mirabilitate videntur. Multum repleta est anima eorum, opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Cernis quam libera fronte pontificum faciem, pharisaeorum supercilium, tumultum plebis in triumphum, dicentes: Magis oportet Deo obedire, quam hominibus. Intuere illa duo magna luminaria Petrum, & Paulum, & vniuersum ordinem apostolici senatus obambula. & ibi videbis obedientiae firmitatem inter tormentorum multitudinem virtutiter perstitisse. Nonne ipse filius regis, rex regionis illius, quae continuis gaudijs inlaeserat, factus est Patri obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, & didicit obedientiam ex ihs, quae passus est? Audisti misericordiam, audi & coronam: vidisti periculum, vide praemium: attendisti infirmitatem, attende potestatem. Propter quod (inquit) & Deus exultauit illum, & dedit ei nomen quod est super omne nomen. Sed taceamus interim de illius obedientia, quae singulari prerogativa clauditur, & significatur. Procedat in medium magnus ille patriarcha, fidei lumen, obedientiae forma, iustitiae principatus. Audit ab omnipotente: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi: & ad vnus iussus vocem, patriam fugit, relinquens parentes, deserta hereditatem, & aliorum fines holpes ingreditus nouum magna res, & primitiue dignitatis privilegium, patre multarum gentium consecratus, primum suis inuicem renunciat, & obedientiae viam in detesta velocitate percurrit. Denique cum accepisset filium in senectute sua, in quo totus mundi benedictio fuerat cumulanda, dicit ei Deus: Tollite filium tuum iugentium, quem diligit Isaac: & offer mihi illum in holocaustum. O quanta in verbis ista maritimo, quanta a corde patris separatio pietatis. iubetur namque filium occidere, os ex offibus suis, & carnem de carne sua, filium magna promissionis, extrema senectutis.

Act. 1. 2

Pf. 122. a

Act. 5. e

Phil. 2. b

Ibidem .

Gen. 22. a

Gen. 22. a

Etatis .

Autis, propria mulieris: filium mirabiliter promissum, feliciter natum, educatum innocenter. Et ne quid deesset, ut tenerimum intra paterna viscera doloris incēdiū exundaret, additur, vni genitum. Sunt namque multi filij, sed non vni geniti. Iste sic est filius, vt & vni genitus. Iste vnicus patri, vni genitus matri, hereditarij reseruat. Ne respicias ad Ismael, quia qui in feruntute, & ex ancilla genitus fuerat, ad libertate, & hereditatem minime pertinebat. Quia vero multi sunt filij, & vni geniti, sed nō dilecti: ad exaggerendam in corde patris tribulationem, & comprehendendam in mēte iusti obedientiam dominus subiungit, quem diligis.

K Vt vero teneritudo patris ex memoria dilecti nominis recrudesceret, & interior pietas ad dilectā vocis sonū tota ferueret puer nominatur ex nomine, quod vocatum erat à domino priusquam in vtero cōciperetur. Vides quantis tribulationum malleis Abraham pietas feriat, cui precipitur, vt filium tollat, occidat vni genitum, quem diligit immolet, Isaac percutiat? Multum tentatus, multum probatus, adustus est multum: dulcis relatio filij ad patrem, patris ad filium.

Hanc dulcedinem, & omnis affectus vicissitudinem obliuiscitur Abraham, sternit a sinum suum ligna componit, ignem accendit, eximit gladium. Non à Domino quatit, quare? nōn murmurat, non conqueritur, non saltem vultum doloris ostēdit, sed omnium, quæ præcipiuntur gharus: in mortem filij pia crudelitate festinat. Ideo summa, & admirabilis obedientia virtus in Abraham, & singularis excellentia laudibus prædicanda. Fortissima res est obedientia vera, & quæ in animum descendere non potest, nisi à mundi huius aspergine pure, presèque deterfum.

Vt autem via eius euidentius elucescat, ostendamus quantum possumus, quæ sit obedientia specialis ad Deum, propria ad hominem, cōis inter Deū, & hominem. Sunt quædam summe mala, quædam summe bona. Summe bona sunt diligere Deū, amare proximum, veritatem loqui, non furtum facere, non falsum testimonium dicere, non adulterari: & alia multa, quæ sermonis breuitas numerare prohibet. Summe mala sunt eorum contraria, & similia illis. Bona præcipit Deus, vt faciamus à malis iubet, vt abstinēam. Præcepti huius sancta, & incommutabilis auctoritas, nō valet quoquo mo-

do reselli, quia illius est caractere consignata, qui dicit: Ego dominus, & non mutor. Si *Mal. 3.* ergo homo ille quem imposuit dominus super capita nostra aliter sentire voluerit, ponens tenebras lucem, & lucem tenebras, vel præcipiat prædicta bona relinquere, vel malis præfatis adhære: audacter resutandum est præcipientis imperium, & libera voce dicendum. Obedire oportet magis Deo quam *Act. 5. c.* hominibus. Hæc est spiritalis obedientia ad Deum, quæ numquam est hominis arbitrio temperanda, sed incommutabili conseruanda proposito. Certam igitur regulam tene, vt nec imperio prælatorum prædicta bona relinquant, vel facias mala. Inter summe vero mala, & summe bona, quædam media sunt ad alterutrum se habentia, & boni, mali que nomen assumunt. Media sunt ambulare, sedere, loqui, tacere, comedere, ieiunare, vigilare, dormire, & si qua sunt similia: quæ si pastoris licentia fiat, summan expectant retributionem. In his igitur medijs subditi esse, & obedientes debemus ad nutum præpositorum, nihil interrogantes, propter conscientiam: quia in his nullum præfixit opus Deus, sed prælatorum dereliquit imperio disponenda. Non autē te *1. Cor. 10. f.* moueat magister imperitus, indiscreta potestas, sed memento quia non est potestas nisi à Deo: & qui resistit potestati, resistit Dei *M Ro. 13. a.* ordinationi. Hæc est propria hominis obedientia, quam homini debemus, qui homini subditi sumus. Communis est etiam ista inter Deum, & hominem, quia quidquid obedientia prælas exhibetur, ei exhibetur, qui dicit: Qui vos audit me audit.

Cum magna igitur cautela hoc tramite *Luc. 10.* dicimus incedendum: quia, & multi gradus e *ibidem* delectescunt, quorum, qui vnum reliquerit, cæteros sine tribulatione tenebit.

Prius gradus obedientia est obedire *Gen. 3. d.* libente. Omnis atas ab adolescentia sua propria est ad malum, & vnusquisque voluntatē prauitatis sui sectatur. Ab illa enim prima peccationis angustia innatus est homini amor propria voluntatis, quæ voluntatem sui creatoris relinquens, ibi subdita est seruuti, vbi voluit dominari. Difficile est ergo suam relinquere voluntatem, & alterius voluntati deseruire. Quamlibet autem grauiter, non potest tamen primum obedientia ascendere gradum, qui voluntatem præcipientis suam non fecerit. In voluntate sua iustus gloriatur se se Domino *Ps. 53. b.*

confiteri. Vnde voluntarie (inquit) sacrificabo tibi. Sola ergo voluntas est, quæ totius operis ornat affectum, sine qua etiam nec bene aliquid agitur, etiam si bonum esse videatur. Ex voluntate igitur suscipienda sūt imperia prælatorum, & ipsum coram suis voluntarijs reflexionibus abducendum, donec propria voluntas maclata mandatu diligat imperantis. Hoc est ergo libenter obedire, prælatorum voluntatem voluntarie adimplere. Secūdus obedientiæ gradus est obsequere simpliciter. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. In simplicitate cordis querere dominum Scriptura præmōstrat. Multos videmus post præcipientis imperij multas, facere quæstiones, cur, quare, quamobrem, sæpius interrogare: crebras in geminare querelas. quære, quare hoc præcipit, vnde hoc venit, quis hoc adinuenit consilium? Inde murmuratio, inde verba murmurationem, & indignationem sonantia, & redolentia amaritudinem. Inde frequens excusatio, simulatio impossibilitatis, aduocatio amicorum.

Prover. 10. b

A

Cap. 1. a

Pf. 17. 8

Gal. 6. b

2. Cor. 9. b

Ibidem

B

1. Reg. 6.

Non sic Abraham. Audi quid Dominus de simplici populo protestetur. In auditu (inquit) auris obediuit mihi, vt videlicet ostenderet vno, eodemque momento processisse, & imperantis imperij, & obsequij obsequentis. Nolite errare, Deus non irridetur. Murmuras contra prælatum in tabernaculo corporis tui? eleuat manum suam ad prosternendum te dextera Dei. Incede igitur simpliciter in mandatis obedientiæ, ad dens voluntati simplicitatem, intentioni illuminationem. Fortitudo enim simplicis via Domini, quæ obedientia est. Fortitudinem igitur induunt, qui obedientes sunt, & simpliciter incedunt. Tertius gradus est hilariter obedire. Hilarem enim datorem diligit Deus. Non ex tristitia (inquit Apostolus) aut ex necessitate. Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, multum oblectant obedientiam obsequentis. Vnde & gentilis ille Poeta ait sic. Super omnia vultus accessere boni. Quis enim locus obedientiæ, vbi tristitiæ cernitur ægritudo? Ostendunt plerumque voluntatem animi signa exteriora, & difficile est, vt vultum non mutant, qui mutant voluntatem. Nubilosus corporis compositio, & facies tenebris obscurata tristitiæ deuotionem ab animo recessisse signant.

Non sic Abraham. Audi quid Dominus de simplici populo protestetur. In auditu (inquit) auris obediuit mihi, vt videlicet ostenderet vno, eodemque momento processisse, & imperantis imperij, & obsequij obsequentis. Nolite errare, Deus non irridetur. Murmuras contra prælatum in tabernaculo corporis tui? eleuat manum suam ad prosternendum te dextera Dei. Incede igitur simpliciter in mandatis obedientiæ, ad dens voluntati simplicitatem, intentioni illuminationem. Fortitudo enim simplicis via Domini, quæ obedientia est. Fortitudinem igitur induunt, qui obedientes sunt, & simpliciter incedunt. Tertius gradus est hilariter obedire. Hilarem enim datorem diligit Deus. Non ex tristitia (inquit Apostolus) aut ex necessitate. Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, multum oblectant obedientiam obsequentis. Vnde & gentilis ille Poeta ait sic. Super omnia vultus accessere boni. Quis enim locus obedientiæ, vbi tristitiæ cernitur ægritudo? Ostendunt plerumque voluntatem animi signa exteriora, & difficile est, vt vultum non mutant, qui mutant voluntatem. Nubilosus corporis compositio, & facies tenebris obscurata tristitiæ deuotionem ab animo recessisse signant.

Respicit David ante arcem domini saltantem, quam sapienter superbiens

in ore reprimit indignationem. Ludam (inquit) & vilior ero in cōspectu domini. Cernis igitur quàm necessaria, & cōueniens sit hilaritas in obedientiæ executione. Quis imperat libenter? tristitia efflanti? Si vis ergo perfectus esse, hilariter, & cū magna vultus alacritate suscipe iubentis imperium, vt voluntati cordis, & simplicitati operis, vultus hilaritatem adiungas.

Quartus gradus est obsecundare velociter. Velociter currit sermo Dei, & velocem habere desiderat sequentem. Vides cū quanta velocitate currit ille, qui dicit. Viam mandatorum tuorum curriti. Fidelis obediens nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præripit præcipientem, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itinere pedes, totum se colligit, vt imperantis colligat voluntatem. Vide dominum festinanter præcipientem, & hominem festinanter obedientem. Zachæ (inquit) festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinanter descendit, & excepit eum gaudens. Animaduertisti, quia & festinanter descenderit, & gaudenter exceperit. Audisti obedientiam, audi & obedientiæ remunerationem. Quia salus huic domui facta est. Intuere etiam ex occasione huius obedientiæ conclusionis grande mysterium, & obsignatam signaculo misericordiæ sententiam.

Venit enim (inquit) filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat. Nonne legisti, quod filijs Israel præcipitur vt agnum comedant festinanter? Festinanter quippe veri agni comestio signatur impleda: quia verba illa, quæ per legē dedit, quæ per semetipsum præsens exhibuit, quæ per Ecclesiæ prepositos tradenda reliquit, velociter obedientia consumanda. Et tu ergo cū voluntatē cordi, simplicitatem operi, hilaritatem vultui coniunxeris, adde velocitatem, et sis iuxta Apostolum Iacobum, felix ad audiendum, & ad implendum velocior.

Quintus gradus est adimplere viriliter. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes, qui speratis in domino. Non est fortitudinis ire ad inobedientiam, sed ab obedientia non abduci. Si tribulatio intonat, si persecutio resulat, si peccatoris tibi laqueum ponunt, si maligni tuum iter impediunt, tu obedientiæ viā non deseras, sed dic, Paratus sum, & nō sum turbatus, vt custodiā mandata tua. Quid enim superius enume-

Pf. 147.

Pf. 118.

Luc. 19.

Ibidem.

Exo. 12.

1. Cor. 1. 8

Pf. 30. 8

Pf. 118.

rata

data pariunt vtilitatis, si fortitudo desit: quæ in arce constantiæ virtutes collocat, & eo vallo munit, quo furentis impetus aspirare non possit? Manum tuam misisti ad fortia agendum, est instantèr, constantèr obediendum: nec inter verborum seu verberum asperitatem tam regalibus est semita relinquenda, sed tenacièr est retinenda feruore. Et vt breuiter dotes fortitudinis concludamus, virtus est virtutes seruans, ac minuens. Iunge igitur velocitati fortitudinem, constantiam instantiam, & tunc decantabis securus. Manus peccatoris non mouebit me. Sextus gradus est humiliter obedire. In humilitate nostra memor fuit nostri, qui fecit nos. Magna virtus humilitatis, sine cuius obtentu virtus fortitudinis, non solum virtus non sit, sed etiam in superbiæ vitium erumpat. Quam fortiter currebat Saul cum esset paruulus in oculis suis: quanta Philistæorum agmina prosternebat, quantis viribus exercebat gladium? Postquam autem tenuit eum superbia, & transiit in affectu cordis, debilis, & impotens factus, incircumcisorum armis facile prostratus occubuit. Aspice regem in quo humilitas sublimis, & humilis sublimitas felici compositione nitescunt. Domine (inquit) non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: & ad totum itinerarium eius sedula intentione recurre, & quaquauersum oculos reflexeris, inuenies humilitatis floribus esse respersum. Audi namque alibi quæd dicit: Fortitudinem meam ad te custodiam. Quam vere loquitur iustus iustitiæ executor. Sunt namque plurimi, qui fortitudinem suam non ad Deum, sed ad inanem gloriæ custodiunt, qui confidunt in virtute sua: qui de acceptis virtutibus quasi non acceperint gloriantur, conditori facientes iniuriam, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Ne ergo fortitudo in superbiam transeat, cõdienda est sale humilitatis, quia nihil prodèrunt fortitudinem si contigerit infelicitèr superbire. Illi ergo fortitudinem suam ad Deum custodiunt, qui cum fecerint, quod facere debent, dicere possunt: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Septimus gradus est, indefinenter obtemperare.

D Pf. 35. c
Pf. 135. c
Pf. 130. a
Pf. 58. b

Iac. 5. c

Iac. 5. c

Iac. 5. c

ctus earumque consummatio, totius boni repositorium, virtus, sine qua nemo videbit Deum, nec à Deo videbitur: finis est ad iustitiam omni credenti, in qua virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum cõsecrauit. Quid enim currere profect, & ante metam cursus deficere? Sic currite, vt comprehendatis, dicit Apostolus. O quam perseueranti pede cursum suum perfecerat, qui dicebat: Cursum consummaui. O quam longum cursum felix ille latro compleuit, qui cõsummatum in breui expleuit tempora multa. Denique & Dominus prophetarum loquitur: Si conuersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem: omnium iustitiarum eius non recordabor. Vides ergo, quàm profunda obliuione virtutes illæ sepeliuntur, quas perseuerantia non insigniuit. Sola est quæ amatorem obedientiæ ad regis cubiculum introducit, vt eum videat in decore suo, in quem desiderat Angeli prospicere. In via igitur ista, qua ambulamus, absconderunt superbi laqueum mihi. Difficilis est via ista, & grauis, spinosis anfractibus, multipliciũ vinculorum nexibus innotata. An tu ibi putas obedientiæ fructũ, cum subditus audit obedientiam, quàm multis expetierat votis, cum ei præcipitur, quod redoleat dignitatem, gaudio & lætitia fluiet, potentiæ fulciatur imagine? E contrario autem an tu illi obedientiæ meritum assignas, quæ cum aduersitate procedens, animum terret audientis, grauis ad audiendum, grauior ad implendum, ad tenendum grauiissima? Non est ita. Faciendum est, vt à prosperitate animo separemur, & aduersitatem animo complectamur, si volumus illũ sequi, qui regnum fugit, & ad passionẽ voluntarius venit. Animaduertit igitur, quia vitæ istæ, vitæ vitæ sunt, ducentes ad vitam. Beati mires, quoniam mites docebit Dominus vias suas: continget enim eis, quod sequitur: Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo. Quia quæ adiu sumus in corpore, peregrinamur à domino, longe sumus à facie Dei, à vultu gloriæ, à contemplatione maiestatis, nisi quia plerumq. misericors, & miserator Dominus illuminat vultum suũ super nos.

Hoc autem fit cõ remota nube illa, quæ opposita est ne transiret oratio, accedimus ad illum, illuminamur, reuelata facie gloriæ Dei speculantes. Non autè ita proprie reuelata facie accipiamus, cum videamus adhuc per speculum, & in ænigmatè, & æquerali

carcerati corpore teneamur. Reuelata dicit quantum ad caliginem corporum. Vnde spiritus iste creatus aliquando ad creatorē spirituum emergit, & adhærens ei vnus cum eo spiritus efficitur. Nullius autem momenti est ista contēplatio: quia spiritus claustris corporeis circumdatus, frequētē carnis contagione reliditur, & supra creaturam cōstitutus infra quæque vilissima protinus reperitur. Sed & creator spiritus cuius magna sunt opera, exquisita in omnes voluntates eius, modo accedit nescientibus nobis, modo ignoratibus nobis recedit, quia nescimus

Pf. 110. a
vnde veniat, aut quo vadat. Et plerumque quanto frequentius queritur tanto velocius elongatur, iuxta quod, & ipse loquitur spōsa:

Ioan. 3. e
Averte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Contingit etiam vt cum non queritur veniat, cum queritur fugiat,

Cāt. 6. a
sicut spōsa se in Cāticis multipliciter ostendit quæsisse, & non inuenisse. Non est autē vultus iste vultum glorie domini inuenisse, quæ est super cherubim, quia vniuersitati angelorum purissimus, & clarissimus exhibetur: nobis verò speculatorijs, & vmbra bilibus adumbratur imaginibus. Quia igitur hic vultum Dei sicuti est, videre non possumus, ad impletionē lætitiæ nō habemus, donec trahat nos ad seipsum, & accedat caput corpori, & sit Deus omnia in omnibus. Illic erit adimpletio, hic est gustus. Gustamus enim hic, & videmus quoniā suavis est dominus, sed gustus iste non transit in potum, quia licet videamus, non tamē penetramus. In gustu est suavis, in adimplētionē mirabilis. Sanctorū autem animæ terrenis exutæ corporibus, quæ iā ad sedes æthereas aduolauerunt, licet bibant, non tamen adimpletur, non tamen inebriantur. Quāvis enim multa beatitudine persiuantur expectant tamen resurrectionem mortuorum corporum, vt cum in terra sua dupliciā possideant, sempiterna persundantur lætitiā. *1. Mo. 6. a*

do enim illis singulæ stolæ albæ dæte sunt, & iniuctum vt sustineat tempus adhuc modicum, donec impij contendantur duplici contitione, & ipsi gemina beatitudine coronentur. Cum ergo nondū habeant quod habere desiderant, inebriari nō possunt, sed est eis illa visio potus, vt sicut ab illis labor bibunt, ita sicut labore quæritur, donec fatigantur cū apparuerit gloria sua. Cū autē resurgetur in visum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & tribu-

sa illa ciuitas margaritis suis ornabitur, & sicut lætantiū omnium habitatio erit in ea: tunc adimplebit nos lætitiā cum vultu suo, quia videbimus eum sicuti est. Tunc inebriabimur ab uberitate domus suæ, & torrente voluptatis suæ porabit nos, dicitque nobis: Bibite, & inebriamini charissimè, quia, & anima illuminatiōe, & corpus glorificatione iure perpetuo possidebunt. Sequitur: Delectationes in dextera tua vsque in finem. Sinistra Dei, vita præsens est. Et quia pro sinistro ducimus quidquid non multum curamus, per sinistram præsens vita accipitur, in qua Dominus electos suos sic ab impijs permittit flagellari, vt etiā patitur occidi. An nō tibi videntur obliuioni dati, qui dicunt: Propter te mortificatione tota die æstimati sumus, sicut oues occisionis quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ? Per dexteram verò illa beata vita signatur, quæ nescit nisi gaudia, de qua nihil aliud dicere possumus, nisi quia gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Ibi sunt delectationes illæ, quas oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. In sinistra tribulationes, in dextera delectationes. Vsque quo autem? Vsque in finem.

Quis est iste finis? Finis ad iustitiam, Christus erant credenti, finis hic de quo sapiens dicit: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Te enim cernere finis est consumatus. Ipse est finis ad quem cum venerimus, nihil amplius stitemus: Iesus Christus sponsus Ecclesiæ, quæ est benedictus in sæcula. Amen.

De quinque negociis rombus, & quinque regionibus.

Negociamini dum venio. Verbum Patris, Vnigenitus Dei, iustitiæ, sumus ille Negociator, in negotiorum omnibus nostræ redemptionis precium apportauit. Fidelis ista negociatio, & omni acceptatione dignissima, in qua rex filius regis efficitur negociatio, aurum pro plumbo tribuitur, pro peccatore donatus est iustus.

O quam indebita miseratio, quā gratuita, & sic probata dilectio, quā inopitata dignatio, quā stupenda dulcedo, quā multa mansuetudo, quā vilis negociatio, ubi filius Dei pro seruo traditur, & creatura crea-

1. Sa. 61. c
Apo. 6. a

1. Pt. 1. p

K tor occiditur, pro mancipio Dominus condemnatur. Tua sunt hæc Christi opera, qui de lumine cæli ad tenebras inferni, à dextera fraicstatis ad miseriam humanitatis, à gloria Patris ad mortem crucis descendisti, infernum illustrando, hominem redimendo, superando mortem, & mortis auctorem. Vnus es, & secundum non habes, quæ ad nos redimendum propria benignitas inuitauit, misericordia traxit, veritas, qua te venturum promiseras cõpulsit, puritas vteri viginalis suscepit, salua virginjatis integritate potentia eduxit, obediencia in oibus deduxit, patientia armanit, caritas verbis, & miraculis manifestauit. Absint procul negotiatores terræ Themã, recedant filij Agar, qui exquisierunt prudentiam, elongentur à me gigantes à sæculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neq; viã disciplinæ meruerunt, propterea perierunt, sed dedit eã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Abscondisti enim hæc Domine sapientibus, & prudentibus, gigantibus, & nominatis, qui magni facti sũt, videlicet in oculis suis, & reuelasti ea paruulis, & humilibus tuis. Libetèr amplector negotiationem tuam, quia negocium meum est. Hæc mercimonia cũ summa suauitate ruminat aia mea. Nõ solũ autẽ ruminat, sed & reuocat ruminatõem tuã, quia & intelligit, quæ diligit, & cõmendat memoriã, quæ elegit. In his negotiationibus præcipis esse aiam meã, vt fiat nauis institoris de longe portã panẽ suũ. Negociabor donec venias, venientia tua occurã, & viniã audiam: Euge serue bone: Tui sunt cæli, & tua est terra, in regionibus tuis. Negociabor igitur securus, te solum habens in itinere duccem, in periculis protectorem, confortem in tribulatione. Regiones tuæ quinque sunt, quas perambulã ad negociandũ institores tui, vbi te quærunt dilecti tui, & inueniunt dilecti tui. Prima regio est regio dissimilitudinis. Nobilis illa creatura in regione similitudinis fabricata, quia ad imaginẽ Dei facta, cũ in honore esset, non intellexit, & de similitudine ad dissimilitudinem descendit. Magna prorsus dissimilitudo, de paradiso ad infernum, & de Angelo ad iumentũ, de Deo ad Diabolũ. Execranda cõuersio, gloriam in miseriam, vitam in pugnam perpetua captiuitate conuertere. Maledicta descensio, de diuitijs ad paupertatẽ, de libertate ad seruitutem, & de requie ab labore descendere. Miseri nos, &

miserabiliter nati, quibus datum est nasci in mærore, viuere in labore, in dolore mori: de peccatore peccatores, de debitore debitores, de corrupto corrupti, de subacto subacti, geniti, & generãtes, sumus gẽs peccatrix, populus grauis iniquitate, semen pessimum, filij scelerati, addentes præuãricationẽ. Ecce *Iso. 40.* quasi non simus, sic sumus coram eo, quasi nihilũ, & inane reputati, putãtes nos aliquid esse, cum nihil simus. Vulnerati sumus ingredientiẽs mundum, conuersando in mundo, excundo de mundo, à planta pedis, vsq; ad verticem nõ est sanitas in nobis. Notãrat hæc ille sublimis propheta, qui statum humanæ miseriam deplorans, in hæc verba prorupit: Graue iugum est super filios Adã à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. In hac dissimilitudinis regione quid negociabimur Domine Deus? Aspicio genus humanũ ab ortu solis, vsq; ad occasum huius mundi nudinas perambulare, alios diuitias quærere, alios honoribus inhiare, alios fauorabilis auræ suauitate raptari. Sed quid de diuitijs? Nonne cũ labore acquiruntur, cũ timore possidentur, cũ dolore amittuntur? Thesaurizas, & ignoras cui congregabis ea. Vide quantum laborem pro perituris diuitijs assumpsisti. Transis maria, & alium tibi orbem aperis nauigando, secundũ sapientem, tribus digitis distans à morte, patriam fugis relinquis parentes, diuelleris ab vxore, filios nescis, & omniũ necessitudinẽ oblitus, quærís, vt acquiras, acquiris vt perdas, perdis vt dolëas. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Quæ est ista demetia filij Adã, circuire maria, perambulare terras, rapi extra mundum, in laboribus plurimis, in vigilijs, in ieiunijs crebris, in mortibus frequenter? Ecce quales diuitiæ. Sed quid de honoribus? In sublimi loco positus es, duccem te constituerunt. Vide si non à Deo iudicandus es, ab hominibus spectandus, ab omnibus lacandus. Similes es, excubas ante limina principis, vt principatum acquiras, & ferrato uestitus amictu, propior es vulneri, quã honori, morti quã vitæ, periculo quã præmiũ. Si de sorte Domini, nonne episcopus Romanum Pontificem, Archidiaconus, vel Diaconus episcopum pertimescit? Vide etiam vt unũ excussis manus tuas ab omni mure, ne cum Simoãe audias: Non est tibi pars, neque fors in sermone isto, quia

M
Eccles.
401. a

Pf. 38. b

Pf. 4. a

A

AA. 8. d

voluisti

ne cessatione. Viues igitur in infernum descendere, percurrere metatibus oculis tormetorum officinas fuge scelerata, & vitia, pro quibus scelerati homines, & vitiosi perierunt. Habe odium iniquitatem, & dilige legem Domini, & tam formidolosi, nundinis fac sarcinam tuam odium peccati. Quinta regio est paradus super celestis. O beata regio supernarum virtutum, vbi beata Trinitas a beatis facie ad faciem videtur, vbi illa sublimia agmina sublimi pennarum applausu. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth, clamare non cessent. Locus est voluptatis, vbi torrente voluptatis potantur iusti. Locus splendoris, vbi iusti fulgent sicut splendor firmamenti. Locus lætitiæ, vbi lætitia sempiterna super capita eorum. Locus abundantia, vbi nihil deest videtibus eum. Locus suauitatis, vbi apparet Dominus suavis vniverfis. Locus pacis, vbi in pace factus est locus eius. Locus admirationis, vbi sunt mirabilia opera eius. Locus fatietatis, vbi fatiabimur, cum apparuerit gloria eius. Locus visionis, vbi videbitur magna visio. O regio sublimis plena diuitiarum, de valle lachrymarum suspiramus ad te, vbi sapientia sine ignorantia; memoria sine obliuione, intellectus sine errore, ratio sine obscuritate splendet. Regio, in qua Dominus transiens ministrabit electis suis, id est tale se, qualis est, ostendet. Illic erit Deus omnia in oibus vbi rerum vniuersitas mirabiliter ordinata dabit creatori gloriam, lætitiã creaturæ. Curre igitur spiritalis anima oculis desideriorum per regionem istam, & vide regem gloriæ in decore suo gloriosum, stipatum legionibus angelorum, sanctorum ornatu agminibus deponentem superbos, humiles exaltantem, damnantem demones, homines redimentem, & dic: Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula seculorum laudabunt te. Cum ergo mente pereperis tam preciosas nundinas, mercimonia tam preclara construe sarcinam tuam amorem Dei. Vidisti regiones, animaduertisti nundinas, sarcinam construxisti: & beatus es. Negociare ergo dum veniat Dominus Deus tuus, vt ei dicere possis: Domine, quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum, & audire merearis: Intra in gaudium Domini tui sponsi Ecclesiæ, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Isa. 6. a. Apo. 4. c.

Pf. 83. a.

Matth. 25. a.

Parabola de fide, spe, & caritate.

Rex nobilis, ac potens tres habuit filias, fide, spem, & caritate, his delegauit ciuitatem eximiam, humanam animam. In qua cum tres sint arces, rationabilitas, concupiscibilitas, irascibilitas, vniciq; suam contradicit fidei primæ, spei secundam, caritati tertiam. Rationabilitati præficitur fides, quia fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Concupiscibilitati spes, quia concupiscere nos non licet, quæ videmus, sed quæ speramus, & spes, quæ videtur, non est spes. Irascibilitati caritas, feruor scilicet feruori, vt feruor virtutis feruori nature dominetur, imo feruori naturalis attolet se in feruorem virtutis. Ingressa ille vnicaq; pro posse suo domum suam, ornat, & procurat. Custodem ergo domus suæ in rationabilitate fides ponit prudentiam, vt suus ius in ea sibi conferuet, & rationem sub legibus fidei, & intra terminos a fide postos cõhibeat. Vt autem fiducialiter in domo ageret, addidit, & obedientiam. Vt obedientia processum operis, & tolerantiam haberet laboris, subdidit, & patientiam. Vt autem etiã inferiorem actuum, vel sensuum, familiam regere bene posset, & dispensare, ipsam eã dispensationem suffecit. Vt secundum Apostolum honeste, & secundum ordinem omnia fierent, addidit, & ordinem. Ne maledictio intraret domum (maledicta omnis domus in disciplina) custodem in porta posuit disciplinã. Spes autem in concupiscibilitate domui suæ sobrietatem præfecit, vt ius suum in ea sibi cõseruaret, & principale ius sibi semper seruire cõpelleret. Vt autem inferiorẽ voluntatum, & voluptatum familiam discreto regere sufficeret, ipsa ei subdidit discretionem. Cui etiam contra concupiscentiã carnis addidit continentiam, contra concupiscentiã oculorum constantiam, contra ambitionem seculi humilitatẽ. Et ne egestas intraret domum (vbi enim multa verba sunt sicut dicit Salomon, ibi multa egestas) silentium, custodẽ posuit in limine. At caritas suam domum ad Austrum, & meridiem positam, amorem vero pietati commisit, iusque suum omne ei tradidit, subdens ei ad obsequium primum munditiam corporis, deinde congnatas exercitationes, videlicet lectiones meditationes, orationes, & spirituales

r. Cor. 14. 2

Pro. 24. c.

affectiones. Et ne ingressa domum miseria conturbaret beatitudinē filiorum Dei, qui in septimo gradu, id est, in perfectione beatitudinis positi in domo caritatis ludunt & iucundantur beati pacifici, ipsam pacem custodem in porta constituit. Sic ordinatis domibus suis, totius ciuitatis quasi propositū quemdā economū posuerunt liberum arbitrium. Quo peracto, redeunt in domum patris puellæ regis. Inimicus homo superueniens, ordinem, & gloriā ciuitatis videns & inuidens machinatur insidias, & ingredi cupiens corruptis duobus de præcipuis ciuibus discretionē, & dispensationē, vniuersa malitiæ suæ exercitium, introduxit per portas

H rationabilitatis, & concupiscibilitatis. Præpositus ciuitatis liberū arbitriū, qui tonus ciuitatis dimissus erat custos, & arbiter (paterfamilias quippe peregre proficiscens dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis) ligatur vinculis ferreis, & in carcerem mittitur. Præcipitatis de arce rationabilitatis custodibus suis, mox cōtra fidē blasphemia inducitur. Cū qua irruentes contradictiones, commotiones, & cōfusiones, ceteraq; huiusmodi turba, cunctaq; sibi diripientes sibiq; quidquid libeat vendicantes, in rationabilitate nihil rationis reliquerunt, & ianitore perempto, scilicet disciplina, omnibus intrandi, & exeundicopiam præbuerūt. Porro in domum spei (concupiscibilitatem scilicet) ingressa, & omnia sibi vendicās domina luxuria, totam eam de superioribus deiecit (tam ad ima deuoluit, & concupiscentiæ carnis continentiam, concupiscentiæ oculorū constantiam, ambitioni sæculi humilitatem conculcandam tradidit, & illudendā. Et perempto silentio ianitore, & omnibus & intrantibus, & exeuntibus fecit portā patere. Sobrietatem verò, & socias sobrietatis virtutes aut occidit, aut in carcerem, aut in exilium destinauit. Exinde ad superiorem ciuitatis arcem conscenditur, & pace ianitore, & custode summæ beatitudinis perempto, miseria ingreditur. Mox enim domina superbia ascendens in arcem (superbia. n. eorum qui te oderunt, ascendit semper) pietatem de ea impie deturbauit, totamq; illā pietatis, & pacis familiarian mortem, vel exilio damnauit. Tam quicumque vult, sanctuarium Dei ingreditur, quæcumque sancta in eo, quæcumq; hæstenuis suis. Leui tantū accessibilia erant, & visibilia, iam profanata, iam direpta ab inimicis, in Babylonem

Pf. 73. d

I

transferuntur, & de vasis templi concubinis regis Babylonij propinatur. Sic capta est, & cōfusa tota ciuitas. Secundum gloriā eius facta est ignominia eius. Confusus omnibus ad dominas tristis nunciis venit perditus ciuitatis. Conturbata illæ, pedibus patris prouoluuntur auxilium deprecantes. Caulante illo, & custodis liberi arbitrii figuente negligentiam quid, inquirunt, o pater liberum arbitrium potest sine adiutrice gratia? Et ego, inquit, dabo gratiam, sed præmittendus est timor. Ipse. n. præbit ante illam parere vias eius. Egressus timor à facie Domini venit ad ciuitatem, baculum habens discipline in manu eius, inuenitque portam difficultatis obseratam, & obfirmatam vestibus malæ consuetudinis. Ianitor procax, & improbus carnis lasciuia in portis aderat, qui timori satis infestus, opprobrijs, & conuitijs, cum fatigabat. At ille facto impetu fiduciae frangens vestes malæ consuetudinis, portas diruens difficultatis, miserum illum corripit, & baculo cum discipline, quem tenebat, usque ad mortem perurget. Statimque signum aduenientis gratiæ super portas eleuans, totā ciuitatem vexit in timorem. Post quem gratia ingreditur ciuitatem secum totum illam virtutum celestium exercitium adducens. Mox pars inimica dissipauit, virtutes vero ad nota præsidia recurrunt. Procedentes. illico, & seipsas decerpit fuisse accusantes discretio, & dispensatio, veniam precantur, prodit de vinculis, & ad occursum domini gratiæ festinat arbitrium sub regno gratiæ nunc tandem se sperans fore liberum. Fercula præparantur filiabus regis domus suæ, & mensæ ponuntur congrue In mensa quippe fidei panis ponitur doloris, & aqua angustia, & cetera penitentia; fercula. In mensa spei panis confortans, & oleum exhilarans faciem, & cetera consolationis fercula. In mensa caritatis panis vitæ, vinumque ieiunians, & opus delicia; paradisi. Iam ingrediuntur, & epulantur, & custodiunt ciuitatem. Sed nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat, qui custodit eam.

Pf. 126.

Parabola de nuptijs filij regis, & de ornamentis sponsæ suæ.

Filius regis supercælestis Hierusalem egressus est, vt contemplaretur regna Patris sui inferiora. Qui circumflectis oibus, regressus ad Patrem,

trem, ait: Pater omnia regna terrarum circuiui, & quæ in omnibus agerentur diligenter aspexi. Clamorem etiam Sodomorum, qui ad te ascenderat, verum esse comperi, & ultione digna puniui. Sed iam tempus est ut in futurum mihi prospiciam, vxorem ducaam, filios procreem, familiam iam per me regam. Sponsam, quæ mihi habenda complacuit, in domo regis Babylonici vidi. Quam rex ille captiuam tenet: & ne, quæ sit, valeat cognoscere, vilibus, ac sordidis vestibus eam induit. Ad hæc Pater ad Filium: Absit, inquit, a te ut rem istam facias coæternæ & consubstantialis mihi vnice Fili. Aethiops illa, de qua dicis, non est condigna tuo generi, vel tuæ immensitati. Ad quem Filius: Fixum, inquit, habeo in me, & vxorem velle ducere, & nullâ nisi hanc mihi coniungere. Si ita est, inquit Pater, tu cogitans, & consubstantialis, & coomnipotens mihi, in manu habes, & illam de captiuitate Babylonica liberare, & prout vis tibi sponsam assumere. Statim affuit innumerabilis multitudo angelorum; & celestium agninum, in his nuptijs Filio summi regis ministrare sese preparantium. E quibus vnum scilicet Gabrielem archangelum, qui paronympus eius fuerat elegit. Gabriel electus Filio summi regis ait: En fortitudo tua ego sum: illam tibi, quam quaris de medio Babylonice vi rapere, si imperas, & valeo, & paratus sum: Non ita agendum est, inquit Filius regis æterni, violentia nulla Babylonico regi inferenda est, consilij occultis, & sapientia, quæ mihi iungenda est, de captiuitate Babylonica est eripienda. Ad Mariam virginem de stirpe Dauid mysterium consilij mei a te Gabriel est deferendum: occulte apud eam in thalamo eius coniuuium nuptiarum mearum est nunciandum, & celebrandum. Ad Mariam Gabrielem Archangelus descendit, & sibi iniunctum fuerat peregit. Sed qui cum miserat, antequam nunciaretur, iam ad virginem venerat. Ibi nunciatum, ibi celebratum est sanctissimum nuptiarum coniuuium. Sed num quid tantus, ac talis iste sponsus ad sponsam suam vacua manu venit? Nequaquam, sed donatiua detulit; delata erogauit. Et qui hęc mis tempore venit, hyemales vestes primam suæ sponsæ dedit, agminam videlicet pelliceam, & cappam. Quod vtrumque; sit de agno fed alterum sine dolore agui, id est, lana, de qua fit cappa sumitur, alterum videlicet pellicis, unde pellicea, absque dolore graui ab a-

gno non accipitur. Sponsus iste agnus est, sicut scriptura testatur: Quasi ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se, sic non aperiet os suum. Et alibi: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Agnus igitur iste de lana sua sponsæ cappam fecit, cum humilitatem verbis docuit, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Pelliceam dedit, cum vigilijs, cum ieiunijs, & alijs carnis suæ afflictionibus, ad vltimum passione crucis, certificationem carnis sponsæ ostendit. Cappa itaque; (qua qui indutus est absconditur) signat humilitatem, quia quæ sponsa est Christi latitat, & à sæculo cognosci refugit. Pellicea, quæ de mortuis animalibus fit, mortificatione carnis insinuat. Hęc autem hyemis tempore. Paschali verò tempore armineam pelliceam dedit circa collum, & circa manum rubeis gulis præparatam. Hęc pellicea sunt prædicatores, albi propter resurrectionem, quam in Christo annunciant, & in sponsam futuram prædicant quicum passionem Christi annunciant, rubeam gulam circa collum portant. Sed quia quidam passionem Christi ore prædicant, quæ corde non sentiunt, de quibus dicit Paulus Quidam annunciant Christum non syncere, existimantes se suscitare tribulationem vinculis meis, oportet, ut quod ore dicunt, corde sentiant. Non minus de ceteris ornata esset, si tantum circa collum, & non vsque ad pectus descendentes gulas pelliceas haberet. Circa manus prædicatores gulas haberet, cum in operibus suis passionibus Christi communicant. Igitur pellicea sponso de arminio fit, quod candidum est, in significationem lætitiæ spiritualis ob spem futuræ resurrectionis. Circa collum, & vsque supra pectus & circa manus rubeis gulis ornata est, quia passionem Christi, quam ore prædicat, corde sentit, & operibus attestatur. Dedit etiam Christus paschali tempore sponsæ suæ cordubanos suos, qui signant duo testamenta, quibus affectus sponsæ ne terram tangant muniantur, vel signant continentiam & caritatem, quæ duos affectus, quorum alterum ad carnem suam, alterum ad vitia olim sponsa habuit, calcant, de quibus ille qui ad carnem est, continentia sine distractione disciplinæ munitur, ille, qui est ad vitia, caritatem extinguitur. Sed hi cordubani nisi professione ligentur, & obedientia, de pedibus elabuntur. Multos enim videmus, qui continentiam carnis ex carita-

Parabola de filijs Regis.

te habuerunt, vel secundum duo testame-
 ta viuere disposuerunt, sed quoniam sub
 obedientia, & professione se non ligauerat
 grauius lapsi sunt. Cordubani itaque sunt,
 vel duo testamenta, vel continentia, & ca-
 ritas, ligaturæ professio, & obedientia. De-
 dit etiam Christus sponsæ suæ duas chiro-
 thecas. Manus sponsæ sunt operatio, & con-
 temptio. Et quamuis per laeuam alibi a-
 ctiuæ, per dexteram contemplatiua vita (vt
 est illud: Laua eius sub capite meo &c.)
 hic tamen per sinistram contemplatio, per
 dexteram operatio designatur, hac similitu-
 dine, quia sinistram frequenter tenemus
 sub uestibus absconditam, dexteram verò
 sæpius ad operandum exponimus. Simili-
 ter manus dextera, id est operatio, habet
 chirothecam in quinque folliculos ad quin-
 que digitos recipiendos diuisam, quia bo-
 num opus debet esse rectum, voluntarium,
 purum, discretum, & firmum. Rectum in
 intentione, voluntarium, vt nec timore, nec
 aliqua alia fiat coactione, purum, vt dum
 fit, aliqua aura vanitatis non inanescat, di-
 cretum, vt vltra modum non intendatur,
 firmum vt periret. Sinistra autem, id est
 contemplatio, habet chirothecam similiter
 in quinque diuisam. Nam quinque in con-
 temptione sunt, scilicet consideratio pec-
 catorum, & gehennæ, contemptus præsen-
 tium, & spes futurorum, iudicium, & regni
 status corporis post resurrectionem, & glo-
 rificationem, spiritus humanus, & aterni-
 tas, cum qua viuendus est. Qui enim con-
 templetur, primum considerat peccata sua
 qualia, & quanta perpetravit, quæ conside-
 rare non multum prodesset, si non pro illis
 in gehenna puniri metueret: & ideo consi-
 derationi peccatorum recte adiungitur cõ-
 sideratio gehennæ. Iterum si consideraretur,
 quæ, & quanta sine tormento gehennæ,
 & nulla, peccatorum memoria haberetur,
 secunda mens forsitan gehennam considera-
 ret, cum nulla eam recordatio peccatorum
 perterreret. Hac de causa in mente contem-
 platoris vtrūq; & peccata, & gehenna con-
 iungitur, vt ex vtroque terror ineptiatur.
 Sed in mente sic perterrita statim suboritur
 contemptus præsentium, cui adiuncta est
 spes futurorum. Sed hæc spes mentem disso-
 lutam reddat, restringitur per iudiciū, quia
 considerat ad ea quæ sperant, transeundū
 esse per illud horrentium, & diuini iu-
 diciū. Sed terrorem de iudicio dissoluitur

regnum, & ideo iudicio subiunctum est re-
 gnum. In quo regno consideratur quid eri-
 mus, & primum status corporis, quod erit
 immortalis, & impassibile, deinde glorifica-
 tio, quod erit ineffabilis pulchritudinis, &
 præfulgidum, sicut scriptum est: Fulgebunt
 iusti sicut sol. Post hæc consideratur beati-
 tudo animæ, si ipsa anima consideratur, &
 Deus cui viuenda est, quod est vltimum, &
 consummatio omnium. Hæc autem quin-
 que, quæ in contemplatione consideramus
 per quinque fenestras videntur. Fenestra ex
 aere & pariete constat.

Nam vbi est paries continuus, nulla est
 fenestra, vbi est aer absque pariete, nõ
 est fenestra, sed paries admittens intra seip-
 sum aerem, vocatur fenestra. Christus vero
 est ex humanitate quasi pariete, & diuinitate
 intra humanitatem lucente. Itaque, Chri-
 stus fenestra est, in quo quinque fenestæ in eo
 considerantur, scilicet incarnatio, conuersatio, do-
 ctrina eius, resurrectio, & ascensio. Per illas
 quinque, quinque quæ de contemplatione
 dicta sunt, videntur.

Nam per incarnationem Christi, multis
 manifestata sunt peccata, & gehenna, quæ
 prius non attendebantur. Conuersatio eius
 aperte docuit præsentia contemere, & ad
 futura spem dirigere. In doctrina eius satis
 de iudicio, & regno. In resurrectione eius
 ostensus est status corporis, & glorificatio,
 quia qualis ipse, tales, & futurum sunt pro-
 modulo suo. In ascensione autem quantum
 huiusmodi, reuelatum est, quomodo spiritus
 noster cum Deo viuendus est. Homo enim
 ille quomodo sine omni vehiculo, absque
 omni creaturæ adminiculo ascendit, sic &
 spiritus noster post eum tandem ascendet.
 Itaque chirothecæ sponsæ in manu dexte-
 ra sunt, id est in actione, quod ipsum opus
 sit rectum, voluntarium, purum, discretum
 & firmum. In sinistra manu, id est contem-
 platione quod primum considerentur pec-
 cata, & gehenna, deinde sequatur contem-
 ptus præsentium, & spes futurorum, post iu-
 diciū, & regnum, subiungatur status cor-
 poris, & glorificatio, ad vltimum vnitio spūs
 nostri cum Deo. Christus ascendens hæc om-
 nia in sponsa cõsumauit, & eam conferuan-
 dam Apostolis commisit, & ne ab Hieroso-
 lymis discederent, præcepit donec indu-
 ceatur virtute ex alto. Post dies decem, ip-
 so scilicet die Pentecostes exercitum maxi-
 mum, & fortè misit de celo, id est spiritum,
 sanctum,

Cap. 2. A

Matth. 13. f

D

C

Lu. 24. g
 Act. 1. A

sanctum, qui cōtulit eis pacem, & gaudium, & ceteros fructus spiritus, quos enumerat Gal. 5. d. Apostolus. Quibus facti constantes, & fortes, hostiles cuneos aggrediuntur, & Petrus vna die quinque milia, & alia die tria milia de Iudæis ad Christum conuertit.

Quibus gestis aiunt Apostoli: Absit vt domina nostra Christi Sponsa pedes amplius gradiatur, quæramus ei animal quo subuchente celerius, & honestius quocumque eundem est, referatur. Sed hoc nō erit equus, quia animad superbiæ, & discordiæ est, nec asinus, quia fatuus, & immundus, sed mulus, qui firmiter, & mature graditur. Mulus itaque sponsæ datur, quia populus ex Iudæis, & gentibus ad fidem conuersus est. Sicut enim mulus ex diuersis animalium speciebus nascitur, sic primitiua Ecclesia ex diuersis populis collecta est, videlicet ex Iudæis, & Gentibus, vel de præsumptibus, & desperantibus. Christus enim diuersis, & cōtrarijs infirmitatibus laborantes miro modo sanauit, & vno medicamine, id est cruce sua, eos, qui nimis confidentes, aut desperantes fuerunt, & adhuc sunt, qui dicūt, re mea contentus sum, & nulli vniquam per vim rapui aliquid, & similia, & quid est quare de vita desperem, & gehennam timeam? Sed si isti attendunt, quod Christus, qui peccatum non fecit, nec dolus inuētus est in ore eius, morte tamē turpissima, id est cruce vitam finit, deficiunt a superbia sua, & timore cōtriti, ad humilitatem, & ad communicandum passionibus Christi cōuertuntur. Sunt iterum, qui tot, & tantis facinoribus iniquitati sunt, vt sibi indulgeri diffidunt. Sed si ipsi attendant, quod Christus nō pro se, sed pro peccatoribus sustinuit, spem sumunt, & a desperatione sanantur. Atque Christus sua cruce, & præsumentes sanat, quia innocens passus est, & desperantes, quia pro peccatoribus sustinuit. Et ex his diuersis peccatoribus Ecclesia congregata mulus est, quem apostoli sponsæ præparant.

Et ei in talibus quiescenti, & per eos ad diuersa progredienti, dant calcem vnum, scilicet amorem sponsi, quo suos proficisci compellat. Dant, & flagellum quo retro percutiat, quia de perpetratis iniquitatibus anxiat. Multiplicata, & dilatata sancta Ecclesia, apostoli peracto agone sui certaminis de vita decedentes eam martyribus regendam committunt.

Illi autem pro ea viriliter decertantes, &

Oper. D. Bern. Tom. 11.

in defensione eius sanguinem suum fundentes, dicunt: Apostoli multo vno dominam nostram donauerunt, æquum est, & nos in ornatum eius, & decorem aliquid conferre. Et quia iam æstas incaluit, grossioribus indumentis non est oneranda, nouum aliquid faciamus ei decoris, & subtile, varium scilicet mantellum, rubea purpura coopertum. Varium istud mantellum, sunt sancti martyres ex parte virgines, quod signat album, ex parte viduæ, vel coniugati, qui signantur medio colore, & vario. Rubrum superponitur, quia pro Christo trucidati sanguine respurgantur. Et hi suis temporibus viriliter rexerunt Ecclesiam, prouexerunt, & munierunt.

Quibus decedentibus successerunt sancti doctores, & magnifici confessores: Ambrosius, Hieronymus, Hilarius, Augustinus, & similes. Videns autem Diabolus aperta bello, quod contra Ecclesiam tempore apostolorum, & martyrum gesserat, se nihil profecisse, sed eam tribulationibus magis creuisse, & profecisse, ad fraudolentias, & occultas persecutiones conuertitur, scilicet, vt aliquos ex membris eius seducat, per quos negocium suæ malitiæ tanto efficacius quanto occultius peragat. Instruit itaque Artium suis artibus: Pelagium, & Fotinum, & his similes, qui ministros Christi se simulant, sponsam eius longe in deuium ducant. Quod percipientes sancti doctores, occurrunt, disputationibus, confingunt, confutant hæreticos, & dominam suam ad viam veritatis reducant.

Cui reductæ, quia dum per deserta Artij, & deuia Pelagij graditur, vestes eius aliquantum attritæ erant, paludamentum de samito faciunt, id est vita sua pudica, & honestis suis moribus eam adornant. Ecce iam victus hostis, & in apertis persecutionibus, & occultis hæreticorum seductionibus. Iam sponsa nullo contra occurrente, cum multo comitatu graditur, adhuc tamen coluber tortuosus eam spoliare conatur, & cum iam in via non possit, iuxta viam laqueos parat, ibi tentatoria sua erigit.

Et hic quidem trapezitas suos cum multo auro, & argento exposito sedere facit, illic autem venditores vestium cum multo, & vario apparatu diuersorum ornamentorum, alibi vendentes cibos omnium generum collocat, alibi vendentes, vina, & omnium potionum genera, tabernas disponit,

Nu 3 alibi

alibi triumphales arcus gloriatum in pompa seculari erigi, choreas puellarum, & omnium incitamenta libidinum ostendit. Qui sapiens est, cum sponsa graditur, sponsa recta via gradienti adhæret. Fatui & vecordes viam deserunt, & in tabernaculis diaboli esse iucundantur. Nam quicumque argentum diligit, aut specie capitur, & hæc Christo preponit in tabernaculis diaboli demoratur. Similiter qui veste preciosa, qui cibis lautioribus, qui vino mellito, & alijs rationum preciosarum generibus, qui in mulieribus, qui in iocis, in sæculi cautionibus delectatur, & hæc Christo preponit in tentorio diaboli est. Quid etiam dicam de illis, qui cum Ecclesiam Dei regere debeant, ingrediens viam, ea, quæ in tentorijs diaboli sunt, admirantes circumspiciunt, & concupiscunt, & non habentes unde concupita sibi comparent, ornamenta sponsæ suæ diripiunt, & in explendis malis concupiscentijs suis turpiter infundunt? Ita vendique lacerata circa humeros, ut parum quid de amictu, id est, paucos monachos, & paucos regulares canonicos, & de alijs generibus hominum ferè nullum retineat.

Sermo eiusdem ad clerum in concilio Rhenensi congregatum.

Graue est, quod mihi iniungitur, videlicet, ut doceam Doctores, instruam patres, præsertim cum scriptum sit: Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi. Sed præcipit mihi Moyses iste, cuius manus graues sunt, cui obediendum est non solum à me, sed etiam ab omnibus. Et plus quàm Moyses hic: Moysi commissæ sunt vna plebs Israelitica, isti autem vniuersa Ecclesia. Et plus quàm angelus hic. Cui enim angelorum dixit aliquid Deus. Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata, & in cælis? Secundum officium dico, nõ secundum meritum. Præter Deum non est similis ei, nec in cælo, nec in terra. Hic est Petrus, qui misit se in mare, cum alij discipuli nauigarent ad Iesum. Vnusquisque vestrum contentus est nauicula sua, hoc est archiepiscopatu suo, abbatiâ sua, prepositura sua, iste autem misit se in oēs archiepiscopatus, abbatiâs, preposituras. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus, illic repitibus, quorũ non est numerus. Et vobis dico fratres mei episcopi, multũ

exaltauit vos Deus. Vos estis sal terra, sicut dicit Dñs in Euangelio: Vos estis lux mundi. Ego dixi Dei estis, & filij excelsi oēs. Veruntamẽ sicut homines morie mini, & sicut vos de principibũ cadetis. Vbi sapiẽs, vbi scriba, vbi conquistor huius sæculi? Nõne sicut homines morientur? Et nonne sicut vnus de principibus cadent? Unde cadent, vel quod? De latere Domini in profundũ inferni. Fratres vobis mala magna restãt, mors videlicet, & iudicium. Dura est n. conditio mortis, & idcirco rarus est, qui velimori. Sed quæ cura mori, cum hæc sit via viuere carnalis? Eia quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, cum dicat Apostolus: Omnes nos representari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque rationem de his quæ gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum? Fratres, aliam synodum pronuncio vobis, vbi Dominus Deus sedebit in iudicio, & ibi omnes nos oportet representari, & ibi Deus iuste iudicabit orbem terrarum. Hic includitur iniustitia in marsupio. Sed iuste iudicabit Deus in illo iudicio, & ibi omnes oportet representari (nisi forte, quod dicitur, metia tur Apostolus) siue sit Papa, siue Cardinalis, siue Archiepiscopus, siue Episcopus, siue diues, siue pauper, siue doctus, siue indoctus, ut referat vnusquisque rationem de his, quæ gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Et si reddenda est ratio de his, quæ quisque gessit in corpore suo, heu quid fiet de his, quæ quisque gessit in corpore Christi, quod est Ecclesia? Ecclesia Dei vobis commissæ est, & dicimini pastores, cum sitis raptores. Et paucos habemus, heu, pastores, multos autem excommunicatores. Et vtinam sufficeret vobis lana, & lac, sititis enim sanguinem. Quattuor tamen his qui præsumunt in Ecclesia Dei, necessaria esse præ omnibus reor, videlicet, vt per ostium intrẽt vt in humilitate se contineant, avaritiã declinent, munditiã tam corde, quàm corpore seruare studeant. Sed quid prodest si canonicè elegantur (quod est per ostiũ intrare) & non canonicè viuant? Dixit Dominus ad duodecim: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis Diabolus est? Domine Iesu, cum esset electio illa in manu tua, & non haberes aliquem contradicentem, & reclamantem tibi: Quare elegisti diabolum episcopum? Cur bone Iesu, non elegisti bonum, & iustum, & sanctum, sicut Petrus bonus, iustus, & sanctus fuit? Vt si elegisti

1. Cor. 1. 6

Pf. 138. b
2. Cor. 5. b

Quatuor his qui præsumunt ne cessare.

L
10. 6. 6

si diabolus, cur te iactas elegisse? Fratres, sic facit Iesus hodie, eligens sibi multos diabolos episcopos. Vbi, pro dolor, reperimus episcopos, qui post adeptam dignitatem in humilitate se contineant. Nempe superbia eis occasio est, ut ad tantam dignitatem aspirent, ut in ouile Christi impudenter irumpant, cum tamen per psalmistam Dominus dicat: Non habitabit in medio domus mea, qui facit superbiam. Iesus autem in medio est, non in angulo. Vnde ipse in euangelio: Vbi duo, inquit, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Et

Ps. 100.
Matth. 23. c.
Luc. 4. c.
Ecclesi. 15. a.
Luc. 14. f.

iterum: Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Et in libro sapientiae: In medio inquit, Ecclesia aperuit os eius. Et rursus in euangelio dicitur: Steris Iesus in medio discipulorum suorum. Vt mihi domine Iesu, si tecum ero in domo tua, & non in medio domus tuae. At isti non sic. Sunt quidem cum Iesu, sed non in medio domus eius: quia

M. amant, & faciunt superbiam, parentes suos extollentes, pauperes autem negligentes, & deprimentes. Male viuunt, & subiectos male viuere volunt. Et idcirco comparantur A-

Isa. 34. d.
2. Reg. 25. c.
3. Reg. 12. f.
Matth. 23. b.

pollatae angelo, qui dixit in corde suo: Ponam sedem meam ad Aquilonem, &c. Quid est diabolus ad Aquilonem sedem velle ponere, nisi superbium quempiam, & impium super suos simile caritatis calore, vel sapientiae luce alienos principatum appetere, vel ademptum tenere? Talis erat Absalon super filios Israel, patri suo rebellis, principatum appetens. Talis erat Hieroboam, qui peccauit, & peccare fecit filios Israel vitulis aureis. Tales fuerunt scribae, & pharisaei, contra quos ait Dominus: Vae vobis scribae, & pharisaei, qui clauditis regnum caelorum ante homines, vos enim non intratis, & introeuntes non sinitis introire. Porro

episcopi huius temporis auaritia, quomodo declinet? Quod enim sine miserabili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, haec omnia in fornace auaritia conflata. Et profigant in acquisitionem turpis quaestus, & precium vniuersitatis suis marsupijs includere festinant: hoc solo sane à Iuda Iscariotis differentes, quod ille horum omnium molumentum denariorum numero compensauit: isti voracioni in gluuie lucrorum, infinitas exigunt pecunias. His insatiabili desiderio inhiant, pro his ne amittant, timent, & cum amittunt, dolent. Harum in

amore quiescunt, quantum dumtaxat liberum est eis arbitrium aceruandi, vel augmentandi cura. Animarum nec casus reputatur nec salus. Non sunt profecto matres, qui cum sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur, super cōtione Ioseph. Archipresbyter circuit obedientiam sibi creditam, & ut impleat saccum suum, tradit sanguinem iustum. Vendit nepe homicidia, adulteria, incestus, fornicationes, sacrilegia, perueria, & vsque ad summum implet manticam suam. Fama igitur volante innotescit episcopo talis quaestus, & accersito archipresbytero, da mihi, inquit, partem meam. At ille: Nihil dabo tibi. E contra episcopus: si non dederis mihi, inquit, partem meam, auferam tibi omnia. Fitque altercatio maxima & propter auaritiam fit discordia. Postea vero archipresbyter reuoluens secum quod auctoritate episcopi fungatur potestate ista, & quod sine gratia ipsius nihil possit, peruerse conuersus, poenitet, inquit me, accipe partem tuam, & insuper de mea, quod beneplacitum fuerit, & reconciliantur. Heu sicut Herodes & Pilatus reconciliati sunt, & Christus crucifixus est, sic nihilominus

Luc. 23. b.
B.

isti reconciliantur, & pauperes Christi spoliati sunt. En tempora ista plane foeda à negotio perambulante in tenebris, quapropter vae generationi huic à fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis, si tamen hypocrisis dici debet, quae iam latere praebundantia non valet, & praepudentia non quaerit. Et sic serpit hodie putrida tabes per omne corpus Ecclesiae, quo latius, eo desperatius, eoque periculosius, quo intestinarius. Nam si insurgeret apertus haereticus, mitteretur foras, & arefceret: si violentus inimicus, absconderet se quis forsitan ab eo. Non quomodo eicet, aut quomodo abscondet se? Omnes amici & inimici, omnes necessarii, omnes domestici, & nulli pacifici: & quae sua sunt, quaerunt omnes. Ministri Christi sunt, & feruiunt antichristo, honorati incedunt de bonis domini, cui honorem non deserunt. Vnde hinc est eis, quem quotidie vademus, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frenis, aurum in sellis, & in calcaribus. Plus nitet calcaria, quam alitaria. Inde mensae splendidae, & cibus, & scyphis. Inde comessationes, & ebrietates. Inde cithara, & lyra, & tibia, *Ps. 143. c.*
redundantia torcularia, & promptuaria ple-

Sermo ad Pastores in Synodo.

na, eructata ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. Huiusmodi sunt, & volunt esse Ecclesiarum præpositi decani, episcopi, & archiepiscopi. Nec. n. hæc merito cedunt, sed negotio illi, quod perambulatur in tenebris. Olim prædictum est, & nunc terapus impletionis aduenis. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrum, amarior post in celsitu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugari, nõ exterminari possunt, ita inualuerunt: ita multiplicati sunt super numerum. Intestina, & insanabilis est plaga Ecclesie, & ideo in pace amaritudo mea amarissima. Sed in qua pace? Pax est, & nõ est pax. Pax à paganis, pax ab hæreticis, sed non profecto à filiis. Vox plangens in tempore Israel: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi aut spreuerunt me. Spreuerunt & inualuerunt à turpi vita, à turpi quaestu, à turpi commercio, à negotio perambulante in tenebris. Superest, vt iam de medio fiat demonium meridianum ad seducendos, si qui in Christo residui sunt, adhuc persistentes in simplicitate sua, si quidem absorbit fluuios sapientum, & torrentes potentum, & habet fiduciam, quod in fluat Iordanis in os eius, i. humiles, & simplices, qui sunt in Ecclesia, ipse. n. est antichristus, qui non solum se dicim, sed & meridiem mentitur, & extollitur supra id, quod colitur, vt Deus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illum illustratione aduentus sui. Ecce diximus quales habeamus pastores in via hac, qua ambulamus, non quales habere oportet. Non sunt oēs amici sponsi, qui hodie sunt sponsi Ecclesie. Hinc inde assistere cernuntur, & vt vulgo aiunt, eam quasi ad dextrare videntur. Fauca admodum sunt, qui quæ sua sunt, non querant, et omnibus charis eius. Diligunt munera, nec possunt pariter diligere Christum, quia manus dederunt mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi, & ornati, circumamicti varietate, tamquam sponsa procedens de thalamo suo. Nonne si quæpiam talium repente amimus procedentem aspexeris, sponsam potius putabis, quam sponsæ custodem? Vnde vero hanc illis exuberare altimes rerum affluentiam, vestitura splendorem, mensarum luxuriam, congeriem vasorum argenteorum, & aureorum, nisi de bonis sponsæ? Inter hæc est, quæ illa pauper, & inops, & quæda relinquatur, sicut miseranda, inculta,

hispida, & exanguis, propter hoc nõ est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non est custodire, sed perdere; non est defendere, sed exponere; non est construere, sed destruere; nõ est pacere gratiam domini, sed mactare, & deuorare, dicente domino de illis: Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis. Et iterum: Quis comedit carnem Iacob, & locum eius desolauerunt. Et in alio propheta: Peccata populi comedit, quasi dicat, peccatorum precia exigunt, & peccantibus sollicitudinem non impendunt. Quem dabit mihi de numero episcoporum, qui non plus inuigilet subditorum euacuandis marsupijs, quam vitijs extirpandis? Vbi est, qui scetat iram? Vbi est, qui prædicet annu placibilem domino? Propterea relinquamus istos, quia non sunt pastores, sed traditores, & imitemur illos, qui viuentes in carne, plantauerunt Ecclesiam sanguine suo. Et quidem isti sortiti sunt ministerij locum, sed non zelam. Successores omnes cupiunt esse, imitatores pauci. Vtinam tam vigilantes reperirent ad curam, quam alacres currunt ad cathedrã, vigilarent utiq; sollicitè seruantes sibi creditam Ecclesiam, imò vero vigilantes pro semetipsis, nec inirent de se dicit: Amici mei, & proximi mei aduersum me a propinquauerunt, & steterunt. Iusta omnino quærimonia, nec ad vitam iniustus, quam ad nostram referenda aetate. Patrum est nobis pastoribus, quò seruauit nos, nisi & perdant. Grauitèr quippe de mensi obliuionis somno, ad nullam dominicæ commemorationis tonitruum expergiscuntur, vt vel suam ipsorum periculum expauescant: inde est, quod non parcunt suis, qui non parcunt sibi, perimentes pariter, & pereuntes.

Nunc vero d' gedit, episcopi vero, & sacerdotes huius temporis castitatis sanctimoniam (sine qua nemo videbit Deum) tam in corde, quam in corpore, quomodo student obseruare? Certe dominus dicit in euangelio ad episcopos, haud dubium in primitiua Ecclesia. Sint lumbi vestri præcincti, castitatem approbans non tantum, sed etiam imperas. Attestatus etiam hanc Spiritus sanctus in lege, qui nemini nisi mundis (& præcipue à mulieribus) panes propositionis edere sinebat. Vnde & Achimelech David regi de his panibus cum militibus sumere cupienti nõ prius concessit, quam eos mundos esse à mulieribus cognouisset, dicente regi David: Si de mulieribus igitur, mandati sunt

15. 18. d

15. 22. b

C. 15. 1. e

10. 4. 0

4. Th. 2. 2. Ibidem.

D

Pf. 52. 0 Pf. 78. b Ose. 13. 0

Pf. 37. 2

E.

Heb. 12. b

Lu. 12. d

1. Reg. 21. b

ab heri, & nudius tertius, iam tunc significante Spiritu sancto, neminem ad mensam Christi, ad illumq. panem angelorum debere accedere, nisi purificatum mēte, & corpore, ne quod gratia diuina fidelibus præparauit ad salutem, indignè sumentibus ad iudicium fiat, & condemnationem. Isti autem castitatis insignè qualiter custodiunt, qui traditi in reprobū sensum, faciunt, quæ non conueniunt? Quæ enim in occulto sunt ab episcopis turpe est dicere. Melius itaque arbitrator super hoc dissimulare, & superferre, quàm aliquid vnde scandalizetur innocentēs, & in experti, dicere. Sed ego cur verecundor dicere, quod ipsi non verecundantur facere, imò quod apostolus non verecundatur scribere, & prædicare? Dicit autem egregius prædicator sic: Masculi in matris sculos turpitudinem operantes, & mercedem sui erroris recipientes. Fratres, factus sum insipiens, vos me coegistis.

Rom. 1.
d

Sermo ad Pastores in Synodo congregatos.

Reuere[n]dissimi patres, & domini ecce lecta sunt verba sancti Euangelij in auribus vestris, & vtrinam diligenter intellecta ab vniuersitate vestra. Intellectus bonus omnibus faciendus est. Saculares in speculis suis visu cognoscere solent pulchritudinem, aut turpitudinem suam. Alterius generis est speculum vestrum, in quo magis auditur, quàm visu attendere quid deceat, & quid non deceat: quid impediatur, quid expediat, quid ex debito vestro officij vobis incumbat. Speculum vestrum sanctum est Euangelium. Considerate, obsecro, non vultum vestre natiuitatis, sed statum quotidianæ conuersationis considerate: & nolite abire negligendo, sed stetis diligentius inuestigando, & perscrutatis medullitas conscientijs vestris in testimonijs carum, aut gloriemini, aut terreamini. Nam sicut multis gloria, ita multis est ignominia testimonium conscientie sue.

Pf. 110.
b

G ecce sacrum Euangelium sub numero trium personarum includit multitudinem vniuersam prælatorum. Proposuit enim nobis bonum pastorem, mercenarium, & furem. Si boni pastores estis, gaudete, quia merces vestra copiosa est in cælis. Si mercenarij estis, timete, quia periculum vestrum grande est in terris: Si fures estis, ingemi-

scite: quia locus vester magnus est impoenis, nisi properaueritis ad pœnitentiam, & quæ vouistis Domino Deo vestro, dignè reddideritis. Vos maxime, qui in circuitu domini estis, & in conspectu eius offertis munera, & offertis, non corruptibilem auri, & argenti, sed preciosi sanguinis, & corporis agni immaculati. Quanta dignitate contulit vobis Deus? Quanta est prærogatiua ordinis vestri? Prætulit vos Deus regibus, & Imperatoribus, prætulit ordinem vestrum omnibus ordinibus, imo (vt altius loquar) prætulit vos Angelis, & Archangelis, thronis, & dominationibus.

Sicut enim non Angelos, sed semen Abrahæ apprehendit ad faciendam redemptionem: sic non Angelis, sed hominibus, solisq. sacerdotibus dominici corporis, & sanguinis commisit consecrationem. Omnes enim (sicut ait Apostolus) sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Sed longe excellentius est officium vestrum, quod admirabile est, & non solum in oculis vestris, sed etiam angelorum. Hæc sunt infelicissima tempora, quæ præuidit Apostolus Paulus: in quibus homines sanam doctrinam non sustinent, sed coaceruat sibi magistros ad desideria sua, in quibus à veritate se auertunt, & ad fabulas, & vanitates huius sæculi conuertuntur. Hæc sunt inquam, nouissima tempora, in quibus refrigescit caritas, & abundat iniquitas multorum.

Hob. 2. d

Hob. 1. d

2. Tim.

4. a

H

Quare hoc dico? Quia (vt audistis) tres personas, imò vt planius dicam, tria genera doctorum sanctum describit Euangelium. Primum genus aliquam quidem partem, sed vnumquodq. duorum sequentium copiosam, & perniciosam includit multitudinem prælatorum, sed illos defendit numerus. In primo solo genere abundat caritas, in alijs duobus omnino refriguit, vbi nimirum abundat iniquitas. Audistis proprietates singulorum. Bonus pastor est, qui ponit animam suam pro ouibus suis.

Ionn.

10. b

Mercenarius est, qui videt lupum venientem, & fugit. Fur est, qui mactat, & occidit. Bonus pastor non suam voluntatem facere, sed domini sui querit utilitatem. Ipsi soli querit fidem, ipsi laborat, ipsi honorat. Ipsi querit gloriam, non sibi. Regi enim sæculorum inamortali, inuisibili, soli Deo, honor, & gloria in sæcula sæculorum amen. Non nobis da tunc non nobis, sed nomini tuo da gloria.

Ibidem.

Ibidem.

1. Tim.

1. d

Ps. 117.

Nobis

Sermo ad Pastores in Synodo.

Nobis miseriam veniam, da gratiam, tibi
serua gloriam, utpote à quo est venia pec-
catorum, & gratia meritorum. Bonus pastor
in omni labore villicationis suae quatit non
quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, quod pro-
prium habet caritas. Vnde si quandoque ex-
cesserit, caritas operit multitudinem pecca-
torum: sed & ipse aduocatum habet in cae-
lis Iesum Christum Dominum nostrum, &
ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

Mercenarius est (vt diximus) qui videns lu-
pum venientem fugit. Querit ergo, quae sua
sunt, non quae Iesu Christi. Alioquin utique
non fugeret, sed sua, imò, & seipsum super-
impenderet potius, quam gregem suum ra-
ptoribus exponeret. Multi sunt mercenarij,
qui in prosperitate leuiter discerni non pos-
sunt à bonis pastoribus. Habent enim multa
cum ipsis communia: habuerunt namque sa-
nam electionem in ingressu, habent nihilomi-
nus mundam conuersationem in progressu,
pacem Ecclesiae amant, & quarunt, vtiliter
ac viriliter ecclesiasticis implicatur negocijs,
non recusant grauedines oneris: sed hoc
ideo, quia ambiunt gloriam honoris. Amat
enim primos recubitus in canis, salutarie-
nes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.
Multoies etiam, cibantur pane lacrymarum,
& vino compunctionis potantur ex recom-
datione peccatorum sicut testatur iunior fi-
lius, qui in regione longinqua consumpsit
omnem substantiam suam viuendo luxurio-
se. Vnde & dixit: Quanti mercenarij in do-
mo patris mei abundant panibus? Si panibus
abundant mercenarij, numquid fame per-
ibunt operarij? Operarios dico, qui quan-
to rariores in terris, tanto chariores in caelis
habentur: De paucitate eorum conqueritur
veritas, dicens: Messis quidem multa, opera-
rij autem pauci. Messis utique multa, & sa-
cerdotes multi, & mercenarij multi, sed ope-
rarij pauci. Pauci planè operarij, & admo-
dum rari inconfusibiles, qui aspicientes in
auctorem fidei consummatorem Iesum, quos
instruunt verbo sanctae praedicationis, non
destruunt exemplo prauae operationis, effi-
cacijs opere quam verbo praedicantes. No-
tandum vero, quod filius non dicit: Fac me
vnum de mercenarijs tuis, sed fac me, sicut
vni de mercenarijs tuis, vt videlicet ea sibi

officijs beneficia, quibus illi communicant
in praesenti. Inquit Esaias: Cibauit eos
ex adipe frumenti. Quos eos? Audi quod
praenuntiat: Inimici Domini mentiti sunt

ei. Hi sunt, quos dicebat ex adipe frumenti,
& melle satiat. Qui sunt illi? Mercenarij,
qui licet ad horam credant, in tempore ta-
men tetationis recedunt. Vnde patet, quod
amici sunt mundi. Amicus autem huius
mundi, inimicus Dei constituitur. Iterum
quaerunt, quae sua sunt, non quae Iesu Chri-
sti: & si non quaerunt, quae illius sunt, cum eo
non sunt. Et qui cum eo non sunt, contra eum
sunt, qui ipse ait: Qui non est cum me, con-
tra me est. Et qui contra cum sunt, inimici
eius sunt. Hi per exteriora mentiuntur Deo
de interioribus. Cum enim sane praedicant,
& mundè viuunt, sanitate loquuntur in-
tentationis, vt videlicet Deum habeant in cau-
sa, & omnia interiora eorum benedicant no-
mini sancto eius: cum tunc tamen non Deum,
sed mundum: non dominum, sed seipsos
habeant in causa. Mentiuntur potius Deo,
quam hominibus, ad cuius contumeliam
spectant tanta collatio gratiarum: quibus
non honorem Dei, sed honorem hominis
constatacquiri, nec caritati, sed cupiditati
deserui. Vnde operarij inconfusibiles
postulat, non duo tantum, sed tria, quia fu-
niculus triplex difficile rumpitur. Non enim
postulat disciplinam, & scientiam, quae pos-
sunt haberi, & mercenarij sed dicit: Boni-
tatem, & disciplinam, & scientiam dece me,
quae tria in solo filijs requiruntur. Quid enim
prodesset disciplinam habere in conuersa-
tione, scientiam in praedicatione, nisi ad se
bonitas in tentatione? Nusquam scriptum
est, aut carnis, obsequium, aut rationis scien-
tiam sufficere, sed bona voluntas sufficit. Sa-
nata ergo voluntate, vtilis eris, & pramiosa
tam castigatio carnis per disciplinam, quam
illuminatio rationis per scientiam. Propter
se praedictas ergo rationes, & alias huiusmo-
di diximus, quia in prosperitate mercena-
rius leuiter discerni non potest à bono pa-
store: quia dum pacis audent securitas, in-
tentationis eius periculis insidit. Nihil oc-
cultum, quod non reuelatur. Vasa figuli pro-
bat fornax. Elante vero aduersitatis, statim
quod insimul est intentionis, ostendit effe-
ctus operationis. Videt enim lupum venien-
tem, & fugit. Qui sunt isti lupi? Tyranni, &
raptores saeculi, qui propria tentati concu-
piscencia, vel ingenua compulsa maleuolen-
tia incedunt Ecclesias, vastant ouilia Chri-
sti, spoliant pupillos, & viduas, proscriptio-
nem inducunt pauperibus, Deum blasphemant
in suis operibus. Hi factis rapinis, fractisque

Ecclesijs,

1. Pet. 4.
b
1. Ioan.
2. 10

I

Matth.
23. 13

Lnc. 15.

Lnc. 10.

K

Ps. 80.

Lnc. 3. 6
Iac. 4. 4
Phil. 2. 6
Lnc. 11. 17

Eccle. 4. 6
Ps. 113. 6

Matth.
10. 6
Eccle. 27.
Ioan.
1. 6

M Ecclesijs, cum gladius ultionis in eis exercitur, veniunt vel blandiendo, vel comminando. Fugitque mercenarius, vel amore blandientis, vel timore persequentis. Vnde fugit? A reſtitutione iuſtitia, à deſenſione Eccleſiæ, à liberatione patriæ, ab ultione pupillorū, & viduarum. Quæ? Ad cuſtodienda, quæ poſſidet, imò à quibus poſſidetur, videlicet, maſcupia, horrea, cellaria, non vti que pauperibus reſeruanda, ſed euacuanda furibus, aut ignibus conſumenda.

Habet enim aliquis intra provinciam tyrannorum poſitos parentes ſuos, & blanditur proinde multoties raptoribus, vt parentibus conſulat: qui vt pacem habeant, & inter tyrannos floreāt, affligi ſancta permittitur Eccleſia, & iuſtitia conculcatur. Et quid dicam de furibus? Fures ſunt hæretici. Hi ſunt fures, & latrones, qui veniunt in veſtimentiſ ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Quotquot autem venerunt, fures ſunt, & latrones. Fures latenter nocendo: latrones aperte ſæuendo.

Hæretici praua dogmata diſſeminabant in populo, & peruerſitate doctrinæ ſuæ fidẽ catholicam obnubilabant, & inducebant ſimplices in errorem. Neminẽ veſtrumredo eſſe hæreticũ, omnes creditis in Deũ trinum, & vnum, quia paſſus ſit, & ſepultus, quia deſcendit, & aſcendit. Facit tamen hæc fides catholicum? Hac fide vti que dæmones eſſent catholici, quia (vt dicit Iacobus) credunt, & contremiſcunt. Verum vti que catholicum facit, non fides communis dæmonibus, & hominibus, ſed ea tantum, quæ cõmunis eſt hominibus, & angelicis ſpiritibus. Quæ eſt illa? Quæ per dilectionem operatur, de qua Apoſtolus dicit: Neque circumciſio aliquid valet, neque præputiũ, ſed fides, quæ per dilectionem operatur. Hac fi-

A
Gal. 5. a de ipſe præditus erat, cum diceret: Dum tẽpus habemus, operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domeſticos fidei, non ſeculi. Habetis hanc fidem? Vtinam. Sed hæc eſt fides, quæ vincit mundum, quia hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra. Dixerim vos vincere mundum, an vinci à mundo? Video Eccleſias veſtras male tractatas: video quaſdam ſemitas, quaſdam omnino obrutas: video in villis ſolitudinem: in agris ſilentium, & vbi que exterminium: video in militibus inſolentiam, in hominibus inobedientiam, & in omnibus inſipientiam. Libenter tamen ſuffertis hu-

iusmodi inſipientes, cum ſitis ipſi forſitan Sapientes. Suſtinetis enim quod vos in ſeruitutem redigant, quod deuorent, quod accipiant, quod ſuper vos extollantur, quod etiam in faciem quandoque, vos cædant, aut etiam reclusos carcere emungant argento. An hæc patimini, vt in patientia veſtra poſſideatis animas veſtras? Patientia enim nobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes: fructum cum gaudio reportemus.

Toleratis hæc, vt voluntatem Dei faciatis? Non vti que, ſed vt veſtram voluntatem propriam impleatis, vt carnis veſtræ licentius curam geratis, vt pueris veſtris, & parvulis commodius prouideatis, & villas tyrannorum in pace eorum inhabitetis, vt tentes nemoribus, & agros colentes. Propter hoc palpatis principes, & poteſtates tenebrarum harum, tam homines quàm dæmones. Homines, quia ad velle eorum loquimini, ad velle eorum ligatis, & ſoluitis. Ipſi ſũt ſemiepifcopi, ſemiarchiædconi, imò vt verũ fatear (ſalua pace omnium) ipſi ſunt ſupra epifcopos, ſupra archidiæconos, ſupra præſbiteros: & vere qui poteſtatem habent, hodie benefici vocantur. Palpatis dæmones, quia facitis eos in vobis ſimiles altiſſimo. Poenam, inquit, ſedem meam ad Aquilonem, & ſimilis ero altiſſimo.

Et ipſe, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, frigore iniquitatis ſuæ congelauit interiora veſtra, & vt fortis armatus cuſtodians atriũ ſuum in pace obtinet cathedrã voluntatis veſtræ, in qua debet aliſſimus reſidere. In terra, inquit, pax hominibus. Quibus? Magnæ ſcientiæ? Magnæ nobilitatis? Non, ſed bonæ voluntatis, & vbi pax, ibi Deus: quia in pace factus eſt locus eius, vnde patet quod ſedes eius bona voluntas eſt. Qui ergo non Deũ, ſed diabolum habet inhabitatẽ interius, & tyrannus, atque raptoribus deſeruit exterius, vincitne mundum? Imò victus eſt à mundo, victus eſt à diabolo, victus eſt à carne ſua. Infixus eſt in limo profundis, & non eſt ei ſubſtantia, vel potentia reſurgendi.

Domine Deus virtutũ, excita potentiam tuam, & veni, vt educaſ nos de lacu miſeriæ, & de luto fecis: operi manuum tuarum porrige dexteram. Educ de carcere animas noſtras, vt iam nõ obediãt mundo, ſed conſiteantur nomini tuo. Placabilis eſto ſuper officialibus tuis, qui tibi rationem reddituri ſunt de ouibus tuis. Veni domine, & noli tardare

Matth.
7. b

Iac. 2. c

Gal. 5. a

Ibid. 6. c
1. Io. 5. a

1. Cor.
11. d

B

Luc. 22.

c

1ſ. 19. d

Luc. 2. b

Pſ. 75. a

Pſ. 68. a

C

Sermo ad Pastores in Synodo.

tardare. Insanit diabolus, insanit hostis hu-
mani generis sciens, quod modicum tempus
habet. Fidem habemus: sed sine operibus
mortua est, & nos mortui cum ipsa. Auge
nobis fidem, vt in vicarijs tuis per dilectio-
nem operetur, quatenus ad imperium cor-
rū montes transferantur, & de obsessis ani-
mabus dæmones efferantur, vt de ipsis prius
eiciantur, quàm cum ipsis proiciantur in

Heb. 11. ignem æternum. Auge, inquam, nobis fi-
f dem: quia hæc est victoria, quæ vincit mun-
dum, fides nostra. Hac fide sancti vicerunt re-
gna, operati sunt iustitiam, extiterunt im-
petu ignis, effugarunt aciem gladij, conualue-
runt de infirmitatibus suis. In partibus no-
stris vbiq; ignis, vndiq; gladius. Quare non
operamini iustitiam? Quare non extingui-
tis ignem? Quare non effugatis aciem gladij?

Gal. 1. b Quare? Ratio in promptu est: quia nõ Deo,
sed hominibus queritis placere. Vnde Pau-
lus. Si adhuc hominibus placerem, Christi
seruus non essem.

Vos non conualescit de infirmitatibus ves-
tris, sed torpetis de ignauia vestra, nec de
malefactoribus potestis facere iustitiam.
Quare? Quia nulla est virtus fortitudinis
vestre, quoniam dissipat Dominus ossa eorū,

Pf. 52. b qui hominibus placet. Caro infirma, sed ossa
sunt fortia. Dissipauit ergo ossa, id est fortitu-
dinem eorum, qui hominibus querunt place-
re. Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos:

Ibidem. & vos confusi estis in actibus vestris, non
Pf. 118. honorati, sed onerari dignitatibus vestris,
p quoniam Deus spreuit vos. Spreuit. n. Deus
omnes discedentes à iudicijs suis. Fidem
habetis, sed ad opera vos inuito: vos maxi-
me, qui estis Vicarij Christi, qui estis pasto-
res animarum, qui alios debetis instruere,
non destruere. Vos, inquam maxime: quia
soli non potestis perire, qui perire debetis
docendo, & operando. Multi sunt catholici
prædicando, qui hæretici sunt operando.
Quod hæretici faciebant per praua dogma-
ta, hoc faciunt plures hodie per mala exem-
pla: seducunt scilicet populū, & inducunt in
errorem: & tanto grauiores sunt hæreticis,
quanto praualent opera verbis. Vnigenitus
est, qui est in sinu patris, nonne de secreto
suo prodijt ad publicum vestrum? Nonne
de celo descendit ad terras, vt prædicatio-
ne, & conuersatione sua persuaderet homi-
nibus cõtemptum mundi? Nonne vos estis
vicarij eius? Nonne quod prædicauit, &
vos debetis predicare, quod dissuasit, dissua-

dere: quod persuasit, persuadere? A Chri-
sto dicti estis Christiani. Nonne ea via, qua
Christus ambulauit, & vos debetis ambu-
lare? Nonne sicut conuersatus est, & vos vi-
carij eius debetis conuersari? Ita plano, nisi
forte doctiores eo fueritis, vel sanctiores.
Dicite ergo archidiaconi, dicite presbyteri,
dicant etiam pontifices. In frenis, in sellis
quid facit aurum? In vestimentis tantus or-
natus? In cibis tam superfluis apparatus? E
Esca ventri, & venter cisus. Deus autem & 1. Cor.
hunc, & has destruet. Multus erat nitor ve- 6. c
stium, & delicatus ciborum apparatus apud
illum diuitem euangelicum, qui inducitur
purpura, & bysso, & epulabatur quoti-
die splendide. Mortuus tamen est, & sepul-
tus in inferno. O dirum, & execrabile, & hor-
rendum sepulchrum, vbi est fetus, & stridor
dentium, vbi sunt aquæ niuium, vbi vermis,
qui non moritur, vbi ignis, qui nõ extingui-
tur. Hoc sepulchrum diuitem, sed sinus A-
brahæ pauperem Lazarum excepit.

Quis sapiens, & custodiet hæc? Vir infi-
piens non cognosceat, & stultus non intelli-
get hæc. Quis, obsecro, laicorum audiuisset
clericis quærit temporalia, & ineptius vti-
tus acquisitis? Cum tantum factum videant
laici in suppellectili clericorum, nonne per
eos potius inuitantur ad mundum diligen-
dum, quam negligendum? Medice cura te-
ipsum. Si mundum prædicas contempnen-
dum, contempne tu prius, & ad ipsam effica-
cius alios inuitabis. Da voci tuæ vocem vir-
tutis, consonet vita verbis: & statim erit in
ore tuo viuus & efficax sermo Dei, & pen-
trabilior omni gladio accipiti. Non sic pro-
fecto est, sed sicut populus, sic & sacerdos: si-
cut laicus, sic & clericus. Vterque cupit,
vterque diligit mundum, & ea, quæ in mun-
do sunt. Laicus tamen cum labore, sed cleri-
ci sine labore volunt possidere totum mun-
dum. Communicare volunt cupiditati, &
superfluitati hominum, sed nõ labori. Pecca-
re volunt, sed nõ flagellari cum hominibus.
Vnde timendum est, quod flagellentur cum
dæmonibus. Quomodo sæculares nõ expẽ-
derent substantiam suã, viuendo luxuriose,
etiam in præsentia sacerdotū, quomodo nõ
intenderent vanitatem, & lenocinijs huius
sæculi: quomodo nõ essent insolentes, & ca-
lati, cum tantum factum, tantam insolentiam
videant clericorum? Nonne in præ-
sentia eorum irreuerenter abutimini elec-
mosynis pauperum? De patrimonio crucis
Christi

1. Cor. 6. c

Luc. 16.

Pf. 106.

Pf. 91.

Luc. 4. d

Heb. 4. 6

Ibr. 4. a Christi non facitis codices in Ecclesijs, sed
 pascitis pellices in thalamis vestris: impin-
 guatis canes, adornatis equos, phalerantes
 pectora, & capita deaurando. Et verè in ca-
 pitibus omnium platearum dispersi sunt la-
 pides sanctuarij. Plateæ lata sunt, & lata est
 via, quæ ducit ad mortem. Lapidès sanctua-
 rij, id est sacerdotes, sunt in capitibus, id est
 in introitu Jatarum viarum; docent enim
 populos per praua exempla ingredi vias la-
 tas, quæ ducunt ad mortem, & demergunt
Isa. 1. b in profundum inferni. Dolor capitis in mè-
 bra redundat. Capita populi sunt sacerdo-
 tes. Omne caput languidum, & omne cor
 mœrens. Languent prælati Ecclesiæ in cu-
 piditatibus suis.

Quia ergo languor est in capitibus, mœ-
 ror oboritur in cordibus. Corda sunt Eccle-
 sia viri religiosi, qui honorem suum intelli-
 gètes, non respiciunt in vanitates, & infanias
 falsas, nec cõparantur iumentis insipienti-
 bus, nec similes sunt illis, qui plorantes plo-
 rant in nocte huius aduersitatis, ubi apud
Isa. 38. d prælatos Ecclesiæ inualefcit cupiditas, & cari-
 tatis refrigescit. Et merito clamat Ecclesia
 sancta hodie: Ecce in pace amaritudo mea
 amarissima. Multa est hodie, & longe gra-
 uior, quàm credi possit persecutio sanctæ Ec-
 clesiæ, & talis incubit, qualis à principio
 nõ fuit: Multis modis persecutus est eã dia-
 bolus, sed nunquã grauius, quàm hodie; quia
 nunquã fuit maior perditio Christianorũ,
 nec liberior, aut securior transgressio diui-
 norũ præceptorũ. Ecclesiã incipientẽ per-
 secutus est per tyrannos, proficientẽ per-
 secutus est per hæreticos, iam lætam, & florentẽ
 persequitur per motus illicitos. Tria sunt
 in anima, ratio, voluntas, sensualitas. Ratio-
 nis est iudicium, voluntatis desiderium, caro
 debet obsequium. Carnem ergo cruciauit
 in martyribus, rationem perturbauit in sim-
 plicibus, sed voluntatem hodie deprauat ge-
 neraliter in omnibus. Fuit ergo amaritudo
 Ecclesiæ, amara quidem in persecutione ty-
 rannorum, sed amarior in versuta hæretico-
 rum, sed amarissima hodie per prauitatem
 desideriorum. Væ qui dicunt pax, & non est
 pax. Pacem habet Ecclesia apud extraneos,
Hic. 6. c sed filij nequam, filij scelerati faciunt in ea,
 qui propriam matrem euaserant, vt se pa-
 riant in honorem. Pacem ubique habet
 exteriorem, sed interiorem in paucis ha-
 bet, quia ubique aut fere ubique iudicio ra-
 tionis non consentit voluntas, sed captiuam

eam ducit in lege peccati: quia etsi ratio sa-
 na sit in iudicio, voluntas tamen praua est
 in desiderio, in qua nimum refidet dia-
 bolus similis Altissimo, vt sup. diximus. Eui-
 gilate iusti, abijcite diabolum, & sedem Dei
 expurgate: quia iustitia, & iudicium cor-
 rectio sedis eius. Exigentibus iniquitatibus
 vestris egressus est de templo suo. Redu-
 cite eum ad templum sanctum suum. Tem-
 plum enim Dei sanctum est, quod estis vos.
 Anima iusti sedes, & templum Dei est.
 Dominus in templo suo facit mirabilia, & *1. Cor.*
 præbet oracula. Veniat ad templum suum *3. c*
 Dominator, quem quæritis, quo possitis
 dominari desiderijs carnalibus, & diabolicis
 resistere tentationibus. Veniat & An-
 gelus testamenti, quem vos vultis, qui an-
 nunciet vobis suam voluntatem, & confir-
 met promissam hæreditatem. Inducant
 eum in templum suum parentes eius, pater
 videlicet, & mater, & fratres eius. Qui sunt
 illi? Respondeat ipse: Quicumque fecerit *Mat. 22.*
 voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ip-
 se meus pater, & mater, & frater, & soror
 est. Pater generando per verbum prædica-
 tionis, vt dicit Apostolus: Ego per Euan- *1. Cor.*
 gelium in Christo vos genui. Mater parien- *4. d*
 do per exemplum sanctæ conuersationis.
 Frater, & soror castè diligendo in amore
 fraternitatis. Hi parentes estis vos, aut esse
 debetis. Statuit vos populus mediatores in-
 ter se, & Deum, vt vobis loquatur Deus, &
 vos ad illum. Ideo dant vobis elemosy-
 nas, & primitias suas, vt vestris precibus, &
 meritis propitiatur eis Deus, & introducan-
 tur ad illum. Sed eum quem vobis redditis
 offensum, qualiter alijs reddetis placatũ?
 Non est munda coram Deo oratio vestra.

Quærite ergo vos parentes Iesu Christi,
 qui adducant eum ad vos, & inducant in
 templum suum. Quærite eos, qui volun-
 tatem Dei ex corde faciunt, qui contem-
 pserunt vitam mundi, qui castigat corpus
 suum, & in seruitutem redigunt, non vt ho-
 minibus, sed vt Deo placeant. Non solum
 recipere, sed diuidere sciatis elemosynam,
 Facite, & vos vobis amicos de mammona
 iniquitatis. Non solum loquimini, sed & *Lut. 16.*
 operemini bonum ad omnes, & vt dicit *b*
 Apostolus: Beneficentiæ, & communionis *Heb. 13.*
 nolite obliuisci: quia talibus hostijs prome-
 retur Deus. Inducant proinde Iesum in
 templum suum per iustitiam, & perducant
 per iudicium. Aperite ei portas iustitiæ,
 aliquin

alioquin non ingreditur ad vos. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Vestrum est facere iudicium, quia sanatores estis orbis

Sap. 8. a
Pf. 57. a terrarum. Diligite ergo iustitiā, & recte iudicate filij hominum. Quid dubitatis? Apprehendite disciplinam, & contineatis vos à pravis operibus vestris, iustitiam habēdo ac faciendo, quia qui continens est iustitiæ, apprehendet illā, & obviavit illi quasi mater honorificata. Sine iustitia nō solum res publica, sed nec parva domus subsistere potest. Quare timetis principes, & potestates tenebrarum harum? Quare vos illis subijcitis? Vultis exaltari in terra, vultis exaltari in gentibus? Apprehendite, & facite iustitiā. Apprehendite continēdo vosmetipsos facite humiles, & pauperes iustificando, & profecto in iustitia exaltabimini. Dicit enim Psalmista. Et in iustitia tua exaltabuntur.

Ecc. 1. 5.
a

K Qui? Beatus scilicet populus, qui scit iubilare. In iubilo dicuntur voces consonant. Sciunt ergo iubilationem, qui sciunt pacem gentibus dare, & liberare populū Dei, & unitatē populorū servare in vinculo pacis. Hi tales Domine, non in tenebris huius mundi aberrabunt, sed in lumine vultus tui ambulabunt: nō in sua facie, sed in tuo nomine exultabunt: nō in tyrannorum amicitia, sed in tua iustitia exaltabuntur. Timetis cōcuti à leonibus si iustitiam timueritis? Daniel in lacu leonū clamat: Et non nocuerunt mihi. Quare? Quia iustitia corā Deo inuenta est in me. Iustitia plena est dextera tua. Per dexteram spiritualia: per sinistrā accipiuntur temporalia. Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra autem diuitiæ, & gloria. In iudicio ad sinistrā eius erunt hæc, quibus dat in hoc sæculo gloriam, & diuitias ad dexteram autem agni, quibus preparata est longitudo dierum. Nolite sitire munera in sinistra eius, quia qui desiderant eius sinistrā in hoc sæculo, collocabuntur ad sinistram eius in iudicio. Adhærete dexterae eius, ut in iudicio ad dexteram eius sedeat super sedes iudicantium, & in propria non propria virtute, sed virtute dexterae eius superborum & sublimium colla prematis: quia dextera Dei fecit virtutem.

Pf. 88. c
Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Dan. 6. f
Pf. 47. b

Pro. 3. b
Matth. 25. d

Pf. 117.

L Vultis tamen de manu eius accipere duplicia, id est, spiritualia & temporalia? Primum quarite regnum Dei, & iustitiam eius quod est dextera, & hæc omnia adijciuntur vobis, quæ sunt sinistra. Primum querite regnum Dei, ut in interioribus vestris habiteat

& regnet Deus. Deinde iustitiā eius, ut lege ex ore vestro requirat, & assumat populus: & ex tanta gratia meritorū retribuetur vobis gloria præmiorum, quam nec oculus vidit, &c. Et præter hæc adijciuntur vobis hæc temporalia: quia gloria & diuitiæ in domo eius. Cuius eius? Haud dubium quin iustæ generationis, de qua præmissum est: Generatio rectorum benedicetur. Benedicta in prædestinatione, benedicitur in iustificatione, benedicitur in glorificatione. Benedictio domini super caput iusti, quia misericordia domini ab æterno per prædestinationem, & in æternum per glorificationem. Facite ergo iustitiam, nō tamen pro vestro arbitrio, sed dictante iudicio, quia iustitia & iudicium correctio sedis est. Si tantum faceretis iudicium, nec aliquod haberetis dominium, iudices tantum essetis, non iustificatores, & ideo iustitiam facere non possētis. Propter hoc qui dedit vobis iudicium, dedit, & dominium, ut prædixit Propheta: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Duplex est dominium prælatorum. Habent enim claves Ecclesiæ, quibus claudunt & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. Habent & regalia, quia Domini sunt vultum, & oppidorum. Nec solū episcopatus, sed & consilatus habent, ut nescito cui dicitur: Quid ultra de eis facere, & non fecerit. Sed quod datum est illis in adiutorium, factum est illis in scandalum.

Pf. 111.

Ibidem.

Pro. 10.

Pf. 101.

Pf. 96. a

Sap. 3. b

Isa. 5. c

M

Super Salve Regina sermo.

Salve regina misericordiæ, vita, duccedo, & spes nostra, salve. Domine fabia aperies. Dominus tecum, & tu incum. Dignare me laudare te. Sub tuam protectionem confugio, ubi virtutem acceperunt infirmi. Esto mihi turris fortitudinis à facie inimici. Te nostra vox primum sonet, & ora solvamus tibi. Duke canticum ac nobilissimum melos quod in honorem sanctæ Mariæ: quater in anno ordo noster deuotissime concinit, ad ædificationem nostram discutendam fratres assumpsimus, quia speciali dulcedine multa refectum masticatione continua reperimus. Nam à summis labis canticum istud effusum venit.

Habet enim fundamentū. Fundamentū eius in montibus sanctis. Fundamentū eius lateræ dulcedinis suavitas est. Et ubi hæc, nisi

nisi in montibus sanctis? Hoc est in mentibus nostris. A sanctis compositum, à sanctis institutum, digne frequentabitur etiã à sanctis. Et vere nisi à religiosis, & affectione sancta feruētibus nec subtiliter intelligi, nec efficaciter poterit decantari. Est enim tā suauē ad gratiam, tam secundum ad sensum, tā etiam profundum ad mysteria. Tale enim est, quod à nobis cōsiderari, & discuti, prout dignum est, non valeat. Ex eo autem, quod suauiter sonat, mulcet affectum, & de sensuum vbertate mentē impinguat, & in sanctam sanctorū aduocatam scilicet nostram dum eam, quasi presentē, salutat, omnia interiora nostra medullitus inflammat. Oportet. n. vt nobis presentē esse dicamus, quam presentē salutamus, & totā animę nostrę trinitatē in eā dirigamus, quam tam deuotissimis precibus exoramus. Agnoscit certe, & diligit diligentes se. & prope est in veritate inuocantibus se: presertim his, quos videt sibi cōformes factos in castitate, & humilitate: si tamen caritatem adiecerint, & totā sp̄ suam (post filium suum) in ea posuerint, & toto corde quaesierint, orantes, & frequenter dicētes: subueni domina clamantibus ad te iugiter. Non aspernatur affectum precum ingens desiderium, inundationem lacrymarum, assiduitatem precum quorum libet quamuis peccatorum: si tamen lauerint à malitia cor, dissoluerint colligationes impietatis, soluerint fasciculos deprimētes, dimiserint qui fracti sunt, liberos, & omne onus diripuerint. Data est ei potestas in celo, & in terra, quā posse potestas est, & in manibus eius vita, & spiritus nostrī, & oculi omnium Christianorum in eam sperant, & ipsa dat eis eicā gratiæ (quæ plena est) in tempore opportuno. Leuētus ergo fratres cor nostrū cū manibus ad eā, & appropinquemus ei passibus amoris, immolātis ei hostiā laudis, reddentes ei vota nostra de die in diē, de hora in horam, dicētes assidue: Salue regina misericordię. Quis mihi digne huic carminis referabit sacramentum? Quis mihi digne explicet tā insolitæ saturationis exordium? Origo fontium, & fluminum mare, virtutū auctrix, & scientiarū scientia sanctarū Maria: quia sicut sol vniuersā cæli luminā p̄cellit prerogatiua claritatis eximia, sic ipsa totam rationālē creaturā (post filiū) p̄cellit splendore virtutis ac scientiæ. Ad eā nō incōgrue pertinere dicimus, quod scriptū est: Quam bona domina Israel, his, qui

recto sunt corde. Qui recto corde, & recte in omnibus consentiūt, hi recto sunt corde. his aduocata nostra sola bonitate sua agente presentię suæ tantā plerumq; copiam exhibet, & quā sit orabilis, exhibitione imperitæ gratiæ docet, vt innouati spiritu proclamēt per consolationem experiētię, Salue regina misericordiæ. In his intelligentia non capitur, nisi quātum experientia sapit. Sola vnctio spiritus docet hæc. Plus valet hic iubilus cordis, quā strepitus oris: motus gaudiorum, quā sonus labiorum: consonantia voluntatū magis quā vocū. Pro huiusmodi dicere cautum duxi, quis mihi carminis huius referabit sacramentum? Quis pro raro dici solet. Rara siquidem auis in terra tantā promereri familiaritatē in oculis maiestatis, quatenus experientia indulgētæ gratiæ, presentiam illius agnoscens quis valeat exultans dicere. Salue regina misericordiæ. Iuste regina mundi, & regina cæli dicitur, per quam vtriusq; creator, & rector generatur. Verū quo pacto dicitur regina misericordiæ, cum misericordia non substātia sit, sed pietas supernæ clementiæ, vel affectio benigna rationalis creaturę? Metonymice ergo poterit intelligi, hoc est per efficiētē id, quod efficitur, vt opus misericordiæ pro misericordia intelligatur. Opus misericordiæ, reparatio naturæ. Misericordia dñi plena est terra viuētū, & morientū, quod angeli creati, quod confirmati, homines plamati, & reparati, misericordię est, quę ab æterno, & vsq; in æternū primordialis ipsa cā omnium, & causalissima causarū. Effectus huius est opus saluandorum, salus hæc est adoptio filiorum Dei: quorum regina sancta sanctorū, cuius virginis partus eorū esse omnium Regina, glorię nomen, & honoris, magnificentiæ, & decoris, dulcedinis, ac pietatis, amoris, & honorificentiæ, sublimitatis, & potentiæ, gubernationis, & iustitiæ defensionis, & gratiæ. Sancta sanctorū hæc oīa nobis, & pro omnibus nobis, cui decantamus assidue. Salue regina misericordiæ. Possumus et sic intelligere, quod regina misericordię, dicitur, vt soli tribuamus diuinę misericordię, & nō meritis, quod super omnem creaturā ipsa sanctitate, ac dignitate, præcellens, reginæ vocabulo, & honore sublimatur amplius, & iā in hoc cōueniēter vocatur regina misericordiæ, quę diuinę pietatis abyssū cui vult, & qñ vult, ac quō vult creditur aperire, vt quis enormis peccator

Matth.
28.

B

Ps. 73.

C
Isa. 1.

Iob. 40.

2. Th. 2.

cator non pereat, cui sancta sanctorum patrocini sui suffragia præstat. Ea propter dicamus singuli, dicamus assidue: Salus regina misericordiae. Sequitur. Vita dulcedo & spes nostra salus. Ordo pulcherrimus: dulcedinem vita præcedit, spes sequitur. Non enim sapias nisi viuas, nec sperabis nisi viuas, & sapias. Et sapor sedes est dulcedini, gustus sapor. Breuitati stupendum statuimus, & ideo de vario vitæ statu dicere superfedemus. De illa vita hoc in loco dictum est credimus, de qua Ioannis Euangelium loquitur. Qui manducat me, & ipse viuor propter me. Quidni viuat, qui vitam manducat? Ego sum, inquit, vita. Et beatus qui manducat panem hunc in regno Dei, quod intus est. Regnum Dei caritas, gaudiū, pax. Et vita, & panis, & caritas, vnum sunt. Magnæ deliciae caritas, quæ foras mittit timorem. Qui manet in hac: & manducat eam, & manducatur ab ipsa. Ipsa est, quæ pascit inter ilia, pascit, & pascitur, & nos, & à nobis. Quomodo, inquis? Si diligit Deus nos, in se frauset nos, & econuerso. Oibus iste caritas Dei, & Deus virtutū, & scientiarum fons, vitam præstat animæ, quæ nunc est, & futuram. Et hæc nobis in sanctorum metonymice, scilicet quæ & vitam hæc nobis operit, & precibus infundit. Hæc est de qua dicit apostolus: Mihi viuere Christus est, & viuor in me Christus. De hac in Deuteronomico circuncisione carnali: Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ. Vita hæc dat dulcedinem, sed seipsam de seipsa: Si inueni gratiā in oculis tuis (ait Moyses) ad plenitudinem gratiæ ostende mihi te ipsum. Et econtra. Ego omne bonum ostendam tibi. Vnum petit, & re promissa est omnimoda plenitudo. Quid tam diuersum, quam vnū, & omnia? Sono diuersum, te vnum: diuersum pronuntiatione, vnū identitate. Deus ergo omne bonum, & summum bonum: et dulcedo, & dulcedinis genus generalissimū. Qui eduat me, adhuc esurient, inquit: & qui bibunt me, adhuc sitient. Quare? Quia bonus, & dulcis. Bonus Deus Israel rectis corde, sed & dulcis, & rectus. Nec bonitas nec iustitia sine rectitudine. Qui bibit de illa, sitiet iterum: de ista qui biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Si quidem apud ipsum fons vitæ, & ipse fons vitæ: & iam fluminis impetus, qui leuofeat ciuitatē Dei. Esto ciuitas Dei, & iustificabit te impetus hic. Pa-

rat. n. in dulcedine sua pauperi Deus. Fructus n. dulcis gutturi, & guttur eius suauissimū, in effabilia otia. Hic calculus est, quem nemo seit, nisi qui accipit. Sunt enim in illa internæ festiuitatis gaudia, quæ quotidie mentibus nostris per inspirationē sui amoris imprimit in cœna, & æterna dulcedo. Nota, inquit, feci vobis omnia quæcumque audiui à Patre. Et id Moysen. Oe non ostendā tibi. Oia que audiui à Patre, & quæ promittit Moyse, vnus denarij est, qui promittitur laborantibus in vineis, & vna illa, quæ petijt David, & vnū illud, quod necessarium est: Mel est quod fugit Israel de petra, & oleū de saxo durissimo. Gaudiū est, quod nemo tollit, osculū est, de quo scriptū est: Osculetur me osculo oris sui. Internæ suauitatis gustus, ac dulcedo est, & manna absconditum, & thesaurus absconditus in agro, cui comparatū omne dulce amarū: omne decorū, foedum; omne iucundū, triste: omne preciosum, vile, sordidum oē, quod desiderabile est in oculis amatorum mundi fluentis. Nam preciosam Margaritam datis omnibus terrenarum rerum delectamentis sancta tractarum comparauit, & nobis in filio preparauit, & preparat semper interueniunt nobis orantibus oleum effusum dulcedinis huius. Non erit abs te, sed valde optimum si ipsam reginā misericordiae vitæ, & dulcedinē nostram dicamus, qui minus experti adhuc vitæ huius, ac dulcedinis sumus, sed per ipsam speramus nos posse cōsequi quidquid totius bonitatis factor dignatus fuerit gratiæ nobis impertiri. Sequitur: Spes nostra salus. Spes est in virtute quasi scintillatio in fomite. Sine fomite durare non pōt scintillatio. Subtrahe fontem, interit, emortuit. Subtrahit, viuor. Haud secus, spes ruit sine fundamento, sine pabulo moritur, in eadā deficit, extinguitur sine nutrimento, arefcit succisa radice. Spes enim sine vita virtutū, & deuotioni dulcedi ac nō est spes, sed præsumptio. Inter timorē & securitatē spes media est: & est spes incerti nomeh boni. Vita & dulcedo exterminat faciem timoris, securitati dant fortitudinē, dant decorem. Ea propter dicit Deo: Singulariter in spe constituisti me. Et in pace in id ipsum, dormiam, & requiescam. Est enim sulcita floribus, & stipata malis caritas illius, qui foras mittit timorem, & dicit. Leua tuus sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Laua, comminatio supplicij: dextera,

Ioan. 6. 8
Ibidem.
14. b

E
Phil. 1.

Deu. 28.
Exo. 33.

Ecol. 23.

IOANN.
156

Deu. 32.
Cap. 1. a

Psal. 4. b

Cap. 2. a

dextera promissio regni. Inter has spes cubat in molli strato caritatis, vita & dulcedo sternunt hoc, & hoc est medium illud in ferculo Salomonis, de quo scriptura ait:

Ibid. 3. Media autem caritate construit. Vides nunc sublimitatem carminis huius. Primo ponit vitam, quæ est in integritate virtutum, secundo dulcedinem spiritualium gaudiorum, deinde spem in æternorum. Omnia hæc regina misericordie, domina mundi, regina ælorum contulit mundo, virgo virginum, ianua sanctorum, lumen cæcorum, iudicium gloria, peccatorum venia, desperatorum reparatio, deficientium fortitudo, salus orbis, speculam totius integritatis ipsa intercedat pro peccatis nostris præstante domino filio eius, & vnico, cuius verbum, & imperium sine fine permanet in secula seculorum, Amen.

Sermo, unde supra.



linguæ centum resonarēt, oraque centum, ferrea vox mihi Maria, nil dignum tibi dicere possum stella maris, quæ virgo beata vocaris.

O quam te memorem virgo, quibus laudibus efferam? Infandissima lingua mea, quæ coinquinata est cum mortuis, macrimosa labijs, nec purgata igne altaris, inquietum malum, habens in naribus spiritum, rimis afluens vadique, quid dignum laudis laudibus tuis poterit immolare? Eleuata est misericordia tua super cælos, & super omnem terram gloria tua, ita vt nec in cælo inueniatur creatura, quæ tuam digne laudare queat magnificentiam, nec in terra sit, quæ gloriam tuam exprimere valeat. Nemo enim in cælo nec in terra inuentus est dignus aperire librum prerogatiuarum tuarum, & digne soluere septem signacula eius. Plenitudinem gratiæ aduentum spiritus sancti in te, virtutis altissimi obumbrationem, verbi conceptionem quod sine grauamine grauida, sine dolore puerpera, virgo pariter, & sæcunda, quis enarrabit? viri diuitiarum multi, de ciuitate domini virtutum miserunt manus suas ad hæc fortia, & tamen altitudinem diuitiarum harum ad liquidum comprehendere non potuerunt, quia inuestigabiles viæ ista, & inscrutabilia vniuersa. Conati sunt, & nõ

Oper. D. Ber. Tom. 11.

datam est vltra. Dum adhuc ordinentur, succisi sunt.

Quis enim loquetur potentias has domini, auditas faciet omnes laudes eius? Esi gne nullus, quisque tamen pro viribus.

Pro se quisque vini summa certabat opus, vt ait quis. Denique currebant omnes in chore vnguentorum tuorum. Trahe & nos post te, sancta sanctorum. & ostende lumen miserationum tuarum. Sub vmbra alarum tuarum nos protege, ad te enim clamamus exules filij Euz. Secunda carminis huius, quod explanandum assumpsimus, incipit, quod in modum dragmatis nobis videtur esse compositum.

Quis enim diuersarum personarum affectus hic loquitur, hic perfectorum, & adhuc in melius proficientium status inuenitur. Vita siquidem, quæ animatæ integritate virtutis, suauitas internæ dulcedinis, sanctæque spei tanta præsumptio, quod nisi fructus spiritus sunt, & attentiones virtutis? Emeritorum militum donatiua sunt hæc, & diuturni certamenis merces accumulata. At deploratio exilij, patriæ desiderium, originalis peccati poenalis, punctio, incipientium, seu proficientium indicia sunt.

Curata vitæ huius exilium, fucum vanitatis, patriam, solidum veritatis. Fucus vanitatis, aitor gloriæ temporalis, solidum vanitatis, immobilis cognitio æternitatis. Fucus vanitatis, splendor arridens creaturæ visibilis, solidum veritatis, inextinguibile lumen internæ dulcedinis.

De hac patria quidem sapiens ait. O veritas exulum patria, exilij finis, video te, sed non sinor indignus admitti, peccatis sordens. Quosque odoramus, & non gustamus, proficiscentes ad patriam, & non apprehendentes, suspirantes, & de longe saltantes? Primus itaque homo ad hoc conditus fuerat, vt si non peccasset, per contemplationis præsentiam vultui creatoris semper assisteret, & solidum veritatis agnosceret, agnitionem amaret, amatum teneret, & tenendo frueretur, semperque ei ad hærendo qui immortalis est, etiam vitæ ipse sine termino possideret: Verum enim & summum bonum hominis, plena videlicet, & perfecta agnitione creatoris.

Sed circumscriptus a stute serpētis, & deceptus fucos vanitatis, specie videlicet creaturæ visibilis, ab Hierusalem in Hierico de-

scendit, fontem veritatis acseruit, affectum
 pulchritudinis terum inclinavit, & statim
 ignorantia cecitate percussus foras veni-
 ens ab intima luce contemplationis factus
 vagus, & profligus super terram. Vagus
 licet per motum matam concupiscentiam, pre-
 fugus per peccatum em conscientiam, quia
 mentem quam diuinum auxilium deseruit
 cumque tentatio impetierit, subuertit
 Cor ergo hominis, quod prius diuino amo-
 ris affixum stabile peristit, & vnum aman-
 dum permanit, postquam per desideria
 terrena defluere coepit, quod tot sit
 in exilio maiestione statim, quod
 diuines inuenit. Sicque fit, vt mens,
 que pulchritudinem, dulcedinem,
 securitatem, ac perpetuitatem prima lucis
 amare nescit, numquam valeat esse stabilis,
 quia gaudium permanens in his, quae in fu-
 co vanitatis amplectitur non inueniens,
 dum se semper desiderio extendit, sequens
 quod assequi non valet. Fluctuans in exi-
 lio numquam requiescit. Modo valis ou-
 logum elapsa, curiosos motus patit, & re-
 rum immensitatem in massa, & mole consi-
 derat, modo rerum pulchritudinem in situ
 & motu specie, & qualitate inuestigat, mo-
 do rerum vtilitatem per necessaria, commo-
 da apta, & grata, percontat. Nunc
 ribus erumpit, & per olfactum odoris varij,
 suauiua oblectamenta requirit. His pasta au-
 rium per organa procedit, & dulce melos
 harmonica, organica, arithmetica discipli-
 na capta per auditum in uentris trahit. Ta-
 ctu quoque subtilia, leuia, & lenia palpan-
 do discutit, & in aula memoriae palpando
 desiderata reponit. Nec minus gustu fau-
 cium praebat varietatem saporum. Hic ho-
 dos suos mens, quae se ignorat. Deum, pa-
 scit iuxta tabernaculum pastorum per res
 temporum, & temporalium vanitatum. me-
 dicans ex ea (quae praeterit) figura huius
 mundi, vnde suam famelicam curiositatem
 aliquate non cohibetur.

Comparata est cum iumentis insipienti-
 bus, & nullo facta est illis, quia cum in ho-
 noie esset, non intellexit, quod limus esset,
 honoris fastigio delectata. Hinc nascitur in
 exilio vanitatis motus sine stabilitate, la-
 bor sine requie, cursus sine peruentione, ita
 vt semper inquietum sit cor, donec ad pa-
 triam veritatis se dire coeperit, egens, & de
 siliquis porcorum satiam desiderans, quous-
 que ad patris domum suspirauerit, vbi mer-

cenarius abundat panibus, & omnes dome-
 stici vestri sunt duplicibus. De hoc exilio,
 sancta sanctorum, ad te clamamus exules
 filij Euae, vt interuentu tuo, ducatu tuo,
 ad iugum tuum possimus ad cubiculum veri-
 tatis reparari. Scimus proculdubio, quia
 nil amplius habet homo de vniuerso labo-
 re suo, quo laboret sub sole, nisi vanitatem,
 & tamen praeter consuetudinis nexibus ir-
 reuoluit, per nos edire non possumus in veri-
 tatis libertatem. Non dicimus autem in hoc
 loco, veritatem, cognoscimus esse Dei, &
 eius quae secundum pietatem est tenenda,
 sed medium vnam vnam, & vnam, ac so-
 lidam, quod est in vniuerso amore. Quam-
 uis enim vnam ductores reparationem
 hominis, esse cognitione veritatis, & amo-
 rem virtutis, perfecta tamen virtus, vt non
 est sine cognitione veritatis, nec veritas sine
 amore virtutis. Vanus est, qui in vanitate
 est, aut in vanitate curiositatis, aut erroris.
 Vanitas curiositatis procedit a vanitate mu-
 tabilitatis, & generat vanitatem mortalita-
 tis. Prima causa peccati secunda peccatum,
 tertia poena peccati. Prima est in his, quae
 propter homines facta sunt, secunda in his,
 quae ab hominibus facta sunt, tertia in his,
 quae in hominibus sunt. Alia est in con-
 ditis, tertia in membris, alia in corpori-
 bus.

Vanitas erroris est in omnibus, quae fidei
 catholicae, & fidei doctrinae contraria sunt,
 & religionis contraria in illo solido ve-
 ritate, quod vera, & nolle hominis inter
 angustias patitur, & nimis coarctat, non
 contingunt. Veritas haec omnia sunt, quia
 se amplecti non capiunt, & ad veritatem
 exercitiam non perducunt. In hoc exilio
 omne pene genus hominum ab initio, vs-
 que ad aduentum regum colorum peregrini-
 nari delectabatur, & veritatis patriae suspi-
 rij nulli, seu desiderio recordabatur. Ipsa
 prima viam aperuit ad patriam, & verita-
 tem, quae vera patria est mundo generans
 dedit omnibus manifestam. Ea propter, &
 nos, d Regina misericordiae ad te clama-
 mus exules filij Euae. Clamor est alius oris,
 alius cordis. Clamor oris alta vociferatio,
 clamor cordis valida, & supplex ad Deum
 intentionis directio. Deus intus, homo for-
 ris. Ad eos qui foris sunt, clamor oris, ad
 Deum, & qui cum eo intus sunt, clamor
 cordis. Intus vbi? In spiritu. Qualiter in-
 quis? Duobus modis. Quibus? Cognitione, &
 amore.

Psalmus
 M

amore, teue atone, ac deuotione, acuto, & calido. Modis h. s. Deus cor inhabitat, non solus tamen. Voi enim fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquila. Ad quid? Vt renouetur sicut aquila iuuentus cordis. Ibi & illa aquila grandis magna, cum alarū sancta sanctorum, in nocentia, & equitas exaudiuocata, si clamoribus, & oculis asidue fuerit excitata. Et nos admodum filij Eux transgressores, filij inobedientie, filij matris antiquae, ad te celsissimus regina misericordiae. Reuertere vultu tuo, nobis naturam tuam: reuertere intendendo eam, quam in Christicolas habes caritatem tuam: reuertere per singulare in nos a Deo datam potestatem tuam: reuertere per eam, quae non operatur nisi in plenitudine gratiae prerogatiua tuam, vt intueamur te, non talem, qualem desiderat angeli prospicere dicentes: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, sed intueamur te largientem bonaeuolentem conferentem remedia, medentem contentis corde, ponentem fortitudinem largientis ston, dantem coronā pro cinere, oleū pro lactu, palliū laudis pro spiritu mortis. Nec mediocri visio ista, piā te, & deprecabilem experiri, merentiumq; suspensa munere gratiae consolari. Sonet haec vox tua in auribus nostris. Vox haec tua quies, & haec facies tua decora. Nam in illo decore te videre, quo induit te dominus fortitudinem, & praecinxit te, non est huius temporis, nec temporis vitae, soltra vitiorum fetore sordentis. Stola immortalitatis te indutam videre, domina, indige funus, ostende nobis faciem miserationum tuarum, & saluauerimus. Quod ipse nos prestare dignetur, cuius regnum, & imperium, nec nunc permanet in secula saeculorum, Amen.

Sermo vnde supra.

IN freta dum fluij current, dum montibus vmbrae lustrabunt, conuexa polus dū sydera pascet, Semper honor, nomenq; tuum laudesq; manebunt, Spes mea, virgo pia, virgo sacra, virgo Maria. Et non amplius? Amplius multu, & per oem in motu Nam in aeternū, & vltra non deficiet laus tua de ore hominū, etiam, & angelorū. Celi enarrat gloriam Dei. Et quae maior in omni gloria Dei, quam ineffabilis plemitudo celi? Et vos cum ipsa id est cum angelis, & archangelis, cum thronis, & domina-

tionibus, cumque omnibus sanctis exercitibus, hymnum gloriae sanctorum canentis. Illi gloria, nos hymnū gloriae, illi gloria, quā praesentes videat, in iubilo cordis, & voce enarrant, nos hymnum tantummodo gloriae, in memoriae cruciatibus abundante, & iustitiae tuae. Et opera manuū eius annuntiat firmamentū. Fiat, inquit, firmamentum, & diuidat aquas ab aquis. Omnibus firmamentis firmius firmamentū tu domina, quae quae celi, & eorum capere nō poterāt, cepisti, & coepisti portasti, & nō defecisti, genuisti lustris, paulū, mamma, & educasti: Tu in firmamentū arā diuisisti aquas ab aquis, affectus videlicet aeternorū ab affectibus temporaliū. Quā animam pertransiuit gladius vt reuelaretur ex multis cordibus cogitationes. Posuit in hoc firmamento Deus solē, & lunā, Christū, & Ecclesiam, & stellas prerogatiuas gratiarū multas. Laudamus dominū in sanctis eius: Firmitas, robur, & constātia, & fortitudo metis eius, quia mundi contempsit gloriam, carnis calcavit illecebras. Virtus est altissimi, de qua scriptum est: Et virtus altissimi obrumbauit tibi: Non solum aut caelum, & firmamentū Domina serū intelligitur, sed alijs nominibus conueniēter appellatur, & serū vocatur, & designatur. Ipsa tabernaculum, & ipsa templum, ipsa domus, ipsa atrium, ipsa cubiculum, ipsa thalamus, ipsa sponsa, ipsa filia, ipsa arca testamenti, vna aurea, ipsa manna, viga Aaron, vellus Gedeonis, porta Ezechielis, ciuitas Dei, ipsa eorum, ipsa terra, ipsa sol, ipsa luna, & stella matutina, aurora ipsa, & lucerna, tuba & mons, fons quoque hortorum, & lilium conualliu. Desertum ipsa, & terra repromissionis, & melle manans stella maris, nauis quoque via in mari, sagena, vinea, ager, arca, horreum, stabulum, praesepe, subiugale, apotheca, aula, turris, castra, acies, populus, regnum, sacerdotium. Ouis est, pasua est, paradus est, palma est, rosa est, fluuius est, potus est, columba est, colūna est, vestis est, margarita est, candelabrum est, mensa est, corona est, sceptum est, panis est, oleum est, vinum est, arbor est, viga est, cedrus est, cypressus est, platanus est, cinamomum est, balsamū est, myrrha est, thus est, oliua est, nardus est, crocus est, fistula calamus, & storaax est, soror, & mater est. Et vt breuiter concludam, de hac, & ob hanc, & propter hanc omnis scriptura facta est, propter hanc totus mundus factus est, & hęc gratia Dei ple-

na est, & per hanc homo re-temptus est. Er-
 bum Dei caro factum est, Deus humilis, &
 homo sublimis. Ad te ergo tantam, ac
 a-lem, domina rerum, sancta sanctorum, re-
 na calorū respiramus gementes, & flo-
 tes in hac lacrymarum valle. Tertia haec
 postura carminis huius est, quod explanan-
 dum assumpsimus: Suspiria, gemitus, & flu-
 tus compunctionis sunt species feminu-
 iustitia. Seminate vobis, inquit, ad iustitiam
 metite spem vite, & illuminat vobis lumina
 scientia. Eritis, inquit, sicut, & flebitis
 sicut semina sua. Suspirium, vox in arti-
 culata gementia gemitus, doletur
 has sedes habens. Tria sunt haec, quae bene-
 gradiantur in irriguo inferiori, & quae
 quod felicitate incedit, vallis, lacrymarum,
 sedes irrigui superioris haec est. Verus Ca-
 leph dat vtrumque filiae suae a seculo residenti.
 Et tu si aspiras ad haec, comprime motus ir-
 rationabiles sensualitatis, & corporis, motu
 rationis. Abscinde à te concupiscentiam car-
 nis, oculorum, potestatis, & honoris. Abijce
 mundi pompam, & sarcinam, edoma carnem
 desideria, in actum tua desideria con-
 stitue non abeas in consilio impiorum, in via
 peccatorum non stes, in cathedra peccatorum
 non sedes. Apprehende humilitatem, ut
 deo per spiritum, seriales corrigi
 esto mitis. Tunc transito Iordane ingredie-
 ris terram re-promissionis, quae est compunctio-
 nis. Sic in tertio loco octo beatitudinum di-
 citur. Beati lugetes, quoniam ipsi consolabuntur.
 Quarto die resuscitatus est Lazarus, quar-
 ta vigilia venit ad discipulos Iesus. Et tu fac
 tibi vigilia quattuor, ut resuscitatus, & ve-
 niat ad te Iesus, duas timoris, pudoris duas.
 Cogita Deum Creatorem tuum, cogita Benefa-
 ctorem, cogita Patrem, cogita Dominum. Ad singula
 reus es, plāge ad singula, ad singula emula,
 & singulorum horum singuli intellectus, qua-
 si singuli in mente dies sunt, in quibus quasi
 Lazarus mortuus eras, quasi sciebas. Dum
 per singulos lacrymaris, quasi in quarto re-
 suscitatus. Primum, & vltimum extinguunt
 timore media duo pudore. Pater sane non
 metuitur, cum pater sit, patris est semper mis-
 eri, & parcere. Paterna vox est: Percutiam,
 & ego sanabo. Non est proinde quod patre for-
 mides. Si quando scribit, emendat, non vindi-
 cat. Ad cogitante quod patrem offenderis, est
 certe quod pudeat, est non quod terreat. Vol-
 untari te genua verbi veritatis, deinde
 non peperit vultu, ut prostrato.

Ipse quidem patre ita exhibuit se tibi, sed non
 tu illi aequae filium. Qua fronte attolus iam
 oculos ad vultum patris tam boni, tam malus
 filius: Pudeat indigna gessisse generi tuo: pu-
 deat tanto patri vixisse de negerem. Exitus
 aquarum deturcant oculi tui, operiat confu-
 sio facie tuam. Vultum tuum pudor suffun-
 dat, occupetque aligo: deficiat in dolore vita
 tua, & anni tui. Gemitibus. Proh dolor,
 quem fructum habuisti in illis, in quibus
 nunc erubescis. Si in carne conuulsi, de car-
 ne mesuisti corruptionem. Si mundus ipse
 transit, & concupiscentia tua, conuulsiere
 ad illam vocem, quae dicit. Si ego pater ubi
 honor meus. Et de honore patris. Nunc
 ad honorem veniendum. Ut alia innumera
 raceam huius corporis victum, & vltim
 poris huius, & super omnia sanguinem dile-
 cti filii sui clamantem de terra, pudet ingra-
 titudinis. Quid retribuisti Domino pro om-
 nibus, quae retribuit tibi? Ad timorem quoque
 veniamus. Si pudor minus partes suas ex-
 quitur, excutitur ut excitet. Sepone pia ve-
 cabula benefactoris, & patris, ad austeriora
 conuicere. Nam qui legitur Pater miseri-
 cordiarum, & Deus totius consolationis, le-
 gitur ad Dominum, Deus vltionum. Dominus
 & legitur, terribilis in consilio super filios ho-
 minum. Quia tibi est, quod beneficium est,
 tibi est, quod Dominus, ac creator, sibi est. Ete-
 nim propter semeipsum facit omnia. Quia
 ergo quod tuum est tibi dicitur, & semper
 tas principatus tui, non requirit honorem.
 Requirit vique, non summum quadrante,
 requirit, & requirit abundanter scienti-
 bus superbia. Requirit ad reddendum
 honorem, & gratiam ab eo, quem plura iuit,
 quod omnia iuit, & parte ignoscit benefi-
 cus, sed non Dominus, & Creator. Pensa cu-
 ius sit fortitudinis, & honoris tui, atque om-
 nium contempnissimum factorem, contempnissimum
 Dominum maiestatis Tangit mentes, & lumi-
 gabuat, & tam tremendam maiestatem audet
 mutare vultu pulvis, vno seu flatu disperge-
 dus, & mutare colligendus? Time gehem-
 nam, tunc iudicium vultum. Contemisse ab
 ira potentis, à facie furoris eius, à fragore
 rantis mundi, à conflagratione elementorū,
 à iracundia valida, à voce archangeli, & à
 verbo aspero. Contemisse à dentibus bestiae
 infernalis à ventre inferi, à rugientibus præ-
 paratis ad escam. Time verum in odentem,
 ignem torrentem, fumum, & vaporem, &
 sulphur, & spiritum procellarum, tunc tene-
 brarum.

17. 17. 17.

17. 17. 17.

Matth. 3. 3.

Deuter. 32. 3.

G

Mal. 1. 1.

H

extiores, & dicit: Qui dabit capiti
meo aquam, & oculis meis fontē lacryma-
rum, & praecuriam fletibus, fletus, & stridores dentium, & manuum, pedumque
durā vincula, & pondus carnarum preme-
dium, fringentium, vrentium, nec confu-
mentium? Hic mater mea, cur me genui-
sti hūmā doloris, & amaritudinis, indigna-
tionis, & orationis? Quis calcetur du-
rum mernito, & dupliet dolore, quattuor
vultus facit mēte, seu quattuor diebus
intra dicitur, in quoru quarto, quasi
Lazarus quattuor annis dormitante.

Quatuor de vno fonte parantur & quatuor
quatuor flumina, qua irrigu tertā, sic quat-
tuor affectiones ista orae de vno fonte co-
punctionis plenitudinem coniunt irrigui
inferioris. Pariunt enim suspiria, gemitus
& fletus, quæ dum pro defectu virtutum
aguntur, dicuntur irriguum inferius. Superius
autem irriguum, est vallis lacryma-
rum. Pinguis infusio hæc calidus irrorata,
nec extoria, nec coactitia, pluuia volunta-
ria est, quā segregauit Deus hæreditati suæ.
Aquæ istæ sunt, quæ egrediuntur de tem-
plo à latere dextro, & fluunt impetu de Li-
bano, fluunt etiā de fonte pagadisi, diuisi in
quatuor capita. Paradisus conscientia in-
est, quam non vrit cura pungens, nec culpa
remota, quæ in no attenuat ientus egēs,
quam nō grandinant corporearum rerum
irruentia phantasmata, fide florida, virtuti-
bus fructifera, opinione odorifera.

Huius de medio fonte oritur, dum virtus
integritate solidatur. Hæc deinde diuidi-
tur in quatuor capita, iustitiā, prudentiam,
fortitudinem, temperantiam. Iustitia fo-
dit in altam, & querit aq. irrigui func-
toris, prudentia inuenit, fortitudo vendi-
cat sibi, temperantia possidet. Iustitiam
dico esse genus, & omnia præcepta Dei. Pru-
dentiā diuinam, humanarumque rerum sci-
entiā. Fortitudinem vigorem mentis inter ad-
uersa, & prospera credū: Temperantiā in-
ter velle, & nolle, nosse parum, & nimis, citra
& ultra discretionem. Legitime hæc custo-
dita perfectum faciunt virum, cupientē dis-
soluti, & esse cum Christo, qui dicit: Heu mi-
hi quia incolatus meus prolongatus est, &
Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuum.
Fons iste fons patens est domui David in
ablationem peccatoris, & menstruatæ. Hic
est fons, quem foderunt principes multitu-
dinis, quos commemorauimus, iustitia sci-

licet, fortitudo & temperantia in datore le-
gitime est compunctio, & in baculis suis,
id est in vigore solido perfectæ integritatis.
Mens itaque à vitijs purgata, Deum sitiens
inquit, & ipsius aduentum in se suscipiens,
sequenter delectata tantæ suauitatis incen-
surabili dulcedine, quia pro velle suo sem-
per eam habere minime valet, miro dolore
afficitur, & hæc ei consolatio, vt præ eius
clideno iugi lacrymarum pane pascatur.
Sicut itaque vallis lacrymarum, dum de se hu-
militate sentiens affatim abundat vberitate
letuum. Et habet hoc irriguum superius,
quo mortua mundo suauiter, & dulciter
alitur, quia per irriguum inferius emun-
data in cælestium contemplatione ineffa-
biliter delectatur. Hæc duo irrigua, duæ oli-
uæ sunt, & duo candelabra lucentia ante
Deum. Sunt hæc duo luminaria, duo alta-
ria, duo exploratores, duo cherubim, duo
ostiola, duo vbera, testamenta duo, hirci
duo, leones duo, minuta duo, tabulæ duæ,
columnæ duæ, forores duæ, manus duæ, &
si qua sint binaria, quæ his consonantia opi-
nionaliter queant inueniri. In talibus sus-
pirijs, gemitu ac fletu, ac conuale lacryma-
rum ad te clamamus exules filij Euæ, domi-
na rerum, sancta spirituum, virtus nostra,
& cetera. Necus mundi, gloria cæli, præ-
lecta vt sol, pulchra vt luna, lunaris fulgor,
agnosce omnes te diligētes. Audi nos, nam
te filius nihil negans honorat. Et tu salua
nos domine Iesu, pro quibus virgo mater
te orat, cuius regnum imperium: sine fine
permanet in sacula sæculorum. Amen.

Sermo unde supra.

ANte pererratis amborum fini-
cus exul, Aut Ararim Parthus
bibet aut Germanio Tygrim,
Quam tuus è nostro labatur pe-
ctore vultus, Virgo Dei genitrix, quem to-
tus non capit orbis. Omnino necessariè
vultum quidem tuam deprecabuntur om-
nes diuites plebis, quanto magis pauperes
plebis? Et si pauperes plebis, multo magis
egenus pauper opprobrium hominum
& abiectio plebis? Tibi dixit cor meum
quasi vultum tuum. Vultum tuum do-
mina requiram, ne auertas faciem tuam
à me, ne declines in ira à seruo tuo. Ostende
faciem tuā, sonet vox tua in auribus nostris,
quia vox tua dulcis, & facies tua decora.

Vocem tuam audiimus quater in euangeli-
 o, d. domina rerum. Primo ad angelū, sec-
 do ad Elizabeth, tertio ad filium, fili quid
 fecisti nobis sic? quarto item ad filium, v-
 num non habent. Quam harum inquiri-
 mus? Illam utique, vinum non habent. Nec-
 cessaria nobis hæc est. Defecit vinum in ca-
 dis nostris, vinum scilicet lætificans cor homi-
 nis. Non causamur de vino, in quo est lu-
 xuria, illud quærimus de quo propheta,
 quod germinat virgines, harum pincerna-
 tu, vexilliferatu. Vexilla regis prodeunt in
 nobis, te agente pro nobis. Calix in manu
 tuo vini meri, in manu tua, in potestate
 tua, vini meri, amoris domini. Dic domina
 rerum, dic pro nobis filio tuo, vinum non
 habent. Calix huius vini inebrians, quæ
 præclarus est. Inebriat, calefacit, acuit, au-
 daces facit, & fortes, obliuiosos, discretos,
 somnolentos. Inebriat amor Dei ad contē-
 ptum mundi calefacit, quia feruentes facit,
 acuit, quia erudit, facit audaces cōtra aduer-
 sa, & fortes à carne, mūdo, & dæmonibus in-
 vincibiles, obliuiosos eorum scilicet, quæ re-
 tro sunt, & in futura excentos discretos eru-
 diens ad utilia somnolentor ad tēporalia,
 & tædiosos, & ad inuisibilia contemplanda
 pronos & promptos. Hoc vinum lætificat
 cor hominis.

Pf. 103. Hoc à te, & per te speramus, non solum
 vinum, sed & panem Panis enim cor homi-
 nis confirmat. Panis ille, de quo scriptura:

Pf. 77. a Panem angelorum manducauit homo. Pan-
 is ipse filij, qui dulcis memoria, præsentia
 ipsius plena tu. Et mensa propositionis duo-
 decim panum, numerum duodenarij dedi-
 cans. Duodecim panes, duodecim sunt præ-
 rogatiuæ gratiarum, in quibus gratia reple-
 ta es, & Dominus tecum. Porro ne deus
 meo videat prophetare, tuas has præroga-
 tiuas Paulus Apostolus, & nominat pariter,
 & enumerat dicens: Fructus autem spiri-
 ritus est caritas, gaudium, pax, patientia,
 longanimitas, benignitas, mansuetudo, for-
 titudo, misericordia, continentia, castitas.
 Panes certe admodum splendidi, sapidique.
 Splendidi, in sua natura, sapidi, in animo-
 rum experientia. Denique summæ spiri-
 tuales deliciae hæc sunt.

A Plus quippe his confirmatur, & delecta-
 tur animus, quam vllis carnalibus delicijs,
 corpus. Neq; vero proueniunt homini à se-
 ipso, immo fructus sunt spiritus sancti. Pro-
 inde virgo beata postquam nuncius cæle-

Gal. 5. d stis te prædicta gratiarum prærogatiua be-
 hibuit plenam, mox gratiarum causam sub-
 iungens, inquit: Dominus tecum. Domi-
 nus autem spiritus est. Spiritus ergo sanctus
 magnificauit facere tecum. Magnificauit,
 inquam, facere in te duo opera sua. Vnum
 erat, dum dignam te fecit, quæ Dei filium
 concipere posse, & parere alterum quando
 ex tua carne facta, ac digna carnem filij
 Dei formauit. Fecit proinde te magnam, &
 castam Magnam plane facit, vnum immensum
 caperes, castam quatenus dignam contineres.
 Magnam te fecit humiliter, castam virgi-
 nitate. Itaque tu sancta, tu es castissima in
 quod seipsum intravit, habens tuam humili-
 tatis, cuius contra humiliat, exaltatur, & mu-
 rum virginitatis. Murum certe fortissimum
 quippe qui nec ante partum, nec in partu,
 nec post partum, potuit violari. Lapides
 muri disciplina tua faciunt, & continentia
 sine quibus numquam constans est virgini-
 tatis murus. In te duæ sorores fuerunt Ma-
 ria, & Martha, quæ dominum susceperunt. **Mar. 10.**
 Maria fuit intelligentia tua specialis, quæ
 Deum & Dei filium esse intellexisti, quem
 genuisti. At vero Martha rationalis erat
 prudentia, qua ei in domino filioque tuo
 in carne seruisti. Tu ergo domina nasus es
 preciosus, ad quam dicit sponsus: Nasus tuus
 sicut turris. Libani, quæ edificata est cum
 propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea,
 omnis armatum fortium. Nasus tuo habet
 foramina per quæ spiritum à capite emittit,
 ita tu domina virginitate, & humilitate
 tua de cælo eduxisti filium Dei. Spiritus
 oris nostri (dicit te propheta) Christus do-
 minus. Spiritus uere sit Dominus Christus,
 quippe qui spiritus oris nostri caritate
 calefacit, cupiditatem nostram refrigerat,
 ad bonam nos voluntatem mouit, fide iusti-
 ficauit.

Tu ergo nasus Ecclesie similis te turri
 cellæ, videlicet, dignitate, firma grauitate,
 Turris es Libani. Libanus mons qui dicitur
 dealbatio, altam præ omnibus signat inno-
 centiã tuã. Innocens fuiti ab originalibus,
 & ab actualibus peccatis. Nemo ita præter
 te. Vnde auctoritas Augustini: Cum de pec-
 catis agitur, nullã de beata Maria volumus
 fieri mentionem: ex eo enim maiore credi-
 mus ei collatam virtutem ad vincendum ex
 omni parte peccatum, quæ concipere, & pa-
 rere meruit eum, qui nullum habuit pecca-
 tum. Ex omni, inquit, parte hoc est **1. 70. 1. e**
 parte

Luc. 1. 2

Mar. 10.

Thes. 5. d

C

parte originalis, & ex parte actualis peccati. Ea ergo sola excepta, ceteri omnes quid scire possunt, nisi quod ait Apostolus Iohannis: Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seduciamus. & veritas in nobis non est? Ego quoque pia fide opinor in utero matris tuæ ab origine usque te absolutam peccatis: nec vana, sed esse opinio falsa. Deique & rationes & auctoritates inueniuntur, illa stipulantes. Et quidem ratio sic: Si alij magis mater fuerunt sanctificati, multo magis mater Domini. Sed b. Hieronimus & Ioannes, aiter sanctificatus ab ipso Spiritu sancto repletus in utero matris leguntur. Ergo & tu, Mater Domini, Deique sola totam Spiritus sancti gratiam possedisti, quam alij habuere per partes. Te enim angelus Gabriel pronunciauit gratia plenam. Tuum odorem longe ante in filio Patriarcha Isaac trahebat dicens: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Tu es ager plenus, plena virtutum, plena gratiarum. Tu protulisti frumentum electorum quod est etiam angelorum cibus. Te benedixit Dominus. Te inquam benedixit Dominus, ut per te benedictam vita veniret, sicut mors per Euam processerat maledicta. De te secretorum celestium confitens Salomon dicit: Quæ est ista, quæ progreditur sicut antora confurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Quæ semper noctem sequitur, nox præcedit auroram. Quis autem est nox frigida & obidura nisi originale peccatum, frigidum concupiscentia, obscurum ignorantia? Tu ergo processisti vt aurora lucida, & rubicunda, quia superatis originis tui peccatis in utero matris, nata es lucida cognitione veritatis, & rubicunda amore virtutis. Inde est quod naturam tuam sanctam sancta Ecclesia festiuis celebrationibus honorat, quod alijs non faceret. Dentque nullius pater, nisi Domini filij tui, & Ioannis Baptistæ (qui utique sancti nati sunt) collit nauitatem. Cum igitur tam clare auctoritates diuinæ tuam ab utero testentur in nocentiam, quis vltra dubitet sanctam, & immaculatam huic mundo progenitâ? Tu es proinde turris Libani cum propugnaculis ædificata. Abineunte quippe ætate dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quare dilectatio iustitiæ, odiumque iniquitatis, cum quibus creatus, tua vere propugnacula. His quippe visis, hostibus certe suspecta fuisti. Non enim

rum formidabant, ne forte tu esses (quæ eras) per quam expugnandi erant & dandandi, propter quod, & terribilis fuisti eis et castrorum acies ordinata. Nihil verò omnino proficit inimicus in te, eo quod mille sclypei pependunt ex te, omnis armatura fortium. Denarius solidus millenarius est, siquidem denarius quadratus centenarium perficit. Porro decem sunt præcepta legis. *Deut. 6.* Primum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruius. In hoc solius Dei præcipitur cultus. Nulli quippe alij seruiri (quæ Stræclatria dicitur) debetur. Si quis tibi quando demonibus exhibetur, idololatrya vocatur, quod proximo inhihetur præcepto: Non allumas nomen Dei tui in vanum. Ac si diceret: Nulli creaturæ Dei honorem exhibeas, nihil per incantationes aut auguria quæras. Porro speciale obsequium Deo præbetur in obseruantia sanctarum solemnitatum, vnde tertium præceptum continetur: Obserua diem sabbati quod est, in sacris ferijs te exerce, quatenus per requiem præsentem discas sperare æternam. Ac tria ista ad Deum dumtaxat pertinent, quæ de re in vna solummodo tabula scripta fuerunt. Ceterum cetera ad conseruandam hominis cum proximo spectant, quæ re, & ipsa continebantur in secundada. Et primum quidem ad maxime proximos, id est parentes pertinet: Honorauit, inquit, patrem & matrem. Honoris nomine non solum subiectionis reuerentia, sed etiã subsidij obsequium accipitur. Proinde filij debent honorare parentes, & in bonis obediendo, & temporalibus, si opus habuerint, subsidia ministrando. Non occides. Id malum est, quod proximis potest inferri, ac propterea primo omnium debuit prohiberi. Fit autem homicidium multis modis, manu, præcepto, consilio, confensu, vel neglectu. Si enim moriturum aliquomodo viuificare valeas, & negligis, proculdubio eius mortis reus teneis. Postea dicit: Non fornicaberis. Fornicatio alia spiritus, alia corporis. Spiritus fornicatio est, deserto Deo ad hærendum diabolo. Vnde: Des omnes, qui fornicantur abs te. Porro corporis fornicatio, est passim cum meretricibus vel foeminis à legitimis viris absolutis, sola libidinis explendæ causa commiseri. Deinde adiungitur: Furtumque non facies. In furto comprehenditur rapina, vsura, persuasio quidquid denique cum damno alterius pos-

Ibidem. fideretur. Deinceps ait: Falsum testimonium
ne dicas. Falsum testimonium, alieni pat-
cinium mendacij proprie dicitur. Verum
tamen in hoc loco pro omnibus menda-
partibus verisimile est poni. Denique per
iurium, voti solutionem, & generaliter om-
ne mendacium non permittit, qui falsum
testimonium nominatim prohibuit.

Ibidem. Num præceptum est: Non concupisces pro-
ximi tui uxorem. Vbi nimirum adulterium
vetuit, atque abusionem Deo sacratarum
Sponsa: quippe sunt Dei, & vtique non mi-
nus est Dei sponsam violare, quam homi-
nis. Decimum: Non concupisces rem pro-
ximi tui. Omnem dolum & circumventio-

Ibidem. nem hoc vltimo vetat præcepto, quibus in-
fensi mortales se inuicem decipiunt, bonisq;
priuati terrenis. Hæc decem legis præcepta
tuos obseruatores tamquam clipei muniunt,
& à tormentis inferni defendunt, quapro-
pter optimi decem clipei sunt. Denarius
porro linearis numerus est, solam habens
longitudinem, quæ solo dumtaxat capitur
intellectu, Decem itaque clypeos habet. At
si denarius in altum extendatur, atque qua-
dretur, centenarium videlicet parit. Eadem
quoque ratione si decemus nost scientiam
memoria firmetur, & dilatetur.

G tum profecto clipei possidentur. Postremo
denarius exaltatus, atque solidatus millena-
rium perficit, sic nimirum decalogum de af-
fectu in bonam producens operationem,
optatos certe mille cepit clypeos possidere.
Non est dubium te benedictam intellectu,
& affectu, & actu, hunc super omnes mor-
tales decalogum habuisse, & obseruasse, vn-
de prorsus merito mille clipei ex te dicun-
tur pendere. Et non solum clipei, sed &
omnis armatura fortium. Nil est enim
virtutis, quod ex te nõ respiciat, & quid-
quid singuli habuere sancti, tu sola possedi-
sti. Lectulus es Salomonis, de quo in cantu-
H cis: Eu lectulus Salomonis septuaginta for-
tes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes te-
nentes gladios, & ad bella doctissimi.



INCIPIT LIBER
BEATI BERNARDI

de Conscientia.



Conscientia in qua per-
petuo anima mansura
est, ædificanda est, sed
prius mundabitur.
Et postquam mundabitur
profecto Deus, & ho-
mo. homo per cogita-
tiones & affectiones.
Deus per misericor-
diam, & gratiam. Cogitationes & affectio-
nes necessariae sunt conscientiae emundandae,
cogitationes in inuestigatione veritatis, affe-
ctiones in exercitatione virtutis. Porro mi-
sericordia Dei delet peccatum, gratia dat vir-
tute resistendi peccato, nunc subtrahit pec-
cati occasionem, nunc imminuet amaritudi-
nem, plerumque sanat affectionem, gratia
adiuuat ad bonum, defendit contra malum,
erudit ad vtrumque discernendum.

Anima dicitur beata firmata in pace.

B eata est anima, quæ in pace firma-
ta est, cum exterius bella patit-
tur, pax interius non turbatur.
Quæcumque foris moleste per-
strepunt, vsque ad mentium internam quie-
tis irumpunt, quando gestu, in terra dul-
cedinis tacta, terra est per desiderium in-
tus collecta, nec foris iam emittitur, nec in
carnis volucribus dissoluitur, quia totum in-
tus possidet, in quo delectatur atque ista in
semetipsa, ista in semetipso. Quia nihil est
quod foris appetit, tota per amorem intus
requiescit, & cum tota ad internum gau-
dium colligitur, ad imaginem Dei refor-
matur, quæ in se veneratur. Talem ani-
mam frequenter visitant, & honorant san-
cti angeli, & archangeli, vtpote Dei tem-
plum & sancti spiritus habitaculum. Esto
igitur Dei templum, & Deus excelsus habi-
tat in te: anima enim Deum habens in se,
templum Dei est, & diuina mysteria in ea
celebrantur. Porro quæ non studeo in se
consistere, nec in amore Dei desiderium fi-
gere, per oculos & aures, aliosque corporis
sensus foras egreditur, atque in exteriori-
bus delectatur, sed erit cum inuenerit por-

tas istas claufas, & tunc rediens ad se, & videns se nudā & solam, in æstimabili confusione, & horrore concutitur: & quia mundi consolationem quaesivit, illa, quæ à Deo intus datur conscientia, non habebit. Non solum eā Deus dedignatur visere, sed nec ipsa quidem male sibi confusa seipsam poterit tolerare. Requiem in seipso poterit habere; quoniam illam dereliquit, in quo habitare, & requiescere debuit.

K Cogit ergo in societate aliorum puerus, quia non poterit semper manere cum illis. Ergo inter omnes elige socium, qui cum omnia subtrahata fuerint, fidem servat dilectoribus suis, nec recedit in tempore angustie. Omnes igitur cogitationes, & mentis fluctuationes in vnum collige, & in solo Deo totum desiderium tuum fige, ut tibi sit cor tuum thesaurus tuus desiderabilis, multumque amabilis. Ipse frequenter visitat, & libenter inhabitat tranquillitatem cordis, & otium quiete mentis; quoniam pax est: & in pace locus eius. Propterea tale te prepara, ut tecum adsit Deus, sit in ore, sit in corde, tecum eat, tecum redeat, nec à te recedat, nisi tu prior eum dimiseris. Numquam te ille dimittet vbi cumque fueris, numquam solus esse poteris, sed tecum Deus erit. Munda igitur conscientiam, & semper esto paratus, ut quacumque hora venerit, & inhabitare tecum voluerit, paratam sibi in te inueniat mansionem: ipse namque dixit, Facite mihi sanctuarium, & habitabo in medio vestri. Studeamus ergo templum Deo edificare in nobis, primo quidem ut in singulis nobis Dominus, ut in omnibus nobis simul habitet, quia non indignos dedignatur, nec vniuerfos. Primum si debeat vnusquisque ne dissideat ipse à seipso, quoniam omne regnum in se ipsum diuisum deiciatur, & domus super domum posita cadet: nec intrabit Christus vbi parietes inclinati, & mœdria depulsa. Vult habere anima corpori suo domum integram, & exire per eam necesse est si fuerint in se iniuncta membra eius dispersa: videtur igitur & ipsa si desiderat Christum per fidem habitare in corde suo id est in seipsa videat sollicite caueat ne à se inuicem membra dissideat id est ratio, voluntas & memoria. Dignu habitaculum parat Deo cuius non est ratio decepta, nec voluntas peruersa, nec memoria inquinata. Felix illa anima, quæ ita domum sui cordis & de peccatorum sordibus studet emundare, & sanctis, ac iustis operibus adimplere: ut in ea non solum angelos, verum etiam Dominum angelorum habi-

te delectet. Mundata domo, cunctisque malis ab ea exclusis, omnibus bonis impleatur: & sit nobis necesse foras aliquid querere, qui omnia foris seca relinquimus. Redi igitur ad cor tuum, & diligenter discute teipsum: considera vnde venis, quo tendis, quomodo viuis: quid agis, quid amittis, & quantum quotidie proficis, vel quantum deficis.

Quibus cogitationibus magis incurfaris, quibus affectibus frequentius tangeris, vel quibus tentationum machinis à maligno spiritu acrius impugnaris: & cum totum interioris, & exterioris hominis statum, habitum in quantum possibile est plene cognoueris, non solum qualis sis, verum etiam quarens esse debeas, & cogitatione tui poteris subleuari ad contemplationem Dei. Quantum namque quotidie in cogitatione tui proficis, tantum ad altiora semper tendis: sed forte iam ascendisti, & ibi stare didicisti, & ita hoc sufficiat tibi. Disce ibi habitare & mansionem facere, & qualicumque euagatione si abstractus fueris, semper illuc redire festina, absque dubio per multum stum quandoque verte tur in tantum tibi in oblectamentum: ut absque laboris vlla difficultate possis ibi assidue esse. Quinimo poena est tibi alibi quam ibi moram facere.

Si ergo processeris desideria tua circa delectationes exteriores affici, & cogitationes tuas in eis iugiter occupari, cum magna sollicitudine compelle illas ad cor tuum intrare, & ibi habitare. Mens enim quæ ad sui considerationem non subleuat, si per vana desideria peruagatur, & varijs cogitationibus huc illucque diuulsiatur: nec per seipsam in vnum colligere quæ nondum non ita te ipse intrare, sed adhuc in imo est: cogitatione & conuersatione non potest ad ea, quæ super ipsam sunt, dulcedine contemplationis euolare.

Disceat ergo dispersiones cordis congregare, studeat cogitationes mentis restringere, & exteriora obliuisci: assuescat in intimis suis immorari, disceat sola bona interiora amare, & illa sola frequentius cogitare, qui ad celestium cõtemplationem anhelat, qui in diuinorum latinia suspirat. Cumque se diligenter attenderit, & diutius quaesierit & cum tandem inuenerit qualis sit: restat ut ex diuina reuelatione cognoscat qualis esse debet, & quale mennis adificium Deo præparare, & quibus obsequijs eum placare oporteat, Qui ita euagationes mentis

in vnum colligit, & omnes cordis motus in vno eternitatis desiderio figit, profecto iam ad cor suum redijt, iam ibi libenter immoratur, ac mirabiliter delectatur: & cum ipsum præ gaudio capere non possit, supra se ipsum ducitur, & per excessum mentis in summa eleuatur: atque ita per semetipsum per cogitationem suam ascendit ad cogitationem Dei, vt discat solum indeficienter cogitare, & in eo delectabiliter requiescere: cum amor Christi totum absorbit affectu hominis, vt negligens, & immemor sui nisi solum Iesum Christum, & ea, quæ sunt Iesu Christi sentiat: tunc demum, vt ait apostolus, perfecta est in eo caritas. Hinc itaque sic perfectus est, non est onerosa paupertas nec nõ sentit iniurias, vider opprobria, contemnit damna, mortem lucrum deputat, imò nec mori se putat, cum magis de morte ad vitam se transire sciatur, quem sic amor intrinsecus ligat, tenet, nec ad modicum quid exire exterius valet: sed interius eius desiderio flagrat tanto amplius quanto familiarius, & eo quàm frequentius. Qui sic in amore Dei iugiter delectatur, frequenter mentis excessus patitur, frequenter ab omnibus presentibus, & terrenis rapitur, & Deo presentatur: & cum pulchritudinem, & fidem, & magnitudinem pulchritudinis, attonitus in eius admiratione suspenditur, miratur regis gloriam, regni magnificentiã supernæ ciuitatis nobilitatem. Et cum felicitatem cõtemplatur, gloriæ decorem, Dei bonitatem, internæ suauitatis dulcedinem, & æternæ quietis tranquillitatem: meditatur patris potentiam, filij sapientiam, spiritus sancti benignitatem, & angelicæ creaturæ beatitudinem. Delectatur de Deo in Deum, eius pietatem miratur, & decorem contempletur. O quàm iucundum, si nõ esset tam modicum, raptim rapitur, sola cælestia contempletur, contemplan-do iucundatur: sed cum ibi diutius stare conatur, subito habitur rediẽs ad se, nulli potest intimare quod vidit: supra se agitatione suauitatis allectus gustat dulcedinis suauitatem, & illam cælestẽ infusionem lætitiæ spiritualis intra semetipsum miratur. Reuoluit etiam in corde tacita mente incorporat, & lucis claritatem, intimæ fatietatis saporem, & aliud internæ quietis secretum, & summam tranquillitatis arcana, in huius amore contemplationis dulcis mens delectabiliter afficitur, & mirabiliter delectatur. Volet ergo vt non

deficiat, volet omnes perueniat ante regem gloriæ, ibique moret, & suspires, maeretque se in lacrymis, se proceper, veniat, postulet gratiam, nec inde recedat, quo ad vsque Dominum, quæ obsequiis placatum sentiant, & ab eo consolationem recipiat.

S. Bernardus de conscientia, sed pauca de conscientia.

Habes eadem quæ scribuntur supra in tractatu de interiori, dicitur Cap. 21, vsque ad 38 quare potius ab aliquo deuoto esse colligenda cõmociuntur quàm a Dr. Bernardi.

M Vti querunt scientiam pauci vero conscientiam. Si enim tanto studio, & sollicitudine quæretur, quãto quæritur facularis, & vana scientia: citius apprehenderetur, & retineretur. Cogitare nãque de conscientia sensus est consummatus: & qui custodit illã, semper est securus salua reverentia sapientiæ, vtilis est enim currere ad conscientiam quã ad sapientiam: nisi sapientia sit, quæ adhaeret cõscientiã. Tunc enim se intelligit anima, tãc illustratur cõscientiã, tãc intelletus cordis scientia cum in se Deũ, & in Deo mutua reuelatione seipsum recipit, imago creata nihil aliud nisi conscientia in anima, nisi gloria in conscientia, nisi sanctificatio in aera. O quàm ineffabilis est hæc pietas, quæ tantam maiestatem inclinat ad tantam humilitatem. Et que partem esse nos Deum Patri habere, vult etiam non sibi fieri, & matrem. Quæ cum quæritur, secetur voluntatem patris mei, ipse meus frater, & soror, & mater est: frater obediendo, mater generando, soror per hæredij partis participationem, mater per aliorum instructionem. O infidelis expanse sinum, dilata affectus, ne angustiers in viscibus tuis, cõcipe quid totus mundus requirit apprehendere, donec virgo beata fide illum concepit: fide nãque Christus concipitur, vbi prædicatione nascitur: deotione nutritus, amore tenetur. Sit ergo conscientia plena vt Deum conducat ad hospitium, sit sollicita erga fidele obsequium, ne tanta maiestas recuset: condit premium: sit deuota vt soli Deo placeat, soli Deo intendat, nec à Deo recedat. Talis cõfrenet a lætifica animam, exhibet Deo gratiam, angelis, & hominibus reverentiam, sibi ipsi pacatam, & quietam conscientiam.

B

C

B

Duplex est conscientia.

Conscientia est cordis scientia: & dupliciter intelligitur, videlicet alia, quæ se nouit per se: alia, quæ præter se, & alia nouit ex se. Cor enim & se nouit, & multa alia. Quando nouit se, appellatur conscientia: qua ad præter se: alia, nominatur conscientia. Cōscientia bona titulus est religionis, & benedictionis: hortus delectationum, & arcum reclinatorium, gaudium, & desiderium. In hac forderis, thesaurus regni, aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus, & clausus in die iudicii aperiendus. Nihil est iucundius, nihil est securius bona conscientia, præmat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, & illa erit secura. Secura, cum corpus morietur, secura cum anima coram Deo præsentabitur, secura cum vtrumque in die iudicii ante terrificum tribunal iudicis statuetur,

Quod conscientia est hominum testimonium futura beatitudinis.

Futura beatitudinis non est vtilius remedium, nec certius testimonium, quam bona conscientia. Mundus enim volubilitate circumroretur, ploret, rideat, pereat, transeat, numquam marcescat conscientia, subiugetur corpus in peccata, ieiunijs maceretur, verberibus lace- retur, crucis supplicio affigatur, & secura erit conscientia, in speculo conscientie status interioris hominis, & exterioris cognoscitur. Anima vero non nouit se, nisi sine speculo est. Speculum enim mundum, carum, & purum totius dignioris est conscientia. Sicut enim mulier, quæ viro siue amico suo placere appetit, quæ contuitu speculi imaginem appositam reddentis, decorem & pulchritudinem faciei suæ cōponit: sic anima in quibus ab imagine veritatis discedit, vel in quibus vestigia cicatricis imaginis recipiat, imaginem in conscientia relegit, & intelligit, nō immerito conscientiam speculo comparauit: quoniam in ea tamquam speculo rationis oculus tam indecens, quam quod decens in se est, claro aspectu apprehendere potest. Bona est conscientia si habet in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem: pro his nāque merebitur Trinitatis

visionem. O beata visio, in qua Deus sic erit nobis, atque conspicuus, vt videatur à singulis nobis, in seipso videatur. Videtur in celo nouo, videatur in terra noua, atque in oī, quæ tunc fit creatura, bona conscientia est homini vnica, quā excolere debet peccatorum confessio, & eorum satisfactio, exhibitio bonorum operum, & custodia eorum: nūcique est liber propria cōscientia, & ad vnice librum discutiendum, & emendandū, omnes alij inuenti sunt. Anima cum de corpore egreditur, nullum alium potest conscientie suæ librum secum portare; poterit, vtque in illo cognoscet, quo debeat ire, & quod debeat recipere ex his, quæ scripta erunt in libris iudicabimur, & ideo scribi debent secundum exemplar libri vitæ, vt sicut aliter habent corrigantur, ne in illa vltima collatione, si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abijciantur. Beatus homo, qui se poterit cognoscere, & despiceret, probare, & improbare. Nam qui sibi displicet, Deo placet, & qui sibi vilis est, Deo carus est. Multæ sunt conscientie hominum, sed nulla melior est illa, qua cognoscit homo seipsū. Quamobrem redeam ad cor meum, & ibi stare assuescam, vt tam vitam meam possim discutere, quā me ipsum cognoscere, & omnes meritas meas coram Deo effundā si forte illa sua magna pietas moueat eum. Confitebor tibi peccata mea, cui omnia nuda sunt, & etiam aperta: quem fallere non possum, quia sapientia est; numquam effugere, quia vbique est. Audi ergo piissime Deus confessionem meam, & respice ad pietatem tuam. Fac mecum secundum misericordiam tuam, audi quā saepe de memoria mea te expuli. Turba ruens cogitationum plurimarū, quæ velut plebs ad aliquod spectaculum solent effluere in cor meum, dum orare, vel cantare in monasterio volo; nescio cuiusmodi stulta cogitatio cor meū rapit, & ducit per diuersa loca: cumq; illud ad me reuoco, tenere non possum, sed illud elabatur, & huc atq; illuc dirigitur, & per innumera effunditur. Idcirco terrenarum cupiditatum illecebræ, & vanitatum effusio ita cor meū occupat, vt quod vitare studeo hoc cogitem, animoq; voluam. Non est in potestate mea cor meū, & cogitationes meæ, quæ ex improviso effusa mentem meam animūque confundunt, atque alio trahunt quā ego proposueram, ad sæcularia reuocant, mundana inferunt, voluntaria ingerunt, illece-

Necebroſa contextunt, ipſoque in tempo-
 quo leuare mentē meam ad eum paro, in-
 nibus cogitationibus tractus ad terrena pe-
 rumq; deicior: huiusmodi per ſtreptu cog-
 gitationū tumultus à corde quotidie amo-
 uere volo, nec valeo: ſed viſa, & audita, di-
 cta facta ad memoriā reuocantur, & in ea
 cū magna importunitate perſtrepunt. Co-
 gitata cogito, cogitata recogito, atque iterū
 eademq; iterum replicare non ceſſo, & cum
 diu multumque quidquid poterō cogitabo,
 ſine cogitationibus eſſe non poſſum, ſed in-
 trant, & exeunt, atque alia alia inducunt,
 & excludunt. Hic intus inſtineo, plerumque
 tamen conſentio, cum per ea, quæ viſa, vel
 H facta ſine vlla vtilitate abſque omni diſcre-
 tionē vaga mēte diſcurro: ita mens ſemper
 mobilis ſemper vaga, & velut ebria per di-
 uerſa diſtrahitur. Grauiſſe pecco cum cor
 meum derelinquo; quoniam grauis iactura
 per negligentiam fit. Vim patior, cū me
 illud deſerit, cōfirma cor meum Deus, quo-
 niam cum ſtare in ſeipſo nititur à ſemetip-
 ſo aliquo modo etiam neſcito deriuatur, ita
 peccandi cōſuetudine. Et cū neſcito pecco:
 cor meum per ſanctiſſima deducitur, & in multa
 deſideria grauatur. In nocte vero, cum
 dormire volo, multa in rerū imagines, &
 phātaſias clauſis oculis video, & non
 tolero, quatoq; ab eis aciem mentis auerte-
 re nitior, tanto amplius illa ſe inde ingerūt
 & moleſtia turpium cogitationu cor meum
 maculant: inde eſt quod ſæpe mihi nocuit
 mortifera delectatio, quæ ex recordatione li-
 bidinis prouenit. Nec enim peſtis, quæ præ
 ceteris vitijſ eſt mihi familiarior, eo ad no-
 cendū procliuior, & ad repellendū diffici-
 lior. Nam cum ea repellere volo, nolet mi-
 hi ingeritur blande oneroſa diſſolutio,
 placens, & placendo diſplicens: carnis libidi-
 ne nūquam ſugere potuiſſe, ſed ſemper me ſe-
 quitur, & cum aliqua delectatione, vel viſus
 intentione me comprehendere poteſt, non
 diebus, neq; noctibus requieſcere ſinit, ſub-
 tilitate intrat, & mentē occupat: & niſi ſubi-
 to repellatur allicit, & intendit: & quia virus
 habet peſtilentia per totum corpus paula-
 tim ſe diſſundit. Cogitationes prauas mul-
 tiplicat, affectiones malas generat, delecta-
 tionē illicita mentes afficit, ad conſiliū praui-
 tatis animum inſectat, omneſque virtutes
 I corrumpit. Hac peſte cum aſtictus teneor,
 diuellit ab ea vix peſſimum: quoniam ſamuloſ
 eius neſcio cōſiteri aut erubefco, tam ſubti-

les & turpes ſunt. Reuera difficile eſt
 dinis incēdia extinguerē: ſed in me domi-
 ne Deus meus, vt huic tā peſtilenti viro reſi-
 ſtere voſſim. Scio, n. quiddā cū mētē meam
 cogitationē immunda polluerē, et qui mu-
 ditur auctor eſt placere nō valeo. Cor in-
 dum crea in me Deus, quoniam non ſolum
 vna cogitatio me occupat, & tempus inquit
 nat, verum amulū occupat. Sæpe namq; illa
 inuaria commotio de meis cogitationibus
 & in multibus in corde premit, hinc ne-
 ſollicitus, & cæcus occaſſio, & idē de
 cepta inuaria importuna, & multitudine
 illa ad mētē meam intrant corde me
 ſine me ſentire non video obſentibus una
 cogitatione in mētē meam conuulſas
 profero, & recipio: receptis autē durius re-
 ſpondendo. Cumque qui obuiet, nullus ad-
 ſit, rixas in corde propono, inſidias inuidentiu
 deſidero, & quæcumque contra me
 mouere poſſunt, penſo, exquiro quid reſpo-
 deam, & cum nullam rem teneam litigo va-
 cuus labore, ſicq; diem in otium, noctem ve-
 rō cogitatione verto, torpeo ab vili opere
 quoniā fatigor illicita cogitatione, ita mens
 interius pugnat cum mētē homo repugnat.
 Nonnumquam vero quod egi in corpore,
 hoc poſtmodū importuna cogitatione ve-
 nit in mētē, & multoties iterum torqueor
 in recordatione, quam prius captus fui: in
 in operis perpetratoe. Sæpe enim ea que
 numquam feci, nec in voluntate habui, ita
 recogito quaſi poeniteat me nila non feciſſe,
 ab occultis meis multa me Domine, quo-
 niam cum nihil exterius ago, intus grauiſſe
 pecco. In corde ſum ſeruo depiſa ea, que
 feci, ideo temporaliter: tunc tumultus in
 corde verſatur, & ceſſo, cum vaco operor.
 In cogitatione enim commodo, cum ieiuno,
 loquor, cum taceo, irato, cum tum tran-
 quillus, corpus requieſcit, & animus huc
 illucque diſcurrit. Ita vitium iſtam ſine tu-
 multu tranſire non potui, nec hoc quidem
 quod laudabiliter vixi ſine reatu aliquo eſt,
 ſi remota pietate diſtinetur.

Hic petit homo exui à ſuis tribulationibus.

DE neceſſitatibus meis eripe me
 domine. Crebro namque dum
 neceſſitati ſtudeo reddere de-
 bita, voluptatis ſtudio deſer-
 uio, tuo velamine neceſſitatis cadod ſaqueū
 voluptatis ſepiſſime namq; conuulſi, & bibi-

nō ad necessitatem, sed ad voluptatem: & quod necessitati satis erat, voluptati parum erat. Cogitavi etiam de cibo, & potu, quod nō debui, cogitando de his in cogitatione ruminabam, cum tegendis mēbris vestimēta quæro non quæ tegāt, sed quæ congregātur, sed quæ extollant expecto, & contra frigoris torporem, non solum quæ muniunt, sed quæ per colorem eorum oculos seducūt.

L Cum pro aliqua necessitate licentiam loquendi habui, alicui loquutus sum, non solum de necessariis, sed de viciis, quæ ad me nō pertinebant. De quibus licentiam non habebam, in seculi me colloquūti aliorum, & ibi loquutus sum non ad ædificationem, sed ad destructionem: nō quod decebat, sed quod libebat, loquutus sum illa otiosa, & vana, & risui apta verbositate deseruiens, detractione studens, os meum mendacio, & detractione inquinavi, & lingua mea omni fallacia plena nocuit mihi plus quàm alia membra. Nam ea, quæ vidi, & audiui, numquam eo modo quo facta, vel dicta sunt possum referre, sed alia affirmo pro alijs, & sepe multa interfero superflua, atque ita vel nimis laudando, vel vituperando fere quoties loquor mentior. Guttur insatiabili ardet in gluuie, gula diuersis saporibus satiari nequit, cor prauum, & malum primum, & vobis per puram confessionem tenere non potui vquam. Manus ad opus prauum apertæ fuerunt, & pigre ad bonum operā lum. Stomachus, & intestina nimio cibo, & potu sæpe sunt distenta: & vobis plena dolore. Nam vni se gula delectat, venter inflatus, corpus inhiat, & sæpe mors sequitur per gulæ delectationem, cor rui in ventris ingluuiem: & vnde mihi debet perire salutem, per cuius nimiam comedendo perniciem. Pedes in velocius comauerūt ad aliquam curiositatem speculandam quàm ad Ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me peruerterant, omnemque motum mei corporis ad innumera desideria traxerunt. Aures citius aperui verbis otiosis, & vanis, quàm sanctis. Delectatus est odoratus varijs odoribus. Gustus diuersarum rerum diuersis saporibus, necnon, & singuli alij sensus.

M Ita Deus meus in omnibus meis sensibus naturæ modum excessi, omnia mea membra volunt cōiuratione facta cum inimico meo de me dominium trahere, cum morte sceleratus in pacium pangere cum inferno.

Hic perit homo exui ab omni peccato.

E Ripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo, à me ipso, à quo recedere non possum: nā quocumque me verito, me sequitur vita mea: & quocumque vadā cōscientia mea non deserit: sed serpens afflittit, & quæcūque facio, scribit. Idcirco quāquam humana iudicia subterfugiam, iudicium conscientie propriæ fugere non possum, & si hominibus ego quod egi, mihi tamen qui noui malum quod gessi calare nequeo, proprii teatus cōiuratione me requiescere sinit: sed de die in diem torquet, & de die iudicij vehementer terret. Nā in die illa cū dominus ad iudicandum venerit, vniuscuiusque conscientia ad testimonium adducetur, & aperto libro conscientie omnis culpa ante oculos reducetur: atque ita cogente cōscientia vnusquisque est accusator suus, & iudex. propterea modo statuum conscientiam meam ante me, & iudicabo me ipsum, vt illud extremū, & tremens Dei iudicium euadere possim.

A Damnat me conscientia mea, quamquam iudicium diuinum me nō lum damnet. Accusat me de homicidio, quod si opere non feci, voluntate tamen, & desiderio peregi. Accusat me de adulterio, & eo lem modo respondeo. Accusat me de inuidia, confiteor, & ego, quod inuidia cor meum sapillime lanauit: per inuidiam namque sancte viuentium intra me feci inuidendo peccata. Nam bona, quæ ab eis fieri, vel dici audiebam, ea omnino non credebam. Ipsas res bene gestas in malum male interpretando conuertebam: omne malum, quod de his vel mendax fama tractabat, statim ac si ego vidissem, credebam: omnia mala in eis vanulus fingebam, & ex profectu eorum deficebam: hoc verò odium intra me abscondebam, & in meos cruciatus conuertebam: proficientibus inuidebam, improbos fouebam, de malis eorum gaudebam, & de profectibus lugebam gratulans: inimicus ardebam, & hanc maliciam mei peccatoris apprehendi timebam: semper eram amarus, & numquam certus, & ita amicus eram Diaboli, & inimicus Dei. Inter amicos discordiam seminavi, discordantes in dissensionem confirmavi. Opiniones bonorum mendacior dulcoravi in spiritualibus carnal. a laudavi, vt spiritualia bona, eisdem assuaderem: amicitias simulans, vt eorum

corū, qui se incaute mihi cōmittēbant quia
 possem arte deciperem: nō sion̄ in hi occa-
 sionem prauis suspitionibus coaceruauī: &
 ita dæmōnes quorum facta sectabar, lætissi-
 caui, multis velut amicus fui, in obsequiū
 hostis, in ani no corruptus, in verbo tur-
 pis, in facto prodigus, sanctorū sequutionē
 tenax malariū suspitionum, vtrōbique per-
 uersus: & ita persequutus est inimicus ani-
 mam meam, & humiliatū in terra vitam
 meam. Piissime domine vn̄ te possum esse
 bonus, quando in bono die fui malus? Ego
 peccabam, & tu dissimulabas: Prolonga-
 bam ego multo tempore iniquitatem meā,
 & tu pietatem tuam: quia potentiam, & in-
 dulgētiā cogitabas. Da misericordiam
 mihi miserimo, qui tādiu peperisti crimi-
 noso. Credo quoniam quidquid mihi dona-
 re decreueris, sic est quasi numquam fuerit.
 Non solum inuidia cor meum affligit, verū
 & vanitas circa varias delectationes lægē-
 tem animū inuoluit per vanitatem: nam-
 que de operibus quoniam mihi non erā cō-
 sciūs, turpiter me ostēdit. Gestiebam etiam
 docere, quæ nesciō, crederē de me sublimia
 volebam, delectabilia grauibus apponebā,
 execrabar verbo quod anime cōcupiscebā,
 appellationes virtutum inuisiuijs impo-
 nebam, & ita me ipsam flagellabam, & nō
 fauentes mihi despiciebam. In promissione
 inhonesta fui velocis, in exhibitione mēdax,
 à bono mutabilis, mali tenax, lætus ad pro-
 spera, fragilis ad aduersa, inflatus ad obse-
 quia, anxius ad opprobria, immoderatus
 ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad
 honesta, in verbo fui grauis, in animo tur-
 pis, vbique fallax. Misericordissime ita de-
 fecerunt dies mei, in quibus debui de peccatis
 cōmissam iniquitatē, excitare reuerentiam vo-
 luntatē, inspirare promissam felicitatē, præ-
 parare ad angelicā societate, propitiare tuā
 maiestatem. Tēdet me totam vitam meam
 Deus meus: quoniam diligenter discussa ap-
 pareret mihi, aut sterilius, aut peccatum: &
 si quis fructus in ea videtur, sic esto vt simu-
 latū aut imperfectū, aut aliquo modo cor-
 ruptum vt possit, aut non placere, aut di-
 splicere tibi. Et cum verē ita res sit, sic est
 mihi quasi ita non sit quæ est miseria. Sic
 comedo, bibo & dormio securus, quasi iam
 transfererem diem mortis, & euaserim die iu-
 dicij, & tormenta inferni. Sic ludo, & rideo
 quasi iam regnem tecum in regno tuo. Id-
 circo iniquitatem iniquitatum mearum ex-

pauescens, sed de tua pietate cōsiliens tibi
 creatori, & redemptori meo, qui veniam, &
 indulgētiā post reatum per puram, & la-
 crymabilem confessionem assequi profici-
 sti. Confiteor, quod in peccatis meis fui cō-
 ceptus, & per inane tepus vitam meam
 ad hanc diem in peccatis fui cōsummatas.
 Nullum inueni peccatum, à quo non sim
 aliquo modo cōsequutus, per superbiam
 naque præcepta tua, & seniorum meorum
 transgressus sum silentiā, & cōtinentiam
 sicut regula docet, non tenē, quod mihi li-
 citum fuit, non habui, deo non recepi. Ma-
 iorem pauperum, ac miserorum libeter,
 ac misericorditer nō audiui, nec eos in suis
 infirmitatibus visitavi, suadentibus mihi in
 malum cōsensī. Facilius multa quam vnū
 cogito, facilius quāam meā reprehendo, vta
 aliorum. Hoc, quod in alijs reprehendo, fa-
 cere nō erubescō. Facilius vn̄iuscuiusque vi-
 tia, quāam virtutes intendo cum aliorū deli-
 cta cerno, mea non aspicio. In meis deli-
 ctis sum clemens, in alijs rigorem tenere vol-
 lens, ad irrogandas cōtinentie suae validius,
 ad tolerandas infirmitas as obediendum pi-
 ger, ad laesendū vero alios importunus,
 ad ea, quæ facere valeo, nec debet paratus:
 ita repleta est malis aia mea peccatis meis
 exigentibus in ecclesia ueteriore in corpore
 no, nunc intus maneo, nunc foris excoitan-
 ta est leuitas corporis necnon mentis aliud
 caro, aliud cogito: psalmos dico, verba præ-
 fero, & sensum non attendo, sed me ipse va-
 gantibus oculis, oculis attonitis huc
 & illuc proficiscens, quæ umque ibidem ge-
 runtur prospicio. Et in his quoniam ibi
 pecco, vbi peccata debeo emendare. Num-
 quam vero in ipsiis bonis, quæ Deo donante
 ago, ad deterimēto p̄spicuo, quæ mentis
 lætitiā pariunt: & quando securitate gi-
 gnūt, mens mea secura redditur, & in omni
 torpore laxatur, saepe etiā me ipsum, & ope-
 ra, quæ feci laudauī, & ab alijs laudari volui:
 plerumque laus humana, quam non quere-
 bam, mihi oblata placuit: & cū ea in cerui-
 cem extolitur, subito inulta, quæ feceram,
 ad memoriā veniebāt, vt amplius in col-
 latione extolleretur quod subtiliter replicās
 atque in vanam cuncta coaceruans cepi ma-
 gis magisq; deceptus intumescere: numquā
 in mei admiratione occupatus desij mihi
 dās gloriā: & non Deo, à quo accepit om-
 nium fructuū merita amittit atque ita dudi-
 ci, quoniam qui me laudabant, aduertunt
 me

me iutabant. Quanto enim quisque in semetipso gloriatur, tanto Dei amore disingitur. Ita Deus meus inferno appropinquavit anima mea, sed vide liberator meus, non habeo unde tibi rependam quia iustus est. Heu mihi qualiter vixi, quanta mala feci, & dixi; pudet quod sic vixerim, & quod natus fuerim, malens non esse quam talis esse. Bonus. n. etiam, & malum non feci, utique qui me sponte feci miserum, conscientia mea meretur damnationem. Poenitentia mea non sufficit, ad satisfactionem, sed certum est, quod auferretur tua delet omnem offensionem: dele ergo pie Domine iniquitatem meam multitudine miserationum tuarum. Ego qui usque ad hanc diem sine causa vixi & amodo sine causa vivere non volo. Sed heu miser hoc sum saepe sic confessus surgens, cadens sum defensus, te petendo, toties confitendo conscius, multoties promisi ut emendarem, & numquam tenui, sed semper ad peccatum meum redij, & prioribus sceleribus noua, & deteriora coniunxi. Numquam, ut debui, mores in melius mutaui, nec a malefactis recessi: plurimos, & me perdes peccare feci, & multis causa mali extiti, & exemplis vitae meae multi subuersi sunt. Ecce peccata mea misericordissime Deus non abscondo sed ostendo, accuso me non excuso, quoniam iniquitatem meam ego cognosco: nec ideo iustus, quoniam si alter me accusat, non ego ipsum me accuso patienter sustinere non possem vespere ut potuissem, propter magna peccata, & vitia, culpas, & negligentias infinitas, quae egi, & quotidie indelenter ago corde, ore, & opere: & me omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest, nisi verbum tuum confirmaret, & habitaret in nobis, sed desperare non audeo, quoniam subditus ille tibi tulit chirographum peccatorum meorum, & affigens illud cruci, peccatum crucifixit & mortem. Gratias ago tibi Deus meus, quoniam visitasti me, & ostendisti mihi peccata, nunc primum te inspirante dedisti ad cor meum redire, & me ipsum cognoscere, aduocabo aliquem de amicis tuis, & ei omnia delicta exponam, sicut mihi praecipisti, ut eius consilio, & auxilio possim ab omnibus meis iniquitatibus liberari, & tibi reconciliari.

Rogat ut audiat.

AVdi ergo pater miserrimum peccatorem audi vocem lacrymantis, seu penitentis, atque de quam grauius peccavi, atque etiam Dominum offendi creatorem meum, & Deo iubente ad cor meum redij, & me ipsum, & totam vitam meam discussi, tanto diligentius quanto familiarius: unde vnum fateor nihil aliud inueni, nisi locum erroris, & vastae soliditudinis conscientiam videlicet diu neglectam, omnino incultam, spinis, & tribulis hirsutam, & omni errore plenam, nullum enim vitium est, a quo non traxerim aliquod contagium: turbavit me ira, lacerauit me inuidia, inflammavit me superbia, inde contraxi mentis inconstantiam, oris scurrilitatem, opprobria proximorum, scelerata detractionum, linguae effrenationem, seniorum meorum imperata non seruaui, sed iudicavi. de meis negligentibus obiurgatus, aut rebellis fui, aut murmuravi, praefertim me meioribus impudenter affectavi, simplicitatem spiritualium fratrum irriter exagitavi, meas conscientias procaciter iactavi, delata obsequia fastidii, negata quaesivi iuniores meos elatus despexi, non obseruaui in obsequio reuerentiam, in sermone modestiam, neque habui in moribus disciplinam, sed in tentatione iactantiam, in humilitate sui fallax, in odio pertinax, subiectionis impatiens, potentiae execrator, ad opus piger, ad obsequium durus, ad loquendum quae nesciebam promptus, ad litigandum paratus, fraternae societatis inhumandus, temerarius in audiendo, clamorosus in loquendo, fastidiosus in audiendo, praesumptuosus in docendo, & feratus deformiter in chachinando, onerosus amicis, infestus quietis, ingratus beneficiis, in flatu obsequijs, imperiosus subiectis, saepe fecisse, quae non feceram, me iactavi, vidisse, quod non videram, dixisse, quod non dixeram, negavi non dixisse quod dixeram, non vidisse, & audiuisse quod videram, & audieram: & ita ex omni parte sum reus, reus in saeculo, reus in caelo, sed tibi per ignorantiam, hic vero per negligentiam, & utraque me terrent, verum tamen multo amplius terret me, quod in monasterio ante conspectum Dei, deteriorem inuenio. Collocavit me Deus in loco voluptatis, in domo vberatis, in Paradiso deliciarum; ego, vero miserabilis in terra fam

pulanturum pereo fam. litio, iuxta son
 tem alio ante ignem, & ad ventrem mi
 nus extendere nolo, tam piger sum & de
 siosus: uia tempus amitto, quod Deus pie
 tate sua mihi indulserat ad agendum pœni
 tentiam, & obtinendum veniam, ad acqui
 rendum gratiam, ad promerendū gloriam.
 Quasi monitum ante filios Deo habi
 tu monachi non conuersatione habens, n.
 magnam coronam, & amplam euellam sa
 lutem mihi æstimo, terram arbor sterilis
 occipio, & velut vile iumentum plus conu
 mo quam percilio, altiorum locum teneo,
 & nullum officium suppleo, sed sicut
 truncus sine frondibus, & fructibus: alij me
 pascunt de laboribus manuum suarum, sicut
 præbendarum suum, ego autem tamquam
 pauper, & miser, nec clericum gero, nec lai
 cum: cantare nequeo, laborare nescio, sed
 opprobrium peccatorum, vilus, peius ca
 dauere, tolerabilius foetet putridus canis
 hominibus quam anima Deo peccatrix.
 Idcirco cadet me viuere, viuere erubescere,
 quia parum proficio: mori timeo, quia non
 sum paratus: malo tamen mori, & nomini
 Dei committere, & committere quia bea
 gnus, & misericors est, quam de mala consue
 tudine scandalum alicui facere: quia
 recundia mea contra me est, & colubo faciei
 meæ cooperuit me. Cum uideo me fom
 lentum ad uigilias, tardū ad horas canoni
 cas, & pigrum ad opera manus, alios au
 tem uideo tam strenue & tam deuote diu
 nis laudibus interesse, alios reuerēter, & ala
 criter corā Deo assistere, & eū laudare, ego
 autē ad lacrymas nequeo compungi, tanta
 est duritia cordis mei, cantare non libet nec
 orare, meditationes sanctas non inuenio, ta
 ta sterilitas animæ meæ, & deuotionis ino
 pia, quā patior. heu me in circuitu meo om
 nes uisitat Dominus, ad me autem non ap
 propinquat. Nunc intueor animum abstinentiæ
 singularis, alium patientiæ admiranda, alium
 summæ humilitatis & mansuetudinis, alium
 multæ misericordiæ, & pietatis. Illum in cō
 templatōne frequenter excellere, hūc prop
 pullare, & penetrare cælos orationis instan
 tia, alios in alijs præminere uirtutibus, om
 nes considerare & prospicio seruētes, omnes
 in Christo ynantes, omnes donis cælesti
 bus, & gratia affluentes tamquam reuera
 spiritaliter quos Deus uisitat. In me uero
 nihil eorū inuenio, quoniam Deus declina
 uit in ira a seruo suo, inde est, quod cum alij

uigilant, ego dormio: quando alij cantant in
 monasterio, ego huc, illucque discuro. Qui
 do alij in aliquo secreto loco se furantur
 colloquijs hominum, ut ibi loquantur cum
 rege angelorū, ego quæro colloquia homi
 num: cum alij uacāt lectiōibus, ego fabulis,
 & uerbis otiosis cum alij discurrunt, atque
 dijudicant semetipsos, ego iudico alios: alij
 placet communis uita, disciplinæ, cōmuni
 & commune studium, & mihi placeat angu
 li, & diuerticula, sic ex quo peccare potui
 nisi quā peccatis, & malis uerbis cessauit,
 peccata peccatis accumulauit, & peccata que
 aliunde implere non potui, malis uoluntati
 bus, & malis desiderijs in se uā cessauit. Super
 omnia mala est delectatio carnis, quæ ab ip
 sis cum uabulis semper mecum creuit, mihi se
 per affuit, nec ad huc iam præ senectute de
 ficientibus membris me deserit, & a
 liis modis infelicem animam maceratam
 dissoluit, captiuauit omni uirtute destituta,
 manem & debilem reddidit. fateor huius
 operibus nefarijs, & immundis recordatio
 nibus saepe esse pollutum, & incensum, ar
 dores non modicos, & inhonestos, & nō so
 lum delectationum mearū malas, & stulta
 cogitationes habeo quotidie, quæ mihi no
 tet, sed aliorum, & facta, & mihi male facta.
 uariata per recordationes soledas ad me
 moriā reduca cor meū nō paruo uenere.
 Iniquitas maculari, & in hoc miserabiliter mi
 serabilis sum, quia non tantū doleo quantum
 dolendū me cognosco, sed sic cæcus torpeo
 uelut quod patiar, quoniam: hoc uero mihi
 est omni infelicitate miserius, quod ita ope
 re peruersus pollutus, corde immundus ad
 altare accedo, & Christi corpus periracū
 te manibus meis nō pertimesco, accedo elat
 us ad humilem, iratus ad mitem, crudelis
 ad misericordiam, & tamen patitur humilis
 elatum, misus iratum, misericors crudelem;
 accedo seruus ad dominum non amore, sed
 timore: non deuotione, sed uisus ad dominū
 accedo, cuius percussi seruum: ad patrem
 accedo cuius occidi filium, percussi uerbo,
 occidi exemplo, nec timeo dominum, nec
 reuerētor patrem; manens in turba fratrum
 turbam aliquos, & ab aliquo turbatus, quā
 do accedo ad pacificum, appropinquo etiam
 talis ad osculum pacis: qui prius reconcilia
 tus facere debuissim ad osculum turbati, fra
 tris, cōuincit me reus, & Dei inimicum mea
 iniquitas, peccatum n eum semper separa
 uit me à Deo.

Idcirco obsecro te pater, vt me instruas quomodo possim semper stare cum Deo meo, aut redire cum ab eo peccatis meis exigentibus motus fuero.

Respon- Non longe es fili à regno Dei, noticia
sop patris namque peccati initium est salutis. Confi-
spiritua- do in Domino, quoniam quicquid minus
lm habe- est in te ferrioris, & boni operis, humilitas
dur super supplebit eorum confessionis. Quacumque nam-
17: que hora peccator conuersus fuerit, in-
gemuerit, factus erit: & quanto quis fre-
quentius quantoque vehementius de suo
reatu interno dolore afficitur: tanto certior
tantoque securior de indulgentia, veniæ ef-
ficatur. Inde est quod penitentia lacrymis
afflictam tam frequenter visitat tamque li-
berenter confortat, quàm scelera sua flendo
damnare, & damnando flere considerat.
Incipit ex tunc quadam familiaritas inter
M Deum & animam, ex eo, quod se sentiat ab
ipso sæpius visitari, & eius aduentu non tam
tutum celsolari, imò aliquoties quodam mes-
sibili gaudio repleti, nulla est enim tam gra-
uis culpa, quæ non habeat veniam per pu-
ram confessionem, prouocat eum ad com-
passionem Dei humilis miseriæ confessio,
melius enim est, vt vites vitium, quàm vt
emendes, ne forte cum incurreris reuocare
non possis.

Remedium ad fugiendas prauas cogita-
stones, & habetur vbi supra.
Cap. XXVIII.

Quoties te sentis turpibus cogitatio-
nibus pulsari, aut illicita delectatio-
ne affici, toties pone ante mentis
oculos, quomodo crucifixus est
Deus tuus pro te: intueri, quomodo à Iuda
traditus Iudæis, & quàm viliter pertractatus
blasphemabatur, & colaphizatur, con-
demnatur, & exprobat, flagellatur, ad vlti-
mum vero contumelijs & opprobrijs affe-
ctus, inter duos latrones suspenditur, clavis
confixus sputis illitus, spinis coronatus, lan-
cea perforatus, ex omnibus partibus, sãguis
emanauit, & inclinato capite, tradidit spiri-
tum, ita redemptor Dominus pro te, & tu
nescio cuiusmodi sordida cogitatione sor-
didaris in mente, Sufficere posset hæc cogi-
tatio ad excludendas cogitationes illicitas.
Sed ecce ad alias transeas. Considera quo-
modo morieris, quando aliqua graui infir-
mitate vexatus, & ad extrema deductus, &

ibi ad terram proiectus inter longa suspi-
ria, & difficiles singultus inter diuersos do-
lores, & timores animam expirabis, tunc
veniet corpus in pallorem, & horrorem, in-
faniem & foetorem, & erit vermis & cibus
vermium, animam vero mox capient & ra-
pient terribiles illæ facies, & ex omni parte
tenebunt eam dæmones. Cogita quis eam
defendet à rugientibus præparatis ad escam,
cum terribila illa monstra dæmoniorum
occurrentia contra eam videbis, aut quis te
ducat per ignotam regionem. Attende, &
quàm cito veniet dies vltima. Subito venit,
sed & forsitan hodie est. Iam adest, iam iam
presentaberis ante tremendum iudicem,
accusaberis multis, & magnis offensis non
vno nec paucis, sed innumeris criminibus,
non paruis sed immensis, non dubijs, sed
certis, non breui accusatione, sed tam lon-
ga quàm longa est tota vita tua, non vna
accusatione, sed tot quot sunt delicta tua. Ip-
se iudex erit accusator tuus, omnes etiam
spiritus boni, & mali coram Deo te accusa-
bunt. Tot iudicibus proprijs astabis, quot
quot te præcesserunt in bono. Iniquitatis
tuæ, omnibus populis nudabuntur & cunctis
agminibus patebunt vniuersa scelera tua,
non solum actuum, verum cogitationum, B
& locutionum. Multa vero tunc venient ex
improviso quasi ex insidijs, quæ modo non
vides, & forsitan plura, & terribiora his,
quæ non vides. Vndique erunt tibi angustie
hinc erant accusantia peccata, tremens ius-
titia, subitus patens horridum chaos, desu-
per iratus iudex, intus vermis conscientie,
foris ardens mundus. Si iustus vix saluabi-
tur, peccator sic deprehensus in quam par-
tem se tuebitur? Latere enim impossibi-
le est, apparere intolerabile. Iudex erit ve-
hemeter iratus, & terribiliter districtus, sen-
tentia enim simul lata erit immutabilis, tor-
tores horribiles, qui nunquam, miserentur,
parari erunt vt data sententia, te condem-
nent ad tormenta. Timor conturbabit te
cum terra aperietur coram te. Tu ruës in
stagnum sulfuris ardentis, & foetentis, ignis
exterius carnem tuam comburet, vermis in-
terius conscientiam corrodet. Ibi eris sine
sine veniæ, & misericordiæ, Deum videre
non poteris, & bonis omnibus carebis, quæ
in potestate habuisti. Si vis cogitationes ni-
las à corde tuo expellere, hæc sæpe cogita su-
pra scripta.

Sermo beati Bernardi de Sancto
Andrea Apostolo.

ET quietum studium, & atten-
tum silentium, & tanta tanti
viri solemnitas mouent, imò com-
pellunt aliquid dicere ad osten-
dendum gloriam Deitatis, gratiam aposto-
licæ dignitatis, confessionis virtutem. De-
mus gloriam laudæ eius, quem laudant om-
nes gentes, qui ministros, & laudæ-
dabiles facit; ipse est, cui assistunt angeli ad
audiendum vocem sermonum eius, qui seel-
las vocat, & dicunt, adsumus, cuius manus
extendit cælos, qui fundauit super stabili-
tatem suam, qui graditur super fluctus mar-
ris, quia scit, mirabilia solus, in quem desi-
derant angeli prospicere, ipse qui fecit om-
nia, quæcumque voluit fecit. Huic seruire
regnare est, qui seruiuit pro nobis dura, &
grauis necessitate, & purpuram suæ diuini-
tatis edicio nostræ mortalitatis operiens,
pauper, & mendicus venit in regionem no-
stram. Numquid non ludus vobis vide-
tur Iudæi, pagani, heretici, & omnis illa sub-
sannantium, imò insanientium turba, cum
dicimus filium Dei, carnem, mortem, cla-
uos, & lanceam tolerasse? Ludis profecto
vnde sic nobis luditur, vt vobis illudatur.
Vnicus ille sapiens huius mysterij nõ igna-
rus, ludum istum elegantî sermone prælu-
sit. Delectabar inquam per singulos dies,
ludens coram eo in orbe terrarum. Lusc
quippe coram Deo cum carnem ex eius
præcepto suscepit, & in orbe terrarum,
quia ad terminum orbis terrarum dilata-
tus per singulos dies in singulis Apostolis
iucundatur dum vni tradidit regem celo-
rum, alteri de pectore suo reclinatum
facit. Et delicia mea esse cum filiis homi-
num. Putabam ego domine Iesu quod
delicia tua essent esse non cum filiis homi-
num, sed cum choris angelorum, vbi diuini-
tatis gloriæ thronis, & potestatibus ad-
mirandus superiorum oculis reuerberas
naturarum, ibi lucem inhabitas inaccessi-
bilem, & circumstantiam charissimorum lu-
minum, tui luminis obregis maiestate. Sed
illa clementissima tua pietas, & benignitas
adoranda, delicias suas dicit esse cum filiis
hominum. Isti sunt filij hominum qui
sperauerunt sub tegmine alarum tuarum
quos elegisti de plebe, quorum lausti pe-

des, quibus tuum spiritum infudisti, qui fide
tui nominis quadrigis euangelicis per orbem
quadriduum portauerunt. Nota tamen quod
dicit, non cum hominibus, sed cum filiis ho-
minum. Ego puto homines ad veterem ho-
minem, filios hominum ad filium hominis
pertinere, ista quam intelligentiam puer
citharista sic insonat. Quid est homo, quod
memor es eius? Non filius hominis, quoniam
visitas eum? Vide scne quia Deum hominis esse
memor es? filium vero hominis se visitare cõ-
firmat? Præsumimus, & miramus, quia fe-
cit nobis misericordiam suam, in conspectu
filiorum hominum, si interim protegat nos
in absconditõ faciei suæ à cõturbatione ho-
minum. Igitur, & dominus noster, cuius thõ-
la est in terris, & cathedra in cælo, ex his om-
nibus, quos elegit, & prælegit, Andrea ele-
git apostolum, cuius solentiam, & vocibus
& cordibus inclamamus. Dulcis apostolus,
& primitia vocationis Domini Saluatoris,
qui in ipsum apostolicum chorum tanti prio-
ratus insignitur fastigio: nõ subterfugit vos
quia quodammodo tenerimus est, & dulcor
in cordibus fidelium, cuius passio tanta spiri-
tus deuotione distillat, vt mentes audientium
adipe, & pinguedine replere videatur. Vn-
de non immerito in singularem auctorita-
tis arcem suscepta est, quam qui viderunt,
scripserunt orbi, & ministri fuere sermo-
nis. Vocatio eius vita eius, & passio cognita
sunt vobis, & nunc quid superest vt a me
amplius expectetis? Verumtamen mouet
me lectio apostolica, aliquantisper de ea ve-
stræ reuerentiæ colloquamur. Ait. n. Cor-
de creditur ad iustitiam, ore autem confes-
sio fit ad salutem, Dicit enim scriptura, omnis
qui credit in ipsum non confundetur. Tria
proponuntur hic, & corde creditur ad iusti-
tiam, & ore confiteri ad salutem, & in illum
credere, in quem qui credit non con-
fundetur. Solum cor hominis capax est ra-
tionis, & susceptibile mysteriorum Dei,
quod purgatum atque politum ipsam diuini-
tatis substantiam considerat, etsi non cõ-
prehendit, tamen cor est in peccatore, ani-
ma in corde, mens in anima, fides in men-
te, Christus in fide. Et hoc est puto, quod
dicit Apostolus, habitare Christum per fi-
dem in cordibus nostris. Hoc igitur in me-
racissimam eliquantem est puritatem, cum
omnia mylteria Christianæ fidei, fide per-
cipis inconcussa, nihil est, quod tibi dubita-
tionem parit, licet non videas rationem,
Hæc

Hæc est consummata iustitia, perfecta veritas, & vera perfectio. Si tamen oris confessio subsequatur. Fides enim cordis sine oris fide, aut nulla est, aut parua, saluatore dicente: Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, & cetera. Et Propheta: Perijt fides, & ablata de ore eorum. Non dixit de corde, sed de ore: quia nihil valet fides cordis, sine fide oris, nec fides oris, sine fide cordis: cum ista iustitiam, illa docet salutem, quia salus à iustitia, vel iustitia à salute consisti non possunt. Crede ergo, & confitere nihilominus, confitere, & crede, quia si les ad iustitiam, confessio fit ad salutem. Et quando quidem in hæc deuenimus loca, & oratio confessionis se obtulit: reddendum est quod alibi promissimus, totumque conferendum, quod de confessione sentimus. Patientes autem estote, & si forte protensus sermonem extendero, vos intendite quæ dicuntur: quia vestra utilitati profertur. Via enim est, sine qua nemo venit ad patrem, quam qui perdidit, perdidit Deum. Cum enim de vitiorum abyssu disponis emergere, ad illum præcipue sit refugium tuum, cui tua anima commissa est, quem imposuit Deus super caput tuum. Nec te moueat si illiteratus sis, vel indiscretus, quia hoc ipsum signum humilitatis est, quæ generat confessionem. Momento quia non est potentia nisi à Deo. Super cathedram inquit Moyse, sedent scribæ & pharisæi. Et accede non sedentem, sed sedem, cathedram, non personam. Quid si forte, vel licentia eius ad alium transfugere permittatur? Tu tamen priusei reueles tui cordis arcanum quia non est plena salus si ille fugitur, aut cõtenitur, cui adherere, & quæ honorare debueras. Quod si minus sufficiens tibi videatur eius instructio: pareat ad libertatem via, ut cor à alto liberato, atque discreto effundas cor tuum: referuato illi priuilegio suo, tui tu tuam animam commendaisti. Nec tibi blandiaris si grauius peccanti lenior poenitentia, vel à nesciente, vel à dissimulante dicatur, cum purgatorius ignis perficere debeat quidquid hic minus feceris, quia dignos fructus poenitentia quærit altissimus. **G** ~~Et tunc~~ non quaerit manus omnipotentis, qui tibi non potest consulit, tibi tamen ratio in gratia præiudet, quæ te doceat tantum à licitis abstinere: quantum te memineris illicita perpetraste. A vestibulo ignis huius sacratissima virtutis omnes

illos excludimus, quos ad confessionem vel timor cogit: quia extorta confessio non est confessio, vel aliorum accusatio trahit, quia non est confessio, sed offensio, vel sui excusatio ducit, quia non est confessio, sed defensio, vel iactantia inanis rapit: quia non est confessio sed illusio, & si quæ alia sunt species, quæ obumbratorio velamine tanti sacramenti simulat sanctitatem. Cor in semetipso, & ex semetipso contritum, & humiliatum: ad huius purificationis potest ascendere puritatem. Ostendam tibi vnum iustorum iustissime confidentem. Quæris quisnam sit? Psalter, Domini est. Dixi, inquam, confitebor aduersum me in iustitiam meam domino: dixi, hoc est, in corde proposui, non coactus, non compulsus, sed spontaneus. In iustitiam meam, ait, non alienam, aduersum me arguens, & accusans. Vides quia non timore alterius, vel ad alium accusandum, sed seipsum sanctus Domino confitetur. Pro huiusmodi confessione remittes tu domine impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. Hæc præmium in corde germinat ad iustitiam, post hæc in ore nascitur ad salutem. Primus eius gradus est, cognitio peccati: In hac cognitione videndum est quid egeris, quantis contumelijs affectis corpus tuum, ambulans in passione desideris, sicut & gentes, quæ ignorant Deum, possidens vas tuum in immunditia & vilitate, non in sanctificatione & honore. Considerandum est etiam, quem merueris ignem. scilicet illum qui paratus est diabolo, & angelis eius, & omnia genera penarum, quæ in illis poenalis locis cumulantur, & crescunt. Inspiciendum vero quid amiseris, bona videlicet illa, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis, non ascendunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Horum igitur omnium consideratione perterritus transi ad poenitentiam vetricem viciorum, altricem virtutum, poeniteat te quod tot & tanti flagitij inuolutus, in luto fecis, & miseria diutius iacuiti. Poenitentiam agens corpus tuum conteres, & suribundo carnis a fello incentiuorum semina præfiguraueris, poenitenda amplius non admittas, ne vulnus vulneri frequenter ingeminans confringas ossa animæ tuæ, quæ custodit in iustis Dominis, vnum ex his, inquam, non conteretur. Et quod hæc duo ita sibi inuicem coniuncta sunt, vt se

cognoscere non possit, nisi pœniteat: & pe-
nitere non possit, nisi se cognoscat. Sic ergo
tibi cognitus & in te penitens transuola ad
tertium gradum dolorem cordis, & iã plan-
tata erit iustitia plantatione illa, quam plã-
tauit pater tuus cœlestis. Dole igitur quia
creatorem offendisti, cuius legem cœlestia
& terrestria prœter te indefessa statione cõ-
seruant. Et in tanta republica Dei tu solus
peregrinus es, & impetratoriæ maiestatis
decreta non curas. Surgat & acrior dolor,
quoddum creatorum etiam patrem offendere,
& illum patrem, qui tibi ministrat fide-
rum cursus, fecunditatem terræ, fructuum
vberitatem. Accedat & acerrimus, qui per-
transseat animam tuam, quod tantum bene-
factorem cõtēmpseris, qui dolore crucis sus-
stinuit, ne dolores inferni amplius sustine-
res. Sic igitur in interiori homine iustitia
germinante, surculus erumpat in arborem,
& loquatur lingua quod scientia loqueba-
tur. Quartus itaque gradus est confessio
oris. Hęc purè facienda est, quia non est pars
vna peccatorum dicenda, & altera reticen-
da, neque leuia confitenda, & grauiam diffi-
K fenda. Nec alter accusandus & ipse exau-
sandus, sed cum iusto dicendum est: Non
declines cor meum in verba malitiæ, ad ex-
cusandas excusationes in peccatis. Hęc enim
sunt verba malitiæ, & grauis malitiæ, qua
grauior vix possit esse. Confitendum est &
humiliter, vt idẽ sit in corde, quod sanabit in
ore. Sunt enim nonnulli qui narrare in confes-
sionibus solent, quæ vel argutè litteratorio
& forte gladiatorio gessere conflictu, proh
dolor sub humilitatis pallio superbiam in-
ducentes, & putantes se posse vitare oculos
iudicis cuncta cernentis. Nonne vtique re-
ges Saul, & Dauid redarguti à prophetis Sa-
muele, & Nathan; dixerunt, peccaui, & ta-
men Saul audiuit, transfudit Dominus re-
gnum à te, & dabit illud æmulo tuo? Et Da-
uid transfudit Dominus peccatum tuum, &
non morieris. Quid est hoc, nisi quia quod
Saul habuit in ore, non fuit in corde, & hu-
militas, quæ in ore Dauid extitit, in corde
etiam radicauit? Dicendum est, & fideliter,
vt fide Ecclesiæ credat sibi peccata dimitti,
quia Cain & Iudas purè, & humiliter con-
fessi sunt, sed nequaquam fideliter, quia al-
ter eorum desperans ad laqueum cucurrit:
alter illud grande sceus euomuit, maior est
iniquitas mea quam vt veniam merear.
Mentis latro, quia maior est pietas Dei

quam quæuis iniquitas: quia miserationes
eius super omnia opera eius. Sequitur quin-
tus gradus, maceratio carnis, quæ ieiunijs,
vigilijs attenuanda est, ne noua p̄ uigine
voluptuosam reuoluat prauitatem. Hęc au-
tem faciendū est licentiosè, quia quod sine
licentia fit, vanæ gloriæ deputabitur non
mercedi. Occultè, vt nesciat sinistra tua,
quid faciat dextera tua. Discoretè propter
debilitatem corporis, & multiformas infir-
mitates. Plurimosque videmus in princi-
pio conuersionis ita dēstationis infregisse
repagula, vt laudum solentis inhabiles red-
derentur, & apparatu lautiori diuturnis fo-
uerentur temporibus. Iam sic illuminatus
procedat ad sextum, quæ est correctio ope-
ris. Prohibe ergo linguam tuam à malo,
operare quod bonum est, & sensuales motus
tuos continentia frænæ infræna, & sic
erit pax in terra carnis tuæ. Argue malos
pro persona, quam habes: & te presente ius-
titiam non sinas sepeliri. Veniat & septi-
mum gradum, & hic periculis tantia bonita-
tis. Et in hoc septimo vocabit te Dominus
cum Moyse de medio caliginis, & in ipsam
diuinitatis substantiam interiores oculos
infiget. Persuerantiam autem faciunt ex-
pectatio præmiorum, pœnarum recorda-
tio, primitiæ spiritus & donum cœlestè, de
quibus loquitur Apostolus. Quod nec ex-
pertus ignorat, nec inexpertus intelligit.
Stultitia est enim illi, & non potest intelli-
gere, quæ sunt spiritus Dei. Audite & bre-
uiter quem oporteat ordinari ad dispensa-
tionem mysterij huius. Oportet eum esse
non minus litteratum quam religiosum, vt
zelum Dei habeat, & secundum scientiam,
cum indiscreta religio magis obesse solet
quam prodesse. Litteratum idè, vt sciat
quid iniungat, cui pareat, quando parce-
re debeat, quam cõsolationem proferat de
scripturis. Religiosum vero idcirco, & vt
puras manus leuet ad Deum, & pro pecca-
toribus fiducialiter intercedat. Videat ne
ymquam de his, quæ sub signaculo confes-
sionis accepit, aliquam faciat mentionem
vel alicui loquenti consentiat. Caucat et-
iam ne vilescat in conspectu eius, qui ei
suam vilitatem ostendit, nec sit suspectus,
nec de prætèrita futuram vitam æstimet
peccatoris. Quod si tortuito de his, quæ in
confessione suscepit causa coram eo fuerit
ventilata, non tamquam conscius in par-
tem declinet, sed quasi nescius iudicium
ordinem

ordinem permittat exerceri. Habeat in voluntate compati, & liberare eum, & nitatur aliquid detrahere seueritati, imitans dulcedinem Domini sui, de quo dicit sanctus: Quoniã fecisti iudicium meum, & causa non meam. Sed proli dolor temporibus nostris per vniuersum mundum pestilentialis morbus excreuit, vt præficiantur Ecclesijs, quos nec scientia, nec vita commendet, cæci duces cæcorum, & præcipitati ad præcipitum perducentes. Audiuimus de confitete, & de confessionem suscipiente, audiamus nunc quæ impediunt confessionem. Quantum colligere possum, quattuor præcipue occurrunt, pudor, timor, spes, & desperatio. Nihil fortius ad expugnandam gratiam Dei, quam pudor humanus, quia dum erubescimus confiteri, quæ commissimus, Deum minus quam homines reueremur. Hæc est confusio adducens peccatum. Opponamus ei considerationem rationis, reuerentiã intuentis Dei, comparationem maioris confusionis, vt. n.

A Confusio autem ratio mouet, Deus cogit, qui vidit. Et si confundimur hic dicere, quid erit in illa magna confusione, vbi omnibus omnia patebunt? Timor plerumque opprimit, ne graui pœnitentia percellantur, & perferre non possit. Vere qui timet pruinam, irruet super eum nix. Hic considerandum, quàm grauis sit pœna gehennæ, quàm longa, quàm infructuosa. E contrario autem pœnitentia præsens, leuis, breuis & fructuosa. Spes autem multos obruit, qui dum bona presentium cupiunt, aperire conscientias suas nolunt, ne si quales sint hominibus appareat, ad nulla presentis vitæ bona conscendant. Quibus inculcandum est, quia bona huius sæculi parua sunt, incerta, & momentanea & illa illius vitæ maxima, & certissima, & æterna. Plurimos desperatio interficit, qui hoc solum metuant, ne possint continere. Verum est quia peccator cum venerit in profundum malorum contemnit. Hæc obtinere debemus vigore confessionis, gratia humilitatis, & compassione illius, cui aperimus conscientiam nostram. Sciendum autem quia alia est confessio, quæ peccatum plangit, alia quæ laudem canit. Bonum animæ ornamentum confessio, quæ, & peccatorem purgat, & iustum reddit purgatorem. Sequitur: Qui credit in Deum non confundetur. Credere Deo, est verbis eius fidem adhibere. Credere Deum est confiteri vbi quæ esse. Credere in Deum est omnem spem

sua in illum dirigere. Deum, & Deo credunt dæmones, sed in illum non credunt, in quem qui credit non confundetur, quia spem suam non ponunt in lum. Ecce quantum potui, & etsi non quantum volui de confessionis differui sacramento. Sed sermonem in longum protraximus, finem loquendi pariter audiamus. Det nobis credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem, & in se credere, sponsus Ecclesiæ filius Mariæ, qui est Deus benedictus in sæcula, Amen.

In festo sancti Nicolai episcopi.

Sermo beati Bernardi.

Nicolus iste meus, imo & vester electus ab vtero, sanctus à puero, iuuenum gloria, senum reuerentia, sacerdotum honor, pontificum splendor, reuerentia sua nostrâ lætificat festiuitatem. Hic est Nicolaus cuius miracula per totam mundi latitudinem diffunduntur, quem laudat orbis terræ, & qui habitant in eo. Tot. n. & tanta miracula cumulantur, vt omnes litteratorum argutia vix ad scribendum sufficiant, nos ad legendum. Et licet scholarium numerus in incude rhetorica sub Quintiliani vel Ciceronis malleis, tenuissimas orationum laminas extendat, superat tamen gloria confessoris vocem, & mentem, linguam, & conscientiam. Crebrescunt enim quotidie mirabilia, nec requiescit spiritus Dei, ad memoriam militis sui, sua continuare miracula. Glorificatur in mari, laudatur in terra: in omnibus periculis inuocatur. Denique qui descendunt mare in nauibus facientes operas in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & Nicolai, per dominum mirabilia in profundo. Nonne post memoriam virginis singularis, tam dulcis pietas, vel pia dulcedo in cordibus fidelium obseruatur, vt in die tribulationis nomē Nicolai teneatur in ore requiescat in corde? Si conuulsiones fulgurant, & procellis detonantibus à supernis vindicta procedit, Nicolaus in patronum assumitur, Nicolaus dulciter inuocatur. Si tempestas sauiens, & crudelitas maris nauigantibus intentantur, Nicolaus debiliter exoratur vt audiat, suppliciter inuocatur vt veniat, vt eruat misericorditer acclamatur. Si pulsamur in comunodis, vel offendiculis in-

dolemus, statim sancti confessoris nomen
 profilit in os nostrum: Nicolaus ingemina-
 tur, patrocinium quaeritur Nicolai. Ne pu-
 tetis autem me declamatorie loqui, vel ve-
 nustate rhetorica, verborum aggregare splen-
 dorem, cum omnis mundus beneficia sen-
 tiat confessoris, nec sit, qui ab amore eius se-
 abscodat. In testimonium sunt peregrina-
 tiones ad sanctum illius corpus à finibus,
 terrae susceptae, vt videantur, quae per eum
 D fiant, miracula. Non solum autem christia-
 nis, sed & paganis, in tantam reuerentiã san-
 cti nominis aduolauit auctoritas, vt certati-
 m confluant, ad laudandum, & glorifican-
 dum nomen sanctum eius. Praecipue sancto-
 rum sacerdotum, & clericorum turba, tanta
 deuotione circum cultum eius afficitur, vt in
 toto orbe terrarum vndiq; cõuadant, & cõ-
 currant, ad obsequendum tantae solemnita-
 ti. Letantur pueri iuuenes congratulantur,
 ornantur virgines, senes exhilarantur, &
 omnis aetas personaliter alludit. Vnusquis-
 que autem habet materiam gaudiorum, vt
 laudent pueri puerum ieiunantem, iuuenes
 iuuenem liberantem, virgines virginum
 infantiam propulsantem, senes senis ino-
 priam redimentem. Iuuenes, & virgines senes
 eum iunioribus laudent nomen eius. Et nunc
 post actus eius Graecorum excellētibus lin-
 guis insigniter diffamatos, quid audeat ser-
 mo pauperculus balbutire? Verumtamen
 ne tergiversationes inducere videar excu-
 satorias, recurro ad euangelicam lectionē,
 & quod de communi accepi profero in cõ-
 mune. Ait enim Homo quidam nobilis abiit
 in regionem longinquam, accipere sibi re-
 gnum, & reuerti. Et ait seruis suis. Negocia-
 mini dum venio. Non paruum mihi fidu-
 ciae robur praestat, quod ille summus impe-
 rator negociator meus factus, & negocium
 meum sine ocio egit quandiu fuit in terris,
 I & preciosarum mercium sarcinas portans ad
 patrem, ipsi vultui Dei, & quid emit, & quid
 redemit, & vnde redemit, ostendit. Tu ergo
 illo negocioso, ociosus esse disponis, & illo
 laborante quiescere? Ipse venit negociari
 in regionem longinquam, & tu ad regiones
 proximas ambulare contemnis? Aggredere
 & ingretere regionem dissimilitudinis, vi-
 delicet mundum istum, & vide quam fre-
 quentes ibi nuntia, quante ibi germinēt,
 & regerminent vanitates. Prorsus dissimili-
 tudinis, quia regionem similitudinis vos ad
 similitudinem Dei facti sumus amittite vos

constat. Numquid non magna dissimili-
 do de paradiso ad infernum, de angelo ad hu-
 mētum, de Deo ad Diabolum? Vade per to-
 rentes tumultus, & hincinde decertantes
 circumspice, & quātum colligo in tribus cau-
 sis vacat omnis voluptas, alij diuitijs, alij
 honoribus, alij gloria inuinitur. Curris
 ad Indiam, Aethiopiā circuis, transis ma-
 ria, & alium orbem tibi aperis nauigando,
 vt diuitias congreges. Fugis patriam, igno-
 ras filios, diuelleris ab vxore, & omnium ne-
 cessitudinum oblitus, quaeris vt acquiras,
 acquiris vt perdas, perdis vt doleras. Ascen-
 dis montes niue oblectos, & horribilem eo-
 rum altitudinem tāquam plana quae, per
 ambulat, faciem abyssi uentis non repen-
 tas, latronum gladijs, & vias insidiarum
 quasi planas pertransis, oblitusq; humani-
 tatis tuae, nec fulminantem caeli faciem, nec
 aestus vel frigora magnipendis, thesaurizas
 & ignoras cui congreges ea. Nec decet ple-
 rumq; potentia fortioris, qui detecta fronte
 capiat, vel rapiat, & vna non pauperem
 humilem te faciat, quem diuitem, & sublimē
 longa aetas prouexerat. Audi, & breuiter de
 honoribus. Ducem te constitue, & data
 est tibi facultas vt miser sis, & amplius non
 quiescas: Cumulatur materia sollicitudi-
 num, & inter arumnas cor ipsum exceden-
 ter, necesse est vultum inducere gaudiorum.
 Numquam in honore sine dolore, in prela-
 tione sine turbatione, in sublimitate sine
 vanitate quis esse potest. Miseri iuxta philo-
 sophum mercedem miseriam amamus,
 & ipsas execramur. Audi & de gloria. Si
 quaeris gloriam, omnibus inuidia femina
 praebuiti, inflatus es, & in ventilatorio ple-
 nius dissumperis, nec attendis quot te se-
 quantur, sed quot praecedant. Conglomerā-
 tur omnes ad detrahendum tibi ad maledi-
 cendum linguas acuum, & argutissimus es,
 si vel manum vel linguam inuidorum pos-
 sis euadere. Ecce vnde gloriofus esse vole-
 bas, ingloriofus esse conuinceris. Nullum
 enim inexorabilis persecutur multitudi-
 do, quam illum, qui sibi multitudinis arro-
 gat principatum. Decursa igitur hac regio-
 ne, & (quod preciosus est) inde subitatus, transi
 ad secundam, quae est paradisi claustra. Vere
 claustrum est paradisus, & plata vi-
 rendia scripturae, praeter lucos lacry-
 marum vndositas, quam de purissimis esse-
 tibus amor ille celestis chequat. Haec sunt
 arbores erectissimae choros sanctorum, nulla-

que est, quæ non multa gaudeat fructus v-
berum. Hic est sublimis illa mensa, in qua
Deus est, & cibans, & cibus, muniens, & mu-
nus offerens, & oblatum, conuiuans, & cõ-
uiuium.

Hic aggesta sunt omnes diuitiæ: hic re-
susa est gloria angelorum. Putasne villas
hæc esse mundinas, & ociari illos qui habi-
tant in his moris in domo? Videas hunc
sacris lætionibus intendentem, illum oc-
cupantem orationibus, hunc profusus ex-
cessibus lacrymantem, illum in Dei lau-
diibus exultantem, hunc vigilantem, te-
innantem illum, & officia pietatis sibi in-
uicem iniungere. Nocte consurgunt ad con-
tendum ei, vespere & mane, & meridie
narrant, & annunciant laudem eius, &
omnis illorum sedulitas, in orbem diuini
rotatur obsequij. Relicto mundo, & mo-
do viuendi suscepto, transi ad tertiam, quæ
est regio expiationis. In hac benignus pater
examinat filios rubiginosos sicut exam-
inat argentum, ducit per ignem, &
aquam, vt educat in refrigerium. Tria lo-
ca sunt, scilicet cælum, & terra, & infer-
nus, & habent singula habitatores. Pro
his que in celo sunt non est orandum, quia
eos, non pro eis orare debemus. Pro his,
qui in inferno sunt, suspendendæ sunt præ-
ces, quibus claua est ianua misericordie, &
totius spes interclusa salutis. Pro illis tan-
tum vigilandum est in orationibus, & sub-
ueniendum sacrificio singulari, qui in locis
purgatorijs emundantur, vt benignus pater
pœnitentiam eorum in satisfactionem,
in glorificationem cito conuertat. Quar-
ta est regio gehennalis, regio dura exti-
mensenda, terra afflictionis, & miseriarum:
terra reseruarum, terra turbinis, & calig-
inis: terra maledictionis & mortalitatis,
terra sitis & fæuis, terra combustionis &
frigoris, in qua nullus ordo, sed sempiter-
nus horror inhabitat. Totus uermo, at-
que horreo, ad memoriam regionis istius,
& concussa sunt omnia ossa mea. Illic est
ignis, qui non succenditur, ueris, qui non
moritur, frigus horrendum. Ibi fætor in-
tolerabilis ex corporibus damnatorum exo-
ritur, percipientes malici resonant ince-
santè obrutæ tenebræ cumulatius inden-
santur, ibi fletus, & dolor acutissimus, plan-
ctus, & gemitus, & alternantia mala inpios
sine pietate discrepant. Quinta regio est
paradysus super cælestis, regio beata, &

gloriosa, plena voluptatis, & gratiæ, suauita-
tis, & lætitiæ, benignitatis, & gloriæ, ibi re-
quies à labore, iucunditas de nouitate, de
eternitate securitas.

Illic omnes viuunt, nullus moritur, om-
nes exultant in voce exultationis, quam
nobis concedat dominus noster Iesus Chri-
stus, qui cum patre & Spiritu sancto, uiuit
& regnat Deus per omnia sæcula sæculo-
rum. Amen.

DESCRIPTIO POSI-
tionis, seu situationis Mona-
sterij Clarauallise



I situ Clarauallise
nostæ desideras, hæc
tibi scripta sunt pro-
speculo.

Duo montes non
longe ab Abbacia hæ-
bent initium, qui pri-
mo angustæ uallis interiectione distigiti,
quò magis ad Abbatiam apropiant, maio-
re hiatu fauces dilatant, quorum alter
alterum Abbatiæ latus dimidium, alter
totum occupat. Alter fecundus uinea-
rum, alter frugum fertilis, iucundum uisui,
& usui commo lum ministerium præbet,
dum per deuexa latera in altero crescit,
quod comedatur, quod bibatur in altero.
In summis montium frequens monachis
labor est, amœnus quidem, & quiete
iucundior, ramale uerus colligere, & collig-
ere fasciculos ad comburendum. Squalen-
tes extirpare dumos, & solis aptos ignibus,
ignibus aptare, erudere fentes, euellere,
destruere, disperdere (vt secundum Salo-
monem dicam) spuria vitulamina, quæ cre-
scentium arborum, uel ligant ramos, uel ra-
dices suffodiunt.

Ne impediatur rigida quercus sublimi
salutare sydera vertice, tilia mollis brachia
explicare, fissilis & flexilis fraxinus libere se
in altum extendere, patulæ fagus in latum
expandere. Porro Abbatiæ pars posterior,
in latam desinit planitiem, cuius partem
non modicam murus occupat, qui Abba-
tiam diffuso cingit ambitu.

Intra huius septa multæ, & variæ arbo-
res varijs fecundæ fructibus instar nemo-
ris pomœrium faciunt. quod infirmorum
cellæ contiguum, infirmitates fratrum non

H

K

mediocri leuat solatio, dum spatiosum spaciantibus præbet deambulatorium, æstuantibus quoque suauè reclinatorium. Sedet ægrotus cespide in viridi, & cum inclementia canicularis immiti sidere terras excoquit & siccæ flumina, ipse in securitatem, & absconsionem, & vmbraçum Dei ab æstu, fronde sub arborea frequentia temperat astra, & ad doloris sui solatium, naribus suis graminæ redolent species. Pascit oculos herbarum, & arborum amœna viriditas, & pendentes ante se, atq; crescentes immensæ eius deliciae, vt non immeritò dicat: Sub vmbra arboris illius, quam desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Aures suauis modulamine demulcet pictarum concentus auium: & ad vnius morbi remedium, diuina pietas multa procurat solatia, dum æt aubilus ridet serenitate, terra fecunditate spirat, & ipse oculis, auribus, naribus colorum, canorum, odorum delicias haurit. Vbi pomœrium desinit, incipit hortus intercisilis distinctus areolis, vel potius diuisu riuulis intercurrentibus. Nam licet aqua dormitans appareat, pigro tamẽ decurrit elapsu. Pulchrum & hic infirmis fratribus præbetur spectaculum, dum super viridem puri gurgitis marginem sedent vitrea viuere sub vnda piscioulos ludere, & natatu obuio militarem representare congressum. Aqua hæc piscibus alendis, & rigãdis oleribus duplici ministerio seruit, cui Alba famolis nois fluiuis indefesso meatu fomẽta ministrat. Hic per multas Abbatie officinas transitum faciens, vbiq; pro fideli obsequio post se benedictionem relinquit, qui ad hoc cũ multo quidẽ labore cõscendit, nõ integer, nec tamẽ ociosè pertrãsit. Ipse quidem me liam vallem flexuosum interfecãs per alueum quem non natura, sed fratrum industria fecit, dimidium sui mittit in abbatiam, quasi ad salutandum fratres, & se quod totus non venerit excusandum quippe qui totius capax canale non inuenit. Et si forte amnis ipse inundans impetuoso excursu proruit, obiectu muri retroactus, subtus quo eum necesse est fluere, in seipsum recurrit, & refluxum denudẽ defluus amplextur. Intromissus vero quantum murus (Portarij vice) permisit, primum in molendinum impetum facit, vbi multum sollicitus est, & turbatur erga plurima, tum molarum mole sar comminuendo, tum farinam cribro subtili segregando à fursu-

re. Hic iam in vicina domo caldariam implet, & se igni coquendum commisit, vt fratribus potum pareret, si forte sterilis vindemia cultoris industriæ non bene responderit, & defectu sanguinis vna, de filia fuerit festuca suppleendus. Sed nec sic se absoluit: eum enim ad se fullones inuitat, qui sunt molendino confines, rationis iure, exigentes, vt sicut in molendino sollicitus est, quo fratres vescantur, ita apud eos parerit, quo, & vestiantur. Ille autem non contradicit, nec quidquam eorum negat, quæ petuntur, sed graues illos, siue pifillos, quæ maleos dicere mauis, certè pedes ligneos (nam hoc nomen saltuoso fullonis negotio magis videtur congruere) alternatim eleuans atque deponens, graui labore fullones absoluit: & si iocularis quippiam licet interserere serijs, peccati eorum poenas absoluit. Deus bone, quanta pauperibus tuis procuras solatia, ne abundantiore tristitia absorbeantur, quanta poenitentibus poenæ alleuamenta dispensas, ne laboris nonnumquam fortassis opprimãtur. Nam quot equorum dorfa frangeret, quot hominum fatigaret brachia labor, ò quo nos sine labore amnis ille graciosus absoluit, etiam cum sine ipso nec indumentum nobis pareretur, nec alimentum? Ipse verò nobiscum participatur, nec aliud de labore suo (quo laborat sub sole) in se sedis expectat, quam vt cum omnia diligenter perfecerit, liber permittatur abire. Tot ergo volubiles rotas, rotatu rapido circumducens, sic spumeus exit, vt ipse quasi mollis, & mollior fieri videatur. Excipitur dehinc à domo coriaria, vbi conficiendis his, quæ ad fratrum calceamenta sunt necessaria, operosam exhibet sedulitatem. Deipsceminutatim se, & per membra multa distribuens singulas officinas officiosè discursu persequitur, vbiq; diligenter inquirens quid quo ipsius ministerio opus habeat, coquendis, cribrandis, vertendis, terendis, rigandis, lauandis, molendis, molliendis, suum sine contradictione præstans obsequium. Postremò ne quid ei desit ad vllam gratiam, & ne ipsus quaquauesum imperfecta sint opera asportans immunditias, omnia post se munda relinquit. Et iã per se irremittit propter quod venerat, nam celeritate festinat ad fluium, vt vice Clarauallis agens ei gratias pro vniuersis beneficijs suis, salutationi eius, resalutatione cõdigna respondeat, statimque

que refundens ei aquas, quas nobis dederat, sic de duobus efficit vnum, vt nullum appareat vnionis vestigium: & quæa discessu suo tenuem, & pigrum fecerat, mixtus ei morantem præcipitat.

Sed quia eū loco suo restituumus, redeamus ad riuulos, quos post nos reliquimus, qui deriuati à fluuio, passiuus per prati vagantur excursibus, vt inebrient terrā, & infundant eam, & germinare eā faciāt: ne cū verna temperie terra prægnans in partū soluitur, renascentia graminā humoris inopia marcescāt, nec opus habeant medicinis nubij guttulis irrigari, sufficēter cognati fluminis fota beneficio. Hi riuuli vel potius aquæ post peractum officium, fluuio, qui eos euomerat, absorbentur, & iam totus simul Alba collectus, prono decursu per deuexa festinat. Sed quia iam eum longius conduximus, & ipse secundum Salomonem ad locum suum reuertitur, reuertamur, & nos vnde digressi sumus, & diffusam prati planitiā in sermone transliamus.

Multū habet locus ille amoenitatis, multum quod mentes fessas alleuet, luctusque soluat anxios, multum quod quærentes Dominum ad deuotionem accendat, & supernæ dulcedinis, ad quam suspiramus, admoneat dum ridens terræ facies multiplici colore, vernanti pictura oculos pascit, & suaueolenti in naribus spirat odorem.

Sed & dū video florē, dum sentio floris odorem, historias veterum memorat mihi prati dierum. Nam cū odoris delicias haurio, occurrit animo fragrantia vestimentorum patriarchæ Iacob, suaueolentiæ agri pleni fuisse assimilata. Dumque oculos colore reficio, hanc recordor speciē purpuræ Salomonis fuisse prælatā, qui in omni gloria sua liliorū agri decorē æquiparare non potuit, cum tamen nec ars ipsius sapientiæ, nec potentiæ desset materia: & sic dum foris fuor ministerio, non parū latenti delectator mysterio. Hoc ergo pratum intercurrentis fluuij fouetur irriguo, & ad humorem eius mittit radices suas: ideo non timebit cū venerit æstus. In longum autē tanto tractu distenditur, vt cum tonsum vellus gramineum sol in fornium torruerit, bis denis diebus conuentum, asare sufficiat. Nec tamen solis monachis lacus hic relinquatur, sed cum monachis tam cōuersorum, donatorum quam conductorum innumerosa multitudo defestas colligit herbas, & ton-

sam raro pectine vertit humum. Hoc pratum inter se duæ grangiæ diuidunt, quibus Alba ad dirimendā litem, æquus arbiter, & mensor accedit, qui sui cuique partē in funiculo distributionis assignans, seipsum limitē facit, quem altera ad inuadendā alterius partem transire non audeat. Grangias has nō conuerforū esse habitacula, sed claustra monachorū crederes, nisi vel iuga bouū vel aratra, vel instrumenta alia rusticanis apta laboribus, habitatores suos prodrent, & nisi quod in eis libri non explicantur. Nam quantum ad ædificia spectat, ea magno monachorum conuentui diceres, & situ cōuenire, & decere venustate, & capacitāte sufficere. In parte prati quæ est muro cōtigua, de campo solido factus est lacus liquidus, vbi prius æstuans operarius, fenam falce secabat acuta, ibi frater a quariis sedēs mobili per lubricam liquentiis cāpi planitiē equo vectus ligneo, leuem remū pro calcariibus habet, quo cursum virgeat, & pro fræno quo flectat. Explicatur rete sub vndis quo implicetur pisciculus. & paratur ei ceteris, quibus libetere vescitur, sed latet hamus in illis, quo capitur incautus: quo exēplo docemur spernere voluptates: quia nocet empty dolore voluptas: cuius tristes esse exitus nemo nescire promittitur: nisi qui vel nō peccauit, vel nō bene de peccato penituit. I. ōge autē faciat Deus à nobis delectationē, secus cuius introitū mors posita est: quæ secundū sapientis descriptionē, apū par volantū, vbi grata mella sudit, fugit, & nimis tenaci ferit ista corda morsu. Laci ambitus per altū ripæ marginē conferti vimineis ligatur radicibus, ne vnde alluenti cedat terra fatiscēs. Præterfluētī riuo lacus hic pascitur, qui vix sexies senis pedibus sciūctus, per meatus exiles infundit ei aquas quibus alatur: & ipsas quoque eadē exilitate refundit: Vnde, & sic in eodem statu permanet, vt nec maior sit influentibus, nec effluētibus minor: quia eadē mēsurā, & recipit, & reijcit eas. Sed dum per plana cursu feror volatili, dum anhelus in arduis illa duco vel purpureā prati superficiē manus ipsius sapientiæ pictā, vel comata arboribus montiū iuga describo, arguit me ingratiudinis fons ille dulcissimus sæpenuero mihi bibitus, & bene quidem meritus de me, sed à me male remuneratus. Obijcit mihi cum exprobratione, quod sæpe extinguendæ siti meæ seruserit quod se meis non solum manibus, sed & pedibus

libus lauandis humilibauerit, & multa mihi impenderit humanitatis, ac benignitatis officia: bono merito, mercede mala me respondisse, se in locorū catalogo locum vltimū, & pene nec vltimū fuisse sortitum, cui tamē pro sui reuerentia primus deberetur. Et vere diffiteri nequeo sero me ipsius meminisse, quādo ante ipsum alicuius memini. Verum ipse per decursus, & discursus subterranos tacite labens, ita vt nec leni murmure transitus eius valeat deprehendi, instar aquarū Siloe, quæ cum silentio vadunt, quasi prodi metueret, vbiq; caput suū cooperit, & suos declinat aspectus. Quidni crederem velle taceri, quem video non nisi sub tecto velle videri? Hic ergo fons (quod boni fontis esse tenet indicium) ex opposito solis Oriens oritur, ita vt æstiuo sollicitio rosca rutilantis auroræ faciem ex aduerso salulet. Tugurio vel (vt maiori reuerentia dicā) tabernaculo paruo, & pulchro cooperitur, & clauditur, ne vndecumq; fordes admittat. Vbi cum mons euomit, vallis deglutit: & in loco, quo oritur, eodem quasi moritur, quin, & sepelitur. Sed ne expectes signum Ionæ prophetae, vt tribus diebus, & tribus noctibus delitescat absconditus: statim ad mille passus intra claustrum monasterii, quasi de corde terræ resuscitatus, progreditur, & quodammodo rediuuius appareret, visui tantum, & vsui fratrum se offerens, nec cum alijs quā cum sanctis fors illius amodo sit futura.

*Epistola Bernardi Syluestris viri quidem eru
ditissimi de cura, & regimine rei familia-
ris, ideo in hoc opposita volumine,
quod nonnulli eam à sancto
Bernardo putant esse
compositam.*

F Ratiofo, & felici militi H. Raymundo castri Ambrosij, Bernardus in seniu deductus salutare. Doceri petis à nobis de cura, & modo rei familiaris vtilius gubernandæ, & qualiter patres familias debeat se habere. Ad quod tibi sic respondemus, quod licet omnium rerum mundanarum status, & exitus negotiorum sub fortuna laborent non tamen hoc timore viuendi est regula omittenda. Audi ergo, & attende, quod si in domo tua sumptus, & redditus sunt equales, casus nopinatus poterit destruere sta-

tū eius. Status hominis negligentis, est ruinosa. Quid est negligentia guttus domus? Ignis validus in domo accessus. Discute diligenter eorum diligentiam, & propositum, qui tua administrat. Labenti, nō dum lapsa facultatibus minus vecūdū est abstinere, quā cadere. Sapius reuidere, quæ tua sunt, & quomodo sint, magna prouidentia est. Cogita de cibo, & potu, & animalium tuorum: nam esuriunt, & non perunt. Nuptiæ sumptuosæ, damnum sine honore conferunt. Sumptus pro militia, honorabilis est. Sumptus pro iuuādo prodigo, perditus est. Sumptus pro iuuādo amico, rationalis est. Familiam grosso cibo, nō delicato nutrias. Qui gulosus effectus est, vix ante quam morte mores mutabit. Gulositas, vilis, & negligentis hominis putredo est, & diligentis hominis solatiū est. Diebus Paschalibus abundanter, non tamen delicate pascere familiam. Fac gulam litigare cum bursa, & caue cuius a luocatus existas. Si autem inter gulam, & bursum iudex exitas, ita plus sed non semper pro bursa sententiam feras. Nigula affectioibus probat, & sic testibus nō iuratis. Bursa euidenter probat, iam arca, & cellario euacuatis, vel breui tempore vacuadis. Tunc male iudicas contra gulam, quando auaritia ligat bursum. Numquā recte inter gulam, & bursum auaritia iudicabit. Quid est auarus? sui homicida. Quid est auaritia? paupertatis timor, semper in paupertate viuens. Recte viuunt auarus: in se non perdens diuitias, sed alijs referuādo. Melius est enim alijs referuare, quā in se perdere. Si blado abundas, nō diligas caritatem: quia diligens caritiam, cupit esse pauperum homicida. Vende bladū cum satis valet, non quando per pauperem emi non potest. Vicini minori precio vendet, etiam inimicis. Non semper gladio, sed saepe seruitio vigetur inimicus. Superbia contra vicium, balneum est expectans tonitruum cum sagitta. Habes inimicum? quæras tuum oculum pro tui custodia. Si habes inimicum, conuersationem non habeas cum ignotis. Semper cogita, quoniam inimicus sagax cogitat inimici vias. Debilitas inimici nō est loco pacis, sed tregua ad tempus. Si te securas non cogitare inimicum tuum, quem tu cogitas, periculo te exponis. De foeminis rariū petis quid agant, ignorantiam, nō sententiā quæras. Postquam seueris crimen vxoris tuæ, a nullo medico curaberis. Dolorē de mala vxore tunc mitigabis, quando

quãde audies de vxoribus alienis. Cor nobi
le & tũ nõ inquit de operibus mulierũ.
Malam vxorẽ potius risu quã baculo casti-
gabis. Femina senex, & meretrix omnes di-
uitias annullabit. Femina senex & meretrix,
si lex permitteret, viua sepelienda esset.

De vestibus. Nota, quod vestis sumptuo-
sa, probatio est pauci sensus, vestis nimis ap-
parens, cito vicinis tedium parit. Stude bo-
nitate placere, non veste. Mulieris petitio
habentis vestes & vestes quærentis, non in-
dicat firmitatem.

De amicis. Tene, quod maior est amicus
qui sua tribuit, quã qui seipsum offert. De
verbis est magna copia amicorum. Amicum
non reputes, qui te præsentẽ laudat. Si con-
sulis amico, nõ quæras placere ei, sed ratio-
ni. Dicis in consulendo sic mihi videtur, nõ
præcise: sic agendum est: quoniam facilus
de malo exitu consilij redargutio sequitur,
quã de bono laus. Audiui quod ioculato-
res te ioculant. Attende quæ sequuntur. Ho-
mo ridens ioculatori, cito vxorem ha-
bebit, cuius nomen erit paupertas. Sed quis
erit huius vxoris filius? Derisio. Placet tibi
verbum ioculatoris? finge te nõ audire, sed
aliud cogitare. Ridens & gaudens de verbis
ioculatoris, iam pignus sibi dedit. Ioculato-
res improperantes digni sunt suspensio.

I Quid est ioculator? mala improperans, ani-
mal hominũ secum portans. Ioculatoris
instrumenta Deo non placeant. Audi de fa-
mulis. Famulũ alti, & cæci cordis repelle, vt
futurũ inimicum. Famulũ tuis moribus blã-
dientẽ repelle. Famulo, & vicino te præsen-
tem laudantibus resiste, a iter cogitant te
decepisse. Famulum de se facit verecundã-
tem dilige vt filium. Si vis ædificare domũ,
inducat te necessitas, non voluntas. Cupidi-
tas ædificandi ædificandi non tollitur. Ni-
mia & inordinata ædificandi cupiditas, pa-
rit cito, & expectat ædificiorum venunda-
tionem. Turris completa, & arca vacuata fa-
ciunt valde, sed tarde hominem prudentem.
Vis aliquando vendere? Caue cum vendere
voueris, ne partẽ hæreditatis vendas. Non
vendas potiorum, sed potius minori precio
des minorum, autem vende plus offerẽ-
ti. Melius est gramen pati famem, quã pa-
tri noni venundationem. Sed melius est par-
tẽ vendere, quã se vltis iudicare. Quid
est vltura lex? Slatro prædicens quod in-
dit. Si hi emas in confortem potentioris.
Famulum confortem patienter sustinetis, ne

tibi fortiorem societ. Quæsiuisti de vsu vi-
ni. Qui in diuersitate, & abundantia vini
sobrius est, ille est terrenus Deus. Ebrius ni-
hil recte facit, nisi cum in lutum cadit. Sen-
tis vinum? fuge consortium. Sentis vinum?
quære somnum antequã colloquium. Qui
se ebrium verbis excusat, ebrietatem suam
aperte accusat. Male sedet in iuvene vina co-
gnoscere. Fuge medicum sciẽtia plenum, &
exercitio non probatum. Fuge medicum
ebriũ. Caue tibi a medico volente in te ex-
periri, qualiter alios de simili morbo cura-
bit. Caulos valde paruos dimitte clericis
& reginis. Canes custo des vtiles sunt. Ca-
nes ad venandũ plus constant quã con-
fiant. Habes filios? dispensatores tuorum bo-
norum nõ instituas, sed dices. Si aduertetur
fortuna, quid prodest viuẽdi doctrina? Audi
quid de hoc viderim, stultorum omitten-
tes contingentia, & tande se excusantes sub
fortuna. Euenit aliquando fortuna. Sed ser-
uans doctrinam, raro accusabit fortunam.
Raro enim diligentia cum infortunio socia-
bis, sed rarius a pigritia infortunium sepa-
rabis. Expectat piger sibi subueniri a Deo:
quĩ in mundo isto vigilare præcepit. Tu er-
go vigila, & leuitatem expẽdendi cum gra-
uitate lucrã ti compensa. Appropinquat fe-
nectus? Consulo quod Deo potius quã filio
tuo te committas. Disponis legata? consulo
quod primo seruitoribus quã sacerdotibus
solui mandes. Diligentibus personam tuam
non committas animam tuam. Committe
animam tuam diligentibus suam. Dispone
de rebus ante morbum. Sæpe quis efficitur
infirmus, tatis seruus, & seruus testari non po-
test: liber ergo testaris, antequam seruus ef-
ficiaris. Sufficit tibi quod de te dictum est.
De filijs audi. Mortuo patre filij quærun-
t diuisionem. Si nobiles sunt, melior est sæ-
pe eorum per mundi dispersio, quã heredi-
tatis diuisio. Nam sæpe est grauis eorum
dissolutio, huiusmodi hæreditatis diuisio.
Si laboratores sunt, faciunt quod volunt.
Si mercatores sunt, tior est eorum diui-
sio, quã communio. ne vnus infortunium
alijs imputetur. Mater vero forte remarita-
ri quærit: stulte agit: sed vt sua peccata de-
ploret, vtinam ipsa senex accipiat iuuenem.
Nam non ipsam, sed sua quæsiuit: quibus
habitis, bibet cum eo doloris calicem, quem
optauit, ad que perducant merita sua dam-
nabilis senectutis.

F I N I S.

INCIPIIT TRACTATVS

B. BERNARDI ABBATIS

DE LAMENTATIONE

VIRGINIS MARIAE.



Vis dabit capiti meo
aquam, & oculis
meis fontem lacry-
marum, vt possim
flere per diē, & no-
ctem, donec seruo
suo Dñs Iesus ap-
pareat visu, vel sū-
mo consolans ani-
mam meam. O vos filia Hierusalem, sponsa
dilecta Dei, vna mecum lacrymas fundite,
donec nobis vester sponfus in sua speciosi-
tate benignus appareat, vel occurrat. Reco-
lite, recolite, & sedula mente pensate, quā
sit amarum ab ipso separari, cui vos promi-
sistis, ac nupsistis, cui vos in oī sanctitate vo-
uistis. Vouistis vota, reddita ea: vos ipsas
Christo vouistis: vos ipsas Christo reddite.
Currite filia, currite virgines sacrae, currite
matres Christo castitate vouetes, oēs ad vir-
ginē currite, quae peperit Christum. Ipsa n.
portauit regē gloriae, illum omni petēti da-
tura. Ipsa genuit eū, lactauit eum, die octaua
circūcidit, & quadragesima praesentauit in
templo, duos turtures, vel duos pullos colū-
barum pro eo offerens in holocaustum. Fu-
giens ab Herode, ipsum portauit in Aegy-
ptū, lactans eum, & nutriens, curā illius ha-
bens, sequens eum fere quocumque perge-
bat. Credo etiā firmiter, ipsa mater Iesu
erat inter illas foeminas, quae ipsum seque-
bantur ministrātes ei. Nullus debet inde ad-
mirari si sequebatur eū, cum ipse esset totus
eius dulcor, solatium, desiderium, & sola-
men. Hanc etiā arbitror fuisse inter illas
dolentes, atque gementes, quae lamentaban-
tur sientes dominū. Poterat etiā & haec esse
inter illas foeminas filias Hierusale, ad quas
Iesus tunc nō clarus imperio, sed plenus op-
probrio, spinis coronatus, sputis illitus, fla-
gellis afflictus, sibi in angariam mortis cruce
bauians, conuersus dixit: Filia Hierusale
nolite flere super me, sed super vos ipsas fle-
te, & super filios vestros. Putasne domina

Zur. 23.

mundi, domina mea, mater dilecta eiusdem
Christi, est ne veni quod dico? En obsecro,
vt dicas seruulo tuo decus paradisi, gaudiū
caeli, veritatem huius rei. Obliviscere tamen
causam doloris rogo, quem tunc passam te
fuisse nō dubito. Vtinam dolor ille ne quo-
tidie inhæretet visceribus meis, sicut inhe-
sit tunc tuis: Vtinam die, qua assumpta fuisti
in caelum, vt in aeternum gauderes cum filio
tuo, mihi indicasses lacrymas tuas, vt per il-
las cognoscerem quantum tibi amaritudinis
fuit cum Iesum dilectū tibi, heu, heu, & parū
dilectum mihi, clavis in ligno tuo, su-
scipite inclinato, suum sanctissimum exhalas
videres spiritum. Sed pete domina mea, ne
te moueant verba mea, quae dico, cum tamē
saxa deberent scindi ad illa. Quis vnquam
regnans in caelo sursum, aut peregrinans in
terra deorsū, audies vel mouet petra factans
quomodo factus est opprobrium hominū
ipse dominus angelorum, poterit lacrymas
continere etiā in caelo vbi est impossi-
bile flere: Quare ego miser non ploro, cum
abiectionis factus es filius Dei Patris?
Verumtamen tu in domina gaude gaudio ma-
gno valde, ab ipso nunc glorificata in caelis,
quae in mente tantis clavis amarissimis fui-
sti confixa suae pijssimae mortis. Mihi tamen,
obsecro, lacrymas illas infunde, quas ipsa
habuisti in sua passione: & vt his assiluar
largius, de passione filij tui Dei mei, & Domi-
ni mei verba adinuicem conferamus. Tene-
ris promissione: redde quia hoc nobis supe-
rius promissisti. Memini te mihi in primo
exordio nostri sermōnis fuisse locuta de do-
loribus, quos ipsa portasti pro morte vni-
uersi tui. Quod, vt audui, non modicū pertur-
batus egi: querere dolens, qui essent illi tui
sermōnes. Cui ipsa dixisti. Qui sunt illi
mei sermōnes, inter quos recognoui in matitu-
dine anima, in ratione de his adinuicē con-
feramus. En naves mihi te magno feruē ve-
ritatis, quae mater es, & virgo, & templum to-
tus Trinitatis. Ad quem illa, Illud quod
quaritur

quæ, compungitium est magni doloris. Sed quia glorificata sum, vltra iam flere nõ possum, tu cum lacrymis scribe ea, quæ cum magnis doloribus ego persensî. Cui inquam. Flere peropto, quia & nihil aliud mihi libet, sed ego miser cor lapideum habens flere non possum. Regina cæli, mater crucifixi, da quod iubes, & præbe quod cupio: loquere, quia audit seruus tuus. Dic domina mea, dic mater angelorum, mater misericordix, si in Hierusalem eras quando filius tuus captus fuit, & vincetus, & in Annæ atrium tractus, & ductus. Cui illa respondit. Fui itaque in Hierusalem quando hæc audiui, & velle qualicunque potui, & vix potui, ad dominum meum veni plorans. Cũq; ipsum fuissem intuita pugnis percuti, alapis cædi, in faciem conspuï, spinis coronari, & opprobria hominum fieri: commota sunt omnia viscera mea, & defecit spiritus meus, & non erat mihi ferè sensus, neque vox, neque sonus. Erant etiam mecum sorores, & alix mulieres multæ, plangentes cum quasi vnigenitum. Inter quas erat Maria Magdalene, quæ super omnes, excepta me, quæ tecum loquor, dolebat, & plorabat. Cumq; Christus Deus, præcone clamante, Pilato imperante sibi baiulans crucem ad supplicium traheretur, factus est cõkursus populorum post eum euntium, alij super eum plangentes, alij illudentes, & projicientes lutum, simum, & immunditias super caput eius. Sequabar ego cum prout poteram eius mæstissima mater cũ mulieribus, quæ eum securæ fuerant à Galilæa ministrantes ei, à quibus velut emortua tenebar & sustentabar, quousque peruertum est ad locum passionis vbi crucifixerunt eum ante me. Et ipse me videns, fuit in cruce elevatus, & ligno durissimis clavis affixus, stabam & ego videns eum: & ipse videns me plus dolebat de me, quam de se. Ipse verò tamquam agnus coram tondete se vocem non dabat, nec aperiebat os suum. Aspiciebam ego infelix, & misera Deum meum, & filium meum in cruce pendentem, & morte turpissimam morientem. Tantoq; dolore, & tristitia vexabar in mente, quod non potest explicari sermone.

Nec mirum. Etenim aspectu dulcis, colloquio suavis, & omni conuersatione benignissimus: anabat namque sanguis eius ex quo partur partibus rigantibus vndis, libo manibus, pedibusq; confixis. De vultu

illius pulchritudo effluerat omnis, & qui erat præ filiis hominum speciosus forma, videbatur omnium in lecorus. Videbatur quod complebatur illud propheticum in eo: Vidimus eum, & non erat ei species, neque decor. Vultum enim illius iniquorum Iudæorum foedauerat luor. Iste erat dolor meus maximus, quia videbam me deferi ab eo, quem genuerã, nec supererat alius, quia mihi erat vnicus. Vox mea ferè perierat omnis sed dabam gemitus, suspiriaque doloris: Volebam loqui, sed dolor verba rumpebat: quia verbum iam mente conceptum, & ad formationem procederet oris, ad se imperfectum reuocabat dolor intus cordis. Vox triste sonabat foris, vulnus denunciãs mentis. Verba donabat amor, sed raucè sonabant, quia lingua magistra vocis vsu perdidit loquendi. Videbam morientem, quem diligebat anima mea, & tota liquefiebam præ doloris angustia. Aspiciebat, & ipse benignissimo vultu me matrem plorantem, & verbis paucis voluit me consolari, sed ego nullo modo consolari potui. Flebam dicendo, & dicebam flendo. Fili mi, fili mi. Væ mihi, væ mihi. Quis dabit mihi, vt ego moriar pro te fili mi? O misera quid faciam? Moritur filius meus. Cur secum non moritur hæc moestissima mater eius? Mi fili, fili mi. Amor vnice fili, dulcissime, noli me derelinquere post te, trahere me ad te ipsum, vt & ego moriar tecum. Male solus moreris. Moriar tecum ista tua genitrix. O mors misera noli mihi parcere, tu mihi sola præ cunctis places, exaggera vires, trucida, matrem, matrem cum filio perime simul. Fili dulcor vnice, singulare gaudium, vita animæ meæ, & omne solatium: fac vt ego ipsa nunc tecum moriar, quæ te ad mortem genui, sine matre noli mori. O fili, recognosce miseram, & exaudi precem meã. Decet enim filium, exaudire matrem desolatã. Exaudi me obsecro, in tuo me suscipe patibulo, vt qui vna carne viuunt, & vno amore se diligunt, vna morte pereant. O Iudæi impii, O Iudæi miseri, nolite mihi parcere. Ex quo natum meum crucifixistis, & me crucifigite, aut alia quacumque morte seua me perimite, dum modo cum meo filio simul moriar. Male solus moritur. Orbis orbem ra dio, me Iudæa filio, gaudio & dulcore. Vita mea moritur, & salus perimitur, atque de terra tollitur tota spes mea. Cur ergo viuit mater post filium in dolore? Tollite, suspendite

1/a. 53. a

I

H

K

De lamentatione virginis Marie.

spendite matrem cum pignore. Non par-
tis proli, non parcatis, & mihi. Tu mihi so-
li mors esto faua: nunc summè gauderem si
mori cum filio simul possem. Dulce est mi-
hi miserè mori, sed mors optata recedit. Væ
mihi, & tibi fili, mors ipsa præcipitata venit.
Morte mori melius est mihi, quàm vitam
ducere mortis. Sed fugit à me misera, & in-
felicem me relinquit, cui ipsa mors multum
optata nunc elset. O fili charissime, & beni-
gnissime nate, misere matri tuæ, & suscipe
preces eius. Desine nunc mihi esse durus,
qui sanctis semper fuisti benignus. Suscipe
matrem tuam in cruce, vt viuam tecum post
mortem semper. Nihil mihi dulcius est, quàm
te amplexato in cruce tecum mori: & nil cer-
tè amarius, quàm viuere post tuam mortè.
O vere Dei nate, tu mihi pater, tu mihi ma-
ter, tu mihi filius, tu mihi sponsus, tu mihi
anima eras. Nunc orbis pater, viduor spon-
so, desolor filio, omnia perdo. O fili mi, vl-
tra quid faciam? Væ mihi, væ mihi. Quo
vadam charissime? vbi me vertam dulcissi-
me? quis mihi de cetero consilium, & subsi-
dium præstabit? Fili dulcissime omnia tibi
possibilia sunt, sed & si non vis, vt moriar
tecum, mihi saltem relinque aliquod beni-
gnum cõsiliu. Tunc iam Dominus anxius
in cruce annuens oculis, & vultu de Ioãne,
ait: Mulier ecce filius tuus. Erat enim Ioan-
nes præfens, vultu tristis, & corde mœstissi-
mus, lacrymis semper plorans. Ac si diceret;
O mater dulcissima mollis ad flendum, mol-
lis ad dolendum, tu scis quia ad hoc veni, &
ad hoc de te carnè assumpsi, vt per crucis pa-
ribulum saluarem genus humanum. Quo-
modo ergo implebatur scripturæ? Sic enim
oportet me pati pro salute generis huma-
ni. Die namq; tertia resurgam, tibi & discipu-
lis meis patenter apprensus: desine flere, &
dolorem deponere, quia ad patrem vado, & ad
gloriam paternæ maiestatis percipiendam
ascendo. Congratulare mihi, quia nunc in-
ueni ouem errantem, quam tam longo tem-
pore perdideram. Moritur vnus, vt totus
inde reuiuifcat mundus. Vnius ob meritum cõ-
tri periere minores, & nunc saluatur vnus
ob meritum. Quod placet Deo patri quo-
modo displicet tibi? Mater dulcissima, cali-
cem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam
illum? Noli flere mulier, noli flere mater spe-
ciosissima: non te de sero, nõ te de relinquo.
Tecum sum, & tecum ero omni tempore sa-
culi. Secundum carnem in subiaceo imperio

mortis. secundum diuinitatem sum, & ero
semper immortalis, & impassibilis. Vnde
scis vnde processisti, & vnde veni. Quare ergo
tristaris si illuc ascendo vnde descendi? Tem-
pus est, vt reuertar ad eum, qui me misit. Et
quo ego vado, tu non potes venire modo,
venies autem postea. Interim Ioannes, qui
est nepos tuus, reputabitur tibi filius, curam
habebit tui, & erit solatium fidelissimè tibi.
Inde Dominus intuitus Ioannem, ait: Hec
mater tua: Et seruius, curam illius habebis,
eam tibi commendo. suscipe matrem tuam,
imò magis suscipe matrem meam. Dum hæc
paucæ diceret, illi duo dilecti lacrymas fundere
nõ cessabant. Tacebant ambo, & matri-
tyres, & præ nimio dolore loqui non poterant.
Isti duo virgines audiebant Christum
voce rauca, & femina loquentem, ipsum
videbant paulatim morientem: nec ei pote-
rant respondere verbum, quia illum videbant
quasi iam mortuum. Erant enim illi duo quasi
iam mortui, vnde spiritus illorum voces
exhalare nequibant. Defecerant illi in
lorum, & virtutem loquendi amiserat. Au-
diebant, & tacebant, quia præ angustia lo-
qui non poterant. Soles illis dolor, iudiciumq;
remanit amicus. Amabant flere, & debant
amare. Amare flebant, quia separe dolebant.
Nam gladius mortis Christi, animas vtro-
rumque transibat. Transibat factus, factus
perimebat vtrumque. Quo magis amabat,
seuior fiebat in matre. Vulnera Christi mor-
rientis, erant vulnera matris dolentis. Do-
lores seui, fuerunt tortores in anima matris.
Mater erat lanata morte chari pignoris.
Mente mater erat percussa cuspidè teliq;
membra Christi serui foderunt iniqui. Ipsa
enim erat, quam dolor tenebat. In mente
eius creuerant immensi dolores, nec pote-
rãt extra refundi. Intus atrocius seuiantes
dolores nati, matris animam gladiabant. In
carne Christi soluebat debitum mortis,
quod grauius erat, quàm mori in anima ma-
tris. Interim Christus matre commendata
Ioanni, dixit: Sitio. Et dederunt illi, qui cru-
cifixi erant eum, acetum cum felle mixtum.
Quod cum gustasset, noluit bibere. Dixitq;
Consummatum est. Et exclamauit voce ma-
gna dicens: Heli Heli. Heli quid dicitur
est, Deus meus. Deus meus, vt quid me de-
reliquisti? Et hæc dicens, exspirauit. Tunc
terra tremuit, & sol sua lumina claudit.
Merebantq; poli, merebant sidera cursum.
Omne firmamentum amisit luna dolendo. Re-
stitit

Itaque. Omnis ab alto æthere fulgor. Findū-
 trantur lapides, scinduntur fastigia templi.
 Petræ durissima scissa sunt, & monumenta
 aperta. Surrexerunt multa aperti tumulis,
 fatentes voce magna Christum esse Deum.
 Cogitare nunc libet quātus dolor tunc fuit
 matri, cum sic dolebat, quæ insensibilia
 erant. Nec lingua poterit loqui, nec mens
 cogitare valebit, quanto dolore afficieban-
 tur pia viscera Mariæ. Nunc soluis virgo
 cum vsura, quod in partu non habuisti à na-
 tura. Dolores pariendo filium nō sensisti,
 quem milies replicatum filio moriente pas-
 sa fuisti. Iuxta Crucem Christi stabat emor-
 tua mater, quæ ipsa ex Spiritu sancto cō-
 cepit. Vox illi non erat, quia dolore attrita
 iacens pallebat. Quasi mortua uiuens uiue-
 bat moriens, moriebatur uiuens, nec mori
 poterat quæ uiuens mortua erat. In illius
 anima dolor seuē seuebat. Optabat mori
 magis, quā uiuere post mortem Christi,
 quæ male uiuens mortua erat. Ibi stabat do-
 lore cōfecta. O uerum eloquiū
 Simeonis, quem promisit gladium sen-
 tiebat doloris. Expectans corpus Christi
 deponi plorabat dicens. Heu me, heu me:
 Reddite, vel saltem nunc mœstissimæ ma-
 tri extinctum filium. Vel certe, si magis li-
 bet me inuicem illi coniungere, ut cum dolo-
 ribus suis mereant, & dolores mei. Deponi-
 te illum, quā so, deponite mihi, ut mecum
 habeam corpus exanime, suq; meus unicus
 mihi in solatium, vel defunctus. Stabat iux-
 ta Crucem Maria intuens uultu benigno
 Christum pendentem in patibulo, pedumq;
 sumitibus ianitens manus leuabat in
 altum, amplectens rubricatam crucem, ac
 in oscula eius uacans ea parte, qua vnda pre-
 ciosissima sanguinis desuebat. Sursum ma-
 nus nitū, quo poterat extendebat, unicum
 suum amplecti desiderans, nec valebat. Spe-
 rat. n. amor multa, quæ nunquam vel iaro
 fieri possunt. Impatiens siquidem amor cre-
 dit, q̄ sibi debeant cedere vniuersa. Volebat
 amplecti Christum in alto pendentem, sed
 manus frustra protensa in se complorā cō-
 plexæ redibant. Leuabatur à terra sursum,
 ut dilectum suum contingeret, ipsumq; tā-
 gere nequens, durissime recollidebatur ad
 terram. Ibi doloris immensitate oppressa
 prostrata iacebat: sed maxima vis amoris
 qua incensa mens eius ardebat, eam erige-
 re compellebat, & amoris impetu surgens,
 recedens manibus suum autēctare filium

affec̄tabat: & rursus magno cruciata dolo-
 re, terram repetere cogebatur. O quā ma-
 le tunc illi erat. Grauius illi erat vita uiue-
 re tali, quā diro gladio seue necari ab im-
 pijs. Tamquam mortis pallor eius vultum
 perfuderat, genis, & ore tantū cruore Chri-
 sti rubentibus candentes guttas sanguinis
 ore sacro tangebant terrā de oscula læpissi-
 me, quā cruoris vnde rigabat O graue mar-
 tyrium. O frequens suspirium. O languens
 pectus virgineum. Anima eius tota liquefa-
 cta est, facies pallet rosca, sed precioso filij
 sanguine rubet resper̄sa. Interim vir quidā
 nobilis nomine Ioseph, qui erat discipulus
 eius, occulte tamen, ad Pilatum accessit, pos-
 tulās sibi donari corpus Domini Iesu Chri-
 sti. Quo sibi concessio, accessit quemdam
 virū sapientem, & legisperitum nomine Ni-
 codemum discipulum Christi occultum si-
 militer, & venterunt ad locum, vbi erat Do-
 minus crucifixus, secum instrumenta feren-
 tes, quibus clauos extraherent, & ut eum de
 cruce deponerēt. Quos cum benignissima,
 & mœstissima mater aspiceret, & sciret eos
 unicum suum velle deponere de Cruce,
 quasi de morte consurgens paululū reuixit
 anima eius, & de terra festina exiliens vbi
 iacebat dolēs violentia prostrata, quod po-
 terat adiutorium debilissima illis ministra-
 bat. Vnus duos illos, ac diros clauos trahe-
 bat è manibus, alius, ne corpus exanime ca-
 deret, sustentabat. Stabat, & Maria brachia
 leuans in altū, vulnera contemplans, manus
 perforatas sacroq; sanguine resper̄sas in-
 tuēs, vix sustinere se potuit. Iaq; manus, bra-
 chia sancta, & caput supra triste pectus su-
 scēpit, ut hoc ultimo, & miserando solatio
 posset consolari. Quem ut attingere valuit,
 amore materno ruc̄s in dulcissimum ample-
 xus, & oscula, de suo sic male tractato filio
 nō poterat fatiari. Sed cum de cruce cor-
 pus eius fuisset totaliter depositū, præ dolo-
 ris vehementia, & amoris immēsitate quasi
 exanimis facta fuit. Stabat ad caput extin-
 cti filij mœstissima mater, & eius regalem
 faciem mortis obfuscatā palloribus, magna
 rigabat affluentia lacrymarum. Aspiciebat
 illud reuerendissimū caput coronæ spinæ
 diris aculeis perforatum, manus illas, & pe-
 des sacros clauis ferreis crudelissime perfo-
 ratos, latusq; suffossum lancea, cum ceteris
 membris laceratis, & amœstissime suspirans,
 ac flens dicebat: O fili mi dulcissime, quid
 fecisti? Quare crudelissimi Iudæi te cruci-
 fixerunt?

De lamentatione Virginis Mariae.

fixerunt? Quae causa mortis tuae? Commisistine scelus, vt tali morte damnareris? Nō fili non fili, sed sic tuos redimere dignatus es, vt posteris exēpla relinquis. In gremio meo nūc te mortuum tenco. Quid ego tua mater fili mi dilectissime faciam? Væ mihi fili mi, dulcedo mea, consolatio mea, vita mea. Vbi est illud gaudium indicibile, quod in tua admirabili natiuitate habui? Væ mihi fili mi, in quantum dolorem, & tristitiam versum est illud tam magnificentum gaudiū? Succurre mihi fili mi, & spiritum sanctum mihi interim infunde, quia iam gaudij illius, quod in obumbratione, & angelica salutatione cōcepisti, fere p̄ dolore in memor deficio. Interim autem frōtem, & genas, nasum, oculos, osq; simul frequentius osculabatur, tanta perfluens affluētia lacrymarū, vt carnem cum spiritu resoluī putares in lacrymas. Rigabat felicibus lacrymis corpus exanime filij, & monumentum in quo posuerunt eum, modo mirabili madidabat, vbi, & eius lacrymæ adhuc apparere dicuntur, indicat iuxta doloris intimi, qui animam eius tamquā gladius acutus pertrāsiuit. Cogitabat mirabilia facta vnicuique sui, & durissima opprobria, & tormēta, quæ viderat oculis suis, & auribus audierat, reuoluebat in mente, quis videlicet, qualis, & quantus fuerat, quem ipsa virgo concepit illaeso pudore, & peperit sine dolore, quæ etiā cum summa diligentia lactauerat, & custodierat, & educauerat, qui erat ei v̄ta, dulcedo, gaudiū, & solarium, consiliū, refugium, & auxiliū vitæ suæ. Videbat inquam Dominum, & Deum suum vnicum suum filium sic vilitate, & crudeliter pertractatum. Vnde dicebat: Dic, fili dilectissime, dic amor vnice, vitæ meæ singulare gaudium, vnicum solatiū, quare sic me dolore periri permittis? Cur tam longe factus à me? Deus meus consolare animam meam, miserere mei, & respice in me. Dicat qui potest, cogitet quantum potest, medietur si potest, quæ doloris immensitas tunc maternā animam cruciabat. Nō credo plene enarrari, vel meditari posse dolorem virginis, nisi tantū fuisse credamus, quantum vnquā dolere potuit de tali filio talis mater. Verumtamen rectum erat amoris, & mæroris continens modum. Nō desperabat, sed pie, & iuste dolebat, sperans tamen firmiter, fortiterq; tenens ipsum secundum promissam suam tertio die resurgere. In ipsa, n. sola in triduo illo fides Ecclē-

siæ stabat, & dum vnusquisq; hæsitabat, omnes quæ fide cōcepit, fidē, quam à Deo seminatū accepit, numquam perdidit. p̄q; certissima Domini resurgentis gloriæ expectauit. Aderrant secum quædam sanctæ, & pauce mulieres, paruusq; virorum numerus, qui Christum dominum cum matre flente amarissime flebant. Erant similiter, & angeli dolentibus condolentes. Dolebat quidem pius iustusq; dolore, morti compatientes Dei, & domini sui, si tamen dolere quomodolibet poterant. Sed credo quod gaudentes erant, eo quod genus humanum miserū, & captiuum misericorditer redimebatur. Flebāt, & ipsi (vt arbitror) amarissime materem vilitate, videntes dominam suam matrem vtique Dei sui tam vehemētī dolore repletam, torriuius affluentium lacrymarum perfusam. O quis tunc angelorum, archangelorumq; etiam contra naturam suam non fletet, vbi auctor nature, Deus immortalis, homo mortuus iacebat? Videbant Christi corpus sic male tractatum ab impijs, sic lacrimis miseris iacere exanime, suo sanguine cruciatū. Videbant etiā illam piissimam, illam sanctissimam, ac beatissimam virginem matrem eius tantis cruciari singulibus, tam amaris repleti doloribus, tam abundantibus lacrymis madidari, sic amarissime flere, quod nullo modo poterat suas lacrymas refrænare. Et quis poterat tunc à lacrymis se abstinere? Fiebat proinde mæror, & luctus ab angelis ibidem presentibus, qualis decebat spiritus almos: immo mirarer si omnes angeli in illa beatitudine vbi flere est impossibile, nō fleuissent. Credo propter quod, & loquor, quia dolebant si dolere valebāt. Sicut. n. fuit possibile Deum per assumptū hominem mori, ita forte possibile angelos bonos dolere de morte Domini Dei sui. Ioseph autē ab Arimathia vir sanctus, & iustus, qui corpus Christi cū Nicodemo deposuerat de cruce (sicut euangelistæ testantur) mercatus sintonem inuoluit illud, preciosis conditū aromatis. & in monumento nouo, quod sibi exciderat sepeluit. Tūc angelorum millia millium, qui ad Christi sepulchrū conuenerant, dulces ei, ac deuotas exequias, & victoriā decantabant illi Domino laudes, & cetera, sed Maria gemitus, & suspiria emittebat. Dum igitur Ioseph, & Nicodemus dominum ponerēt in sepulchro, volebat simul cum illo mater mestissima reuelari. Erat enim innixa super dilectum suum, quem

L. C. 1. 1.

quem amplectens suauiterq; de osculans, sic
 uocabat. Misere mini mei, misere mini mei,
 saltem vos amici mei. Illum adhuc paulu-
 lum mihi relinquit, ut faciem ipsius subla-
 to velamine valeam contemplari, & pia
 amore ipsius aliquantulum videndo conso-
 lari. Nolite quæso cum tam cito tradere se-
 pulchre, sed ipsum reddite mihi miseræ ma-
 tri suæ, ut illum mecum habeam saltem vel
 defunctum aut si illum in sepulchro re-
 conditis, ibidem me miseram matrem cum ip-
 so sepelite, quia male post ipsum superero.
 Ut quid post ipsum viam? Illi ponebāt Do-
 minū in sepulchro, & illa visu, quo poterat
 illum ad se trahere conabatur. Illa volebat
 eū sibi cum totis viribus retinere, & ipsi vo-
 lebāt eū tradere sepulchre. Sicq; pia lis erat
 & contentio miseranda inter ipsos. Omnes
 tamen virgineo cōpatientes dolori, pio desi-
 derio coacti sic amarissime flebāt, ut nullus
 eorum posset ad plenum verba formare. Vi-
 debat etenim piā matrem omni quidē
 constitutam, & super ipsam potius
 quā super Dominum suum extinctū plā-
 gebant. Maior illis inerat dolor de dolore
 matris, quā de morte Domini sui: flebant
 igitur omnes miserabili dolore gementes
 cum Christo p̄ Iesum vitæ Dominū & mor-
 tis tradere sepulchre. Sepulchro, itaque Do-
 mino matris eius sepulchrum amplectitur,
 & vocat, quæ poterat, suum benedicebat si-
 mul sepulchrum, ingemiscensq; vocabat. O
 singularis virgo, & mater, iam dicere pote-
 ras: Anima mea liquefacta est, ut dilectus
 locutus est in cruce, quando dixit: Mulier
 ecce filius tuus. Nunc dicere potes: Quæsi-
 ui, & non inveni illum. Vocavi, & non re-
 spondet mihi, scilicet ad sepulchrum. Ibi
 sedens in iuxto capite manus extēdebat, de-
 super illud osculans, amarissimisque singul-
 ribus suum filium plorabat. Accessit au-
 tem nouus filius eius Ioannes, cui de cruce
 Christus eam cōmendauerat diligenter, lu-
 gens, & ipse inconsolabiliter, ipsam lugentē
 ac gementem ieuauit. Nam cruciata gemiti-
 bus, fatigata doloribus, afflictā plorantibus,
 pedibus se sustinere nequibat, tamen sicut
 potuit à mulieribus honestis ac sanctis adiu-
 ta cunctis simul plorantibus Hierusalem
 ingreditur. Multæ autem feminae videntes
 eam, commotæ pietate super missis dolori-
 bus, amarum conuertebantur ad luctum.
 Quædam vero post ipsam euntes lamenta-
 bantur, & ipse. Dolor etenim eius cunctos

intuentes dolere compellebat, vixq; lacry-
 mas continere valebant, qui eam plorantem
 conspicerent. Tam pie plorabat, tam amare
 dolebat, quod sui ploratus pietate multos
 etiam inuitos ad lacrymas prouocabat. Fle-
 bat planctus quacumque Maria transibat.
 Omnesque plorabant qui obuiabant ei. Sic
 igitur perducitur à plorantibus, & dolenti-
 bus ipsa plorans, & gemens, quousque per-
 uenerunt ad domum Ioannis. Ibi recessit,
 ibi permansit, ibi in sua domo Ioannes re-
 tinuit, & super propriam matrem in omni
 caritate dilexit. Erat. n. sibi datus in filium
 sed ipse se fecerat seruum eius, in omni-
 bus, & per omnia sibi familiariter seruien-
 do. Denique resurgente filio, præ nimia de-
 bilitate membrorum deficiens, pia mater
 ad sepulchrum ire nequibat. Tunc curren-
 tibus alijs, & vnicum filium cernentibus di-
 cere potuit virgo Maria: Filia Hierusalem,
 nunciate dilecto, quia amore langueo. O fe-
 lix, & beate Ioannes, cui talem thesaurum
 Dominus dignatus est cōmendare. O Chri-
 sti dilecte præ omnibus. & prudens, quem
 constituit Dominus priuatum camerarium
 aulae suæ speciosissimæ. Retribuet tibi Do-
 minus vicissitudinem amoris, mercedemq;
 dilectionis, quam in eius, ac tua matre tali-
 ter desolata vsq; ad finem vitæ suæ exhibe-
 re curasti. Benedictus quidem tu es à Domi-
 no. Benedictus à matre Domini, quam dile-
 xisti, & cui seruisti puro corde, & mundo
 corpore. Benedicti sint omnes, qui diligunt
 illam matrem, & super omnia sit benedi-
 ctus fructus ventris sui Iesu. Christus Do-
 minus noster, qui cum Patre, & Spiritu san-
 cto viuunt, & regnat Deus in æternum, & in
 sæcula sæculorum. Amen.

SEPulto itaque domino, à Iudæis signatū
 est monumentum, & traditum est custo-
 dibus ut custodirent illud. Interim virgo
 Maria in domo Ioannis manebat, ibique ia-
 cebat, quia nimio dolore confecta non po-
 terat nisi cum difficultate magna ambulare.
 Ibi enim die, noctuque plorans gemitabat,
 nec erat, qui consolari eam posset ex omni-
 bus charis suis, nec suæ sorores, nec etiam
 ipse Ioannes. Ibi amaro corde opprobriosā
 passionem dilecti filij sui reuoluebat, modo
 spūta, modo ludibria, modo colaphos, ala-
 pas, & flagella, modo crucis angariā, modo
 dua clauorum vulnera, modo lanceam, modo
 coronam spineā, modo aceti, & fellis pocu-

la, verbera, & impropria, modo mortem, mortem autem crucis. Hæc autem cogitando plorabat, atque plorando, & eiulando clamabat: Fili mi Iesu, Iesu fili mi, bone, ac benigne, ac creator omnium Deus, qui factus homo, morte turpissima es percipus, quem terra, pontus, æthera capere nequeunt, modo arcto clausus es sepulchro. Iacet filius meus extinctus, & sub lapidibus clausa est vita mea. Sumens enim corpus fragilitatis humanę dignatus est ad terram descendere, & sui eum, non receperunt, sed malum semper machinati sunt contra eum, in illum sciebat Herodes ille tyrannus iniquus cum turba crudelissima Iudæorum: quando scilicet ad magorum verba turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, paruulumq. & tenellum ad vbera materna pendente morte crudelissima perdere nitebatur: Dehinc proficiens ætate, & sapientia coram Deo, & hominibus, factus est vir discurrens per ciuitates, & castella, prædicans, & annuncians regnum Dei, elementis, & dominionibus imperabat, infirmos sanabat, & mortuos suscitabat. Et cum talia faceret, sustinebat insidias, sustinebat calūnias, sustinebat blasphemias, quas principes sacerdotum, scribæ, & pharisæi, & omnis populus contra eius innocentiam inuehebāt: sed cum eorum perfida, & peruersa nequitia vnici filij mei bonitatem super excellentem sustinere non possent, ipsum auferre de terra nefarie cogitantes, ligauerunt, flagellauerunt, deturpauerunt, crucifixerunt, dilaniauerunt, & morte turpissima occiderunt sicut præsens dies liquido manifestat. Ergo vos omnes fideles Christi recolite de morte, & passione Domini nostri Iesu Christi,

& per totum istum venerabilem diem lacrymas fundere non cessetis, vt in die resurrectionis Domini ad laudem, & honorem illius resurgere valeatis.

Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuunt, & regnat Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Finis lamentationum beatę virginis Marię.

DOCTRINA BEATI BERNARDI.

De modo viuendi in Monasterio ad quemdam Monachum.



Vando surgendum est ad vigiliis, præparandus est animus ad deuotionem, ita vt feruenter exiliis de lecto, & corpore discusso gratias diuinę misericordię agas pro quiete indulta, pro custodia, & protectione angelica. Deinde veniens ad Ecclesiam, pone manum super ostium, & dic: Expectate hic cogitationes malę, intentiones, & affectus cordis, & appetitus carnis. Tu autem anima mea intra in gaudium Domini dei tui, vt videas voluntatem domini, & visites templum eius. Sicque veniens ante crucem dic: Adoram te Christe, & benedicimus tibi, &c. Deinde quoties dixeris versum in choro tuo illum, qui in choro cantatur, dicas silenter, & versus singulos latrem aliquo pipere consperges, meditatione, scilicet aliqua spirituali, quia animus delicatium habens, & esca eius electę debent esse. Et ne defigas oculos tuos longe ante te, quam longe protenditur proceritas corporis tui, quia hoc multum impedit vagationes animi. Et depinges te quasi resupinatum ante te Dominum in cruce, & nunc pro clauis, nunc pro spinis, nunc pro spulis, nunc pro lateris effusione suspirabis, & gratias ages. Cum exeundum fuerit à choro, dices Domino. Adhuc habeo Domine priuatas laudes, & benedictiones tibi dicere, quas scilicet nunc à publicis exciens cętabo tibi, & psallam in gloria mea. Cum ad missam ventū fuerit, suscipe inuitantem ad missam priuatas, ac si panem angelorū tibi delapsum de cęlo videres. Si quę amouere volentē intueberis, ac si fame deficientē fauce buccellā panis auferre conaretur. Cū ad capitulum veneris, diligenter accipiens armaturā Dei, in galea prouidentię, in lorica patientię, in scuto mansuetudinis, quibus possis clamaciones iustas vel iniustas elidere. Si peccasti, dic tantum emendabo. Si nō, dic non memini. His nec amplius, nec minus aut clamoribus, aut verberibus à te extorqueatur. Cogita cum accedis ad iudiciū capituli: Deum, & priorem, Pilatum, & pharisæos clamantes in eum, & milites verberantes.

rantes eū sine causa. Cogita capitulū durum
 sanctorum martyrum eū starent ante reges
 & praesides. eū pertinentijs suis, id est eū pec-
 nis & tormētis quę patiebantur. Cogita fu-
 turum capitulum tuū in morte coram Deo
 eū millia dæmonū clamabunt contra te, &
 decies cetera millia aduersum te, etsi quid
 hic tecum durius agitur, illorum considera-
 tione leuigetur. Cogita quille qui clamat, te
 nouacula Dei est, & pios vult tibi tollere
 deformes, vt speciosus fias. Cogita quipitan-
 tia est de cęlo missa correctio. Quicumq; te
 clamauerit, eadem die remunerabis eum
 obsequio quocūq; si potes, eo quod te à de-
 formitate peccati releuare voluerit. Cū ad
 laborē veneris, sic tēperabis opus agendum,
 vt sollicitudo operis intentionem animi tui
 ab ijs, quę Dei sunt, nō auertat. Quādo pau-
 sandum est, noli angulos consecrari, vel à ce-
 teris semotus sedere, sed sint oculi tui ad
 fideles terra, vt sedeant tecum, & tu confede
 in medio doctorū. Quidā frater cum apud
 nos paufantibus ceteris solus longe federet,
 primo capite carnis stimulo yrgeri, au-
 diuitq; vocē dicentē sibi: Vaad ad castra. Et
 cum venisset vbi ceteri erant, quieuit stimu-
 lus. Cum veneris ad refectiōnē, nec primus
 intrabis, nec vltimus. Si non potes sumere,
 quę apponuntur, non ea permittas omni-
 no mutari, sed vel modicum sume, vt come-
 disse videaris. Si quis instet vt comedas, hoc
 rariū signo responde, bonum est, multū
 est, factum est. Cogita, quōd multorum la-
 bore, in finitis nauigantium periculis ha-
 leca, pisces, vel cetera tibi necessaria procu-
 rantur, vt carnis tuę desiderijs satisfiat, &
 per singulas buccellas age gratias. Interim
 cogita Christum crucifixum expectare gra-
 tias tuas, vel ad portam reliquias tuas pau-
 perem praestolantem. Abinentiam omni-
 no interdico tibi ne facias, sed quotidie se-
 cundum mensuram comedere. Si per noctem
 illusio tibi acciderit, ne contristeris, sed in
 crastino confitere, & aliquo te inuitante ad
 missam vt ministros, caute coram omnibus
 te excusa per signum, vt est consuetudinis,
 quatenus omnes illam tuam pollutionem
 intelligāt. Fecit hoc aliquis apud nos etiam
 nullo vocante ad missas, vt magis eruberet,
 & à tentatione carnis liberatus est, intantū
 vt vix aliquid tale postmodum sensent, nec
 nisi semel vel secundo per annum prurium
 huiusmodi patiebatur. Ex quo patet quā
 vera sit sententia Dei dicentis: Ego glori-

cantes me, glorificabo. Et omnis, qui se hu-
 miliat, exaltabitur, & humilibus dat gratiā. *Luc. 14*
 Quando legendum est, conuersa facie ad
 Ecclesiam anteposito libro vtere soliloquio
 tuo, & vbi cumque occurrerint Dei benefi-
 cia, dic: Quid retribuam Domino pro omni-
 bus quę retribuit mihi? quantum debes ani-
 ma mea? Et conuersus ad angelos dic: Ve-
 nite audite, & narrabo omnes, qui timetis
 Deum, quanta fecit animę meę, & ad ip-
 sum Deum deflectens oculos, verē, inquit,
 Domine misericordia tua magna est super
 me. Si autem sollicitate te in hunc modum
 corde, & pulsante ostium paradisi, aliqua co-
 gitatio maligna interstrepit, statim propo-
 ne, & dic, Cuius est imago hac, & super scri-
 ptio? & audiens quōd Casaris est, hoc est
 principis mundi. Diaboli, dic: Pecunia tua
 tecum sit in perditionem. Iam ostium clau-
 sum est, & Dominus hic Pascha manducat,
 non vacat mihi aperire tibi. Si autem adhuc
 steterit cogitatio mala, appone illi signum
 crucis. Sanctimonialis quadam apud nos
 in tanta veneratione habuit signum cru-
 cis, vt cum efferenda esset ad tumulum ma-
 crie crucifixi vteretur post eam in parte
 illa, per quam elata est, & sic caput imagi-
 nis in partem illam intendens perpetuo
 contra solitum sic permaneret. Alia reuelauit
 cuidam computruisse manus suas, sed
 pollicem non potuisse corripui, quo signum
 crucis sibi imprimere consueuerat. Caue
 ne in tactu alicuius vel de consensu facias, vel
 tibi fieri permittas, vnde te oporteat erube-
 scere. Colloquia priuata nec fugias, nec re-
 quiras: cogita tamen, quōd poma syluestria
 sunt. Cum videris aliquem in oratione, in
 lectiōne, in silentio, in patientia, in obedi-
 entia & similibus studiosum, gratias age Deo
 quōd speculum tibi miserit, & nō inuideas.
 Cum aliquem turbatum videris: gratias age,
 quōd nubes illa per te non transijt, &
 dic: Quid illa tentatio de me fecisset, si Deus
 permisisset? & non iudices alienam imperfe-
 ctionem, neque fodiās parietem conscientię
 eius. Cum aliquid rogaturus à priore ve-
 neris, prepara te ad repulsam semper & si
 contigerit negari tibi, quod postulas, dic a-
 pud te: Quid decebat a seellum, nisi fientū, &
 stimulus? Ego nihil proprie vendicare pos-
 sum in domo ista, nisi cilicium, & crucem, cili-
 cium in monte, & crucem in fossa. haec est he-
 reditas mea. Ita tamen vt modica gleba ter-
 ræ ceteram cooperet. Et hoc habebis in me-

*Luc. 14**Pf. 115.**Exēplū.*

E

moriam quando cubitū vadis. Et cum sagum, & coopertorium videris, lectum tumulo comparans quasi sepelendus intrabis. Si dormire poteris, bene est. si non potes, expertum est, quod si cogitando procures, dormies. Abscōde super omnia huiusmodi studia tua, & dissimula apud alios meditationes tuas sanctas quātum potes, & in omnibus obsequio sedulum te exhibe vniuersis. Præcipua existima lucra aliorum in obsequijs publicis, & priuatis. Insuper paratus sis ad obediendum alacri animo, & vultu.

Exēplū.

Cogita monachum illum Gerardum nomine, qui cum de Dei misericordia ultra modum desperaret, infirmatus ad mortem iacuit per triduum oculis clausis in mentis excessu, & visitatus ab Abbate oculis apertis ait: Bona est obedientia. Ad tribunal Christi fui, animas sanctorum vidi, ipsumque facie ad faciem vidi dicentem mihi: Ecce locus tuus inter fratres tuos. Nullus tui ordinis peribit si ordinem amauerit, aut in morte purgabitur, aut in breui post mortem. Salui autem qui de ordine tuo sunt, aut in ordine Apostolorum, aut martyrum aut confessorum sortem accipiunt. Et hæc dicens communione accepta discessit. Ad omnia, quæ insurgunt discere remedium aliquod adhibere. Cum tempore deprimeris: cogita, quod hodie operari licet, cras forte non licebit. Cum libidine pulsaris, cogita ignem æternum. Si inobediencia te teneat, cogita quod quasi scelus idololatriæ est, nol le acquiescere. Si impatientia vexaris, cogita, quid pro te pertulit Christus. Cum superbia tentat, cogita meliores. Cum mala voluntas, cogita quā pro modico damnatur, qui pro sola voluntate sine effectu operis reprobatur. Cum vanitate pulsaris, cogita, quia multa non feceris, & quo magis nunc occultaris, eo gloriosius iudicio innotesces. Cum de vigore corporis vel decore hilarescis, agnosce quā celeriter febre tenuissima tolli potest. Cum te molestat religionis pondus, & disciplinæ assiduitas, cogita illud beati Hieronymi: Nullus labor durus, nullum tempus longum debet videri, quo gloria æternitatis acquiritur. Illud fili dulcis tanquam dæmonium meridianum fuge præ alijs hostis antiqui astutijs, quod cauendum tibi summo opere denūcio, vt ex eo tempore, quo religionem intraueris, numquam cogitationem illam suscipias, foueas, aut ei credas, qua suggeritur te mi-

nus vtilem in religione manere susceptam, & in alio statu, vel habitu magis tibi, vel alijs posse proficere. Nam si cordis aurem huiusmodi phantasijs inclinaueris, diuident & distendent animum tuum, ita vt nullum saporis spiritualis condimentum possis retinere. Et tunc cor tuum quasi vas contractum, quod omnem sapientiam non tenebit. Indeque non solum tadium, sed horrorem, desperationemque boni operis præconcepti imminere necesse est, dū animus tuus circa multas professiones, studiaque diuersa diuiditur. Vnde quidam patrum in collationibus: Solent animi leues minimeque fundati, cum audierint quosdam in diuersis virtutibus, ac studijs bonis magnifice prædicari, ita eorum laude succendi, vt eorum imitari statum protinus desiderent, at frustra. Nam ex huiusmodi mutatione, ac varietate propositi, dispendium capiunt, nō profectum: quia multa sequitur, nihil integre consequetur. Ideo hoc vnicuique expediens est, vt secundum propositum, quod elegit, & gratiam, quam accepit, summo studio, ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet, aliorum laudes amet, & admiretur virtutes, ac nequaquam a sua, quam semel elegit, professione discedat. Multis namque vijs ad Deum tenditur, & ideo vnusquisque viam semel arreptam, irreuocabilis cursus sui intentione conficiat, vt sit salte aliqua professione perfectus. Singulare autem contra omnia mala remedium est mortis memoria.

BEATI BERNARDI
Homilia de duobus discipulis eun-
tibus in Emaus, secundum
Lucam. Cap. 24.



N in isto tempore. Duo ex discipulis Iesu ibant in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalē, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de ijs omnibus, quæ acciderant. Et reliqua. Homilia lectionis eiusdem B. Bernardi Abbatis. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Recordatione tantæ dul-

Luc. 24.
b

Hieron.

cedinis,

ceditis, tuorum mitiga dolores fletuum, vt offeras resurgenti cum assato pisce mellis fauum, & paschatis agni suauitas temperet amaritudinem agrestium lactucaram. Elige an videre Iesum desideres cum Maria Magdalena sub specie hortulana, an cum duobus discipulis in habitu peregrini. Nam vtraque visio & colloctio, sed conscientia sunt iubilus, & dulcedo. De duobus condiscipulis videtur dulcius in pere. Hinc enim lectio mel in ore, & iubilus est in corde, extasis mentis deuota. Dulcor eius omne excedit eloquentiam, & tora absorbet conscientiam, & transformatur in superna iubilationis imaginem, & deliciarum caelestium nouitatem. Considerata huius lectionis mira suauitas totas inebriat medullas animae. Ex singulis etenim clausulis sentitur quidam ignis erumpere, qui si in sinu absconditur clausus, in oculibus totos, depascit angulos amantis conscientiae. Si scintillet exterior, videtur Solis iubare splendidius radiare. Ibat duo. Quae fuerit causa huius itineris, non declarat textus historicus, sed hoc fuisse diuinæ prouidentiae arbitror, vt qui pro morte Domini tantum erat desolatus in via, qua ambulabant consolatio forte reciperet de ipsius dulcissima visione. Et forte propter hoc duo pariter ambulabant, vt dolores suos confabulatione mutua mitigarent, & corda desperantia ad spei refrigerium reuocarent. Vnde dicitur in Emaus consilij. Desiderabat enim amaritudinē tribulationis suae saluari consilio releuare. Sed vt de fauo mel exprimamus, & in auro rutilante flammiumas gemmas inferamus, si quid in tam dulci historia dulcius lateat, inquirere studeamus. Vt arbitror, isti duodici possunt oratio, & meditatio, quae coniunctione necessaria sibi adinueniēte copulantur. Et per orationē illuminatur meditatio, & in meditatione exardescit oratio. Quoties igitur in contemplatione Dominicae Passionis suspendimur, ex recordatione tantae admirationis in oratione compungimur. Meditatio ruminat liuores vulnerum, fixuras clauorum, lanceam & acetum, persecutorū seuitiam, apostolorum fugam, & mortē turpissimam, corporis sepulturam. Oratio fundit suspiria, piae deuotionis stillat aromata, tota resoluitur in lamenta. Et factum est dum fabularentur, & secū quarent, ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne illum agnoscerent. Talibus confabulantibus appropinquat Iesus. Quis est Iesus, nisi vita, & salus? Etenim in talibus sermocinationibus est vita, & salus animae, & eis dicitur Iesus appropinquasse, quia iuxta est dominus ihs, qui tribulato sunt corde. Oculi autem eorum tuebantur ne possent eum agnoscere: quia etiam sunt iusti, & sapientes, atque opera eorum in manu Dei, nescit tamen homo utrum sit dignus odio, vel amore. Si dixerō (inquit Iob) consolaber me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo terreat me per somnia, & per visionē horrore concutiet. In lectulo notatur quies meditatio, & per stratum in quiete uacuo colloquitur, virtus orationis exprimitur, quia in his duobus tribulatis corde, verae consolationis requies inuenitur. Sed cum sub pennis earum deargētatis refrigerium interne quarimus: & occurrunt imaginationibus nostris, quam dūctricē in extremo iudicio sunt sententiae iudicantis, ibi trinitiam inuenimus, vbi solatium querebamus. In hoc autē, quod appropinquas dicitur cum illis ire Iesus, aliud potest designare iucundius. In appropinquatione enim illa signatur ille sibilus aurae tenuis, quam Eliphaz gloriatur se audisse dormientibus ceteris, per quam etiam Heliae consistenti in oratio speluncae legimus Dominum aduenisse, quia non in comotione, non in igne, non in spiritu, sed in sibilu aurae tenuis visus est pertransisse. Hic est ille radius suauissimus contemplationis, quo anima per cincinnū, capitis eleuatur, cum meditatione exardescente, & oratione scintillante. Nascitur in corde iubilus quidam scilicet mellifluis cordis risus, quem nemo scit, nisi, qui sentit, nec etiam ipse qui sentit, quia cito pertransit. Felix hora, sed breuis mora, quia factum est silentium in caelo quasi media hora. Non experti quae dico, qui hae experientia suauitatis intina didicerunt, quia cum in feruore orationis admisceatur ardor meditationis, erumpit ille contemplationis radius de medio earum, quasi species electri hoc est de medio ignis. Et scintilla quasi aëris candentis, suspiria scilicet conscientiae iubilantis. Oculi autem illorum tenebantur ne illum agnoscerent. Infirmittas autem suae conscia humana conscientia, pre ineffabili tantae suauitatis gloria contremisit. Vnde Helias vultum operuit, & Elphaz totus inhorruit, nec Moyses ausus est aspiciere co-

scerent. Talibus confabulantibus appropinquat Iesus. Quis est Iesus, nisi vita, & salus? Etenim in talibus sermocinationibus est vita, & salus animae, & eis dicitur Iesus appropinquasse, quia iuxta est dominus ihs, qui tribulato sunt corde. Oculi autem eorum tuebantur ne possent eum agnoscere: quia etiam sunt iusti, & sapientes, atque opera eorum in manu Dei, nescit tamen homo utrum sit dignus odio, vel amore. Si dixerō (inquit Iob) consolaber me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo terreat me per somnia, & per visionē horrore concutiet. In lectulo notatur quies meditatio, & per stratum in quiete uacuo colloquitur, virtus orationis exprimitur, quia in his duobus tribulatis corde, verae consolationis requies inuenitur. Sed cum sub pennis earum deargētatis refrigerium interne quarimus: & occurrunt imaginationibus nostris, quam dūctricē in extremo iudicio sunt sententiae iudicantis, ibi trinitiam inuenimus, vbi solatium querebamus. In hoc autē, quod appropinquas dicitur cum illis ire Iesus, aliud potest designare iucundius. In appropinquatione enim illa signatur ille sibilus aurae tenuis, quam Eliphaz gloriatur se audisse dormientibus ceteris, per quam etiam Heliae consistenti in oratio speluncae legimus Dominum aduenisse, quia non in comotione, non in igne, non in spiritu, sed in sibilu aurae tenuis visus est pertransisse. Hic est ille radius suauissimus contemplationis, quo anima per cincinnū, capitis eleuatur, cum meditatione exardescente, & oratione scintillante. Nascitur in corde iubilus quidam scilicet mellifluis cordis risus, quem nemo scit, nisi, qui sentit, nec etiam ipse qui sentit, quia cito pertransit. Felix hora, sed breuis mora, quia factum est silentium in caelo quasi media hora. Non experti quae dico, qui hae experientia suauitatis intina didicerunt, quia cum in feruore orationis admisceatur ardor meditationis, erumpit ille contemplationis radius de medio earum, quasi species electri hoc est de medio ignis. Et scintilla quasi aëris candentis, suspiria scilicet conscientiae iubilantis. Oculi autem illorum tenebantur ne illum agnoscerent. Infirmittas autem suae conscia humana conscientia, pre ineffabili tantae suauitatis gloria contremisit. Vnde Helias vultum operuit, & Elphaz totus inhorruit, nec Moyses ausus est aspiciere co-

tra Dominum. Et si venerit ad me, ais Iob, non videbo eum. Oculi illorum tenebatur. O si Dominum cognoscerent, quatum gauderent? Quantum ipsi gauderemus si cum in propria specie propius videremus? Quis non accederet, imo curreret, & teneret pedes eius? Sed adhuc loquitur Ioseph per interpretem fratribus suis. Adhuc dissimulat suam nobis exhibere dulcissimam visionem. Quid enim? Mortales fumus, in exilio degimus, nec illam perfectam visionis letitudinem beatitudinem prae multitudine gloria capere valeamus. Quis enim posset inter illa supereffluentis iubilationis gaudia spirare, quae dabuntur in patria, cum illa etiam stilla dulcedinis, quam nobis in via exhibet, in patria peregrina, totam mentem inebriet, & totam cordis latitudinem novis delicijs coangustet? Ideo tenebantur oculi eorum, quia Dominus erat in habitu peregrini. Et cum cum quotidie perspicimus in altari sub specie panis, & vini, nobiscum habitat in habitu peregrini. Nonne per oculos intelligere possumus amorem, & desiderium? Diligitus, n. deum, & proximum, desideramus regem, & regnum. Sed quia (vt ait beatus Gregorius) incognitum est nobis; dum in hoc corpore sumus, quantum diligamus Deum & proximum, & quando ex hoc exilio transmigrantes adipiscamur regnum, & videamus Deum, caecitatem patimur oculorum. Vnde in Ezechiele dicitur, quia porta, & thalamus habet lectum. Nec praetermittendum est, quod confabulando gradiuntur in castellum Emaus, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem. Dulce colloquium, & felix confabulatio, cum meditatione tractat oratio. Habet enim mel & lac in lingua. Labia eorum sicut vita coccinea, dum haec inuitat contemptum mundi, & illa incitat ad amorem Dei. Vnde dicitur in Emaus proficisci, quod interpretatur desiderium consilij. Numquid ambulabunt duo pariter nisi inuicem conuenerint? O beata conuentio, quam adiuuicem susurrant oratio, & meditatio. Profecto ire desiderant in Emaus castellum, quod ab Hierusalem est in spatio stadiorum sexaginta. Sexagenarius numerus ex denario constat, & senario, quae sexies decem, vel decies sex facit sexaginta. Stadium locus est in quo curritur. Denarius significat decalogum, in quo decem mandatorum series continetur. In senario vero figurat saeculi abrenunciatio, & morum conuersio, abiectio pro-

priae voluntatis, & abiectio sine facio simulationis, custodia cordis, & circumspectio sermonis. In his stadijs currendum est, vt cum Dominus dilatauerit cor nostrum, curramus in via mandatorum suorum, & post deouoluamus per viam. Et in his vijs appropinquans Dominus veniet nobis, sicut scriptum est de sapientia, quia praecupat qui se concupiscunt, in vijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia ostendit se illis. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis adiuuicem ambulantes, & estis tristes? Interrogatio ista amoris subministrat incedia, & quasi oleum proicitur in flamma. Dum enim peregrinus interrogat quid tristes adiuuicem colloquuntur, & ille, quem tam dilexerat & adhuc diligit, ad memoriam reducit, dulcis dolor augmentatur, & amor semimortuus in caminum prorumpens de igniculo, in cordibus eorum vehementer debachatur. Qui sunt hi sermones quos &c. Putas in allocutione peregrini aliquam non persentirent dulcedinem amoris diuini? Immo totus in medullis eorum reuixit, & resoruit amor Christi. Qui sunt hi sermones, quos &c. Deus Deus, quantas iubilaciones istae tristitia genuerunt, & quam suauiter suauitate ruminata, & quam dulcia suspiria percurrunt in corde? Bone Iesu, quam iucundo consolaris susurrio, quos de tua vides absentia contristatos? Quam libenter astat orantibus, & assistis suspirantibus, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos? Quam iucundus latitas post parietem nostrum, vt audias voces orantium, & dulcescant tibi dolores diligentium, de poenis rideas innocentium. Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti, quae facta sunt in illa his diebus? Cleophas, qui interpretatur increpans ore, formam orationis videtur exprimere, quae ponit coram Deo iudicium, & replet increpationibus os suum, nunc accusans cordis duritiam, nunc inconstantiam, nunc corporis frigore contractum, nunc inepta laetitia dissolutum. Tu solus peregrinus es? Corda solet amantium familiariter maior compunctionis afficere, cum tot vident inde specialiter fastidire studia, & a desiderio caelestis patriae tepescentis specie pietatis in solo exteriori habitu retinere. Raderet ergo Cleophas quoties talium perditioni ex intimis condolentes tales, tales in orationes profundunt queri-

Sap. 6. 6

C

querimonias. Domine, tu solus fuisti tempore passionis, abnegante Petro, fugiente discipulo, quem amabas, obliuio tui amoris privilegio, fugientibus etiam ceteris. Sed heu, heu, tempore compassionis, quæ nunc est, religiosos videmus non solum non participare per compassionem passionibus tuis, nec fugere, nec negare turbatione alicuius tentationis subita, sed iniquitas eorum procedit quasi ex adipe, transierunt in affectum cordis. Apponendo in iniquitates non ventur super dolere cum vulnere tuorum addere, qui cum sanctis mulieribus debuerant piæ deuotionis aromatibus delinire. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Dereliquerunt te omnes amici tui, luge facti sunt à te noti tui, posuerunt te abominationem sibi. Oes quæ sunt sua quarunt, seipso diligunt, le exilio fecerunt patriam, operibus dissentunt se peregrinos super terrâ, & hospites. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Nos etiam excellentiori professionis privilegio astimantes expressius fieri conformes humilitatis tuæ peregrinationis, collocati sumus in obscuris, sicut mortui sæculi.

Sed & prudentiores sumus in possessionibus ampliandis, & gloriosiores in ædificijs erigendis, callidiores in pecunijs congregandis. Inueniri possunt etiam pauci, qui fideliter incredant per semitas veritatis. Tu solus peregrinus es. Iam non miratur Behemoth si absorptus est flumine, quia pars maxima Iordanis in fluit in ore eius, & deiecit de fortitudine, & de stellis stravit sibi aurum quasilutum, & sub ipso sunt radij solis.

Tu solus peregrinus es in Hierusalem, in Ecclesia. si militante Deo, quæ videlicet non possidet adhuc pacem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa diebus istis. His diebus sanguinem tuum fudisti pro salute generis humani, & tot dolores, & opprobria ad vltimum crucis supplicium pertulisti.

Et cum tanta pro mundo passus sis his diebus, & tu oia trahere ad te ipsum promiseris, si à terra esses exaltatus, ecce exaltatus es super cælos. Imò cur non eruis eos, qui ducuntur ad mortem, cur ex Basan non conuerteris, cur omnes non trahis, cur tam paucos de multis eligis, quasi tuæ inmemor passionis? Non cognouisti quæ facta sunt in Hierusalem diebus istis? In Hierusalem diebus istis tu ille excelsus, admirabilis occisus fuisti, cui Moyses, & Helias in transfigurationis tuæ visione pulcherrima sunt loca

ti. Vere domine nimis excessisti, quia cum sit splendor paternæ gloriæ, & signa substantiæ eius, & cum sis Dominus maiestatis, & tremantibus elementis, calidissimis luminibus obscuratus, & stupentibus angelis, patii dignatus es tormentum abiectionis passionis.

Vere fuit excessus cum dedisti vellentibus genas tuas, cum faciem tuam non auertisti ab increpantibus, & conspuentibus, quando cum iniquis es deputatus. Tu solus peregrinus in Hierusalem. Cur non trahis nos post te, vt curramus in odorem vnguentorum tuorum? Cur das alienis honorem tuum, cum pro nobis consumperis carnem, & corpus tuum? Cur solij gloriæ tuæ, in quo iudicasti principem huius mundi, non recordaris? Cur spiritum gratiæ, & precum super nos non effundis? vt non solij lingua, sed & opere, & veritate confidentes nos aduenas & peregrinos super terram, ablineamus à carnalibus desiderijs, & trahamur ad te in funiculis Adæ, in vinculis caritatis. Dū hæc Cleophas loquitur in tribulatione spiritus, & amaritudine mentis, verba ista quanto putas repleant conscientiam sciscitantis? Quibus ille dixit: Quæ? Non est interrogatio nescientis, sed aduocantis, & quædam reciprocatio doloris. Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vii propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo, & quomodo tradiderunt eum fummi sacerdotibus, & princeps noster in damnationem mortis, & crucifixerunt eum? Primo solus Cleophas respondisse legitur. Nunc respondet tam ipse, quam ille cuius nomē in historia non habetur. Vnde quia est sine nomine, videtur formam meditationis exprimere, quam quandoque cogitationem, quandoque contemplationem solemus quasi proprio nomine nuncupare.

Secundum vero beatum Gregorium, Col. 4. s. istum fuisse Iueam aliqui æstimauerunt. Lucas, qui medicus fuisse ab Apostolo dicitur, qui confurgens, vt eleuans interpretatur, interpretatio sui nominis imaginem representat meditationis, quæ medicamentum est contribulati spiritus, & confectiæ agrotantis. Quæ sicut stellio mambus mittitur, vt moreretur in quibus regis, & confurgens ab imis eligendo suspendium, de se transitوريا & se eleuat ad superna. Adiungitur itaque meditatio orationi, vt ex amborum in repositione dulcioris balsamus melo, dicitur.

fiores spiret delicias in auiibus peregrini . De Iesu, inquit, Nazareno . Oleum effusum est nomen eius . O'cum, inquam, effusum, vnguentum aromaticum, iubilus cordiū Iesus Nazareus rex Iudaorū . Sed frangatur alabastrum, perflet auster hortū aromaticum, myrrha det odorem suum, diffluant riui balsamorum , crucifixus sit in memoria , crucifixi replicetur iniuria , crucifixi ruminentur opprobria , & caritas indefessa .

G

Omnia interiora nostra loquantur de Iesu Nazareno , qui laus non à peccatis nostris in sanguine suo, vt simus potentes opere, & sermone . Nonnulli potentes sunt in opere, sed non in sermone . Alij in sermone, sed nō in opere . Quidam potētes sunt in vtroque . Qui strenuus est in exercitacione corporali, bona, quæ praualet, non negligit operari . Patiens in tribulatione , & gaudens ad laborem obedientiæ, potest dici potēs in opere . Sed si minus hunc delectat assiduitas orationis, si nō est sollicitudine pia deuotus in vigilijs, vel forte non habeat gratiā predicacionis, potens est in opere, sed non in sermone . Videas aliquem frequēter in oratione deuotum, cuius oculi sunt sicut piscinæ in Efebon præ multitudine lacrymarum, sed recusat ferre iugum obedientiæ, votum suum offerre se æstimat offerendo hostiā amputata aure, suam plangit in oratione superbiā sed hora compunctionis tractata, ita superbus est sicut ante . Vel si leuis in moribus, post orationis suę deuotionem in eandem recidit leuitatem, ossa eius replentur vnijs adolescentiæ eius, vt numquā in conuersatione sua sit maturus . Licet ad modicum orationis tempore sit deuotus, vox quidē, vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau .

Cam. 7. b

Tales potentes videntur in sermone, sed non in opere . In opere, & sermone sunt potentes, qui habent in moribus honestatem, in operibus virtutem, in sermone scientiam, deuotionem in orationis assiduitate, gratitatem in conuersatione, perseuerantiā in amore . Pa siquidem operationis operatio deuota, est rechaatorium, & deuotæ orationis exercitatio prabet bonorum operum fulcimentum . Hæc est plenarie compunctio salutaris, quā commendat cōscientia lituro . Vnde cum sapientiam, & diuinas beasset dominus Salomoni, dedit ei, & atitudinem oris, quia nihil est sapientis, nisi dicitur, si in corde non recidauerit, qui uanitas uari non potest nauis

Ge. 27. c

H

caritatis . Nec parit Dominus verbis potentibus, & ad deprecandum compositis, si sic potens es in opere, & sermone, esto coram Deo, & omni populo . Coram Deo te commendet puritas intentionis . coram populo utilitas operis: vt sint lumbi mentis tuę succinēti, & lucerna ardens in manibus tuis . Et bene coram omni populo: quia caritas nescit angulum, non amat proprium, deseruire desiderat vtilitibus singulorū . Hinc est quod Apostolus se commendat ad omnem conscientiam hominū, prouidens bona, nō tantum coram Deo, sed et coram omnibus hominibus, vt tā Deo, quam omni populo sit acceptus . Sed beatissimo apostolo nemo se audeat comparare . Quātum enim distat ortus ab occidente, tātum a vijs nostris fuerūt viæ eius, & semitæ eius à nostris semitis exaltatæ, quia (sicut dicit Isaias) facti sumus immundi oēs nos, quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ . Potentes non sumus in operibus, & quid oremus, sicut oportet, nescimus . Ille solus speciosus forma præ filijs hominum, singulari priuilegio fuit propheta, potēs opere, & sermone, qui potenter operatus est salutē nostrā in medio terræ . Potestate plenus fuit in sermone quādo omnia creauit, quando dixit, & facta sūt, ipse mandauit, & creata sunt . Fortis fuit in opere cū hominem reparauit, & iuxta vaticinium Isaiæ opus suum, alienum opus fecit . Vere fuit opus alienum, si consideres quomodo tradiderūt eum summi sacerdotes, & crucifixerunt eum . Domine audiui auditionem tuam, & timui: considerauit opera tua, vias tuas, & expaui . Subfannauerunt te subfannatione, dentibus suis super te fienderunt, aduersum te latati sunt, & cōuenerunt, te summi sacerdotes, & principes tradiderunt . Illi, qui regere gregem debuerunt per viam salutis, facti sunt laqueus, & ruina in præcipitium damnationis . Ex ipsius flamma inuidiæ erupit, quia sicut in Iob legitur, ignis Dei de celo cecidit, & tactas oues, puerosque consumpsit . Nos igitur, qui quærimus crucifixi, crucis attendamus mysteriū . Ipsa est statera corporis Christi, quæ desiderabat, qui dicebat: Vnam appendentur peccata mea, quibus nā merui, & ca' amitas, quā patior, in statera . Crux facta est statera corporis Christi, quod est Ecclesia . Cum enim ipse crucifigeretur, appensa sunt eum, iō peccata quæ commissimus, ca' amitas, quæ incurimus . Ipse erat innocens,

caritatis . Nec parit Dominus verbis potentibus, & ad deprecandum compositis, si sic potens es in opere, & sermone, esto coram Deo, & omni populo . Coram Deo te commendet puritas intentionis . coram populo utilitas operis: vt sint lumbi mentis tuę succinēti, & lucerna ardens in manibus tuis . Et bene coram omni populo: quia caritas nescit angulum, non amat proprium, deseruire desiderat vtilitibus singulorū . Hinc est quod Apostolus se commendat ad omnem conscientiam hominū, prouidens bona, nō tantum coram Deo, sed et coram omnibus hominibus, vt tā Deo, quam omni populo sit acceptus . Sed beatissimo apostolo nemo se audeat comparare . Quātum enim distat ortus ab occidente, tātum a vijs nostris fuerūt viæ eius, & semitæ eius à nostris semitis exaltatæ, quia (sicut dicit Isaias) facti sumus immundi oēs nos, quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ . Potentes non sumus in operibus, & quid oremus, sicut oportet, nescimus . Ille solus speciosus forma præ filijs hominum, singulari priuilegio fuit propheta, potēs opere, & sermone, qui potenter operatus est salutē nostrā in medio terræ . Potestate plenus fuit in sermone quādo omnia creauit, quando dixit, & facta sūt, ipse mandauit, & creata sunt . Fortis fuit in opere cū hominem reparauit, & iuxta vaticinium Isaiæ opus suum, alienum opus fecit . Vere fuit opus alienum, si consideres quomodo tradiderūt eum summi sacerdotes, & crucifixerunt eum . Domine audiui auditionem tuam, & timui: considerauit opera tua, vias tuas, & expaui . Subfannauerunt te subfannatione, dentibus suis super te fienderunt, aduersum te latati sunt, & cōuenerunt, te summi sacerdotes, & principes tradiderunt . Illi, qui regere gregem debuerunt per viam salutis, facti sunt laqueus, & ruina in præcipitium damnationis . Ex ipsius flamma inuidiæ erupit, quia sicut in Iob legitur, ignis Dei de celo cecidit, & tactas oues, puerosque consumpsit . Nos igitur, qui quærimus crucifixi, crucis attendamus mysteriū . Ipsa est statera corporis Christi, quæ desiderabat, qui dicebat: Vnam appendentur peccata mea, quibus nā merui, & ca' amitas, quā patior, in statera . Crux facta est statera corporis Christi, quod est Ecclesia . Cum enim ipse crucifigeretur, appensa sunt eum, iō peccata quæ commissimus, ca' amitas, quæ incurimus . Ipse erat innocens,

Isa. 64. e

I

Isa. 88. f

Iob 1. d

Iob 6. a

nocens,

nocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis conuersatio eius, non enim peccatum fecit, nec inueniunt est dolus in ore eius. Et quoniam talis, ac tantus, tam indigna dignatus est in cruce pati, præponderare cepit calamitas, & crimina leuigari. Cū adhuc tamen in cruce erectus staet, vacillare videbatur statua, nec plene cognoscatur, quò cadere deberet, cum inclinato capite emisit spiritum: vt calamitas præponderando caderet, & quasi arena maris grauior appareret. Gentes quasi momentū statere reputata sunt. Nam in statua ceciderunt: quia partes aduersæ, damnationis nostræ chirographū auferunt. Triturans est Moab sub Domino, expandit manus super eū sicut natans ad natādū, ne demergeretur in profundum: & vt ipse subleuaret nos in excelsum, expandit alas suas, nos assumpsit & portauit in humeris suis sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. Sic ascendens super omnes cælos, de excelsis misit ignem in osibus nostris: vt quæ sursum sunt sapiamus, & nostra conuersatio sit in cælis. Potens fuit corā Deo, & omni populo: quia factus est angelus loquens pro nobis, & intercessor: existens Patri reconciliauit humanū genus: vt trumq; solus potuit arguere, & ponere manum in ambobus. Et quò summi sacerdotes, & principes crucifixerunt eum, Per sacerdotū quippe persuasionem populus dimittit Barabbam. Christum crucifigi acclamauit, & Pilatus fieri adiudicauit: lingua non manibus ipsum crucifixerunt. Vnde dicit David: quia linguas suas, vt gladium acuerunt. In hoc forte minus reprehensibiles, quàm noui crucifixores, qui manibus, & verbis mortem illi accersunt: immortalem mortificant, in crucifigibilem crucifigent. Quæ ab ipsis in ore cuncto, vel etiam in aperto fiunt, turpe est dicere. Ponere ve-teor os meum in alium, vt non dicā in cænum, & Saul ad purgationem ventris inclinatum occidere: sufficit si oram chlamydis abscondā gladio. Hierem. 2: cū Dominus dicat per Malachiam. Vos me configitis, gens scilicet tota. Ostendit Hieremias quomodo summi sacerdotes, & principes eū crudelius crucifixerunt. Ibo, inquit, ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui. Et ecce hi magis simul fregerunt iugum, ruperunt vincula, & à propheta vsque ad sacerdotem omnes ta-cuerunt dolū. Ecce quomodo summi sacerdo-

tes, & principes crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israel, quod interpretatur vir videns Deum. Per quod litterati, & religiosi, qui specialius præ ceteris debent videre Deum per intelligentiam, & affectum, signantur. Hinc est non minima causa iustitia nobis: quia etiam litterati, & qui videntur religiosi, comparantur iumentis, & immundiores facti sunt illis. Ipsi enim non solum spinis peccatorum suorum crucifigunt Deū, sed alijs facti sunt in proverbium, & exemplū. Nos autem sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israel. Nō esset doloris materia, nec res tā stupenda, si plebs, quæ non nouit legem, sola caderet in errorem: quia reuelari posset per litteratorum, & religiosorum prudentiā, si ipsi non fuissent primi ad ruinam. Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturus Israel. Nā si dicit regi apostata, & vocat duces impios, si supplantet optimates, & ducit sacerdotes in gloriosos: & ipsi forsità nō sūt litterati, & ignorant legem Domini, filij sunt diffidentiae, nec de ipsis sumus in admiratione: sed de litteratis stupemus, & qui præterdū habitum religionis, qui bonū verbum Dei gustauerunt, & donum cælestē, virtutesq; seculi venturi, & ecce vacca pingues Samariæ facti sunt arbores autumnales eradicatæ, bis mortuæ, facti hostes in capite, qui docere debuerant viam vitam. Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturus Israel: Et nunc super hæc oīa tertia dies est, qua hæc facta sunt. Primus dies, quo crucifixus est Christus, persecutorum, & hæreticorū significat tempus, qui primitiua Ecclesiæ tormentorū asperitatibus vexauerunt, quæ corpus est eius. Secūda dies, qua sepultus tunc, tempus figurat hypocritarum, qui Christū quasi sepultum in terra reputat, terrenis commodis & honoribus inhiantes, qui nullā nisi terrenæ felicitatis gloriam pro suis laboribus expectant. Super hæc omnia tertia dies est, in qua debemus aliud grauius periculū confiderare, scilicet in falsis fratribus. Et in hac tertia die Christus debuerat resurrexisse: quia putabamus his diebus vbique diffundere virtutem veram in eis, & per loca religiosa caritatis radios dilatarī, vt post Orionas, & Hyades apparent interiora auri. Sed quia penes omnes declinauerunt, & ad uicem iniquitatis suis Christum crucifigunt super hæc omnia dolemus, quia tertia dies est ex qua hæc oīa facta sunt. Sed & murescunt que

Isa. 53. c

Ps. 139.

a

Mal. 3. b

Hier. 5.

b

M

A

ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius venerunt, dicentes se etiã visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Mulieres piæ sunt cogitationes. Per monumentum claustrum religiosorum potest intelligi, in quo sumus Christo per temporalium delectationum mortificationem, & sanctæ professionis vinculum consepulti. Tunc mulieres vadunt ad monumentum querere dominum quãdo cogitamus si saltem vel in claustris religiosus sit requirere, ac diligens Deum. Ante lucem venerunt, & corpus eius non inuenierunt. O quàm dulce est ante lucem surgere ad querendum dilectum. Dulcis est querenti illum. In lectulo meo quæsiui per noctes, quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni illum: restat ergo vt vadam ad monumentum id est ad religionum claustrum, ad vigilias claustralium: quia ibi dilectum inueniam, etsi non secundum corpus. Etenim si cognouimus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. Ciuitatem custodiãt isti vigilantes, angeli sunt quorum visionem se vidisse asserunt mulieres, quæ dicunt eum viuere, & per feruorem veræ dilectionis ostendunt Christum in suis cordibus habitare. Isti sunt vigilantes obseruantes omni tempore custodias Domini. Ipsi excubant ad ostium tabernaculi, ipsi sunt Oriones, & Hyades, & interiora austri. Quã delectabile est eis interesse vigilijs, confurgunt de nocte in principio vigiliarum suarum, vt effundant cor suum coram domino, & oratio eorum apud altissimum, ibi in medio iuencularum tympanistriarum principes coniunguntur psallentibus. Ibi in excessu mentis Benjamin adolescentulus, ibi resonat celestis simul concentus. Ibi sunt Seraphin, Sanctus, Sanctus, Sanctus clamantia, & Cherubin sese versis vultibus in propicia torum respicientia. Ibi iubilant omnes filij Dei, laudant Dominum sidera matutina. Ipsi sunt vere similes angelis, per studium angelicæ conuersationis. Ipsi commissæ est custodia monumenti. s. obseruantia regularis claustrum. Monumentum istud Christus non deserit, qui nobiscum se promissit esse vsque ad consummationem seculi, & tunc nos erimus secum cum nos acceperit ad seipsum. Mulieres se dicunt illum non inuenisse, sed visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere, quoties visamur in cogitationibus nostris: quia etsi sunt vere similes ange-

lis, qui de die in diem, & in nocte laudem domini decantent in terris, sicut illi in caelis: non tamè possident gloriam æternam beatitudinis summa sanctitate consummata. Paululum, inquit, cum pertransissem eos, inueni, quæ diligit anima mea. Sed quid est quod dicitur, terruerunt nos? Non est terror, qui incutiat horrorem, sed qui nouam cordis parturiat exultationem, vel admirationem. Dum enim cogitamus quam felices deliciae abundant in claustro, super hoc expauescit cor nostrum, & quodã dulci reuerentia mouetur de loco suo. Et abierunt quidã ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum autem non inuenerunt. Abierunt quidã ex nostris. Isti sunt affectus religiosæ mentis, qui omnia sicut mulieres inueniunt, non tamè reuertuntur, sicut de mulieribus legitur. Quãdo enim solis cogitationibus de amore religionis tractamus in cordibus nostris, mulieres ad monumentum vadunt, & redeunt. Sed cum affectus mentis ad conuersionem & sidera conuertuntur, non iam tantum mulieres, sed quidã ex nostris ad monumentum vadunt, qui non reuertuntur, sed nec ipsum inueniunt. Hoc autem experimento cognoscimus: quia cum feruore nouitij ad conuersionem venerimus, hic lectum inuenire nos æstimamus: quia perfecta tranquillitatis, & sanctitatis gaudia apprehendere nos speramus. Sed cum processu temporis experimur miseria humanæ fragilitatis, tunc recognoscimus quoniam non inuenimus dominum, visionem tamen angelorum aspiciamus, exempla feruentium monachorum. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit potius Christum, & ita intrare in gloriam suam? Scaturine videntur hæc verba tenentur in amaritudine, & quasi mustum, quod dirumpit nouas lagunculas, de medullis procedere diligentis. Dedit dominus voci suæ vocem virtutis, vt essent hæc verba eius, sicut in alio contereus petram, & sicut ignis, testimonio Hieremæ: Verba eius sicut ignis, & malleus, vt de igne ascēdat virgula fumi ex eromatibus, & puluere pigmearij, & conterat malleus. Liber paululi ad suauitatem historiarum mentis oculos inclinare. Dū interpretatur scripturas, dū exponit Moysen, & prophetas, procedens ex ipsius ore mira suauitatem mētē refrigerat in ore, & tēto cōstet-

Cāt. 3. a

B

D
Hic. 3. f

X
 natus , inestimabilis redūdabat in labijs Iesu sermonis elegātia super mel, & fauū. dulcescebat eius eloquium super omnia aromata. Profecto ordinē cęli nouerat, & ponebat rationē eius in terra. Impleta gaudēt viscera luctu in lætiam mutato. Iam resulget in conscientijs domini resurrectio. Resurgenti magis gaudere incipiunt, quā condoluerant crucifixo. Hinc est quod appropinquauerunt castello quo ibant: quia impleri cōperat desiderium cōsiliij, quod querebant. Et ipse se finxit longius ire, ut dum vellet eos deserere, dilectionis igne, quo suauiter ardere cōperāt, mirābilis aestuarent. Quid eos putas tunc animi habuisse, cum se fingeret longius ire? Aestimo forsītā talibus eum querimonijs interpellasse. Ne decedas dulcissime, ne decesseris à nobis: sed adhuc de Iesu Nazareno sonet vox tua in auribus nostris. Loquere, quęsumus, de gaudio resurrectionis: mane nobiscū, quoniam ad uesperasceit, & inclinata est iam dies, sed agamus uigilias noctis. Nō enim sufficit dies ut saturetur auris auditu de dulcissimo Iesu. Et coegerunt eum: quia cohibere se non poterat vis amoris. Nunc ad delicias reuertamur moralitatis. O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quę locuti sunt propheta. Nonne hęc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Impletum est tempus, quod dixit dominus in euāgelio. Vbi duo, uel tres cōgregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Cōgregati sūt in nomine eius duo scilicet oratio & meditatio, ut turtur, & colūba querimonias dulces submurmurent in foramine petra, in cauerna maceræ, cōdolētes de domini passione. Sed contra hęc susurria hęc deuota spiria, tam gratiosa sunt in oculis eius, qui scrutatur renes & corda, quod non possit diu abscondere multitudinem dulcedinis suę, quam abscondit timentibus, & diligentibus te, sed sæpius per occulta in inspirationem, sæpius per scripturę sacrę lectionem, talem tristitiam in iubilum solet commutare. O stulti & tardi corde ad credendum. Cogitanti mihi dulcedinem huius increpationis, flere magis libet, quā aliquid dicere, quia quidā mirifici odoris balsamus perflat areolam mentis meę. Disputare cū Deo cupio: non quidem ex æqualitate, sed exponēdo fragilitatem humanę conscientię. Domine quoties passionis tuę amaritudinem in cordibus nostris ruminamus,

F
 toties de nobis expauescimus: quia dedisti meruentibus te significationem, ut fugiant à facie eius. Si enim ex hoc mūdo transisti ad Patrem cum tantis cruciatibus, quid fiet de nobis peccatoribus? Si in uiridi ligno hęc fiunt, in arido quid fiet? Dum tales in oratione fundimus quærimonia, consolatur nos dulciter increpando illa uera, & summa caritas per scripturarum auctoritatē, seu per occultam inspirationem. Quid de mea passione tam tristes estis? Nolite timere pusillus grex, passus sum ut uos gaudeatis. Thesaurizauit uobis thesauros exultationis, quia thesaurizare debent parentes filijs. Omnia enim opera uestra operatus sūt uobis, resurrexi ut iubiletis. Dico uobis, cur non creditis? Incipiens à Moysē, & prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quę de ipso erant. Beati qui nouerunt gustu felicitis experientię, quā dulciter, quā mirabiliter in oratione, & meditatione scripturas dignatur Dominus reuelare. Et quidem scientiarū Dominus est, potest eas si uoluerit dispensare. Incipiens à Moysē, & prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quę de ipso erant. Hęc facit, quando corda nostra illuminat radijs caritatis. Ille tenet, & quę latent, & quę patent in diuinis sermonibus, qui charitatem seruat in moribus. De sola dilectione pendunt Moyses, & propheta. Tunc appropinquamus castello, quod tendimus, quia per infusionem caritatis desiderium uitę consilium obtinemus. Ipse autem finxit se longius ire. Dixi, sapiens efficiat: & ipsa sapientia recessit longius à me. Incipienti difficiles uia Domini uidentur, sed curritur per eas, dum cor cōperit dilatari. Unde & coegerunt eū. Non enim leuiter ad perfectionis culmen attingitur, sed paulatim uirtutum gradibus ad apicem caritatis per uolentiam peruenitur. Coegerunt eū. Ne mireris si uim patitur regnum caelorum, quando & ipse Dominus eorum. Sigitur quadā naturali duritia cor tuum senseris inuentum: in ista orationibus, intende meditationibus, curre ubi est impetus spiritus, ut assensum carni dederis. Ingere te uigilijs, per lacrymarum uolentiam uince dominum maiestatis, & dic ei: Mane nobiscum domine; quoniam ad uesperasceit, & inclinata est iam dies. Hanc clausulam multipliciter possumus intelligere, & in ea multas delicias inuenire. Mane nobiscum, quoniam

G
Ecc. 7. d

• aduē •

aduesperascit. Cum prosperamus in virtutum successibus, in die sumus. Cum nos obnubilant tribulationum angustia, incipit nobis aduesperascere. Cum tristitia nos confundit, nobis aduesperascit. Et quia ad te confugimus, qui solus laborem, & dolorem consideras: mane nobiscum; quoniam aduesperascit. Iam veniunt aquae usque ad animam. Iam deuotionis deliciae vertuntur in miseriam, iam omnes angulos mentis nostrae ventus tentationis concutit: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Tu tribulatione cordibus es refrigerium, tu refugium, tu solatium: tua est potentia, tuum est imperium. Intenti sunt ad te oculi omnium, te solum sitiens anima concupiscit: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Sine te nihil possumus facere. Tu solus carminas in nocte, tu turris es fortitudinis à facie tribulantis. Tuæ pietatis oculus circa ea, quae sub caelo sunt respicit: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Per te confugit nobis ad vesperum fulgor meridianus, & orimur ut lucifer, qui nos consumptos putamus. Non confunditur omnis, qui in te confidit: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Declinata est iam dies, facti sunt vesperi longiores: quia appropinquante mundi termino superexerecit iniquitas, & caritas refrigerescit. Ne extinguatur in nocte lucerna nostra: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Vergente mundi vespere, sole iustitiae frigus iniquitatis genus humanum opprimit. Omnes occupat nox perfidiae, lux veritatis deficit. Ne deficiamus cum deficientibus: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Vitæ meae iam inflat vespere, corpus consumit ægritudo perualida. Iam mors minatur aspera. Timor, & tremor tota conscientiam concutit, terribilem sententiã iudicij pertimescit. Sed tui domine, cui Pater omne iudicium dedit: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. In manus tuas commendo spiritum meum. Ne tradas animam confidentem tibi potestatibus tenebrarum. In te solo est salus nostra, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. De multitudine miseratio: nis tuæ mens silicium cœcipit, mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Vel per vespere possumus intelligere venat: metis refrigerium, ut omni seruiore tribulationis recedente, oratio, & meditatio tranquillum in ea Deo parent hospitium, ut eum cogant ad mandandum, & inuicent ad cœmandum, iuxta

quid scriptum est: Si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Factus est sicut viator declinans ad mandandum. Unde & intrauit cum illis. Factum est autem cum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, fregit, & porxit illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Panis iste panis est gratia. Hunc panem ipse per se accepit: quia non quasi inferior, sed Patri æqualis, dona gratia: prout voluit non ad mensuram accepit. Benedixit panem, quando benedictionem suam nobis dat legislator, ut eamus de virtute in virtute. Frangit & porxit illis, quia non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Nec panem porrgit integrum, sed fractum, quia diuisiones gratiarum sunt: sed idem dominus, qui sicut bucellas mittit crystallum suam. Et quid est, quod dicitur: aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis? In fractione panis fit diminutio quadam & exinanitio. In fractione, virtutem humilitatis intelligit, per quam seipsum seipsum diminuit, & exinanuit ipse etiam, qui panis est uitæ. Et quoniam se exinanuit cognitionem suam nobis dedit. Ipse est panis desiderabilis, quem per dies multos Daniel non comedit: quia multi iusti & prophetae voluerunt videre, & non viderunt incarnatam sapientiam Dei Patris. Multis æquarum suspirijs præ desiderio videndi filium hominis, sed absconditus erat in sinu Patris. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Sapientia abscondita Patris, & thesaurus integer, & occultus, quæ utilitas in vtrisque? Frange Domine esurienti panem tuum, panem te ipsum, ut aperiantur oculi hominis, nec reputetur homini ad peccatum si voluerit esse sicut tu, scies bonum & malum. Te cognoscat in panis fractione, qui ab initio voluit integrum attentare, vel attricare. Frange te, ut sese discat frangere, quia non cognoscent nisi in fractione panis. Audiuimus ita sermone Dei, & visiones omnipotentis intuitus est: sed cadebat a peritis oculis, quia non cognoscebat dominum in fractione panis. Sic multos videtis hodie studentes in scripturis docentes in cathedris, prædicantes in Ecclesijs, sed opera eorum non concordant cum verbis. Contententur verbis nosse Deum, sed negant factis: quia non cognoscitur nisi in fractione panis. Et quidem nobis Dominus factus est panis, & nos sumus panis eius. In sudore vultus sui dignatus est panem suum,

B lia sunt sicut luna, anima caelestibus delicijs afflueta. Surgentes igitur oratio, & meditatio reuertuntur in Hierusalem, cum post spiritualium deliciarum refectionem pacis intimæ possident quietem. Vndecim isti, qui in Hierusalem sunt congregati, dona septiformis spiritus, & quattuor principales virtutes possunt intelligi. Illi, qui cum eis sunt, fides, spes, caritas, & si qua ibi sunt alia gratiarum dona, dici possunt. Congregatos istos oratio, & meditatio inueniunt, non congregauerunt: quia etsi pro posse nostro intendamus virtutibus congregandis, nihil sine patre luminum possumus, qui & velle, & perficere in nobis operatur. Istudum oratio, & meditatio coniunguntur, dicunt, quia surrexit Dominus vere, quando amanti conscientiae insibilat gaudium resurrectionis dominicæ. Sed quid vult sibi quod subditur: apparuit Simoni? Videte ne forte propter nos dictum sit, qui specialiter filij sumus obedientiae, qui sapientibus, & insipientibus debitores sumus sine contradictione vocis, sine rancore murmurationis obedire. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, magnum letitiae cumulum parturiet obedientibus, quia dominus apparuit Simoni, & ipsi soli speciali prerogativa pra omnibus. O si deuotæ mentis memoria reuoluamus quàm dulcis sit eius apparitio obedientiae filij in illo agone terribili, & in illa hora miserabili, ubi cogitur anima à corpore separari. Nō praesumimus quæ nescimus asserere, possumus tamen pijs imaginationibus tale aliquid cogitare. Forte aliquibus tunc apparet Christus cum vexillo obedientiae, & ineffabili exultatione exhilarat obedientis animam in illa tribulatione: & his potest sermocinationibus consolari. Ne timeas filii obedientiae, ne timeas intueri manus propter obedientiam cruci affixas: considera pedes expositos fixuris clauorum, & latus lancea perforatum: attonde quòd propter obedientiam mortuus sum: & si propter fragilitatem humanæ conditionis obedientia tua sit minus aliquid perfectum habens, volo ut plenitudo meæ obedientiae sit tuæ minus suffi-

cientis obedientiae supplementum. Quid in illa hora potest esse suauius tali consolatione: quid imprimi potest humano corde dulcius? Ponite hæc super corda vestra filij obedientiae, gaudete, & exultate, quia surrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt cum in fractione panis: Extremam hanc clausulam referre possumus ad illa beate quietis gaudia, cum sedebit vnusquisque sub vita sua, & sub ficulnea in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, in requie opulenta: cum placeat Hierusalem sternentur auro, & per omnes vicos eius alleluia cantabitur, & implebitur infantibus, & puellis sequentibus agnum quocumque ierit in vestibus albis. Tunc narrabimus, quæ gesta sunt in via, quomodo cognouimus Dominum in fractione panis, quàm dulciter nos humiliat hic in loco afflictionis, vt delicietur in cordibus nostris, qui secreta sua abscondit à sapientibus, & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Tunc recordabimur periculorum in quibus versamur, tribulationum, quibus affligimur, meretricum, in quibus inuoluimur: & mirabiliter latabimus, quia hæc omnia velut umbra transierunt, & de splendoribus in quibus erimus, ossa nostra iubilum germinabunt. Tunc plantabimus vineas in monte Samariae, & audiemus vocem gaudij, & vocem latitiae, vocem sponsi, & vocem sponsæ, & videbimus gloriam regis, & decorem reginae. Tunc latabitur virgo in choro, diadema regni portans in capite suo, & ostendet nobis fructum sanctissimi ventris sui. In humanitate nostra videbitur Dominus maiestatis. Tunc videbit, & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor nostrum, simul laudabimus: quia oculo ad oculum, aspectu contra aspectum videbimus, facie ad faciem cognoscemus ore ad os colloquemur dicentes. Tibi domine poterunt & imperium, tibi honor & gloria, te laudet omnis spiritus in saecula saeculorum. Amen.

F I N I S.

LUDOVICVS MIRAE VS

ROSETANVS OPTIMO CVIQVE,

ET EXCOLENDÆ PIETATIS

CANDIDATO, SALVTEM.



QVum amoenissimi huius iuxta, ac sanctissimi doctoris commentationes præ-
 losudantē, perinde ac naus solet passis velis, ad vmbilicum contendere
 pie lector, visum est in rem tuam fore, si quæ refederant eiusdem sancti lu-
 cubrationes nondum euulgatæ, aut commissæ typis, nostra fidelitate, ac
 solerti industria vndecumque eruerentur in apertam lucem, exemptæ ti-
 neis, & blattis, ac liberiores cælo perfruituræ. Id quàm probe nobis curatū sit, testari abun-
 de possunt nec pauci, nec indocti. In primis è S. Crucis cœnobio tria hæc exhibita nobis
 sunt, De Cœna Domini homilia, cuius principium est, Sedisti ad mensam. Hanc habes, foli-
 o 261. De S. Andrea homilia item vna fol. 297. De S. Nicolao homilia fol. 299. Accessit
 opusculum, De conscientia fol. 292 Quæ porro continet proxima appendix, de prompta
 sunt ex archiujs partim scholæ Sorbolicæ, partim Cartusie Parisiensis, præter homiliam
 de passione Domini, Iesum Nazarenū, &c. Hæc autem sunt, e Sorbona, De amore Dei,
 De naturæ dignitate amoris divini. Hæc benigne nobis suggestit Sorbona, indicante D.
 Francisco Comestore Theologica laurea candidato. E Cartusia, quæ subiunximus nobis
 nihil inuitæ exhibuit D. Golefridus Tilmanus. In primis tractatum De Domini Passione
 super illud, Ego sum vitis vera, quem & prima recognitione restitui in gratiam non huius
 mundi eloquentium, sed piorum. Nam phrasis ipsa docet auctorem pene infantem, tan-
 tum abest, vt ascribi deberit facundo, & eloquenti Bernardo: nec illi tribuissemus, nisi
 nos eo inuitasset, imò perpulisset causæ aliquot haudquaquam leues. Primum liber
 ipse in membrana descriptus, & initio, & à fine præfert Bernardi, & Clareuallensis Abba-
 tis, vt auctoris, nomenclaturam, idq; miniatis litteris. Estq; hoc opusculum tantæ antiqui-
 tatis, vt credi possit scriptum mox à sancti obitu, versibus tam multis pene interlitis, vt in
 legendo lynceis oculis, in restituendo, coniectore Oedipo opus fuerit. Est liber ante annos
 aliquot inuentus in Cartusia Montis Dei, in cella quæ in hunc, vsq; diem dicitur S. Bernar-
 di, ad quam is cœpi ad portum tranquillissimum anachoreticæ solitudinis amantissimus
 non raro diuertebat. Proinde doctrina salutaris id promerebatur, cōsentiente inscriptio-
 ne operis. Pro infantia phræcos responderi potest, quod stylum attemperarit captui vir-
 ginum, quas Nonnas vocant. Ad eas enim hoc operis scriptum esse electione colligo. Huic
 subieci phrasas aliquot Rhythmica modulatione excurrentes, ceu sunt: Oratio de Passione
 Domini, Salus mundi salutare. Iubilis eiusdem, Iesu dulcis memoria. Tertia est oratio ad
 Christum, & ad eius inueneratam matrem, ac virginem, Summe summi tu patris vnice.
 Has tres multo excellit eodem Bernardo auctore, & dictionis elegantia, & contextu ry-
 thmica modulationis, quæ in sacrali dominico concini passim solet. Lætabundus exultet
 fidelis chorus Halleluya. Ad partem contextum pertexta est de S. Catherina. Sanctissimæ
 virginis votiua festa, recolamus: De S. Ludouico, Lætabunda, psallat plebs cum mente
 munda, Christiana. Vtriusque auctorem non facile dixerim. Ad has proxime appressimus
 formulam priuatæ confessionis, nihil indignam viri istius pietate. In vnione acerbissimi
 doloris, &c. Visum est his subtexere opusculum eiusdem ad sororem, virginē semel quod
 sciam, excusum typis. Eius videri potest idem esse auctor, qui & tractatus præscripti de
 passione. Tamen si præmiserimus opusculum vnum De conscientia, vti nobis dictum est,
 nihil tamen insolens, aut dissentaneum rationi fecisse videbor pijs, si clausulæ loco, aut vice
 coronidis apposuero alterum eadem de re, nimirum de conscientia, quando & nomen
 præfert, & iustus priore adscribitur Bernardo. Lege igitur, & fruire his lector.

D. BERNARDI ABBATIS

CLAREVALLIS DE AMORE DEI,

LIBER.

CAPVT PRIMVM.

Isa. 2. a



Enite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, intentiones, cogitationes, voluntates, affectiones, & omnia interiora

in ea. Venite ascendamus in montem, vel locum, vbi Dñs videt, vel videtur. Curæ, sollicitudines, anxietates, labores, poenæ, seruitutes, expectate me hic, cū asino corpore isto donec ego cum puero, ratione scilicet cum intelligentia vsque illuc properantes, postquam adorauerimus reuertamur ad vos. Reuertamur enim, & heu reuertemur quā citissime: abducit enim nos à vobis caritas veritatis, sed propter fratres abdicare, & abiurare vos non patitur veritas caritatis.

Exo. 24

c

Sed licet retrahat vestra necessitas, non propter vos omnino omittenda est illa suauitas. Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Sed heu heu domine Deus quam preperatum est, quam temerarium, quam inordinatum, quam presumptuosum, quam alienum à regula verbi veritatis, & sapientiae tuae, corde immundo velle videre Deum. Sed ò summa bonitas, summum bonum, vita cordium, lux oculorum interiorum, propter bonitatem tuam domine miserere: hæc est enim mundatio mea, hæc fiducia mea, hæc iustitia: contemplatio bonitatis tuae bone Domine. Ergo ò Domine, Deus meus, qui dicis animæ meae, modo quo tu scis, salus tua ego sum. Rabboni, summe magister, vnice doctor videndi, quæ videre desidero, dic cæco, mendico tuo. Quid vis faciam tibi? Et tu scis, qui iam hoc ipsum das: quoniam ex omnibus suis recessibus abiectis, procul omnibus sæculi huius altitudinibus, pulchritudinibus, dulcedinibus, & quidquid concupiscentiam carnis, vel oculorum, vel ambitionem spiritus attentare potest, vel solet, tibi dicat cor meum: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requi-

Psa. 79. b

Cor im-

mūndum

alienum

est à vi-

dendo

Deo.

ram. Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira tua à seruo tuo. Impudēs quippe, & improbus sum, ò adiutor meus antiquus, & susceptor indefesse. Sed vide quia amore amoris tui hoc facio. Cum enim ex munere gratiæ tuæ domine ad ea quæ carnis sunt, faciem cordis non habeam, sed posueris ea mihi dorsum, & mundum, & quæcumque eius sunt, posueris mihi dorsum: quid est obsecro quòd in toto corde meo exquirens, te cum faciem tuam apprehendisse me gratulor, quam solam facies mea desiderat, tepe me inuenio. Numquid te abscendis? Numquid arbitraris me inimicum tuum? Numquid conuenere tu me vis peccatis adolescentiæ meæ? Numquid ego non sum ad te conuersus, vel tu adhuc es à me auersus? Si non sum conuersus, Deus virtutum conuerte me. Si tu es auersus, Deus virtutum conuerte. Tu dixisti, Si conuerteris Israel, conuerte. Et iterum: Congruimini ad me, & ego conuertar ad vos. Tu scis donum gratiæ tuæ in corde pauperis tui: paratum, cor meum, Deus, paratum cor meum. Præcipe quod vis, fac me intelligere quod præcipis. da posse qui dedisti ve le, & fiet in me vel de me quidquid vis. Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Respondet quippe mihi intus in anima mea, & mente mea tumultuans in me, & concutiens omnia interiora mea: iustifications tuae, & salutis oculi mei in teriores à fulgore veritatis tuæ ingerentis mihi, quia non videbit te homo, & viuere potest. Ego enim vere in peccatis totus vsque adhuc necdum potui mori mihi, vt viuam tibi, sed tamen ex præcepto tuo, & dono tuo sto in petra fidei meæ, fidei christiænæ, in loco, qui vere est penes te, in quo vt possum interim fero patienter, & amplector, & deosculor regentem, & protegentem me, dexteram tuam, & aliquoties contemplan, & videre gestiens posteriora

viden-

Exemplar

Sorboni-

cum ha-

ber, Sed

amoris

tui hoc

facio. Si-

cur vi-

des ma-

no vidē-

te, &

sicut de-

disti mi-

hi de se-

riū tui,

& si qd

tibi pla-

cet i me,

& viro

ignoscis

cæco tuo

ad me

curreti,

& ma-

num das

aliquib

in currē

do offen-

denti.

Rehan-

det.

1. Reg. 3.

Exo. 33.

Matth.

9. c

enis me, & percurrentis semitam dispen-
 dit humanæ Christi filij tui suscipio.
 cum accedere gestio ad eum, & vel si-
 cut hægorroissa illa infirmæ, & miseræ ani-
 mæ meæ à salutifero tactu, vel simbræ eius
 quasi furari gestio sanitatem, vel sicut Tho-
 mas ille vir desideriorum, totum eum desi-
 dero videre, & tãgere, & non solum, sed ac-
 cedere ad sacrosanctum lateris eius vulnus
 ostium arcæ, quod factum est in latere, vt
 non tantum mittam digitum, vel totam ma-
 num, sed totus intrem vsque ad ipsum cor
 Iesu in sanctum sanctorum, in arcam testa-
 menti, ad vrnã auream anismam nostrã hu-
 manitatis, cõtinentem intra se manna diui-
 nitatis, heu dicitur mihi, Noli me tangere.
 Et illud de Apocalypsi, Foris canes, sicque
 cum dignis consciẽtiæ meæ verberibus ex-
 pulsus, & propulsus improbitatis, & præ-
 sumptionis meæ pœnas cogor luere, rur-
 susq; in petram meam me recipiens, que re-
 ligum est herinacis spinis peccatorum ple-
 nis, & protegentem me dexteram tuam, & ex eo
 qd vel leuiter secessi, vidi magis accẽso de-
 siderio vix atienter expecto, vt à me aufe-
 ras manum, regentem, & infundas gratiam
 illuminantem, vt tandem aliquando secun-
 dum responsum veritatis tuæ mortuus mi-
 hi, & viuens tibi, & euclata facie ipsam tuam
 faciem incipiam videre, & affici tibi à visio-
 ne facie tuæ. Et ð facies facies, quã beatã
 facies, quæ affici tibi meretur videndo te,
 ædificans in corde suo tabernaculum Deo
 Iacob, & omnia faciens secundum exẽplar,
 quod ei ostenditur in monte, hic vero, &
 competenter cõtatur, Tibi dixit cor meum,
 exquirit te facies mea, faciem tuam domi-
 ne requiram. Itaque vt dixi, ex dono gratiæ
 tuę contemplan omnes angulos consciẽ-
 tiæ meæ, vel terminos, vnice, & singulari-
 ter desidero videre te, vt omnes fines terræ
 meæ videant amare te, vt cum te videro
 videro quem amare, necesse est bene viuere. di-
 co enim mihi in languore desiderij mei,
 Quis amat quod non videt? Quomodo po-
 test esse amabile, quod non est aliquatenus
 videri? Sed te desideranti amabilia qui-
 dem tua occurrunt, & à cælo, & à terra, &
 ab omni creatura tua se mihi vltro offerunt
 & ingerunt, ð in omnibus adorande, & ama-
 bilis Domine. Quæ quanto te manifestius
 & verius prædicant, & approbant amabile,
 tanto ardentius te mihi faciunt desiderabi-

Oper. D. Bern. Tom. I. I.

lem, sed heu non ad fruendi perfectam sua-
 uitatem, & gaudium: sed ad intentionis, &
 defectus, (non tamen sine aliqua suaui-
 te) tormentum, sicut enim mea non tibi
 perfecte placent oblata, nisi mecum, sic bo-
 norum tuorum contemplatio reficit nos
 quidem dulciter, sed non fatiat perfecte ni-
 si tecum.

Capitulum secundum.

Hæc est animæ meæ assidua
 exercitatio, hinc assidue scopo
 spiritum meum, & cum bonis,
 & amabilibus tuis quasi pedi-
 bus, & manibus, & totis innitens viribus sur-
 sum tendo ad te, in te summe amor, summũ
 bonum sed quanto tendo fortius, tanto re-
 trador durius in terram, in meipsum, sub
 memetipso. Sic ergo respiciens, & discernens,
 & dijudicans meipsum, factus sum mihi ip-
 si de me ipso laboriosa, & tædiosa quæstio,
 tamen Domine, certus sum per gratiam
 tuam, desiderium desiderij tui, & amorem
 amoris tui, habere me in toto corde, & in
 tota anima mea. Huc vsq; te faciente pro-
 feci, vt desiderem desiderare te, & amem
 amare te, sed hoc amans, quid amem ne-
 scio. Quid est. n. amare amorem, desiderare
 desiderium? amore amamus si quid ama-
 mus, desiderio desideramus, quidquid de-
 sideramus. Sed forsitan cum amo amorem,
 non amo amorem, quo amo, qd amare vo-
 lo, & amo quidquid amo, sed me amantem
 cum in domino laudatur, & amatur à me
 anima mea, quam proculdubio detestarer,
 & odio haberem, si eam alibi, quam in Do-
 mino, & in eius amore inuenirem. Sed &
 de desiderio quid dicemus? Si dicam deside-
 ro esse desiderans, iã inuenio me desiderã-
 tẽ. Sed numquid desiderium tui desideran-
 tẽ, quasi non habeam, aut desiderium maius
 quam habeã? Cum igitur hoc modo desiciãt
 & caligẽt, & cæcutiant interi ores oculi mei
 oro vt citius à te aperiantur, non sicut aper-
 ti sunt Adæ carnales oculi, vt videret con-
 fusionẽ suã, sed vt videam Dñe gloriã tuã,
 vt oblitus paruitatis, & paupertatis meæ, to-
 tus erigar, & tuã in amplexus tui amoris vi-
 dens quẽ amauero. & amans quẽ videro, &
 moriens in me, viuere incipiã in te, & bene
 mihi sit in te, cui pessimẽ est in se. Sed festi-
 na dñe, ne tardaueris: habet. n. sapiẽtia tuæ
 gratia, Domine, vel gratia tuæ sapiẽtia, tua

R r com.

Gen. 3. 6

Rom. 1. 6

Ardens
erga
Christi
zelus.
Apo. 21.

Ps. 103.

Ps. 26.

H

compendia, & quod rationis, vel ratiocinationis nullis argumentis, nullis discussionibus, quasi quibusdam scalis cōscenditur ad torrentem scilicet voluptatis tuæ, ad plenum amoris tui gaudium. Cui hoc datum est fideliter quærens, fideliter pulsans, sæpe repetebat se ibi inuenit. Sed ò domine si quando quoddam quam rarum est, me in aliqua huius gaudij parte inuenio, clamo, vociferor. Dñe bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, fidei vnum, spei vnum, amoris vnum. Numquid nescio quid dicam, cum dico, Bonum est nos hic esse, sed repente cado in terram quasi mortuus, & respiciens nihil video, & me, vbi prius eram, inuenio, in dolore scilicet cordis, & afflictione spiritus vsquequo domine? vsquequo? Quamdiu ponam consilia in anima mea? dolore in corde meo per diem? quamdiu non permanebit spiritus in hominibus, quia caro sunt, sed venit, & vadit, & spirat vbi vult. Sed in conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti erimus sicut consolati. Tunc replebitur gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Interim heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauimus cum habitantibus. Cedar, multum incolatus fuit anima mea. Sed respondet mihi intus in corde meo veritas consolationis tuæ, & consolatio veritatis tuæ.

Capitulum tertium.

Est amor desiderij, & est amor fruitionis, amor desiderij meretur aliquando visionem, visio fruitionem, fruitio amoris perfectionem;

L Gratias ago gratiæ tuæ, qui loqui dignaris ad cor serui tui, & anxij eius quæstionibus aliquatenus respondens, suscipio, & amplector hanc spiritus tui arram, & lætus expecto in arra promissionem tuam, desidero itaque amare te, & amo desiderare, & hoc modo curro, vt apprehendam in quo apprehensus sum scilicet vt qui amem te perfecte aliquando, ò prior nos amasti amande, & amabilis Domine. Sed est, ne aliquando, aut alicubi Domine hic amoris tui perfectio? hæc in amore tuo beatitudinis consummatum vt sitiens anima ad Deum fontem viuum, sic impleatur, vt dicat, sufficit miror quicumque, vbiicumque ille sit, si non deficiat, si dicit, sufficit. Sed vbi istius sufficientis est defectio, quæ potest esse perfectio?

Nusquam igitur, & numquam perfectio, præ iniusti Domine, numquid regnum tuum perdebunt? Iniustus autem est, qui non tantum desiderat, & debitor se sentit, & intelligit te amare quantum ab aliqua creatura rationali possibile est amari te. Constant beata illa Seraphim, quæ à vicinitate presentij tuæ à claritate visionis tuæ ardentes, & interpretantur, & sunt, plus amare te, quam aliquis qui minor est in regno caelorum. Qui si in regno caelorum non dicam minimus sed nonnullus est vtique, non desiderat amare te, quantum ab aliquo vel potes amari, vel debes, & hoc forsitan est, in quem desiderant angeli prospicere. Desiderat ergo beatus ille minor, quicumque ille est, tantum te amare, quantum amat quicumque; plus eo amatur non æmula inestimatione, sed pia, & deuota imitatione. Si vero & in amore proficit, quanto felicius illuminatis oculis in interiora procedit, tanto dulcius sentit, & intellegit si in gratiam non est, & iniustus, & plus amatur, & debitor plus amare, vel quantum te amat Cherubim, & Seraphim; Sed qui desiderat quod non potest, miser est. Misericordia vero à regno beatorum in prorsus aliena est, assequitur ergo & desiderat quisvis ibi aliquid desiderat. Quid dicemus ad hæc, quid inquam dicemus? Loquere obsecro domine, quia audit seruus tuus. Numquid, & magni, & parui oēs, qui sunt in regno Dei, vnusquisque in suo ordine amat, & amare desiderat, & amoris vnitas non finit, vt sit diuersitas dum amat, cui datum est hoc ardentius. Minor autem in amore sine inuidia bonum vbiicumque videt, amat quod ipse sibi desiderat, & habet vtique; amorem quantumcumque est, quæ in amante habet, & amat. Nimirum amor est, qui amatur, quæ ex magna bonitatis suæ affluentia, & natura amantes, & coamantes, gaudentes, & congaudentes, pari implet gratia, licet dispari mensura, & quanto magis amanti sensibus largius infundit tanto eos, in maiores efficit, fatietatem faciens, sed sine fastidio de ipsa fatietate non minues desiderium, sed augens, remota omni anxietudinis miseria, amor, n. est, vt dictum est, qui amatur, qui à voluptatis suæ torrente omne ab amatore suo repellit vel in fatietate fastidium, vel in desiderio anxietudinis, vel in zelando, inuidiæ miseriam.

Illuminās eos vt dicit Apostolus, à claritate in claritate, vt in lumine videat lumen, & in amore concipiant amorem. Hic est enim

K
Matth.
17. a

Pf. 12. a
Gen. 6. a
Ioa. 3. a
Pf. 125.
Pf. 119.

1. Pet. 10

M

Pf. 35. d
A

idei fons vitæ, qui semper fluit, & nūquā
atque effluit. Hæc est gloria, hæc sunt diuitiæ
in domo beati amatoris tui, quia præsto est
desideranti, & amanti quod desiderat, & quod
amat. Ideo, & qui desiderat sepe amat de-
siderare, & qui amat, semper desiderat a-
mare, & desideranti, & amanti quod deside-
rat, & amat. Sic facis abundare ò Domine,
vt nec anxietas desiderantem, nec fastidiū
frangat abundantem. Et numquid, obsecro
Domine, hæc est vitæ æterna, de qua cantat
Psalms. Et videsi via iniquitatis in me est

Ps. 138.

& deduc me in via æterna: hæc est affectio,
hæc est perfectio, sic semper ire, hoc est per-
uenire. Vnde Apostolus tuus, qui paulo an-
te dixerat non quod acceperim, aut perfe-
ctus sim, sequor autem si comprehendam,
quo comprehensus sum in Christo Iesu, v-
num autem quæ retro sunt obliuiscens, ad
ea verò, quæ sunt priora extendens me ad de-
stinatum persequor, ad brauium superæ
vocationis Dei in Christo Iesu. Quam-
quam ego in illis, perueni ad illa, sed
sequor.

Phi. 3. c

Capitulum quartum.

ET hoc est amare tuum, quotu amas
te amantes à dulcedine bonitatis
tuæ, quasi habes ad creaturam tuā,
amator, creator bone, inspirare eis
hoc desiderium amandi te, & amorem, quo
amant, & desiderare, & amare te. Non
enim afficeris ad nos, vel à nobis cum nos
amas, sed es, quod es, qui semper ipsum es,
cui hoc est esse, quod esse bonum. Bonum
autem tibi in te, & omni tuæ in te creaturæ.
Nos autem à te, ad te, & in te afficimur, cum
te amamus, qui possumus misero aliquo mo-
do esse, & non amare te, id est esse, & male
esse, tibi autem qui semper idem es nihil
accidit, & amando proficimus ad te, nihil
decedit si deus non p. Cuius mentem nos
amas, non nisi propter te, & amas, cum veri-
ssima summæ iustitiæ regni, quam nos
nil amare permittat extra te. Et cum te
possibile est amorì Domini amanti ubi ma-
gna occurrit gratia eo proficere, vt nec te
nec se amans propter se, & te, & se propter
te solum amet, & per hoc reformatur ad
imaginem tuam, ad quam creasti cum, qui
ex veritate præstantissimæ naturæ tuæ, & na-
tura veritatis tuæ, nec te nisi propter te, nec
angelum, nec hominem amare potes nisi

Gen. 1. d

propter te. Et ò felicem, & felicissimam
animam, quæ Deo sic à Deo, meretur affi-
ci, vt per vnitatem spiritus in Deo solum a-
met Deum, non suum aliquod priuatum,
nec nisi in Deo, amet seipsum, & Deus in
ipso amet, vel approbet quod amare, vel ap-
probare debet Deus, id est seipsum, imò
quod solum debet amari, & à creatore Deo
& à creatura Dei: amoris enim, vel nomen
vel affectus, nulli competit vel debetur, nisi
tibi soli, ò vere amor amande Domine. Et
hæc est in nobis voluntas filij tui, hæc pro-
nobis oratio eius ad te Deum Patrem suum
volo vt sicut ego, & tu vnum sumus, & in
nobis ipsi vnum sint. Hic est finis hæc est cō-
summatio, hæc est perfectio, hæc est pax, hoc
est gaudium in Spiritu sancto, hoc est silen-
tium in cælo. Quam diu quippe in hac su-
mus vita hoc felicissimæ pacis silentio in cæ-
lo, id est in anima iusti, quæ sedes est sapien-
tiæ aliquando fruitur affectus: sed hora est
dimidia, vel quasi dimidia, intentio vero
de reliquijs cogitationis diem festum per-
petuum agit tibi. In illa vero beata, & æ-
terna vita, de qua dicitur: Intra in gaudium
domini tui, sola erit perfecta, & æterna frui-
tio, & tanto felicior, quanto iam remotis
omnibus, quæ hoc tardare, vel impedire
videntur, amoris eius indissolubilis æterni-
tas irrefragabilis perfectio, incorruptibilis
erit beatitudo.

Io. 17. b

Matth.

25. b

Capitulum quintum.

O Amor veni in nos, posside nos, di-
sperat à facie tua in nobis om-
nia sceditatis nomina, quæ à cō-
cupiscentia carnis, & oculorum
& superbia vitæ huic innascuntur affectus:
quasi spuria quædam vitulamina, affectui
inquam qui amor in nobis dicitur, & cor-
rumpitur sæpius iustis morbis animæ à te
& ad te creatæ, ad te solum creatus, & con-
cretus, & reluctans noster affectus legi na-
turali, & reclamans, cogitur vocari luxu-
ria, gula, vel auaritia, & his similia, qui
incorruptus, & in sua permanens natura
ad te solum est dominus, cui soli amor debe-
tur. Est enim animæ rationalis amor, sicut
dicit quidam seruus tuus, motus vel quieta
statio, vel finis ultra quem: nihil apparet,
vel appetendum iudicet voluntatis appeti-
tus. Ultra te vero, vel supra te qui querit
aliquid, tamquam melius te, nihil est, quod

D

quærit, quia nihil est melius, vel dulcius te. Ideo nihil efficitur recedendo à te, qui solus amans es vere, imò & fornicatur, & luxuriat in alienis affectibus, aliena vt dixi nomina habentibus: at verus amor, vt dictū est, & saepe dicendum est ad te solum est domine, in quo solo est quidquid vere est, vbi quieta & secunda statio, quia Deum timere timore casto, & mandata eius obseruare, hoc est omnis homo.

Capitulum sextum.

Recedat itaque ab aīa mea omnis iniustitia, vt te diligam dominum Deum meum ex toto corde meo, & ex tota aīa mea, & ex omnibus viribus meis: recedat omnis zelotypia, ne tecū aliquid amem, quod propter te nō amem. O vere vnice amor, & vere Domine, cum vero propter te aliquid amo nō illud amo, sed te, propter quem amo quod amo. Tu n. vere solus es Dominus, cuius dominari super nos, hoc est saluare nos nostrum vero seruire tibi, nihil, est aliud quā à te saluari. Quia n. salus tua dō Domine, cuius est salus, & super populum tuum benedictio tua, nisi quod à te accepimus vt amemus te, vel amemur à te. Idcirco Domine filium dexterae tuae hominem, quem confirmasti tibi, Iesum. i. saluatorem appellari voluisti: Ipse n. saluum faciet populum suum à peccatis eorum, & non est alius in quo sit salus, qui docuit nos amare se, cum vsq; ad mortē crucis prior ipse dilexit nos amando, & diligendo, suscitatus nos, vt amemus eum, qui prior vsq; in finē dilexit nos, hęc est iustitia filiorum hominum: ama me quia amo te: rarus autem est, qui dicere possit, amo te vt ames me, hoc tu fecisti, quia sicut clamat, & prædicat seruus amoris tui, prior dilexisti nos, & sic plane sic est, amasti nos prior, vt amaremus te, non quod egeres amari à nobis, sed quia id, ad quod nos fecisti, esse non poteramus nisi amādo te. Ideoque multifariam, multisque modis olim Deus locutus patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, in verbo tuo, quo cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Loqui tuum in filio tuo non aliud fuit, quā in sole, id est in manifesto ponere tabernaculū tuū. Quantum & quō nos amasti, qui proprio filio non pepercasti, sed pro nobis omnibus

eum tradidisti, qui etiam dilexit nos, & didit semetipsum pro nobis, hoc est ventum ad nos Domine, hic omnipotens sermo, qui dum medium silentium teneret omnia profundum, scilicet erroris, à regalibus venit, durus errorum debellator, & dulcis amoris commendator. Et quidquid fecit quidquid dixit, in terris vsq; ad opprobria, vsque ad spūta, & alapas, vsque ad crucem, & sepulchrum, non fuit nisi loqui tuū nobis in filio amore tuo prouocans & suscitans ad te amorem nostrum. Sciebas enim creator animarum Deus in animabus filiorum hominum cogi non posse, sed prouocari oportere affectum istum, simul etiam quia vbi coactio, iam nec libertas: vbi nec libertas, nec iustitia. Tu autem Domine iuste saluare nos volebas, qui nullum saluas, nec damnas nisi iuste ipse nobis formans iudicium, & causam sedens super thronum, & iudicans iustitiam, sed quoniam tu fecisti omne os obstruatur, & subditus factus omnis mandus Deo, cum miseris caris miseris, & misericordiam præstas, cuius misertus eris, voluisti ergo, vt amaremus te, qui nec iuste poteramus saluari, nisi amaremus te, nec amare te poteramus nisi procederet à te. Ergo domine sicut Apostolus amator tui dicit & nos iā diximus, prior dilexisti nos, & prius diligis omnes dilectores tuos.

Capitulum septimum.

Sed nos domine te diligimus affectu amoris à te nobis indito: tu vero conditor omnium, & affectuum bonorum, & animarum afficiendarum numquid accidenti vel incidenti amoris affectu amas, quos amas: vel aliquo modo in alieno asferis, quos & omnia, & omnia? Ab his, qui sunt in aprocula fide, alienum ab omni creatorē. Quomodo ergo nos amas si nos amore non amas? Sed amor tuus bonitas tua est, dō summe bone, & summum bonum, Spiritus sanctus procedens à Patre & Filio, qui ab initio creaturæ fertur super aquas, id est super mentes filiorum hominum fluuantes, omnibus se offerens, omnia ad se trahens inspirando, aspirando, & noxia arcendo, prouidendo vtilia, Deum nobis, & nos vnicens Deo. Sic enim Spiritus sanctus tuus, qui amor dicitur

Patri

Matth. 1. d.

Heb. 1. d.

Gen. 1.

Amoris definitio
 Pater, & Filius, & unitas, & voluntas, per gratiam suam in nobis inhabitans, & Deus in nobis caritatem commendans, & per ipsam ipsum nobis concilians. Deo nos unit per inspiratam nobis voluntatem bonam, cuius bonæ voluntatis vehementia amor dicitur in nobis, quo amamus, quod amare debemus, te scilicet. Nihil enim aliud est amor, quam vehemens, & bene ordinata voluntas. Amas ergo te ò amabilis Domine in teipso, cum à Patre & Filio procedit Spiritus sanctus, amor Patris ad Filium, & Filius ad Patrem, & tantus est amor, ut sit unitas, tanta est unitas, ut sit homoussion, id est Pater, & Filius eadem substantia. Amas & teipsum in nobis immittendo Spiritum Filii tui in corda nostra à dulcedine amoris, & vehementiam inspiratæ à te nobis bonæ voluntatis clamantem, Abba Pater, sic nos efficiens tui amatores, imò sic teipsum in nobis amans, ut qui primum speramus; quia

Rom. 8. c
 Haueramus nomen tuum Domine, & gloriamur in te, qui dirigebamus nomen Domini in te. O Domine iam per inspiratam nobis gratiam per spiritum adoptionis tuæ, omnia quæ Patris sunt nostra esse confidentes, ipso te homine inuocemus per adoptionis gratiam, quo Filius tuus vnicus per naturam

1. Cor. 1. c
 turam. Sed quia hoc abs te totum, est, cuius amare, hoc est benefacere, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum à te est summe Pater luminum, tu teipsum amas in nobis, & nos in te, cum te per te amamus, & intantum tibi vnimur in quantum te amare meremur, & participes efficiamur, ut dictum est orationis illius Christi filii tui, volo ut sicut ego, & tu vnus sumus, ita & ipsi vnus in nobis sint. Genus enim tuum sumus Domine, genus Dei, sicut

Ps. 81. b
1. Cor. 3. a
 dicit Apostolus tuus, transferens ethnici sententiam de malo vase, vas in bonum, ut non nisi ipse, & vas bonum sapiat. Genus inquam sumus Dei, & Deum filij excelsi omnes cognatione quam spiritali, magnam apud te vendicantes affinitatem, cum per spiritum adoptionis filius tuus vnus nobiscum nomen sortiri non dedignatur, cum ipso, & per ipsum præceptis salutariibus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere, Pater noster, qui es in cælis. Amas itaque nos, in quantum nos efficiis tui amatores, & nos amamus te, in quantum à te spiritum tuum accipimus (qui est amor tuus) obtinens, & possidens omnes

affectionum nostrarum recessus, & perfecte eos conuertens in puritatem veritatis tuæ, & veritatem puritatis tuæ, in plenum amoris tui consensum, vbi tanta sit coniunctio, tanta adhæsiō, tanta dulcedinis tuæ fruitio, ut unitas ab ipso Domino nostro filio tuo vocetur, dicente, Ut sint ipsi vnus in nobis, tantæ dignitatis, tantæ gloriæ, ut subsequatur & dicat, Sicut ego & tu vnus sumus, ò gaudium, ò gloriam, ò diuitias, ò superbiam.

Caput octauum.

Habet enim sapientia & sui generis superbiam, quæ dicit, Mecum sunt diuitiæ, & gloria, & opes superbæ, & iustitia. Quid autem est absurdius vniri Deo amore, & non beatitudine? Beati enim vere & vnice, & singulariter, & perfecte beati, qui vere, & perfecte amant te. Nullus autem & nullo modo beatus, qui non amat te. Beati enim dixerunt populū cui hæc sunt, sed mentiuntur, quia solus beatus cui est Dominus Deus eius. Quid enim est beatus esse, nisi non velle nisi bonū, & omnia habere quæcumque e-
Ps. 143.
 vult? Te igitur velle & vehementer velle, quod est amare, & singulariter amare qui amari, non dignaris cum aliqua omnino re siue carnali, siue spiritali, siue terrestri, siue celesti, quæ non ametur pro te hoc demū est non velle nisi bonū, hoc est habere quæcumque e-
 vult omnia, quia habet te quis, in quantum amat te. Ergo & amore, & beatitudine vniri Deo intelligimur, quod vere Domini est salus, & super populū tuū, benedictio sua. Ideoque orationes nostras, vota, & sacrificia, & omnia nostra offerimus tibi Pater assidue, per Dominum nostrū Iesum Christum filiū tuū, credentes, & intelligentes ex te, à te, & ad te, per ipsum nobis esse, quidquid nobis bene est, à quo ipsum esse habemus. Quæ omnia per subministrationē spiritus sancti tui habitatis in nobis credimus, & intelligimus, quantum intelligere fas est, qui ut dictum est conformans sibi, & veniens spiritū nostrū spirat in nobis quādo vult, quomodo vult, quātum vult, cuius sumus factura, creati in operibus bonis, existens sanctificatio nostra, iustificatio nostra, amor noster. Ipse enim est
1. Cor. 3. d
 amor noster, quo ad te pertingimus, quo te amplectimur, alioquin ò incomprehensibilis maiestas, comprehensibilis esse videtur animæ te amati. Licet enim nullus sensus

Mat. 12. c. *Lu. 10. c.* *Jo. 13. c.* *Rom. 13. c.*
 ipsum amat in nobis, & nos ipsum di-
 cimus amare in nobis, ita & proximum si-
 cut nos incipiamus amare, in quo solum
 Deum amamus sicut in nobis ipsis. Sed vt
 quid Domine tot verba? Sed nuda est domi-
 ne, & gelida, & algens misera anima mea, &
 desiderans cale fieri tui amoris calore. Ideo
 vestem non habens panniculos hos vnde-
 cumque collectos contraho, & confuo ad te-
 gendam nuditatem meam, & non vt sapiens
 in Sareptana duo ligna, sed furculos istos
 minutos, de deserto mei vastitate, de cordis
 mei spaciofa colligo vanitate, vt aliquando
 ingrediar in tabernaculum domus meae, &
 faciam mihi de pugillo farinae, & de hydra
 olci, vt comedam, & moriar, vel non tam ci-

Ps. 117. c.
 to moriar, imo Domine non moriar, sed vi-
 uam, vt narrem opera domini. Stans igitur
Ose. 8. c.
 in domo solitudinis, quasi onager solita-
 rius, & habitaculum habens in terra falsu-
 ginis, & attrahens ventum amoris mei, os
 meum aperio ad te Domine, & attraham spi-
 ritum tuum, & clausis oculis ad te inhianti mittis mihi in os
 cordis, quod non licet mihi scire quid sit. Saporem
 quidem sentio, dilectem adeo, suauitatem
 adeo, & confortantem, vt si perficeretur
 iustitia meum ultra quaererem, sed eum ac-
 cipiens, nullo corporis visu, nullo animae
 sensu, nullo spiritus intellectu, aduertere
 me permittis quid sit. Dum accipero, tene-
 re, & ruminare volo, & diiudicare eius sapor
 re, sed statim transiit: de gluto quidem il-
 lud, quidquid illud est in spem vitae aeternae,
 sed operationis eius virtutem diu ruminā-
 do omnibus animae meae venis, & medullis
 quasi vitalem quendam succum optabam
 transfundere, vt ab omnibus alijs affectio-
 nibus desiperet, & illud solum, & semper sa-
 peteret, sed festinat transire. Et cum de in-
 quitione eius, vel acceptione, vel vsu formata
 quaedam lineamenta memoria gestio ar-
 tibus impia committere, vel etiam memo-
 riam labilem scripto committere, & experimē-
 to cogor discere, quid illud sit, quod in euā-
 gelio dicit de spiritu, & nescis vnde veniat,
 aut quo vadat. Quaecumque enim quasi qui-
 busdam lineamentorum figuris commen-
 dare curavi memoriae, quorum quasi quodam
 reductu cum voluero, illuc me recolligam,
 ac per hoc subesse mihi velim posse
 quotiescumque voluero, audiens à Domino,
 Spiritus ubi vult spirat: & sentiens etiam in
 me, quia non quando ego volo, sed quando

ipse vult spirat: omnia illa mortua inuenio,
 & insipida, & ad te solum leuādos esse ocu-
 los fons vitae, vt in tuo solo lumine videam
 lumen. Ad te igitur Domine, ad te sunt, &
 sint oculi mei ad te, in te, de te proficiant
 omnes animae meae profectus, & cum defecerit
 virtus mea, quae nulla est, post te anhelent
 omnes defectus eius. Sed interim quā-
 diu me differis, quam diu miseram, & anxiam,
 & anhelantem post te animam meam pro-
 trahis? Absconde me obscuro in abscondito
 faciei tuae à cōturbatione hominum, & pro-
 tege me in tabernaculo tuo à cōtradictione
 linguarum. Sed iam asinus reuocatus, & pueri
 perstreperunt.

Capitulum decimum.

D

Nunc ergo domine, plena fide, te
 Deum colo, vnum te omnium
 principium, & sapientiam, qua
 sapiens est quaecumque anima
 sapiens est, & ipsum donum, quo beata sunt
 quaecumque beata sunt: te vnum Deum co-
 lo, adoro, benedico, te ex toto corde meo,
 & tota mente mea, & ex omnibus viribus
 meis, vel amo, vel amare desidero, quisquis
 angelorum, vel bonorum spirituum te dili-
 git, scio quia & me diligit, diligentem se in
 te, quisquis in te manet, & potest sentire
 preces vel affectiones humanas: scio, quod
 in te me exaudit, in quo & ego eorum glo-
 riae congratulor. Quisquis te habet bonum
 suum, in te me adiuvat, nec mihi tui parti-
 cipi potest inuidere. Solius enim apostatae
 spiritus est, nostram miseriam suam facere
 laetitiam, nostrum bonum suum damnum,
 nimirum qui à communi omnium bono, &
 vera beatitudine lapsus, non est subditus
 veritati, priuato suo gaudens, & commune
 omnium odies bonum. Te igitur, Deus Pa-
 ter, quo creatore viuimus, te sapientia Pa-
 tris, per quam reformati sapienter viuimus,
 te sancte Spiritus, quem & in quo diligen-
 tes beate viuimus, & beatissime viuimus,
 vnus substantiae Trinitatem, vnum Deum,
 à quo sumus, per quē sumus, in quo sumus,
 à quo peccando discedimus, cui dissimiles
 facti sumus, à quo perire non permitti su-
 mus, principium, ad quod recurrimus, for-
 ma, quam sequimur, gratia, qua reconcilia-
 mur, adoramus, & benedicimus tibi gloria
 in saecula saeculorum. Amen.

E

EIVSDEM DE NATURA, & dignitate amoris diuini.

Caput primum.



Rs est artium ars amoris, cuius magisterium ipsa sibi retinuit natura, & Deus auctor naturæ: ipse enim amor à creatore inditus nisi naturalis eius ingenuitas adulterinis aliquibus affectibus prepedita fuerit, ipse inquam se docet, sed docibiles sui, docibiles Dei. Est quippe amor vis animæ naturali quodam pondere, ferens eam in locum vel finem suum. Omnis enim creatura siue spiritalis, siue corporea, & certum habet locum, quò naturaliter fertur, & naturale quoddam pondus, quo fertur, pondus enim, vt ait quidam vere philosophus, non semper fert ad infra, sed ignem fursum, aquam deorsum, sic & de ceteris. Nam & hominem agit pondus suum naturaliter spiritum ferens fursum, corpus deorsum, vnum quodque in locum, vel finem suum. Quis enim corporis locus? terræ, inquit, es, & in terram ibis. de spiritu vero in libro sapientiæ: & reuertetur, inquit, spiritus ad eum, qui creauit. Vide hominem dissolutum, quomodo totus pondere suo fertur in locum suum, cum res bene, & ordine suo procedit spiritus redit ad Deum, qui creauit eum, corpus ad terram nec in terram solum, sed in elementa, ex quibus compactum, & formatum erat. Cum enim quiddam in eo terra, quiddam aqua, & quiddam aer sibi vendicet, cum naturalis compactionis naturalis sit dissolutio, pondere suo vnum quodque recurrit ad suum elementum, & tunc plena facta est dissolutio, cum horum omnium in locum suum facta fuerit restitutio. Quæ vtrum corruptio, vel putredo, & potius, vt dictum est, resolutio melius vocanda sit, nescit qui vult. Et cum hominum nihil à naturæ suæ tramite aberret, sola infera anima, & degener spiritus cum per se naturæ contendant, peccati vitio corrupta nescit vel difficile dicit ad suum redire principium. Naturali quidem pondere suo semper eo impellitur, cum beatitudinem desiderat, beatitudinem somniat, non nisi beatus esse querit. Beatus autem ille, & non alius, cuius est Dominus Deus eius, sed beatitudinem querens non in regione sua, nec in via sua, longe aberrat à naturali intentione sua. Ideoq; amilla doctrina sua naturali, opusiam habet doctore homine, qui de beatitudine, quæ naturaliter queritur amando doceat, admonendo vbi, & quo, in qua regione, qua via queratur.

Joan. 6. 8

F

Gen. 3. d

Pf. 145.

Amor ergo vt dictum est ab auctore naturæ naturaliter efficitur a humanæ inditus, sed postquam legem Dei amittit ab homine est docendus. Non est autem docendus vt sit tantquam qui non sit, sed vt purgetur, & quomodo purgetur, & vt proficiat, & quomodo proficiat vt solidetur, & quomodo solidetur docendus est. Nam & sedus amor carnalis seditatis suæ oligo habuit magistros, in eo q; corrupti erant & corrumpebant tam perspicaces, tam effaces, vt ipse spiritus naturalis, qui in eis, doctore artis amatorum regitare cogere tur, quod intemperantia inuenerat, & de amoris scribere remedio, qui de amoris carnalis scripserat incendio, qui in amoris incensura, vel vetera quasi per quemdam pruritus execranda, vel in noua inuenienda toto se effuderat ingenio. Non vtiq; amoris carnalis feruore videbatur ille docere, qui tam in docendis quàm in eo, qui docebat sine quouis rationis temperamento naturali quodam igne æstibat, sed naturalem eius vim indisciplinatis quibusdam disciplinis in quamdam erudiebatur lasciuia in sania, & superuacuis quibusdam fomētis luxuria in quamdam perurgebat insanam lasciuia, in illis enim prauis, & nequam hominibus ex superfluenti carnalis concupiscentiæ vitio, totus deperierat ordo naturæ. Qui ipse cum debito naturæ ordine spiritus vnum naturaliter ferere suo amore, vel fursum ferri, & redire ad Deum deberet, qui creauit eum, si humilatus illecebris, non in rebus, & comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis, factique sunt, de quibus dicitur. Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. In quorum persona factus est, inquit cor meum tam quam carum liquefens in medio ventris mei. In regula quippe corporis parte, cor locatum est, vbi quasi medullam superiorum sensuum, & corporis interioris sicut

Pf. 32. G

H

Pf. 48. Gen. 6. a

regula

Pf. 1. b **P**rouli humiliores quasi quamdam regeret, de dispenfarempublicā, totamq; circum-
 quaque cogitatum, & actionum regionē
 ad concupiscentiæ carnalis ignem degene-
 re quadam mollietate liquefcens, totū defluxit
 in ventrem, & in medium ventris, videlicet
 non sapiens nisi ea, quæ ventris sunt, & de
 ventre in ventris inferiora omnia confun-
 dens, omnia degenerans, omnia adulterans,
 amoris naturalem affectum peruertens in
 brutum quendam carnis appetitum, nō so-
 lum quæ non licet appetentem cum contu-
 melijs corporis in passionibus ignominia,
 sed à Deo oblitum suæ antiquæ generositatis,
 vt qui creatus erat Deo soli, à corruptis,
 & corruptoribus suis æstimetur esse potius
 luxuriæ, naturale domicilium, & vitiorum
 omnium postribulum. Infelices, qui intan-
 natura reclamante sibi videntur, vt
 animæ suæ locum, qui proprius Dei creato-
 ris erat, & nulli creaturæ communicabilis se-
 dem Sathanæ, sedem spurcitiarum, & omnis
 iniunctiæ constituerent.

Capitulum secundum.

Acturi igitur de amore prout
 dedit ipse, cuius amore ope-
 ris ipsius sudat intentio, primum
 quasi à primordijs ipsius nar-
 rationis se fecim inchoantes, quasi per suc-
 cedentes sibi ætates profectuum eius pro-
 cessum ordiamur vsque ad senectū vberem,
 quæ non est plena senilis doloris, sed plena
 misericordix vberis. Sicut. n. secundum gra-
 tū incrementum, vel decrementū puer ma-
 tatur in iuuenem, iuuenis in virum, vir in
 senem, secundum qualitatum mutationes,
 etiā ætatum nomina mutant: sit secundū
 virtutū profectum voluntas crescit in amo-
 rem, amor in caritatem, caritas in sapientiā.
 Nec desit latere de amore, de quo agimus,
 quibus ortus est natalibus, quo nobilitatis
 linea insignis habeatur. quo oriūsus lo-
 co. primus igitur eius natiuitatis locus Deus
 est. Ibi natus, ibi alius, sibi prouectus, ibi ci-
 uis est non aducna, sed indigena. à Deo. n.
 solo amor datur, & in ipso manet, quia nul-
 li nisi ipsi, & propter ipsum debetur. Por-
 zo si de natalibus eius agitur cum Trinitas
 Deus hominem crearet ad imaginem suā,
 quādam in eo formauit Trinitatis similitu-
 dinē, in qua, & imago Trinitatis sacerdotalis
 relucet, & per quam nouus ille mundus in-

cola, simili naturaliter ad simile recurrente,
 principio suo, creatori suo indissolubiliter
 inhæreret, si vellet, ne multiplici creatura-
 rum varietate illecta, abstracta, distracta,
 creata illa Trinitas inferior à summæ crea-
 tricis vnitate recederet. Etenim cum faciē
 noui hominis spiraculum vitæ spiritualem
 vim, id est intellectualem quod sonat spira-
 tio, & spiraculum: & vitalem. i. animale,
 quod sonat nomē vitæ, infudit, & infundē-
 do creauit: in eius quasi quadam arce vim
 memorialem collocauit, vt creatoris sem-
 per potentiam, & bonitatem memoraret, stanti-
 umq; & sine aliquo moræ interitio, me-
 moria de se genuit rationem, & memoria,
 & ratio de se protulerūt voluntatē. Memo-
 ria quippe habet, & cōtinet quo tenendum
 sit, ratio quid tenendum sit, voluntas tēdit,
 & hæc tria vnum quiddā sunt: sed tres illæ
 efficacix, sicut in illa summa Trinitate vna
 est substantia, tres personæ: in qua Trinitate
 sicut Pater est genitor Filius genitus, &
 ab vtroque Spiritus sanctus, sic ex memoria
 ratio gignitur, ex memoria, & ratione vo-
 luntas procedit. Vt ergo Deo inhæreret
 creata in homine rationalis anima, memo-
 riam sibi vēdicat Pater, rationem Filius, vo-
 luntatem ab vtroq; procedentem, ab vtro-
 que procedēs Spiritus sanctus. Ecce quibus
 orta natalibus voluntas, cuius natiuitatis,
 cuius adoptionis, cuius dignitatis, cuius no-
 bilitatis. Quæ cum præueniente, & coope-
 rante gratia spiritui ipsi sancto, qui Patris, &
 Filij amor est, & voluntas, bono sui assensu
 incipit inhære, & vehementer incipit vel-
 le, quod Deus vult. Et quod volendum me-
 moria suggerit, & ratio, & vehementer vo-
 lendo efficitur amor. Nihil enim aliud est
 amor, quàm vehementer in bono voluntas, per
 se enim voluntas simplex est affectus, sic
 anima rationali indutus vt sit capax tā bo-
 ni, quàm mali, bono replendus cum adiu-
 uatur à gratia: malo, cum sibi dimissus de-
 ficat in semetipso. Ne enim à creatore ali-
 quid animæ deesset humanæ, libera in v-
 tramuis partem data est ei voluntas. quæ
 cum adiuuanti concordat gratiæ, virtutis
 accipit profectum, & nomen, & amor ef-
 ficatur: cum sibi dimissa se ipsa secundum
 seipsam frui vult, sui in seipsa patitur de-
 fectum: & quot habet vitia, tot vitiorum
 formatur nomina, cupiditatis, auaritiæ, luxu-
 riæ, & alia huiusmodi. Ppimo itaque profe-
 ctu suo voluntas quasi in Pythagorica lit-

L.

G. 1. c

teræ bivio libera constituta si secundum dignitatem naturalium suorum erigitur in amorem, secundum naturalem virtutū suarum ordinem de amore, vt dictum est, vt caritatem, de caritate proficit in sapientiam: Sin autem nullo ordine sui, iusta tamen ordinationē Dei, præcipiti acta ruina, tenebris cōsūsionis obrupta sepelitur in inferno vitiorum nisi à gratia ei fuerit subuētum. Si vero in ima inferni relicta sursū cœperit gressum attollere, & gratiā sequēs deducentem, & enitentem, & adulta fuerit in amorem, iam in iuuentutis constituta fortitudinē à spiritu timoris, quo hætenus vt puer timebat poenā in spiritum pietatis, incipit proficere, in eū à quo incipit iā nouā gustare gratiam, pie iam incipiens amare Deum & colere de quo scriptum est: pietas est cultus eius. Hic ergo iuuenis, nō ætatis sed virtutis naturalem fortitudinē exerat, & virtutem nec iuuentutis, licet à ratione ea vetetur corrumpere, naturalia perdat incentiua. Quibus si insaniunt qui corrumpunt, qui in imagine pertranscunt, quorum spiritus, vt spiritus bestiarum, vel pecorum, quorum carnes iuxta prophetiam vt carnes sunt asinorum, multo magis eos qui in veritate sunt amoris, & spiritualibus eius aguntur incensus in spiritualis iuuentutis feruore suo licet modo insanire. Grauis enim opprobrii res est in naturam, si plus in deterius proficere possunt eius corruptores, quàm in bonum veri amatores.

A

Capitulum tertium.

A Vdi sanctam insaniam. Siue mente: inquit Apostolus excedimus Deo. siue sobrii sumus nobis. Vis ad hæc audire insaniam? Si dimittis, inquit, eis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro vitæ. Vis aliam? Ipsum audi Apostolum, Optabam, inquit, anathema esse à Christo pro fratribus meis. Nonne quædam mentis bene affecta sana quædam videtur insaniam, cum impossibile sit effectū habere fixum in affectu pro Christo anathema velle esse à Christo? Hæc ad sancti spiritus aduentum apostolorū fuit ebrietas: hæc Pauli insaniam, cum diceret ad eū Festus, Insanis Paule. Mirumne erat si insanire pronūciabatur, qui in ipso mortis periculo ipsos iudices suos, à quibus pro Christo iudicabatur, ad Christū conuertere nitentur?

Non hanc insaniam multæ litteræ in eorum ciebant, sicut dicebat rex veritatem intelligens, sed dissimulans, sed vt dictum est sancti spiritus ebrietas, in qua & in paruos, & in magno similes eos sibi facere geltebat, qui eum iudicabant. Et vt cetera omittam, quæ maior, quæ magis inopinata insaniam quàm hominem relicto sæculo desiderantē & ardentem inhaerere Christo, pro Christo rursus necessitate obedientiæ, & caritati fraternæ inhaerere sæculo tendentem in caelum semensplum mergere in cœnum? Hic est Beniamin adolescentulus, qui in mentis suæ excessu nec se, nec suum aliquid sentit, sed eū solum, in quem totus excessit. Hæc insaniam insani erant martyres inter tormenta ridentes. Cur hic non dicā, quod in feruore lasciuia suæ lasciuus poeta dicebat, Insanire libet, hic ergo licet emineat feruor iuuenilis, & feruens religionis cursus, qui quāuis adhuc in hoc statu, nec habeat, nec habere debeat, frænum tamen patitur rationis: feruorē enim aduortior nō decensull miteri cordes in seipsum discretions, & discretionū dispensationes, facilesque indulgentiæ suo iudicio. Non tamen recusanda sunt alieno: A seipso in seipsum rigida debet esse cœtura, & districta severitas: ad regentem autē, vel consulentem paternā vel fraternā caritatē, & pietatē, lenis, & obediens in omnibus humilitas. Si alterum desit, vel in deside, & tepido nō spero cursus perseverantiā, vel in principio timeo ruinā, propter quod tota debet esse discretio nouitij, stultū se in omnibus pro Christo facere: & ex alieno pēdere arbitrio, maxime si senioreni talem habet, de quo certum est quod à Deo discit, quid hominē docet: vbi tamē proficiunt, & obediētī nō facile præsumenda est iudicāli licentia, quādiu manifeste nil cōtra Deū præcipitur, donec lōga, & patēs experiētia intellectum super his dabit additū. Ad quā itaque maxime se semper obedientiam suadeat exercere. ~~Ad quā~~ scriptum est: Castificantes cor in obedientia carnis, hæc est enim Dei volūtas, & bene placēs, & perfecta: ad hæc autem obtinenda, & cōseruanda continua appetenda sunt præsidia sedulæ & longanimis orationis: in qua tanta sit fides vt speret omnia, tanta deuotio vt Deū videatur cogere, tātus amor, vt omnia, quæ petit in ipsa oratione se sentiat obuenerē, tā benigna humilitas, vt in omnibus nō suam, sed Dei volūtatē in se fieri præoptet.

Sudeat.

Exe. 23.

1. Cor. 5.

Exo. 32.

Rom. 9.

Mat. 26.

Ingen-
humili-
satis fru-
stru

deat etiam haberi hic talis, & amplectar cordis puritatem, corporis munditiam, silentium, vel verbum ordinatum: oculos stabiles, & non sublimes: aures non prurientes, victum, & somnum sobrium, & qui faciat, non impediat boni operis diem: manus continentem: gressum mitem: non ridendo cordis prode re lasciuia, sed leniter subridendo gratiam: meditationes spirituales & assiduas: opportunas lectiones, & non curiosas: ad maiores subiectionem: ad seniores reuerentiam: ad iustiores dilectionem: non desiderare preesse, amare subesse, omnibus, cum quibus est, velle prodesse: non feracitate obrui, non leuitate exinaniri, in vultu serenitatem, in corde ad omnes habere dulcedinem, in opere gratiam, hic etiam locus, & tempus est voluptates amputandi, vitia omnia extirpandi, voluntates frangendi, vt ceteris non voluntatibus, sed voluntatum simulachris precessis, & amputatis sicut adulterinis quibusdam, & sponte nate: abus ramusculis, ipse proficiendi iugeatur, naturali, & veræ voluntati.

D

Capitulum quartum.

Ille enim non tam sunt voluntates, quam appetitus animæ, concupiscentia scilicet carnalis, concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi. Hic, qui plus amat, plus curat, hic labor, hic opus est multorum sudorum, opus multorum laborum: maxime cum adhuc amor cæcus, quod faciat, faciat, sed nesciat adhuc vnde veniat, aut quo vadat: & sic huiusmodi operetur affectibus, sicut cæcus manibus, qui manibus quidem operatur, sed nec manus videt quibus operatur, nec opus, quod operatur. Sicut enim si videas quis in aliquod opus erudit non videat, trahit docendū, curat, erigit, disponit in artem cum agens suscepi operis: sic per omnia, quæ supra dicta sunt, cæcus amor exitus in quandam vitæ, & morum formatur honestatem. Cum vero interioris hominis substantia longo disciplina vsu emollita plene poterit imprimi & informari in eorum formā, tunc fructum pacatissimū operabitur salutis, tunc in re, nō in spe horū omnium, & similium percipit vtilitatē. Quæcumque enim obseruanda tenuimus, nondum sunt in affectu, sed in desiderio, & rationis magisterio: & de his omnibus humiliter adhuc cātat ad Deū: Cōcu-

piui desiderare iustificationes tuas. Sicut tamē dixi de cæco quāuis adhuc nō videat oculus: nō cesset operari manus, vt qui proficere vult in magno, fidelis sit in minimo: & in eo, in quo ex conditoris largitate iā prerogatum habet ius potestatis, officiū exhibeat bonæ voluntatis, in corpore, s. proprio faciat quod dicit Apostolus: Humanum dico propter infirmitatē carnis vestræ. Sicut, n. exhibitis mēbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibitē mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē, ac si dicat: cū amor in caritate transierit, cū anima perfectā suam adeptā fuerit puritatē, tunc vobis dicam vel indicā longe aliud quid, & diuinum. Nunc interim accipite istud humanū, vt sicut in tempore veteris negligentia: & peccati, liberi fuistis iustitiæ, in iustitiā in nullo, in omnibus aut peccato exhibitēs membrorum officiū, & hoc ad iniquitatem, sic amodo exhibitis mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem: in quo si fidelis, vt dictū est apparuerit, incipiet in seipso experiri, quod dicitur dicitur in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut Ps. 62. b adipe & pinguedine repleatur anima mea. Si enim spiritu facta carnis mortificauerit, Rom. 8. si deū in opere suo glorificauerit, ex hoc anima adipe gratiæ, & pinguedine sancti spiritus repleta, renouati incipit mentis suæ, & induere nouū hominē, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Ex hoc enim iam rerū facies noua ei incipit apparere, charismata meliora (in quorū æmulatione hactenus laborauerat) familiarius ei aperire corpus, sanctis humilitatum disciplinis, ex consuetudine iā bona in spontaneum spiritus seruitium transire: noui hominis interior facies de die in diem renouari, & vsque ad speculāda dei bona reuelari iā frequentes, & improuise theophaniæ, & sanctorum splendore animam cōtinuo laborantem desiderio incipiūt refocillare, & illustrare: quia sapientia occurrens in vijs hilariter sicut dicit Iob, abscedit luminen in manibus, & præcipit ei, vt rursus adueniat, & annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Ex quo iam diu laborans anima in solitudine quasdam, & dulces affectuiculas incipit colligere, in quibus tenere requiescat cum ad sunt erugiantur, cum auferuntur, & non redeunt ad votū. Sicut enim ruri enarrant & ruralibus allucta cibarijs, cū affectiones ha-

quas diximus quasi in primo ingressu aulae regiae ceperit degustare, nonnumquam ignominio se depulsa, violenter expulsa, in domum paupertatis suae, virum ultra redire acquiescit, & frequenter ad ianuam recurrens importuna, improba, & anxiosa, sicut inops, sicut mendica, sperans, suspirans, inspicit, suspicit si quid sibi porrigatur, si quando aperiatur, & aliquando improbitate, & importunitate sua sic euincit omnia obstacula, & transgreditur: ut vsque ad interiorē sapientiae mensam praecipiti transiliens desiderio impudens, & illico reexplenda assideat conuicia, & audiat: *Comedite amici, & inebriamini charissimi.*

G

Capitulum quintum.

EX hoc iam innascitur sanctae paupertatis amor, latendi studium, odium secularium distractionum, orationis vsus, psalmodia frequēs. Sed graue, nisi impediatur, occurrat tentationis impedimentum, quod multorum cursum vsque huc prosperū, & felicissimū, vel grauius retardet, vel retro nonnumquam in quamdam temporis ignauiam reflectat. Quod enim a patre pio in via accipit, ne deficiat, sic incipit habere quasi sufficit: & hic proficiendi metam constituens vbi desinit proficere, ibi incipit deficere. Quin etiam conculcans gratiam Dei, & vanam de ipsa contra ipsum sibi fabricans fiduciam, vel in ore, vel in corde iactat se non vsquequaque a deo derelictum, toties sibi iudicium manducans, & bibens, quoties visitationis, & consolationis a Deo accipit gratiam & inde non in Domini, sed in voluntatum suarum executionem praesumat fiduciam. Inimici Domini, ait Psalmista, mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in saecula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Audi cibatos, & audi inimicos, audi saturatos, & audi mentitos, audi non solum frumentum, sed adipem frumenti, non peram, sed mel de petra, occultam scilicet, & diuinam sacramentorum gratiam, de qua saturari perhibentur, qui inimici conuincuntur, quod si non fuissent inimici, non tam cito potuissent saturari. Qui enim saturatus est, non plus petit, quam accipit, quia plenus est: & quod habet ei, satis est, hoc est, post

Ps. 80. d

H

1. Pet. 2. primam illuminationem, ut ait Apostolus, post gustum doni caelestis, post participa-

tionem spiritus sancti, post gustu nihilominus boni verbi Dei virtutumque futurituli voluntaria peccato post acceptam notitiam veritatis rursus sibi metipsis filium Dei crucifigendo conculcare, & sanguinem testamenti pollutum ducere in quo sanctificati sunt & spiritui gratiae contumeliam facere. Quid enim aliud est filium Dei crucifigere, quam facere mala, ut veniat bona: confideter peccare & cruci Christi quidquid peccata imponere? O si audiant quod sequitur, terra saepe superuenientem imbrem bibens, & generans herbam opportunam his, a quibus colitur accipit benedictionem a Domino, proferat autem spinas, & tribulos reproba est, & maledictioni proxima, cuius finis est in combustionem. Sed redeamus ad meliora, ut ait ipse Apostolus, & viciniora salutis. Iam ergo bona spei iuuenis, cuius Deus iuuentutem incipit laetificare, crescere incipit in virum perfectum, in mensura aetatis plenitudinis Christi. Iam enim amor incipit confortari, & illuminari, & transire in affectum, & nomen maioris virtutis, & amplioris dignitatis. Amor quippe illuminatus caritas est, amor a Deo, in Deo, ad Deum. Caritas autem Deus est, Deus inquit caritas, breuis est laus, sed concludens omnia. Quidquid de eo potest dici, potest dici & de caritate, sic tamen ut considerata secundum naturas doni, & dantis, in dante nomen sit substantiae, in dato qualitatis, sed per emphasim doni etiam caritatis Deus dicatur, in eo quod super omnes virtutes virtus caritatis Deo cohaereat, & assimiletur. De caritate quid dicimus? audiuius famam eius, non nouimus eam, non vidimus eam. Apostolus eam nouit, qui excellentiorem viam eam appellans, in laudem eius totum se effudit, dicens. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum veluti a sonans, aut cymbalarum tinniens. Et non habuerō prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuerō omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradero corpus meum ita, ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Caritas patiens est, benigna est, caritas non aemulatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non querit, quae sua sunt, non inflatur.

Heb. 10.

Eph. 4.6
Luce 11
vitatis1. Cor.
13.6

ti, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, caritas numquam excidit, siue prophetiae euacuabuntur, siue lingua cessabunt, siue scientia destruetur, nunc autem manet fides, spes, caritas, tria hæc, maior autem his est caritas, hoc est iugum Domini suauis, & onus leue, onus quod portantem portat, & leuigat onus leue euangelij, suauis eis, quibus dicit ipse Dominus, Iam non dicam uos seruos, sed amicos meos.

Qui enim prius portare non poterat præcepta legis, postea leuia sunt præcepta euangelij, per cooperantem gratiam. Qui primū non poterat implere, Non occides, postea leue habet pro fratribus animam ponere, & sic de reliquis, sicut cum iumento imponitur onus graue, & refugit quasi importabile, adducitur quadriga volubilis, id est euangelium discurrens per totum mundum, & onus, quod quasi graue refugiebat primum, postea sine labore ualid duplicata. Sic auicula, quæ implumis est, & sine alis seipsam non potest portare, pondere plumarum, & alarum addito, aduolat sine labore, sic & panis durus, qui per se transire non potest adiectione lactis, vel alterius liquoris collabilis fit in gutture. Amor ergo prius habuit conatum, & alquem affectum: caritas effectum. Iam enim tanto leuius operatur caritatis manus, quanto tam adiuuat illuminatus oculus. Primum quidem operamur per manum, deinde manu tergemus oculum, unde dicit, A mandatis tuis intellexi. Iam enim incipit opera sua intelligere, & affectiones discernere, iam sic afficitur virtutibus, ut sicut Deo, hoc est esse, quod bonum esse, sic tam iustæ, & sanctæ animæ non aliter sit esse, quam sanctè, & iustè, & piè esse: Sanctè, in semetipsa: iustè ad omnes: piè, ad Deum. Ex augmento enim gratiæ Dei sic afficit iustam animam, iustus affectus, ut iam in nulla sui parte, uel cogitatum, uel affectuum, uel actuum sciat, uel potest esse nisi iusta, in toto suo, in omni eo, quod est iustitiæ plene, & indissolubiliter affecta. Unde dicit Apostolus, Caritas numquam excidit: aliquando quidem titubatur, uel deuiat affectionis, uel operis effectus, quamdiu in hac uita non potest uidere caritas, nisi ex parte, & per speculum in ænigmate, sed integer tamen semper & solidus in sua uirtute suus permanet affectus.

Caput sextum.

Aliud quippe est affectus, aliud affectio. Affectus est, qui generali quadam potètia, & perpetua quadam uirtute firma, & stabili mentem possidet, quam per gratiam obtinuit. Affectiones uero sunt, quas uarias uariis rerum, & temporum affert euentus: infirmitas enim carnis ex uitio primæ originis sæpe offendit, sæpe cadit, sæpe lædit grauius, & læditur mente interius dolente, & patiente, potius quam agente, quod perperam foris geritur, nec tamen caritatem perdente: sed ex caritate gemente, & clamante ad Deum, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Unde dicit Apostolus, Ego, inquit, mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati. Et rursum, Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: itaque quisquis ille est, sicut dicit beatus Ioannes, secundum hoc, quod natus est ex Deo, id est secundum interioris hominis rationem intantum non peccat, in quantum peccatum, quod corpus mortis foris operatur, odit potius quam approbat semine spiritualis natiuitatis, quo ex Deo natus est, eum interius conseruante. Quod etsi interim aliquando incurfu peccati læditur, & atteritur, radice tamen caritatis in altum defixa, non perit. Imò statim fecundius, & uiuacius conualefcit in spem boni fructus, & surgit. Sic enim dicit beatus Ioannes: Omnis enim, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, qui ex Deo natus est. Notanda uis uerborum. Non, inquit, peccatum facit, quod patitur, potius quam facit, qui natus ex Deo: & non potest peccare perseverando, scilicet in peccato, dum legi Dei, cum mente seruit, etiam carnem festinat subigere, quæ tentatione, & peccato incurrente legi peccati uidebitur seruire. Petrus cum peccauit, caritatem non amisit, quia peccauit potius in ueritatem, quam in caritatem, cum se eius non esse mentitus est in ore, cuius totus erat in corde. Ideoque negationem falsitatis continuo lacrymis lauit ueritas caritatis. Sic & Dauid cum peccauit, caritatem non perdidit, sed obstupuit quodam modo, in eo caritas: ad uehementem tentationis ictum, & caritatis in eo nequaquam facta est abolitio.

K

Ioann.

15.6

Ro. 7. d

M

1.10.3.6

5. a

Ps. 118.

77

1.10.3.6

L

1. Cor.

13.6

Matth.

26.8

2. Reg.

11.4

abolitio, sed quasi quædam soporatio, quæ
 1. Rom. mox ut ad vocem argumenti prophetæ eungi-
 12. c. lauit, continuo in illam ardentissimam cari-
 Nota: tatis confessionem erupit: Peccaui Domino,
 qd're ve & continuo audire meruit. Dominus tran-
 ra: Pe stulit à te peccatum tuum, non morieris,
 trus, & adhuc in laude caritatis, amor in fide, &
 David spe, caritas in seipsa est, & per se ipsam: po-
 amife- test, etiam esse, ut fides, & spes sint sine cari-
 rūs cari- tate. Ut autem caritas fidem, & spem in se
 tatē pec- non cōtineat, non potest esse; fides. n. quod
 cādo. sed amatur esse asserit, spes promittit: amat igitur,
 non ina- qui in fide, & spe amat, sicut amari po-
 missibili- test, quod creditur tantum, & speratur: car-
 ter, quia- ritas creditam, & speratum iam habet, iam
 eis ex tenet, iam cōplectitur; amor igitur fidei, &
 gratia spei Deum videre desiderat, quia amat: cari-
 fuit re- tas, quia videt, amat. Ipsa enim est oculus,
 stituta, quo videtur Deus, habet. n. anima etiā sen-
 ideo cū- sus suos, habet visum suum vel oculum, qui
 grano sa videt Deū. Sicut. n. corpus habet suos quin-
 lis, su- que sensus, quibus animæ coniungitur vi-
 periora- ta mediante: sic & anima suos quinque sen-
 verba- sus habet, quibus Deo cōiungitur, median-
 fuit le- te caritate. Vnde dicit Apostolus: Nolite
 genda- cōformari huic sæculo, sed renouamini no-
 Ro. 12. uitate sensus vestri, ut probetis quæ sit vo-
 Eph. 6. d- luntas Dei bona, & bene placens, & perfe-
 cta. Hic ostenditur, quia per sensus corporis
 veterascimus, & huic sæculo conformamur,
 per sensum vero mētis renouamur in agni-
 tionem Dei, in nouitatem vitæ, secundum
 voluntatem, & beneplacitum Dei. Quinque
 enim sunt corporis sensus animales, vel
 corporales, quibus anima corpus suum sen-
 sificat, ut ab inferiori incipiam, tactus, gu-
 stus, odoratus, auditus, visus. Similiter quin-
 que sunt sensus spirituales quibus caritas vi-
 uificat animam, id est amor carnalis paren-
 tum, amor socialis, amor naturalis, amor spi-
 ritualis, amor Dei, per quinque sensus cor-
 poris, mediante vita corpus animæ coniun-
 gitur: per quinque sensus spirituales, me-
 diante caritate, anima Deo consociatur.

Caput septimum.

TActui cōparatur parentū amor,
 quia affectus iste prōptus om-
 nibus, & quomōdo grossus
 & palpabilis, sic se omnibus na-
 turali quodā occurſu præbet, & ingerit, ut
 effugere eum non possis, etiam si velis. Ta-
 ctus enim sensus est totus corporalis, qui ex

quorūlibet corporum coniunctione con-
 citur, si tamen vnum eorum, aut vtrumque
 viuat, ut tactus esse possit. Sicut enim quo-
 quo te verteris, corpus tuum nō potest esse
 sine tactu: sic nec aīa tua sine hoc affectu:
 propter quod in scripturis amor iste nō mul-
 tū commendatur, imō ne sit nimius coerce-
 tur dicente Domino. Si quis non odit patrē
 suum, aut matrem suam, non potest meus
 esse discipulus. Secundo gustui compara-
 tur amor socialis, amor fraternus, amor fan-
 ctæ, & catholicæ Ecclesiæ, de quo scriptum
 est: Ecce quām bonum & quām iucundum
 habitare fratres in vnum. Quia sicut per gu-
 stum vita administratur corpori, sic illi mā-
 dauit Dñs benedictionem, & vitam vsq; in
 sæculum: gustus. n. licet corporaliter exer-
 ceatur, saporem tamen introrsus generat,
 quo anima efficitur, propter quod corpora-
 lis quidem maxime hic sensus: sed tamē ex
 parte aliqua etiā animalis esse comproba-
 tur, sic & amor socialis, quia ex corporali
 cohabitatione in vnum, ex similitudine pro-
 fessionum, ex paritate studiorum, alijsque
 huiusmodi causis confederatur, mutuisque
 officijs enutritur, maxime animalis esse vide-
 tur: sed tamē ex magna parte, & spiritualis
 est, quia sicut sapor est in gustu, & affectus:
 fraternæ caritatis flagrat in affectu, de quo
 scriptum est: Sicut vnguētū in capite quod
 descendit in barbam, barbam Aaron, quod
 descendit in oram vestimentū eius, sicut ros
 Hermon qui descendit in montem Sion.
 Tertio odori comparatur amor naturalis,
 qui naturaliter ex ipsius naturæ similitudi-
 ne & confortio ab ipso omni spe recōpensa-
 tionis omnem hominem diligit, qui ex oc-
 cultis naturæ recessibus veniens, & animæ
 se ingerēs nihil humanū ab eo pagitur esse
 alienum: sensus autem iste magis animalis
 esse videtur, quā corporalis, id est odoratus,
 quia ad creandū eum in sensu corpore nihil
 agit præter leuē instrumentū sui varium at-
 tractum, & licet hāctenus per corpus animā
 tantum agat, non corpus, sic & amor natu-
 ralis magis spiritualis esse videtur, quā
 animalis, quia præter solū connaturalis hu-
 manitatis respectum, non consanguinitas,
 nō societas nec aliqua in eo omnino neces-
 situdo huiusmodi consideratur. Quarto au-
 ditui cōparatur amor spiritualis, amor mi-
 micorum. Auditus. n. nihil interius, id est in-
 tra corpus operatur, sed exterius quodam
 modo, id est ad aures pulsans animam cuo-
 cat

Ps. 132

C

videtur

D

cat

vt exeat, & audiat. Sic & amorem inimicorum in corde nulla vis nature nullius alius cuius necessitudinis suscitatur affectus, sed sola obediētia, quæ per auditum significatur. Ideoq; amor iste spiritualis dicitur. Ideo et quia ad filij Dei similitudinem, & filiorum Dei proficit dignitatem, dicente domino. Benefacite his, qui oderunt vos, vt sitis filij Patris velti, qui in cælis est, & reliqua. **Quin** so visui cōparatur amor diuinus, visus enim principalis est sensus, vt enim inter omnes affectiones principatum obtinet amor diuinus, ita a visu oculorum ceteri sensus videre dicuntur, cum solus videat oculus. Dominus enim tange, inquit, & vide, gusta, & vide, sicq; de reliquis, sicq; ab amore diuino cetera dicuntur amari, quæ bene amantur, cum luce clarior constet nil debere amari, nisi propter Deum, nec amari rē, quæ propter aliud quid amatur, sed id potius, quod amatur vnde est, à quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur. **Visus** vis quaedam est animæ mera, & potens, & pura, sic, & amor diuinus potens est, quia magna operatur: sed est purus quia sicut ille at, nihil inquinatum in eum incurrit. Nō enim dignatur Deus amari cum aliqua alia re, quæ propter ipsum non amatur. Visus in eminenti corporis arce, & insigni capitis loco positus, & secundum ipsius corporis formam infra habet, & ordine, & dignitate, & virtutis potētiā omnia ceterorum sensuum instrumenta, ipsosq; sensus, quos, vt ita dicam, a mabiliore, propinquiores: quos vero corporales, remotiores, infimus. n. omnium, & ceteris ignobilior, tactus, licet communis esse videatur totius corporis, tamen proprie manuum est. Sic mens, quæ caput est animæ, & principale ipsius mentis, sedes esse debet amoris Dei, vt sub se habeat, & regat, & illustret ceteros amores, nec sit in eis, quod se abscondat à calore eius, & lumine eius, quos quidē spirituales habet propinquiores, quos vel carnaliores, & animaliores, remotiores cum dilexerimus Dominū nostrum ex toto corde nostro, & ex tota anima nostra, & ex omnibus viribus nostris, & proximum nostrū sicut nos ipsos. Visus vt diximus in digniori corporis loco sedem habet et super se ipsum animalitatis virtutem aliquid moliri videtur: & mentis vel memoriæ quantū fas est gestit imitari virtutem, vno horæ momento mediū celi peruolans, in vno momē

ti puncto, plurima terrarū studia transuolans: sic & illuminatur amor Dei, suam in anima Christiana sedem obtinēs, ad quamdam diuinæ potētiæ similitudinem eam prouehit, dum omnem creaturam angustā & breuem, imo nullam videri facit, ad comparationem Dei, dum confidit sua esse omnia, quæ patris sunt, dum omnia ei cooperatur in bonum, dum siue Paulus, siue Cephas siue mors, siue vita, siue omnia, quæ eius sūt & fidelis viri totus mundus diuitiarum est.

Caput octauum.

Visus ergo ad videndum Deū naturale lumen animæ, ab auctore nature creatus, caritas est. Sunt autem duo oculi in hoc visu ad lumē quod Deus est videndū, naturali quadam intētiōe semper palpitantes, amor, & ratio. Cum alter conatur sine altero non à Deo proficit, cū inuicem se adiuuant, multum posunt. s. cum vnus oculi efficiuntur de quo dicit sponsus in Canticis, Vulnerasti cor meum o amica mea in vno oculorum tuorum. In hoc autem plurimū laborat suo vnusquisq; modo, quod alter eorum. i. ratio dum videre non potest nisi in eo quod nō est, amor autē non acrie scit requiescere, nisi in eo, quod est. Quid est. n. quod ratio omni conatu suo possit apprehendere, vel inuenire, de quo dicere audeat, hoc est Deus meus: tantum enim solum modo potest inuenire, quid est in quantum inuenit, quid non est. Habet etiā ratio suos quosdam tramites certos, & directas semitas, quibus incedit. Amor autē suo defectu plus proficit sua ignorantia plus apprehendit. Ratio ergo per id, quod non est, in id, quod est, videtur proficere, amor postponens, quod nō est, in eo quod est, gaudet deficere. Cum tamē vt dixi inuicem se adiuuat, & ratio docet amorem, & amor illuminat rationem, & ratio cedit in affectum amoris, & amor acquiescit cohiberi terminis rationis. Magnū quid possūt. Sed quid est, quod possunt: Sicut proficere proficiens in hoc, & hoc discere non potuit, nisi experiendo: sic nec communicare potest inexperto, quia sicut dicitur in sapientia. In gaudio eius non miscbitur extraneus. Ratio maiorem habet sobrietatē, amor beatitudinem, inde quippe processit & naturaliter in suū spirat principium. Ex hoc

Matth. 5.8

Eph. 3.6

E

Ps. 118. b
Deu. 6. a

Rom. 8. 6

Can. 4. 6

G

hoc in animam suauitate haftenus, & deli-
cij amoris tenere enutritam, sed & nonnū-
quam paternę pietatis disciplinis attritam.
Ex hoc iam inquam fortis vt mors dilectio
peruadit dulci amoris gladio ab amore, &
affectu seculi sic occidit eam funditus, & in-
terimens sicut mors interimit corpus. In

Gen. 5. c tātum vt dici de ea possit, quod de Enoch,
Heb. 11. a s. q. nō inuenitur in sæculi actibus, quia trā-
stulit eum Deus, sed corpus morte sua mor-
tificatur ab oibus sensibus suis: anima autē
morte sua proficit magis, & viuificatur, &
roboratur, in suis fortiter, & constanter, &
prudenter incedens iam in semitis suis, &
omnibus gressibus, & quocūque, haftenus
ignorando, dubitando, & palpando, vix au-
debat tēdere pedem boni assensus: fortitu-
do enim simplicis via domini, à sæculi ergo
actibus, & affectibus sic mortificatur sicut

Gal. 6. d Paulus apostolus, Mihi, inquit, mundus cruci
fixus est, & ego mundo. Cū enim alter non
curaret de altero: cum suis ligari affectibus:
ad se inuicem non poterant, vel curabant

H accedere, sibi inuicem crucifixi erant Paulus,
& mundus. Sed tamen cū Paulus crucifixa
ratio tota esset in caelis, non recusabat qua-
documq; necessaria erat hominibus in ter-
ris, propter quod cum gemitu dicebat. Cupio
dissolui, & esse cū Christo. Multo enim
melius, & dō quam melius est esse cum Chri-
sto: esse. n. Christum cum Paulo, sicut, & ipse
dixit, Ecce ego vobiscum sum vsque ad
consummationem sæculi, sic inquam esse
Christum cum Paulo, magna Pauli securi-
tas: esse vero Paulum cum Christo, vel hic
per contemplationem, vel ibi per beatitudinis
præsentiam, beata, & gloriosa Pauli se-
licitas. Caritas ergo Dei sursum eum attol-
lebat. Caritas vero proximi infra eum pre-
mebat, quasi à collo depēdens. Vnde sequi-
tur, & dicit, Permanere autē in carne neces-
sarium propter vos. Affectus ergo caritatis
Deo insolubiliter inhaerens, & de vultu
eius omnia iudicia sua colligēs, vt agat vel
disponat exterius, sicut voluntas Dei bona,
& bene places, & perfecta distat ei interius
dulce habet in vultum illum semper inten-
dere, & sicut in libro vitę leges in eo sibi le-
gere viuendi, & intelligere, illuminare fi-
dem, roborare spem, suscitare caritatem:
iam. n. & spiritus sanctus euidenter sanctā
edocet animā, quid & quomodo sit facien-
dū: & spiritus fortitudinis vires vel virtutes
subministrat faciendi: spiritus consilij di-

Phil. 3. d sponit. Et cum animo illi vacat, Deo in-
herere, Deo efficitur similis per deuotionis
pietatem, & voluntatis vnitatem. Cū vero
ad homines, & humana redire cōpellitur, à
lege vultus Dei, & exhilaratam faciem in
leo caritatis Dei, tam factis quā dictis,
& etiā glorificatione quadā, & gratia exte-
rioris hominis refert ad homines, ipso suo
bonitatis quodam habitu, & gratia sibi eā
exigit, vel efficit apud eos reuerentiā, vt etiā
in promptu habeat, in quo voluerit eorum
obedientiam. Nam & si ex occulto illo ad
vicia delinquentium, & corruptos mores
errantium, aliquando exiens ex veritate,
& seueritate iudiciorū vultus Dei quasi facies
cornuta apparet, & terribilis, vbi visa
fuerit à corrigendis secundum insolubile
veritatis legem omnia agi, & disponi in pō-
dere, & non sūra: ceditur caritati, & ita il-
la, caritatis intelligitur disciplina: id eō ro-
te in quibus est spiritus vitę, semper eunt in
voluntatem Domini perficiendam, nec re-
uertuntur ad faciendam suam: si iubentur
præesse, præsumunt in sollicitudine: si iubentur
subesse, in humilitate: si aliquibus coesse, in
caritate. Si prælati sunt, sunt sicut patres
ad filios: si subiecti, vt filij ad patres suos: si
coniuuentes, omnium seruos se faciunt: pius
ad oēs affectus: dulcis in bono cōsentus.
cursus in hilaritate: cohabitatio in gratia,
discessus in ostensione caritatis: ad mino-
res quouis modo mitis affectio cum opere;
ad patres amor vsq; ad subiectionē ad ma-
iores reuerentia vsq; ad seruiturē, non quę
sua sunt quærunt, sed quę sunt omnium.
Et ad hæc omnia quęque lex illa summa
ordinauerit, facile habent, & membra cor-
poris, & bonam voluntatem commodare,
cum spiritus sancti arram, & pignus accepe-
rint seruitutem istam creaturę, & membro-
rum suorum in breui transituram in ado-
ptionem, & reuelationem filiorum Dei.

Phil. 1. c sponit. Et cum animo illi vacat, Deo in-
herere, Deo efficitur similis per deuotionis
pietatem, & voluntatis vnitatem. Cū vero
ad homines, & humana redire cōpellitur, à
lege vultus Dei, & exhilaratam faciem in
leo caritatis Dei, tam factis quā dictis,
& etiā glorificatione quadā, & gratia exte-
rioris hominis refert ad homines, ipso suo
bonitatis quodam habitu, & gratia sibi eā
exigit, vel efficit apud eos reuerentiā, vt etiā
in promptu habeat, in quo voluerit eorum
obedientiam. Nam & si ex occulto illo ad
vicia delinquentium, & corruptos mores
errantium, aliquando exiens ex veritate,
& seueritate iudiciorū vultus Dei quasi facies
cornuta apparet, & terribilis, vbi visa
fuerit à corrigendis secundum insolubile
veritatis legem omnia agi, & disponi in pō-
dere, & non sūra: ceditur caritati, & ita il-
la, caritatis intelligitur disciplina: id eō ro-
te in quibus est spiritus vitę, semper eunt in
voluntatem Domini perficiendam, nec re-
uertuntur ad faciendam suam: si iubentur
præesse, præsumunt in sollicitudine: si iubentur
subesse, in humilitate: si aliquibus coesse, in
caritate. Si prælati sunt, sunt sicut patres
ad filios: si subiecti, vt filij ad patres suos: si
coniuuentes, omnium seruos se faciunt: pius
ad oēs affectus: dulcis in bono cōsentus.
cursus in hilaritate: cohabitatio in gratia,
discessus in ostensione caritatis: ad mino-
res quouis modo mitis affectio cum opere;
ad patres amor vsq; ad subiectionē ad ma-
iores reuerentia vsq; ad seruiturē, non quę
sua sunt quærunt, sed quę sunt omnium.
Et ad hæc omnia quęque lex illa summa
ordinauerit, facile habent, & membra cor-
poris, & bonam voluntatem commodare,
cum spiritus sancti arram, & pignus accepe-
rint seruitutem istam creaturę, & membro-
rum suorum in breui transituram in ado-
ptionem, & reuelationem filiorum Dei.

Ro. 12. sponit. Et cum animo illi vacat, Deo in-
herere, Deo efficitur similis per deuotionis
pietatem, & voluntatis vnitatem. Cū vero
ad homines, & humana redire cōpellitur, à
lege vultus Dei, & exhilaratam faciem in
leo caritatis Dei, tam factis quā dictis,
& etiā glorificatione quadā, & gratia exte-
rioris hominis refert ad homines, ipso suo
bonitatis quodam habitu, & gratia sibi eā
exigit, vel efficit apud eos reuerentiā, vt etiā
in promptu habeat, in quo voluerit eorum
obedientiam. Nam & si ex occulto illo ad
vicia delinquentium, & corruptos mores
errantium, aliquando exiens ex veritate,
& seueritate iudiciorū vultus Dei quasi facies
cornuta apparet, & terribilis, vbi visa
fuerit à corrigendis secundum insolubile
veritatis legem omnia agi, & disponi in pō-
dere, & non sūra: ceditur caritati, & ita il-
la, caritatis intelligitur disciplina: id eō ro-
te in quibus est spiritus vitę, semper eunt in
voluntatem Domini perficiendam, nec re-
uertuntur ad faciendam suam: si iubentur
præesse, præsumunt in sollicitudine: si iubentur
subesse, in humilitate: si aliquibus coesse, in
caritate. Si prælati sunt, sunt sicut patres
ad filios: si subiecti, vt filij ad patres suos: si
coniuuentes, omnium seruos se faciunt: pius
ad oēs affectus: dulcis in bono cōsentus.
cursus in hilaritate: cohabitatio in gratia,
discessus in ostensione caritatis: ad mino-
res quouis modo mitis affectio cum opere;
ad patres amor vsq; ad subiectionē ad ma-
iores reuerentia vsq; ad seruiturē, non quę
sua sunt quærunt, sed quę sunt omnium.
Et ad hæc omnia quęque lex illa summa
ordinauerit, facile habent, & membra cor-
poris, & bonam voluntatem commodare,
cum spiritus sancti arram, & pignus accepe-
rint seruitutem istam creaturę, & membro-
rum suorum in breui transituram in ado-
ptionem, & reuelationem filiorum Dei.

Caput nonum.

Sed veniamus ad eam, quam dicit
Apostolus societatem spiritus, &
& laudem disciplinę, ad bonum
illud, & iucundum cohabitatio-
nis fraternę in vnum, vbi mandat Do-
minus benedictionem, & vitam, de quo
dicit Dominus. Nolite timere pusillus
grex, quoniam placuit Patri vestro dare
vobis regnum. Laus ergo huius disciplinę
ab Apo.

Suscipiens enim sapientia proficiendi iter perficiendum, caritatem quidem non abiicit, non deserit, sed prouehit, sed tantum pertensum habet, vt dictum est, sarcinas eius portare, quæ alijs iam intendens rebus parare se, & aptare conatur. ad intrandum in gaudium Domini sui. Odit ergo curas quascumque, & si quando aliquos suscipit labores, sed laborum non amat sollicitudines, vires quidem non deficiunt ad portandum, sed refugit impedimentum. Excitans ergo in hos proficiendi gradus Dominus, & pronocans sanctam animam ad intrandum, vnde dictum est, in gaudium suum: Diliges, inquit Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex tota mente tua.

Deu. 6.

B.

Caput decimum.

Quattuor in Deum à nobis, & toti exiguntur affectus, in eo quod dicit; Ex toto corde tuo, totam sibi vendicat voluntatem, in tota anima totum amorem, in omnibus viribus virtutem designas caritatis, in tota mente, fructuonem sapientia. Primum enim ad Deum voluntas animam mouet, amor promouet, caritas contempletur, sapientia fruitur: sapientia vero digne in mente constituitur. Quæ cum ideo mens dicatur, quod meminit, vel eminet in anima, bene illi ascribitur virtuti, quæ super omnes eminet virtutes animæ. Est enim mens, vis quædam animæ, qua in hæremus Deo, & fruimur, fructio autem hæc, in sapore quodam diuino est, vnde & à sapore sapientia. Sapor autem iste in gustu quodam est. Gustum autem istum digne nemo potest exprimere, nec est, qui meretur gustare; Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus, hoc gustu secundum Apostolum gustatur, Dei verbum, gustanter etiam diuinae sæculi venturi. Iam ergo de gustu isto, qui sapore habet illum, in quo sapientia sapit, subtilius inquirendum est, primumque dicendum, quia licet per gradus ad arcem sapientia veniat, qui ascendit, tamen nisi vbique in omni gradu, vsque ad vltimum, sapientia (sicut ipsa dicit in libro sui. Salomonis) quærentes se quæssisset, & occurrisset in vijs, ostendens se hilariter, nec voluntas mouisset, nec amor promouisset, nec caritatis contemplatio, nec sapientia prouenisset fructio. Itaque sicut capere

mus, prosequatur de gustu: Corpus Christi vniuersa est Ecclesia, tam veteris, quàm noui testameti. In huius corporis capite, i. prima & antiquiori, & superiori parte, quæ est primitiua Ecclesia, quattuor sunt sensus, visus, auditus, odoratus, & tactus. Oculi sunt angeli propter cõtemplationis subtilitatem, aures, Patriarchæ propter obedientia virtutem, nares vel odoratus, propheta, propter absentia notitia: tactus vero cõis est sensus Oes, hi sensus ante mediatoris aduentum in capite erant, sed languebat inferiori corpore emortuo propter vnius sensus absentia, i. gustus, sine cuius adminiculo, nec viuere corpus poterat, nec sensus suæ vim viuacitatis obtinere. Quidquid, n. ad totius corporis spectat alimentum cunctis sensibus, vniuerso corpori appone, subpone, circûpone, si solus gustus decrit, quid proderit? Infunde auribus, intrude naribus, vel per quamuis aliam partem obesse poterit prodesse non poterit. Gustu autem quædam sequitur saporis dulcedo, quæ in interiori suo sentiens anima modo quodam singulari, & ceteris sensibus incommunicabili, quæ suscipit, cuncta discernit, & diiudicat, seque omnesque sensus vegetat, & cõfirmat, gustus verb in capitis, & corporis confinio, i. in gutture positus, velut vniuersus connectens, eum designat, qui per cõditionem carnis paulo minus est minoratus ab Angelis, & Moysè, & Helia, ceterisque Patriarchis, & prophetis. Per exhibitionem patientia, & humilitatis minorem se quodammodo fecit, & humiliorem, cum illi potentia virtute Dei, & suos prosterneret inimicos ipse vero suos doceret discipulos. Si quis percussit te in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Hic, n. post prophetas veniens, & patriarchas, limes quidem legis, & gratia, capitis & corporis, per mysteria humanitatis suæ, & passionis, & resurrectionis, quæcumque in lege, & prophetis, & psalmis, & hymanis salubria, quæcumque corpori vitalia, vel vtilia, quasi quoddam ipsius os segustans, id est, intelligens, & per se intelligenda corpori trahens homo Christus, interiori quodam diuinitatis suæ sapore (quæ sapientia nobis factus est sapientia Dei Christus) sapida ea habet, nobisque facit sapida vel vtilia. In se. n. viuens, & per se totum corpus vegetas, & cõformas gaudium sibi, gaudium angelis facit de cõsumatione corporis, gaudium patriarchis, & prophetis de visione diei suæ sicut ipse dicit, Abraham pater vester exultauit, c.

Matth.

Luc. 6. f.

1. Cor.

1. d.

1. Ian. 8.

1. 3. 3. b.

1. Per. 2.

Prouer.

3. b.

1. Cor. 3. a.

C.

vt videret diem meum, vidit, & gaudius est: gaudium vniuerso corpori, & vitam, ita vt quodam mentis impulso vniuersali illo tactu, spiritali vniuerso, & confirmati clame-
I. Ioan. mus: Quod vidimus, & audimus, & ma-
1. a nus nostræ confestauerunt de verbo vite. Ideoq; in omnibus orationibus nostris subij-
E cimus, Per Christum dominum nostrum: vel quia omnes orationes nostras, & sacrifi-
 cia ad Deum Patrem dirigimus per eum, sicut per mediatorē nostrum, vel quia quid-
 quid speramus à patre hominum, omne da-
Iaco. 1. c tum optimum, & omne donum petendum, non per aurem, nō per nāres, sed per ipsum
 petimus infundi os nostrum, & gustum no-
 strum, & sapientiam nostram, vt sumentis
 possit esse proficuum. Hic est gustus, quem
 in Christo facit nobis spiritus intellectus,
 intellectus scilicet scripturarum, & sacra-
 mētorum Dei. Vnde cum post resurrectio-
 nem suam dominus discipulis apparuit:

Luc. 24. Tunc, inquit, euangelista, aperuit illis sen-
3 sum, vt intelligerent scripturas. Cum enim
 scripturarum interiorē sensum, & virtu-
 tē mysteriorum, & sacramentorum Dei
 experimus nō solum intelligere, sed etiam
 quadam, vt ita dicam, experientie manu
 palpare, & tractare, quod non fit nisi quoda-
 m interiorē sensu, & experientie disciplina
 intelligentis, in dō vt plus dicam, intus in se-
 met ipsa legentis, & sentientis bonitatem
 Dei, & virtutem, quam potenti bonitate cū
 efficaci virtute in filiis gratiæ, opus ipsius
 gratiæ operatur. Tunc demum sapientia
 quod suum est exquiritur, tunc quos dignos
 iudicat vnctione sua, docet de omnibus.

Tunc appposito bonitatis sigillo Dei, omnia
 nostra peccata vel pacata vnctione illa, &
F emollita imprimit, & conformat. Et si qua
 dura, si qua rigida inuenerit, inculcat, & in-
 fringit, donec lætitia salutaris Dei recepta,
 & sapientie spiritu principali confirmata
 sancta anima læta ad Deum decanter, **Signa**
Pf. 50. c tum est super nos lumen vultus tui domi-
10. 17. a ni, dediti lætitiā in corde meo. Vnde &
 dominus, Hæc est, inquit, vita æterna, vt co-
 gnoscant te solum verum Deum, & quē mi-
 sisti Iesum Christum. Beata scientia, in qua
 continetur vita æterna, vita ista ex illo ga-
 stu, quia gustare, hoc est intelligere. Ex hoc
 gustu per hunc saporem in hac sapientia mi-
 nimus ille apostolorum satiat, exhibita-
Ep. 3. b tus, confirmatus. Mihi (inquit) minime om-
 nium sanctorum data est hæc gratia, in gē-

tibus euangelizare inuestigabiles diuitias
 Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispē-
 satio sacramēti abscondita à sæculis in Deo,
 qui omnia creauit, vt innotescat principib;
 & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam
 multiformis sapientie Dei, secundum præ-
 finitionem sæculorū in Christo Iesu domi-
 no nostro, in quo habemus fiduciam, & ac-
 cessum in confidentia per fidem eius, & post
 pauca. Huius, inquit, rei gratia flecto genua
 ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex
 quo omnis paternitas in cælo, & in terra no-
 minatur, vt det vobis secundum diuitias
 gloriæ suæ virtutem corroborari, per spiri-
 tū eius, in interiori homine, habitare Chri-
 stum per fidem in cordibus vestris, in cari-
 tate radicati, & fundati, vt possitis compre-
 hendere quæ sit latitudo, longitudo, subli-
 mitas, & profundum. Libet hic aduert. re, si
 forte in sensu apostolicæ sapientie aliqua-
 tenus penetrare possumus.

Caput undecimum.

Contra quattuor Dei debemus
 duo. Quattuor sunt in Deo po-
 tentia, sapientia, caritas, & veri-
 tas, vel æternitas, quod vnum
 est. Nihil enim vere est, nisi quod incompu-
 tabile est, ad quæ duobus modis respondere
 non conuenit, potentie, quæ potest nos pu-
 nire: & sapientie, quam nil potest latere.
 Debemus timorem verum, id est, quem nō
 impedit torpor securitatis, vel refugium si-
 mulationis. Simulatio est vel quando fingi-
 mus laborem in præcepto, vel quando irra-
 tionabile misericordiā simulamus in Deo.
 Caritati, & veritati debemus amorem ve-
 rum, id est, quē non impedit tepor affectio-
 nis, vel scrupulus suspitionis. Caritati enim
 quid debetur nisi caritas? veritas vero ca-
 ritatis, & caritas veritatis omnem remo-
 uet scrupulum suspitionis. Suspicionem au-
 tem dico, ne non amet caritas, ne decipiat
 veritas, ne defluat æternitas. Vnde Paulus,
 vt possitis comprehendere cū omnibus san-
 ctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas,
 & profunditas. In sublimitate nota poten-
 tiam, in profundo sapientiam, in latitudine
 caritatem, in longitudine æternitatem, si-
 ue veritatem. Et hæc est crux Christi. Et
 alibi idem Apostolus exprimens euidentius
 summæ in nobis sapientie virtutē. Propte-
 rea, inquit, & ego audiens fidem vestram,
 S f 2 que

Eph. 1. c quæ est in Deum, & dilectione in omnes

H sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoria vestri faciens in orationibus meis vt Deus (Domini nostri Iesu Christi Pater) gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius in sanctos, quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis, & quæ supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentia virtutis eius, quam operatus est in Christo suscitans illum à mortuis. Cum ergo orante Apostolo, & exaudiente Deo datur nobis spiritus sapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius, id est, vt agnoscamus eum & sapiamus eum, vel sciat ipse in nobis cum illuminantur oculi nostri, vt videamus bonum, & bona boni intelligamus: ad quæ nos trahit spes vocationis eius scilicet diuitias gloriæ æternitatis eius in sanctis, in his omnibus nobis bonitas, vel benignitas apparet illuminantis, vel vocantis. Cum vero vt sequamur vocantem etiam virtus additur, per ipsam experientiam spiritus sapientiæ reuelatur nobis, quæ vel quàm sit supereminens magnitudo veritatis eius in nos. Ex hoc igitur qui sic est ex gusto diuinæ contemplationis palato cordis sanato, omnia discernit, omnia diiudicat. In auctore omnium bonorum Christo primū ei sapit sua ad Deum conuersio, deinde peccatorum remissio, postmodum pro ira, cuius filij eramus, gratiarum multiplex augmentatio, & hæc omnia non nisi per Dominum nostrum

ad Tim.
3. b

Eph. 2. a
I

3. Cor.
1. c

1. Cor.
13. c

Luc. 15.
d

Iesum Christum. Ipse enim est mediator noster, & sapientia nostra, cuius quod stultum est, sapientius est hominibus. Nam cum talibus bonitas Dei abundaret, & offerretur omnibus, nec esset, qui reciperet, vel sciret recipere, vel recipere doceret, nec qui illic posset ascendere vbi bona hæc distribuitur, vel qui huc posset deferre: opus erat mediatore inter nos, & Deum, per quæ nostra appropinquarent Deo: & bona Dei nobis. Inijt ergo consilium tota Trinitas, consilium illud de quo propheta dicit: Consilium tuum antiquum verum fiat: videbat quippe dominus quantum ad hominē omnia confusa, omnia turbata, nihil stare in loco suo nihil procedere ordine suo, videbat hominem abijisse in regionem dissimilitudinis tam longe, vt per se nec sciret, nec posset redire. Angelus enim præsumperat si-

multitudinem Dei dices: Ponam sedem meam ad aquilonem, & ero similis altissimo; homo similiter Deus esse voluit, cui persuasum erat esse sicut dii. Ergone (inquit) Deus Pater Filius meus splendor gloria meæ, & figura substantiæ meæ in ipsa mei similitudine tot æmulos habebit, & pares, & socios? Præcipitatus est uterque. Videns imago Dei, Deus filius angelum, & hominem, qui facti erant ad ipsam, id est imaginem Dei, non tamen quod ipsa, id est imago Dei: per inordinatum imaginis, & similitudinis eius appetitum perisse, heu, inquit, sola miseria caret inuidia, sed subueniendum est, cui subuenire non prohibet. Exhibeo me igitur, bonum hominem, despectum, & nouissimum virorum, vitum dolorum, & scietem infirmitatem, vt zelet, & imitetur in me humilitatem, per quam perueniat ad gloriam, ad quam præproperè festinat, vt possit audire à me, Dilcite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Isa. 14. c

Heb. 1. a

Gen. 1. d

Matth.
11. d

Caput duodecimum.

A Cchixit ergo se quodammodo Dei filius, & aggressus est per humilitatem recuperare eum, qui recuperari poterat, qui per superbiam perierat. Itaque inter Deum, & hominē, mediū se faciens, qui recedens à Deo, captus, & ligatus à diabolo erat, hoc modo boni mediatoris, & persona induit, & actū factus est homo. Egressus est virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, & requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris Domini. Intelligite hic fortissimum scilicet agonothetam nostrum, quasi campum mundi ingressum iniungat palestram oleo spiritus sancti: & exultantem gignentem, ad currendam viam dispensationis humanæ. Nota vero prophetiam à superioribus accepisse, & descendisse ad inferiora: quia mediatoris annūciabat descensum. Nos vero per eandem spiritus sancti gratias, eiusdem mediatoris Dei, & processum operis, & ad superiora inuestigantes regressum, ab inferioribus, id est, à timore incipimus. Christus ergo ad patrem timorem habuit, sed iustum, sed filiale, per quæ in omnibus honori eius

Isa. 11. a

Pf. 118. b

Ioan. 4. d derulit dicens: Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. *Ps. 85. b* quod in celis est, & in Psalmo; Lætatur cor meum, vt timeat nomen tuum, & cetera multa in hunc modum. Per quem etiam, & ipsum videbatur abdicere, humiliare, negligere, vt opus, quod per eum fecerat Pater, sed perierat, reparatum & renouatum in ei posset reconcinnare. Hoc igitur modo ad Patrem mediator noster habuit timorem, quasi sursum, ad miserum vero reconciliandum pietate, quasi deorsum, ad vtrumque; vtro scientiam, sciens quid cuique esset exhibendum, sed ad implendum ministerium meditationis suæ cum Patris bonæ haberet voluntatem de sursum, à misero autem inferius tacete haberet nihil, & habere aliquid ratio, & ordo meditationis requireret, exegit ab eo fidem. Exegit autem fidem prærogando pietatem. Quia exactioe nulla poterat esse validior, quia non fuerat diffusili homini misero ei credere, à quo se præuentum videbat pietate. Sed & cum se ei credere non posset, in quo sp̄s non haberet cum fide etiam spem obtulit, cum spe etiam addeus timorem, sine quo spes non poterat, ne scilicet desereretur à tam pio mediatore, accepto. Itaque mediator à pro suo tanto salutis pignore ad patrem regreditur, scilicet ex eum motem solus ascendit orare, vel cum factus in agonia prolixius orabat cum sanguine sudore. Pater, inquit, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. En quid tibi, en quid exhibeam illi, en quid à te habebō, en quid ab illo. Mediator quippe sum, & in salutem eius iam videntur concurrere meditationis meæ rationes, Sed captus est, & ligatus, alligauit eum fortis, & nisi fortior eo superuenerit, non diripiet vasa eius.

Luc. 11. c Sed mitte manum tuam de alto, & eripiam eum de inimicis eius fortissimis, in spiritu fortitudinis, fortitudo tua, & virtus tua. Scio enim quid faciam. Moriar innocens pro nocente, & plus poterit incomparabiliter bonitas mea, quam hostilis malitia, poena innocentiæ meæ, quam poena inobedientiæ humanæ. Et clarificaui, inquit, Pater, & clarificabo. Iam fortissimo mediatore opus est spiritus consilij, quia si princeps mundi intelligeret, numquam dominum gloriæ crucifigeret, Per omnia ergo virtute ei diuinitatis occultans, & solam ei carnis infirmitatem præferens, per iustitiam vitæ suæ inuidiam suscitauit hostilis nequitia per infirmitatem suæ carnis, spem illi contulit victo-

Oper. D. B. serm. Tom. 11.

riæ ad faciendam inuidiam accedentibus miraculis, quibus reconciliandi sui fidem in se roborabat, deceptor antiquus deceptor, penam peccati, mortem scilicet atrocissimam ei infixit, qui nullo peccato erat obnoxius. Occisus iustus iniuste, pro iustitia nouam de inimico obtinuit iustitiam mortis, scilicet iniuste sibi illatæ. Quam quasi sibi necesse habuit, quia absque peccato erat ipse homini peccatori, communicans reum absoluit per penam innocentia suæ. Positoque corpore suo, & sanguine in manu eius, hoc inquit manduca, & bibe, hinc viue. Patrique cum representans, En, inquit, pater mei sanguinis precium. Si de peccato huius requiris, en pro eo meus sanguis. Domine Pater dedisti benignitatem, & terra corporis mei dedit fructum suum, iam iustitia ante te ambulabit, & tu pones in via saluationis humanæ pedes tuos. Et vt iuste saluaueris qui iuste perierat tu Domine fecisti directiones, iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti.

Capitulum Decimum tertium.

DE fructu ergo huius operis factiatus homo mediante sapietia Dei non solum reconciliatur, sed etiam sapiens efficitur. Sapit, n. Neem. ei, quod māducat; māducat, & bibit corpus, & sanguinē Redemptoris sui, manna cæleste, panē angelorum, panē sapientiæ, & manducans transformatur in naturā cibi, quem māducauit. Corpus, n. Christi manducare, nihil est aliud, quam corpus Christi effici, & templum spiritus sancti. Templum autem hoc cum ornatum fuerit præscriptarum positione virtutū, & supradicto dedicandi ordine dedicatū nullos ulterius alienos titulos potest suscipere, nullum habitatorem, nisi Deum qui condidit illum, & creauit. Nihil ergo ultra terrenum sancta illa anima, nihil materiale, nihil corruptibile diligit, aut curat, ex quo regressa est à loco sarcinarū, & si aliquo horū aliquando quasi in transitu vitur, sed frui dignatur. Si quid in huiusmodi prosperum euenerit, pertransit, non cōturbatur, si quid aduersi contigerit. Totum sapit quidquid capit, nec potest amanti nisi sapere quidquid sicut saluam contigerit de Christi capite descendere. Quidquid ad corpus spectat, siue bonum, siue malum, foris est, nec potest peringere ad eum, qui

Si 3 intus

antus est. Vnde Apostolus in squalore corporis iacens, & vinculis, & quantum ad corpus tribulatione coronatus, & miseria, scribens discipulis, Mittam inquit ad vos Timotheum, vt sciatis, quæ circa me sunt. Quæ circa me sunt, inquit, idest in exteriori homine, in exteriori tunica carnis, qui ad me, qui intus sum non pertingunt, hæc est sapientia, de qua dicit Apostolus. Sapientiam loquimur inter perfectos, de qua sic nos loquimur, sicut qui audiuius, & non vidimus, sicut loqueremur de aliqua ciuitate, quam non vidimus, sed plurima de ea audiuius. De qua qui vidisset longe aliter loqueretur, & expressius. Hæc autem sapientia oppositam sibi ex aduerso aliam habet infausti nominis sapientiam, quã dicit Apostolus principum huius mudi sicut nigrum albo, sicut luci tenebras, de qua dicitur, Sapientia vincit malitiam. Malitia siquidem sapor est mali, vnde & à sapore sapientia. Cum igitur sapit malum, & non deest astutia, vel voluntas ad exequendum, sapientia principum huius mundi per omnia superna sapientia ostentat, hæc est enim malitia, quam odit sapientia. Si quidem sapor boni est in seipso, hic sapor mali est in seipso. Ibi ad exequendum præsto est prudentia, hic vt dictum est non deest astutia. Sed inter has duas quedã media est sapientia, quasi inter nigrum, & album, medio colore coloratum. Quæ siue inferius, siue superius, sic se habet ad vtramque partem, vt proueniat ei finis secundum intentionem, & studium vtentis. Sapientia ista est, quam dicit Apostolus huius mundi, & quã mediam locauit inter sapientiam Dei, & sapientiam principum huius mundi. Hæc circa vtile, & honestum tota versatur, & affectata quadam prudentia dispensatur, hæc pene tota est in scientia, videlicet vt sciat discernere prudenter, & diiudicare inter vtile, & inutile, inter honestum, & inhonestum, etiam si non sit vita, & moribus accommodatã. Scientia enim inflat, caritas ædificat, aut vero in huiusmodi exquirendis elaborant, vt tantum sciant, quod tantummodo serui curiositati, aut vt videantur, siue sciantur scire, quod seruit vanitati. Et hoc eorum studium tantum potest proficere, & in altum se extolere, quantum potest ratio, sine amor.

Phil. 2. c

1. Cor. 2. b

1. Ioan. 5. a

C

2. Cor. 8. a

Sic idem hæc philosophia in scientiã rerum humanarum, & diuinam diuiditur. Quamdiu est in humanis sic interia sibi est. Quando vero ad diuinam se exaltat, quanto altius ascendit, tanto inferius cadit, & impletur in eo, quia eleuans allixisti me. Et siquidẽ aliquando conuatu naturalis ingenij prouehitur, vt sicut b dicit Apostolus, quod notum est Dei, idest quantum de Deo ratio potest comprehendere notum, sit illis, ita vt illis, & est intra semetipfos. Deus enim illis reuclauit, quia sic eos creauit, vt in seipsis habeant, vnde Deum cognoscant. Surgunt enim de ethica sua in quamdam physica, & inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciunt, sempiterna quoque eius virtutem, & diuinitatem, ita vt non in excusabiles, quia videlicet nolunt ulterius procedere, vel proficere, cum possint in veritate, scilicet theologiam, quia causa cognoscant Deum, non sicut Deum glorificant, aut gratias agunt, sed euanescent in cogitationibus suis, & obscuratur insipientes eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & qui theologiam insipienter perdidit, in illa physica miserabiliter cadunt, cum gloriam mirant incorruptibilis Dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum, propter quod nec in nostra ethica permanere permittuntur, sed tradit illos Deus, desideria cordis ipsorum, in immunditiam, vt contumelia afficiant corpora sua in semetipsis, tradit illos in reprobum sensum, vt faciant, quæ non conueniunt, sed sapientia semper vincit malitiam, quæ contubernum habens Dei nouit semper proficere, & numquã deficere, & attingit à fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, sapienter se agens in diuinis, caute in physicis, videlicet in moralibus. Igitur sapiens animus, si supra dictum est, ab omnibus alienis affectibus defecata, Deo tantummodo sapiens hominẽ in homine exiit, deoq; in oibus affecta, omnẽ infra Deum creaturam non alter, quã Deus attendit in luce, & virtute sapientiæ omnia disponens, & ordinans, sic agens, sic de eis iudicans, sicut est, sicut viuunt faciens iudicium, & iustitiam de eo, vnde est, & vnde viuunt. Est enim sapientia Dei, sicut dixit can-

Pf. 109.

2. Cor. 7. c

E

Sap. 8. a

Pf. 109.

Sap. 7. d

S E R M O S A N C T I
Bernardi Abbatis de Pas-
sione Domini.



Iesum Nazarenum à Iu-
dæis innocenter con-
demnatum, à gentibus
crucifixum Christiani
diuini honorem ob-
sequiis. Salvatoris in-
finita, nos, qui Chri-
stiani sumus, reueren-

ter venerari, amanter amplecti, fortiter
imitari dignum est, salubre, & honorifi-
cum. Hæc enim sunt instrumenta fortissi-
ma, in quibus omnipotens virtus, & inue-
stigabilis sapientia Dei restaurationem mû-
di potenter, atque mirifice operata est, &
vsque modo operatur. Christus Dominus
migratus est ab angelis, vt nos æquaret an-
gels. Et quis propter Christum non se hu-
miliet? Christus dominus pro peccatis no-
stris crucifixus est, & crucem amaram suis
amatoribus dulcorauit. Mortuus est, &
morsum necauit, vt viueremus per illum.
Et quis non amet Christum dominum?
Quis non patiar pro Christo? Christus
per crucis ignominiam ad supernæ clarita-
tis gloriam transijt, & data est ei pro sua re-
uerentia à Deo Patre omnis potestas in cæ-
lo, & in terra, vt adorent eum omnes ange-
li Dei, & in nomine Iesu omne genu flectat-
ur, caelestium, terrestrium, & infernorum.
Vbi est gloriatio tua ô Christiane, nisi in no-
mine Crucifixi Domini Dei tui, & in Chri-
sti nomine, quod est super omne nomen,
in quo, qui benedictus est, super terram be-
nedicetur? Gloriamini in nomine filij Re-
demptoris, & date honorem illi Salvatore
nostro, qui magna fecit in nobis, & magni-
ficate nomen eius mecum, dicentes: Adora-
mus te Christe rex israel pater, & gentium
princeps regum, terra Dominus, Deus Sa-
baoth, virtus omnipotentis Dei fortissima.
Adoramus te precium precium redemptionis
nostræ, hostiam pacificam, qui sola odoris
tui suauitate inæstimabili Patrem, qui in al-
tis habitat, ad respiciendum humilia incli-
nasti, & filijs iræ placabilem reddidisti. Tuas
Christe miserationes prædicamus, tuæ sua-
uitatis memoriâ eum abundantiam cruciamus.
Tibi Christe sacrificium laudis immolamus

pro

Deus cordis mei, & pars mea Deus in æter-
num. Deinde venit ad mortem. Hunc enim
transitum ad vitam miseri infideles mortem
appellant, fideles autem quid nisi pascha?
In morte igitur corporali perfecte moritur
mundo, vt perfecte viuat Deo, ingreditur
locum tabernaculi admirabilis, ingreditur
vsq; ad domum Dei, & omnibus bene, &
cundum ordinem præcedentibus. Acut in
principio diximus pòdus suum vnumquod-
que refert in locum suum, corpus in terram
de qua assumptum est tempore suo resusci-
tandum, & glorificandum spiritum ad Deum
qui creauit eum. Sed quis iste transitus ad
Deum descriptis omnibus obligamentis, su-
peratisque omnibus impedimentis, perfe-
cta beatitudine, perenni dilectione, ex hoc
iam perfecte Deo inheret, vel potius vnitur
vere sancta anima in terra, vt efficiatur vna
ex illis, quibus dixit: Ego dixi dii estis, & fi-
lij excelsi omnes. Hic est finis eorum qui
proponunt Hierusalem in principio lætitie
sue, quos vnctio sancti Spiritus docet de
omnibus, qui ascensiones vsque ad finem
sapienter disponunt de virtute in virtutem,
donec videatur Deus Deorum in Sio, Deus
Deorum, beatitudo beatorum, gaudium be-
ne gaudetium, vnum denique bonum sum-
mum omnium bonorum, à fine boni propo-
siti in principio ascensionis vsque ad finem
omnis consummationis. Sapientia attingit
fortiter fortitudinem ascendendi ad se, cu-
stodiens ne in ascensu deficiat, & suauiter
disponit omnia, & aduersa, & prospera, om-
nia enim in bonum modifcans, & compo-
nens, donec animam ad principium suum
reducat, & abscondat in abscondito faciei
Dei. Scire autem debet omnis sapiens a-
scensor non sic esse gradus huius ascensio-
nis, quomodo gradus scalæ, vt singuli af-
fectus istis tantum temporibus, & non alio
tempore sint necessarij. Habet quippe
vnusquisque affectus in ascensus ordine,
tempus, & locum suum, quo cooperanti-
bus alijs affectibus suas videat partes solli-
citus exequi: sed omnes tamen sibi
concurrunt, & cooperantur,
præueniunt, & sequuntur,
& sæpe sunt primi
nouissimi, & no-
uissimi primi.

F I N I S.

Pf. 41. b

Pf. 81. b

Pf. 136. b

Pf. 38. b

I

Sap. 8. a

Pf. 26. b

pro multitudine bonitatis tuæ, quā ostendi-
sti nobis semini nequā, filijs tei, & per-
ditis. Cū adhuc inimici tui essentis Domi-
ne, & mors iniqua in omnē carnem exerce-
ret dominium, cū omne semen Adam erat
obnoxium lege primordialis culpæ, recorda-
tus es verbi misericordix tuæ, & prospexisti
M in solimi habitatione tua in hanc val-
lem plorationis nostræ, & miserix. Vidisti
afflictionem populi tui, & tactus dulcore ca-
ritatis intrinsecus, apposuisti cogitare super
nos cogitationes pacis & redemptionis. Et
quidē cum essemus filius Dei, Deus verus, Deo
Pater sancto que Spiritui & eternus, & cōsub-
stantialis, lucem habens inaccessibile, por-
tansque omnia verbo virtutis suæ: non de-
spexisti in hoc nostro mortalitatis ergastu-
lū altitudine tuam inclinare, vbi nostram &
gustares & absorberes miseriam, nosq; re-
parares ad gloriam. Parum tibi caritati tuæ
ad consummandum opus nostræ salutis
Cherubim, aut Seraphim, aut vnus ex an-
gelis destinare: ipse venire ad nos dignatus
es per mandatum carnis, cuius nimiam ca-
ritatem experimus in te. Venisti, in quā
non loquimur mutando, sed presentiam tuam
nobis per carnem exhibendo. Venisti à re-
gali solio sublimis gloriæ tuæ in humilem
& obliuiscam in oculis suis puellam pio vir-
ginalis continentix voto sigillatam, in cuius
sacro vtero sola Spiritus sancti inenar-
rabilis virtus te concipere fecit, & nasci in ve-
ræ humilitatis natura: ita vt nec diuinitatis
in te maiestatem, nec virginitalis integritatē
in matre violatæ coniugitalis occasio. O a-
manda, ad admiranda dignatio. Deus immen-
sæ gloriæ, vermis cōtemptibilis fieri non de-
spexisti. Deus omnium, cōseruus seruorum
apparere voluisti. Parum tibi visum est Pa-
trem te nobis esse & Dominū, frater noster
esse dignatus es. Et tu Domine vniuersorum
qui nudam habes indigetiam, intra ipsa na-
tuitatis tuæ iniqua non abhorruisti abiectis-
sime paupertatis legustare incommoda. Vt
enim ait scriptura: Tibi cum nascereris, non
erat locus in diuerso loco, neque cunabula,
quæ teneritudine tuam accipere habuimus:
sed in vili præsepio sordens stabuli, tu qui
terram palmo concludis, inuoluas pānicu-
lis reclinatus es. Et hoc ipsum à brutis ani-
malibus mater tua mutuo accepit. Conso-
lamini consolamini, qui in sordibus pau-
peratis enutrimini, quia vobiscum Deus
in paupertate. Non cubat in delicijs splen-

didid cubiculi, nec inuenitur in terra suauiter
viuentium. Quid vltra gloriaris, d̄ diues
lutea res in volutabro lecti picti & delicati,
cum rex regum recubitu suo pauperū stra-
menta honestare maluerit? Quid dura stra-
menta detestaris, cum tener infantulus, in
cuius manu sunt omnia, tuis sericis, tuis
plumis duras iumentorum stipulas præle-
gerit. Sed hæc tenella tua Christe infantia
a persecutorum gladijs tuta non fuit. Ad-
huc enim inter dulcia matris vbera fugens
dependebas, quando apparuit angelus in
somnia Ioseph, dicens: Surge & accipe pue-
rum & matrem eius, & fuge in Aegyptum,
& esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum
est enim vt Herodes querat puerū ad per-
dendum eum. Iam ex tunc bone Iesu dura
pati cœpisti. Non solum illam infantix tuæ
vexationem in teipso pertulisti, sed mortē
in pusillis tuis, quorum multa milia inter
mamillas matrum pro te Herodis trucidauit
immanitas. Infantia vero teneriori de-
curta, humiliter veritatis nobis exemplum
tribuisti. Non enim sedisti cum consilio va-
nitatis in medio doctorum, interro-
gans, & audiens illos, cum tamen dominus
scientiarum es, atque sapiens Dei Patris.
Sed & obedientix nobis formam tribuisti,
dum parentum imperio tu imperator mū-
di humiliter subditus extitisti. At vbi ro-
bustioris ætatis plenitudo aduenit, missurus
manus ad fortia, egressus es in salutem po-
puli tui, vt gigas magnificus ad currendam
viam totius nostræ miserix. Et quidem vt
per omnia te primum fratibus assimilares
seruum tuum baptizantem peccatores in pe-
nitentiam tamquam peccator adisti, bap-
tizari te postulasti, innocens agne Dei, quem
nulla peccati stilla vquam maculauit. Bap-
tizatus autem, non te in aquis, sed aquas
in te sanctificas, vt per eas sanctificares nos.
De baptismo in desertum in spiritu fortitu-
dinis egressus es, vt vita solitaria in te non
deesset exemplum. Solitudinem, ac ieiunium
quadraginta dierum, famis acerbiteratem, tē-
tamenta, & illusiones spiritus æquanimitate
tolerasti, vt hæc omnia nobis tolerabilia ef-
ficeres. Demum venisti ad oues, quæ perie-
rant domus Israhel, diuini verbi lampadem
extollens palam ad illuminationē orbis ter-
ræ, & regnum Dei cunctis annuncians ob-
temperantibus verbo, sermonem sequenti-
bus signis confirmasti, virtutē diuinitatis in
cunctis ostendisti, male habentibus, & om-

nia omnibus gentibus gratis exhibens, quæ salutem peccatorum cõgnerent, vt omnes lucrifaceres. Sed obscuratum est inspiens cor eorum Domine, & proiecerunt sermones tuos retrorsum, neq; attenderunt ad omnia mirabilia tua Domine quæ operatus es in eis, exceptis perpaucis nobilibus athleticis, quos inter infirma mundi elegisti, & abiecta, vt per ipsos fortia, & alta mirifice expugnares. Nec solũ ingrati gratuitis beneficij tuis extiteres, sed cõtumelij affecerunt te Domine dominantium, & fecerunt tibi quæcumq; vulerunt. Te enim faciente opera Dei, quæ nemo alius fecit, quid dixerunt? Nõ est hic homo à Deo, in principe demoniorũ eijet demonia, dæmonium habet, seducit turbas, vorax est, & potator vini, & amicus publicanorum, & peccatorum. Quid fles, quid suspiras? homo dum sustines verborum iniurias? Non audis quanta aduersus dominũ Deum tuum ceciderunt opprobria propter te? Si patrem familias Beelzebub vocarunt, quanto magis domesticos eius? Sed hæc quidem & similia blasphemant, & aliquoties te lapidibus impetebant. Tu bene patienter sustinisti, & factus es coram eis sicut homo non audiens, & in ore nõ habens redargutiones. Nouissime iustum sanguinem tuum à discipulo tuo filio perditionis traditum triginta argenteis apreciati sunt, vt præcipitaret animam tuam in morte sine causa. Et te quidem perditissimi traditoris tui perfidia non latebat, quando in cæna ablutionis etiã coram ipso genuflexus prociubens, maledictos pedes eius, veloces ad effundendum sanguinem tuum, sanctissimis manibus tuis atrectare, lauare, & extergere dignatus es. Cur autem adhuc extento collo ambulas, ò terra, & cinis? Adhuc te superbia eleuat? Adhuc te impatientia exagitat? Intue humanitatis, & mansuetudinis dominũ Iesum, vniuersæ creaturæ factorẽ, tremendũ iudicem viuorum, & mortuorum ante pedes hominis, & traditoris sui genua incuruantem. Discere quia mitis est, & humilis corde, confundere in superbia tua, & erubescere de impatientia tua. Hoc quoque erat mansuetudinis tuæ. Domine perfidum illum in cœtu fratrum deredere, & palam cõfundere noluit, leuiter ad modum accelerare iussisti quod parabat. In omnibus his non est auersus furor eius à te, sed egressus foras fatagebat circa freques maleficium. Quomodo cecidisti de cælo, Lucifer, qui mane-

oriebaris? In delicijs paradisi gloriosus apparuisti, cum es celi socius, & verbi diuini conuicia. Quomodo reputatus es inter filios tenebrarum? Qui nutrabaris in croceis, cur amplexatus es stercorea? Tunc clarificata est familia tua Christe, exaltate immundo cœtu societatis angelica. Tunc demum diuini eloquij yberissima inuidatione te ille conuatus potatus est, eiecto quem huiusmodi lymphidi liquoris infusione crebas indignam. Dato autem caritatis, & patientiæ salutari mandato, sedis tui in cœlestibus regno Patris tui, ad locum prolixi tuo notum cum illis auertisti, sciens omnia, quæ ventura erant super te. Ibi animæ tuæ tristitiam, quam ex imminente passione tua sponte assumpsisti, sicut & cetera, quæ passus es in auribus fratrum tuõ erubuit profiteri, dicens tunc: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Passus quoque in terra genibus procidisti in faciem, & orationem, & dicens: Mi Pater, si possibile est, transi a me caluaria. Et angustius quidem cor tui certissime indicabas, sudor ille sanguineus, qui orationis tẽpore de carne tua sanctissima guttatim decurrebat in terram. Dominator Domine Iesu, vnde tua hæc tã anxia supplicatio? Nonne voluntarie omnino Patri sacrificium obtulisti? Vnde Domine. Arbitramur autem quod hoc ad cõsolationem infirmorum membrorum tuorum assumpsisti, ne forte desperet quis, si caro infirma remurmurat vbi ad passionem promptus est spiritus. Nimirum vt maioris erga te amoris, & gratitudinis stimulos habeamus, naturalem carnis infirmitatem his indicijs in te expressisti, quibus doceremur, quia vere languores nostros portasti, & non absque sensu doloris passionum sentes percurristi. Vox enim illa vox esse carnis videtur, non spiritus, ex eo quod subiunxisti: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quod promptus enim ad passionem fuerit spiritus, enim venter cecidisti quando venientibus vna cum proditore tuo viris sanguinibus, & quærentibus animam tuam, cum internis, & facibus, & armis per noctem, vitre occurristi, & ne quid acciperent a duce flagitij, te ipsum manifestasti. Nam procedente in ad oculum sanctissimi oris tui trecento bestiam auersatus non es, sed os, in quo dolus inuentus non est, ori quod abundauit malitia, dulciter applicuisti. Innocens agne Dei, quid tibi, & hypo illi &

Quæ conuentio tua ad Belial? Sed & hoc benignitatis tuæ Domine summe omnia illa exhiberes, quæ prauis cordis perturbationibus emollires possent. Nam & ceteris amicis non immemor, illum commonuit, dicens: Amice, ad quid uenisti? Atque horrore sceleris sui cor ipsum ferire uoluisti, cum dixisti: Iuda, oculo filium hominis tradis? Et

LUC. 22. Ecce Philistæi super te Sampson. Non illos à te abiteruit quod in hora apprehensionis tuæ omnipotenti brachio tuo terra eos alligasti, in quidem defensionis causa, sed ut cognosceretis, quæ præsumptio nihil se posse aduersus te, nisi quantum permitteretur te. Et quis audiat sine gemitu qualiter homicidas manus in illa hora in te iniecerunt, & innocentes manus tuas Iesus bone, uinculis astringentes te agnum mansuetissimum nihil loquentem ad instar latronis contumeliose traxerunt ad uictoriam? Et nec tunc misericorditer emittit super inimicos tuos, & distillare fauim dulcedinis tuæ Christe cessasti, ac defensoris tui zelum in se trahentem, & maledictus furor eorum, quia pertinax, quem nec maiestas, nec stulticia, nec pietas beneficij potuerunt infringere. Consilium malignantium aduersum te pontificum præsentatus es, & ueritatem prout oportuit confessus, quasi de prophemia adiudicatus es morti. Amantissime domine, quanta illic indigna à propria gente pertulisti? Vultum tuum desiderabilem, in quem desiderant angeli prospicere, qui omnes cælos adimpleuit lætitia, quem deprecabuntur omnes diuites plebis, polluti labijs suo sputo conquinauerunt, sacrilegis manibus suis cæderunt, uelo in derisum operuerunt, & te dominum uniuersæ creature tamquam seruum contemptibilem colaphizauerunt. Adhuc autem animam tuam in circumcisæ carni deglutendam tradiderunt. Vinctum siquidem ante faciem Pilati perducerunt, postulantes crucis supplicio te infernum, qui peccatum non noueras, & uictum hominem dari sibi, agnum lupo, aurum luto postponderes. O indignum, & infelix commercium. Et quidem

LUC. 23. Erat impius ille per inuidiam in te fieri, nec tamen abstinuit à te rem uarias manus, sed repleuit animam tuam amaritudine sine causa. Illasum recepit, in conspectu illorum astare te iussit, nec pepercit amarissimis uerberibus uirginem carnem tuam diuellere, plagis plagas, linores liquoribus cru-

deliter infligere. Eleste puer Dei mei, quid tanta amaritudine, quid tanta confusione dignam commiseras? Proforus nihil. Ego ego homo perditus totius perditionis tuæ causa extiti. Ego domine uiam acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt: quia quæ non rapuisti, tunc exoluebas. In omnibus his non est fatiata perfidorum Iudæorum impietas. Nouissime autem incircumcisorum militum manibus deuolutus es morte turpissima consumendus. Parum erat sacrilegis illis crucifigere te, nisi prius & ipsi illusionibus repleuissent animam tuam. Quid enim ait de illis scriptura? Et congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et exuentes cum uestimentis suis, induerunt tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo illudebant ei, dicentes. Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas, & expuentes in eum accipiebant arundinem, & percutebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, induerunt uestimentis tuis, ut crucifigerent uoluntatem sibi crucem. Et perducunt eum in Golgotha, & uinum myrrhatum dabant ei bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. Tunc crucifixerunt eum, & cum eo duos latrones hinc & hinc, medium autem Iesum. Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Postea sciens Iesus quia consummata erant omnia: ut scriptura impleatur, dixit: Sitio, Et currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cum accepisset acetum, dixit. Consummatum est. Et clamans uoce magna dixit. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite emisit spiritum. Tunc vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua in redemptionem nostræ salutis. Expergiscere nunc anima, excutere de puluere, & contemplare uirum hunc memorabilem quem in speculo euangelici sermonis quasi præsentem intueris. Attende anima mea quis est iste qui ingreditur habens imaginem quasi regis, & nihilominus serui despectissimi contusione repletus, coronatus incedit: sed ipsa etiã eius corona cruciatus est illi, & mille puncturis speciosum caput eius divulnerat. Regali purpura induitur, sed potius in ea despicitur.

tur, quam honoretur. Sceptum in manu
 gestat, sed coipso caput eius reuerendum
 feritur. Adorant eam ipsa positus in ter-
 ra genibus, & regē clamant, & cōtinuo spu-
 ris amabiles eius genas subliniunt, maxilla
 palmis, & honorabile collum exhorant.
 Vide anima mea qualiter vir iste per om-
 nia cōturbatur, & spernitur. sub crucis on-
 re dorsum incuruare videtur, & tuam ipse
 portare ignominiam. Ad locum deductus
 supplicij myrrha potatur, & felle, in cruce
 subleuatur & dicit. Pater ignosce illis, quia
 nesciunt quid faciunt. Qualis est hic, qui
 in omnibus pressuris suis nec semel aperuit
 os suum, vt aut querelæ, aut excusationis,
 aut comminationis, aut maledictionis ver-
 bum aduersus maledictos canes illos pro-
 ferret? Sed nouissime verbum benedictionis
 super inimicos suos quale sæculo non est
 auditum, effudit. Quid hoc viro mansue-
 tius? quid benignius anima mea vidisti? Ad
 hunc autem attentius intuere, quàm gran-
 di admiratione, & tenerima compassione
 dignus appareat. Vide nudum, & verberibus
 laceratum, in medio latronum crucis igno-
 miniose ferreis clausis affixū, aceto in cruce
 potatum, & post mortē lancea in latere vul-
 neratū, & copiosos sanguinis riuos ex quin-
 que vulneribus manuum, & pedum, & lateris
 effluentem. Fletus deducite oculi mei, &
 liquece anima mea igne compassionis su-
 per contritione amabilis viri huius, quem
 in tanta amaritudine tot vides affectū do-
 loribus. Et iam quidem infirma eius anima
 mea vidisti, & miserta es, nunc maiestatem
 eius attende, & miraberis. Quid enim ait
 scriptura? A sexta autem hora tenebræ factæ
 sunt super vniuersam terram vsque ab hor-
 ram nonam. Et obscuratus est sol, & velum
 templi scissum est à summo vsque deorsum,
 & terra mota est, & petre scissæ sunt, & mo-
 numenta aperta sunt, & multa corpora san-
 ctorum, qui dormiebant surrexerunt. Qua-
 lis est hic, quia & cælum & terra compatiun-
 tur ei, cuius & mors mortuos viuificat? Co-
 gnosce anima mea, cognoscere, hic est Do-
 minus Deus noster, Iesus Christus saluator
 tuus, vnigenitus Dei Filius, verus Deus, ve-
 rus homo, qui solus sub sole sine macula
 inuentus est. Et ecce cum sceleratis quomo-
 do reputatus est, & quasi leprosus, nouissi-
 mus vniuersorum aestimatus est, & tamquam
 abortiuus quod projicitur à vulua, sic proie-
 ctus est ab ytero matris suæ infelicis syna-

goga. Iste formosus præ filiis hominum,
 quàm deformis factus est. Hinc vulneratus
 propter iniquitates nostras, attritus est pro-
 pter scelera nostra, & factus in holocaustū
 suauissimi odoris in conspectu tuo Pater æ-
 ternæ gloriæ, vt auerteres indignationē tuā
 à nobis, vt confedere nos sibi faceret in cæ-
 lestibus. Respice domine sancte Pater de san-
 ctuario tuo, & de excelso calorum habitacu-
 culo, & intuere hanc sacrosanctam hostiam
 quam tibi offert magnus Pontifex noster
 sanctus puer tuus Dominus Iesus pro peccatis
 fratrum suorum, & non placabis su-
 per multitudine malitiæ nostræ. Tunc vox
 sanguinis nostri Iesu clamat ad te de cruce.
 Quid enim Domine, quid pendet in ea?
 Pendet, quia præterita tamquam presentia
 coram te sunt. Cognosce Pater tuam ve-
 ri filij tui Ioseph. Heu fera pessima deuora-
 uit eum, & conculcauit in furore suo vesti-
 mentum eius, & omniem decorem eius reli-
 quis cruoris inquinavit. Ecce quinque ten-
 tas lamentabiles in ea reliquit. Hoc est
 Domine veni in eam, & in manu Aegy-
 ptie meretricis innocens puer tuus dereli-
 quit, meliorem aestimans iactū pallij,
 quàm pudicitiam, magisque eligens spoliatus
 carnis pallio in carcere mortis descendere,
 quàm pro mundi gloria adulterium, vocis
 quietescere. Illi in quā voci, quia dictū est, ma-
 gis omnia tibi dabo, si cadens ad grauēris me.
 Quod vtique esset cum dormiret cum adul-
 tera. Et nunc Domine Pater, scimus quia ip-
 se Filius tuus viuit, & dominatur in tota ter-
 ra Aegypti, & in omni loco dominationis
 tuæ. Eductus enim ad imperiū tuū de carce-
 re mortis, & infernorum, & attōsus immor-
 talitatis coronam, mutata veste carnis, im-
 mortalitatis decore restoruit, & cum gloria
 suscepisti eum. Subiugauit enim sibi Pha-
 raonis imperium, & cum triumpho nobili
 virtute propria celos penetrauit. Ecce glo-
 ria, & honore coronatus, in dextera maiesta-
 tis tuæ assistit vultui tuo pro nobis. Caro n.
 & frater noster est. Resurrexerunt in la-
 cie Christi tui, qui tibi vsq; ad mortem obe-
 diens factus est: nec recedant ab oculis tuis
 cicatrices eius in perpetuum, vt memineris
 quantam pro peccatis nostris satisfactio-
 nem receperis. Vtinam domine appē-
 das in statera peccata, quibus iram merui-
 mus, & calamitatem, quam pro nobis passus
 est, innocens Filius tuus. Certe grauior ap-
 parebit & magis digna vt propter ipsam ef-
 fundas

Luc. 23.

ε

R

Matth. 27. c

Isa. 53.

Nu. 12.

ε

B

Gen. 39.

b

Matth.

4. b

M

fundas super nos misericordiam tuam, quæ fuit illa, vt pro peccatis nostris contineas in ira misericordias tuas. Gratias tibi Pater referat omnis lingua pro superabundantia bonitatis tuæ, qui vnico filio cordis tui non pepercisti, sed pro nobis omnibus illū tradisti in mortem, vt eum tamquam fidelem aduersum habereinus coram te in cælis. Et tibi Domine Iesu fortissime zelotes, quid gratiarum retribuam, vt digne retribuam ego homo pulvis, & vile figmentum? Quid enim pro mea salute facere debuisti, & non fecisti? Ab imo mundis vsque ad summum verticem te totum in aquas passionū demersisti, vt me totum extraheres de illis, & intrauerūt vsque ad animam tuam. Nam & animam tuam in mortem perdidisti, vt meam perditam mihi redderes. Et ecce me duplici debito obligasti. Nam & pro eo quod dedisti tuam, debitor tibi sum: pro mea quidem anima hinc mundata, & inclinat in creatione, & semel in redemptione, quid magis iuste tibi reddam, quam tuam non habeo. Pro tua autem per totam vitam ita contribulata, quid ab homine dignè rependi possit, non aduenio. Nam et si cæli & terram & omnem ornatum eorū pro ea posse rependere, certè nec sic vsque ad mensurā debiti vlatens attingere possem. Vt autem ipsū, quod & debeo, & possibile mihi est retribuam, tu Domine muneris est. Diligendus es mi Domine toto corde, tota anima, tota virtute, & tua mihi sequenda vestigia, qui pro me mori dignatus es. Et quomodo fiet istud in me nisi in te? Adhæreat anima mea post te: quia tota virtus eius pendet ex te. Et nunc Domine redemptor meus te vt verum Deum adoro, in te confido, in te spero, & quibus possum desiderijs ad te suspiro, adiuua imperfectum meum. Ad usque passionis gloriosa insignia, in quibus salutē meā operatus es, totum me inclino. Tuæ victoriosæ crucis reale vexillum in nomine tuo Christe adoro. Tuum spineum diadema, tuos rubentes sanguineos clauos, tuo sacro lateri immerfam lanceam, tua vulnera, tuū sanguinem tuam mortem, tuam sepulturam, tuam gloriosam, & victoriosam resurrectionem, & glorificationem Christe supplex adoro, & glorifico. Odor enim vitæ spirat mihi in omnibus his. Horum viuifico odore spiritum meum Domine à peccati morte resuscita. Horum virtute ab astutijs Sathane me custodi, ac me conforta, vt iugum

mandatorum tuorum suauè mihi fiat, & onus crucis, quod post te baiulare me iubes, humeris animæ meæ sit leue. Quæ est enim fortitudo mea, vt iuxta præceptum tuum mundi pressuras tam multiplices inuisito animo sustineam? Numquid pedes mei tam quam ceruorum, vt velocem cursorem per spinas, & confraga passionum consequi valeam? Sed audi vocem meam, & inclina super seruum tuam suauem crucem, illā quæ lignum vitæ est ijs, qui apprehendunt eam: vt spero curram alacriter, portabo infatigabiliter eam, quæ ab inimicis est crucem post te. Illam inquam diuinissimam crucem humeris meis impone, cuius latitudo est caritas, cuius longitudo est æternitas, cuius sublimitas est omnipotentia, cuius profundum est inscrutabilis sapientia. Confige illi manus meas, & pedes meos, & totū passioni suæ conforma seruum tuū Domine. Da obsecro mihi continere ab operibus carnis quæ odisti, & facere iustitiam, quam dilexisti, & in vtroque tuam querere gloriam, & sinistram quidem meam clauo temperantia, dexteram vero clauo iustitiæ in illa sublimi cruce fixas arbitror. Da menti meæ iugiter meditari in lege tua, & omnem cogitatū meum iactare in te, & dextrum pedē meum eidem ligno vitæ clauo prudentiæ affige. Da vt sinistram spiritus mei sensualitatem non eneruet labentis vitæ infelix felicitas, felix & sinister quoque meus fortitudinis clauo in cruce tenebitur. Vt autem aliqua similitudo spinarum capitis tui in me appareat, detur obsecro mēti meæ, & salutaris poenitentiaē cōpunctio, & aliena miseris compassio, & stimulus zeli aruulantis, quod rectum est coram te, & ad te conuertar in ærumna mea, dum triplex configetur spina. Libet vt spongiam per arundinem ori meo porrigas, & acetū amaritudinē gustui meo adhibeas.

Libet, vt per scripturas tuas rationi meæ conferas gustare, & videre: quoniam flores hic mundus tamquam spongia inanis est, & omnis concupiscentia eius aceto amarior. Ita pater in me fiat calix iste Babylonis amarus in omnem terram, non inani flore seducat, non falsa dulcedine inebriet, quemadmodum eos, qui tenebras lucem, lucem tenebras, amarum dulce, & dulce amarum arbitrantur?

Vinum myrrhatum cum felle mixtum
suspe.

suspectum mihi est: pro eo quod tu ex eo bi-
bere noluisti, quia nimiam acerbiter in-
uidiā, & nequitiae crucifixorum tuorum in-
dicabat. Tuā uiuifica morti tuum seruum
Domine configura, faciens quidem in me,
ut moriar secundum carnem, uiuam autem
secundum spiritum iustitiæ.

Ut autem integram crucifixi imaginem
me portare glorier, illud quoque quod post
mortem tuam insatiabilis malitia impiorū
in te exercuit, hanc in me similitudinem
exprimet. Vulneret cor meum uiuus & ef-
ficax sermo tuus penetrabilior omni lancea
acutissima, pertingens vsque ad diuisionem

D animæ meæ, & producens ex ea tamquam
de dextro latere meo vice sanguinis, & aque
amorem tuum Domine, & fratrum tuorū.
Postremo & munda sindone primæ stolæ
spiritum meum inuolue, in qua requisitam
egrediens, & ingrediens in locum taberna-
culi admirabilis, & abscondas me donec per-
transeat furor tuus. Die autem tertio per
diem laboris, per diem supplicij, mane pri-
ma sabbati perpetuè inter filios tuos in-
indignum relicta, ut in carne mea carnam
claritatem tuam, & adimpleat latitiam vul-
tus tui. O Saluator meus & Deus meus, ueni-
at, ueniat oro tempus ut quod nunc credo,
oculis tandem reuelatus aspiciam: quod
spero nunc & à longe, salute apprehendam.
Quod pro uiribus meis desidero, uisus ani-
mæ meæ amplectar & de osculer, & in maris
tui abyssum totus absorbear. O Saluator
meus, & Deus meus; Sed benedic anima
mea Deum Saluatorem meum, & magnifi-
ca nomen eius. Sanctum est enim & san-
ctissimis delicijs plenum. O quàm bonus,
quàm suauis es domine Iesu, animæ quæ-
ranti te. Iesu Redemptor perditorum, Sal-
uator redemptorum, spes exulum, fortitu-
do laborantium, anxiati spiritus latitudo,
animæ lacrymosæ & post te currentis in su-
dore dulce foliatum, & suaue refrigerium,
corona triumphantium, unica merces, &
lætitia omnium supernorum ciuium, ueris-
simum fons omnium gratiarum, inclita pro-
les summi Dei, & Deus sumus, benedicant
te omnia, quæ in cælo sunt sursum, & quæ
in terra deorsum. Magnus tu, & magnum

E nomen tuum. O immarcescibilis decor Dei
excelsi, & purissima claritas lucis æternæ, vi-
ta omnem vitam uiuificans, lumen illumina-
ns, lux omne lumen illuminans, & con-
seruans in æterno splendore, Mille millena

lumina fulgurantia ante thronum diuini-
tatis tuæ a primo diuiculo. O æternum, sub-
stantiali, & inaccessibile, clarum, & dulcè
profundum fontis absconditi ab oculis om-
nium mortalium, cuius unda sine orlu, cu-
ius profundum sine profundo, cuius altum
sine termino, cuius amplitudo incircum-
scrutabilis, cuius puritas imperturbabilis.
Eructauit te cor Dei altissimi de suo impe-
netrabili abyfso, uita uitam, lux lacem, æter-
nus æternum, immensus immensum, & per
omnia sibi coequalis, & de nobis uisita-
tua nos omnes acceptus, lumen laudabile-
tissimum fons omnis boni, septemplex gratiæ
preciosum flumen de thesauris tuis emissi-
sti cuius suauis dulcore huius nostri maris, id
est nostræ infirmitatis saluginem mitigare
digneris. Flumen olei lætitiae, flumen uini
meracissimi, torrens ignei uigoris.

Spiritus paractes à te, & à patre, par-
uotrique in orbem terræ peruenit. Spiritus
omnia replens, omnia continens: spiritus a te
& a patre, unus ex ambobus, uisus ex
ambobus, ut per unum in diuina conne-
xio, uiscum gluten, totum, unus indissolu-
bilis, & pax omnem scilicet & caritatem.
Hic est terrenis uoluptatis tuæ Domine, quo
delicatam illam, & gloriosam ciuitatem Ihe-
rusalem, quæ sursum est iugiter potas, & re-
tabunda ebrietate facis æquare, ut tibi ubi-
libet hymnum ineffabilem lucida illa, & flā-
mea organa in uocis orationis, & sono
epulantis, cuiusque desiderabilibus guttis
refocillari situbunde iugiter oculis populi tui
iugiter à te expectant. Sinito Pater ut
catelli bibant de stillis, quæ cadunt dementi-
sa Dominorum suorum. Rotatæ cæli desu-
per, & nubes pluant iustum illum Domine,
quem æstuate fecisti. Inclitas primitias
populi tui, insignis solennitatis nostræ illo
quæsumus igneo stillicidio purga, in noua,
illumina, inflamma, exhilaras, & confir-
ma, & uni cor credentium tibi, ut unum
sint, unum sapiant, unum unanimes
quirant, & apprehendant, & uideant, & be-
nedicant te Deum uerum in Sion. Sit in
mundum unita gloria, gratiarum actio,
honor, & imperium in sæcula sæculorum,
Amen.

*Finitur sermo deuotissimus S. Bernardi
abbatis de passione Domini.*

ELENCHVS

CAPITVM,

QVAE HIC LIBELLVS

De Passione Domini complectitur.

In Prologo, operis totius telam orditur
ab oratione.

CHRISTM IESVM veram esse
item. Cap. 1

De praecisione vitis. Cap. 2

De circumfossione vitis. Cap. 3

De vinculis, quibus alligatur vitis. Cap. 4

De cultura, & speciositate interioris vi-
tis. Cap. 5

De folijs vitis in genere. Cap. 6

De numero foliorum vitis. Cap. 7

De septem folijs speciatim, ac primus de
primo. Cap. 8

De secundo folio. Cap. 9

De tertio folio. Cap. 10

De tribus verbulis caritatis. Cap. 11

De quarto folio. Cap. 12

De quinto folio. Cap. 13

De sexto folio. Cap. 14

De septimo folio. Cap. 15

De iucundo fructu. Cap. 16

De flore humilitatis. Cap. 17

De florente lilio castitatis. Cap. 18

De radice lilij. Cap. 19

De trunco, & ijs, qui a lilio castitatis requi-
runtur. Cap. 20

De rectitudine lilij. Cap. 21

De fortitudine trunci. Cap. 22

H De vernibus truncum arrodentibus. Cap. 23

De longitudine trunci. Cap. 24

De folijs circa truncum. Cap. 25

De nouo Cantico. Cap. 26

De folijs in terra. Cap. 27

De contemplatione floris lilij nostri. Ca-
put 28.

Lilij flos terram versus inclinandus est. Ca-
put 29.

De numero foliorum lilij nostri. Cap. 30

De tribus commodis virginibus accessuris
in futura vita. Cap. 31

De sex operibus caritatis erga proximum.
caput 32.

De rosa rubente & ardente. Cap. 33

De rosa caritatis. Cap. 34

De rosa passionis. Cap. 35

De septem effusionibus sanguinis Christi
omnium prima. Cap. 36

De secunda effusione sanguinis. Cap. 37

De tertia effusione sanguinis. Cap. 38

De quarta effusione sanguinis. Cap. 39

De quinta effusione sanguinis. Cap. 40

De sexta effusione sanguinis. Cap. 41

De croco abstinentiae vitis nostrae. Cap. 42

De odore florum vitis nostrae. Cap. 43

Quam expetendi veniant flores in vite no-
stra. Cap. 44

De odore florum. Cap. 45

De fructu vitis nostrae. Cap. 46

INCIPIT TRACTATVS

B. BERNARDI ABBATIS

De Passione Domini,

Super Ego sum vitis vera.



Esu benigne, vitis vera, li-
gnum vitæ, quod in me-
dio paradisi situm est. Do-
mine Iesu Christe, cuius
folla sunt in medicinam,
fructus vero in vitam eter-
nam. Benedictus flos, & fructus virginis ma-
tris castissimæ, sine quo nullus sapit: quia
tu es aeterni Patris sapientia: mentem meam
debilem, & aridam pane intellectus, & aqua
sapientiae salutaris, dignare reficere, vt te, &
clavis David aperiente, mihi referentur ob-
scura: & te d vera lux, radiante, tenebrosa
pandantur: vt per me ministrum humilem,
temetipso manifestante, & elucidante lo-
quentes simul, & videntes vitam habeamus
aeternam. Amen.

Caput primum.

EGO sum vitis vera. Ipso domino 10. 15.
Iesu Christo adiuuante videamus
quasdam proprietates vitis terre-
stris, in quibus etiam illius super-
caelestis vitis proprietates nominare possi-
mus: nec tantum ea, quae exterius ad cultu-
ram eidem exhibentur, consideremus. Et
primo quidem, quod plantari solet vitis in ter-
ra, non seminari, translata de sua vite, quod
adi

ad conceptionem Iesu mihi pertinere vide-
tur. Vitis. n. primo nata de vite, est Deus ge-
nitus de Deo, filius de Patre, coaeternus, &
substantialis ei, de quo genitus est. Sed vt
maiores faceret fructum plantatus est in
terra, id est in virgine Maria coceptus, factus
quod non erat, manens quod erat. Benedi-
cta terra haec, omnium gentium proferens
benedictionem. Vere benedicta, quae Deo
dante benignitate, tam benedictum protulit
fructum. Haec est terra, de qua scriptum est:
Terram non operabatur quisquam, sed irri-
gabatur a fonte ascendente de paradiso.
Terra quippe haec non accepit operationem
humanam, vt conciperetur in ea filius Dei,
sed aqua Spiritus sancti irrigata fuit. Ita. n.
legis: Spiritus sanctus superueniet in te, &
virtus altissimi obumbrabit tibi. Rursum de
hac terra scriptum est: Aperiat terra, &
germinabit Saluatorem. Aperta quippe fuit
per fidem, credens, & obediens angelos, ger-
minauitque vitam salutarem, Saluatorem nostrum
aeternae vitae praemia largientem. Hac itaque
vite nostra culturae quaedam proprie-
tates culturae vitis attinentes adhibita sunt,

Gen. 2. b

Luc. 1. d

Luc. 1. d

Isa. 45. b

De praecisione vitis. Cap. II.

Luc. 2. c

Solet enim vitis fructifera praecidi
& corporaliter, & figuratiue accipi
potest. Circumcisus enim fuit Iesus,
non quod hac circuncisione egeret:
quae in antiquis Patribus debebat originale
peccato, sicut baptismus in nobis. Nihil. n.
peccato originali per concupiscentiae vitium
contracto debebat, quia sine omni concupi-
scentia carnali coceptus erat: sed ne legem,
quam ipse dederat, soluere videretur. Moraliter
vero docens nos oportere non aegre fer-
re, si quando poenas peccati patimur: quod
in nobismetipsis non recognoscimus, cum ipse
peccatorum purgator non fuerit indignatus
pro nobis subire remedium peccatorum. Con-
solumur ergo dolores nostros, qui nequa-
quam sine peccato sumus doloribus illius, qui
non pro se, sed pro nobis doluit, & vulnera-
tus est, non pro se, sed vt nostris vulneribus
mederetur. Vide quantum ad sustipiendos
dolores festinauit, quam paratus, & prom-
ptus sanguinem effundere, circuncisus pro no-
bis die natiuitatis suae octauo. Vtinam nos
saltem, & anno octauo non nihil pro Domino
pateremur. Sed quid dicimus, cum plures inue-
niamus, & post octo plantatos, vel post octo-

Matth.
5. b

Isa. 53. b

Luc. 2. c

ginta annos, cum naturaliter erit eorum la-
bor, & dolor, nec voluntatem saltem ad do-
minum conuertit habentes, nec tam mature,
impena sanguinis preciosi fructum confide-
rantes, tam diu vanitate subiecta vitae duxe-
runt, & propria voluntate proficere vo-
lunt. Quid miserius? Christus octauam die
a natiuitate sua vix expectat vt suum tibi san-
guinem impendere incipiat. Tu post, non
dico octo dies, sed nec post octoginta men-
ses, imo & octoginta annos solam non repe-
dis voluntatem? Ille vix natus sanguinem
tibi effudit: tu iam me vitae voluntatem
tuam non refundis? Bonus profecto Iesus
etiam in quarta vigilia venientem seruum su-
scipit poenitentem. Dediti robor annorum
iuuenilium hosti Christi? Christo saltem mi-
sericorditer expectanti infirmam tribue vo-
luntatem: nec dubites, quin illam accipiat.

Puer enim natus est nobis, vt paruulis mu-
nusculis cofoletur: quia paruuli...
Quid si quod offers paruū non fuerit id est
humile: per hoc insum ad insum humile in-
tare non potest, quod dicitur: Ego sum o-
stium. et alibi. Venite ad me omnes: & dicit
te a me, quia mitis sum, & humilis corde.
Possumus & alio modo accipere praecisionem
vitis nostrae: vt discamus oia ab eo praecisa,
quibus caruit in hac vita, cum ea tñ habere po-
tuisset, & accipiamus hanc praecisionem a ver-
bo apostoli dicentis: Qui cum in forma Dei
esset: exinanuit semetipsum, formam serui
accipiens. Ipsa. n. exinanitio quaedam praeci-
sio est. Sicut. n. minuitur vitis, quoniam praeciditur:
ita vera vitis Christus, incarnatione mi-
noratur ab angelis, imo & infra omnes ho-
mines humiliatus fuit. Quomodo amputa-
ta fuit in eo gloria? cultro ignominiae: pote-
tia? cultro abiectionis: voluptas? cultro do-
loris: diuitiae? cultro paupertatis. Vide nunc,
quantum praecisa fuerit: ille cui famulatur
omnis gloria caelorum, imo ipse, qui solus ve-
ra gloria quasi abiecit gloriam. Seculi cir-
cumdatus indumento luctus, ignominiae,
confusionibus operitur, vt te a confusioni-
bus redimeret, & ad gloriam pristinam re-
uocaret: vt cuius potenti nutui omnia in-
ferna, terrena, & supracaelesta sunt subie-
cta, sic sit abiectus, & reputaretur omnium
vitorum nouissimus. Subiicitur fami, siti,
caloribus, frigoribus, doloribus, infirmitati-
bus, & post haec tanta, mortis supplicium
non euadit. Ille qui lucem inhabitat in ac-
cessibilem, in quem desiderant angeli pro-

p/2

Luc. 1. d

Isa. 53. b

10. 10. 4

Matth.

11. d

Phil. 2. 7

A

Isa. 53. b

1. Tim.

6. c

spicere,

spicere, cuius folius odor sanctorum sic mē-
 tes mebrat, vt & mundi presentis, & suijs-
 forū obliu totis viribus currant post ipsum
 tanto dolori subijctur, vt in ipso veraciter
 noscatur impletum, quod ante dixerat per
 prophetas. O vos omnes, qui trāsitis per viā
 attendite, & videte, si est dolor similis sicut
 dolor meus. Ille, in quo omnes thesauri sa-
 pientiae, & scientiae Dei sunt absconditi, rex
 regum, diues in omnes, solus, nullus egens
 sic sit pauper, vt ipso teste, & vulpibus terrae
 & volucribus caeli pauperior inueniatur, cū
 dicit. Vulpes foueam habent, & volucres cae-
 li, & hominibus autem hominis non habet vbi
 caput suum reclinet. Pauper in natiuitate,
 pauperior in vita, pauperissimus in cruce. Na-
 tus enim paltum habet lac virginicum, teg-
 men pannos viles. In vita vero si tegumen-
 tum habuit, saepius in victualibus defecit.
 In morte, & nudum inuenies sitientem,
 nisi forte ad se ipse remedium velis ad-
 hibere acetum myrrha, & felle mixtum. Po-
 stremo autem cultro timoris amputati sunt
 ab infirmis, vt non esset in eis, vt non esse-
 rit in deo. Cui ex omnibus vitijs eius
 vltimum calcauit solus, & de gentibus
 non erat vir cum eo, & cum sustineret cor-
 eius improprium, & miseriam expectauit
 qui simul contristaretur, & non fuit, & qui
 consolaretur etiam non inuenit. Vide nunc
 quantum praecisa fuerit vitis nostra. Quae
 vitis vniuersae gentium praecisa fuit, sed quae
 est consolatio huius praecisionis? Mulus fru-
 ctus. Multam enim & incomparabilem pre-
 cationem sustinuit. Videtur tamen signan-
 ter dictum esse: Et de gentibus non est vir
 mecum, tamquam intelligendum sit solas
 mulieres cum illo remanuisse. Viris enim
 fortioris naturae fugientibus praetimore, nō
 fugit mulieris infirmitas, quae etiam baiu-
 lantem sibi crucem, & in cruce morientem
 non dereliquerunt, sicut in persona Christi
 conuerentis lequitur beatus Iob; Dereli-
 cta sunt tantummodo labia mea circa den-
 tes meos. Per labia quippe, quae ceteris sunt
 membris molliora mulieris sexus mollis, &
 infirmus intelligitur, qui solus mundo ad-
 haerens, & adhaerens, figuratur. Ele-
 git enim dominus in finem mundi, vt confunde-
 ret fortia. Si vero fugam metalem intelli-
 gimus, ne vir, nec mulier relictus est cum eo
 praeter illam, quae sola benedicta est in mu-
 lieribus, quae sola per illum trite sabbatum
 licet in fide, & saluata fuit Ecclesia in ipsa

sola. Propter quod aptissime tota Ecclesia
 in laudem, & gloriam eiusdem virginis die Amoris
 sabbati per totius anni circulum celebrare Christi
 consuevit. Vere & singulariter benedictus toto sab-
 bato, qui à sua vite nullo potuit timore bato in-
 praecidi. Abscessi sunt viri, qui dicunt: Nos sola Vir
 autem sperabamus, quod ipse redemptus-
 gine mār
 rus esset Israel. Abscessae sunt mulieres, quae sit fidei
 quamuis pie praueuerunt mortuo humani integri-
 tatis seruitium exhibere, tamen illum resur-
 tas.
 recturum nequaquam credebant. Et for-
 Luc. 24.
 tasse propterea (quod tamen non asseren-
 a
 do dico, ne nouas videar assertiones intro-
 Luc. 23.
 ducere) illa mater, quae plus habuit pietatis, g
 cum alijs ad vnguentum non vestit corpus
 Christi sepultum, quia frustra putabat eum
 vngi, quem resurrecturum sciebat. Vere for-
 tis haec mulier, & praecunctis post filium ho-
 noranda. Vere & virago dici potest, quae à
 viro Christo per animi fortitudinem sepa-
 rata non est, sed eum, quem morientem, &
 mortuum vidit, credidit immortalitatis glo-
 ria sublimatum.

De circumfessione vitis. Cap. III.

Circumfoditur vitis. Fossio hec in-
 sidiantium fraus intelligitur.
 Quasi enim foueam fodit, quae
 dolo machinatur aliquid deci-
 pere. Vnde conquerens dicit: Foderunt an-
 te faciem meam foueam. Non enim pote-
 rat illi aliquis dolus abscondi, qui oculatus
 est ante, & retro, & qui praeterita, & futura
 tamquam praesentia intuetur. Omnia enim
 nuda, & aperta sunt oculis eius. Ostēdamus
 autem per exemplum aliquam fraudē illa-
 rum fossionū. Adducunt inquit illud euan-
 gelium, domino Iesu mulierē adulteram di-
 centes, quōd Moyses in lege praecipit huius-
 modi lapidare. Tu autē quid dicis? Vide fou-
 ueam, qua beatam vitam nostram circum-
 foderunt illi pessimi agricolae, non vt face-
 rent eā germinare, sed magis arcescere. Ve-
 rum tamen in contrarium cessit eorum in-
 tentio, & circumfossa, fertilis magis facta est,
 & humorem misericordiae distillās. Foueas
 vero videamus. Dixerunt apud se: Si secun-
 dum legem dixerit mulierem lapidandam,
 in foueas incidet crudelitatis, qui de se di-
 cit: Mutus sum, & humilis corde. Et iterum:
 Misericordiam volo, & non sacrificium. Si e-
 vero dixerit absolvendam, foueam praua-
 ticationis non euadet, & iure condemna-

Pf. 36. b bitur, vt legis transgressor. Sic captant in ani
Pror. 1. b mam iusti, & obseruant peccatores iustum
Prouer. 26. d & frustra. Nescientes, quod frustra iaci-
tur rete ante oculos pennatorum; & quod
qui fodit foueam, incidet in eam. Sed leui-
ter transtulit has foueas noster ibicus, ipsos-
que fossore dedit in illam. Ait enim, qui
sine peccato est vestrum, primus mittat in
eam lapidem, quasi dicat, legi meae non

E
Joan. 8. a contradico, pietatem meam non desero. Illa
quidem meruit lapidari, sed non lapidabi-
tur, quia qui lapidem iuste possit in eam
mittere non habetur. Nonne vis adhuc ali-
quas foueas videre? Licet, inquit, censum

Matth. 22. b Casari dari, an non? Dixerat enim apud
se, si dixerit, licet, tenebitur reus tamquam
libertatis nostrae destructor. Solutio enim
census, seruitij signum est, si dixerit, non li-
cet, reus erit laesa maiestatis. O stultos. Soler
stultus alios secundum se aestimare, & quod
ipse ignorat, sapientes quosque credit simi-
liter ignorare. Sed quid ait sapientia? Liber-
tati Dei non derogo, maiestatem Dei non
offendo, foueam vestram non incidam.

Vbi su- pra. dicit, quae sunt Casaris Casari, & quae sunt
Dei Deo. Non enim offenditur Deus iustus,
qui vult cuique reddi, quod suum est. Si red-
datis Casari, quod Casaris est, non offendi-
tur Casar. Si Deo reddideritis, quae creauit
iuste, quod iustum est facitis. Reddite ergo
Casari denarium Casaris habentem imagi-
nem. Reddite Deo animam, quam ad ima-
gine, & similitudinem suam creauit, & ecce
iusti fueritis. Longum esset nimis omnes fo-
ueas, quas vere viti nostrae maligni isti fode-
runt, & insere, quia omnia illius, & verba, &
facta calumniari nitebantur. Sed cum vide-
rent circumfossiones nil nocere viti, magis
autem seipfos dum fodiant in ipsas incidisse?

F ipsam vitem circumfodere, & perfodere la-
borabant, vt sic saltem ad modum aliarum
arborum aeternam incurreret ariditatem.
Foderunt ergo, & perfoderunt non solum
manus, sed & pedes, latus quoque & sanctissi-
mi cordis intima furoris lancea perforaue-
runt, quod iam dudum amoris laecea fuerat
vulneratum. Vulnerasti, inquit, in Canticis
amoris sponsus, cor meum foror mea sponsa,

Cant. 4. c vulnerasti cor meum. Vulnerat cor tuum Do-
mine Iesu sponsus tua, amica tua, foror tua.
Quid necessarium fuit illud ab inimicis vltra
vulnerari? Quid agitis dum iungitis? Si vulnera-
tum est, imo quia vulneratum est cor dulcis Ie-
su, quid secundu vnius apponitis? An igno-

ratis, quod vno vulnere factum cor emori-
tur, & sit insensibile? Mortuum cor Domini
Iesu, quia vulneratum possedit vulnere amo-
ris, possedit mors amoris Domini cor sponsi
Iesu. Quomodo mors altera introibit? For-
tis est, vt mors, imo vere fortior, quam mors
dilectio. Non enim potest prima mors ex-
pellit, id est, dilectio malarum mortuum mor-
tificatrix a domo cordis, quam sibi inuola-
bili iure, suo vulnere acquisiuit. Si duo aequae
fortes concurrunt, quorum vnus sit domo
alter vero deforis, quae iubeat, qui de-
intus est, obtinere victoriam. Vide quan-
ta sit vis amoris domum cordis obtinentis,
& per vulnus dulcissimi occidentis non so-
lum in Domino Iesu, sed & in feris ipsius.
Veniamus ad martyres. Terreamur licet
martyres, rident, feriuntur, & gaudet, occi-
duntur, & ecce triumphant. Quare? Quia
morte caritatis intrinsece corde iam dudum
mortui peccatis, mortui mundi, mortui
sensitales facti, nec minas, nec tormenta, nec
mortem ferunt. Quid mirum. Mor-
uerant. Mortui sunt, vt ait, quae dicitur.

G
Qualem mortem quidam venerabiliter
operabat, dicens: Moriatur anima mea da-
te iustorum, & hiant nouissima mea horum
similia. Bona mors, mortem contemns, bo-
na mors vitam conferens sempiternam. Sic
ergo iam dudum vulneratum, & mortuum
fuit cor Iesu mortuicenti propter nos, tota
die aestimati sicut, vnae beatitudinis.

Accessit autem & mors corporalis, & vixit ad tempus,
vt videretur in aeternum. Vixit est non quia re-
surrexit a mortuis, quia mors vltra non do-
minabitur, sed quia semel venimus ad cor
dulcissimum Iesu, & bona est nos hic esse, ne
sinamus nos facie aucti ab eo, de quo scri-
ptum est. Recedentes a te in terra scribentur.

Quid autem accedentes. Tu ipse doce nos.
Tu dixisti accedentes ad te. Gaudete quia
nomina vestra scripta sunt in caelo. Conco-
demus haec, quia iniqui in oculis.

Quid ergo illi, qui in terra scribentur? Iuge-
bunt vti que. Sed quis non potest gaudere? Acce-
damus ergo ad te, & exultabimus, & iactabi-
mur in te in uentris cordis.

num & quam uicundum habitare in corde
hoc, Bonus thesaurus, bona margarita, cor
tuum bone Iesu, quam sollo agro tui cor-
poris inuenimus. Quis hanc margaritam abij-
ciat. Quin potius dabo omnia, omnes co-
gnationes, & affectus mentis commutabo,
& comparabo illam mihi, iactans omnem

Cant. 4.
Ps. 132.
Matth. 13. f.
Ps. 54. c
Colof. 3.
Num. 23.
Pf. 43. d.
Rom. 6.
Hier. 37.
Luc. 10.
Ps. 132.
Matth. 13. f.
Ps. 54. c

cogitatum meum in cor Domini Iesu, & sine fallacia illud me enutriet. Ad hoc templum, ad hanc sancta sanctorum, ad hanc arcam testamenti adorabo, & laudabo nomen Domini, dicens cum David: Inveni cor meum, inquit, ut orem Deum meum. Et ego inveni cor regis, fratris, & amici benigni Iesu. Et numquid non adorabo? Orabo utique. Cor enim illius mecum est. Audacter dicam: Si, imò quia caput meum Christus est. Quomodo quod capitis mei est, non meum est?

Si ergo cor orales capitis mei oculi, mei oculi verè sunt, & spirituale cor, cor meum est ergo mihi. Ego verò cum Iesu cor meum habeo. Et quid mirum? Cum multitudinis credentium fuerit cor vnum. Hoc igitur corde tuo, & in eo dulcissimo Iesu inuenio orabo te Deum meum. Admitte tantum in sacrarium exauditionis tuæ preces meas. Imò me totum trahere in cor tuum. Licet enim cor vitas peccatorum meorum impediatur, tamen quia cor illud incomprehensibile caritate dilatatum est, &

pliatum, & tu quod omnia facere mundum, & conceptum semini, ut de-

biti sarcina per foramen acus possit transire. Omnium puritudo speciosissima Iesu, amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: ut purissimus per te ad te purissimum possim accedere, & in corde tuo omnibus diebus vitæ meæ in te habitare, & ut videre simul semper, & facere tuam valcam voluntatem.

Ad hoc enim perforatum est latus tuum, ut nobis patefatis, & oisus. Ad hoc vulneratum est cor tuum, ut in isto, & in te ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus. Nihilominus & propter ea vulneratum est, ut per vulnus visibile vulnus amoris invisibile videamus. Quomodo hic ardor meus ostendi potest, nisi quoddam non solum corpus, verum etiam ipsum cor lancea

vulnerari permisi? Carnale ergo vulnus, vulnus spiritus ostendisti. Et hoc fortasse innuit ipsa auctoritas præhabita, in qua bis positum est vulnerari. Vtriusque enim vulneris ipsi fori, & sponsæ causa, & in hoc

latus spei dicitur. Quia zelo amoris tui vulnerasti me: lancea quoque militis vulneratus sum. Quis. n. cor tuum palo vulnerari permitteret, nisi prius amoris illius vulnus percipisset? Dicit ergo: Vulnerasti cor meum foror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Sed quare foror, & sponsa? an non poterat sus-

ficientem sponsi amantis affectum ostendere solius fororis, vel solius sponsæ positio? Vel quare sponsa, & non vxor, cum quotidie vel Ecclesia, siuæ qualibet fidelis anima sponso suo Christo bonorum operum sobolem debeat generare? Paucis dico, solent sponsæ nondum alligatæ coniugali vinculo amari ardentius, quàm postea. Tempore. n. procedente amor ipse componitur. Sponsus ergo noster, ut magnitudine insinuet sui amoris qui tempore non decrevit, amicam suam sponfam appellat, eo quoddam illius amor semper nouus sit. Sed quia sponsa etiam carnaliter diliguntur, ut in amore sponsi nostri, nil carnale sapias, ipsam sponsam suam fororem appellat, quia forores iam nequaquam carnaliter ad amantur. Dicit ergo: Vulnerasti cor meum, & cetera. Tamquam dicat, quia summe te diligo, ut sponsam, castè, ut fororem, vulneratum est cor meum propter te. Quis illud cor tam vulneratum non diligit? Quis tam amatem non redamat? Quis tam castum non amplectatur? Diligit profecto vulneratum, quia nimio illius amore vulnerata proclamatur: vulnerata caritate ego sum.

Numquid non redamat sponsum amatem, quæ dicit: Nunciate dilecto, quia amore lan-

gueo: Fraternali se amantem amore complectitur, qui dicit: Quis mihi det fratrem meum fugentem vbera matris meæ, ut inueniam te foris, & complectar, & deosculer, & iam nemo derideat? Quis autem est foris? Ac-

stimo, quoddam extra corpus. Quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Quis hanc peregrinationem patienter ferat? plena est dolore præteritorum, labore præsentium, timore futurorum, in qua etsi sponsus se aliquando gratia consoiationis exhibeat, stat tamè longe quasi post parietem corpore hoc peccati separata inter nos & ipsum, nec facile præbet se tangedum, & osculandum, nisi illi animæ, quæ in tantam altitudinem meritorum processit, ut dicat ei: Surge amica mea, columba mea, forma-

fa mea, quæ sola licet raro aliquo modo ar-

bitans se comprehendisse proclamatur: inueni, quem diligis anima mea: inueni illum nec dimittam. Sed ad hunc gradum non facile quis ascendit. Nos igitur adhuc intus, id est, in corpore manentes quantum possu-

mus, amemus, redamemus, amplectamur vulneratum nostrum, cuius impij agricolæ federunt manus, & pedes, latus, & cor, fleximusq. ut cor nostrum dum adhuc, & impeni-

tuus, & cetera.

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

Et cetera.

2 Reg. 7 d

1 Cor. 17 a

Eph. 1. 4. d. 5. e

Año. 4. f

2 Cor. 6. o

19.

Luc. 17.

17. 10. a

I Cor Christi cur vulnerati.

19. f

Cap. 4.

Ibidem.

K

Can. 8.

a

Can. 2.

c

L

tens amoris sui vinculo constringere, & iaculo vulnerare dignetur.

De vinculis nostrae vitis. Cap. IIII.

Phil. 2.
6
Luc. 2. g
Marth.
17. d

Ligatur vitis. Quis vincula nostrae vitis non videat? Videamus tamē hoc vinculum. Primum obedientia fuit, Obediuit enim patri vsq; ad mortem, mortem autē crucis. Obediuit matri, & Ioseph secundum illud: Venit Nazareth cum eis, & erat subditus illis. Obediuit enim in terrenis, iudicibus soluens didrachmum. Secundum vinculum, vterus virginis, qua canimus: Quia quem celi capere non poterant, tuo sancto gremio contulisti. Tertium, in praesepio fuit secundum illud: Vagit infans inter arcta conditus praesepia, membra pannis inuoluta, virgo mater alligat, pedes, manusq; crura, stricta cingit fascia. Quartum vinculum fuit funis quo ligabatur, cum caperetur. Ita enim habes: Tunc videlicet cum traditus esset, iniecerunt manus in Iesum, & vinxerunt eum. O Rex regum, & Domine dominantium quid tibi, & vinculis? Ligantur vites, ne si iacent in terra, aut minuantur, aut corrumpantur fructus earum. Incorruptibilis autem fructus fuit eius, & est. Quare ergo ligatur? Bene dicit quidam rex, cum percussus humana sagitta peteretur, vt se ligari permetteret, donec excideretur, quia leuissimo motu mortem posset incurrere. Non decet, inquit, vinciri regem. Libera sit regis, & semper salua potestas. O Deus Deorum quantum ergo derogatum fuit libertati, & potestati tuae? Tot adeo ligaris vinculis, qui solus ligandi, & soluendi potestatem habes? Sed propter misericordiam tuam ligatus es, vt nos a miseris nostris faceres absolutos. O quam inimicia fuerunt illorum inimitissimorum vincula, quibus agnum nitissimum vinciebant. Video oculis mentis te Domine Iesu tam duris nexibus adstrictum, tamquam latronem trahi ad iudicium principis sacerdotum, & inde ad Pilatum, video, & perhorresco, & admiror, & admirando desiderem, nisi quod liquidē cognosco te prius in corde caritatis nexibus fuisse constrictum, qui ad deteriora vincula sufferenda te leuiter attrahere potuerunt. Gratia sit vinculis tuis bone Iesu, quae nostra tam potenter disuperunt. Quintum fuit vinculum, quo ligatus fuit ad columnam, cum

flagellaretur. Quamquam, & ipsa flagella quae corpus eius circuibant, non incongrue possumus vincula appellare. Sed quamuis immitia, quamuis dura, quamuis iniusta, diligo flagellorum istorum vincula, quibus saecratissimum corpus tuum datum est coningere, quae tuo purissimo sanguine non mediocriter sunt imbuta à bone Iesu. Si enim sanguis tuus in flagellatione fuit tam copiose effusus, vt columna guttis illius resperfa adhuc sicut asseritur, rubra seruet vestigia: quantum sanguinis credā ipse flagellans corpus tuum mitissimum, & inuolentibus inhegisse? Tā dure flagellatus est Dominus, vt sanguis eius sursum in aera resulterer. Vide autem quam bene huic ligationi cōueniat, quod vitis ad palum ligatur. Quid enim per palum quam ipsa columna, cui dominus Iesus alligatus fuit accipitur? Sicut enim vitis palo, ita Christus columnae alligatur. Sextum vinculum fuit corona, quae in magna amaritudine illud caput amabilem conuictens, & multorum aculeorum in illo signo relinquens, sanguinem aculeorum effudit, & vt puto, in facie sua transfuitens vix adhuc de sputis, & lacrimis exsiccatam. Crudele fuit vinculum hoc praeter poenas, quas pertulit in ligno, haerentis plurimum habens, & decoris. O Rex gloriae Domine Iesu Christe, corona omnium te confitentium, te sequentium, & quantium pro te, viuentium praesentium, & futurorum in te. Quis te tam amaro vinculo confusionis ad dicit? Ecce operit confusio caput tuum, & faciem tuam amabilem. Generatur tibi generatio praua, & amaricante honor derisorius in corona, sed spinarum aculeis contendunt in te dolor, & confusio. Nescio in vitro magis puniatis. Corona derisionem, spinae ingerunt punctionem. Egredimini filiae Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater eius in die desponsationis eius, & in die beatitatis cordis eius. Quaecumque autem anima confitetur se filiam Sion, id est, Ecclesiae, egrediatu r curis secularibus, à cogitationibus carnis, & deat per contemplationem mentis, regem Salomonem, & est, Christus Iesus, qui est pax nostra destruens inimicitias, amicitiasque reformans inter Deum, & hominem. Vide hunc o felix anima in diademate, quo coronauit eum mater eius, synagoga videlicet plebs Iudaeorum. O mater amara? Quid peccauit hic bonus filius

tuus, vt vinculis etiam vinciat? Hic est, qui soluit compeditos, qui erexit elisos, suscipiens aduenas, pupillos, viduasque consolans, & meruit vinculari? Hancne dotem, hæcne munuscula nuptijs illius impendis? Dies enim desponsationis illius, dies ista est, dies indignationis, & blasphemie, dies tribulationis, & miserie, dies percussionis, & doloris, dies vinculorum, & mortis, dies desponsationis illius est. Hac arrha d' fidelis anima sponsus tuus speciosus subarrhauit te, & ipse tamquam sponsus die coronatus processit. Coram matre inquit, non auro, non gemmis, sed spinis, nec defuit purpura vestis irrisoria. Chlamydem enim coccineam circumdederunt ei, quam vis vestem corporis sui, sanguinis sui preciosissimi effusione multo nobilior purpurauit. Purpura enim non plus quã bis tingitur, ipse vero purpura corporis sui non bis tingitur. Sed etiam tertio sanguine torrente pertinxit. Ecce sponsus tuus d' sponsa, rubricatur in sudore, & flagellatione, in crucifixione d' terra metis oculis, & vide funera sponsi tui, & sit in aë. Ecce, fera, pessima condemnauit filium tuum, fratrem tuum, sponsum tuum. Quis hic gemmitus, lacrymasque contineat? Quis hic non doleat? Quia si est pium gaudere pio lecta, ita est pium flere pium Iesum. Septimum vinculum fuit, quo ligatus fuit in cruce, ferreus, & hoc vinculum multo ferocius ceteris, quod non in manu, pedumque sanctissimorum compage diuisit. Verum etiam illam purissimam animam a mundissimo corporis hospicio separauit. Nunc etiã d' filie Sion egredimini, & videte pacificum nostrum, pugnantem pro libertate nostra, in bello occumbere. Videte vitæ nostræ auctorem pro nobis vitæ ianuam introire, vt nos ad vitæ viam reuocet. Videte vincula durissima, clauos ferreos, pedes, & manus, quæ salutem nostram operabatur in medio vitæ, & de terra penetrare. Vide lignum crucis missum in panem nostrum, panem candidissimum, panem delicatum, panem angelorum, qui de caelo descendit, & se nobis daret, & animas nostras continuo subiectas labere semetipso, non alieno cibo reficeret, & se nobis incorporando nõ se in nostram carnem, sed nos in suum spiritum reformaret. Videte, quomodo iustus ligatur, quomodo cũ iniquis deputatus est liberrimus, & optimus sponsus noster. Moutur vita nostra non pro suis necessitatibus

Oper. D. Bern. Tom. I. I.

sed pro nostris. Dare lacrymarum flumina in tantis vinculis morienti, quia & ipse prior lacrymatus est. Vacate, & videte quam amara, quam turpi morte condemnetur. Sustinet enim adhuc, & diligenter considerat, si quis sit, qui simul contristetur, si quem inueniat, qui sanguinis riuos abstergat, & de cruce depositum munda sudore non panis, sed cordis inuoluat, & flens cum beatis mulieribus fletibus ad tumulum prosequatur. Quacumque anima fecerit hæc assidue, spero etiam, quod lætissimæ resurrectionis quandoque mereatur gaudio recreari. Si enim compatimur, & conregnabimus, quod bene sponsa in Cantico amoris ostendit præmittens. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur, & subiungit. Botrus Cyprî dilectus meus mihi. Quid est fasciculus myrrhæ? Myrrha amara, amaritudinem passionis significat: Fasciculus vero coadunationem multarum passionum ostendit. Fit ergo sponsus sponsæ suæ fasciculus myrrhæ, quando ipsum multiplicibus amaritudinibus ad se reducit, quarum quedã iam enumeratæ, alie vero enumerandæ sunt. Quæ sunt autem vbera sponsæ? inter quæ illum commoraturum affirmat? Duo vbera sponsæ prosperitas, & aduersitas sunt. His tamquam vberibus nutritur, dũ aduersitate fouetur, ne in prosperis eleuetur. Ponit autem dilectum suum inter hæc vbera, dum illius, & in aduersis, & in prosperis recordatur. Ex quo euenit, vt ille qui modo fuerat fasciculus myrrhæ, id est, qui metem sponsæ passionum suarum amaritudinibus amaricaerat, subito sit botrus Cyprî continens in se vinum iucunditatis, & lætitiæ, quod fit dum sponsum, quem tot viderat oppressum iniurijs, & morte turpissima condemnatum per resurrectionis triumphum gloria videt, & honore coronatum, & cum humanitate, quam asumpserat, ad patris dextram confidere, confidens se certissime per diuersas tribulationes ad idem domini sui gaudium intraturam.

Exeamus igitur, & nos secundum monita Pauli apostoli cum spõso nostro bono Iesu extra castra, id est, extra concupiscentias præsentis sæculi, impropertium crucis, & vinculorum asperitatem cum illo portantes, quia non decet membrum delicatum esse sub capite crucifixi, nec ad capitis corpus se indicit pertinere membrum, quod capiti compassum non fuit. Vinciamur ergo vinculis

T t 3 passio.

passionis boni Iesu, vt etiam vinculis caritatis cum illo vinciri possimus. Ipse vel vinculis caritatis deuinctus ad suscipienda vincula passionis de cælo tractus in terras, vos è contrario, qui de terris trahi desideramus ad cælum prius passionis vinculum nostro capiti colligemus, vt per hoc ad caritatis vincula pertinentes vnum efficiamur cum ipso, secundum quod orauit patrem dicens, Rogo pater, vt quos dedisti mihi, confirmati in caritate sint vnum in nobis, sicut tu & ego vnum sumus. Quid hac vnitate gloriosius? Quid vltra vel optare poteris, vel habere? Vnum cum sponso tuo eris. O felix felicior, imò omnium felicissima vnitas. Hac vnitate se apostolus Christo vnitum sentiebat, cum dixit: Quis separabit me à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio, an periculum, an nuditas, an gladius? Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque altitudo, neque profundum, neq; alia creatura poterit nos separare à caritate, quæ est Christi Iesu. Optemus totis desiderijs, huius caritatis vinculis sponso, & domino nostro colligari, ita vt eius sequentes vestigia illuc peruenire possimus, vbi est ipse, qui dixit: Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus.

De cultura & speciositate interiori nostra vite. Caput V.

Vitis ex parte his, quæ viti ad culturam exterius adhibentur. Nunc ad ipsam vitem iam animum cõuertamus, vt per quasdam similitudines illius, nostram vitem magis propè, & proprius contemplemur. Totum corpus ipsius vitis alijs arboribus, & arbutis deformius inuenitur, & quasi penitus inutile videtur, & abiectum, nec ipso aspectu amabile, aut visui accommodatum. Quid hic dicemus? Corpus vitis nostræ Domini Iesu significare deberet, nisi quòd plurimum discordare videtur huius deformitas, & forma illius, de quo scriptum est: Speciosus forma præ filijs hominum.

G Sunt autem nonnulli, qui hæc verba non ad exteriorem, sed interiorem hominem retorqueant, id est ad animam, siue ad diuinam aem, in quibus vnum non solum filios hominum, sed etiam filios Dei, id est, ip-

fos angelicos spiritus præcellerat.

Tanto enim melior angelis effectus est, quanto differentius præ illis nomen hereditauit. Ne ergo nos huius sententiæ contradicere videamur, ad manum auctoritates habemus, licet plurimos esse sciamus, qui nondum omnino spirituales effecti aliud sentiant, fingentes sibi quamdam spiritualem pulchritudinem in corpore Domini, & si quando audiant Dominum ipsum despiciabilem forma fuisse non patienter sustinere, & si lingua taceant rancore, & motu animi contradicunt, non attendentes quod scriptum est: Spiritus est qui viuificat, caro autem nõ prodest quidquam. Itam quoque non audiunt, vel inuiti audiunt dicentem in eum: Ecce vidimus eum, & non erat illi species, neque decor, aspectus eius non erat in eo, & desiderauimus eum despectum nouissimum vitorum, vnam deorum, & scientem infirmitatem, & quasi abscõditus vultus eius, & despectus. Vnde nec reputauimus eum. Et nos reputauimus eum, quasi leprosum, & perennum à Deo, & humiliatum. Ecce qualis describitur à Propheta. Quid aperti? Et vere talis erat in oculis infidelium & carnalium, qui tantum carnem nouerunt intueri. Quod & nos manifestis rationibus possumus approbare primum quidem per affectum compassionis, deinde per effectum passionis. Et quia vere suscipiunt affectiones nostras, videamus, quomodo affici solent homines circa eos, qui amant, vt per notum ad ignotum veniamus. Quis nesciat hominem circa amicum suum periclitatam sape tanto affectu, & dolore moueri, vt corporis sui detrimentum incurrat? Si hoc præstat homo homini, quantum Deum hominem Iesum putas homini præstasse? Si tu pro vno homine per compassionem, periculum corporale incurris, quid putas dum Iesum pro omnibus hominibus tolerasse? Quis n. sui erat, & oes moraliter infirmi erant. Certe non minus Paulum Apostolum de se dixisse. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et vere eousq; infirmatus est, vt sicut ipse de se fateatur, presentia eius esset despiciabilis, & inquit: Mandus mihi crucifixus est, & ego mundo. Mandus quippe ei crucifixus erat, qui omnia que mundi erant, tanquam mortua reputabat. Ipse vero mundo etiã crucifixus erat qui ipsum propter crebras compassionum simul & passionum infirmitates corpore extenuatum, & exterminatum eum mundus abhorrebat, nihil

H

in eo inueniens, quod pertineret ad ipsum. Si ergo Paulus cum infirmantibus infirmabatur, quid benignus Iesus cum esset confersus & frater cum confersis, & fratribus? **Q**uid Dominus & Pater pro creatura, & filijs? Ardebat Paulus quasi esset radio solis accensus. Quantum ipsum Solem putas exaulisse? Si usque ad tantam infirmitatem per affectum compassionis accedit, qui scintillam caritatis habuit: quid sentiendum putas de ipsa caritate, de cuius plenitudine omnes acceperunt? Nec aliquo modo dubitandum, quin infirmitatem, & exterminationem corporis incomparabilem sustinuerit, qui etiam venerat crucem sustinere, & præ ceteris tanto magis fuerit confectus, quanto maior in eo fuit compassionis affectus, qui non solum facta, sed etiam cogitationes inspexit. Suffragatur his rationibus sententia ipsius Domini sic dicentis: Hierusalem Hierusalem, quoniam voluisti congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & nequiti. **V**ideamus quid sibi hoc velit, quod Dominus se gallinæ magis quam sanctis patribus teneatur, ideo factum est ut exprimat incomparabilis affectus caritatis. Nullum enim animal circa pullos suos tanta compassione mouetur, sicut gallina. Fit enim toto corpore hispida, voce rauca, toto feruens animo, & omnibus membris in se, & usque ad supremum defectum perueniens. Si ergo intantum pullos suos gallina animal rationale compatitur, quanto putas optimum Iesum humano generi fuisse compassum? ad quam tantam putas eum debilitatem, & infirmitatem peruenisse? Quanta ipsum putas macie confectum fuisse, qui pro omnibus cognoscitur doluisse? **V**nde Isaias: Verè languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Sed ad passionem in defectum ueniamus. Passionem autem non illum diem unum appellamus quo mortuus fuit, sed totam vitam illius. Tota enim vita Christi crux fuit, & martyrium. Breuiter ergo dicamus, sed meditatio longius immoremus, quanta fuerit participatio in abstinencia, quam prolixus fuerit in vigilijs, quam frequens in orationibus. In labore, in sudore vultus sui, quam assiduus cum circumiret vicos, & castella euangelizans, & curans vndique, & quam crebro famem perterritus, & sitim ille panis viuus, ille fons aquæ salientis in vitam æternam. **V**ideamus illud

ieiunium quadraginta dierum, & quadraginta noctium, post quos esuriit: & iam à deserto ad homines redeunti occurramus, & vultum illum amabilem tantis ieiunijs consideremus afflictum. Et optime posuit euangelista post ieiunium esuriit, ut scias Iesum non in virtute diuinitatis, sed humanitatis suæ naturæ ieiunasse. Quid enim magnū, si in diuinitatis fortitudine quadraginta diebus ieiunasset in qua numquam esuriit? Sed iam ad illum vltimæ diei agone veniamus, & causas deformati corporis nequibimus ignorare. Incipiat ergo consideratio nostra in eodem loco, vbi ipso teste cum inciperet pauere, & tædere, tristis fuit anima eius usque ad mortem: sudor sanguineus orantis & agonizantis membra copiose perfudit, ita ut iam non solum distillaret, sed gutta guttatim decurreret in terrâ. Procedamus nunc, & illius noctis incommoda percurramus: quomodo tentus, vincetus, tractus, trusus, cæsus, consputus, colaphis, alapiq. percussus, spinis coronatus, arundine cæsum caput, flagellis acerrimis laceratus, propria cruce onera usque, primū portans eam, quæ ipsum postea latam fuit portatura. **T**alem inspicere Iesum? Quis hic locus deliciarum? Quis hic decor speciei? Quis in corpore sic macerato forma pulchritudinem quærat? Sed veniamus ad finem. Nudatur Iesus. Quare? ut tu corporis purissimi deformationem valeas intueri. Nudatur ergo bonus Iesus. Heu mihi. Qui vestiuit cælos diuersis sideribus ante crucem expoliatus, nudus etiam ut erat, liuidus cruci affigitur. Heu, candor lucis æternæ nigrescit in carne pro carne saluanda. Et facies, quam Cherubim, & Seraphim aspicere desiderant, erat ex lacrymis turgida. Nudatur Dominus, qui ante secula regnans decorem induit, & fortitudinem, cui canimus: Confessionem, & decorē induisti amictus lumine, sicut vestimento. Spectaculum fit, & opprobrium mundo, & hominibus, fit tamquam prodigium multis, & commotio capitis in populis caput nostrum, gaudium nostrum, honor noster, bonus Iesus. Sed quid moror? Exaltato in crucem perforatur manus, & pedes viri optimi benigni Iesu. Elicitor sanguis, si quis supererat.

Stat mediator noster in conspectu Patris sui in confectione, ut auertat iram eius, ne disperdat nos. Verè non cadit mente: ita constantem etiam perferantia bonæ volū-

Gallina
se Christi
corparat

K

tatis. O qualem te intueor dulcis Iesu. O
 dulcissime, atque amantissime bone Iesu:
 M quis te tam amare, & tam odiosæ morti ad
 dixit? Vulnerum antiquorum nostrorū vni-
 ce saluator: quis te vsque ad hæc non solum
 dirisissimam, sed etiam turpissimam vulnera pa-
 tienda, detraxit? O vitis dulcissima, bone Ie-
 su hunc vineæ fructum reddit tibi vinea tua,
 quam de Aegypto transfulisti? Expectaue-
 ras patienter vsque ad hunc diem nuptiarū
 tuarum, vt faceret vvas, fecit autem spinas.
 Spinis enim coronauit te: & spinis peccato-
 rum suorum circumdedit te. Ecce in quan-
 tam amaritudinem conuersa est vitis non
 iam tua, sed aliena. Negauit enim te dicens,
 & clamans: Non habemus regem, nisi Cæ-
 sare. Eiectum ergo te extra vineam, vel
 ciuitatis, & confortij tui, sacrilegi agricolæ
 occiderunt non subito, sed longo crucis tor-
 mento confectum, & multis vulneribus fla-
 gellorum, & clauorum pariter cruciatum.
 O quantos habes Domine Iesu percussores?
 Percutit te Pater tuus qui proprio filio suo,
 idest tibi non pepercit, sed pro nobis omni-
 bus tradidit te. Percutis te metipsum: Tradis
 enim in mortem animam tuam, quam ne-
 mo potest tollere à te sine te. Percutit te di-
 scipulus impius traditione, & osculo falso.
 Percutit te Iudæus colaphis, & alapis. Per-
 cutiunt te gentiles flagellis, & clauis. Ecce
 quantum percussus, & humiliatus es. O quā-
 ti percussores, & quanti traditores tui. Tra-
 didit te pater tuus cælestis: quia sicut di-
 ctum est, pro nobis omnibus tradidit te. Sic
 enim quidam seruorum tuorum gratulan-
 do dicit de te: Qui dilexit nos, & tradidit
 semetipsum pro nobis.

O verè admirabile commercium, tradidit
 se Rex pro seruo, Deus pro homine, Crea-
 tor pro creatura, Innocens pro nocente.
 Tradidisti ergo te in manus traditoris illius
 A falsi discipuli, tradidit ille te Iudæis, & tra-
 diderunt te illi pessimi traditores gentili-
 bus ad illudendum, & consuendum, & fla-
 gellandum, & crucifigendum. Dixisti, & præ-
 dixisti tu hæc, & ecce facta sunt. Omnibus
 enim consummatis, ecce crucifixus es. Nec
 sufficit te vulneratum esse, quin & super do-
 lorè vulnerum tuorum addunt, dantes tibi
 sitienti vinum myrrharum bibere cum fel-
 le mixtum. Doleo super te Dñe mi Rex, Ma-
 gister, & Pater, imò & Frater Domine mi Ie-
 su Christe, amabilis valde super amorè mu-
 licrum. Cuius sagitta nūquam abiit retror-

sum. Sagittæ. n. tuæ idest doctrinæ tuæ acuti-
 tæ, quia vinus est sermo tuus, & efficax, &
 penetrabilior omni gladio ancipiti, pertin-
 gens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus.
 Nec declinat clipeus tuus in bello. Scut. n.
 bonæ volūtatis tuæ coronasti nos. Hæc orationum
 tuarum non est auersa. Quia etiam
 pro transgressoribus orasti, vt non perirent.
 Quanto magis pro amatis? Tu leone for-
 tior. Etenim tu leo de tribu Iuda superasti
 illum leonem, qui circuit rugiens, & quæ-
 rens, quæ deuoret. Tu aquila velocior. Exul-
 tasti enim vt gigas ad curendam viam, ad
 implendum mysterium incarnationis tuæ.
 donec sicut aquila prouocans pullos suos
 expandisti alas brachiorum tuorum in cruce,
 & super nos volitans assumpsisti nos, &
 portasti in humeris tuis in fortitudine tua
 ad habitaculum sanctum tuum in dextram
 familiaritatis, & claritatis tuæ, vbi de oue
 & drachma perditæ, & inuenta fecisti conui-
 uium vniuersis, & amicis tuis beatissimis spi-
 ritibus ipsos hilariter ad tuam congratula-
 tionem inuitans, faciens in cælis gaudium
 de peccatore pœnitente, & cum talis sis, ac
 tantus, morte turpissima condemnaris, spi-
 ritumq; in manus patris commendando capi-
 te inclinato expiras. Venite, quando, & con-
 dolete ei oēs, qui gaudere desideratis in Do-
 mino. Attendite manu fortem nostram, quo-
 modo cõtritus est: desiderabile nostrum, quo-
 modo miserabiliter defor- matus est: pacifi-
 cum nostrum quomodo in bello percipit.
 Vbi est rubor iocundus? Vbi candor iuuenilis?
 Vbi in corpore tam contrito decorem inue-
 nies? Ecce defecerunt dies nostri diei do-
 mini Iesu, qui solus est dies sine tenebris, &
 ossa eius sicut cremum auerunt. Percussus
 est sicut scœnum, & aruit cor eius, eleuatus
 est & allisus valde: sed in decore eximie
 co decorem simul vere, & decus intrinsicus
 retinebat. Noli ergo deficere pro ipso in tri-
 bulationibus tuis, quia hunc speciosum for-
 ma præ filijs hominum viderunt omnes in
 cruce, qui tantum exteriora intuebantur,
 & viderunt eum nō habentem speciem ne-
 que decore: sed facies eius abiecta est qua-
 si deformis. De hac tamen deformitate red-
 emptoris nostri manat precium decoris
 nostri, sed decoris æterni. Omnis enim
 gloria filie regis ab intus. Senferat hæc, quæ
 in cantico Salomonis proclamat: Nigra
 sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut pel-
 les Salomonis. Nisi corpus domini Iesu de-
 forme

Cant. 1.

forme fuisset, cuius nigredinem supra pro parte executi sumus: formositatem intrinsicam (quia in ipso omnis plenitudo diuinitatis) quis enarrabit? Deformemur igitur, & nos in corpore extrinsecus cum deformato Iesu: vt reformemur interius in anima cum formoso Iesu. Conformemur corpori vitis nostræ in corpore nostro, vt reformet corpus humanitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Imitatores simus Pauli Apostoli, sicut ipse Christi, qui de se dicit: Christo confixus sum cruci. Et alibi: Ego semper porto stigmata Iesu Christi in corpore meo. Bene portabat character passionis Iesu Christi in corpore suo, cui mundus mortuus erat, & ipse mundo. Fuscus effectus est, quia decolorauit eum sol passionis, & caritatis Christi. Sciendum tamen, quod ea, quæ diximus de deformitate corporis speciosi non de naturali, sed de accidentali deformitate Domini non accipientes in ipso defectum naturæ, sed passionis caritatem commendantes.

De folijs vitis generaliter.

Cap. V I.

FOLIA vitis pene omnium arborum folijs præstantiora sunt. Quid autem in folijs, nisi verè vitis nostræ benigni Iesu verba commendantur? Præsertim in folijs vitis, præminent in verbis dominus Iesus. Senferant hoc Iudæorum ministri, qui eum adducerent Iesum, reuersi, & culpam dixerunt. Numquam locutus fuit homo sic. Non accusauerunt defectum trunci, pulchritudinem foliorum videntes: imò per folia aliquid aliud, quàm quod videbatur, in corpore delectate senferunt. Senferat enim Petrus, qui multis à Domino Iesu recedentibus, & interrogatis ab ipso duodecim Apostolis: Numquid, & vos vultis abire? Respondit, Domine quo ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos ad quem ibimus? absit, ac si diceret: Folia pulcherrima habes, quæ nos ab omni æstu protegant. Da nobis ergo alium pulchriorem, id est meliorem te, & ibimus ad illum abs te.

Quem quia dare non potes, qui omnia potes, ad quem ibimus relinquentes te? Senferat horum foliorum i. verborum benigni Iesu virtutem, quæ loquente ipso ad turbas in foliorum pulchritudine singulari læta nõ

cogitabat, nec tacite quidem, sed extollens vocem, dixit: Beatus vter, qui te portauit, & vbera, quæ fuxisti. Vere beata, imò beatissima terra, quæ talem tulerat vitem, virgo Maria mater Iesu: vere & tu beata, quæ foliorum pulchritudine considerata inter tot calumniantium insidias, sola veritati testimonium audacter præbuit. Sed crede quod iam nunc magnam habes, & maiorem habitura sis huius confessionis mercede, ipsa veritate, cui testimonium perhibuisti, iam te consistente coram patre suo, & nunc nihilominus confesuro, cū dicet calūniatoribus suis: Non noui vos: Discedite à me, maledicti in ignem æternum. Notis verò dicit: Venite benedicti Patris mei. Viderunt virorem foliorum veræ vitis Petrus, & Ioannes, & Matthæus, qui ad vnam vocantis vocem illi retia, isti telonium reliquerunt. Quis virtutem verborum benigni Iesu enumerare sufficiat? Quæ virtus est verborum, quæ verbis illius nõ commendetur? Nulla profecto. Vis autem audire verba breuiter, quæ tamquam folia refrigerium nobis astu præstant vitiorum? Ad commendationem humilitatis dicit: Qui voluerit inter vos maior esse, sit vester minister. Et: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Et item: Qui se humiliat, exaltabitur. Ad commendationem mansuetudinis contra iram. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et item: Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram. Ad commendationem caritatis contra inuidiam: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, & calumniantibus, vt sitis filij patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Ad commendationem alacritatis ad exercitia spiritualia contra accediam, ait discipulis: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Et alibi: Quoniam semper orare oportet, & numquam deficere. Vbi intelligitur orationem non tantum esse vocis, sed deuotionis. Non enim semper clamare possumus motu labiorum, semper autem possumus bono desiderio feruere, quod ostendit Dominus loquens ad Moysen tacentem: Quid clamas ad me? Desiderium viri sancti, clamorem appellat: quia lingua profecto tacebat. Vnde Dominus in Psalmo: Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Præparationem cordis eorum audivit auris tua. Ad commenda-

tionem largitatis cōtra auaritiā : Date elemosynam, & omnia munda sunt vobis . Et illud : Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula, De diuitijs iniquitatis, id est iniquitatis, hoc est, quæ vobis abundant, cum alijs deficiant, facimus nobis amicos cū illas pauperibus erogamus, vt si modo in illos misericordes existamus : per illos post hanc vitam misericordiam consequamur . Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ad commendationem verò abstinentiæ contra gulā : Attendite, inquit, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate : & superueniat in vos repentina dies. Et parabolam contexit de diuite epulante quotidie splendide, qui mortuus petebat guttam aquæ cum esset in tormentis à Lazaro quiescente post mortem, nec poterat obunere, recipiens perpetua mala pro voluptate temporali trāfacta. Ad commendationem castitatis contra luxuriam : Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis : Quia quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo . Huius verbi folio tegantur oculi nostri, ne si fortè minus cautè referentur, eueniat quod Hieremias dicit : Ascendit mors p fenestras nostras. Fenestre quippe animæ nostræ sunt foramina sensuum nostrorum, scilicet oculorū, aurium, narium, & oris, per quos quasi per fenestras quadam mors ascendit, quous ad aliqua crimina appetenda referantur. His & alijs verbis plurimis tamquam quorundam foliorum vmbra per vitem nostrā benignum Iesum ab æstu vitiorum refrigeramur, & virtutum temperie refouemur .

Hier. 9.

De vmbra foliorum vitis . Cap. VII.

Sed quia grator solet esse vmbra foliorum vitis, cum ipsa leuata super quemdam struem lignorum huc & illuc distenditur : videamus si vera vitis nostra aliquando eleuata fuerit & distenta, & si qua tunc ad nostram protectionem dulcium verborum folia emisit, contemplemur . Quod eleuata fuerit vitis nostra, ipsa testatur de se, dicens : Ego si exaltatus iuero à terra, omnia traham ad me ipsum . Item, sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium homi-

nis . Eleuatus ergo fuit, quia exaltatus . Manifestū est autè, quod hæc exaltatio de cruce dicta est . Et vide quā aptè lignorum strues, super quā vites solent eleuari, crucem signet . Cancellatur enim hoc est ex trāuerso componuntur, & sicut super hæc vites eleuata distenditur quidè conuenientius . Cancellantur ligna crucis, eleuatur, in illam distenditur brachijs, & toto corpore vitis nostra . Instant enim in cruce distentus fuit, vt numerari possent omnia membra eius . Ita enim dixit per prophetā : Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea . Quantum solus fuit, supra dicitur est : quantum autè distentus, nunc subiungitur : Dinumerauerunt omnia ossa mea, ac si diceret : Tantum distentus sum dextrorsum & sinistrorsum, & à summo deorsum, vt corpore nudo in modum tympani per pellis distenso, facile possent omnia ossa mea dinumerari . Respice in facie Christi tui d anima Christiana, & eleua oculos tuos ad terram illius non sine lacrymis . & cor contritum non sine singultu, & vide quantam tribulationem, & dolorem inuenit, dū quaereret te vt inueniret te . Laxa igitur oculos tuos, vt respicias in faciem Christi tui . Ausculta auribus arrectis, sed in dolore tato quod proferebat verbum semel auditū pro preciosissimo reconde thesauro, in cubiculo cordis tui . Ecce positus est hic in immortali mortis suæ, crucem dno. Ex omni spōs tui mandata conserua, vt vis hereditatem incoquinatam sibi non accipere obunere . Ne multa sunt, quæ moriens locutus est, lacus seruabuntur à voluntaria Christi sponsa .

De septem folijs in specialis .
Cap. VIII.

Septē sunt verbulæ, quæ quasi septem folia semper virentia vitis nostræ cum in cruce eleuata fuit, emisit . Cithara tibi factus est sponsus crucis habent e formā ligni : corpore autè suo vicē supplente chordatum per ligni planiciē extensatum . Nam nisi ligno affigeretur expāsus, neuiquam verbum totum ederet tamquam citharizans, quibus amplius delectaberis . Obserua diligentius . Septem chordas habet cithara . Cantat tibi, ludio tibi ad audiendū inuitat : quæ illā ad loquendum potius deberas inuitare . Vide ergo folia vitis tuæ, & indelēbiliter ea memoria cōmēdare memento .

memento. Hæc autem septem diuersis modis ordinantur, quorum ordo non facile potest inueniri, cum non ab vno euangelista fuerint ordinata. Nos ergo eam secundum quod potuimus inuestigare, ordinamus. Luca referere cognouimus, quod cum crucifixus esset Iesus, dixit. Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. O folium viride. O verbum, summi Patris Verbo conueniens: Facit bonus doctor, quod iusserat. Orat non solum pro persecutoribus, & calumniantibus, sed etiam pro occidentibus se. Reconde in thesauro cordis tui folium, vt quotiescumque saniant inimici memoria abundantia nauitatis Iesu valeat erudire, hoc folium semper tamquam clypeum contra inimicorum insulsum opponens. Orat Christus pro suis occisoribus, tu non orabis pro detractoribus? Sed ipsam orationem, diligenter videamus. Pater, inquit, Quare nomen patris ponit? Solent pueri aliquid affectuosius orare volentes nomen paternum nominare, vt naturalem dilectionem ipsis ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suæ consequantur effectum. Sic & redemptor noster miserator, & misericors, patiens & multum misericors, & suavis in vniuersis, quamuis se à patre sciret semper audiri, tamen nobis commendans eum quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen posuit caritatis. Tamquam si diceret, per mecum nomen paternam, qua vnum sumus, supplicat tibi, vt exaudias me pro his occasionibus meis ignoscendo. Agnosce filij tuam inicitiam, vt inimicis ignoscas, & idem quare sit ignoscendum, subiungit: Quia nesciunt, quid faciunt. Quid hic dicemus? Numquid ignorabant se crucifigam eam, quem crucifigebant? Nequaquam, sed quis esset ille quem occidebant, ignorabant. Si enim cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent. Nescierunt, quid facerent: quia quantum deliquerunt, nescierunt. Sic cogitandum, sic orandum tibi, quæ sponta Domini nuncupati desideras. Cum in te seculum inimici, cum obloquuntur, minantur, damna ingerunt, & cum in faciem cadunt, mox & cum occidunt: memento folij vitis tue, sonum citharæ tuæ recordare, sequere, id est imitare sponsum tuum, & dic ex toto corde: O sponse, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, id est quantum delinquant, ignorant. Si enim scirent quantum beatitudinem amittant,

quantam infelicitatem peccando incurrunt, vtique non peccarent. Quid enim est, quod omnes homines ad peccandum instigat nisi ignorantia boni, quod perditur: & mali, quod peccando incurritur? Amittitur peccando optimus Deus, acquiritur pœna gehennalis, quorum commutationem nullus appetit nisi prorsus insanus. Et vere quicumque cæli delicias omitentes scientes peccando pœnas infernales inuadunt, insani sunt, nesciunt ergo quid faciunt. Talibus ergo, & pro nostra salute, & pro illorum ignorantia est ignoscendum, & pro ipsis orandum cum grandi fiducia: quia tales preces aures Domini violenter irrumperunt. Nimirum exaudit ipse alios, in quo se voluit exaudiri. Et exauditus fuit, cum ad prædicationem Petri vno die tria milia, alio die quattuor milia eorum, qui in necem Domini acclamauerunt sunt conuersi. Quanta in cælestibus iucunditas cum occisus occisorem, & quilibet læsus se lædentem orationibus suis perducit ad celum? O quanta fuerit exultatio Stephani super conuersione Pauli, qui suis orationibus ad fidem conuersus postea pro fide Christi sicut ipsum lapidauerat, lapidatus est, & multa mala, quæ ante sanctis ingesserat, propter Christum sustinuit. Sequamur igitur & nos pro inimicis orando, vt illis simul, & nobis æternam mereamur obtinere salutem.

De secundo fol. Caput nonum.

M

Secundum vitis nostræ folium, & secunda citharæ nostræ corda est secundum verbum Domini crucifixi, quod ait ad latronem confitentem, & crucifixi cõsortium expetentem: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quanti viroris est hoc folium? O quantum dulcedinẽ resonat chorda ista? Quam subito ex hoste factus est amicus, ex alieno familiaris, de extraneo proximus, de latrone confessor. O quanta latronis fiducia? Omnis mali, nullius boni conscius sibi, transgressor legis, vitæ simul, & substantiæ raptor alienæ, positus in ianuis mortis in fine vitæ, desperatus de vita præsentis spẽ vitæ futuræ, qua toties demeruerat, numquamq; meruerat concipere, eã requirere non formidat. Quis hic desperet, latrone sperante? Sed opera precij est diligenter intueri qualis fuerit latro iste: ne si causa in spei nesciamus, in presumptionis vitij incidamus. Omnes amici, & proximi, & no-

ti, fratres quoque, imo & ipsi discipuli vna-
rimes, & electi de mundo à Domino Iesu
Christo in tantarum pressurarum molestia,
in tanta cōfusione, & tantis opprobrijs, per-
cussio pastore velut erraticæ oves sunt di-
spersi. Fugerat quoq; ille discipulus, quem
diligebat Iesus. Ille ardens à longe sequeba-
tur, signorum inmemores diuorum, quæ
saluatorem toties viderant operari, imò &
ipsi in nomine ipsius fuerant operati. Et nūc
A latro inter tot impropria, & miserias, imò
& inter tot tormenta crucis, & mortis prius
non cognitum confitetur, & ab eo fiducialiter
petit auxilium, qui auxilio videbatur in-
digere. Quem discipulorum tanta audacia
inflammat? Fugerunt omnes eum, quem
hactenus fuerant confessi, dum viueret. Ille
verò quem viuentem negauerat, confitetur
mortentem. Orat vero in fide, & spe, & ca-
ritate, dicens: Memento mei Domine, dum
veneris in regnum tuum. Credit profecto
in eum, quem Dominum, & regem appel-
lat. Quis autem petit hoc, quod non sperat?
Anat vero eum, cui coniungi desiderat,
Quid tali oratori ille bonus pater negaret,
qui eum incitauerat vt rogaret, præsertim
dum in sede sponsali, in die nuptiali sede-
ret? Sedes sponsalis, crux erat, in qua verus
sponsus sponsam suam Ecclesiam sibi copu-
lauit, ipsam sibi proprijs sacrați sanguinis ef-
fusionem subarthans. Exaudiuit ergo Chri-
stus animam non iam latronis, sed confesso-
ris sui sponsam suam, & orantem digna re-
sponcione confortauit. Amen dico tibi, vere
dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Cui
tibi? Tibi, qui me confessus es in cruce tor-
mentorum: mecum eris in paradiso delicia-
rum. Mecum, inquit, mira benignitas. Non
dicit simpliciter, eris in paradiso, vel cum
angelis eris, sed mecum eris. Satiaberis eo,
quem desideras, videbis in maiestate, quem
confiteris positum in infirmitate. Nec disse-
ro quod promitto: quia hodie mecum eris.
Bonus vero, & dulcis Iesus cito exaudiuit,
cito promittit, cito dat. Quis de tam pio
B exauditore, veloci promissore, prompto
redditore desperet? Sperauimus in te, qui
nouimus dulce nomen tuum: quoniam non
derelinques quærentes te. Accedamus ergo
ad te ò bone Iesu, mente, qua possumus, se-
dentem in throno maiestatis orantes, illuc
à te, & ad te mereamur introduci, quo in-
gressus est tuus latro, te confessus in throno
crucis.

Pæparemus nunc visum pariter, &
auditum cordis nostri ad viden-
dum tertium folium vitis nostræ.
Mulier, inquit, ecce filius tuus.
Ecce mater tua. Verbum bonum & suauè
verbum mirabile, magnum continens præ-
caritatis affectum. Certe nos legimus do-
minum Iesum, maxime cum ad etatem pro-
uectam accesserat, charissima matri suæ fa-
miliarius adhæsisse, & cum ipsa frequentius
conuiuati esse, & præ ceteris mitius allocu-
tū. Sed quantus in ipso fuerat circa matrem
caritatis affectus iam corporaliter recessu-
ro, breuibus intimauit verbis, & vt crucis suæ
taceam passionem, quanta circa beatam ma-
trem compassione mutua credis affectum
fuisse cor, cuius mitissimum tam valido do-
loris sui gladio transfueratum perfecte
sciebāt, adauxit vulnerum passionem ma-
terna compassio, quam contritissimo corde
manibus complosis, oculis lacrymarum
torrente fluentibus, vultu contracto, voce
querula, & togis viribus cordis destituta, vi-
riliter cum vidit sibi astare pendenti. Quo-
ties ipsam ad illa immitia vercundos pu-
tas oculos eleuasse: si tamen eos aliquando
inde deflexit, vel si præ nimio fluxu lacry-
marum potuit intueri. Quoties ipsam
propter vercundiam virginalem pariter, &
immemoratum doloris stantem, vt assumo,
capite cooperto ingenuisse putas lugendo
filium, & dicendo, fili mi Iesu, Iesu fili mi.
Quis mihi dicit, vt tecum & proptet te mor-
riar, fili mi dulcis Iesu? Quoties ipsam præ
immemorato doloris credis potuisse deficere,
à quo ipsam, summe miror, tuam non fuisse.
Moriebatur viuens, viuendo ferens dolorem morte erudeliorem. Sed
ne moriendo deficeret, à filio pro ipsa mor-
talitate confortata est. Confortata est in-
trinsecus, exterius vero, & verbis, & factis
piè consolata. Quomodo stabat iuxta cru-
cem Iesu mater eius? vere iuxta crucem sta-
bat, quia crucem filij præ se habebat, & alia, sed
proxima hæc. Cui ergo vidisset Iesus ma-
trem & discipulum stantem, quem dilige-
bat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus.
Ad discipulum ait; Ecce mater tua: ac si di-
ceret. Tu me filio corporaliter priuatis, vn-
de tibi amicum præ cunctis dilectum in filium
do,

do, cuius praesentia interim dum absim, consoles. Tu verò me patre spoliasti, vnde hanc matrem mihi charissimam tibi in matrem do. Conseruate iura mutuae caritatis adinuicem. Tu istum filium, tu istam matrem habendo. O quam munificus factus es in nuptijs tuis rex, & spòs bone Iesu? Quà large quæ habuisti omnia tradidisti? Ecce ipsis crucifixoribus tuis orationis affectum, latroni paradisum, matri filium, filio matrem, mortuis vitam, manibus patris animam tuam, toti mundo signa potentiae tuae contulisti, pro redimendo seruo nò ex parte, sed totum sanguinem ex multis, & largis foraminibus effudisti, proditori tuo reatus sui poenam, terræ corpus non corrumpeudum, sed ad tempus reddidisti. Sed mouet me, quòd cum dixisset. Mulier ecce filius tuus, subiunxit Ecce mater tua: cum vtrique etiam si hoc non subiunxisset, necessarium fuisset eam esse matrem illius, qui in filium sunt recepti: vnde Paulus, Reconciliati sumus Deo per sanguinem ipsius. Tertia, quæ habetur erga eos, qui numquàm fuerunt inimici, sed petita reconciliatione, in gratiam sunt recepti: vnde Paulus, Reconciliati sumus Deo per sanguinem ipsius. Tertia, quæ habetur erga eos, qui numquàm fuerunt inimici, de qua idem: Operemur bonum ad oes, maxime autem ad domesticos fidei. Prima autem caritatis species nobis comendatur in primo verbo, vbi dominus Iesus orat pro inimicis. Secunda, vbi latroni petenti, paradisum promittit. Tertia, vbi amicos praecipuos comittit. Tegamur ergo horum ymbra foliorum. Audiamus, & exaudiamus hos nostræ citharæ sonos dulcissimè modulantes, & à feruore omnis inuidiæ, odij, ire, & ab omni amaritudine detractionis, adulationis, simulationis, adiuuante domino qui est vera caritas, temperemus ipsum in omnibus caritatis speciebus, animo simul, & operibus imitantes.

De tribus verbulis caritatis.

Cap. XI.

SEd in tribus verbulis pertractatis tres caritatis species mihi commendari videntur. Vna, quæ habetur ad inimicos etiam reconciliari solentes, de qua dicit Ioannes: Diligamus dominum, qui dilexit nos, cum adhuc essemus inimici, hæc est summa, & magis admiranda dilectio. Diligere enim inimicos magis diuinum est, quam humanum. Secunda, quæ habetur ad eos qui aliquando fuerunt inimici, sed petita reconciliatione, in gratiam sunt recepti: vnde Paulus, Reconciliati sumus Deo per sanguinem ipsius. Tertia, quæ habetur erga eos, qui numquàm fuerunt inimici, de qua idem: Operemur bonum ad oes, maxime autem ad domesticos fidei. Prima autem caritatis species nobis comendatur in primo verbo, vbi dominus Iesus orat pro inimicis. Secunda, vbi latroni petenti, paradisum promittit. Tertia, vbi amicos praecipuos comittit. Tegamur ergo horum ymbra foliorum. Audiamus, & exaudiamus hos nostræ citharæ sonos dulcissimè modulantes, & à feruore omnis inuidiæ, odij, ire, & ab omni amaritudine detractionis, adulationis, simulationis, adiuuante domino qui est vera caritas, temperemus ipsum in omnibus caritatis speciebus, animo simul, & operibus imitantes.

De quarto folio. Cap. XII.

SEd iam ad quartum folium videndum, quartam chordam audiendū, oculum simul, & aurē cordis adaptemus. Acutos petit hoc folium oculos, aures bene purgatas hæc corda: imò & ipse purgare, & acere potest aures & oculos, quia non simpliciter, hoc verbum, vt cætera dicit Dominus Iesus: sed vt testatur Euangelista, circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna, Heli Heli lammafabacthan? quod est interpretatum, *Lama-Deus meus, Deus meus, & quid dereliqui- sabacthan* si me? Qui oculi folium hoc non vident? *ni.*

Quæ

Quæ aures hanc chordam non audiant. Quare ergo clamavit, nisi ut fortius audiat? Quanti fuit doloris putas acerbissima hæc magnitudo, cum hoc Dominus Iesus toto corpore distensus clamabat? Sed caue, ne propter clamorem putes ad impatientiam dilapsam Dominum Iesum. Cum enim in summa crucis esset amaritudine, nihil exiit de eius corde, nisi dulcedo. Patientiam enim sicut in sequenti folio, & corda ostendemus, in amarissima passione retinuit, & sui doloris magnitudinem ostendit: quod in beato Iob, qui interpretatur dolens, & verbis & factis eius prius ostensum fuit, qui auditis nunciatorum verbis amaritudinem animi foris ostendit in verbis. Scissis enim vestibus, & tonso crine capitis, corruit in terram. Ecce magnitudo doloris. Post hoc ait: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Ecce virtus patientiæ. Si patienter sustinuit Iob miseras suas, quanto patientius putas sustinuisse crucem suam, pro qua sustinenda venerat? Quod autem hæc verba loqueretur ex persona hominis, assumpti, qui cum ipso Deo filio una persona fuit patet per hoc, quod ait: Dominus Deus meus, quod utique non diceret ipse, qui vnus est Deus cum patre, nisi hominem assumpsisset. Quid est autem hoc, quod ait: Ut quid me dereliquisti? Numquid Pater vnicum suum filium poterat derelinquere? Absit. Sed pro toto corpore suo, id est pro se, & pro tota Ecclesia loquitur ista. Caput enim nostrum Dominus Iesus volens vnitatem commendare, & caritatem suam, quam habet ad Ecclesiam spiritus suam, se quoque in omnibus membris suis passurum ostendit. Quia nunc in capite sustinuit passionem, hoc est in proprio corpore, quod assumpsit de virgine: clamat autem se derelictum, qui derelinqui non poterat, quia multa membrorum suorum ad tantam tribulationem erant ventura, ut à Deo derelicta penitus viderentur. Quorum personam gestabat ille, qui dicebat: Qui custodiebant animam meam, concilium fecerunt in vnum, dicentes. Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui liberet eum. Quod & ipsi benigno Iesu in tormento crucis impropertatum est: Si filius Dei es, saluum te fac. Perseit, & ita accipi, quod dominus preuidens aliquos, imò plurimos in corpore suo, qui ab vnitatem Ecclesie suæ per hæreses, siue per alia cri-

minalia peccata erant recessuri, illorum personam in se transfigurando, clamabat: ut quid dereliquisti? Ac si diceret: Quare aliquis eorum abiit retrorsum, ut pereat ab vnitatem corporis mei, qui tanto cruciatu mihi sunt vnitati? Vnde ex persona martyrum dicitur in Psalmo: Adhæsit in terra veteri noster. Per ventrem qui est mollior, & infirmior pars hominis, signantur illi, qui carentes patientia, & firmitate perseverantiæ, & propter hoc in acerbitate tormentorum deficientes adhaerunt in terra, id est, terrenis consilijs, & actionibus cōsenserunt. Nos autem qui adhuc in tribulationibus quotidianis versamur, qui spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus, & tamquam purgamenta huius mundi, & perplema omnium usque ad hunc, inenarrabilem spiritus fiduciam concipiamus ex hoc præcepto, quod ipse dominus consolator omnium pressuratum, tanta vnitatem spiritus, & caritatis nobis communis est, ut etiam personam nostram infirmitatis in se tam manifestis verbis transfigurare dignatus sit, qui adhuc etiam apud patrem ostensione vulnerum suorum interpellat pro nobis orans ne derelinquatur in inferos membris suis, qui in se capiti suo nequaquam potuit derelinqui. Et quo modo membra depererant, que in voluntate capitis sui suam sciunt consistere salutem? Numquid aliquid membrorum est in mortali corpore nostro, cui non cōdiciat caput nostrum? Si affligitur pes, vel manus, statim clamat: cur per linguam affligor? clamabat Dominus ad Saulum in membra sua scruentem: Cur me persequeris? cum ipse tamen securus remaneret in calce. Benedictus sit Dominus Iesus, qui primo in se pro nobis pati dignatur tribulationem, quam exigente iustitia patitur, suam reputans, clamans: Cum ipso sum in tribulatione, ut securius confidamus.

De quinto folio vitis. Cap. XIII.

Quintum folium, siue quinta chorda brevis quidem videtur, sed si discutatur, si diligenter consideretur ad amoris indicium efficacissima poterit inveniri. An enim euan gelista: Videns Iesus, quia omnia contumacitatem essent, ut implerentur scriptura, que implenda erant illa utique, que dicunt: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea pota-

Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Et per hoc omnis scriptura, quæ de ipso erat, consummationem accepit. Sicut ergo caput nostrum pro peccatis nostris acerbiter sustinens passionis vsque ad consummationem id est vsque ad perfectionem omnium scripturarum, quæ de ipso erant perseverauit patienter, ita & nos si huius capitis membra esse volumus in omnibus aduersitatibus nostris virtutem perseverantiae cõseruemus, vt ad finem omnium passionum nostrarum ipso benigno Iesu duce venientes, cum ipso confideter possimus dicere: Consummatum est. Hoc est, tuo adiutorio, non mea virtute bonum certamen certavi, cursum cõsummaui, fidem seruaui. Redde ergo, quod legitime certatibus in agone te promittente, repositum est, scilicet coronam iustitiæ, quam tu iustus iudex reddes in tua die. In illa die, quæ nubilum non habet: in illa die, quæ in alijs tuis melior erit super milia dierum, in qua tu solus, id est singulariter sol eris. O soli iustitiæ benigne Iesu Christe lucens in virtute tua, reddens temetipsum in præmium sempiternum, omnibus, qui perseverauerint in agone certaminis. Recipient enim à te splendorem sempiternum, in quo sine fine felices latantur. Hunc autem splendorem nullus poterit adipisci, nisi qui perseverauerit vsque in finem, Quia nimirum virtus boni operis perseverantia est. Huic soli redditur corona iustitiæ. Quid enim prodest esse bonum, esse sapientem, esse potentem, si non perseveraueris vsque in finem? Bonus erat Saul & optimus quia docet scriptura, quod non erat vir melior eo in populo Israel. Sed ad quid deuenit? Cecidit, cecidit, & reprobus factus est: ita vt non obediret voci Domini, prophetam contemneret, à spiritu malo vexaretur, virum innocentem prosequeretur vsque ad mortem. Tandem verò confuleret Phitoniam, & ab alienigena mirabiliter interiret. Quis verò sapientior Salomone? Sed deficiens à præceptis Domini, & coniunctus mulieribus gentilibus, fabricauit dijs, imò demonibus illarum templa, ita vt ipse cum illis idola adoraret: tanto magis in stultitia desipiens & deiectus, quanto prius in sapientia fuerat eleuatus. De quo nos legimus in vitis patrum, viris potentibus in vigilijs, & in ieiunijs, in laboribus supra modum humanum, imò & in miraculis coruscantibus, qui ceciderunt, quia non perseverauerunt,

vsque in finem? Qui perseverauerit vsque in finem Dominus inquit, hic saluus erit. Finis, non pugna coronat. Lauda nauigantis felicitatem, sed cum venerit ad portum. Vnde, Cœpisti melius, quàm desinis: vitima *Hermit* primis cedunt, dissimiles hic vir, & ille *chius* puer. O quantum humilitatis tibi iure incutiet & timoris, cum aduerteris summum angelorum cum magna multitudine sequacium suorum in caelo cecidisse, hominem protoplastum cum vxore sua à paradiso eictos fuisse, tot bonos, sapientes, potentes in terra nostra perijisse, quia ad bonorum operum consummationem non peruenissent. Est enim alius alio iustior: & nescit vtrum amore, vel odio dignus sit. Quare? Quia ignorat si perseveraturus sit, si coronandus sit. Est autē efficax medicamentum, quod huic timori apponamus: videlicet fiducia, spes, & fortitudinem nostram ponamus, in eo, cui canit Psalmus: Adiutor meus, tibi psallam: quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea. Et de quo Isaias: Ecce Deus saluator meus, fiducia agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Qui cumque enim ceciderunt, ideo profecto ceciderunt, quia magis de se, quàm de Deo præsumperunt. Aedificauerunt quippe domum intentionis suæ super arenam. Imminente ergo tempestate tentationum fluxerunt flumina, id est, concupiscentiæ transiuitæ persuadentes appetitum, & flauerunt venti superbia, & tanæ glorie, & cecidit domus illorum, & omnia facta eorum destructa sunt: quia super arenam, id est, semetipsum aedificauerunt de proprijs nimirum viribus confidentes. Nos autem multo melius fundamentum ponentes illud, scilicet de quo dicit apostolus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter istud, quod positum est, quod est Christus Iesus. Securi ad faciemus super illud bona opera, quæ quamdiu illi in hæserint, fundamenta corruiere non poterunt, donec ipso adiuuante, qui cœpit, ad consummationem debitam perducantur.

De septimo folio vitis. Cap. XV. D

NVnc videtur vltimum folium vitis nollæ, vel vltimam chordam citharæ nostræ consideremus: vt indelebili memorie commendemus, imò & ore indefesso semper rumenemus:

Gregor.
B

nemus: Pater, ait bonus ille Iesus, in manus tuas commendo spiritum meum. Littera plana est. Quid est autem, quoddam ille coaeternus, & consubstantialis Patri Filius, animam suam ita manifeste in manus Patris commendabat, cui non minus commendata etiam esset, si hoc non dixisset? In euangelio Ioannis habemus, quoddam eum Dominus Iesus suscitaturus esset Lazarum, dixit: Gratias tibi Pater ago, quia me semper audis, sed propter astantes dixi, ut ipsi credant, quia tu me misisti. Ita profecto, & nunc. Quamuis sciret animam suam sanctissimam Patris esse manibus commendatam, qui paulo ante dixerat: Venit princeps huius mundi, id est Satanas, & in me non habet quidquam. Tamen ut erudiret nos, qui terra sumus & cinis, ut spiritum nostrum diceremus Patris aeterni manibus commendare, ne ab huius mundi principe, cum a corpore egressus fuisset, comprehendatur, qui in nobis heu non pauca, quae ad ipsum pertineant, inueniet, cum ipse, qui peccato nil debebat, imo etiam qui tollere peccata aduenerat, spiritum suum purissimum a purissimo corpore egressurum non utique necessitatis, sed exempli gratia, Patris sui manibus commendauit. Quod & nos sub spe gratiae, & misericordiae poterimus facere, si sub umbra foliorum praemissorum latuerimus, si sonos chordarum citharae nostrae auribus cordis audierimus. Si oremus pro inimicis, si poenitentibus, qui in nos peccauerunt, ex toto corde remiserimus, si proximis nostris mutuum rependerimus caritatem. Si in omnibus tribulationibus nostris sperauerimus in eo, qui propter nos homo factus est, ut vnitus nostrae naturae esset nobiscum. Si ardentis desiderio proximorum, salutem desiderauerimus, & postremo si in bonis operibus ad consummationem persequerimus, in quantum hic egerimus, fiducia iter poterimus dicere aeterno Patri cum domino Iesu: In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Semper orantes dum viuimus ut in his verbis, quibus ipse spiritum emisit, praestare dignetur nos etiam spiritum nostrum emittere, & suis efficaciter manibus commendare. Ecce secundum quod potuimus, non quod debuimus, nec secundum quod volumus, vitis nostrae desuper extensa folia septem vestrae ostendimus caritati, quae non satis est tantum intueri, sed potius est accedere, & sub umbra illorum sedendum, ut possimus cum sponsa veraciter dicere. Sub

umbra illius, quem desiderabam, sedi. Cuius? Illius sponsi utique, cuius folia umbram tanto habent latiore, quanto ipse sponsus verbum summi Patris verba habet virtutibus amabiliora, vicinioreque salutis, magis accommodata pietati, & omnium intellectui promptiora. Quamuis enim in omnibus, & apostolis locutus est ille bonus Iesus, nullius tamen verba reperies omnino, quae ita & fortibus, & infirmis, id est doctis, & indoctis, sapientibus conueniant, & insipientibus, ut verba doctissimi verbi Domini Iesu. Nam sicut ait quidam: Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae. Sciendum autem quod in umbra foliorum istorum, id est in verbis Domini meditandum est die, ac nocte, quorum umbra tunc profecto protegemur, cum quoties in vicinis pertractatores aliquod verbum de scripturis euangelicis nobis adducimus, cuius monitis, & auctoritate irruentibus, in nos vitis resistamus, verbi gratia: Si tentatus a superbia videlicet ut velis praefesse, subesse nolis, occurrit tibi statim verbum Domini dicentis: Qui voluerit inter vos primus esse, sit omnium seruus, quia sicut qui se exaltat humiliabitur, ita qui se humiliat exaltabitur. Si infestat te ardor iracundiae, habes statim folium vitis nostrae, quod illi feruori opponas verbum illud, scilicet quod omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus est iudicio, & sic contra singula tentamenta verba inuenis, quibus ab actu vitiorum defendi possis, & virtutem temporis confouere ipsa vite benigno Iesu nobis praestante subsidium.

De iucunditate florum. Cap. XVI.

DEinde ad florum iucunditatem animam inclinemus, imo vero eleuantes videamus quomodo floruerit vitis nostra. Floruit. n. & tanto vberius, iucundiusque ceteris, quanto ipsa melior oibus, cuius magnificentia eleuata est super caelos, sub cuius pedibus, omnia sunt subiecta, quamuis nostra caritate deuinctus, ad tempus paulo minus ab angelis fuerit diminutus. Nam propterea exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, plantatus est in terra nostra, & corporis nostri deformitatem accepit. Fronditque, & floruit, & fructus plurimos attulit, ut per hoc, quod nostrae humanitati vnitus est, suae diuinitatis nos vniret. Sed quia sine flore non perueniret ad fructum,

Floruit ille benignus Iesus. Qui sunt flores eius, nisi virtutes? Floruit, n. mirabiliter, & valde singulariter, & excellenter vitis hæc, non vno florum genere sicut alia vitis, & arbores, sed omnium florum speciem in se continebat. Aliorum enim sanctorum alius alio castior, alius alio patientior, alius alio in caritate feruentior, ista vero vitis omnibus angelis, & hominibus in humilitate, patientia castitate, caritate, & ceteris virtutibus omnibus præminebat: Habuit ergo vitis ista vera non vnus, sed omnium florum speciem. Violam humilitatis, lilium castitatis, rosam patientiæ, & caritatis, & florem abstinentiæ, quem crocum appellamus. Quam iucundus, vt putas erit fructus vitis nostræ tanta iucunditate florentis. Sed iam singularia etiam de his floribus vitis nostræ ipso annuente aliqua disseramus, hoc tamen præuiso, quod flores in iucunditate visus, & in suauitate odoratus maxime considerantur.

Ad flores digredi sur à vite.

H Comedi verò non solent, nisi quòd apes, de quibus floribus cibum dulcissimum sugendo colligunt. Diximus autem quòd nullus flos idest nulla virtus per quemcumque florem significata deest viti nostræ. Quæ enim virtus deesset in domo virtutum.

*De flore humilitatis.
Cap. XVII.*

Primo ergo de flore humilitatis idest de viola videamus, quare flos violaticus humilitatem significet, statura, situs, odor, color, & vis ipsius floris manifestant. Statura enim id est, quæritas ipsius modica est. Quis enim flos hoc flosculo minor est. Nam & humiles in oculis suis parui sunt. Sic enim, ait de se ille apostolus, qui omnibus plus laborauerat: Ego sum minimus omnium apostolus. Vides, vt hic magnus quam paruus sibi erat. Et miro modo fit, vt his, quibus conscientia secura est, qui nihil sibi conscijs sunt, tam humilia de semetipsis sentire contingat. Situs huius floris terræ est proximus, & optimè. Ita enim habes docentem apostolum: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Non habent hanc proprietatem istius floris, qui se alijs meliores putant, vel alijs meliores videri volunt, quamuis sibi metipsis parui sunt. Sunt enim nonnulli, qui quidem in conscientijs suis se subiectos iudicant, sed tamen videri foris vo-

Situs viola.

lunt alijs meliores. Isti staturam huius floris habent, qui sibi intus in animo parui sunt, situm verò non habent, quia volunt foris super alios eleuari, de quibus dicit Salomon: Mensura, & mensura, pondus, & pondus abominatio est Domino. Et in lege Moyse duplex pondus prohibetur haberi. Duplex quippe pondus habet qui sibi malorum conscius, malum se iudicat, alijs vero vult foris bonus, & alijs melior apparere, suo iudicio terræ proximus est, & alijs cupit eleuatus videri.

Agitantur hi quicumque tales sunt vitio hypocrisis, de quibus in sermone, quem de paruis conscripsimus, plenius sumus elocuti. Odor violæ suauis est, & salubris, quia etiam apud ipsos superbos laus humilitatis exaltatur. Ipsa enim fama laudabilis suauitas est odoris, & vere salutaris est, & nonnumquam de laude humilium auditores emendantur etiam si sint tales qui iustum odorem amittant licet diligenter considerent. Color sicut apparet, abiectus est illis præcipue, qui virtutem flosculi ignorant, sed vani floris agnoscen-
K bus, sit etiam ipsius floris despectio commendabilis, & dilecta. Hoc in ipsius humilitatis magistro benigno Iesu facile agnosceremus secundum illud verbum apostoli: Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus vero stultitiam. Ipsis vero vocatis sanctis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, nimirum Christus crucifixus ipse est. In croco enim humilissimus factus est. In hæc humilitate solum colorem intuentibus Iudæis, & gentibus ipse color vilis apparuit, nobis vero, qui virtutem agnoscerimus passionis, ipsa etiam humilitas despecta, humilitas Christi placet, & per humilitatem maxime commendatur. Despectui ergo coloris adiungatur, quæ laetetur virtus floris interior, vt per interiorem virtutem hoc, quod exterius videretur, non contemnatur, verum amplius diligatur. Nunc ergo perfectiori, & puriori oculo intueamur quantum floruerit ille flos singularis, de quo scriptum est: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini. Bonus flos, super quem spiritus Domini sanctus requiescit, & licet flos hic noster Dominus Iesus, qui de se dicit: Ego sum flos campi, omnium in se florum habuit virtutem, & decorem sine diminutione aliqua, nulli tamen flori magis conuenit,

Odor.

Color.

nit, quàm violæ, vt in eo Spiritus sanctus requiescat. Nec ego hoc affirmo sed ipse, qui dicit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremen-
 te sermones meos? Quid apertius? Nūquid non potuisset rosam patientiæ, & charitatis, liliū castitatis, crocum abstinentiæ cū vellet ostendere requiem Spiritus sancti? Quibus prætermisiss, violam posuit humilitatis, cuius pedissequæ sunt quies, & timor. quæ postponuntur. Non. n. possunt moueri violæ, id est humiles à vento superbia, qui semper quærit alta corda, quæ concurat, sicut quidam ait: Summa petit ludr, persilant aliū-
 ma venti. Dum. n. inueniuntur humiles, nō possunt moueri. Quiescunt ergo, & spiritum super se quiescentem non excutunt, dum nec superbia, nec inuidiæ vento commouē-
 tur. Est & timor non quilibet pendendæ pecuniæ, non bonorū transitorioiū, sed timor sermonū Dñi, humilitatis pedissequa: quia dum humilis nihil de sua virtute præsumit sermones Dñi pro sua consolatione attendēs semper timens ne nō adimpleat præcepta, ne patrem præcipientem sua transgressione offendat. Bonus ergo flos iste quietem generans, & timorem, vti que genitor securitatis. Quia scriptum est: Qui timet Deum, faciet bona pro quibus factis, quid dabitur mercedis, nisi securitas sempiterna? Bonus profecto flos violæ, qui florem cælestē verbis eterni Patris in vterum terreni floris beatissimæ virginis misit, dulcedine sui odoris attraxit, ipsa iustitiam quærit. Exultauit cor meum in Deo Iesu meo, qui respexit humilitatem ancillæ suæ. Quid dicis? Numquid non alios flores habes? Habeo, inquam. Tota enim floreo, nullus floris expers, quia nulla virtus carco, cū tota speciosa sim, & macula non sit in me. Habeo liliū castitatis, quia prima votum conseruandæ virginittis voui domino. Habeo rosā caritatis, quia si non vti que addo dilexissē dominū, vnde mihi tanta fiducia, vnde tanta audacia, vt nouum aliquid puellula tenera, & verecundā, & adhuc sub parētum iure. & præceptis legis constituta inchoarem? Sed vt verum fatear, Audacē faciebat amor, & coegit rosā audens seuilem timorem deuorans, vt faceret nouum votum, & singulare liliū, vt possem quandoque dicere dilecto meo: Candida sum, & rubicunda, sicut & tu candidus, & rubicundus Habeo & alios quoscūq; flores, sed nullum horū tanta dignatus præ-

rogatiua respexit in me Dñs, vt florem violæ meæ. Respexit. n. humilitatē ancillæ suæ. Et vultis videre omnes, cui mutuari flores meos, quantum ex flore sim consecuta? Ecce. n. ex hoc bearam me dicent omnes generationes. Ex hoc dico, quia respecta sum à Domino. Flos violæ meæ, quia nardus mea dedit odorem suum, quæ idem significat, quæ viola. i. humilitatis virtutem, qua fragrantia delectatus est rex, filius regis, Deus Dei filius cū esset in accubitu suo, id est in sinu Patris, & odore tā delectabili quasi quadam illius violentia tractus est in me, & voluit cōcipi flos in flore, intra florē, id est, intra Nazareth, quod interpretatur flos, vt fieret ipse flos florens, hoc est Nazarenus. Concordant omnia flori. Concipitur flos manens in flore, hoc est in Nazareth. Bonus ergo omnino, & optimus violaceus flos, qui odoris eius fragrantia, quasi quodam delectabili vinculo florem cæli in vterum nostri floris humilis virginis inclinauit. Discant omnes, sed præ omnibus mundi flores, i. virgines, quæ in tota Ecclesia Dei excellunt, tamquā flores in granine quæ virgo virginum prima, virginum deuotarum sanctissima, & castissima omnium summā gloriam ponit in viola humilitatis: licet in ea candente singulariter liliū castitatis, rosā caritatis rubefcat. Nolite gloriari virgines de castitate corporali, licet illa sit laudabilis virtus. Sed quanto maiores estis vos tanto humiliare vos in oibus, vt inueniatis gratiā apud Deum. Non. n. castitate respexit dominus, sed humilitatem ancillæ suæ. Si vultis oculo misericordiæ, oculo gratiæ à domino respici, humiles estote. Humilibus. n. sicut scriptura ait, dat gratiam: quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Si vultis lampades esse vestras refertas oleo cum sponsus ad nuptias venerit, id est, si vultis integrā, & lætā conscientiam habere (oleum. n. in lampade est, lætitia spiritualis in corde) nolite de altitudine liliū vestri, i. de puritate castitatis vestræ alta sapere. Nolite laudem exteriorē apperere, ne clauso ostio regni cælorum, dicat vobis sponsus: Amendico vobis nescio vos, & à se excludat, qui respexit humilitatem ancillæ suæ. Multæ enim virginum excluduntur, quia suspensarum nulla ingreditur. Humilium vero nullus, nec cōiugatus, nec virgo, nec vidua merebitur expelli. Arcta est ianua regni cælorum, nec recipit nisi paruos. Tunditur repelluntur, imò nequaquā possunt accedere

Isa. 66.

Virgo

prima
misit
virginitatis.

Hemistichium.

M

cuiuscumque sexus, siue conditionis fuerint vel atatis. Et breuiter dico: Nulla virtus accedit, nisi ad humilitatis violam fuerit inclinata. Dicit enim, & docet hoc ipse humilitatis magister, qui aduocans paruulum statuit eum in medio discipulorum, & dixit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus hic, non intrabitis in regnum caelorum. Numquid posuit ibi in exemplum discipulis liliū castitatis Ioannem, vel rosam caritatis Petrum, qui & tunc praesentes erant: quorum prior ab ipsis nuptijs, vt asseritur, vocatus fuit, & electus a Domino, sequens vero trina confessione Domino benigno Iesu, cui mentiri non potuit, perfecta caritatis affectum contestatus est? Sicut enim Ioannes de speciali prerogatiua castitatis, ita Petrus de feruentiori caritate commendatur. Nec tamen istos in exemplum posuit caelorum ianuam intraturis, sed paruulum humilitatis virtute praecellsum. Videamus ergo quantum in se istam virtutem omnium virtutum Dominus commendauit. Primum verba eius attendetes, vbi ait: Discedite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Quid est magister bone, optime Iesu: Numquid ad hoc redacti sunt oes thesauri sapientiae, & scientiae in te reconditi, vt hoc singulariter doceas, quia mitis es, & humilis corde? Non doctes, vt caeli discantur fabricari, fieri miracula, mortuos suscitari, & cetera huiusmodi, sed quia mitis sum, & humilis corde. Numquid tam magnum est, quod est paruū? Vtique. Quia per hoc inuenitur requies animabus. Quare n. aha est causa omnis laboris, & certaminis nostri, nisi vt inueniamus requiem animabus nostris? Breuis doctrina, breuis via demonstrata est. Disce hanc a domino Iesu, qui mitis est, & humilis corde, id est, vide & quantum, & quare humiliatus fuit ille, qui est excelsus super omnes gentes Dñs, & super caelos gloria eius, & disce etiam quia tu es lutum, & cinis, & sic inuenies requiem animae tuae. Sed nota, quod ait: Humilis corde. Non. n. ficta humilitate placatur ille, qui est humilis corde, sed humilitate vera. Humilitate cordis delectatur ille, qui intuetur cor: quia in humilium cordibus requiescit. Quare enim corda humilium, quae eleuet, non tumida, a quibus resiliat. Sed quia duo posuimus, quae a nobis consideranda sunt, scilicet quantum, & quare humiliata fuit vitis nostra Dñs Iesus, Vtrumque hoc iam explicemus,

quia vestrae sunt votiuu caritati. Descendit enim humanus intellectus, ratio succumbit quantum humiliatus fuit Dominus in conuersatione. Quomodo. n. scire potes deiectionem humilitatis, nisi etiam excessentiam dominationis agnosceres? Loquere enim. Quid potes? Numquid mensuram gloriae, potentiae, & pulchritudinis eius attinges? Non ad hoc Angeli, neque Cherubim, aut Seraphim peruenerunt. Non. n. aliqua creatura Deum agnoscit ita plenarie, & perfecte sicut ipse est. Quanto minus homo, aut filius hominis vermis? Et tamen quia tantus erat, vt magnitudinis eius non esset finis: ad hoc inclinatus est, vt filius hominis fieret vermis. O quanta humilitas. Incomprehensibilis Deus vult comprehendere, summus humiliari, potentissimus despici, pulcherrimus deformari, sapientissimus fieri, vt iumentum, immortalis mori, & vt compendio absolui, Deus vult fieri vermiculus. Quid excelsius Deo? Quid vermiculo inferius? Ego, inquit, vermis sum & non homo. Quare vermis? Quia filius hominis. Ita enim habes in Iob. Astra non sunt munda in conspectu eius. Quanto minus homo putredo, & filius hominis vermis? Si ergo filius hominis est vermis, vtiq; & ipse vermis est, quia ipso testante filius hominis est. Quem, inquit, dicunt homines esse filium hominis? Ecce qualem distinctionem facit inter hominem, & filium hominis. Homines appellat, qui de primo nomine Adam per corruptionem descenderunt. Vnde & Iob ait: Quanto magis homo putredo, quia in putredine corruptio est. Ipse vero solus purus Christus Dñs, quia sine corruptione de matre virgine natus est. Siquidem non appellat hominem, qui vtiq; putredo est, sed filium hominis, qui vermis est. Sicut enim vermis de sola terra, ita Iesus Christus de sola virgine generatur. O quam humilis vermiculus Iesus Christus, qui opprobriis factus est hominum, & abiectio plebis, ab hominibus contemptus sine causa, sine vindicta coculcatus sicut vermis. Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Humiliatus est, vt fieret homo, vt hominibus subderetur, beatae matris & Ioseph nutritio suo, Simeoni expectatori suo, vt non solum bonis, verum et malis terrenis potestatibus soluens cum Petro didrachmum inuentum in ore piscis. Subditus est Iohanni baptisate suo, qui ab ipso potius debuit baptizari. Humiliatus est, vtiq; ad ablutionem pedum

didrachm
100

discipulorum suorum bonus, & benignus Iesus. Postremo humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Quo ultra progredi poteramus. Mortuus non qualibet morte, sed morte crucis, morte turpissima condemnatus est. Videlicet igitur, quantum in vite nostra benigno Iesu, flos iste violaceus floruerit. Multi usque ad mortem humiliati sunt, sed nequaquam eo vilipensionis descenderunt, quia nunquam ad tantam exaltationem peruenierant. Quis enim bonorum omnium morientium sibi potuit usurpare, quod de Christo Iesu dictum est. Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Nullus profecto, quia nullus hominum propter ipsum Deus erat. Maxime ergo huiliatus fuit, qui solus cum in forma Dei esset, eximianit semetipsum formam serui accipiens, & ad tantam abiectionem deveniens ut ab hominibus, iam non homo, sed vermiculus reputaretur. Sed quæ est causa tantæ humiliationis in benigno Iesu. Non enim sine rationabili necessitate, & iusta causa sic humiliatus est filius, & sapientia Patris, quæ nihil sine causa facit. Quid multis immoramur. Propter hoc factus est homo, ut hominibus redimeret, infirmitas est ut nostras infirmitates curaret, inops factus est, ut sua nos inopia daret, humiliatus est ut nos exaltaret, traditus est ad mortem, imo mortuus est, ut nos vivificaret. Quis sanæ mentis contemnit humiliari propter tam humiliatum pro nobis? Et licet multæ sint causæ, quæ nos ad humilitatem cogant scilicet initium pudorosum, vita dolorosa, finis timorofus, metus gehænæ, spes cælestium, hisque cum alijs causis, si quæ sunt, cessantibus, sola regis nostri ac redemptoris Patris dulcissimi, & optimi Iesu humilitas ad humilitatē virtutem, nos non solum incitare, sed violenter cogere deberet. Humiliemur ergo, & propter supradictas causas, ut vicem rependamus propter nos humiliati domino Iesu offerentes violam humilitatis ipsius, quia ipse vitis nostra tam excellenter effloruit, & in corde nostro gustantes ut hunc florem suum, quem ipse specialiter in se voluit commendare, cognoscens in nobis nos secum, qui super omne nomen exaltatus est in tempore visitationis suæ exaltare dignetur.

Oper. D. Berni, Tom. II.

De florente lilio castitatis. Cap. XVIII.

Non potuit deesse in vite nostra florente, flos lilij candentis excellens castitatis insignis. Inter omnes virtutes castitas quadam spiritali prerogativa flos meruit appellari, quæ per lilium figuratur. Castitatis autem nomine hoc tractatu non quamcumque accipe castitatem, sed eam, quæ virginitas appellatur. Est enim, & est castitas maritalis. Sed iste iam minime flores appellantur, quia virginatis florem lilij amiserunt. Eos igitur qui deflorati non sunt, id est virgines florem lilij in presenti volumus nuncupari, nec hoc dicendo facimus iniuriam continentibus, & maritalis. Non enim cum laudamus castitatem Ioannis, vituperamus coniugij Abrahamæ, nec commendando virginatē Mariæ viduitatem Annæ reprobamus. Sed habent singuli merita sua, non parva tamen dignitate distincta. Quis autem fructum tricimum non laudat in coniugatis, sexagesimum in viduis, licet his excellenter præferatur fructus centesimus virginatē? De hac igitur gratia lilij, in quo vitis nostra floruit iocuturi, videamus, vera luce nos illuminante quare tanta virtus per lilium figuretur. Et manifeste quidem occurrit, quia propter candorem munditiæ, qua ille flos ceteris floribus est prælatus. Hinc sane munditia virginalis merito figuratur typo lilij. Nullus præterea alius flos vel ipso prospectu tantum præ se fert gratiæ, quantum hic vnus, quare merito mundissima, & omnibus pijs gratiosa virginitas per hunc figuratur florem. Quibus itaque laudibus te efferam ò virginalis candor. Profus nescio. Atqui nescientem me doceat singulare illud lilium, increata Dei sapientia dominus Iesus vnigenitus, Patris Filius, & vnicus filius lilij singularis, id est castissimæ virginis matris, quæ in confinio vtriusque legis votum consecrauit perpetuæ, & integerrimæ virginatē. Doceat, inquam, me, quomodo per considerationem lilij maternalis, lilij virginalis circumstantias agnoscere valeam. Propter has ergo proprietates, quas iam proposuimus, ipsum lilium maternale in radice, & trunco, & folijs, & in his alijs flosculis, qui intra illud concluduntur studiosius inuestigare curemus. Speramus enim quod his omnibus spālter cōsideratis, cōmēdatio nē perfectæ virginatē inuenire possimus.

Vu 3 De

Radix lilij commédatur in tribus alba est, splendida est, tractabilis est. Quid autem per radicem in terra latentem, nisi cogitatio latens in corde figuratur? Per albedinem ergo radicis, munditia cogitationis accipimus. Quid ergo munditia carnis, sine munditia cogitationis? De hac præcepit Dominus: Lauamini, inquit, mundi estote. Nam ne exteriorē munditiā intelligeres solum, subiunxit: Auferte malum cogitationū vestrarū ab oculis meis. Per uersæ enim cogitationes separant à Deo. Et sicut ueritas testatur, De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, blasphemix, & cetera, quæ coinquinant hominem. Sunt autem cogitationes nigræ siue pollutæ, nempe diabolicæ, mundanæ, carnales. Cum aliquis se alio meliorem æstimat, cum alij similis esse uideri uult, qui eo maior est, vel cum non uult subiectus esse ei, qui sibi prælati est, diabolicæ sunt cogitationes, quæ à diabolo irruente, & ab ipso ceteris familiaribus usurpatæ, ita ut proprie character diaboli dicatur superbia. Cogitationes mundanæ sunt illæ, quæ animum concupiscentijs, rerum illaqueant, ut illis acquirendis nimis solcite insistant, & acquiritis nimis delectentur, ne proximorum necessitatibus erogentur, & sic fiant alieni à caritate Dei, quia scriptum est: Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatē patientem, & clauerit sua viscera ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Cogitationes carnales sunt, quæ homines ad luxuriam pertrahunt carnis, ut pote quādo inordinata dilectione, & delectatione cogitant uiri de mulieribus, uel mulieres de uiris, quia stulti hominū amorem appellare præsumunt, quod uerus odium posset appellari. Est & luxuria ciborum, & potuum eum lauiora, & deliciaiora propter solum saporem queruntur, nō propter sanitatem adipiscendam. Posset quis uti delicatis cum moderatione, quod tamen difficile obseruatur. Simile iudicium est de his, qui uestimētis delicatis uti delectantur. Perditur proprietates lilij, & uirginitatis decor si radici desit albedo, & cogitationi uirginalis munditia. Nam si corpus extrinsecus sit mundum, & cogitatio intranssecutū sit polluta, iam nō uir-

tus, sed hypocrisis appellanda est. Hoc tamē sciendum, teste Gregorio, quod cogitatio quantumlibet immunda mentem non potest, cui ratio non cōsentit. Quis enim cogitationes suas ita refrænare potest, ut non quantumlibet immunditia titilletur. Sed continuo talium cogitationum insultus sunt reprimendi. ut unde sperabat se hostis vincere, per hoc magis victus abscedat. Quod fit quoties prauis & immundis cogitationibus attracti statim ad signū crucis, ad passionis dominicæ recordatione, & lacrymarum subsidia cōfugimus, & suo telo in bello fortes effecti hostē ferimus. Nō solum autē alba, sed & candida, siue splendida est radix lilij. Cādore autē siue splendore hilaritate animi uidetur designari. Sūt autē nonnulli, qui bona quidē opera faciunt uel coactione, uel necessitate, uel cōsuetudine, sed ad hanc agendam nullam alacritate mouentur, quod uitium proprie acedia dicitur. Et hoc quidē uitio religiosi homines maxime affliguntur. Nā seculares admodū pauci, & si hoc sit uitium, non aduertūt. Multū. n. alligati spiritualis uitij uix possunt apprehendere nomen, cum tamen hoc uitium inter septē principalia nominetur. Nunc ergo spiritualibus loquamur, qui hoc uitium possunt intelligere. Vitium acedia est. quod quēdam tempore incurrit animo, ut ipsi omnia exercitia spiritualia quasi insipida uideantur. Et in gratie radicē conuertantur. De quo tamen dicit Isaias. Dormitauit anima mea præ terrore. Et alibi: Omnē esca abominata est anima eorum, & appropinquauit eis ad portas mortis. Tamen quippe aliquāto affligitur hoc uitio anima bonorū, ut etiam omnē escam, i. omne spirituale exercitiū abominetur, ut nec orare, nec legere, nec meditari, nec opus manū libere exercere. Imo etiā appropinquat usque ad portas mortis, i. ut etiam ipse uita fastidium habentes morte finiri desiderent, cum sancto Iob dicentes Tedet anima mea uitā meam. Huic graui uitio medetur munditas, quæ per nitorem radicis lilij designatur, & reformat agrū animi, & abiectionem, & ad meditationem incitat spiritum sanctum, & reddidit desiderium laborandi, orandi, & ceteri, ut exaltet quasi gigas ad currentem uiam, & cum Psalmus dicat. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Curritur quippe uia mandatorum Dei, cū cor dilatatur. i. spirituali ueritate aperitur. Dicitur enim naturaliter timore, & tristitia cor claudi, securitate uero, & lætitia aperiri

quantum prout conuenit hæc virtus hilaritatis uirginibus sacris, quæ gaudium huius mundi, & oem ornatum sæculi contempserunt propter ornatum domini sui Iesu Christi? Ut quod deest exterius, interius impleatur. Gaude te ergo in domino semper, quia uana gaudia erecistis. Iterum dico gaudete, quia uero gaudium adhæret meritis, & in cogitatione cordis uestri hilaritatis nitorem semper habere. Hilarem, n. datore diligit Deus, dator singularis, & ueræ hilaritatis. Est & tractabilis radix lilij, per quam uirtute mansuetudinis intelligere debemus. Scimus, n. quam plurimos esse, qui castitatis uirtute præ eminent, sed ita leui causa, imò sine oi causa moueri cõsueuerunt, ut tã sibi, quã alijs, in quos commouentur, fiant nimium onerosi, semper exagertatum animu gerentes ex oibus, quæ capiunt uisu, uel auditu. Non decet hoc uirginẽ Christi, qui dicit, & docet, Discite à me, qui mitis sum, & humilis corde. Et qui mitibus, promittit Beatitudinẽ, dicas: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Quid ergo immites? Exules erunt in terra. E qua? De qua scriptum est: Placebo Domino in terra uiuentium. Quid prodest castitas ab illa terra exultantibus? Non sunt illa profectò lilia, quibus hæc proprietas deest, unde non pertinent ad istud perfectissimum lilium benignum Iesum, qui de se dicit: Ego flos campi, & lilium conuallium. Quæ sunt illa lilia ad ipsum pertinentia? Audi. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Tractabile, & lene est lilium, pugentes, & dura sunt spinæ. Non perdit lilium suam lenitatem, licet proferat spinarum asperitatẽ. O quàm mala filia per communionem fidei, spinæ per amaritudinem morum. Tu ergo si uis esse lilium uerum, si uis in sponso dulcissimo collaudari, esto lilium inter filias, inter illas animas, quæ eiusdem fidei, eiusdem professionis tecum sunt. Sed & morum amaritudine, & uerborum asperitate te pungunt. Esto inter tales mitis, & tractabilis: non exaspereris ad quodlibet uerbum, sed habe in silentiam, ut merearis & tu audire: Sicut lilium inter spinas, &c. Nec tamen hæc dicimus, ut tacite transeat omnium peruersitas & ut non corripantur inquieti, uel ut tumidi non comprimantur, imò qui eiusmodi sunt reprehendendi ueniunt, ut ne amittatur tractabilis tuæ radices, qui uis esse lilium. Sed secundum Apostolum argue, obsecra, increpa, insta opportune, importune, in om-

ni mansuetudine, & paciẽtia, quasi dicat: Ita fortis exerce zelum disciplina, ut lenitatem non perdas interius in mente, ut reuocando peruersum, tu ipse quoque non peruerteris. Sunt autem quandoque malorum uitia arguenda, quandoque tacite sufferenda secundum quod uniuersumque qui talis est, utilitati uideris expedire, quia non omnes ægroti uno genere medicinæ curantur.

De trunco, & qua requiruntur ad lilium castitatis. Cap. XX.

Sequitur uidere de trunco lilij, in quo tria considerantur, reãtudo, fortitudo, longitudo. Truncus ergo lilij à radice exiens est, propositum bonum exiens à bona cogitatione. Cum enim bona cogitaueris, si conualefcant illa in te sicut radix in terra, necessitas exigit ut ea, quæ cogitationi placent, proponas ad effectum boni operis perducere: & sic statim habes truncum lilij, id est boni, hoc est bonum propositum à bona radice, & cogitatione procedens.

De reãtitudine lilij. Cap. XXI.

Necessaria est huic trunco boni propositi reãtudo, id est, ut reãta intentione proponamus bonum facere pro illo, non terrenas diuitias, non humanos fauores, nec honoris transitorij excellentiam requirentes. Astutus, n. ille serpens, i. satanas cum principio bonæ cogitationis non potest resistere, ponit insidias in via, quibus intentionẽ boni propositi possit euertere, & per truncum peruersum ipsam quoque radicem bonæ cogitationis amarefcere faciat. De his insidijs conqueritur Psalmus: In uia hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. O quanti istis laqueis capti, & decipi sunt, qui bona quidem bene inuolunt, tandem exterioribus cogitationibus accedentibus, propositi sui reãtitudinem deseruerunt. Omnino peruersi, & per bona opera sua, uel diuitias, uel honores, uel voluptates terrenas semel adepti, primæ intentionis sunt oblitii? Et aliud quàm Deum querentes, idololatrà facti sunt, dum gloriam incorruptibilis Dei, qui solus gloriosus est, & solus querendus, mutauerunt in similiaudinem uolucrum, bestiarum, & serpentum.

Quomodo in similitudinem volucrum mutant gloriam Dei? Qui bona opera sua, quæ prius ad gloriam Dei facere intederunt, intentionis rectitudine commutat pro vana mundi gloria facere laborant. Per volucres enim leues, & instabiles, & alta petentes, ac vana figurantur. Gloriam Dei mutant in similitudinem bestiarum, qui bona opera, per quæ prius gloriam Dei intenderunt, pro carnis implenda voluptate faciunt. Per bestias enim, quæ tantum quæ carnis sunt sequuntur, voluptas designatur. Gloriam verò Dei in similitudinem serpentum commutant, qui bona opera, quæ pro caelestibus tantum diuitijs, & pro gloria Dei adipiscenda fieri deberent, propterea operantur vt ex his terrenas diuitias consequantur. Per serpentes enim qui terram comedunt, designantur auari, qui tantum lucra terrena sequuntur, & animæ suæ ventrem cupiunt implere. Hæc sunt scandala, quæ in via rectæ intentionis gradientibus abscondit diabolus, vt truncum lilij, id est bonum propositum à sua rectitudine distorqueat. Heu, heu Domine Deus. Quis euadet laqueos istos? Ecce vt taceas sæculares, quot & quantos videmus ordinum diuerforum prælatos, quos bona sine dubio scimus intentione nudos nudum Christum fuisse secutos: & tamen inuiti ad prælaturas licet attrahantur, non post longum tempus, sed statim corrumpunt intentionem, truncum vitium, commutant propositum: vt prælaturis, ad quas inuiti venerant, libenter inhæreant, præsepe cupientes potius quàm prodesse, lautioribus ferculis, & exquisitis, voluptati ventris potius quàm vtilitati, vel diuinæ voluntati deferuiat: nonnumquam etiam pecunias congregare dicuntur, non vt spiritualibus filijs necessaria, sed vt carnalibus nepotulis, & amicis superflue aliquid largiantur. O vitinam mentiar Domine Iesu, vitinam mentiar: vt me solo mentiente omnes in rectitudine, & veritate persistant. Vobis autem ò virgines Christi humiliatis virtutem, quæ sæpius vestræ caritati commendamus. ad propositi nostri rectitudinem pro maxima parte putamus sufficere. Cum enim in tantam altitudinem castitatis ascenditis, laborat aduersarius vester Satanas, vt vos ab illa deflectat. Clamat enim nobis sæpe, imò semper suggerit vocem illam dicens: Incuruare vt transeamus. Quid est incuruare? Flecte intentionem tuam ad terrena, quam

ad caelestia crexisti, vt pateat nobis transirus per te, vt conculcemus te. Ne consentias inimico tuo, ò anima casta, virgo Christi, amica sponsi tui, amici tui sponsa, ne consentias, vt ne incurueris, hoc est, nihil terrenum quæras, non laudes humanas, non honores, non diuitias terrenas: quia si ad hæc declinaueris, transibit per te mendax ille, teque conculcabit, & premet, ac elidet te, & iugum iniquitatis suæ importabile ponet super te, si abieceris iugum Christi leue, & suauis. O quàm insensati, qui rectitudinem intentionis suæ sic incuruant, vt accipiant illum terribilissimum, & iniquissimum Satanam successorem suum, abiecto illo pulcherrimo, & optimo primo rectore Domino Iesu, cuius, vt ipse asserit, iugum suauissimum est, & o-nus leuissimum.

De fortitudine trunci. Cap. XXII.

Fortitudo trunci imprimi virtute m quæ fortitudo vocatur. Est autem m fortitudo, secundum quod eam hic accipimus, quædam virtus omnium tentationum sustinens insultus, non earum modò quæ molestæ, sed etiam earum quæ prosperæ sunt. Est autem hæc virtus trunco lilij nostri proposito boni operis, & maxime voto virginis conueniens: quia quanto laudabilis est votum, tanto facilius, & fortius insidit Diabolus, vt impediat bene tertiarum, quod ipso bono initio non potuit impedire. Talis truncus verè opus est, vt sit fortis contra frigus. Bonum namque propositum vnde tentatur, accedia est, qua quandoque sicut etiam supra diximus intantum tentantur electi, vt non orare liceat, nec legere, nec meditari, nec aliud quidquam operari eorum quæ sunt quædam fomenta animæ, quia oratione, lectione, meditatione, seu et exteriori exercitio corporis vires animæ reparantur, & conseruantur, augentur, eisq; subtractis animam languescere necesse est, & in frigus mortale resolui, statimq; subintrat luxuria, vendicatque sibi sedem in anima frigida, & eam pessime suo igne calefacit. Sine autem intermissione nostro lilio virgini Christi orandum, legendum, meditandum, vel etiam exterius aliquid operandum est, ne in ipsa truncus boni propositi corrumpatur. Hæc enim sicut ait beatus Augustinus, si eum discretionem fiant, vt valetudinem corporis non peritur-

perturbent, in delicias spirituales vertuntur. Color quo corrumpitur truncus boni propositi facili prospera sunt, in quibus nimis insidiae inimicorum latent. Multos. n. inuenimus, qui aduersis resistunt: quia in illis tētio est manifesta. Sanum est corpus, aduersitates animi, quae eueneant, & tentationes sedatae sunt. Quia superest, nisi securitas? **C**auē, caue, vā huic securitati, vā paci huic, de qua dicit ipsa veritas: Dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt, quae possidet. Time ergo dum omnia prospera sunt, & tranquilla, ne ille fortis armatus Sathanas sine resistētia possideat te. Noli dicere apud te, quod dixit ille diues, cuius ager vberes fructus attulit. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, comedē, bibe, epulare: quia cum dixerint pax, & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus, & non effugient. Tu verò si vis pacem, & securitatem verā habere: vide ne ymquam securus sis, sciens pro certo nihil tibi tam timendum sicut praesentem pacem, quae sine dubio aeternum generat timorem. Neque. n. omnibus sanctis melior es tu, qui in tentationibus probati, & perfecti sunt. Quis melior beato Iob? Cui ipse Dominus testimonium perhibuit, q̄ esset vir simplex, & rectus, ac timens Deū, & recedens à malo, & cui simili non erat in terra. Simile vide in omnibus Deum timētibus, Apostolis, martyribus, quanta passi sunt tormenta, vt securi peruenirent ad palmā regni, qui fortes facti sunt in bello, non in prosperitate. Tempestates autem trunci lilij nostri impugnantēs manifestae aduersitates sunt, in quibus quarendum est vnicum, & singulare remedium, ille optimus medicus, dux non seducens, rex suos ergens, athleta fortissimus in suis, & pro suis pugnantis, & vincens, & inde victores coronans dominus Iesus. **Q**uid quæris, quod in illo non inuenias? Si agrotus es, medicus est. Si exulas, dux est: si desolatus es, rex est. Si impugnaris, pugil est. Si sitis, potus est. Si alges, vestimentum est. Si tristaris, gaudium est. Si obtenebraris, lux est. Si orphanus es, pater est. Sponsus est, amicus est, frater est, summus, optimus, misericordissimus, fortissimus, pulcherrimus, sapientissimus est, omnia sine fine gubernās. **Q**uid autem laboro? Omnia, quae velle potes, & debes, est dominus Iesus Christus. **D**esidera hunc, require hunc. Quia haec est illa vna preciosa margarita, pro qua emenda

etiam vendenda sunt omnia, quae tua sunt, qua habita, nullius tempestat is procella timebis. Sit ille finis propositi tui, sit in illa posita fortitudo tua, non in viribus tuis & nullo modo cōfringeris, quia ipse, & non alius est verissimus, & optimus cōsolator aduersitatum, & pressurarum.

De vermibus, qui corrodunt truncum.

Cap. XXXIII.

Vermes truncum boni propositi corrumpentes sunt tentationes intrinsecæ, qui tanto viciores sunt, quanto familiariores, saepe sub boni specie bonū propositū corrumpentes. Est enim aliquis, qui de bonæ cogitationis radice, boni propositi truncum emittit. Proponit oia, quae mundi sunt, relinquere: & vt nudus Christū nudū sequatur, sed nascitur intrinsecus vermis prauæ suggestionis, dicēs. Ita indotata tibi soror est, pauper-cula mater: sunt fortassis fratres, vel filij, siue alij quicūq; amici rei familiaris inopia laborātes, qui de te solo pēdent, te vnū respiciūt: quos si reliqueris, aut mendicabūt turpiter nimum in tui generis opprobriū, aut fui tuē vel violēter certe rapiēt aliena, & sic in corpore simul, & in aīa peribūt. **Q**uod si tu, qui his poteris subuenire manēdo in possessione tua, hos in certo periculo reliquisse videberis, & clausisse viscera tua ab eis, quō caritas Dei manet in te? Ergo vt maneat in caritate, mane cum illis: quia sine caritate nihil proderit tibi, quidquid agas. Quos si tibi etiā prodesset, melius tamen esset, vt multos tecū quā solum te seruares. Numquid preceptum est alicubi à Domino, mundū omnino ab omnibus relinqui. **Q**uin & magis operibus misericordie cōmendabuntur electi, & saluādi in extremi examinis die. **Q**uid ergo quæris extra mundum, quod in mūdo melius habere poteris, & securius? Addūtur his vermibus, alij vermes mortiferi. s. difficultas claustralium preceptorum, & quod maior est casus, vbi alior gradus, ciborum parcitas, ieiunia, vigilia, intolerabilis labor sine requie, duritia lectorum, laboris assiduitas, & super oia abrenunciatio propria voluntatis, cum periculo falsorum fratrum, duritia praelatorū. Et quis omnia enumerabit? Innumerabiles sunt hi vermes pessimarū suggestionum truncum boni propositi grauissimē corrodentes omnino. Resistendū est his vermibus

vermibus omnino, & sacrarum scripturarum rationibus sunt euacuandi. Vermis igitur, qui indiseret adeo carnatem, & misericordiae compassionem persuadet, occidendus est, vnguento dominicae sententiae, accentis Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, ad haec autem, & animam suam, non est me dignus. Qualiter autem diligendi, & qualiter odiendi, per vaccas trahentes plaustrum cum arca Domini perdocemur, quarum vituli dum essent reclusi domi ipsae vaccae arcam gestantes, & recto itinere pergentes Bethsames, cum audirent vocem vitulorum, dederunt quidem mugitum, qui erat signum naturalis affectus: nec tamen se ab arrepto semel itinere deflexerunt. Tu vero si iam portas, siue professione aperta, & solemniter, siue occulto proposito iugum domini, id est, regulam quamicumque per spiritum sanctum a patribus instituta: si te praedictorum vermium suggestiones incipiunt corrodere, imitare vaccas Allophytorum portantes arcam Domini, redde mugitum, id est signum affectus, hoc est condole, compatere, consolare eos, qui naturali amore coniuncti sunt: nihil tamen minus serua viam inceptam, hoc est, per fice bonum propositum dirigendo pedes tuos versus Bethsames, versus domum solis, hoc est, ad caelestem patriam, ubi est summa, & spiritualis habitatio solis nostri domini Iesu, qui est sol iustitiae, quae in illa domo luget in virtute sua habitans lucem inaccessibilem. Sic sunt amandi amici, vt affectus amoris erga illos cõferuetur, sicut sunt & odiendi, vt eorum amor nequaquam amori Dei praefatur, imò nec animae nostrae commodum amori illius praeferre debemus: sed tamquam odisse animas nostras affligendo illas ieiunijs, vigilijs, castigationibus, vt doceamus eas dominicis obedire praecipis. Eos quoque quorum inopiam implere possemus in saeculo permanendo, eidem commendabimus conseruandos, qui est rex regum, & duces in omnes, qui inuocant eum, orantes, vt eorum statum ita gubernet, sicut fecit eorum saluti expedire.

Ceterum vermes suggerentes austeritatem vitae regularis velociter necabuntur, si mentem nostram myrrha, id est, amaritudinè dominicae Passionis, curauerimus inungere, cui quidquid pati poterimus cõparatum, aut parum, aut nihil poterit estimari. Sunt autem hi vermes, maxime importuni

proposito virginali, eo quod magister verminu Bezezeob, qui primitus Euan virginem leuiter suppantauit, se modo iure doleat à virgine vtriusque, sexus toties supplantari. Vide ergo, & prauide, & praecave vermes tibi insidiantes virgo Christi. Quum enim nonnumquam cogitaueris te ad periclitam statum casti liliij, aut peruenisse iam, aut facile petenturum: excute, ac depelle ab te vermes istos suggestionum noxtarum, & imminentium traco pariter, & radici tui liliij, tibi que per suggestionem dicentium: Quid agis? Quorsum deflexeris? Numquid flore iuuentutis tuae vis extingueris? Numquid dulcedinem maritalis copulae non experieris? Numquid filios charissimos, & filias solatij tui, & superstites vitae tuae non habebis? Numquid ministrorum fidelium seruitio careris? Stultum est iter, quod aggredieris: imitare parentes tuos, qui te genuerunt. Gigne & tu filios, & secundum institutionem dominicam coniugio fructu, qui de virginibus praecipuum non dedit. Insidiosi vermes sunt hi de virgo Christi, in quorum faciem conspuendum est tibi. Si hos curaueris euadere, diligentius intuerere quid sit Iesus Christus, de anima virginalis, verum virgo, vel coniugata, cui virginem matrem commiserit, quem familiarius dilexerit. Quid opus est multis? Virgo est Christus Iesus, natus de virgine, quam virgini commendaui purissimo, hoc est, beato Iohanni, quem speciali prerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Hic Iesus Christus sponsus tuus tibi sequendus potius quam parentes, si vis florem iuuenilem animae tuae cõseruare, qui numquam veterascit. Virginitas enim nunquam decidet. Si autem de flore corporali vis agere, numquid non magis florem virginis animo simul, & corpore, quam qui corrupti? Imò verò virgines tam in corpore, quam in anima vere florent, singularia lilia liliij singularis, qui vt firmiter spero, & in hac mortali vita suis lilijs abundantiam suae suauitatis abundantius, quam ceteris eructat, qui in his similitudinem suam videt distinctius expressam. Quocumque enim Christus pergit, virgines sequuntur, feceruntque sunt de spiritu ipsius concipientes bonum propositum, & bona opera parientes, quae numquam moriuntur. Sicut generatio terrena in peccato concipitur, in tristitia paritur, & anxietate nutritur, cum dolore tandem amittitur, vel deseritur. Non tales erunt

Beelzebub idolum multum scilicet aliis Beelphegor, qui prius. Hena vinens.

Eadem habes sermo 7. ad fororem.

K

filij tui, o virgo Christi, non sic. Neque enim unquam moriantur, unquam amittentur, imò semper siue viuant, siue morientem sequentur te, tuebuntur te, & in vitam æternam perducunt te. Multi ergo filij, & multo meliores deserta, i. virgines Christi, qui ad præsens deserta videntur, magis quam eius, quæ habet virum carnalem. Si hoc & his similia frequenter ad mentem reduxeris, morientur proculdubio in te vermes maliarum suggestionum, nec ad corroendum truncum boni propositi tue, tuente te spòso tuo, aliquo modo præualebunt.

*De longitudine trunci.
Cap. XXIIII.*

Longitudo trunci in lilio, quæ in altum erecta est, virtutem longanimitatis insinuat, quæ perseuerare volentibus summè necessaria est. Sed quia de virtute perseuerantiæ supra in tractatu sexti folij distictus locuti sumus, hic breuius aliquid dicemus. Videtur autem hæc virtus plurimum commendanda in virginibus, maxime sexus feminei, quarum tam animis, quam corporibus quedam infirmitas, & debilitas longanimitati, siue perseuerantiæ cõtaria naturaliter est inserta. Sed benedictus Deus, qui hodierna die etiã infirma, mudi elegit, vt cõfundat fortia, & animis virguncularum tenerimarum se ipsum proponit defensorem, vt illius primi, & fortissimi corruptoris, antiqui serpentis dico, caput edat, qui humillimus Christi virginibus insidiatur. Quis sanæ mentis præ gaudio nõ exultat, cum iam tempora nostra tot videat virginum lilijs redimiri, tâta fortitudine non sua sed sponsi sui contra furorem draconis infesti viriliter dimicantibus, & triumpho coronam merentibus? Gaudeo ego plane cum iam nec in vicis, nec in ciuitatibus, nec in claustris lilia ista desunt, imo cum, & multa deserta, & inuia claustra, virginalibus sint repleta, ita vt vere dicatur, quod germinet campi, eremi, germen odorum Domini. Et enim ascendunt de deserto virguncularum, virtutum delictijs affluentes, inmixtè non super se, sed super dilectum suum, & longanimitè expectantes sponsum suum, quando veniat, vt cum clamor factus fuerit, aptent lampades suas, & intrent cum eo ad nuptias. Respicientes, vbi iucunditas, & exultatio thesaurizabit super ipsas, & non æter-

no hæreditabit illas Dominus Deus noster. Vos igitur o virgines Christi ne deficiatis in expectatione Christi. Aderit, n. citissime sponfus vester, qui idcirco aduentum suum differt, vt cū ceteris bonis operibus vestris, vestræ etiam donet expectationi coronam. Scio quamuis expertus non sum, quomodo gematis, quomodo compungamini in illo purissimo cubili cordis vestri. Ne deficiatis in bono proposito vestro, vt ad consummationem boni operis, & perseuerantiam peruenire possitis, per quam coronam mereamini sempiternam.

De folijs circa truncum. Cap. XXV.

Sequitur iam vt de folijs, quæ circa truncum sunt videamus. Folia igitur sicut supra diximus de folijs vitis, verborum figuram habent. **B** Circa quæ folia considerandum est, quod semper sunt virentia inferius, & circa terram maiora sunt, & plura, quam in superiori parte, & quod supposita apostematibus, rumpunt, & mitigant ea. Nimirum his folijs, similia debent esse verba virginum. Viriditas igitur foliorum, virtutem verborum significat, videlicet, vt nullum verbum proferat ab ore virginis Christi, quod nihil in se virtutis contineat. Refectentur hic non solum verba turpia, scurrilia, iocosa, luxuriosa, superba, itacunda, detraкторia, adulatoria, sed etiam verba superflua. Verbum enim superfluum id est otiosum, solum aridum est. Folium vero aridum, folium lilijs non est. Si ergo vis esse lilijs, habeto verba virtuosa, folia virida, de quibus scriptum est. Folium eius non defluet. Vis autem videre, quod verbum otiosum folium aridum est? Audi ipsam veritatem, dominum Iesum: Omne igitur verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. O quantus terror, iudex sapientissimus, qui numerat omnes pluuie guttas discretor omnium tentationum omnium hominum, à primo Adam vsque ad vltimum, qui erit in fine sæculi, vult audire rationem verborum omnium otiosorum cū, sed erit in fede maiestatis iudicij sui, vbi non iam misericordia, sed iudicium cantabitur Domino. Quid tum miseris & miserabiles faciemus? Sapientissimus es Domine, falli non potes, iustissimus es, corrumpi non potes. Tempus miserandi tunc

preteritum erit, quia iudicabis arborem terræ in æquitate, iudicabis populos in iustitia, qui prius per misericordiam pepercisti .

C Quid ergo dicam? Miserere quæso, dum tempus est miserendi Pater misericordiarum, vt non iudices me in tempore iudicandi. Pone custodiam ori meo, & ostiū circumstantiæ labijs meis, vt non solum à maledictis, & turpibus declinem, verū etiā ociosa verba deuitem, ne de illis me oporteat in die iudicij reddere rationem, vbi iam nō de bonis, & viridibus folijs verborum, sed de malis aridis ratio est reddenda. Quid est autem verbum ociosum? Ociosum est verbum teste Gregorio, quod ratione iustæ necessitatis, vel intentione piæ utilitatis caret.

Ociosum
verbum.

Quidquid ergo loqueris, nisi intēdas alicui professe, ociosum est. Quis de his omnibus reddere potest rationem? Moderetur ergo omnis homo linguā suam, sed præcipue virgines Christi, vt sciant quando, vel qualem proferant sermonem. Non enim deest ex ore canturo canticum nouum sponso suo aliquid verbis procedere, quod illi cantico sit contrarium. Quid est ergo canticū nouū?

Canticū
nouum.

Canticum caritatis. Quare nouum? Quia initio sæculi à primis creaturis canticū fuit vetus, canticum contrarium caritati. Vis ergo nosse? Cantauit angelus periturus in caelo canticum superbiæ, dicens. Ponam sedem meam ad Aquilonem, & similis ero altissimo. Cantauit postea detractionis canticum in paradiso, cum accedens ad mulierem ait: Quare prohibuit Deus vobis, ne comedereis de ligno scientiæ boni, & mali? tamquam diceret, mala intentione prohibuit. Canticum dubitationis cātauit mulier, dicens. Ne comedamus, & forte moriamur. O forte.

Quantum infirmitatis nobis induxisti? Videns autem diabolus mulierem dubitantē, prorupit ad canticum mendacij, dicens. Nequaquam moriemini. O nequam, d̄ nequā, vbi est modo tuum nequaquam? Ecce mortui sunt duplici morte, quos dixisti nequaquam morituros. Nequaquam inquit, moriemini. Malum, & vetus canticum hoc verbum veritati contrarium. Dixerat enim

D Deus. Quicumque die comederitis, morte moriemini, morte videlicet animæ, vel vt alij exponūt, Moriemini, id est, mortales efficiemini, scilicet, vt necessitatē tunc habeatis moriendi, qui modo potestis non mori. Si enim in obedientia permāsserāt, mortui non fuissent. Cantauit, & Adam canticum

excusationis in peccato, cum dixit: Mulier, quam mihi dedisti sociam, dedit mihi, & comedet, ac si diceret. Tu potius accusandus es, qui talem mihi iunxisti mulierem, quæ me ad peccandum induceret. Charissimi, vetera cantica sunt hæc, canticum superbiæ, canticum detractionis, canticum dubitationis, canticum mendacij, & canticum excusationis. Cauenda sunt, & per omnem modum cauenda hæc cantica d̄ virgines Christi, si nouū vultis canticum decantare. Sed neque aures vestras talibus canticis aperietis, qui vocem Christi specialius, & familiarius audire desideratis. Viuit adhuc ille malignus serpens, & sub virginea facie, id est, sub specie bonæ collocationis, suæ malignitatis venena distillat. Cātat adhuc in cordibus auditorum suorum canticum superbiæ, cū illis latenter suggerit, vt ad honores, & dignitates & prælaturas aspirent, vel propter nobilitatem, vel propter scientiam, siue etiam propter bonitatem suam. Quin & his deceptus fuit ipse, qui se prælatum in nobilitate pulchritudinis, & sapientia, & virtutibus alijs; vidit choros angelorum, & prorupit in canticum superbiæ, per quam cecidit, & alios cadere facit, quotquot secum idem canticum cantare præsumunt.

De nouo Cantico. C̄p. XXVI.

Non ita cantauit noui cantici imitatrix mater Christi, verū lilium vere viridantibus folijs redimitum. Vis videre folia eius? vis audire canticum eius? Exaltata, & supra quādam dici, aut cogitari potest, toti mundo celsisque prælata non ascendit supra se, sed cantauit canticum humilitatis, quod & caritas est, quia caritas non inflatur. Eructauit de corde suo inebriato verbum bonum, & suaue, canticum nouum virginibus cantandum. Et quid ait? Magnificat anima mea dominum. Vide, quā contrarium est canticum hoc cantico angeli rursus. Incepit ille in alto, ac proinde in ima non descendit, sed corruit. Incepit Maria ab imo, vt in altum subleuaretur. Magnificat hæc Domini, non se, licet inasstimabiliter exaltata, seruans quod scriptum est. Quanto maior es, humilia te in omnibus. Vnde & super omnes celos angelorum meruit eleuari. Magnificauit se ille supra Dominū, vnde infra omne, quod est, meruit peripitari. Exultauit spiritus

laui.

humilis Mariæ in Domino Iesu suo: vnde oleo lætitiæ præ cōfortibus suis inūgi promeruit. Exultauit stultus ille angelus in se: vnde luctu perpetuo ineruit condemnari. Gloriaur ista humilitatem suam esse respectam, vnde habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Gloria batur ille in multitudine virtutis suæ: vnde perpetuam despectionem incurrit. Vos ergo ò virgines Christi virete in folijs, in verbis caritatis, humilitatis, & patientiæ. Sequimini liliū illud præcipuum, matrem summi lilij boni Iesu, vt ipsum solum magnificantes, qui solus magnus est, in ipso, & per ipsum, & cum ipso mercamini magnificari. Cauete nihilominus canticum detractionis, quod in paradiso inchoatum est, canticum vetus & in peccati vetustatem perducens. Et videte quantum omnino sit contrarium nouo cantico caritatis: cum necessarium sit illum non diligi, tibi detrahitur. Solet enim caritas non obloqui, non detrahere. Sed potius peccata aliena excusare: vel si forte sit necessarium corripere, facit hoc non animo malignandi, sed corrigendi. Cauete, & canticum dubietatis, non dubitantes de misericordia domini: sed omnem felicitudinē vestram audacter in eum projicite, quoniā ipsi cura est de vobis. Non enim crudelis est, vt permittat vos cadere, si vos in ipsū proieceritis, qui vos adhuc hortatur, qui vos propter ipsū omni terreno solatio scit volūtariē desitutos. Nec dubitetis de poena malis pro suis demeritis infligenda, ne in præsumptionis vitium incidatis nec dubitetis de præmio iustis conferendo, ne forte desperationis periculum incurrat. Cauete, ne canticū mendacij aliquādo ex ore vestro procedat, quo veritatis sponsum vestrum spiritualiter laudare speratis. Perdit os virginis virginitatem suam, quoties scienter in animo malignanti loquitur mendacia cōtraria veritati. Cauete nihilominus canticum excusationis in peccatis, semper habentes in mēte illud beati Ioannis virginis virginitati testimonij perhibentis: Filiohi, inquit, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmet ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis, & iustus est Deus, qui dimittit nobis peccata nostra, & emundat nos ab omni iniquitate. Nemo igitur æstimet se sine peccatis esse: nec cum cognouerit illa, excuset se, sicut stulti solent adhuc hodie loquentes

excusationem Adæ, & dicentes: Mulier, quæ dedit mihi Deus, seduxit me. Quare talem mulierē dedit mihi Deus, quæ me seducat? Mulier ista seducens virum, est caro spiritū nostrum adducens ad consentiendū peccatis, pro qua stulti Deum quotidiē accusant, se ipsos in peccatis voluētes & dicētes se carnis illecebris non posse resistere, quam acciperūt à Deo. Grande valde est peccatum illud, accusare Deū optimum, qui fecit omnia bona valde, propter te: & præcipue ipsum hominem præ ceteris creaturis exornauit. Bonum sine dubio fecit te Deus bonus, qui fecit omnia bona, bona valde propter te. Neque enim bonus esset, si te male fecisset propter quem omnia fecit, quæ propter te bona facta valde, fecit omnia. Bonum ergo, & valde bonum fecit te Deus. Bonus tu ipse, te verè malum facis. Si deleueris in te quod tu ipse facis, inuenies valde bonum te esse inter creaturas, quas ipse fecit. Fecit ipse primò te secundū se, & factus est postea secundum te. Fecit ipse te post ad imaginem & similitudinem suam, & factus est ipse posterior homo ad similitudinem tuam. Verbum enim caro factū est. Laudemus ergo Deum qui secundum se fecit nos. Amemus Deum, qui propter nos factus est secundum nos. Oremus ipsum, vt imaginem suam, sicubi deformata est in anima nostra: misericorditer reformare dignetur, nihilominus & corpus nostrum, quod ad similitudinē, & naturam nostrā accepit, sic immaculatam conseruare dignetur. Et viridia folia, id est verba virtutes continentia proferamus, siquidē volumus esse vera lilia, quæ verba veterum canticorum non habent, sed quæ nouo cantico, id est caritati, spei, humilitati, & ceteris virtutibus cōuenire noscuntur. Proferamus folia, & vos præcipuē ò virgines Christi, quæ à viriditate habetis, quæ vireant, & quæ a postematibus superpolita rūpant illa, & leuiant, & sanent sanie foris eiecta. Quod fit quoties incesstum ad castitatem, superbū ad humilitatem, iracundum ad mansuetudinem, auarū ad largitatē, gulosum ad sobrietatem, inuidum ad caritatem, acediosum ad alacritatem verbis bonis, & veritati cōsentaneis producimus. Ista vitia quasi vlcera animam grauant, continentia in se venenum immūditæ, & prauæ consuetudinis, de quibus singulis: quia nos in tractatu de folijs virtutis exempla posuisse meminimus, causa breuitatis in presenti iudicio prætereunda.

Hoc autem dicimus tantum, quod confide-
randum nobis est, quo vitio vnusquisq; la-
boret, vt secū dū laboris sui magnitudinem
& qualitatem, verborum medicinam mini-
stremus, & similiter de alijs vitijs, sicut su-
pra possum est. Hoc enim sciendum est,
quia non semper silentio studendum, licet
cū magno studio silentium sit seruandum:
sed ianuam oris nostri quandoque claudere,
quandoque aperire debemus, quatenus
ita taceantur mala, ne cum malis etiam bo-
na, & vtilia taceantur. Quod etiam in peti-
tione sua innuit propheta, cū dicebat: Pone
domine custodiam ori meo, & ostium circū-
stantiæ labijs meis. Ostiū quippe non sem-
per patet, nec semper clauditur: sed in do-
mo sapientis patet sapientibus in nuncijs
emittendis: clauditur verò pro stultis intrin-
secus retinendis. Sic & os nostrum, quod est
ostium cordis nostri, per quod verba quasi
quædam nuncia egrediuntur nūciatā quid
interius agatur in corde, quod verbis pru-
dentibus, & vtilibus est in tempore referen-
dum: prauis vero verbis, quæ de malis moti-
bus cordis surgunt, iugiter est claudendum.
Tempus. n. loquendi, & tempus tacēdi. Nec
minus peccatis, qui verbum subtrahit in tē-
pore opportuno, quàm qui praua loquēdo,
alios scandalizat. Nimis enim videtur au-
arus esse, & inuidus, qui verba gratis habita
ad vtilitatē proximorum negligit ministrare.
Quando. n. putas eum substantiam pro-
priam indigenti proximo largiturum, quæ
diuisa minuitur, qui verba numquam defi-
cientia non largitur? Ponat ergo Dominus
custodiam ori nostro, vt sciamus quando, &
qualem debeamus proferre sermonem: &
ostium circumstantiæ labijs nostris, vt ita
nō solum aperiantur, sed etiam claudatur in
tempore, vt neutro ostendamus. Sed su-
perposita apostematibus animarum infir-
marum verba nostra, tamquam folia liliorū
saniam vitiōrum Domino adiuuante eij-
ciant, & virtutum vires valeant inserere au-
ditoribus.

De folijs iuxta terram. Cap. XXVII.

Quid est autem, quod ipsa iuxta ter-
ram maiora sunt & plura, super-
ius, verò pauciora, & minora: nisi
quod viri iusti, & præcipue virgi-
nes quanto altius ascendunt ad culmen vir-
tutum terrenis cogitationibus, & cupidita-

tibus infra relictis, tanto disciplinatiores, &
tanto parciores debent esse in verbis? Per
diminutionem enim foliorum in superioribus
parte disciplina verborum intelligitur, quibus
disciplinati quique quasi circumciduntur &
extenuant verba sua, ne quid in eis pudici-
tiæ, vel disciplinæ contrarium valeat inueniri,
quæ indisciplinati, & turpes quicumque
omni honestate carentia turgida, & inflata
emittunt. Per paucitatem verò foliorū, ver-
borū paucitas cōuenienter accipitur: cui om-
nes boni tanto magis student, quanto virtu-
tum cultura viciniores existunt. Vnde de
fratre quodam, qui discere volebat, & quasi
in vsum redicere linguæ correctionē, legi-
tur, quod quidam per triennium lapidē por-
tabat in ore. De alio vero, quod triginta an-
nos nō fuerat locutus quidquam. Videmus
plures, qui dum in principio boni propōsiti
& adhuc quasi vicini terræ pristina ducti cō-
suetudine, nec modestiam, nec paucitatem
verborum valeant obseruare, quorum ver-
ba designantur per folia lilij iuxta terram.
Procedente vero tempore, gratiaque accē-
dente secundū profectum suū moderantur
verba, studentq; silentio, ita vt non solum
praua, sed etiam ociosa deuiant. Cui autem
bonorum statū melius competit disciplina
& paucitas verborum, quàm vitijs Christi-
stis? Nam si omni homini Christiano præci-
pitur, vt nec turpiloquium, nec scurrilitas
procedat ex ore eorum, sed magis gratiā suā,
quanto magis virgo suo Domino pudicitiam
consecrans, ab omnibus potius debet tem-
poribus abstinere? Qui suant proculdubio
pudicitiam non violant, tanto maiores de-
bet Domino reddere gratiarum actiones,
quanto maiorem est gratiam consequutus.
Bonos enim virgines esse, summum bonum
est, & summa gratia, quia ij soli sequuntur
agnum quocumque ierit. Quanto vero is
etiam à multiplicitate verborum debet ab-
stinere, quis non videt, cum loquacitas om-
nis sit indiciū impudicitia, quæ nequa-
quam potest simul esse cum pudicitia virgi-
nali. Loquacitatis ergo vitium maximè de-
uiant virgines pudicæ, si volunt virtutem
pudicitia conseruare. Manifestum enim est,
quod in multiloquio non deest peccatum,
sed paulatim ab ociosis verbis ad detractiones
venitur, donec tadem ad apertas conu-
mellas prorumpatur. Arguit autem loqua-
citer Apostolus Iacobus, ita dicens: Si
quis putat se religiosum esse, nō retrahens
linguam

linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Nemo igitur de religionis habitu ibi blandiatur, qui adhuc linguam suam non didicit religare. Religa tuam linguam, si vis esse religiosus, quia sine linguæ religatione religio vana est. Vnde patres sanctissimi religionum institutores, & eorum sequaces, sapientissime, sicut à spiritu sapientiæ docti fuerant, districte instituerunt obseruationem silentij, non ignorantem, quia sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo spiritum suum cohibere, sicut Psalmista ait: Vir linguosus non dirigitur in terra. Sciunt etiam homines spirituales, qui hoc experti sunt, quantum auferat deuotionis, quantum auferat dissolutionis. Intrinsicus frequens linguæ resolutio. Nam sicut fornax, cuius os semper apertum est, non potest in se retinere feruorem: sic nec cor deuotionis in se poterit gratiam conseruare, cuius os non fuerit ianua silentij reclusum. Claudamur igitur os nostrum, vt cum deuotionis feruere Christum deuotionis largitore in feruenti affectu possimus animam conseruare. Vos autem precipue à animæ virginum sponsæ Christi, intrate in cubiculum cordis vestri, & clauso ostio vr̄is vestri orate familiariter, humiliter, lacrymabiliter, hilariter, dulciter, fiducialiter sponsum vestrum, regem vestrum, patrem vestrum, & consolatorem. Effundite coram illo omnium inspectore cordium, corda vestra, confabulamini cum illo recordantes illius, effundite super vos animas vestras, & terrens, corporalibusq; relictis, penitis spiritualibus caritatis eleuamini, & transite in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, vbi non corporis, sed cordis auribus audiatis vocem exultationis, & confessionis sonum, festum diem celebrantes, vbi interna consolatione refecti, quandoque cum articulus temporis, & necessitatis, tentationis, & carnis aduenerit, caelestis refectiois recordari possitis, & dicere. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. Memores estote optimi Domini Dei, memoramini & delectamini, & deficiat spiritus carnis vestre, vt spiritu illius, qui est super mel dulcis

A reficiamini, & discatis vilipendere exteriores colloctiones, postquam interioris colloctionis gustaueritis dulcedinem. O quam bonum, & quam iocundum. O quam bonum

& iocundum est, tecum d̄ dulcissime Iesu habitare in vnum, tecum colloqui, tibi reuelare causam animæ nostræ, tuæque consolationis responso perfrui. O quam bonum est ad te inhabitantem lucem inaccessibilem, duce caritate accedere, cui si tantum dux nostra fuerit, nihil manere poterit inaccessum. Cognouit cor tuum d̄ dulcis Iesu caritatis lancea vulneratum, viam facere caritati, cui perpetuo non claudetur. Accedite ergo ad eum per eum, gressibus caritatis, & illuminamini. Gustate, quoniam suauis est. Sciunt experti, & bene sciunt, qui ex alia parte gustauerunt bonum Dei donum, qui aliquando in cellam vinariam à vera vite nostra sunt introducti, quam amarum, & quam tædiosum sit à dulcedine contemplationis illius interiori presentia separari: & ad exteriora corporalia, vel audienda, vel videnda reduci. Cum. n. ille quantum in presenti fas est, bonus Iesus discipulis suis familiaribus, seorsum ab alijs fratribus in monte contemplationis educitis, se coram illis transfigurare voluerit, & in veste candida dulcedinis, & bonitatis suæ apparere mirantibus, & solida caritate ebriare voluerit eos, quos ante visitauerat per timorem iudicij, siue per violentiam salubrium tentationum: quia per flagella Deus nonnumquam suorum se cordibus representat. Cum ergo sicut diximus

C aliquando se in suorum cordibus transfigurare dignatus fuerit, & vt tristitia in gaudium conuertatur, si interim dum hæc nescio quomodo aguntur, aliquis exteriorem requirens presentiam sit affectus, vt tamen ab amabilis contemplationis monte ipsum cogat descendere: putas illum talem impulsione in exteriorē patienter ferre, & non magis clamare cum Petro: Domine bonum est nos hic esse, & cum Paulo, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? O quam amarum est eis, qui tali interiori refectioe fatiari nouerint, ad exteriora rursus attrahi. Mori videntur sibi, quia re vera quadam mortis species est à contemplatione vitæ, à contemplatione candidi Iesu, à contemplatione faciei illius rutilantis sicut sol, ad has tenebras rursus auelli, & à Mariæ dulcedine ad Marthæ ministerium reuocari. Breuiter autem dico, quod quicumque sciunt mentis oculos interioribus contemplationibus occupare, & linguam animæ ad diuinum colloquium referre, non solum non delectantur exterioribus visibus, vel colloquijs, verum

verum etiam plurimum fatigantur. Hi vero qui intrinsecus caeci sunt, & muti, & contemplatione diuina, & orationibus deuote ne sciunt se occupare, exterioru sensuum subsidia querunt, & longitudine temporis, qua grauantur, inutilibus cofabulationibus expendere fatagunt. Exterioribus. n. colloctionibus velle occupari, signum certissimu est anima ociosa, qua ad colloctionem diuinam nulla penitus deuotione leuatur. Nondum certe ad summitate lilij peruenerunt, qui linguam suam a multiplicitate verboru nesciunt siue nolunt refranare. Tantoq; altius se quisque nouerit in virtutum gradibus ascendisse, quanto minus humanis colloquijs delectatur nisi forte eiusmodi hominum in quibus ipse Deus loquitur, & per quos verbum Dei auditur. Tales. n. non audiuntur propter se, sed propter Deum, qui & habitat, & loquitur in ipsis: & cum talibus loquendo a nostris sepe Domino cooperante dubietatibus expeditur, a prauis abducimur, & in bono proposito confirmamur. Verumtamen in omnibus discretionis spiritus optatus est, & implorandus a Domino, vt ipso reuelante sciamus cui spiritui sit credendum, cui cordium nostrorum simplicitate sit cogitatio reuelanda, a quo salutis verbu audiendum, ne simplicitas nostra ab astuti serpentis fallacia capiatur, qui plerumque mala bonis, & falsa veris, errorum rectis admiscere consuevit.

Quid contemplandum sit de lilio nostro.

Cap. XXVIII.

IAm nunc ad contemplandum florem ipsum lilij veniamus. Vide o virgo Christi, quanta pulchritudine preemineat tuus iste flos, tuum florem designans, praeter ceteris floribus. Vide quantum praeter omnibus floribus, qui sunt in terram gratiam obtineat specialem. Vide quantum ab ipso sponso tuo laudem praeter cunctis floribus mereatur. Considerate, inquit, lilia agri, quomodo crescunt. Amen dico vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vnus ex istis. Lege igitur o virgo, & perlege, & sapius relege hoc verbum sponsi tui, & intellige quantum in huius floris commendationem tuam gloriam commendauit. Omnem mundi gloriam sapientissimus ille omnium creator, & conditor vnico flosculo tuo cooperuit, nec gloria

flosculo: sed hunc flosculum omni gloriae praetulit. In Salomone. n. de quo legitur, & magnificatus est super omnes reges vniuersae terrae in diuitijs, & honore, omnes mundi glorias debes intelligere. In flore lilij tui qui tuam, omniumque virginum Christi figuram gerit, virginumque gloriam contemplant. Si ergo tantum commedatur ab ipsa veritate decor lilij tui, vt ei iuste subiciatur omnis gloria Salomonis, etiam non dubium est secundum magnitudinem gloriae suae fuisse magnifice cooperatum. Quantum putas commendandum ipsum esse tuae virginumque liliu incorruptu, & nulla in perpetuum macula corruptendum, cuius vel umbra, & figura tantum meruit honorari? Si omne operimentum omnis gloriae Salomonis non potest decori vnus materialis lilio comparari, quis decor comparabitur tuae florenti virginumque, quae est tuum liliu verum, & speciale? Nullus inquam, quia claritatem altitudinis tui decoris nullus potest decor terrenus transcendere, quia nec Salomon in omni gloria sua cooperatus fuit, sicut vnus ex istis. Noli ergo subtrahis cantare, Regnu mundi, & omnem ornatum saeculi contempsi propter amorem Domini nostri Iesu Christi, qui tibi etiam in praesenti vita decorem dedit omni mundano decore maiorem, liliu integritatis tuae sibi conseruando, & sibi praeter ceteris pulchritudinibus virtutum specialiter dedicando, & speciali dilectione stringendo. Videbis luculenter hoc in cantico amoris, vbi ceteris floribus pene omissis florem tuum sapius nominat, nomen lilij sapius inculcando. Sicut liliu inter spinas, sic amica mea inter filias. Et item, Dilectus meus ascendit ad areolam aromatum, vt lilia colligat. Et rursus, dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Laudabile liliu, amica sponsi: amabile liliu, quod colligitur a sponso. Non enim vt aestimamus, colligitur, vt ultra marcescat, sed vt in altari aureo collocetur, quod est ante oculos domini. i. vt collocetur in caelesti sanctuario, vt sit ipsum liliu ad ornamentum aliorum sanctorum, in quibus Dominus tamquam in altari suo aureo requiescit. Delicatum profecto liliu, in quo pascatur sponsum, non quod in hoc solo delectetur: sed in hoc quada speciali prerogativa dilectionis, plus alijs delectatur. Nec immerito. Duplex enim bonu in virginibus, quod in alijs sanctis non virginibus simplex est. Cum enim

tota Ecclesia virgo sit in anima nullā habēs maculam, neque rugam in fide, & spe, & caritate incorrupta, propter quod, & virgo appellatur, meretur & à sponso laudari. Quāta laude putas esse digna lilia nostra, quæ hic habent tam in corpore, quā in anima quod tota Ecclesia habet intum in anima. Quā enim quidam adeps, & medulla Ecclesiæ sunt virgines Christi, & quadam singulari excellentia aliorum florum sponsi amplexibus familiariter inhaerentes. Hoc autē est virginibus summopere cōsiderandum, qui liliū pulchritudine delectantur, quod flos liliū tam interior quā exterior albus est. Quid enim per exteriorē partem floris albam nisi munditia corporis, aut quid per interiorē nisi mentis virginalis puritas figuratur? Turpe esset, imō non esset liliū, quod vel interioris, vel exterioris candoris sui puritate careret: ita quoque turpis est virgo, imō non est virgo, quæ non habet vtramque, scilicet mentis, & corporis castitatem. Unde non dubito multos vtriusque sexus virgines in corpore defunctos esse, & saluandos, qui nequaquam virginalē prēmii merebuntur. Mortui enim sunt, qui corpore quidem incorrupti, sed mente corrupti erāt ipsa tamen mente corruptionis non exigente eis mortem æternam, quia legitimas nuptias expectabant, sine quibus nulla illicita connubia voluerunt perpetrare. Si enim sicut ait Apostolus, nupsit virgo, non peccabit, quæ sola tantum voluptate nupsit, quāuis iam in mente flōrem virginitatis corripit. Consentit huic sententiæ beatus Augustinus, dicens, quod nequaquam virgo aspirans ad nuptias melior est muliere nuptias adeptā, cum ea quæ iam nupsit, vno sit viro contenta, nuptura verò quærens per omnē populū, cui adhæreat, cum pluribus, necesse est fornicetur animo. Placet enim illi hodie vnus, cras alter, deinde tertius, & quartus, & fortassis plures: & quomodo si talis moritur, meritum obtinebit virginitatis incorruptæ: Vtinam autem virgines illæ, quæ vi opprimuntur post virginitatis votum, nec aliquando consentiunt corruptioni, vel illæ etiam, quæ ante votum aliquando ad nuptias aspirauerunt firma mente, licet postea poenitentia ductæ voto castitatis se constrinxerint: Sive etiam illæ, quæ post votum aliquando sola voluntate à voto continentiae recesserunt, sed rursus ad voti constantiam redierunt, & vsque in finē perseuerauerunt

Oper. D. Berni, Tom. I. I.

vtramque autem tales virgines sint prēmio coronanda: Fateor me ex auctoritate nescire & hoc magis peritorum hominum, vel certē diuino potius arbitrio sentio relinquendum. Dico autem magis opinando, quā definiendo de primis, quæ vim patiuntur: si nunquam suæ corruptioni, nec voluntate, nec delectatione consentiunt, beato virginali prēmio, non esse spoliandas, quod ex verbis Lucæ, si tamen authentica videantur, videtur posse comprobari. Si etiam per violentiam, & non à consentientibus castitas virginalis amittitur; Spero quod talis amissio castitatis ipsis amittentibus cedat in bonum: quia permisit eas benignus Iesus tali bono spoliari, quo præsciuit ipsas non bene vsuras. Vile enim esset aliquā quæ propter virginitatis meritū deberet superbe, perdere virginitatem, & per hoc cōsequi humilitatis virtutem. Cauenda sunt autem virginibus summo studio loca, & tēpora corruptoribus opportuna, ne si suæ corruptioni per insipientiam suā, occasionem præbuerint, ipsæ sibi meritū nocuisse videantur, & sua corona priuentur. Si enim Bethsabee non se impudicē, siue incaute lauisset in solarario: & Susanna in pomærio, vbi videri poterant aliquo modo, nequaquam illa adulterium, nec ista mortis periculum incidisset. Cautæ sint virgines, sicut sunt castæ. Fenestras oculorum, & aurium suarum discant obserare, vultus abscondere, ne vel sibi videndo, vel audiendo, quod fortē non expedit, mortē asciscant, ne dum ab alijs incaute videntur, & audiantur, ipsos quamuis ignoranter occidant. Quod sæpe contigisse cognouimus illo suggerente, & insidiatē, de quo scriptum est: Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. De alijs verò, quæ vel aliquando ante votum, vel post, sola voluntate lapsæ sunt: mihi videtur sine præiudicio cuiuslibet melioris sententiæ, quod virginitatis coronam non amittant, si tamen citius ad votum redierint & in eo fideliter permanferunt: sed tamen coronæ meritū puto aliquo modo imminuendum secundum mutationem voluntatis, vt si qua longo tempore, vel firma voluntate perstitit in voluntate frangendi votum virginitatis, tanto minus habeat meritū in corona. Integram verò omnino coronam æstimō possessuras, quæ à primis annis suis virginitatem, sponso suo domino Iesu vouere, & conseruare studuerunt.

x

Quod

Quod flos lili inclinandus sit ad terram.

Cap. XLIX.

NEc prætereudum quod ipse flos lili tam altus, tam candidus, tam iocundus, semper reclinatur ad terram. Quid nobis per hoc aliud, quàm humilitas commendatur? Caput enim inclinare ad terram, est mentem nostram ad generationem terrenam, & fragilitatem de terra contractam in seclere, ne de nobis aliquid præsumere omnino audeamus, dum nos lutum, & cinerem esse consideramus. Nulli autem hæc virtus tam necessaria est, quàm virginibus ne in profundum superbiæ incidant, dum suorum considerant excellentiâ meritorum. Virgines. n. Christi etiã adhuc in terra viuentes, angelorũ ducunt vitã, tales cũ sint, quales dixit Dominus homines futuros post resurrectionem, quia tunc neq; nubet, neq; nubetur, sed erunt similes angelis Dei in celo. Non expectant at virgines Christi solũmodo incorruptionẽ resurrectionis, sed in præsentem et viuunt incorrupti, vitã sine dubio angelicã æmulãtes. Ne igitur è tam sublimi gradu, quem nõ ex præcepto cuiusquam, sed propria voluntate viriliter ascenderunt, viliter superbiã decidant, inclinentur ad terram, sicut flos lili, recordentur quoniam puluis sunt, & quod dies eorum sicut fenum, & nõdum æstimet se ad immortalitatis beatitudinem resurrexissẽ, sed adhuc illo carneo pariete circumdatos, qui inter ipsos diuidit, & dilectũ Iesum. Caueant illum asutum serpentẽ ipsis multipliciter insidiantem, vt ne ducat eas ad præsumendum aliquid de se, quatenus existiment bonum, q; habetur, nec habere se à Deo, sed à propria virtute, vel credant sibi pro meritis suis tradita, vel vt putent se habere q; nõ habent datum, quod acceperunt, vel propter hoc, quod à Deo acceperũt, singulariter credant se meliores alijs. Hæ sunt quatuor species iactantiæ, quibus ille nequissimus serpens etiam non raro bonos decipit. Et prima quidem specie decepti, qui nõ putant, quod habent à Deo accepisse, incidunt, quod nullum est maius crimen ingratitudinis. Quid enim peius quàm non recognoscere Deum esse largitorem omnis boni. Quod qui nõ agnoscit, quomodo grates deferet ei, à quo nihil se æstimet accepisse? Et certe non pauci tales sunt, quos ex ipso rum verbis potes agnoscere. Quid. n. dicit:

Quare, inquit, nõ serua sti castitatẽ tuam. Quare non habes humilitatis, & paciẽtiẽ virtutẽ? Quare non habes orationis deuotionẽ & fluentia lacrymarum? Quid putas eos cogitare, qui hoc dicunt, nisi quod ipsi hoc habeant à se, & quælibet à se hoc posse habere? Non ita cogita tu õ virgo Christi sed sci-to te à teipso nihil habere, nisi peccata. Cetera vero bona, gratia sponi tui sunt. Gratulare ergo, id est iactare simul, & gratias age ei, à quo habes esse, & bene esse, & tanto magis dilige dilectũ tuum, quãto pluribus, & maioribus donis suis suã erga te cõprobat dilectionẽ. Imo & ipsa dona virtutum plus dilige, diligentiusq; conserua, quia hoc à tã dilecto, & tã diligendo accipere meruisti, quã si proprijs virib; hoc obtineres. In retinendo datũ, diligenter dantis dilecti spõsi tui dilectionẽ ostende, quia non debet dare vilia munera dator tã preciosus. Secundi vero, qui credunt se quidẽ accepisse, q; non habent è Deo, sed tñ propter merita sua volũt benignũ Dominũ Iesum sua gratia spoliare. Cur propter merita tua, accepisse te putas virtutẽ? Dic mihi. Quis dedit tibi posse mereri? Quid. n. habes, quod nõ accepisti? Quid gloriaris, quasi nõ accepisti? Et tñ si vis scire quõ accepisti, audi tumẽdẽ Aposto-lũ. Gratia, inquit, Dei salui facti sumus. Quã autẽ saluamur secundum opera nostra, non ex iustificationibus nostris saluamur, sed gratia datur pro gratia. Gratia. n. Dei sumus id, quod sumus, siue in habendis virtutibus, siue in celestibus obtinendis. Tertij vero qui ex spirituali dono putant se alijs meliores, aliosq; cõtemnant tamquam viliores se, pe-ste illius Pharisæi premuntur, qui etiam cũ accepit virtutibus gratias ageret, peccauit quia Publicanum contempsit. Sed quia plurimi hac peste laborant, tentemus adiuuãte Domino his aliquod medicamentum adhibere. Considerandum puto: Is aliqua virtute spirituali caret, forsitan habet aliam similem isti vel maiorem hac. Idem dicit Hieronymus. Præclara est virginitas, & pudicitia virtus, si modo non alijs maculatum lapsibus informetur. Nam tanto maiori studio placendi opus est, quãto est maior ille, cui placendum est. Si. n. virgo es, adhuc subium tibi est, ad quẽ gradum, dignitatis virginalis ascenderis. Non enim eiusdẽ meriti sunt omnes virgines. Quis enim sanctorum virorum similis in castitate, & laude Ioanni uenit æquandus? Quæ virginum femina-

rum vsque ad altitudinem dignitatis Mariæ virginis altissimæ peruenit? Non ergo te exaltas super quemquam, cuius mētem ignoras: ne sub omnibus cadas. Item si tu forte dignitate virginitatis locum tenes infimū: quomodo audebis te cōparare eiq; in humilitate, vel caritate, vel Obediētia forte iuxta summum gradum ascendit? Quid si ille cui te audes præferre, ad tantam perfectionem peruenit: vt non dubitet, imo Deo teste, cui conscientia ipsius nota est, tota mente flagret calicē passionis pro Domino exhaurire? Sic hic fortassis dicis, quia & tua conscientia te tante paratus sis ad tolerandum passionem. Ad q̄ respondemus q̄ non sit quisquam, qui huius virtutis constantia in se veraciter possit agnoscere, nisi re ipsa, atq; experientia doctrice didicerit. Quantos. n. putas in tormentorum acerbitate de fecisse, qui se putabant vsq; ad mortem fortiter perseueraturos? Nō ergo te ipsum iudices, qui te ipsum non agnoscas, cum perfectissimus omnium Paulus dicat, sed neque me ipsum iudico, qui autem me iudicat, Dominus est. Alios quidem multo minus debet iudicare, propter hoc, quod ibidem subditur. Nolite itaque ante tempus iudicare, quod vsque veniat Dominus, qui, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit conscientia cordiū. Vbi sine dubio multi alij opinionem hominum, iudicio Domini cuncta vidētis proponuntur, & postponuntur, qui proponendi falso putabantur. Est autem adhuc ratio valida, quæ ab hac specie iactantia te auocet. Ita enim habes: Est alius alio iustior, alius alio sanctior, & idem nescit vtrum odio, an amore dignus sit, hic suam mentem exerceant optimi quique, & ad exemplum magis timore, & humilitate coacti inclinabuntur ad terram cum habuerint in mente, quod nesciunt, vtrum amore, an odio sint digni. Et verè nesciunt, & ignorant, quid suprauentura pariat dies, imo nec hora, quanto minus sciunt, qualis eorum finis futurus sit, vel eorum qui modo dī mali sunt: Si Iudam proditorem vidisses, cum adhuc erat discipulus, & inter Amicos ejicientem in nomine benigni Iesu: demonia, vidissesque latronem postea cum Christo crucifixum, qui cateenus institueret latrocinij, & homicidij, non dubito, quin latroni discipulum prætulisses: & tamen omnes scimus vtri alter in fine prælatijs sit. Tu ergo u tuam ad tam

tam iam vitæ perfectionem peruenisti, vt miracula opereris: time ne ad extremum, cum ipso Iuda deprehendaris reprobus. Si vero alium quemdam pessimis operibus videas insudantem, ne te illi præferas: quia nescis vtrum exemplo latronis ad vltimum conuertatur, sicut scriptum est: Beatus vir, cui nō imputauit Dominus peccatū. Quod de illis communiter accipitur, qui post scelera sua ad Dominum à Domino conuertuntur, qui considerat qualis quis moriatur. Nullam ergo, & tu iudicare præsumas: nec licet te optimum cuiquam alteri quamuis pessimo præferas, quia tuus, & illius qualis futurus sit exitus, ignoras. Ad terram igitur cum lili flore inclinare, id est considera fragilitatem tuam, quam habes in te, quia terra, & cinis es. Et, Quāto maior es, humilitate in omnibus, carnis munditiam virtute humilitatis inclinans. Quid autem vanius illis, qui se putant habere, quod non habent? Sed certe hac peste omnium hominū genus ferè laborat. Quis est enim, qui seipsum perfectè cognoscat: nisi cui datum est à Patre luminum, à luce vera, quæ illuminat omnem hominem: E celo venit, *patris* id est nosce te ipsum. Nam in cantico Canticorum ipsa sponsa, quæ ad amplexus sponsi anhelabat, quæ senserat vnguentorum talium fragrantiam, de ignorantia sui quodam modo reprehensa est, dicente sponso: Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere à me. Vide ergo quantum malum sit quæuis ignorantia sui, propter quam ab amantissimo sponso meretur repelli. Ad cognitionem igitur propriam redeamus, id est ad terram nostram, si volumus esse vera lilia, & ad sponsi admitti presentiam. Nos ipsos iugiter introspicimus incessanter clamantes ad verum, & benignū Iesum: vt mentis nostræ oculos ad cognoscendum nos ipsos illuminare dignetur.

De numero foliorum lilij.

Cap. XXX.

NVnc ad numerum foliorum ipsius floris, candidissimo flore nostro benigno Iesu nos illuminante, animum extendamus. In perfectis alijs, ipse candidus flos vt plurimum sex folijs constat, per quæ sex causas intelligimus, quæ ad virginitatis munditiam debent animos virginum incitare, quarum nes-

ad vitam præsentem, tres ad futuram pertinent. Tria sunt incommoda in præsentia vita in coniugatis, propter quæ vitæ, virginalis castitas est appetenda. Tria sunt quoque incommoda future gloriæ, propter quæ acquirenda vota virginitas est conferuanda. Præsentis vitæ incommodo duo habemus ex maledictione, quæ in scripta fuit primæ parenti nostræ Eux post transgressionem peccati. Serpens. n. tribus maledictionibus subiicitur, Eua duabus Adâ vni. Serpenti. n. dictum est à domino: Supra pectus tuum gradieris, terram comedes, & mulier conculcabit caput tuum. Eux autè dixit Deus: In dolore paries: & sub potestate viri eris. Adâ vero ait: In sudore vultus tui comedes panem tuum. Maledictiones Eux, & per ipsam omnium mulierum nuptiarum duæ sunt in præsentia expressæ. scilicet in dolore pariunt filios, & sub potestate virorum sunt. Quis & quantum sit dolor parientium mulierum, nullus hominum novit, nisi quæ expertæ sunt. In scripturis autè doloris huius testimonium frequenter inuenimus: quia cum magnitudinem alicuius doloris volumus exprimere, ipsum mulieri parturienti comparare solemus. Hoc enim ipsum Dominus omnium dolorum cognitor cum videret discipulos suos de morte sua nimium contristandos, ipsorum tristitiam mulieris parturientis tristitiam, voluit comparare, dicens. Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: ita & vos nunc quidem tristitiam habetis. Similiter, & beatus Paulus dicit, volens ostendere dolorem eorum, qui in extremi iudicii die imparati inuenientur, ait: Cum autem dixerint pax, & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient. Sæpius quoque in prophetis, & in alijs scripturis de huius doloris magnitudine inueniuntur multa exempla. Sed quia viuorum plura suppetunt testimonia, quæ illud ad experientiam cognouerunt, & viderunt, in his non diutius est immorandum. Sed felices virgines, & vere prudentes, quæ etiam præter commoda temporalia spiritu Domini iungi vicinias elegerunt, spirituales factus, id est bona opera multo melius, vberius, & securius immortalis sponso suo Iesu non singulis annorum spatijs, sed diebus singulis procreantes, amantes eum, in cuius thalamum castissimum duce pudicitia intrauerunt, vel quem potius in sui cordis thala-

num receperunt, eius vocem organicam in præceptis suis, & promissis præmiorum celestium, & loquente sponso suo sibi per obedientiam responderunt, cuius amor castimoniam, cuius tactus mundiciam, cuius nuptiæ virgines faciunt & conferuant. Vere felices, quæ tali viro non solum animi, sed etiam corporis mundiciam consecraverunt.

Cuius commercio sic in animo fecundantur, ut omnium virtutum matres efficiantur, quarum filij in domo celestia æternaliter habitant, & semen operum ipsarum coram sponso suo in sacrum dirigitur. Euadunt etiam virgines Christi maledictionem secundam Eux matris nostræ, & per ipsam omnium maritarum scilicet quod sub viri mortalis potestate non sunt: & in hoc quantum bonum inuenias, quantum malum effugas, diligentius intueri. Super quo Pauli Apostoli sententiam audiamus: Virgo, quæ innupta est, cogitat, quæ sunt Dei: ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Quid acquiritur? Euadit malum non modicum, sollicitudo mundana, quomodo viro placeat. Quantum putas animis virginibus deuotionis augeri, quod libere quædam volunt, & quando debent, nulla impediende cura postunt orationibus, serenisque spiritualibus exercitijs vacare? Quantas habent coniugata, religiose, & Deo vacare volentes, molestias: cum à proprijs viris, quibus eas esse subiectas oportet, prohibentur? Est enim hoc magnum opus coniugij, cum mulieres viris talibus copulantur, qui à bonis earum moribus, & bona conuersatione discordent. Quantas putas esse coniugatas, quæ supplicijs hoc emere vellent, quæ à malorum potestate liberatæ liberam Domino possent seruitium exhibere?

Felices ergo virgines, quæ sponsum suum Christum accipientes, illi se soli subiecerunt, cuius iugum suaue est, & onus leue: eique soli tota, & integra mente placere desiderant, qui sanè est speciosus forma præ filijs hominum non diuidentes mentem suam, ita ut nec ex parte cupiant, & sollicitæ sine placere Deo, nec ex parte placere viro: sed se totas integras reddunt illi, à quo acceperunt, ut essent, & receperunt ut bene essent ipsum munere præterea sponsum suum gratuito acceperunt. Quid poteris largitori tuo digne rependere? Dedit te tibi, quando te creauit, ut esses, reddidit te tibi, cum re-

creauit

creavit, vt bene esses, dedit in viaticum tibi, ne in via deficias, corpus & sanguinẽ suum se verum Deum, & hominem verum. Et tu quid repedes, si pro eo, quod dedit tibi, quãdo recitauit, vicem nequis repedere, quid denique pro eo rependes, quod se tibi dedit? Certẽ si te milles posses repedere, quid esses, tu in comparatione Dei? Repende tamen quantum potes, repende te totã illi, qui se totum tibi, & dedit, & reddidit, & his non contentus, se quoque totum tibi dedit. Dilige hunc tantum te diligentem, & singularẽ dilectum ex tota anima tua, & ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus tuis, quia & cor bonæ voluntatis, & animam rationabilem, & vires adimplenda; quæ bona sunt, ipse dedit tibi. Benedicat anima tua Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, & te dilectionis illius vinculis astringe, vt liberius vacare possis, & videre quam suavis est Dominus, quem si recte gustaueris, ipso te trahente iam nequaquam alterius sub alterius potestatem redigeris. Omnis enim sapiens ad illius se noliet absque seruitio, cui seruire regnare est. Quis autẽ regnare nolit? Vis regnare feliciter? serui benigno Iesu, & regnabis, quia illi seruire regnare est. Sic enim de sanctis legitur, quia cum Christo regnabant in æternum. Quid est regnabunt? Reges erunt. Hoc. n. & Apostolus ait: hæredes quide erunt Dei, cohæredes autem Christi. Reges ergo vere erunt hæredes regni Dei, cohæredes autem regis, Felicissima ergo virgines huius solius iugo subiectæ, quæ seruos suos commutat in reges, quorum regnum nõ mutabitur in æternum. Tertia causa appetendæ virginitatis est carentia multiplicium anxietatum, quæ inenarrabiliter habetur circa pueros nutriendos. Quanta sit hæc anxietas, soli noue parentes. Secundum amorem enim quo afficiuntur circa filios, extenditur sollicitudini magnitudo, quæ amorem exceptis parentibus nulli sciunt. Verum dixit, qui ait: Quis sit amor prolis, toli nouere parentes. Vnde nonnumquam sollicitudinem ipsam in tantum contingit extendi, vt omnes animi vires occupet, & omnibus postpositis solum modo filiorum mentione habeant. Discutrit animus, & vagatur, & percurrit mare, & aridam, nil in expertum se inquit, plurimumque, & corpus miserorum paletum diuerso labore attrahitur, vt filijs pecunia, & possessio comparetur. Nec adhuc quietetur

Oper. D. Ber. Tom. 1 1,

etiam pluribus, quam necessitas exigat conquietis, quia occasione dilectionis filiorum subintrat avaritia, & crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, & nimis hanc optat cum non habet, consequenterque marianatur in miserijs, nec possunt compatii, nec volut misereri, & se ipsos miseriam parentes faciunt indignos ad misericordiam consequendam. Iam vtputo vides, quantum malum facit sollicitudo circa filios habita, & ad quem finem tendunt. Quantum autẽ puras anxietatis adijci etiam bonis parentibus, & maxime matribus, quæ maiori circa filios solent affectu moueri, cum vident vitam filiorum virtutum tramite relicto, vagari per deuia vitiorum, cum diuersis illos affici vident corporum infirmitatibus cum denique tantum ad mortis vident interitũ deuenire. Quis in tantis miserijs locus diuinæ contemplationi relinquatur? Quomodo cor sursum haberi potest ad Dominum tantis grauitatibus oppressum. O quæ beatæ virginis, quarum sponus vltra mori nõ potest, quarum filij, id est virtutes semper viuunt, imo, & ipsas ad vitam perducunt, quarum animus non ad diuersa terrena descendit posteriorum oblitus. Portat iam virgines beatæ in mente suã caelum cum gaudijs quantum homini fas est, quod ipsas præterea est latitum. Iam vagantur per gaudia cælestia, trãscunt singulariter choros beatissimorum spirituum, singulorum chororum officia, singulari spiritali mentis viuacitate perspicunt, & singularium virginum gaudia sibi à rege, & à sponso præparata, libera mentis auditate degittant, nulla filiorum terrenorum sollicitudine remorata.

De Tribus commodis futura vitæ.

Cap. XXXI.

S Equamur, & prosequamur nos in materia proposita tractatu tria comoda future vitæ Christi virginibus singulariter accessura. Beatissimus Iohannes Euangelista in Apocalypsi sua vidit duodecies duodecim multas sanctorum citharædonũ illibate virginitatis in corpore viriditatis inuolata in corde quæ sequuntur agnum, sponsum virginum quocumque, ierit. Ecce virginum primum singulare, per quod quantum folium floris filij designatur, quia sequuntur eam quocumque, ierit. Quo ire putamus hunc agnum, quod nemo sequi cum, vel andeat, vel valeat

XX 3 nisi

nisi vos? Quo inquam putamus eum ire? in
 quæ prata? Illuc astitit, ubi sunt vera gau-
 dia, non gaudia huius mundi vana, insana,
 mendacia, nec gaudia, qualia in ipso regno
 Dei ceteris præstantur, sed à ceteris forte di-
 stincta gaudia virginum Christi, de Christo,
 cum Christo, post Christum, per Christum,
 gaudia propria virginum Christi. Non sunt
 eadem non virginum, id est eorum qui nō
 sunt virgines, quamvis tamen sint Christi.
 Nam sunt alijs gaudia alia, sed nullis talia.
 Sequimini agnum quocumque ierit, quia
 agni caro vique virgo est. Hoc enim in te
 retinuit cum esset in corpore, quod non ab-
 fuit matri: virgo enim ex virgine conce-
 ptus est, & natus virgo de virgine, & post na-
 tivitatem cum virgine matre permansit vir-
 go, auctor & cultos, & amator virginitatis,
 ac remunerator largissimus Dominus Iesus
 Christus. Merito igitur eum sequimini etiā
 in hac vita virginitate cordis, & carnis quo-
 cumque ierit. Quid est enim sequi, nisi imi-
 tari? quia Christus passus est pro nobis, re-
 liquens vobis exemplum, sicut ait Apolto-
 lus Petrus, vt sequamini vestigia eius. Hunc
 in eo quisque sequitur, in quo imitatur, in
 quo multum ad imitandum proponitur om-
 nibus, virginitas autem carnis, non omnib.
 Non enim habent quid faciant, vt virgines
 sint. Sequantur itaque agnum ceteri fide-
 les, qui virginitatem corporis amiserunt, nō
 quocumque ierit, sed quocumque ipsi pote-
 runt. Possunt autem in omnibus virtutibus,
 nisi cum in decore virginitatis inceditur.
 Quomodo enim post eum ibunt itinere vir-
 ginali, qui hic amiserunt, quod nullo modo
 recipiunt? Vos ergo ò virgines eius, ite post
 eum, quæ propter hoc quocumque ierit, se-
 quimini eum, tenendo perseveranter quod
 vouistis, ad dēter facite quod potestis, ne vir-
 ginitatis bonum vobis pereat, cui semel per-
 ditæ, facere nihil potestis, vt redeat. O quan-
 ta cum admiratione, quanto cum gaudio
 videbit vos cetera multitudo sanctorū, quæ
 agnum ad hæc sequi nō potest. Videbit, nec
 inuidebit, & collatando vobis, quod in se
 non habet, habebitur in vobis. Agnus quip-
 pe ille, quem vos quocumque ierit, sequimi-
 ni, nec eos deferet, qui eum non valent se-
 qui, quæ vos potestis, omnipotentem agnū
 loquimur, qui vos præibit, & ab eis non abi-
 bit, cum erit Deus omnia in omnibus, & qui
 minus habebunt à vobis, non horrebunt:
 ubi enim nulla invidentia est, concors est

differentia. Præsumite itaque, confidite, ro-
 boramini, & permanete in eo, quod vouis-
 tis, & reddite Domino Deo vestro vota
 perpetuæ continentie, non tantum propter
 ærumnas præsentis sæculi vitandas, sed mul-
 to magis propter futuræ sacri delicias sin-
 gulares, quas nobis spiritualiter agnus no-
 ster Christus transiens ministrabit. Caueat
 autem virgines Christi, ne pueriliter intelli-
 gant, ita vt solam virginitatē credat sibi suf-
 ficere ad sequendum agnum Dei quocum-
 que ierit. Cum ipse agnus non solum virgi-
 nitatis semitam, sed etiā omnium virtutū
 viam incedat. Oporteret ergo virginem Chri-
 sti omnium virtutū itinere etiam in hac vita
 agnū mansuetissimū imitari, si vult illic ve-
 nire, ubi sine fine eū quocumque ierit sequet.
 Quo. n. possit sequi virgo superba agnum
 in humilitatis viam gradientē, ad quē nul-
 lo modo accedet? Quo mitissimū, iracunda?
 Quo feruentem caritatem, inuidia? Quo lar-
 gissimū, auara? Quo sobriū, ebria? Ambu-
 lat in omni via omnium virtutum agnus, am-
 bulet sic & virgo cupiens agnum imitari. Sit
 mitis, sit humilis, sit caritate feruens, sit lar-
 ga, sit alacris, sit sobria, & imitabitur agnum
 quocumque ierit, denique merebitur ab ipso
 sponso suo audire. Quā pulchri sunt gressus
 tui in calceamentis tuis, & Domina regum
 vniuersæ terræ erit aīa virginalis cuius gres-
 sus cōmendantur in calceamentis. Per cal-
 ceamēta at accipimus exempla mortuorū,
 quia calceamenta sunt de mortuis animalibus.
 Pulchri igitur sunt gressus virginum in
 calceamentis, cum directe sequuntur per
 viam virtutū omnium agnum Christum pro
 ipsis mortuum, pro agno paratæ et ipse vsq;
 ad mortē; & per mortē, si necessū est, sequi
 agnum in omni factō munientes pedes asse-
 ctum suorum exemplis optimi agni Iesu
 Christi, aduersus serpentem insidiantē cal-
 ceo virginali, cum caput serpentis virginali
 pede, ipsius agni adiutorio conculcatur,
 Quintum solum floris liliij quinta causam
 designat, propter quam virginitas est appet-
 enda, illud scilicet, quia cantabunt canticum
 nouum ante thronum Dei, & agni, & præter
 virgines nemo potest dicere, ò felices virgi-
 nes, & ceteris feliciores virgines, quæ affer-
 tis ad illas agni nuptias æternales canticum
 nouum, quod cantabitis in citharis vestris,
 non vtique tale, quale canat vniuersa ter-
 ra, vt dicitur: Cantate Domino canticum no-
 uum,

num, cantate Domino omnis terra, sed tale, quale nemo potest dicere, nisi vos. Audiet tamen, & delectabitur omnis multitudo fidelium vero proprio, & tam excellenti dono. Vos autem, quæ & dicetis, & audietis, quia illud dicetur à vobis, felix exultabitis, & iucundius regnabit. **B** Quis istam felicitatem poterit explicare? imo quis humana mente concipiet tantæ exultationis iubilium? Iam si omnes virgines canticum istud cantabunt, numquid illa virgo virginum primitæria non cantabit? Cantabit vtique, & tanto iucundius, quāto castior ceteris. Præbebitq. toti choro in cantando exemplum, quas ad virginittatis amorem suo incitauit exemplo. Cantabunt ergo virgines in illa iucunditate festiua canticum suum in conspectu agni virginis sponsi sui, à quo vt tale canticum possent concinere, acceperunt. **Q**uam autem? Numquid & ipse agnus non solum aliarum virginum cetum, sed etiam ipsam virginem matrem suam superextollens, à quo habent non solum, vt sint virgines, sed etiā vt sint? Numquid ipse sponsus virginum virgo, virgo optimus non etiam cantabit? imo vere, & ipse cantabit, & iucundissima illa vox verbi Patris æterni, cū omnibus, præ omnibus, & in omnibus audietur. O felicissimum canticum, ò festiuitatem iucundissimam comparatione, & sine caritura. **Q**uis ad illud non anhebet? **Q**uis laborare contemnat, vt illuc perueniat, vbi tantarum virginum canticum nouum audiat, vbi mirabiliter præ ceteris virginibus redundantem vocem matris agni percipiat, vbi & ipsam agnum pijsimum, & dulcissimum melos, totum melleū audiat concinentem? Si enim eloquia Domini, teste Psal. & in ipso corpore mortis existens, vni cupiam tam dulcia sunt, vt mel, & fauam superest: quanta putas ea dulcedine superabundare debere, vbi omnis mortalitas, omnis timor, omnis dolor procul transierunt? vbi amaritudinis nullas relinquunt locos, sed omnes torrente voluptatis diuine potantur inebriati de vbertate domus eius? Maxima omnibus felicitas, canticum virgineum agni dulcissimum audientibus, abundantior tamen virginibus Christi, cum ipso agno cantantibus. Quanta sollicitudine merito custodire debent virgines ora sua, canticum solis virginibus cantandum cantare, & cū omni munditia confertate, non solum ab omni actu polluto, sed ab omni verbo luxurioso, turpi, & uerbi,

iocoso, imo & ocioso. Eruntq. sicut in canticum sponsæ dicitur. Sicut vitra coccinea labia virginum, & eloquium earum dulce. Sicut etiam vitra coccinea sunt labia, quæ semper verbis ardentis caritatis abundant, quibus verbis motus, & cogitationes carnales restringuntur. Per coccineum quippe colorem, caritas, per vitam, qua crines restringuntur, restrictio cogitationum carnalium, quæ per crines figurantur, accipitur. Sponsarum ergo agni, hoc est, virginum Christi labia præcipue decet esse, sicut vitra, & coccinea, vt sermo eorum semper caritate ardeat, passione agni, & sponsi rubeat, qui semper debet esse in corde, semper sit in ore candidus, & rubicundus, dulcis Iesus. Nec timeo talibus de mendacio, quia mentiri omnino nolunt, cum de veritate loquuntur dulcissimo Iesu. Scurrilia vero, turpia, iocosa, & ociosa verba, verbis passionis conuenire nõ possunt. **Q**uid enim utilius, quid amari- **D** us, quid decentius passione Iesu Christi? O dulcissime, atque amantissime Iesu, agne immaculate, candide per innocentiam, rubicunde per sanguinem passionis, quàm iucundum cogitare, quàm salubre loqui de te. Tu enim de te loquentibus præsens mentem dulciter accendis, informas verba, & omnium in te loquentium trahis affectus: curruntq. in odore vnguentorum tuorum donec introducantur à te, rex regum in cellaria tua, bibantq. vinum dulcissimæ consolationis tuæ in iucunditate cordis sui, audiātq. suauissimam vocem tuam dicentem: Bibite & inebriamini charissimi, sentientque indignos amari à te gratis amicissime, & gratissime Iesu Vides ne igitur quorsum tendant verba caritatis, & passionis? **B**eaigne Iesu, cuius nomen quod est super omne nomen, nulli potius nominandum, nulli dulcius sapiendum est, quàm virginibus sacris, sponsis eius: vt numquam ab earum ore recedat nomen dulcissimi Iesu, in quo ipsi agno celestis patris canticum nouum solæ cantabunt. Incipite ergo quantum fas est ò virgines, frui sponso vestro, ipsam semper in ore, semper in corde gestantes: vt fiant ei sicut vitra coccinea labia vestra, & eloquium dulce, vt dignæ habeamini postmodum osculari ab osculo oris eius, & ab ipso introduci in celestem thalamum. Sexta & vltima causa propter quam virginitas est appetenda, sexro folio floris lilij designatur. **O**stenditur enim **E** uobis, quæ sit hæc causa testimonio istarū di-

centis: Eunuchis, id est virginibus meis dabo in domo mea, & in muro meo locum nominatum multo meliorem, quam filiorum, atque filiarum: nomen æternum dabo eis, quod numquam deficiet. O sublime meritum virginum, ò gloriam excellentem, ò præmium spirituale, legant, & intelligant, memoriæque commendent verbum hoc, verbum bonum, & suave virginibus omnes, parvi pariter, & puellæ gaudeant, & perseveranter currant, qui iam continentiam voverunt, donec comprehendant. Audiant qui nondum voverunt, & delectentur in altitudine præmiorum, vt voveant etiam ipsi votum castitatis castissimo Iesu, vt semitam virginittatis altissimam, & arduissimam apprehendant, per quam incedentes brauium accipiunt nominis sempiterni, & locum multo meliorem, quam qui filios, & filias ex se generaverunt, incolere mereantur. Quid per hoc designatur nomen, quod Dominus promittit se suis daturum virginibus? Vtique gloria propria, excellensque significatur: quæ erit virginibus non communis cum multis, quamvis in eodem regno constitutis. Nam ideo fortassis nomen dictum est, quod eos quibus datur, distinguit à ceteris, sicut homines proprijs nominibus distinguuntur. Licet enim omnes ad vitam æternam prædestinati in vno regno sint æterni, & vno Deo fruituri: tamen sicut ait Apostolus: Stella differt à stella in claritate, sic resurrectio mortuorum: hæc sunt merita diversorum sanctorum. Nam sicut commune est omnibus syderibus esse in caelo, & tamè alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum, sic in ipsa vita æterna distinctè fulgebunt lumina meritorum: In domo autem patris æterni mansiones multæ sunt, vbi non vivet alter altero prolixius, quia omnes habebunt vitam æternam: In multis autem habitationibus honoratur alius alio iarius. Quanta putas ibi gloria fulgebunt virgines Christi, cordis simul, & mentis puritate Christum sequentes? Quis sanctorum chorus melius lunæ comparatur, quam virgines? Solæ sequentur solem in vita Christi, vt agnum Patris, quocumque terit: vnde & solæ illi similes sunt, atque simillimæ. Honorantur ergo præ ceteris in eodem regno existentibus splendore quidem excellentiori, sicut lunam videmus præ ceteris sideribus præminere, possit sebuatque in domo Domini locum meliorem multo quam cetero-

rum filiorum, & filiarum, qui virginittatis merito non sunt insignes. Pergite itaque sancti Dei pueri, & puellæ, matres, & sœminæ, cœlibes, & innuptæ, pergite perseveranter vsque in finem. Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis vberius; sperate felicius, cui fecistis instantius; amate ardentius, cui placetis attentius. Non sint in vobis incentiva vlla vitiorum, sed totum hominem vestrum vestro sponso consecrate simul, & conservate specioso forma præ filijs hominum. Non conspiciatur in virginico corpore vestro improbus vultus, non vagi oculi, non in frenis lingua, non petulans risus, non scurrilis iocus, non indecens habitus, non tumidus, aut fluxus incessus. Iam non redite malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Iam postremò ad illud dilectionis mensuram accedite, vt ad imitationem sponsi vestri ponatis animam pro fratribus vestris. Hæc enim addita virginittati angelicam vitam hominibus, & castiores exhibent terris. Sed quanto maiores estis, tanto humilitate vos in omnibus, vt coram Deo inveniatis gratiam; qui superbis resistit, qui se exaltantes humiliat, qui inflatos per angustam portam non traiecit. Nulla sit superflua sollicitudo, vbi sevet caritas, non desit humilitas. Si ergo nuptias contempseritis filiorum hominum, ex quibus filios hominis gigneritis, tanto magis corde amate filium hominis speciosum forma præ filijs hominum. Inspicite pulchritudinem amatoris veri, & hoc ipsum, quod in eo deridet est superbi, inspicite quam pulchrum sit interioribus luminibus. Inspicite vulnera pendens, cicatrices resurgens, sanguinem morientis, precium, & commercium redimentis. Hæc quanti valeant cogitare: hæc in latera caritatis appendite, & quidquid amoris in nuptias vestras impendendum habetis, illi rependite qui non pulchram carnem, sed interiorem vestram pulchritudinem querit, qui vobis dedit potestatem filios Dei fieri. Videte autem quanta securitate amatis eum, cui displicere falsis suspicionibus non timetis. Vir & vxor inuicem se amant, quia in se manifestè videm signa caritatis, sæpe tamen de se aliquid mali inuicem suspitantur, quia sua occulta inuicem non conueniunt. Non ita est de amore vestro dulcissimo Iesu, ac desiderabili in quo nihil inuicem, quod reprehendere possitis; nec vobis timendum est, quod falso

aliquid mali de vobis suspicetur, qui renes inuictur & corda. Si ergo magnum amorē coniugibus deberetis, quantum amare debetis eum, propter quem coniuges habere noluitis? Totus vobis figatur in corde, qui pro vobis crucifixus est in cruce: semper habentes in mente, quam vobis exhibuit caritatem, qui vos sibi inuolatas tam in corpore, quam in anima conseruauit, quantum tam vobis, & quam specialem gloriam præparauit, quas sic sublimauit. Specialem inquam gloriam, specialem coronam donauit vobis in celis, quam nostri maiores aureolam appellant, quam idcirco ab auro ætlimo nominant: ut ipsum coronæ nomen quæ dabitur vobis in præmium virginitatis, in sinuet excellentiam gloriæ virginialis. Quid inquam dabitur sacris virginibus, Christi? Ceteris sanctis, ut præmiant, sicut aurum cetera metalla præcellit. Dicit enim Isaias in die illa erit domus corona gloriæ: & fertur exultationis residuo populi sui. Attende, quod corona fit de auro, & de lapidibus preciosis: fertur de floribus, puta rosis, violis, & huiusmodi. Attende quam magnum est ipsum Deum habere pro corona, & virgines non tantum habebunt Deum pro corona, id, quod est commune omnibus glorificatis: sed habebunt pro capillo florido exultationis prærogatam spiritualis excellentiæ, quæ in virginibus in patria cælesti apparebit. Quid autem est ille locus multo melior quam filium Dei? Quid illud nomen æternum? Quid aureola? magnū est valde, & inexplicabile inexpertis, & propterea cum magna auiditate currendum, cū magna fortitudine perseverandū est eis, qui soli fruedo poterunt hoc experiri. Sed quia commemorando gratiam specialem virginibus à sponso suo gratis concessam, & gloriā specialem ab ipso quoque nihilominus in celis virginibus præparatam: ad speciale dilectionem sponsi cælestis benigni Iesu animos virginalis mundiciæ, prout ipse virginis, & dilectionis auctor largiri dignatus est, incitare curamus, secundum ordinem prosequendo de dilectione proximi, sine qua Dei dilectio non subsistit, pauca quæremus annectere, quia in his duobus mandatis tota lex pendet, & prophete.

De dilectione proximi, & sex operibus misericordiae. Cap. XXXII.

Flosculi igitur aurei coloris numero sex, qui in medio floris albi in lilio consistunt, caritatem erga proximum habendam figurant: quæ in sex operibus caritatis, quæ & opera misericordiæ nominantur, consistit. Caritas ergo, quæ ociosa esse non potest, vbi cumque est, se operibus ostendit. Sicut beatus Gregorius dicit, Probatio dilectionis exhibitio est operis. Et ille specialis dilectus Domini Ioannes ait: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clausit viscera sua ab eo: quomodo caritas Dei manet in eo? Si enim fratrem suum, quem videt, non diligit, Deum, quem nō videt, quomodo posset diligere? Opera autem misericordiæ, quibus caritas Dei demonstratur, curauit ipsa veritas explicare, ostendens se de ijs solos iustos in die extremi iudicii laudaturum, & propter horum defectum reprobos damnaturum, dicens: Cui non venerit filius hominis, & sederit in sede maiestatis suæ, & stauerit iustus à dextris suis, & reprobos à sinistris, dicit ipse rex his, qui à dextris eius erant: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est. Esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes, & collegistis me: nudus, & cooperulistis me. Infirmus, & in carcere, & visitastis me. Quia quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Tunc dicit his, qui à sinistris: Ite maledicti in ignem æternum. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me, infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Quia non fecistis vni ex minimis meis, nec mihi fecistis. Ecce opera misericordiæ de caritatis radice procedentia. Considerandū est, quantum sint dignitatis, quæ sola in districto examine laudari merentur, quorū dignitas in colore aureo flosculorum lilij designatur. Nihil valet alibi floris mūditiā, hoc est, virginalis puritas sine operibus caritatis. Sed quid dicimus de his, qui propter defectum terrenæ substantiæ, hoc operibus implere nō possunt, siue adhuc in sæculo commorentur, siue renunciantes sæculo, & omnibus, quæ possidebant, nihilum Christi nudi secuti sunt. Numquid hi omnes

ad honorē spōsi cœlestis debet inferre: quia si gloriam propriam quæserit, lampadē, id est purum corpus nō habebit: sed oleo laticitæ spiritualis, & igne caritatis carebit. Scimus autē, quod illis virginibus dicturus sit sponsus, quæ lampades habebunt sine oleo, verbum horribile, non solum auditu, sed & cogitatu. Nescio vos. O verbum asperum. Libera nos Domine Iesu dum adhuc tēpus est liberandi nos pauperes peccatores à laqueo venantium: ne postmodum illud verbum asperum audiamus. Scimus, quod aduersarius noster serpens ille astutissimus innumerabiles, & subtilissimos laqueos nobis obtrahit, vt quos a bonis operibus non potest auertere, prauis suggestionibus de bonis factem faciat operibus gloriari. Et quomodo putas eum fremere, quomodo stridere dentibus suis, cum videt virgunculas teneras à primis infantia suæ rudimentis regnum mundi, & omnem ornatum sæculi contemnere, & tam altam semitam virginitalis ascendere? Quantas illum putas insidias tendere vel radici, vel trunco, vel folijs albis, vel flosculis aureis lilij virginalis: vt inducat eas in aliquo bonorū operum querere gloriæ propriam, ne ad virginitalis summæ apicem pertingant? Sed virgo Christi semper respiciat in faciem sponsi sui: vt omnia faciat propter eum, omnia ad ipsum referat, in omnibus quærat ipsum, dicens cum ipso: Ego gloriam meam non quero: sed honorifico Dominum meum, & ipse honorificabit me, quia ipse solus susceptor meus, & gloria mea, qui exaltabit caput meum. Dulcis Iesus Si quis virginum sic loquetur, sic ager: erit perfectum lilium, & florebit in æternū ante Dominū, & in Domino suo, & in sponso suo, & Dominus suus, & spōsus suus florebit in ipso, qui in hortū Ecclesiæ suæ descendit: vt taha lilia colligeret. Hæc autem per quemdam excessum de flore lilij spiritualis quo præcipue floret vitis, & vita Dominus Iesus. In gratiam virginum ad quorum notitiam hunc tractatum credimus venturum, diligentius tractare studuimus: vt hic inueniant cōpendiose, & facilius memoriæ cōmendant, tanto audius legendo, quanto breuius quod ab alijs sanctis patribus diffusus est tractatum: & multis grauius disputationibus aggrauatum, quod propter difficultatem à simplicium virginum simplici intellectu non potest comprehendere. Nec timeamus linguas detractorum dictum nos

vniformitatem materiæ non seruasse, qui à tractatu vitis in tractatum lilij ceciderimus, cum pro certo sciamus nos à caritatis benignitate Christi nimirum virginum sponsi excusandos cui in hoc tractatu confitemur, sicut intelligimus, subseruisse, in cuius manu sumus & nos, & sermones nostri, quem vt firmiter speramus in huius materiæ tractatu securi sumus nō gloriā doctorum, sed fructum discipulorum requirentes. Verumtamen quantum intelligo non magis floret vllō aliquo flore vitis nostra, non alterius alicuius floris tam attrahit fragrantiam quā huius lilij, id est virtutis virginalis, cuius amore tot adolescentulæ attrahunt tam liberaliter currunt in odorem vnguentorum sponsi, voce simul, & opere clamantes. Trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorū curremus. Quid enim amant tot virginum milia mundi illecebras spernentia? quid, inquam, amant in sponso suo cuius virtutis delectatione attrahuntur, quā odorem lilij, id est amorem virginitalis? Licuerit ergo nobis hunc florem potissimum in vite nostra commendare, quo nullus preciosior, nec speciosior est in ipsa vite. Nunc autem ad alios compendiosius tractando transicamus.

De rosa rubente, & ardente,
Cap. XXXIII.

Floret in vite nostra benigno Iesu nihilominus rosa rubens, & ardens. Rubens sanguine passionis, ardens igne caritatis, roseida effusione lacrymarum dulcis Iesus. Fleuit enim & cōtristatus est propter me gaudium meum, imo gaudium angelorum, dominus Iesus, qui vt ait Apostolus, in diebus carnis suæ offerens vota, & supplicationes ad eum, qui possit saluum facere eum à morte cum clamore valido, & lacrymis exauditus est pro sua reuerentia. Audis cor non carnum, sed lapideum illum magnum Iesum, & optimum in diebus carnis suæ quam pro me redimendo assumpserat, lacrymis immaduisse, & adhuc audum permanes? O cor durum audis commoueri pro me ad lacrymas illum, qui in æternum stat, & non commouebitur: nec adhuc tu ad lacrymas commoueris? Addam & ignem caritatis, & passionis sanguinem, si forte caueas, si emolliaris, vt dulcissimo Iesu pro lacrymis suis, & sanguinis effusione solas saltem lacry.

Digressio
sponsi à
vite ad
lilium
ratio.

E

D

lacrymas rependas. Adhuc addam, & malleum grauem, & cuneos ferreos incutiam tibi, vt icindaris. Nam si tu cor sicut terra sine aqua exhauries, vtq; vel leuiter posses emoliri solis perfusum lacrymis lacrimantis Iesu. Si autem a facie frigoris iniquitatum induratum es in rigorem lapidis, addo instrumenta fortia malleum crucis, & cuneos clauorum ferreorum, vt illis tibi incussis scindaris, & fontem lacrymarum salubrem effundas. Quod si nec adhuc commoueris cor durum, & impetres, durius es silice, q; in deserto a Moyle bis percussus virga, emisit aquas largissimas: praesertim cum malleus crucis Domini validior sit ad feriendum, quam virga Moysi, & tres clauus ferrei tibi incussu efficiendae esse debeant ad aquam lacrymarum eliciendam, quam percussio virgae Moysi geminata. Si vero & adhuc permanes inconciliatum, eo quod in adamantis duritiam sis conuersum, qui solo haec sanguine potest molliri affero tibi hedi pariter, & agni incontaminati optimi Iesu sanguine copiosum calore incomparabilis caritatis feruentem, qui sua torritudine illum adamantinum parietem inimicitiarum positum inter Deum, & hominem omnino comminuit & disloquit. Hic paries per tot annorum milia durauerat, nec lege, nec prophetis ipsum diuersorum praceptorum, comminationum, & comminationum malleis percussentibus aliquo modo fuerat comminutus: sed accedente sanguine hedi, & agni nostri benigni Iesu, non tantum perforatus, sed & destructus est. Dicitur autem & bonus Iesus, & purissimus esse hedi qui est mundum animal: quia carnem nostram gestabat plenam in nobis immunditatis peccatorum: in ipso vero nihil habentem. Propter eximiam vero munditiam agnus est, qui non solum non habet peccata, sed totius mundi tulit peccata. Huius ergo hedi, & agni copioso sanguine cor adamantinum inungere, & immergere, re, iace in illo, vt calenas calefactum emoluias, emoluitum vero fontem lacrymarum effundas. Copiosa autem aqua opus est, vt reficiatur populus meus & iumenta.

G Est autem populus meus, motus animi mei rationales quarentes ea, quae tantum spiritui meo conueniunt, habeo & iumenta nempe alias cogitationes, quae circa carnem occupantur, quae animae tenentur seruitutem impendere, vt iumentum quas utrasque cogitationes decet refici fonte lacrymarum,

ne in via vitae huius deficiant, vel a recto itinere declinent: vt quod bonum est in eis confortetur, & sordidum abluatur, quae virtus utraque in lacrymis inuenitur. Quam ergo mihi, & vnum inueniam fontem lacrymarum in lacrymis, in cruce, in clauis, postremo & in sanguine rubicundi Iesu. Legam ergo, & intelligam, quantum ipse annuerit, ruborem carnis, & animam dilecti ex dilecto amatissimi Iesu. Rubuit enim in utroque, id est tam in corpore, quam in anima: in carne ex natura, quia naturaliter omnis caro rubea est, nec minus sanguine passionis, quo carnem suam caritate nostri compellentem, tam crebro, tamque copiose perdidit, quas sacratissimi sanguinis effusiones in superioribus frequenter meminimus nos explicasse. In his igitur minime immorandum, ne lectori fastidium generetur. Sed qui nisi totus caro, & sanguis, & qui in se nil habebat spirituale, sanguinem istum fastidiat. Quis volens se de sanguinibus contractis liberari, istum purissimum saluberrimumque sanguinem Iesu purissimi non affectet? Quis semel isto dulcissimo sanguine inebriatus, quem parauit in dulcedine sua pauperi Deum, non magis ac magis sitiat audiens veram vocem sapientiae Dei, unigeniti Patris, optimi Iesu dicentis. Qui edunt me, adhuc esuriunt: & qui bibunt me, adhuc sitiunt? Si verum est, imò quia & verum est humano sanguini praeter cetera tantam naturaliter inesse dulcedinem: vt quum à bestia qualibet semel gustatus fuerit, illum de cetero semper gustare desiderat, ita vt alijs animalibus postpositus sanguini infidantur humano, & in mortem suam corruant pro illo acquirendo. Quantum in se credis habere dulcedinis sanguinem filij hominis Iesu Christi? Ecce sitiunt irracionales bestiae sanguinem hominis, & non sitiam ego sanguinem filij Dei? Bestiae quanto plus gustauerint, tanto plus sitiunt sanguinem humanum: & ego fastidiam sanguinem Dei, & hominis benigni Iesu? Bestiae corrunt in mortem suam dulcedine sanguinis humani attractae. Ego non festinabo ad vitam meam, & sanguinem rubicundi Iesu, & candidi? imò vere festinabo, eum, & bibam. Eum absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & mel: quae nobis sapientia patris altissimi benignius miscuit in cruce cordis sui nimirum sanguinem suum, precium vitae nostrae. Propeate mecum,

cum, qui diligitis Dominum: emite nō corruptibilibus auro, & argento: sed commutatione morū, & conuersationis vestrae viuam & lac sanguinem illum dico purissimū, preciosissimū inebriantem perfectos, & vinū & lac paruulos nutrentem. Si perfectus, si fortis es: vinum est tibi sanguis iste, sanguis meracissimus. Si adhuc infirmus es, & cui opus sit lacte, lac est tibi ad nutriendum te. Bibe ergo sanguinem hunc meracissimū fide, memoria, & intuitu spirituali. Ecce sub compedio, iterumque reduco tibi multiplicem sanguinis effusionem largissimi Iesu: qua rosam passionis, & caritatis suae rubricauit. Charitatis quidem illius ardore humanus comprehendere non sufficit intellectus, nisi quantum ex passione ipsius, quae cunctis apparuit, comprehendit.

De rosa caritatis. Cap. XXXIII.

Verumtamen prius de rosa caritatis, quam de rosa passionis videamus. Ardorem rosae caritatis perpendemus: si diligenter videamus, quis, qualis, quantum, quare amauiet amator misericors, & mirabilis. Amator noster est ille, quo nihil maius nihil ditius, nihil fortius, cui omnis spiritus confitetur, quoniam Deus meus es tu, quia bonorum meorum nō egesset. In hoc breui uersu comprehenditur quis amator noster sit quis Deus & quare amauiet ex verbo sequenti elicitur, videlicet non ideo amauiet nos, ut aliquid nostri acciperet, qui bonorum nostrorum non eget, sed gratuita gratia sua. Quod si et in nobis esset aliquid boni, quod ille appeteret, non hoc à nobis, sed ab illo haberemus. Quomodo autem amauiet nos amator noster, exponit ille, qui ait. Cū adhuc, & inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Iustus enim iniustus, solus bonus, & p. u. peccatores & impios adamauiet. O quanta dignatio. Iam vero quantum amauiet, videamus. Quis hoc sufficienter dicat?

De rosa passionis. Cap. XXXV.

Ecce in expositione huius uerbi necessarium habemus, rosam passionis rosae caritatis coniungere: ut rosa caritatis passione rubescat, & rosa passionis igne caritatis ardeat. Tantum enim dilexit nos dilector no-

ster, ut caritatis ardore cogente ruborem passionis incidere, traderetque in mortem animam suam, mortem autem crucis, non breuiter transeuntis, sed à principio ortus sui usque in finem mortis durissime, perdurantis. Sicut etenim superius vestrae commedauimus caritati, crux optimi Iesu Christi, non tantum fuit unius diei, sed tota uita illius crux fuit, & martyrium. Omnia ergo quaequae passus est Dominus in diebus carnis suae, ad ruborem utique passionis pertinent rosa passionis, quamuis effusionibus crebris sacratissimi sanguinis ipsius specialiter fuerit rubricata. Sed quia omnia, quae passus est enumerare non possumus, sanguinis effusiones salutiteras nos non pigeat iterare: ut quae iugiter sunt memoranda, tenaci memoriae arctius imprimantur.

De septem effusionibus sanguinis uitis nostra Iesu Christi. Cap. XXXVI.

Primam sanguinis effusionem legimus in circumcisione, quando nomen eius uocatum est Iesus, iam tunc mystice significando, quod effusione sanguinis sui futuris nobis esset uerus Iesus id est saluator, audiant, & intelligant tam pueri teneri, quam puellae, & frequenter eorum mentibus inculcet matrum martyrium innocentis Iesu. Vnde & Isaias de natuitate eidem Iesu Christi loquens, Puer, inquit, natus est nobis: & filius datus est nobis. cuius imperium super humerum eius, crucem, quam imperij nomine significauit natuitati statim adiungendo, quia profecto à natuitatis exordio passio crucis simul exorta est. Nō modicum, n. pertinet ad commendationem rubicundae passionis, quod saluator noster in alieno loco, in media hyeme, in medio noctis, in stabulo diuersorij ex matre paupercula natus est, licet ibi sanguis eius effusus nō fuerit, quod tā paruo temporis intervallo, i. septem dierum spatio secutum est. O quanta caritas. O quanta commendatio caritatis. Vix natus est celi gloria, celi diuitia, caeli deliciae, dulcis Iesus: & ecce recenti ortui crucis ignominia, crucis dolor, crucis paupertas copulatur, sed redemit miseriam crucis, imperij nomē uerū. Cruce etenim totū mundū, simū, & inferos subiugauit qui regnauit à ligno fortis Iesus: p. p. n. cruce, ad quam humiliat seipsum factus obediens, exstitit illū Deus Pater, & dedit illi nomen,

M nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & inferorum. Bene ergo in prima effusione sanguinis agni purissimi aptatum est ei hoc nomen Iesus, eo quod iam tunc puram saluationem sanguinis fundere inciperet, qui in completionem salutis nostrae totus erat effundendus.

Secunda effusio sanguinis.
Cap. XXXVII.

Secunda sanguinis effusio Iesu Christi, qua passionis rosa coloratur, inuenitur in sudore sanguineo orantis, & agonizantis benigni Iesu. Ita enim ait euangelista: Et factus in agonia prolixius orabat: & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Ut cessent omnes ceterae sanguinis purissimi effusiones: numquid haec sola non poterit rosam nostram sufficienter rubricare? Vere potest conscindere cor meum miserum, & sanguineis lacrymis madefacere: quia ecce creator meus pro me sanguineo cruore perfunditur, nec leui quidem, sed decurrente in terram: nam misero cordi, quod tali, & tanto sudore non madescit perfusum. In spice tribulationem ipsius mitissimi cordis qua angebatur, cum totum corpus ex omni parte sanguineo sudore manaret. Neque enim corpus extrinsecus tanto taliq; sudore deflueret: si corpus extrinsecus nullius doloris molestia siangeretur. Contrarium est cor meum in meipso, ait propheta. Scisso igitur corde interius, scissa est, & exterius pellis nostri Salomonis: effusus est sudor sanguineus super terram. Rubricata est rosa passionis, & caritatis Christi rubicundi Iesu. Ecce quam rubicundus, & quam totus rubicundus: nec vacat à mysterio ista sanguinis Iesu effusio generalis. Sudauit enim toto corpore sanguinem, qui nostras venerat tollere infirmitates ex corpore nostro, & sanguine contritas: ut ad conualescentiam, & sanitatem totius corporis, spiritualisq; Ecclesiae sufficeret sudor sanguineus ab omni parte corporis, capitis scilicet nostri Domini Iesu Christi effusus. Libertati ergo sumus de sanguinibus Deo gratia sit auctori salutis nostrae benigno Iesu, qui suum pro nobis sanguinem liberalissime effudit. Vel hoc certe significabat sudori sanguineus à toto corpore capitis nostri effusus, quia in toto corpore suo spiritali quod

est Ecclesia, sanguis erat martyrum effundendus, & Ecclesia rubricanda.

Tertia sanguinis effusio.
Cap. XXXVIII.

Tertia sanguinis effusio fuit in vellicatione genarum, cuius testimonium habemus in Prophetia dicente ex persona ipsius crucifixi, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Quod quidam exponunt de laceratione maxillarum facta cum unguibus impiorum Iudaeorum: quidam autem de contractione barbae Domini. Potest utrumque fuisse verum. Credo non sine aliqua sanguinis effusione id peractum. Video ergo sacrilegas manus impiissime gentis non saturatas colaphis, & alapis, & conspuitione desiderabilis vultus Christi: sed etiam ad genarum ipsius vellicationem exaruisse, & à vultu quoq; dulcissimo ad rubricationem rosae nostrae sanguinem elicitum. Video agni illius immaculati patientiam admirabilem, & imitandam, per quam genas pudicissimas impudicissimorum unguibus lacerandas cum omni mansuetudine praebuit: ut patienter sufferamus, si aliquando nostram faciem operiat confusio propter ipsum, imò & si quis nos cedat in faciem verberis, & factis propter dulcem Iesum.

De quarta effusione sanguinis.
Cap. XXXIX.

Quarta sanguinis purissimi effusionem in corona inuenire possumus in corona spinica non tamen leuiter imposita, sed inuide impressa capiti dulcissimo capitis mei dulcis Iesu. Satis enim consentit veritati: ut qui oderant veritatem, non solum opprobrium illius, sed supplicium requirant. Nec hic puto quidem riuos sanguinis defuisse, qui à capite in visoriam, & inuide coronato, defluerent in collum simul, & in faciem dulcis Iesu, quia si nolissent coronato poenam simul cum iurisdictionibus irrogare, facilius de alijs ramis, vel virgulis arboris alicuius potuerant plexisse coronam: sed ut maiorem suorum aculeos demonstrarent, nunc gloria, & honore coronatum, tunc spinarum aculeis coronauerunt agnum mitissimum, dulcem reum. Et licet in irrisione curarent: tamen ignorantes.

tes, & irridentes coronatum regē fatentur, quia regum est coronari. Coronatus ergo rex esse à nescientibus demonstratur. In spinis vero coronantium malitia aperitur. Moralius autem docemur imitari caput nostrum, regem, & ducē nostrum dulcē Iesum. Si autem malorū quorumlibet peruersitate compungimur, & iridemur, cum caput nostrum, ita compunctum, ita irritum conspexerimus, nō murmuremus, non recalcitremus. Pauca, quæ nobis in vita præsentī, & breui inferuntur, cum omni æquanimitate, & patientia sufferendo: vt digni simus esse membra capitis nostri, & boni bellatores simus sequendo vestigia signiferi nostri.

De quinta effusione sanguinis.

Cap. XL.

Quinta rubricatio rosæ inuenitur in crudeli flagellatione mansuetissimi agni rosci Iesu. O cum quanta quantitate putas illum sanctissimū sanguinem, & conscisso corpore, & flagellato distillasse in terram? O quanta putas sæuitia impiorum frementium, quanto fremitu sæuentium flagellatum putas fuisse dulcem Iesum, qui venerat, at nos à flagellis liberaret æternis? Sine causa, inquit, flagellis ceciderunt me. Vege sine causa, nisi forte miserimi, & peruersi bona opera tua penis digna iudicarent, qui veritatem tuam in mendacio detinuerunt.

Sed & hęc moraliter erudimur, vt flagella benignissimi Patris nostri discamus æquanimitate tolerare, qui pessimorum flagella pro nobis indigne tam patienter sustinuit dulcis Iesus. Quis enim flagella non sufferret homo ad laborem natus, in peccatis nutritus, & conuersatus, hæreditati cælestis aulæ destinatus, quæ non nisi mundos recipit: cum videat regem omnium regum, & Dominum committantium dulcem Iesum: qui peccatum non fecit, & in cuius ore non est dolus inuentus, tam grauibus flagellationibus esse contritum? Audi ò homo stultè, & insipies, & erudire, & non solum non refuge, sed etiam apprehende disciplinā, ne forte quandoque pereas de via iusta Domino tibi irascente, qui proprio filio suo non peperit, sed propter te tradidit flagellandum. Non peperit filio suo naturali, & consubstantiali sibi, coæterno, & impassibili, quin pro salute tuā ipsum fecerit nasci in tempo-

re, & passibilem, & flagellis contereret, sicut scriptum est, Dominus voluit eum contere in infirmitate. Et quomodo parceret tibi filio adoptiuo, cum sensus tui proni sint in malum? quia in chamo, & fræno maxillas tuas constringet, vt saltem vexatio det tibi intellectum: quatenus ad ipsum approximare cogaris, qui licet molestè, salubriter tamen flagellat omnem filium, quē recipit.

De sexta effusione sanguinis.

Cap. XLI.

Sexta effusio sanguinis, quæ rosam passionis rubricauit, in fossione clauorū copiosissime inuenitur. Quis enim defossis, imo & de perfossis manibus, pedibusq. innocentis Iesu copia sacrat, sanguinis dubitet effluxisse? In torrentibus huius sanguinis rosa nostra purpurata est: quia vere hic ardentissima caritas. hęc rubicundissima passio inuenitur. In hæc magnitudine passionis magnitudinē cōsideretur caritatis: ardorē rosæ, caritatis ruborē considera passionis. Quis vniquam tam grauiam, tam pudendam passus fuit? Deus est, qui patitur, nec aliquis sibi durum torcular passionis alleuiat, qui seruis suis, vel omnino auferre, vel alleuiare, vel breuiare vires tormentorum consuevit: Non peperit sibi, qui suis parcere nouit. Huius rei euidentiā vides in Euangelio Ioānis, vbi cum ab his, qui ad ipsum venerat capiendum, ei diceretur: quod ipsum quærerent, subiungit. Ego sum, quem quæritis: Si ergo me quæritis, sinite hos abire, O ardor verissimæ caritatis. Manifestat, & tradit se caritas ipsa sæuicibus inimicis, non parcens sibi, rogatque pro suis, vt parcatur illis. Captus ergo post plurimas illusiones tam Iudeorum, quam gentiū, post sanguinis plures effusiones, clauis immitibus, manibus simul, & pedibus perforatur, & configitur ligno crucis saluator noster, mitissimus Iesus. Intuere, & respice rosam passionis sanguineam, quomodo rubet in iudicium ardentissimæ caritatis.

Contendunt passio, & caritas: illa vt plus ardeat, ista vt plus rubeat. Sed mirabiliter per ardorem caritatis sit passio rubea, quia si non diligeret, non pateretur: & in passionis rubore, maxima, & incōparabilis ostenditur caritas. Sicut enim rosa per frigus noctis elausa, solis ardore surgente tota aperitur, & folijs expansis in rubore demonstrat ardorem

ardorem iucundum : ita flos cæli deliciosus, optimus Iesus Christus, qui multo tempore à peccato primi hominis, quasi in frigore noctis clausus fuit peccatoribus, nondum plenitudine impendens: tandem plenitudine temporis accedente radijs, scilicet ardentis caritatis in omni corporis sui parte apertus est, & rosæ caritatis ardor in rubore sanguinis effusi refulsit. Vide ergo quomodo hoc flore rosæ floruerit optima vitis nostra, rubicundus Iesus. Vide totum corpus, sicut ubi rosæ sanguinæ florem non inuenias. Inspice manum vnā, & alteram, si florem rosæ inuenias in ytraque. Inspice pedem, & vnū & alterum. Numquid non roset? Inspice lateris aperturam: quia nec illa caret rosā, quamuis ipsa subrubea sit propter mixturam aquæ, quia sicut narrat Euangelista. Cū vnus militum lancea latus eius perforasset: **G** exiit sanguis, & aqua. Ipse est enim, qui venit per aquam, & nō per aquam solum, sed per aquam, & sanguinē optimus Iesus Christus. O suauissime vniuersorum Domine, & saluator bone Iesu: quales tibi condignas gratiarum referre potero actiones? Quia à principio ortus tui, vsque ad mortē durissimam, imo & post mortē pro me preciosissimum sanguinem tuum effudisti, qui ardorem excellentissimæ caritatis tuæ tā crebris sanguinis tui effusionibus manifestare curasti. O quam multo numero foliorum multiplicata, & exornata est rosa tua. Quis omnia ista enumeret? Numerata guttas sanguinis effusi de dulcissimo corpore dulcissimi Iesu, & habebis passionis caritatiuæ folia enumerata. Singulæ enim guttæ sanguinis sui folia sunt rosæ sanguinæ passionis ipsius. Sed ideo ad alia transeamus, quia septimam sanguinis dominici effusionē tam breuiter diximus, cum de apertura lateris doceremus, vnde exiit sanguis & aqua, per quæ baptismatis accepimus sacramentum.

De croco abstinentia vitis nostra.

Cap. XLII.

C Rocum etiam abstinentiæ in nostra vite, dulcissimo Iesu Christo sentimus floruisse. Quis non propterea abstinens fuerit, vt castigaret corpus suum, & in seruitutem redigat: ne forte reprobus efficiatur? Sed vt nobis formam daret, & documentū abstinentiæ sicut in circumcisione, & baptismo, quæ nō

ad emundationem suam accepit, qui semper fuit mundissimus, & omnium emundator: sed vt obedientiæ nobis formam iustitiæque donaret: sine dubio virtutem habuit abstinentiæ rex virtutum, & præ omnibus sanctis præteritis, & futuris excellentius semetipsum macerans non necessitate, sed voluntate. Sed obijcitur nobis sententia de verbis ipsius Domini saluatoris de se dicentis. Venit ad Iudæos Ioannes Baptista non manducans, neque bibens, & dixistis, demoniū habet. Item venit filius hominis manducans, & bibens, & dicistis. Ecce homo vorax, & vinaris, a micus publicanorum, & peccatorum. Ecce testimonium veritatis; quod Ioannes non manducauit, neque bibit: & ipse Iesus, & manducauit, & bibit. Numquid ergo Ioannes in abstinentiæ virtute præcellit nostrum dilectum Iesum? Nequaquam. Sed notandū, quod duplex est abstinentiæ virtus. Vna intus in mente, altera foris in actu. Et ea quædam, quæ in mente est, semper est habenda. Ea vero, quæ est in actu, rerum ac tēporum qualitate manifestanda est. Bene autem Ioannes, qui purus homo erat, abstinentiā tam in mente, quàm in corpore exercebat: ne forte contaminaretur, sicut homo noster verus Iesus, qui maculari non poterat cibis, & potibus, pro tempore, vt teba tur, vt conuescerent sibi ad virtutem attraheret abstinentiæ, ceterasque virtutes. Nec credas vllō modo maiorem esse virtutem omnino abstinere à cibis, quàm ipsius cibarijs vt moderate. Difficillimum est enim in cibarijs modum seruare omnimodum, ita vt ultra quàm nature potest sufficere nihil sumatur, nec cum ipsius naturæ aliquid de necessarijs subtrahatur. Si ergo contingat aliquem habere virtutem abstinentiæ cū Ioanne, scilicet vt ipsa mente, & opere exerceat: non cōdemnet eum, qui abstinet cum perfectissimo Iesu, id est, qui abstinentiā prout tempora exigunt, & personæ pro vtilitate, vel proprij corporis, vel proximi nunc intendit, nunc remittit, obseruans tamen in omnibus omnia, quæ circa virtutem abstinentiæ sunt seruanda, vt semper vitij abstinentiæ oppositi, id est gula crimen euitet. Cuius vitij abusiones, hoc versu nominantur. Præpropere, laute nimis ardentem, studiosè. Præpropere enim comedunt, & bibunt, qui tempus comedendi præueniunt. sola voluptate, non necessitate coacti. Legimus in vita patrum de sanctis patribus, qui holprium

spirit-

spiritualium caritate deuincti tēpus cōsue-
 tum, ciborū anticipauerunt: sed comedēdo
 in caritate, se nequaquam soluisse ieiunium
 existimabant: ita vt etiam aliqui post talem
 refectiunculam missarum celebrare solēnia
 non timerent: quod quamuis nobis non cō-
 ueniat trahere in exemplū, vt similiter fa-
 ciamus, quoniam quidē ab eorum perfe-
 ctione nos nimium separamur, eos tamen
 sine peccato talia fecisse cōfidimus, quę ne-
 quaquam nisi spiritu sancto ipsi veraciter
 reueciat fecissent. Laute comedit, qui de-
 licatis vtuntur cibarijs sola delectatione at-
 tracti, quibus non sufficit naturalis sapor
 carniū, siue piscium, quem creator illis im-
 posuit: sed modis naturę contemptis quę-
 runt adulterinos saporē piperis, & salsa. nē-
 torum variorum, vt sibi appetitum faciāt co-
 medendi, nō metuentes optimū hominum
 creatorem vituperare in creaturis suis, dum
 alios illis saporē ipsi faciunt, quā creator
 naturę earum pręstiterit. O quantum hu-
 iusmodi alienos saporē homo Christia-
 nus vitare deberet, si aduerneret dulcissimū
 & sapientissimū dominū suum fecisse om-
 nia bona valde, cuius creaturas vere bonas
 nullas nisi malis alterare cōsuevit. Con-
 suevit dico, quia quandoq; lautioribus vti
 cibarijs pro infirmitate corporis repellē-
 da, palato non alludente sed renitente ciba-
 rijs: nulla vel parua culpa esset. Ad eorū igitur
 confusionem, quorum vt Apostolus ait,
 Deus venter est, & gloria in confusione eorū,
 quos idem asserit flendo inimicos esse
 crucis Christi, & imitatores illius pau-
 perrimi, & miserissimi diuitis, qui epulabatur
 non aliquando pro sanitatis remedio,
 sed pro voluptate quotidie splendide, pro-
 pter quod nec guttam aquę cū in inferno
 sepultus esset, meruit impetrare, vt refrige-
 raretur lingua eius ardens profecto in flā-
 ma, quę aliēns semper, & superfluis fuerat
 saporibus delectata, nec naturalis aquę fri-
 gore meruit refoueri, qui in voluptatib. suę
 naturę saporē alienauerat, ad horū in quā
 confusionem gentilis hominis memorare
 sententiam non grauabor, vt erubescat no-
 mine Christianus, cum à meliore seipsum
 ignorante docetur, qui neq; creaturas per
 creatorē venerari sciebat, nec asperos scie-
 bat pati saporē pro Christo, quem vel ne-
 scuit, vel non credidit pro se in crucis pati-
 bulo vinum myrrham b. bisse cum felle
 h. am. sed sibi natura consentiens contra

voluptuosos exclamat. O prodiga rerū Lu-
 xurioses, nūquam paruo cōtenta parati. Et
 quęstorum terra, pelagoque ciborum Am-
 bitiosa fames, o laurę gloria mensa. Disci-
 te, quā paruo liceat perducere vitam. Et
 quantum natura petat: non erigit ægiōs,
 Nobilis ignoto diffusus Consule Bacchus,
 Non auro gemmisque bibunt, sed gutture
 puro. Vita redit, satis est populis fluuiusque
 Ceresq; id est aqua, & panis. Hęc satis con-
 cordant cū illa vñtata sententia, & vera. Pa-
 nis. & aqua vita hominis. Nec adhuc conte-
 runtur hac cōfusione durissimę frontes vo-
 ratorum, tam ipsius veritatis verissimi Iesu,
 quā Apostoli eius, imō ne gentilis quidē
 hominis reprehensione, & eruditione per-
 cussę, & dicunt, Christiani sumus, non tamē
 recipiunt vocem Christi in Apostolo lo-
 quentis, & monentis. Curam carnis ne fece-
 rit in desiderijs. Vnde frequenter euenit
 vt cum adhuc escę eorū sint in ore eorū,
 ira Dei ascendat super eos: qui deduxerunt
 in pessimis terminis dies suos, in punctum
 ad infernum descendunt, vbi vermīs come-
 dens ipsos, non moritur, & ignis non extin-
 guitur, pro delicijs breuib. mala recipien-
 tes sempiterna. Nimis comedere quid sit,
 omnibus notum est. Nimis enim comedit,
 qui vltra quā naturę suę sustentandę pos-
 sit sufficere, sumit alimenta, maximē si hoc
 scienter fecerit. Euenit enim non raro, vt
 homo suis laboribus consideratis plus vi-
 rium sumat alimentorum: vt in labore pos-
 sit subsistere, timore deficiendi cogente mē
 suram refectiōnis excedat, à quo peccato
 vix credo aliquem esse immunem. Sed talia
 peccata crebris confessionibus intermixtis
 voluntarijs abstinentijs statim vt deprehē-
 duntur, purganda sunt. In nullo autem
 genere ciborum illud vitium superfluitatis
 ciborum, & potuum excusatur. Cum etiam
 legatur, quod peccatum Sodome fuit abun-
 dantia panis, & diabolus tentaturus Domi-
 num nō de alio aliquo quā de pane tēta-
 uit, sciens profecto in nimio sumptu panis
 peccatum non deesse, qui primos parentes,
 & per ipsos omnes homines vnus pomi co-
 mitione decepit: quamuis non ita facile
 in cibis vilibus mensura excedatur, vbi
 sapor non excipitur, sicut in cibarijs laute
 preparatis, & saporibus alteratis. Arden-
 ter comedere est cibos, vel potus cum ni-
 mio desiderio sumere, quod tam in vilibus,
 quam in delicatis potest cibarijs euenire.

Cuius rei exemplum habemus in Esau, qui vilis cibi delectatione attractus vitro vedit primogenita sua. Ita enim habet Genesis, quia veniente Esau de agro vidit Iacob fratrem suum coquentem lenticulam, cui dixit, Da mihi de coctione tua hac rufa, quia oppido lassus sum. Et facta pactione cum Iacob de venditione primogenitorum, comedit in voracitate coctionem nimis desideratam, & dignitatem primogenitorum amisit, quia enim nimium ardentem desiderabat lenticulam. En, inquit, morior. Quid mihi proderunt primogenita? Non est dubium, quin ardentem comederit acceptum, quod tam ardentem fuerat desideratum, Misereere Domine misericordissime Iesu mihi miserrimo peccatori, qui nullam diem sine peccato huiusmodi me sentio prætereire, ne per talem excessum fidei tuæ, qua tibi genitus sum, merear perdere dignitatem. Contra & sanctissimos Heliam, & Ioannem Baptistam carnibus nullis usus fuisse accepimus, & per sobrietatem temperantiæ eos nullum ex hoc omnino meritum perdidisse. Studiose comedere est in cibis, vel in potibus, nimis diu immorari. De hoc expertis loquimur, & vtiã non essemus experti, nec vquam experturi. Frequenter solet accidere quod sumptis cibarijs quæ secundum consuetudinem necessitati sumentis possent, & deberent sufficere, quædam surgat noua delectatio, quæ facit hominem improvidum, & insidias Diaboli non cauentem illi cibo cum tanto studio inhærere, tamquam nihil ante comederit, vel intra multos dies post hoc nil sit sumpturus ciborum. Et quia gula speciem in seprehendunt auxiliante Deo huic facile possunt resistere, quia impetus eius non longius durat, quàm dum à mensa surgatur, & illius quod tanto studio desideratur, memoria subducatur. Sunt autem plurimi, qui tale studium comedendi, nec peccatum existimant, nec etiam cuiquàm suggerenti esse peccatum, fidem adhibeant, habentes in consuetudine damnabili, nullo desiderio resistere, quo possit à natura aliqua obumbratione defendi, nec ponunt aliquam metam desiderio comedendi, donec tempore deficiant fatigati. Sed Christianus homo comedit vt viuat, non viuut vt comedat, sicut quidam ait, idque & illud bene de inuilibus & voracibus, Nos numerus sumus reges consumere nati Christianus autem non sic, sed semper ita surgat de mensa, vt adhuc habeat appetitum plura sumendi, & eum, qui adhuc esset implendus cibarijs Domino Iesu pro grato munere conferat appetitum, qui pro nostra salute sæpius esurire voluit, & sitire. His, & alijs similibus rationibus vnus aliquis inductus tanta se abstinentia macerat, vt nimia consumptus inedia in languores incidat diuturnos, vt sibi nec valeat omnino prolesse, imò fiat etiam omnibus gratis, qui si grauarentur ipse potius alleuiare deberet. Quis ista docet? Quis ista sapiens faciet? Ignorant tales, quæ virtus est medium vitiorum vtrunque reductum. Est enim quoddam medium inter nimis comedere, & nimis abstinere. Et illud medium est virtus. Hoc est tantum sumere alimentorum, ne nimis debilitetur natura, nec tantum, vt vitia vegetentur. Quod si omnino tale medium seruare non potest tamen hoc cauere potest: ne nimis à medio recedatur, id est, vt ille qui nimis comedit, quàm debeat, non nimis abstinat, vt ille, qui comedendi mensuram excedit, eam non nimis excedat, ita vt corpus non nutriatur vitijs, sed virtutibus conferuetur. Quare autem flos croci abstinentiam signat, color ipsius ostendit: facit. n. suos cultores abstinentia croceos flori croci ad similes. Non. n. potest facies esse rubicunda, cum stomacho abstinētia. Multitudo autem florum croci multas species designat. Non enim est abstinentia solummodo cibi, & potus sed etiam somni, & lasciuia, & vestimentorum, & aliorum quorumlibet commodorum, quæ corpori superflue tribuuntur, vel balnearum, vnguentorum, musicorum instrumentorum, & cantilenarum, & ceterorum huius, quæ sensus humanos corrumpunt, animumque subuertunt. Quod autem quædam folia rubei sunt coloris signat caritate semper debere immixtam esse operibus abstinentia, quia si quis sine caritate corpus suum ita tradat, vt ardeat, nihil ei prodest. Quosdam enim esse, qui non propter caritatem Deum sed propter vanam gloriam se macerant abstinendo, ostendit ipsa veritas Dominus Iesus dicens discipulis suis: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, qui exterminant facies suas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Quare? Quia non sunt verus crocus, qui carent rubris folijs caritatis, sine qua nullum opus perfectum est. Ipsa enim est virtus de qua dicitur: Quia

bet vnam, habet omnes, & quam qui nō habet, illud, quod habet, auferretur ab eo.

De odore florum vitis. Cap. XLIII.

IAm ad odorem florum vitis nostræ accedamus, rogantes ipsum dulcissimum Iesum, vt sui odoris dulcissimi fragrantia corda nostra dignetur aspirare, vt de ipso dulcia, & sentire, & dicere valeamus.

D Quid autem dicere de hoc odore poterimus? Mirabilis, & supra quā potest credi, aut cogitari, inestimabilis est iste odor vitis nostræ. Floruerunt, & alij sancti palmites, in quibus in se profecto floruit: sed certissime viri illi soli capiti nostro optimo Iesu clamant, nempe illa spiritualis sponsa: Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. Non est mirum si odor est inestimabilis nimis, qui de hac vite nostra flore procedit: si nomina eius diligentius attendamus, quæ sunt Iesus, Christus, Nazarenus, Iesus autem, vt scitis, salutaris, vel saluator interpretatur, de quo Psalmus: Conuerte nos Deus salutaris noster. Et iterum, Saluasti nos de afflictionibus nos. Quis autem in afflictione positus, saluari nolit? Si vis saluari, & attrahi odore huius nominis salutaris, quod effusum est, sicut oleum: incipe delectari in dulcissimo Iesu, & confidenter require in vero saluari salutem, non imitando illos, qui letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, in quibus salutem suam condare putant: sed potius eam, cuius spiritus exultauit in Deo saluari suo, quæ nominis huius salutaris odorem tanto suauius attraxerat, perfectiusque senserat, quanto illi fide, spe, & caritate vicinior fuerat, quæ ipsum de suis visceribus nempe verum, & perfectum Deum, & hominem, salutarem Iesum. Non ignorabat enim qualiter sine omni carnali concupiscentia conceptus, quāter sine omni dolore ex ipsa natus, quomodo à pastoribus prædicatus, quomodo à Magis adoratus, quomodo vnguento lacte suo nutritus, quomodo à Simeone, & Anna commendatus. Nouerat, inquam, hæc omnia, & multo præterea virgo illa fidelissima, & perfectissima fidem salutarem veri salutaris sequeba-

tur odorem. Nec poterat non sperare in eū quæ fide perfectissima cognoscebat, & posse, & scire, & velle saluare omnes desiderantes salutem. Quantum enim quis credit, tantum sperat, quantum sperat, tantum amat. Quanto ergo hæc optima mater perfectior fuit in fide, tanto in spe fortior, & in caritate feruentior, omnem cogitatum suum iactans in eum.

Oleum enim effusum est nomen tuum. Quare? Quia oleo nutriuntur infirmi, paucuntur famelici, lumina reparantur. Quis enim tam infirmus, qui hoc oleo saluari, nomine scilicet salutiferi Iesu curatus non fuerit, dummodo velit curari? Ita enim ait ipse saluator cuidam languenti, qui iacebat ad piscinam probaticam: Vis saluus fieri? Et ille, Domine, hominem non habeo: vt cum mota fuerit aqua mittat me in piscinam. Stulte, ecce oleum salutiferum salutaris Iesu, cuius nomen est, sicut oleum effusum. Quid tibi cum aqua? Si vis recipere salutem, ecce fons olei misericordiarum, in quo te nullus prohibet baptizari, cuius nomen est effusum oleum, id est omnibus gentibus manifestum, quo oleo vincti infirmi sanantur. Quomodo cum audis, & intelligis supereminentem misericordiam optimi Iesu, quæ propter te redimendum de sursum patris descendit ad terras, te misericordissima passione redemit: non oboritur tibi certa spes, quod te redemptum tantū precio nolit perdere, quem de celo venit redimere? Iam ergo sic cogitanti, sic speranti oleum nominis Iesu tibi effusum est. Vnge te, vt saneris, id est spera in misericordia saluatoris, qui saluat omnes sperantes in se.

Nihilominus autem, & oleum hoc pascit te, si famelicus es: Si esuris, verbum est. In hoc verbo Dei optimi Iesu, inuenis quod te satiet, si dietis, & factis eius autem cordis tui velis inclinare. Sanat enim animam esurientem, quidquid dixit, vel fecit dulcis Iesus. Quod si esuris, & sitis iustitiam: sanabit te verbum oris eius: qui dixit: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Addet quoque ignem ad oleum: quod huic Iesu optime conuenit: quia huius nominis virtute fides confirmatur, caritas exardescit. Pauci enim fidem habuerunt ante huius olei effusionem, id est ante prædicationem nominis tui obone Iesu, pauci igniculo caritatis arserunt. Sed ecce illa effusione, quanti fide illumina-

ti. Quanti caritate conflagrarunt? Dedit odorem, id est, bonam famam oleum nominis tui effusum oleum Iesu, & patuit te esse etiam Christum, id est vinctum. Sic enim leo lætitiæ præ confortibus tuis. Ergo & oleum vnguētum est, quia vnguentum de oleo, & aromatibus conficitur. Quid ergo mirum, si hæc vitis admirabilem dedit odorem, quæ & vincta est, & florens? Nazarenus enim florens interpretatur.

G

Vitis ergo nostra Christus, id est Nazarenus, id est salutaris, vincta, & florens, qui non attraheret omnes, qui salutem, gloriam, diuitias, vel delicias concupiscunt? Veniant omnes ad vitem hanc. Dabit enim Iesus salutem, quia salutaris est, dabit Christum regnum, in quo gloria cum diuitijs habetur, quia vinctus est, quod proprie ad reges pertinet. Dabit Nazarenus delicias, quia florens est. Quid. n. iucundius flore? Multi autem imo omnes, id est omnium virtutum flores in nostro Nazareno sunt, quarum delectabili odore totum mundum traxit post se. Nam qui veniunt ad ipsum propter humilitatem violæ, eius sequuntur odorem, qui propter castitatem lilij, qui propter caritatem passionis, rosæ, qui propter abstinentiam, croci sequuntur odorem. His ergo virtutibus optimi Iesu Christi, ubique prædicatores tantam quodam precioso vngueto effuso extraxerunt odorem eius adolecentulæ, & odore eius mirifico delectatæ currerunt post vinctum Iesum. Et adhuc nimirum currunt clamantes in toto corde suo: Trahe me post te, vt curramus in odorem vnguentorum tuorum, scientes quod neque volentis, neque currentis, sed solius Dei miserentis est; superat autem omnes odores omnium virtutum vincti Iesu: odor crucifixi, ubi perfectio præcipue efflorebat, & de floribus vulnerum suorum inestimabilem odorem effudit. Fracto enim alabastro mundissimi corporis virginalis dulcis Iesu, effusum est vnguentum sacratissimi sanguinis. Ipsa quoque anima, in qua sine dubio redolebat vnguentum spiritus septiformis, emissa, dilatatus, & dispersus est odor vitis nostræ florentis non per terras solum, sed & per inferos, & suscitati sunt mortui, qui tam ad vitam corporis, quidem, quam ad vitam animæ quotidie suscitantur. Quia demus Christi, id est, Ecclesia impleta, est ex odore vnguenti nostræ vitis, præcipue in passione florentis. Conscissus

H

est saccus corporis Dñi Iesu, ceciderunt grana sanguinearum guttarum, quæ adhuc a fidelibus mente colligi possunt, & ab accedentibus ad crucem fideliter, ac deuote colliguntur, Preciosissimus vero thesaurus, & incommensurabilis, guttæ sunt sanguinis Iesu Christi. Accede huc o fidei animæ, & collige tibi reliquias epularum sponsi tui, micæ gratissimas, folia rosarum, Ecce in quanta multitudine distillant de manibus simul, & pedibus, nec non & de latere dulcissimi crucifixi Christi Iesu. Non est morbus animæ, cui his floribus mederi non possis. Collige tantum folia florum florentis Iesu, stillas sanguinis rubicundi, & tamquam pillulas, sine quibus esse nolo, in cubiculo cordis tui reconde. Erit tibi illarum sapor, & odor in medicinam salubrem morbos, si qui fuerint, repellentem, venturosque cauentem: Vide tantum, ne vntquam sine illis esse velis, quæ vere nomen habent quolibet si teli dicente, sine quibus esse nolo. Hauri ergo toto cordis tui affectu odorem vitis veræ Iesu Christi Nazareni, & delectare in illo sicut Pater cælestis in illo delectatus fuit, vt vere dicere poterit, Ecce odor si iij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Vere pleni, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, in quo omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ reconditi sunt. Est autem adhuc causa quare tanto crucifixus odore fragrauerit. Modicus vel nullus est odor corporis cuiuslibet animalis viuientis, sed cum igni caro apposita fuerit, quam suauis, quam delectabilis inde procedat odoris fragrantia, nullus ignorat. Attendamus ergo, quis & quantus ignis corporis nostræ vitis appositus fuerit, fragrabat interius incendio caritatis immentis, exterius passionis ardore, verissimum, & gratissimum, & saluberrimum holocaustum in ara crucis crucifixus Iesus. Quod holocaustum simile isti? Nullum vero, quia nullum sic totum incensum dicitur, & si illud dicitur, hoc holocaustum, quod totum ardebat, cum tamen ibi arderet sola caro, quanto verius nostra victima dicitur holocaustum, quod intus & foris incomparabiliter ardebat: Ardebat & totus Laurentius, Vincentius, alij, quam plurimi, sed nihil ad hæc. Quis enim ardori fornacis crucis aliquod audeat supplicium comparare? De quo superius nos multa meminimus posuisse exempla. De holocausto igitur nostro crucifixo Iesu incom-

parabi-

parabiliter ardente inestimabilis nimis odore processit . Odoratusque est Dominus Deus Pater odorem suauitatis, & benedixit nobis, auertitque iram indignationis suae longe à nobis pace integra reformata, & sanguine rubicundi Iesu tam nostro, quam ipsius particeps pacis aeternae obside existente. Odorauerunt & alij plures ab oriente, & occidente, ab aquilone & meridiano occurrentes, & ad hoc dulcissimi odoris corpus floridum congregati, ut de eo se faterent, illo tamen integro permanente impleuerunt ipsius dulcissimi Iesu verbum dicentis: Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquile. Sed iam non cruda caro ista comeditur, optime percossa cum sit duplici igne caritatis, & passionis. Vnde tam delectabili odore inebriati non solum viri natura fortiores, sed & virgunculae tenerrimae currunt toto cordis affectu omnibus viribus animi ad delicias crucis, hausturi delicias cordis sui quantum in praesenti vira licet vnguentorum defluentium largiter ab holocausto nostro tam validis ignibus ardente. Non parum enim delicatum ardentis corporis adauxit odorem spiritualium vnguentorum odor, id est gratuitorum collatio, quae post passionem à Domino Iesu Apostolis sunt collata. Ante passionem enim spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, humiliato autem & exaltato pio Iesu defluxit vnguentum spiritus sancti à capite, id est à Christo, id est unctio in Barbam, id est in eos, qui viriliter egerunt, & confortati sunt, ut sperarent in domino & non solum in barbam Aaron, id est non solum Christi Apostolis datum vnguentum hoc, quod liquefactum fuit igne passionis Christi, ut daret odorem bonae opinionis, per omnem terram, sed quod descendit in oram vestimentum, id est in infima membra Ecclesiae, quae est tamquam Christi vestimentum. Vnde scriptum est, viuit Dominus, quia his omnibus ornamentum vestimento indigetis. Quod ita impletum est, & adhuc impletur, ut etiam in nationes spiritus sancti, gratia diffundatur, & sentiatur Christi odorem spiritualis vnguenti de summo capite omnium defluentis, quo mundae fiant adolescentulae, ut attrahant, & diligant unctum nostrum, & currant in odorem vnguentorum illius. Nec mirum si vehementer delectentur duplici odore vitis nostrae, vno, qui ex vnguentis, altero, qui ex floribus procedit. Odorantur, & odora-

Oper. D. Ber. Tom. II.

tum sequuntur Iesum, imitantes bestiam quandam, quae odore cocti panis, & recentis ita delectatur, ut vbiicumque illum fenferit, illum sequatur etiam vsque ad interitum. Ecce ipso teste panis viuus, qui de caelo descendit decoctus duplici igne caritatis, & passionis odorem suum longe, lateque dispergit. Quis hunc non sequatur? Sequitur irrationalis bestia odorem panis cocti, & consummendi. Non sequetur homo rationalis odorem panis bis cocti angelorum? Imo stultior est, quam bestia: qui illius odoriferi panis odorem non intelligit, & honorem. Sed praeterire non possumus, quod transuri mare panem bis coctum necessarium habent. Quicumque ergo se in hoc mari magno humis saeculi esse cognouerit, quia spaciosum est cito transire non potest, & propter reptilia, quorum non est numerus, periculosum est, quia & ventis, & tempestatibus sauiat, si securus vult esse, habeat hunc panem coctum fortissimum Iesum in naue crucis suae, quem comedat, quem adoret, quo reficiatur, quo consoletur, quo ut breuiter dicam, ab omnibus periculis eruat. Si enim ut ait Psalmus, illic naues pertransibunt, id est homines, in crucibus, suis Iesum sequentes, quae naus potius pertransibit, quam naus crucifixi Iesu? Secundum vero Pauli sententiam dicentis, Quia Christo confixus sum cruci, crucifigamur, & nos cum Christo, crucem eius, imo ipsum in cruce indeficienti cordis affectu amplexemur, in viuifico odore delectemur ardentis Iesu, qui de se dicit: Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis, cuius spiritus est super mel dulcis. Eius inquam odore delectemur, vnguentis charismatum eius foueamur, pane caelesti, id est corpore suo purissimo confortemur, ut corpus eius edentes sanguinemque pro salute nostra effusum in nostram salutem bibentes gustare possimus, & videre liceat per speciem in anigmate, quia suauissimus est Dominus, ut etiam ipsius promissio perficiatur in nobis, quantum in praesenti vita factum est, qui dicit: Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient:

Y y 3 Quod

Quod flores inueniendi sunt in vite nostra.
Cap. XLIIII.

Postremo videamus, quia flores, & visum delectant, & odoratum. Licet comedi non soleant, suguntur tamen ab apibus, & de liquore è floribus expresso, dulcissima sibi mela conficiunt. Apes eiusmodi, ut puto, sunt illi, qui penitis contemplationis eleuati sciunt, & possunt, suaque ipsorum possunt alucaria, hoc est, corporis curam relinquere, & ad ortum deliciarum transuolare, in quo omnium florum diuitias, & diuites delicias inueniunt. Ortus enim iste paradysus est. Ita habes enim in cantico amoris: Emissiones tuæ ò virgo Maria fecundissima, paradysus. Processit enim hinc paradysus ab utero virginali, omni flore, omnique fructu refertus sed fructibus, interim dilatatus. Flores istius paradysi videamus, legamus, vel potius sugamus. Conuenit enim ut talis modi apes simus, quæ sciant sugere mel de petra idem enim est hortus, & petra, id est, Christus. Sic ergo flores quærendi sunt, ubi potius quærantur, ubi promptius inueniantur, quam in dulcissimo Christo: Manifesti sunt flores virtutum, & vulnere eius. Stat expansis manibus, nudo corpore, manibus simul, & pedibus perforatis, capite inclinato, Confortare nunc, & eleuare anima mea misera, & infirma, & alis fidei, & spei ad hunc hortum caritatis enitere, & totum mentis intuitum per varia dispersum in vnum collige, ac apum sedulitatem imitans ad conficiendum tibi mel deuotionis, ad paradysum caritatis ascende, accedens ad cor altum, quia ecce quem quæris, exaltatus est humiliatus est. Non enim eleuatus est in crucem ut se difficilem præberet accedere ad eum volentibus, sed magis, ut omnibus posset paratior inueniri. Accedens ergo cum fiducia ad hunc paradysum in extensione brachiorum cognosce, suscipe affectum paratum, & te ad suos inuitantis amplexus, & quodammodo miserabiliter, misericorditerque clamantis. Reuertere, reuertere, ut intueamur te. Reuertere à mala voluntate, à malis factis, ab obstinatione, à desperatione. Reuertere, inquam ad me, quæ à me auersa fuisti, ut intueamur te intuitu gratiæ, quo mulierem peccatricæ, Petrum latronem respexi. Lege me librum vitæ scriptum intus, & foris, & lectum intel-

lige. Collige tibi flores meos sanguineos, ut paradysi illius possis inuam introire, ante cuius fores Cherubim collocatus est cù gladio flammeo ac versatili. Valer. n. scientia, quam ex me plenarie discere potes ad mouendum impedimentum Cherubim. Flores ergo sanguinis mei gladij versatilis flamas horrendas, ac tibi formidabiles extrahant. Intra, ergo ò anima paradysum omnibus, paradisis meliore, nunc solo cogitationis quopotes affectu, ut postmodum anima, & corpore, & terrestri, & cælestem paradysum valeas introire. Nec breuiter amplexandus est hic paradysus, sed volandum est per singulos istius paradysi flores, & singulorum florum folia sunt legenda, nunc ad dexteram nunc ad sinistram riuulos, & guttas sanguinis spargentem propius, & interius accedendum. Vnde libet quærenda deuotio, & gratia lacrymosæ cõpunctionis, vtrinque, considerandum, quàm immites fixuræ clauorum, quàm amara venarum, ossiumque, perfractio in manibus illius, qui cælum fabricauit, & terram, qui operatus est salutem in medio terræ, & inter horum considerationem frequenter repetendum, Redde mihi lætitiã salutaris tui, ad imitationem apis, quæ inter voladum semper quemdam solum habet, nec conticescit donec illa florè intrauerit, ubi mellis optatidulcedinem colligit, & ex fugit. O quam felix eris si postquam intra florentis paradysi nostri flores sanguineos, vulnera dico, fueris intromissus, ab huius mundi strepitu, & tentationum incurfibus per dimidiam saltem horam omnino valeas liberari, & soli esse, ad quem introisti vacans gustare, & intelligere possis quàm bonus, quàm dulcis est Dominus. Sic lucrandi sunt, & pedes non minus sanguinis habentes, non minus quàm manus, perfossi, & ipsi & perfracti, sanguineis manantes guttis. Tandem accedendum est ad cor humillimum altissimi Iesu per linguam lateris lanceati, ibi proculdubio thesaurus ineffabilis desiderabilis caritatis, latens, ibi noua deuotio inuenitur, inde lacrymarum gratia extrahitur, discitur mansuetudo, patientia in aduersis, compassio in afflictis. Præcipue cor contritum, & humiliatum ibi inuenitur. Ipse Iesus complexus tuos desiderat, tuis ut complectatur, expectat, caput floridum multis spinarum aculeis confixum ad te inclinat, ut ad pacis osculum te inuitet tamquam dicat tibi: Ecce quomodo configuratus sum, quomodo cõfossus, quomodo ma-

status:

Status: vt te possim ponere super humeros
 meos, quæ aberraueras ouis mea, & ad pa-
 sca reducere paradisi Redde vicem, & su-
 per vulnera mea misericordia commouere,
 & pone me talem qua em nunc vides, vt li-
 gnaculum, super cor tuum, & signaculū su-
 per brachium tuum, vt in omnibus cogita-
 tionibus cordis tui in oibus operibus bra-
 chij tui mihi taliter vt vides, signato possis
 similis inueniri. Conformaueram te imagi-
 ni diuinitatis meæ cum te crearem, conforma-
 tus sum imagini humanitatis tuæ, vt te
 reformarem, tu ergo qui non retinisti for-
 mam diuinitatis meæ tibi impressam in tua
 formatione, retine saltem formā humani-
 tatis tuæ mihi impressam in tua recreatio-
 ne, id est, si nō retines qualem te creauī, re-
 tine saltem qualem te recreauī. Si non capis
 quantas virtutum diuitias tibi dederim
 te creando, cape saltē, quantas in humani-
 te tua miseras propter te acceperim recreā-
 do. & ad potiores, quā ad quas te formaue-
 ram, delicias reformando. Nam propterea
 homo visibilis factus sum: vt à te visus ama-
 rer, qui in deitate mea inuisibilis non ama-
 bar. Date ergo præmiū incarnationi, & pas-
 sioni meæ, pro quo incarnatus sum, & pas-
 sus dedi me. O dulcissime, atque amatissime
 Iesu, pater luminis, à quo est omne datum
 optimum, & omne donum perfectum, mise-
 ricorditer respice humiliter tibi consiten-
 tes, & vere sentientes, quia sine te nihil pos-
 sumus facere, & qui dedisti te pro nobis in
 pretium, & licet tanto pretio minus simus
 digni, vt tæ gratie tā integra reddamur,
 vt conformati imagini passionis tuæ, ad eā
 quoq. quam peccando amisimus, tuæ diu-
 nitatis imaginem reformemur. Nec præte-
 reundum est, quod apes de liquore florum
 collecto fauum conficiunt, id est ceram in
 simul continentem. Quid est hoc? per ce-
 ram, tenacem memoriam accipe, quæ apta
 est ad recipiendum formam sigilli, & ad nu-
 triendum lignum, si tamen in ea sit lignum:
 quæ cera mel in se continet dulcissimum,
 mundificans, & detergens. Nos vero si
 vere spirituales apes sumus de floribus no-
 stri paradisi Nazareni, id est horti florentis
 floridissimi Christi nobis memoriam com-
 ponamus tenacem, qui non qualibet tentatio-
 ne dissoluatur, sed apta sit illa memoria re-
 cipere impressionē sigilli, id est crucifixi Ie-
 su, vt illum semper in memoria habeamus
 qui dicit, Pone me sicut signaculum, Signa-

culam n. regum Crux est: quam si in cor-
 dis nostri memoria portauerimus tanti re-
 gionem regis, quæ sine ea non habet, secure
 poterimus transire. Habes hoc sigillū ima-
 ginem crucifixi Iesu in ipso sigillo crucis
 multis foris effusam, & expressam sicut
 in sigillis imago regum exprimitur fodien-
 do. habet, & superscriptionem, titulum à Pi-
 lato conscriptum, Iesus Nazareus rex Iu-
 daeorum. Huius superscriptionis significa-
 tionē spiritualement consequetur. Si quis hoc
 sigillum crucis gestare curauerit tenaci me-
 moriæ impressum, habebit Iesum, i. salutem,
 q̄ primum est in superscriptione. Salus au-
 tem, quæ ab omnibus sanæ mentis appeti-
 tur, in tribus consistit, vt quæ in tribus di-
 ctionibus exprimitur. In hac dictione. Na-
 zareus, q̄ interpretatur florens, volupta-
 tem siue delectationē intelligit, quia florum
 pulchritudo delectat. Vnde in libro Sapien-
 tiæ luxuriosorum voluptas exprimitur his
 dictis, Nullum pratum sit, q̄ non pertran-
 seat voluptas nostra. Coronemus nos rosas,
 antequam marcescāt. In hac dictione Rex,
 diuitia exprimentur, Reges enim diuites
 esse solent super omnes, quos regunt.
 In hac dictione Iudæorum, gloria accipitur
 quia vno modo Iudæus glorians interpre-
 tatur. Portitur ergo voluntarius sigilli re-
 gis nostri crucis crucifixi Iesu, fructum su-
 perscriptionis consequetur, vt sit salus scilicet,
 vt voluptatem consequatur sempiter-
 nā, torrentem voluptatis summi regis pota-
 tus, æternas quoq. diuitias thesaurizet in
 optimo Iesu, in quo sunt omnes thesauri sa-
 pientiæ, & scientiæ reconditi, in ipso quoq.
 gloriatur sine termino, qui excelsus est su-
 per omnes gentes, & cuius gloria super ce-
 los. Illuminat quoque domū cordis nostri,
 & fouet in eo ignem caritatis diuinæ. Cera
 tenacis memoriæ per lignum intelligitur,
 ita tamen si sit in eo lignum, id est, exerci-
 tium spiritualis laboris, quod per lignum
 intelligitur sumptum de ligno, quod multis
 laboribus conteritur solet, vt ad vtilitatem
 aliquam perducat. Si ergo in memoria
 nostra passionis Christi laborem habemus,
 potest accendi, & ardere caritas eius in no-
 bis, qui illuminat tenebras ignorantia: no-
 stræ, & accendit fignus tarditatis nostræ, vt
 & nos parati simus pati pro illo, & cum illo,
 qui prior pro nobis passus est, in tali cera
 memoriæ nostræ debet esse mel, id est dele-
 ctatio de recordatione crucis, quæ est mel

dulcissimum. Quid tam amarum, quod in recordatione viuificæ passionis non possit dulcescere? Certe legimus Hæbreos cum exissent de Aegypto, venisse ad aquam amarissimam, quam nullus gustare poterat: cui cum Moyses lignum iniecisset, dulcorata est, sic vt eam delectabiliter biberent. Quid apertius per aquam amaram, quam cuiuslibet aduersitatis amaritudo signatur, cui cū lignum crucis iniicitur, id est cum passio dulcis Iesu consideratur, necesse est omnem passionem hominis leuem videri respectu passionis dominicæ, quam pro hominibus voluit sustinere Deus, & homo, mediator

H Dei, & hominū Dominus Iesus? Est & mel mundificatiuum, quia vere nihil est, quod ita ab omnium vitiorum impulsu, & contagione cogitationem nostram purificet, & in puritate conferret, sicut iugis memoria crucis, & passionis Domini Iesu. Est, & mel descensiuum, quia contra aliorum liquorum consuetudinem naturalem, quod in melle est purissimum, ad ima descendit, seculentum vero ascendit. Quid per tale descensum, nisi virtus humilitatis designatur? Quæ profecto virtus in passionis dominicæ memoria acquiritur, & conseruatur, quia non potest quis non humiliari, cū recordatur, pro se humiliatum Dominum maiestatis. Indignum quippe esset hominem lutum, & cinerem per sui eleuationem illuc ascendere, vbi angelus perfectissimus in omni scientia, & decore, quia humilitate caruit, nō potuit remanere. Colligamus ergo nobis in floribus vitis nostræ Domini Iesu talem memoriam, talem delectationem: vt stigmata crucifixi nostri in memoria iugiter retinentes ita in ipso qui solus est dulcis, delectemur, vt omnes per ipsum præsentis vitæ amaritudines superemus, mundemur ab omni delicto, & in bonis operibus iugiter per humilitatis custodiam conseruemur.

I De odore florum. Cap. XLV.

SVperest vt dulci Iesu adiuuante dicamus quid sit, quod per odorem florum vitis omnia venenata præcipue effugentur. Cuius rei ratio citius inuenitur, si quid serpentes significant, agnoscat. Quod autem de serpentibus dicitur, de alijs quoque venenosis reptilibus accipiamus. Quid autem melius per serpentes, quam diabolicas suggestio-

nes accipiamus. Ad similitudinem enim serpentum reptant occulte per mentes hominum, sed subito nisi agnoscantur, mortus mortales incautos affigunt: quod præfiguratum accipimus in filijs Israel in deserto à serpentibus miserabiliter interemptis. Huius interemptionis causam ponit Apostolus dicens: Neque tentemus Deum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Quid est autem tentare Deum? Non credere domino. Incredulitatis namque vitio urgebantur, eo- que à serpentibus occisi sunt. Quid est autem desertum, in quo occisi sunt, nisi hic mundus, in quo vagamur per baptismum tanquam rubrum transuentem mare, liberati per nostrum legislatorem Dominum Iesum à seruitute Aegyptiaca, qua ante baptismi gratiam præmebamur? Si autem diligentius consideremus, cuncta pene vitia ex incredulitatis vitio inueniuntur oriri. Quis enim vanam mundi gloriam quæreret, si perfecte crederet aliam esse futuram in calis immarcescibilem quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendunt, quæ humilibus conseruantur? Putas ne huic gloriæ mundanæ tam incertæ, quam transitorie animum inclinaret? Nequaquam. Sed quod tales asserunt se Deo credere, prouenit ex quadam consuetudine; quia totum pene mundum tali vident, & audiunt fide teneri. Quod si infidelium numerus excreceret, & nomen Christi non possent sine poena, vel sine timore confiteri: citius audire deberes eos, quod corde gerunt, lingua pro- palare eum, quem factis denegare non timet. Simile est de auaris, qui caelestes non curant diuitias, & de inuidijs, qui caritatis laudem, & præmium non intendunt, & de iracundis, qui in patientia animas suas non possident, & de acediosis, qui pro æterno commodo labores subire refugunt temporales, & luxuriosis, qui carnalibus voluptatibus mentis oculum non intendunt, & de gulosis, qui panem illum delicatissimum angeforum suis epulis terrenis postponunt, quia si ea, quæ futura promittuntur vere crederent, nequaquam terrenis eam ardentem inhiarēt. Propter ergo incredulitatem suam dantur, non solum vulnerandi per tentationes, sed etiam occidendi per venæ sui infusionem serpentibus ignitis, id est dæmonibus illius maximi, &

toruosi

tortuosi serpentis primi peruersoris ministris, qui illos secum peruertunt, & incendijs æternis addicunt, quos in hac vita incendio suarum prauarum suggestionū corrumpunt. Sed remedium attendamus, per quod, vitium incredulitatis sublatum est. Dixit Dominus ad Moysen: Fac serpentem æneum, & pone in ligno erecto, quem qui intuiti fuerint, à serpētium moribus sanabuntur: cuius serpentis mysterium ipse Dominus Iesus curauit exponere dicens, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari opo tet filium hominis: vt omnis qui credit in illum, non pereat. Vides ne quorsum feramur? prorsus ad exaltatum in cruce benignum Iesum: qui optime serpentiæ neo, & exaltato cōparatur. Serpens enim dicitur mortifer, quia per suggestionem serpentis mors intrauit in orbem. Aeneus vero, quia caritatis simul, & passionis ignibus cōflatus, passionis sanguine rubricatus, ad modū aeris in resurrectione induratus est, quia vltra non moritur. Exaltatio autem serpentis exaltationem crucifixi Iesu figurat. Hic est serpens quem increduli à malignis spiritibus vulnerati ad credulitatem conuersi, si volunt saluari, respicere commonentur. Est enim serpens iste de virga Moysi transformatus. Per virgam, quæ est insigne regum, Deum intellige: per serpentem vero, cuius suggestionem primi parentes, mortui sunt, hominem mortalem, accipe. Mutata est virga in serpentem, quando verbum caro factum est, assumens quod non erat, id est humanitatem, manēs, quod erat, id est Deus. Sicut ergo factus serpens Magorum Aegyptiorum serpentes deuorauit: sic Deus factus homo inimicorum suggerentium peccata, & fraudes euacuauit, manē tamen cum eis exaltatus in crucem, cum sanguinis sui flores ostenderet, & florum scilicet virtutum suarum odorem per totum mundum effunderet, & corda quæ sunt noue, vitijs vulnerata sanaret. Respiciamus igitur, & nos in faciem serpentis ænei eleuati Christi: si volumus à prauorum demonum suggestionibus serpentiis liberari. Respicere autem fide, in ipsum tenere est, quod non infirma, sed forti, & perfecta fides impletur. Sunt aut, qui quidem ore consententur, quoniam Christiani sunt, factis autem negant, quos non puto fide tenere in crucifixum pium Iesum. Vt autem hoc per similitudinem aliquo modo

ostendamus. Similis est enim fides vino, quod tantum colorem habet vini, sed à sapore veri vini, & viribus est alienum: cuiusmodi vinum non credo fideliter Deo acceptum, sed quale in Canticis canticorum laudatur, vbi ipse sponsus ad sponsam ait, Guttur tuum, sicut vinum optimū. Et illa statim respondet, Dignum dilecto meo ad potandum, & dentibus eius ad ruminandum. Et post pauca, Dabo, inquit, tibi vinum conditum, & mixtum malorum granatorum meorum. Ecce quale vinum erit placens dilecto: & quod in amorem nostrum illum accendat. Est namq; vinum optimum quod est fides perfecta, cordis sententia, & oris cōfessione pariter concordante. Et quod subditur, dabo tibi, vinum conditum, fides bonis virtutum operibus condita, & exercitata intelligitur. Tali fide tenditur, & intenditur in pium Deum non si se lecta, operibusque carente, sine quibus fides mortua est. Demus ergo dilecto nostro, pio Deo vinum optimum fidei perfectæ, & vinum diuersis aromatis virtute saporosum, & sic intueamur in faciem eius pro nobis ad similitudinem serpentis ænei in cruce suspensi. Et quoniam alicuius serpentis tentationis morsu nos cognouerimus vulneratos, ad crucem curamus, & thronum crucis quandoque ignominia, nunc summæ gloriæ accedamus. & fide, & spe, & caritate liberatorem piissimum intendentes per mortem nostri serpentis, qui mortem antequam serpentis occidit, à serpente moribus petemus, ac poterimus liberari.

De fructu vitis nostræ.

Cap. XLVI.

Quia docente, & ducente, vt spero, nos pariter pio Iesu duce optimo, & doctore prolixiore multo, quàm sperauimus, sermonem habuimus de floribus vitis nostræ: nunc eodem nos adiuvante, qui vsque in finem diligit, & dirigit suos, in cuius manu sumus, & nos, & sermones nostri ad fructum eiusdem vitis animum acclinemus, florum dispendium, fructuum compendio redempturi. Confortata est enim sententia fructus vitis nostræ huius, & non potest ad eam nostri ingenioli tarditas eleuari. Vt ergo omnes abscondamus ambages: fructus perquiramus. Præcipue redemptio est plantata

plantata in terra benedicta, in virgine virgini
 num Maria. Illa vitis vera, dulcis Iesus ap-
 paruit in natiuitate, præcisa in circumcissio-
 ne circumfossa in insidijs, perfossa clauis, li-
 gata vinculis multiplicibus, frondit in vir-
 tutibus, fructificauit in passione; & redemit
 hominem, quæ alio modo redemi non con-
 ueniebat. Sed dicitis: Quomodo dicitur in
 passione fructificasse, qui paulo ante dicitur
 est in natiuitate floruisse? Numquid idem
 sunt flores, & fructus? An ita subito sine in-
 teruallo temporis fructus suum florem se-
 cutus est? Non, n. id videmus fieri in rerum
 naturis. Præcedunt. n. flores, & intercedit
 multum temporis interualum, vt fructus ad
 maturitatem perducatur: quod nos verum
 quidem esse fatemur. Verum ea, quæ habe-
 mus præ manibus, nõ tantum humana, sed
 & diuina sunt, vnde non sequuntur rerum
 naturas in omnibus, sed naturæ magis suum
 sequuntur auctorem. Quod videlicet aper-
 tius intelliges, si diligentius volueris intru-
 ri in omni arborum genere, in ortu fructus
 flore decidere, & perire, in hominibus quo-
 que, & ferè cunctis animantibus fructus fo-
 liorum florem virginitatis abscindit. Non
 sicerat à natiuitate vitis nostræ. Beatissima
 enim mater illius fructum quidem protu-
 lit benedictum non amisso virginitatis flore:
 immo magis per partum mirabilem, &
 mundissimum est decoratus, vbi lex, vbi iu-
 ra naturæ abscissa sunt. Non est igitur ma-
 gnum si sine temporis interuallo flores vi-
 tis nostræ non pereunt fructus saluberrim-
 us consecutus est. Protulit eum mater pul-
 cherrima flore virginali non perdit, protu-
 lit, & ipse fructum redemptionis nostræ flo-
 ribus virtutum non marcescentibus. Nec
 tamen caret ratione maturitas fructus acce-
 lerata. Patet enim quia secundum augmen-
 tum, & diminutionem caloris, maturitas
 fructus vel accelerat vel tardat. Vide ergo
 magnitudinem caloris, imò feruoris in pa-
 tiente pio Iesu, & nõ miraberis fructus sui
 accelerationem. Ardebat incomparabiliter
 caritatis intrinsecus, & passionis extrin-
 secus igne: vt fructum nostræ redemptionis
 sine mora produceret. Pro ductus ergo, bo-
 trus ille optab ilis cunctis patriarchis, & pro-
 phetis, alijsque iustis. s. redemptio nostra:
 quem fructum Ecclesia non solum ex his, qui
 sunt sub tempore gratiæ, sed à mundi princi-
 pio iuste congregata dulcè sibi fore gratula-
 tur. d. de sponso in cantico amoris. Sub im-

bra illius, quem desiderabam, sedi: & fru-
 ctus eius dulcis gutturi meo. Quid mirum
 si redemptio iustorum à diabolica tyranni-
 de, à tenebris, & umbra mortis, à carcere in-
 fernali, quo inclusi tenebantur, reductio in
 paradysum angelorum custodia deputatur?
 Quid mirum præsentiam Christi fuisse de-
 lectabilem, acque votiuam tanto tempore
 expectatam, ac desideratam? In afflictis enim re-
 bus constitutis tantò solet esse gratior libe-
 rationis aduentus, quanto fuerit diuturnior
 afflictio. Quanto enim tempore primus
 Abel iustus primus martyr qui sua passione
 primus liberatorem præfigurauit, expecta-
 uerat? quamdiu ipse Adam, & Eva paren-
 tes nostri adhuc etiam in inferno paradysi
 gaudia ad memoriam inuicem reuocantes
 istam redemptionem situerant cum alijs
 sanctis, & iustis, qui se liberandos sperabát?
 Quanto putas eos exultasse tripudio, cum
 ille crucifixus adueniret, angelis præceden-
 tibus, & clamantibus, Tollite portas princi-
 pes vestras, & eleuamini portæ æternales, &
 introibit rex gloriæ? Quanta putas eos ala-
 critate contremuisse, & consonis iubilis in
 communem lætitiã profluuisse, ac dixisse:
 Aduenisti desiderabilis, quem expectaba-
 mus in tenebris: vt educeres vincos de clau-
 stris? Te nostra vocabant suspiria, te læta
 requirebant lamenta. Tu factus es spes desi-
 deratis, magna consolatio in tormentis. O
 quàm dulcis fructus reductionis his, qui in
 tanta, & tam amara feruitute fuerant con-
 stituti. Hic est fructus, de quo sponsus lo-
 quitur in Cantico amoris: Dux ascendam
 in palmam, & apprehendam fructus eius.
 Quid est in palmam? in crucem eius, cuius
 vna pars de arbore palmæ dicitur facta fuis-
 se. De quattuor enim generibus arborum fa-
 cta fuisse refertur. De Cypresso. De Cedro.
 De Oliua. De Palmis. Cypressus in profun-
 do, Cedrus in longo Oliua in alto, Palma in
 lato, vnde dicit Apostolus: vt possimus com-
 prehendere cum omnibus fructis, quia lit
 lætitudò, longitudo, sublimitas, & pro-
 fundum. Profundum vero in etuce voca-
 tur illud lignum, quod infixum erat terre,
 in quo stabat lignum erectum, & cruci-
 fixum crucifixi Domini applicandum erat,
 quod est crucis longitudo. Lignum vero
 ex transverso illo appositum, cui manus
 erunt affixæ, latitudo crucis nominatur.
 Illud autem, quod à Pilato fuit apposi-
 tum, in quo titulus triumphalis iure scri-

ptus, altitudo nuncupatur. Habent autem horum lignorum singula suas mysticas significaciones secundum naturas suas. Cypressus enim timorem, siue humilitatem significat, ubi est radix crucis, per quam non solum situs humilis, sed natura eius exprimitur, quia ut dicitur, fugat odore serpentes id est diabolus, quorum proprius character superbia ab humilitatis virtute fugatur. Cedrus arbor longitudine præstans alijs arboribus, longitudinem crucis, id est perseverantiam significat, siue patientiam. Naturali enim sua virtute approbatur, quia est valde durabilis, & corampti ex natura non potest. Oliua vero arbor oleum effundens, per quam misericordiae opera significantur caritatem significat, quæ arbor bene latitudinem habet crucis: quia lata est caritas, quæ etiam ad inimicos extendi præcipitur. Palma porro arbor victoriæ significans, altitudinem crucis optime significat, spem de supernis habendam, non ad infima deprimendam. Hæc arbor habet in se titulum triumphalem scriptum in quo inuenitur fructus crucis. Prima enim dictio est Iesus, per quam intelligitur saluatio, quæ idem est, quod redemptio. Ecce fructus crucis. Propterea enim Christus crucifixus est, ut redimeret hominem. Quod autem ait, Ascendam in palmam, à parte crucis totam crucem significauit. Sed bene per palmam, in qua titulus signum redemptionis, quæ fructus crucis est, inuenitur. Sed dicit aliquis: Dicturus eras de fructu vitis, & dicis de fructu Palmæ? Quæ concordia est vitis, & palmæ? Ad quod ego: Palma crucem, vitis vero significat crucifixum. Dic igitur, numquid diuersus est fructus crucis, & crucifixi? Non puto. Ergo & idem est fructus, & Palmæ & Vitis. Ascendit Vitis in Palmam, apprehendit fructus Palmæ, non quos Palmam habuit ex se, sed ex Vite in Palmam extenta. Quare ergo dicit ipsa Vitis, Apprehendam fructus eius, & non potius dicit meos: cum Palma fructum habuerit à Vite, non Vitis à Palma? Christus non habuit hunc fructum sine Palmam, imò & per Palmam, id est per crucem: quia si Christus crucifixus non esset, non fuisset secuta redemptio. Apprehendit ergo Christus fructum crucis, illum profecto, quem ipse per crucem fuerat operatus. Sed habet hic bonus grana multa, scilicet impletionem scripture, victoriam de diabolo, resurrectionis glo-

riam, ascensionis mirabilem elevationem, donorum spiritus sancti missionem. De impletionem scripture ipse dominus testimonium perhibet dicens Petro, Calicem, quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? Quomodo ergo implebuntur scripture? quia sic oportet fieri? Et in alio loco, Nonne oportuit adimpleri omnia, quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me? Victoria de diabolo, & sialio modo potuit, tamen alio modo impleri non debuit. Multum enim desipit, qui sapientiam Dei, & domini aliud aliquid putat, nisi id quod præstantissimum fuit, ordinasse. Necessarium fuit cum per hominem vinci, & per lignum, qui hominem vicerat per lignum, ut vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Quare autem per hominem, qui erat Deus, & non per simplicem hominem, satis manifestum est: quia omnes homines peccato erant obnoxii, & non poterat quisquam aliorum soluere vincula, qui seipsum soluere non valebat. Christus enim fortis, qui originali peccato nihil debebat, eò quod singulari priuilegio nascendi sine omni carnali concupiscentia conceptus erat, qui solus est inter mortuos liber, solus à morte poterat mortuos liberare, sicut ait Apostolus Non habebat necesse pro se offerre sacrificium quemadmodum alij sacerdotes, tam pro sua, quam pro populi ignorantia. Si autem quaeritur quare Deus potius per se, quam per aliquam aliam creaturam hominem voluerit liberare, possumus hoc quidem caritati eius imputare, quam ut nobis commendaret, non solum incarnatus, sed & mortuus est pro nobis. Tradidit nihilominus per hoc formam caritatis, ut parati simus cum necessitas exegerit pro fratribus nostris animas nostras ponere, cum regem nostrum pro nobis animam posuisse videmus. Est & adhuc alia rationalis causa quare per Dominum redempti sumus, scilicet quia nequaquam decuit nos per alium reformati, quam per eum, per quem formati eramus.

Plus enim excitat nos ad caritatem reformatio, sicut sæpius supra dictum est, quam formatio. Si ergo per alium quam per ipsum, per quem sumus formati, reformati essemus: plus reformatori nostro, quam formatori deberemus, & sic plus diligeremus creaturam, quam creatorem, quod esset incon-

conueniens. Vt ergo incitaret nos ad diligendum ipsum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus nostris, impendit nobis quidquid debuit creando, & recreando nos optimus Deus, cuius beneficijs non communicat alienos. Fructum igitur refectionis nostrae toto desiderio complectamur, & sapus imo sine intermissione ad

I memoriam reuocamus. latentem in ipso dulcedinem lingua intellectus nostri degustemus, & in vase memoriae nostrae recondamus sanguinem huius vuae meramissimum sanguinem inquam rubicundi Iesu: quia factus est nobis redemptio, quia per ipsum saluati, & liberati sumus. His floribus, hoc fructu, quo redempta est a tyrannide daemniaca iugiter reficienda est fidelis anima, ne in hoc tædioſo deserto deficiat, in quo sine requie, sine intermissione laborat suspirans ad illam terram lacte, & melle manantem, & cū sponsa proclamans, Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Non ignorat ista, quis & qualis fuerit fructus vitis ligni vitae Iesu Christi. Nonnumquam enim lectum conscientiae nostrae floribus virtutum, & passionis sponsi sui respererat, quae eidem in eodem Cantico amoris proclamat, Lectulus noster floridus, nō de alienis, sed de tuis floribus dulcis Iesu. Veni ergo, & agnosce tuos flores; requiesce in lectulo tuis floribus adornato. His ergo floribus petit à socijs sponsi, ab annuntiatoribus verbi Dei se sponsa fulciri: sciens profecto quid virtutis habeant, qualem effectum operentur in ipsa tales flores per ministrum verbi ad memoriam reuocati, quantum ipsam in tentationibus, & periculis praesentis vitae confortent, quantum ad supernae patriae desiderium accedant: nec dubito, quin eadem sponsa in hortum sanctarum scripturarum sui sponsi quandoque fuerit introducta, ubi procul lubio lignum vitae vitem veram inuenit, cuius alacriter fructum apprehendit voluens in mente sua, & reuoluens, & intuens diligenter, ac perspicaciter qualem ex ardore dilecti sui, imo ex ipso dilecto fuerit fructum consecuta: sensitque infallibiliter, quantum amoris ei debeat, quantum ad omnia pericula sustinenda merito debeat confortari gustato spiritu fructuosissimo, quem ex arbore tam dilecta suscepit. Oportet ergo sibi sapus ad memoriam reuocari hos flores, & hunc fructum: quia & illis fulciri ne cadat, & his stipari, ne aliquo mo-

do moueatur exorat: sciens nimirum quid virium habeant, & illorum odor, & huiusmodi. Quod autē addit. Quia amore langueo quid est, nisi quod sponsa desiderio superne patriae accenta dilationem diuturnā non patitur? Vnde in eodem, Filiae Hierusalem nūciate dilecto, quia amore langueo. Quis est amor iste tam validus, & languorem inducens? Numquid non est amor, de quo scriptum est Fortis est, vt moris dilectio?

Qualis est ista fortitudo, quae infirmitatem inducit? Respondent illi, qui in libro experientiae huius quaestionis solutionem perlegerunt. Experientie dixi. Et quare non sapientiae, quae à sapore dicta est?

Qui ergo in libro sapientiae legerunt, id est qui saporem internum experti sunt, dicant, & doceant nos: quis sit iste amor, quicum sit fortis, vt mors, facit amantes languere vsque ad mortem: quia in morte huius corporis, & non ante sauantur.

Postulat quidem medio tempore dum in vita hac mortali siue in hac morte vitali degunt, dilecti, ac desiderabilis, floribus, & fructibus consolari, at non satiari, donec veniat dies, quem cum propheta desiderant dicentes. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et in alio loco, Adimplebis me iucunditate cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. De qua dextera aliās legitur. Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et vide quā bene ista auctoritas cum superioribus concordat: vt laua dilecti appelletur reconditio illius caritatis, qua nulla maior est quā ea, qua posuit animam suam pro amicis suis. In dextera vero beatam Dei visionem, quam promissit amicis suis, & gaudium de praesentia diuina maiestatis. Merito illa Dei, & deifica visio, in diuina praesentia inestimabilis dilectio in dextera deputatur, de qua delectabiliter canitur. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Merito in laua memorialis illa, & sempiterna memoranda dilectio collocatur: vt donec transeat iniquitas super eam, sponsa requiescat, & recumbat. Merito ergo laua sponsi sub capite sponsae, super quam videlicet caput suum inclinata sustentet, id est ne incuruetur, ne inclinetur ad carnalia, & secularia desideria, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Idem ergo per flores & fructum nostrae vitis, &

per laetiam ipsius sponsi figuratur: languoris autem sanatio per dexteram eius. Per hos ergo flores, & fructum vitis nostrae non petunt se fulciri, nec aliena dilectione gloriari, se sustentari, qui spem, & fiduciam suam non in rebus caducis posuerunt, sed illa tantum anima, quae modo pro amore, & desiderio dilecti, corporalibus, & mundanis curis languet, imo & moritur, cui & dicitur: Quae est ista, quae ascendit de deserto delictijs affluens innixa super dilectum suum? De deserto quippe huius mundi ascendit, quae cor suum cum corde dilecti in ea caritate connexit, quarens ea, quae sursum sunt, non quae super terram. Vnde de delictijs virtutum affluit tanquam unguento delibuta diuersorum aromatum, quae de dilecti paradiso collegit, sequens est, qui pro ea passus suum ipsi reliquit exemplum. Vnde & benedicitur, Innixa super dilectum suum, non super hominem: quia maledictus homo, qui confisit in homine, & ponit carnem brachium suum, nec super aliquid res terrenas, quae oia reputauit quasi stercorea, vt Christum lucrifaceret. Talis ergo anima, quae nunc floribus, & fructu vitis verae sponsi sui fulcitur, quae modo pro amore illius languet, vsque ad mortem dicens cum Iob, Desperavi, nequaquam iam vltra viuum, talis inquam post haec sponsi dulcissima dextera ineffabiliter amplexari, & fructu aeternae iucunditatis satiari merebitur, languore non solum sanato, sed & aucto. Sanabitur enim languor intolerabilis desiderij in perturbatione iucundissima dilecti desiderati, non tamen auferetur, imò augebitur idem desiderium, sed tunc non erit languor, sed depulsio fastidij, cum desiderans plenissime satiabitur desiderato, & satiatus desecat in satietate desiderare mutua, & interminabilis, & inexplicabili generatione, desiderio generante satietatem, & satietate desiderium pariere, sed iam reuertamur ad vnam. Est tertium granum in botro redemptionis, nec in dominica resurrectione, quae quantum habuit, habeatque, dulce finis, quis explicet? Ponat aliquis tamen, si quis potest, in corde suo magnitudinem ineffabilem illius beatissimae, & tristissimae passionis. Vnde quanto desperationis maiore illa dilectorum passio Iesu corda percussa fuerunt, videat illarum fidelium mulierum lamentationes, quae dulcissimum Iesum ad passionis oculum euntem cum sibi crucem baiularet, & cum dulcissimam animam ex-

piraret, non deseruerunt. Videat praecipue illam tunc spectantem mulierculam, nunc vero mundi dominam, matrem Domini, quam acutus doloris gladius animam eius pertrauserit. Videat totius mundi machinam fabricatori suo compatiens, terra caligine inuolutam. Videat inquam haec, & tantae turbationi serenitatem tertiae diei, & insperatam laetitiam latissimae resurrectionis, annectat, recogitetque propensius eum quanta exultatione suscepit Dominum a mortuis resurgentem, quem cum ingenti tristitia viderant morientem. Vide, cum quanta iucunditate recompensauerit in resurrectione discipulos, suam tristitiam illam, & sanctissimam extremam comestionis suae cenam, in qua dixit, Non bibam a modo de generatione vitis donec bibam illam vobiscum nouam. Ecce iam nunc resurrexit in gloria vitis vera: comeditque, & bibit cum eisdem discipulis cum gaudio maximo proculdubio, seque dubitantibus aliquibus videndum pariter, & tangendum exhibuit. Nec putet quisquam, quod resurrexit ad gaudium solis discipulis, imò & resurrexit nobis, & toti mundo beatificans omnes, qui quamuis non videant, credunt tamē ipsum passum fuisse propter delicta nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostram: quibus doceatur, quoniam si socij fuerimus passionis, erimus & resurrectionis: & vt non dubitemus mortalia corpora nostra resurrectionis gloria sublimanda, cum caput nostrum morte turpissima condemnatum resurrexisse credamus. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita se in Christo omnes viuificabuntur. Primitiae enim dormientium Christus: deinde hi, qui sunt Christi, in Aduentu eius, qui ad exemplum Christi resurgentibus ad gloriam vltra non morituri resurgent. Est & ascensio granum in botro redemptionis per passionem sacrae, dulce quidem granum purissimum in se continens dulcedinis, facies gaudium caelis, & terris. Quis enim dubitet gaudium magnum factum discipulis: cum cum, vt hominem viderent caelestia penetrant? Stabant animis simul, & cordibus in caelum erectis, animi sui gaudium non capientes: sed in voce iubilationis eunti domino gratulantes. Exultauit proculdubio, & caelum, omnes videlicet angelorum chori purpurato suo Domino nostrae carnis trabea occurrentes, & summa cum laude summi suscipientes

pientes victorem. Quid si in vnus iusti siue
 martyris animæ aduentu omnis angelorum
 exultat chorus, quantum putas, in singulari
 sui imperatoris aduentu omnium ordinum
 spiritus exultasse? Humano igitur intellectu
 ad huius laudis, & gaudij magnitudinem
 succumbente, gaudeamus & nos dulcedinem
 huius grani recolectendo, admirando, diligendo
 fugamus exultantes in spiritu sancto pro eo,
 quod carnis nostræ portio in dulcissimo Domino
 in summo Trinitatis throno excellentissime sit
 collocata, intendentes animos nostros quantum
 possumus, post ipsum & in ipsum, ipsi in
 humilitatis spiritu supplicantes, quatenus
 nos post se trahere dignetur, vt in odore
 vnguentorum ipse currentes in illa cellaria,
 in illam supremam apothecam aromatum,
 in illa interiora sancta sanctorum mereamur
 introduci, quod ipse Christus caput nostrum
 præcessit. Quantum botri nostri granum
 missio spiritus sancti est. Quis vinum
 iucundissimum huius grani valeat explicare?
 Vinum, inquam, & si magis placet, multum. Mox enim
 accepto ab Apostolis, & alijs, qui cum eis erant
 expectantibus, Spiritu sancto inebriati sunt:
 eructauerunt verbum bonum, loquebantur
 varijs linguis magnalia Dei. Antè timore
 absconditi, nunc ecurrerunt foras: non iam
 timuerunt aquam populi fremantis caritatis
 igne succensæ. Tunc pro certo experientes
 verum esse, quod scriptum est: Aquæ multæ
 non potuerunt extinguere caritatem, & flumina
 non obruerunt illam. Irruerunt enim in eos
 flumina potestatum, fluxerunt aquæ populose
 multitudinis flauerunt ventiac procellæ
 comminationem verborum, & ignis caritatis
 non est extinctus: imo etiam auctus est.
 Ibant enim Apostoli gaudentes à conspectu
 concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine
 Christi contumeliâ pati. Est autem auctus
 ignis caritatis, pluribus per eorum prædicationem
 accensis, & eadè qua ipsi ardebant,
 iucunditate succensis. Sed quid aiebant
 Iudæi omnium bonorum increduli? Musto,
 inquiunt, pleni sunt mentientes & ignotantes
 verum dixerunt. Musto quippe illo nobilissimo
 caritatis Dei, imo caritate Deo repleti erant,
 inflammante ad amorem, & confortante ipsos
 contra timorem. Vnde sicut mustum non
 patitur se contineri à vase, nisi foramen
 habeat, vnde prorumpat: sic ab istorum corde
 per ora eorum se mustum Spiritus sanctus
 manifestauit, lo-

quæta magnalia Dei, cum mirabili eloquentia.
 Non enim impedit, sed expedit linguam
 haustus multum huius: vt illud poeticum
 verum inueniatur. Fœcundi calices quem non
 fecere disertum? Fœcundus vero calix do-
 mini, & præclarus inebriauerat eos: quia sicut
 ait Apostolus: Caritas Dei diffusa erat in
 cordibus eorum: Sed videntur verbis nostris
 verba Petri contraria, qui haustu noui
 musti audax factus, iam non solum non timuit
 verba mulieris cuiusquam, vt ante, sed nec
 verba principum. Hic ergo obijciens se in
 medium dixit discipulos ebrios non à vino,
 sed audiamus verba ipsius optime distincta.
 Non enim, inquit, sicut vos æstimatis, hi
 ebrij sunt. Non enim multo terrene ebrij
 sunt, sicut vos putatis, sed cælesti spiritu.
 Hauriamus igitur, & nos charissimi de
 vino iucundissimo grani huius. Quod si
 vel in quo hauriamus scilicet vas intellectus
 non habemus, curramus cum plena fiducia
 ad singularitatem nostrum, ac prouidum conditorem,
 cuius signum sumus, oremusque vt vas
 formet in anima nostra huius dulcissimi
 musti capax: vt nostro consolatore spiritu
 gratiæ septiformis accepto multiformes
 teratoris aduersarij nostri laqueos euadamus,
 & pedes affectuum nostrorum in cordibus
 sapientiæ injiciamus, vt cum ipsa sapientia
 colligati vinculis caritatis indefinenter
 & indefesse curiamus post illam, donec ad
 saporis ipsius plenitudinem attingamus, ubi
 iam non per speculum, & in ænigmate, sed
 facie ad faciem regem nostrum in decore
 videamus, & sicut sumus cogniti, cognoscamus.
 Hic enim aduertendum puto, quod vitis
 nostræ fructus compeditur, & bibitur. Masticatur
 enim vna, bibitur vero vinum: quod in
 vino continetur, & in utroque vtilitas
 dicitur est, sed in vino, & iucunditas, & vtilitas
 prolixior est, quid ad botri huius, de quo
 locuti sumus fructuonem mihi pertinere videtur.
 In presenti enim vita huius bonum masticamus,
 cum suauitatem incedimus, & vtilitatem
 nostræ redemptionis dentibus intellectus
 nostri discutimus: cum resurrectionis
 potentiam, ascensionis gloriam, & aduentus
 Spiritus sancti vtilitatem in cordibus
 nostris consideratione versamus tamquam
 in ore, fitque de his nonnumquam aliqua
 letitia cordi nostro. Erit autem Christus
 postquam cessauerit tempus, id est mutabilitas
 temporum, quando hæc iam non comedemus,
 sed bibemus, inextimabilem de his
 perpe-

E
Horati

D

F

perpetuam lætitiã consecuti. In comedendo. n. aliquis labor est: quod vero bibitur, sine labore recipitur. Vnde per comestionem delectatio quæcũque, vel qualiscumque, vel quancũque, quæ sine corpore nõ percipitur: sed semper aggrauat animam. Per potũ vero sine labore acceptum illius loci, & temporis gaudia significantur, vbi & qñ iam nõ erit luctus, neq; clamor, sed nec vllus dolor, quoniam hæc oĩa transferunt. Et ipse ab æterno stabilis, qui pro nobis, ne velut vmbra transiremus, transiens factus fuit, ministrabit nobis, ibi etiam tunc iam nõ cum labore, & timore, & impedimento corporis mortis huius comedemus, sed cum magna iucunditate bibemus vinum redẽptionis nostræ, & secundũ naturam nobile vinum, quanto plus biberimus licet saturemur, tanto plus ficiemus admirãtes, & laudantes sine termino, & sine intermissione bonitatẽ admirabilem redemptoris nostrĩ, quã in fructũ redẽptionis nostræ circa nos voluit exhibere. Et vide, si nõ ista differẽtia cibi, & potus nobis in verbis spõsi in cantico amoris comendatur, cum ait. Comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi. Præponet. n. comedere, quod vtique ad præsentem vitã pertinet, in qua sicut diximus contemplatio labori actionis admixta est. In futura vero vita, quæ omni actione caret gaudio tamquã poculo perfruemur. Bibemus. n. & inebriabimur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potabimur, iã nos tũc esse regis, & spõsi nostrĩ charissimos liquido cognoscẽtes, cum aqua ois laboris, & actionis terrenæ in vñũ diuinæ contemplationis commutabitur, implebuntq; oēs hydriæ vsq; ad summum. Oēs. n. implebuntur in bonis domus domini: cũ illæ desiderabilis nuptiæ sponsi, idest Christi, & spõsi, idest vniuersalis Ecclesiæ celebrabuntur. Bibeturque in summa lætitiã cordis oium clamantium Domino, & dicentium. Tu bonum vinum seruasti vsq; ad huc. Nos autẽ dicimus hanc lætitiã per cibũ significari, cum scriptum sit: vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, licet positio præcedentis auctoritatis etiã in hac possit locũ obtinere. Si vero asserat aliquis indignũ fore, vt tanta vitis tantum laborata, & laborans vnum tantum botrum produxerit, potest si vult ea, q nos grana appellamus, botros appellere, & singulis aliquã granorum multitudinẽ adungere. Verum tamen non irrationabiliter in præsentĩ bo-

tros vitis innumeros intuenimus, si oēs Ecclesias, oĩa monasteria, oēs congregationes, quæ in vniuersa Ecclesia sunt, volumus intueri. Hos. n. botros quis produxit, nisi Vitis nostra? Nã & Christus, & Ecclesia vitis vna sunt: sicut vnum corpus singulæ congregationes, singuli botri, grana vero singularitatem expriment personarum, & nõ inconuenienter, vt mihi videtur. Nam per exteriorẽ folliculũ grani siue vix corpus exprimitur, per nucleos ossa, per liquorem aĩa figuratur, vel sanguis, qui est sedes animæ. In morte hominis anima à corpore tamquam vinũ de acino exprimitur: & si dignum fuerit, in regale deferretur cellarium paradisi cœlestis, vt gaudium fiat regi cœlesti, & coniuuiis suis beatissimis, qui ad nuptias agni vocati sunt, & perueniunt. Bibit enim, & ipse sponsus vinum propriũ de vite sua, & vinea sua Ecclesia. f. cuius & ipse caput est. Bibet, & ipse sanguinem vuarum meracissimum. f. aias sanctorũ expressas, & separatas ab acinis in torculari crucis, in labore, & siti, in frigore, & nuditate, in vigilijs multis, & alijs exercitijs spiritualibus. Bibet has. i. sibi delectabiliter incorporabit, faciens, vt vnus spiritus secum effecti cum ipso, & in ipso à cunctis de cetero laboribus requiescant. Timeãt, & caueant sibi illa putrida grana, fratres falsos, peruersos Christianos dico, qui in se vinum non continent, sed venenum, qui in torculari crucis premi nolunt, & in labore hominum non sunt. Caueant inquã, dum tẽpus est, ne porcis. i. diabolis deuorandi proijciantur, quia in cellaria regia non nisi per torcular crucis iter est. Restabit nobis dicere de secundis floribus vitis nostræ, & de fructibus illorum secundum quod scriptum est. Et refluuit caro mea, quod de resurrectione dici, nullus est, qui ambigat: cuius fructus erit gloria resurrectionis secundæ, sed nos magis legẽtem volentes scientem relinquere, quã fastidientem, hic huic sermõni terminũ imponimus, parati emendare, demere, & mutare sicubi contra fidem, & contra sacras scripturas aliquid diximus, in omnibus gratias humiliter agẽtes ei, qui gratuita gratia sua nos edocuit, qui aperuit os mutorum, & linguas infantium disertas facit, nomini cuius nouum principii opusculi huius, finẽque consecramus optimo, & dulcissimo Iesu. Amen.

Finis tractatus de Passione Domini super

Ego sum vitis vera editus à

Beato Bernardo.

B. PATRIS BERNARDI PRIMI
 QVONDAM ABBATIS CLAREVALLENSIS.

Cænobij Rhythmica oratio ad vnum quodlibet membrorum Christi
 patientis, & à Cruce pendentis.

A D P E D E S.



Alue mundi salutare,
 Salue, salue Iesu chare,
 Cruci tuæ me aptare
 Vellem vere, tu scis quare,
 Da mihi tui copiam.
 Ac si præsens sis, accedo,

Imò te præsentem ciedo:
 O quam nudum hic te cerno,
 Ecce tibi me prosterno,
 Sis facilis ad veniam.
 Clauos pedum, p'agas duras,
 Et tam graues impressuras,
 Circumplector cum affectu,
 Tuo pauens in aspectu,
 Tuorum memor vulnerum.
 Grates tantæ caritati,
 Nos agamus vulnerati,
 O amator peccatorum,
 Reparator confractorum:
 O dulcis pater pauperum.
 Quidquid est in me confractum,
 Dissipatum, aut distractum,
 Dulcis Iesu totum sana,
 Tu restaura, tu complana,
 Tam pio medicamine.
 Te in tua cruce quæro,
 Prout queo corde mero,
 Me sanabis hic, vt spero,
 Sana me, & saluus ero,
 In tuo lauans sanguine.
 Plagas tuas rubicundas,
 Et nixuras tam profundas,
 Cordi meo fac inscribi,
 Vt configar totus tibi,
 Te modis amans omnibus.
 Dulcis Iesu pie Deus,
 Ad te clamo licet reus,
 Præbe mihi te benignum,
 Ne repellas me indignum
 De tuis sanctis pedibus.
 Coram cruce procumbentem,
 Hosq; pedes complectentem,
 Iesu boue non me spernas,
 Sed de cruce sancta cernas

Compassionis gratia.

In hac cruce stans directe,
 Vide me ò mi dilecte,
 Ad te totum me conuerte,
 Esto sanus dic aperte,
 Dimitto tibi omnia.

A D G E N V A.



Alue Iesu rex sanctorum,
 Spes votiuæ peccatorum,
 Crucis ligno tamquam reus,
 Pendens homo, verus Deus

Caducis nutans genibus.
 O quam pauper, ò quam nudus,
 Qualis est in cruce ludus,
 Derisorum iocus factus,
 Sponte tamen, non coactus,
 Attritus membris omnibus.
 Sanguis tuus abundanter
 Fulus, fluit incessanter
 Totus lotus in cruore,
 Stas in maximo dolore,
 Præcinctus vili tegmine.
 O Maiestas infinita,
 O egestas inaudita,
 Quis pro tanta caritate
 Quærit te in veritate,
 Dans sanguinem pro sanguine?
 Quid sum tibi responsurus,
 Actu vili, corde durus?
 Quid rependam amanti,
 Qui elegit pro me mori,
 Ne dupl'a morte morerer?
 Amor tuus amor fortis,
 Quem non vincunt iura mortis;
 O quam pia me sub cura
 Tua foues in pressura,
 Ne morisu mortis vulnerer.
 Ecce tuo præ amore,
 Te complector cum rubore:
 Me coopto diligenter,
 Tu scis causam euidenter
 Sed suffer, & dissimula
 Hoc quod ago non te grauet,
 Sed me sanet, & me lauet,
 Inquatum, & agrotum,

Sanguis fluens hic per totum ,
 Vt non super sit macula .
 In hac cruce te cruentum ,
 Te contemptum , & distentum ,
 Vt requiram , me impelle ,
 Et hoc imple meum veile ,
 Facturus quod desidero .
 Vt te quæram mente pura ,
 Sit hæc mea prima cura ,
 Non est labor , nec grauator ,
 Sed sanabor , & mundabor ,
 Cum te complexus fuero .

A D M A N V S .

Salue Iesu pastor bone ,
 Fatigatus in agone ,
 Qui per lignum es distractus ,
 Et ad lignum es compactus ,
 Expansis sanctis manibus .
 Manus sanctæ vos aucte ,
 Rosis nouis adimpletæ ,
 Hos ad ramos dure iunctæ ,
 Et crudeli ferro punctæ
 Tot guttis decurrentibus .
 Ecce fluit circumquaque .
 Manu tua de vtraque ,
 Sanguis tuus copiose
 Rubicundus instat rosæ ,
 Magnæ salutis precium .
 Manus clavis perforatas ,
 Et cruore purpuratas ,
 Corde pæmo præ amore ,
 Sitibundo bibens ore
 Cruoris stillicidium .
 O quàm large te exponis ,
 Promptus malis , atque bonis :
 Trahis pigros , pios vocas ,
 Et in tuis vlnis locas ,
 Paratus gratis omnibus .
 Ecce tibi me præsentò
 Vulnerato , & cruento :
 Semper ægris miserentis .
 De me ergo ne graueris ,
 Qui præsto es amantibus .
 In hac cruce sit extensus ,
 In te meos trahere sensus ,
 Meum posse , velle , scire ,
 Cruci tuæ fæ seuire ,
 Me tuis apta brachijs .
 In tam lata caritate
 Trahe me in veritate ,
 Propter crucem tuam almam ,
Ofer. D. Bern. Tom. 11.

Trabe me ad crucis palmam
 Dans finem meis vitijs .
 Manus sanctæ vos amplector ,
 Et gemendo condelector ,
 Grates ego plagis tantis .
 Clavis duris , guttis sanctis ,
 Dans lacrymas cum osculis .
 In cruore tuo lotum
 Me commendo tibi totum ,
 Tuæ sanctæ manus istæ
 Me defendant Iesu Christe ,
 Extremis in periculis .

A D L A T V S .

Salue Iesu summe bonus ,
 Ad parcendum nimis pronus :
 Membra tua macilenta ,
 Quàm acerbe sunt distenta ,
 In ramo crucis torrida .
 Salue latus saluatoris ,
 In quo latet mel dulcoris ,
 In quo patet vis amoris ,
 Ex quo scætet fons cruoris
 Qui corda lauat fordida .
 Ecce tibi appropinquo ,
 Parce Iesu si delinquo ,
 Verecunda quidem fronte
 Ad te tamen veni sponte ,
 Scrutari tua vulnera .
 Salue mitis apertura ,
 Dè qua manat vena pura ,
 Porta patens , & profunda ,
 Super rosam rubicunda ,
 Medela salutifera .
 Odor tuus super vinum ,
 Virus pellens serpentinum ,
 Potus tuus , potus vitæ :
 Qui sititis , huc venite ,
 Te dulce vulnus aperi .
 Plaga rubens aperire ,
 Fac cor meum te sentire ,
 Sine me in te transire ,
 Vellem totus introire ,
 Pulsanti pande pauperi .
 Ore meo te contingo ,
 Et ardentè ad me stringo ,
 In te meum cor intingo ,
 Et feruenti corde lingo ,
 Me totum in te traice .
 O quàm dulcis sapor iste ,
 Qui te gustat Iesu Christe ,
 Tuo victus , à dulcore ,
 Z z Mori

D. Bernardi Oratio.

Mori posset præ amore,
Tu vnum amans vnice.
In hac fossa me reconde,
Infer meum cor profunde.
Vbi latens insidiat,
Et in pace conuiescat,
Nec profusus quemquam timeat.
Hora mortis meus siatus,
Intret Iesu tuum latus,
Hinc expirans in te vadat,
Ne hunc leo trux inuadat,
Sed apud te permaneat.

A. D. P. E. C. T. V. S.

Salue salus mea Deus,
Iesu dulcis amor meus,
Salue pectus reuerendum,
Cum tremore contingendum,
Amoris domicilium.
Aue thronus Trinitatis,
Arca late caritatis,
Firmamentum infirmatis,
Pax, & pausa fatigatis,
Humilium triclinium.
Salue Iesu reuerende,
Dighe semper inquirende,
Me presentem hic attende,
Accedentem me succende,
Præcordiali gratia.
Pectus mihi confer mundum,
Ardens, pium, gemebundum,
Voluntatem abnegatam,
Tibi semper conformatam,
Iuncta virtutum copia.
Iesu dulcis pastor pie,
Fili Dei & Mariæ,
Largo fonte tui cordis,
Fœditatem meâ ferdus,
Benigne pater dilue.
Aue splendor & figura,
Summi Dei genitura,
De thesauris tuis plenis,
Desolat s, & egenis
Munus clementer profue.
Dulcis Iesu Christi pectus,
Tuo nam dono reclusus,
Absolutus à peccatis,
Ardens igne caritatis,
Ut semper te recogitem,
Tu abyssus es sophiæ,
Angelorum armoniæ
Te colaudant, ex te fluxit
Quod Iohannes cubans fluxit:

In te fac, vt inhabite m.
Aue fons benignitatis,
Plenitudo deitatis
Corporalis in te manet,
Vanitatem in me sanes,
Quod tu confers, conuiesum.
Aue verum templum Dei,
Miserere, precor, mei:
Tu totius arca boni,
Fac electis me apponi,
Vas diues, Deus omnium.

A. D. C. O. R.

Summi regis cor aueto,
Te saluto corde lato,
Te completi me delectas,
Et hoc meum cor affectat,
Ut ad te loquar animes.
Quo amore vincebaris,
Quo dolore torquebaris,
Cum te totum exhaurires,
Ut te nobis impartires,
Et nos à morte tolleress?
O mors illa quàm amara,
Quàm immitis, quàm auara,
Quæ per celsam introiuit,
In qua mundi vita viuit,
Te mordens cor dulcissimum,
Propter mortem, quàm tibi,
Quando pro me defecisti
Cordis mei cor dilectum,
In te meum ser affectum,
Hoc est quod opto plurimum.
O cor dulce prædilectum,
Munda meum cor illectum,
Et in vanis induratum,
Pium fac, & timoratum,
Repulso retro frigore.
Per medullam cordis mei
Peccatoris, atque rei,
Tui amor transferatur,
Quo cor totum rapiatur,
Languens amoris valere.
Dilatate, aperire,
Tamquam rosa fragrans mire,
Cordi meo te coniunge,
Vnde illud, & compunge,
Qui amat te, quid paritur?
Quidnam agat nescit vere,
Nec se valet cohibere,
Nullum modum dat amori,
Multa mori te vellet mori,
Amore quisquis vincitur.

Viva cordis voce clamo,
 Dulce cor, te namque amo:
 Ad cor meum inclinare,
 Vt se possit applicare
 Deuoto tibi pectore.
 Tuo viuat in amore,
 Ne dormiret in torpore,
 Ad te oret, ad te ploret,
 Te adoret, te honoret,
 Te fruens omni tempore.
 Rosa cordis aperire,
 Cuius odor fragrat mire,
 Te dignare dilatare,
 Fac cor meum anhelare
 Flamma desiderij.
 Da cor cordi sociari,
 Tecum Iesu vulnerari,
 Nam cor cordi similatur,
 Si cor meum perforatur
 Sagittis improperijs.
 Infer tuum intra sinum
 Cor vt tibi sit vicinum,
 In dolore gaudiofo,
 Cum deformi specioso,
 Quod vix seipsum capiat.
 Hic repauset, hic moretur,
 Ecce iam post te mouetur,
 Te ardentem vult finire,
 Iesu noli contrariare,
 Vt bene de te sentiat.

AD FACIEM.

Salue caput eruentatum,
 Totum spinis coronatum,
 Conquassatum, vulneratum
 Arundine verberatum,
 Facie sputis illita.
 Salue cuius dulcis virtus,
 Immutatus, & incultus,
 Immutauit suum florem
 Totus vensus in pallorem,
 Quem cali tremis curia.
 Omnis vigos atque viros
 Hinc recessit, non admiror,
 Mors apparet in aspectu,
 Totus pendens in defectu,
 Trius agra macie.
 Sic ante te sic despectus,
 Propter me sic interfectus,
 Peccatori tam indigno,
 Cum amoris interstigio
 Appare clara facie.
 In hac tua passione,

Me agnosce pastor bone,
 Cuius sumpsi mel ex ore,
 Haustum lactis cum dulcore,
 Præ omnibus delicijs.
 Non me reum asperneris,
 Nec indignum dedigneris,
 Morte tibi iam vicina,
 Tuum caput hic inclina,
 In meis pausa brachijs.
 Tuæ sanctæ passioni
 Me gauderem interponi,
 In hac cruce tecum mori:
 Præsta crucis amatori,
 Sub cruce tua moriar.
 Morti tuæ tam amaræ
 Grates ago Iesu chare,
 Qui es clemens pie Deus,
 Fac quod petit tuus reus,
 Vt absque te non finiar.
 Dum me mori est necesse,
 Noli mihi tunc deesse,
 In tremenda mortis hora
 Veni Iesu absque mora,
 Tuere me & libera.
 Cum me iubes emigrare,
 Iesu chare tunc appare:
 O amator amplectende,
 Temetipsum tunc ostende
 In cruce salutifera.

IVBILVS S. BERNARDI

Abbatis, in commemorationem domi-
 nica passionis, qui, & ryth-
 mica constat modu-
 latione.

IESVS dulcis memoria
 Dans vera cordi gaudia:
 Sed super mel, & omnia
 Eius dulcis præsentia.
 Nil canitur suauius,
 Nil auditur iucundius
 Nil cogitatur dulcius,
 Quam Iesus Dei filius.
 Iesus spes pœnitentibus
 Quam pius es petentibus,
 Quam bonus te quærentibus
 Sed quid inuenientibus?
 Iesu dulcedo cordium,
 Fons viuus, lumen mentium
 Excedens omne gaudium
 Et omne desiderium.
 Nec lingua valet dicere,

Nec littera exprimere ?
Expertus potest credere,
Quid sit Iesum diligere.
Iesum quæram in lectulo,
Claufo cordis cubiculo:
Priuatum, & in publico
Quæram amore sedulo.
Cum Maria diluculo
Iesum quæram in tumulto,
Clamore cordis quæculo,
Mente quæram, non oculo.
Tumbam perfundam fletibus,
Locum replens gemitibus,
Iesu prouoluam pedibus,
Strictis hærens amplexibus.
Iesu rex admirabilis
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.
Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas,
Et intus feruet caritas.
Amor Iesu dulcissimus
Et vere suauissimus
Plus milies gratissimus,
Quàm dicere sufficimus.
Hoc probat eius passio,
Hoc sanguinis effusio:
Per quam nobis redemptio,
Datur, & Dei visio.
Iesum omnes agnoscite,
Amorem eius poscite,
Iesum ardentè quærite,
Quærendo inardescite.
Sic amantem diligite,
Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota votis reddite.
Iesus auctor clementiæ,
Totius spes lætitiæ,
Dulcoris fons, & gratiæ,
Veræ cordis delitiæ.
Iesu mi bone sentiam
Amoris tui copiam,
Da mihi per præsentiam
Tuam videre gloriam.
Quum dignè loqui nequeam
De te, tamen ne sileam:
Amor fecit, vt audeam,


Cum de te solum gaudeam,
Tua Iesu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio
Qui te gustant, esuriunt:
Qui bibunt, adhuc sitiunt:
Desiderare nesciunt
Nisi Iesum, quem diligunt.
Quem tuus amor ebriat,
Nouit, quid Iesum sapiat
Quàm felix est, quem satiati ?
Non est ultra, quod cupiat.
Iesu, decus angelicum,
In aure, dulce canticum:
In ore, mel mirificum:
In corde nectar calicum,
Desidero te milies.
Mi Iesu, quando venies?
Me lætum quando facies?
Me de te quando saties?
Amor tuus continuus.
Mihi languor assiduus,
Mihi fructus mellis fluus:
Est & vitæ perpetuus.
Iesu, summa benignitas,
Mihi cordis iucunditas,
Incomprehensa bonitas,
Tua me stringat caritas.
Bonum mihi diligere
Iesum, nil ultra quærere,
Mihi profus desiderere,
Vt illi queam viuere.
O Iesu mi dulcissime,
Spes in te sperantis animæ,
Te quærunt pia lacryma:
Te clamor mentis intimæ.
Quocumque loco fuero,
Mecum Iesum desidero,
Quàm lætus, cum inuenero:
Quàm felix, cum tenuero.
Tunc amplexus, tunc oscula,
Quæ vincunt mellis pocula:
Tunc felix Chanaanis spala,
Sed in his parua marula.
Iam quod quæsiui, video:
Quod concupiui, teneo:
Amore Iesu languero,
Et corde totus ardeo.
Iesus quum sic diligitur,
Hic amor non extinguitur,
Non tepescit, nec moritur,
Plus crescit, & accenditur.
Hic amor ardet iugiter,

Dulcefit mirabiliter,
 Sapit delectabiliter,
 Delectat & feliciter.
 Hic amor missus cœlitus
 Hæret mihi medullitus,
 Mentem incendit penitus
 Hoc delectatur spiritus.
 Obeatum incendium,
 Et ardens desiderium,
 O dulce refrigerium,
 Amare Dei filium.
 Iesu, flos matris virginis,
 Amor nostræ dulcedinis,
 Tibi laus, honor numinis,
 Regnum beatitudinis.
 Veni, veni rex optime,
 Pater immensæ gloriæ:
 Affulge menti clarius,
 Jam expectatus sapius.
 Iesu sole serenior,
 Et balsamo suavior,
 Omni dulcore dulcior,
 Ceteris amabilior.
 Cuius gustus sic afficit,
 Cuius odor sic reficit,
 In quo mens mea deficit,
 Solus amanti sufficit.
 Tu mentis delectatio,
 Amoris consummatio,
 Tu mea gloriatio,
 Iesu mundi salutatio.
 Mi dilecte reuertere,
 Confors paternæ dexteræ,
 Hostem vicisti prosperè.
 Iam cœli regno fruire,
 Sequar te quocumque ieris,
 Mihi tolli non poteris,
 Quum meum cor abstuleris
 Iesu latus nostri generis,
 Cœli ciues occurrite,
 Portas vestras attollite,
 Triumphatori dicite,
 Ave Iesu rex inclyte.
 Rex virtutum, rex gloriæ,
 Rex insignis victoriæ,
 Iesu largitor veniæ,
 Honor cœlestis patriæ.
 Tu fons misericordiæ,
 Vera lumen patriæ
 Pelle nubem tristitiæ
 Dans nobis lucem gloriæ.
 Te cœli chorus prædicat,
 Et tuas laudes replicat,
 Iesus orbem lætificat,
 Oper. D. Bern. Tom. 11.

Et nos Deo pacificat,
 Iesus in pace imperat,
 Quæ omnem sensum superat:
 Hanc mea mens desiderat,
 Et ea frui properat.
 Iesus ad patrem redijt,
 Cœleste regnum subiit,
 Cor meum à me transijt,
 Post Iesum simul abiit.
 Quem prosequamur laudibus,
 Votis, hymnis, & precibus:
 Ut nos donet cœlestibus
 Secum perfrui sedibus. Amen.

IN V S D E M S. P A T R I S

*Bernardi rhythmica oratio ad Domi-
 num Iesum Christum, eiusque
 matrem intemeratam
 Virginem.*

 Vinme summi tu patris vnice,
 Mundi faber, & rector fabricæ
 Pietatis respectu deicæ
 Peccatores afflictos respice.
 Pie pater.
 Summa summi tu mater filij
 Clauem nostri tenens auxiliij
 Fove tui lacte consilij
 Peregrinos huius exilij
 Pia mater.
 Consolentur ð bone domine
 Respirantes in tuo nomine,
 Qui pro mundi tollendo crimine
 Dignatus es nasci de virgine
 Matris pater.
 Consolentur ð bona domina
 Sitientes tua solamina,
 De qua sola felice scœmina
 Prædicantur hæc duo nomina
 Virgo, mater.
 O figura patris substantiæ
 Tu es splendor paternæ gloriæ,
 Tu es verum lumen iustitiæ
 De quo manat totius gratiæ
 Plenitudo.
 O regina regni Dauidici
 Tu es virga floris dominici,
 Tu es arca panis angelici
 De quo nostra meretur resciri.
 Solitudo.
 Virtus patris & sapientia
 Suauiter disponens omnia
 Tu & pater vna substantia,

Aequus honor, eadem gloria
Est vtrique.

Stella maris, regina saculi
Tu es mater illius paruuli,
Quem adorant fideles populi
Semper omnes, & semper singuli,
Et vbique.

O sanctorum sancte mirabilis
Toti mundo desiderabilis
Homo potens, & deus humilis
Non est tibi, nec erit similis
Deus meus.

O sanctarum sancta dulcissima,
Sola tanto partu dignissima,
Vt de tua carne mundissima
Nasceretur maiestas maxima,
Homo Deus.

Iesu Christe, fons indeficiens,
Fons humana corda reficiens,
Te suspiro, te solum sitiens,
Solus eris mihi sufficiens
Fili Dei.

Mater Christi, decus virginum
Thronum sedens super aethereum
Nomen tuum sapore me letum
Liquefacit affectum ferreum
Cordis mei.

Summum bonum plenum dulcedine,
Verum lumen de vero lumine
Solo cuius audito nomine
Satiatur mira pinguedine
Cor iustorum.

Summi boni reclinatorium,
Dulcis vini dulce cellarium,
Quod edulcans dulcedo dulcium
Preglegit sibi in proprium.
Rex caelorum.

Patrum pater praecelse ceteris,
Reparator humani generis,
O qui carnem pro nobis miseris
Mulieris de carne pauperis
Assumpsisti.

Matrum mater, & virgo virginum
Apotheca salutis hominum
O quae munda de carne dominum
Sine carnis mistura seminum
Concepisti.

Audi precor, o qui das gratiam
Peccatori, huius miseriam,
Et per tuam misericordiam
Peccatorum meorum veniam
Mihî dona.

Audi precor, o plena gratia
Peccatoris huius suscipia.

Et pro tua misericordia
Deo meo me reconcilia
Mater bona.

Tibi pater fac beneplacitum
Peccatoris istius gemitum:
Solue mei reatus debitum,
Quia malum praetendo meritum,
Et praetendi.

Tibi mater fac acceptabilem,
Peccatoris hanc vocem flebilem:
Redde mihi deum placabilem,
Ne se praestet inexorablem,
Quem offendi.

O intactae filii puerpera
Audi planctus anima misera,
Quae peccati iacens in puluere
Vt iumentum se compatrescere
Lamentatur.

O intacta virgo puerpera,
Ad te clamat mens mea misera,
Quae nefanda semper ad scelera
Ab atate nunc vixque tenera
Effranatur.

Pie pater errantem corrige,
Piam manum habenti porrige:
Iam de luto me facis erige,
Et in viam tuorum dirige
Mandatorum.

Pia mater errantem visita,
Pio corde de me cogita,
Coram Iesu benigno clamita,
Vt meorum remittat debita
Peccatorum.

Esto nobis pater propitijs,
Quorum frater es atque socijs:
Te laudamus, te benedicimus,
Adoramus atque diligimus
Mente tota.

Esto nobis mater propicia,
Quorum soror es, atque socia
In tuarum laudum praecordia
Corda nostra fac voluntaria,
Ac deuota.

Benedicte creator omnium
Benedicas iustis fidelium
Nomen tuum benedictum
Mortis tuae per beneficium,
Quos saluasti.

Benedicta in mulieribus
Benedic te benedictibus:
Benedictis tuis vberibus,
Qui dat escam esurientibus,
Hunc lactasti.

Laus & honor sit dei filio

Salus, virtus & benedictio:
Benedicta sit incarnatio,
Mors illius, & resurrectio
In æternum.

Benedictus sit pater luminum,
Benedicta sit virgo virginum:
Benedicat cor meum Dominum,
Sitiatque fontem dulcedinum
Sempiternum, Amen.

PROSA RHYTHMICA
*modulatione excurrens in laudem do-
minica natiuitatis, auct. B. Ber-
nardo Abbate primo Cla-
reuallen. Cœnobij.*

L Actabundus
Exulter fidelis chorus.
Halleluia.

Regem regum
Intactæ profudit torus,
Res miranda.

Angelus consilij
Natus est de virgine
Sol de stella.

Sol occasum nesciens,
Stella semper ruidans,
Semper clara.

Sicut sidus radium,
Profert virgo filium
Pari forma.

Neque sidus radjo,
Neque mater filio
Fit corrupta.

Cedrus alta Libani
Conformatur hyssopo,
Valle nostra.

Verbum ens altissimi.
Corporari passum est,
Carne sumpta.

Isaias cecinit,
Synagoga mœninit:
Numquam tamen desinit
Elicta.

Si non suis vatibus,
Credat vel gentilibus,
Sybillinis versibus
Hæc prædicta.

Infelix propera,
Crede vel vetera
Cur damnaberis gens misera!

Quem docet litera,
Natum contra leuiter
Ipsam en genuit puerpera.

F I N I S.

CONFESSIO NIS.

PRIVATAE FORMVLA,

*B. Bernardo ascribitur, &
verè digna Bernardo.*



N vnione acerbissimi
doloris tui, qui cau-
sam doloris mei assum-
psisti, & emendatio-
nem pro peccatis meis
suscepisti Domine Je-
su Christe, cum vnuer-
sitate dolentium, ve-
re
pœnitentium, & te in veritate quærentium,
confiteor tibi omnia peccata mea, mala
commissa, & bona omissa, vel non purè, aut
negligenter facta, sicut in ea melius noli
in numero, pondere, & mensura: & dies
perditos vitæ meæ, in quibus te offendi, &
laudem tuam minui, & à tè summo bono
ceci, & proximum in casu traxi. Suscipe
ergo Domine de mea misera vita residuum
annorum meorum: pro his vero, quos male
viuendo perdidisti, quibus perditè vixi, cor
contritum, & humiliatum Deus ne despi-
cias. Dies mei declinauerunt, & perierunt
sine fructu. Impossibile est, vt eos reuocem:
sed placeat tibi, vt recogitem illos in ama-
ritudine animæ meæ. Domine, abyssus
profundissimus miseræ meæ, abyssum in-
uocat altissimæ misericordiæ tuæ. Ne con-
tineas in ira miserationes tuas, & fontem
inexhaustum misericordiæ tuæ circa me ex-
ficari permittas, propter peccata mea, qui
misereris omnium, & nihil odisti eorum
quæ fecisti, dissimulas peccata hominum
propter poenitentiam. Tuum est Domi-
ne, remittere peccata, misereri mei, dum
tempus est gratiæ, & miserationis, & dum
tempus est emendationis, da mereri glo-
riam benedictionis: ne in die consumma-
tionis, me feriat verbum maledictionis.
Fac me quæso Domine assuetæ mala relin-
quere, & quæ tibi placent peragere: & stu-
dium, quod huc vsque in peccatis exercui, te
adiuante deinceps in tua voluntate da, vt
exerceam: vt vb. abundauit delictum, tua
gratia reabundet: Rogate propter teme-
ipsum, & per amorem passionis matris tuæ
gloriosa virginis Mariæ, & per interces-
sionem omnium sanctorum tuorum, at-

Zz + que

T A B V L A
huius operis.

que electarum tuarum, ignosce omnibus peccatis, negligentijs, & ignorantis meis, & ne perdas me cum omnibus iniquitatibus meis, neque in finem iratus referes mala mea. Recordare Domine Iesu, quia tuum non est perdere quidquam eorum, quæ Pater tuus dedit tibi, quin tibi proprium est misereri semper, & parcere, neminem perdere, sed saluare. Nam Pater tuus misit te in mundum non ut iudices mundum, sed ut vitam habeamus per te, ut sis propitiatio nostra, & aduocatus noster, non contra nos. Quod enim debuimus, tu soluisti: quod peccauimus, tu luiti: quod negleximus, tu supplisti. Proficere ergo nunc Domine, & in extremis meis plenaria, imò superflua satisfactio amarissima mors tua, & pretium inestimabile fusi sanguinis tui, commemoratio satisfactiois tuæ, venerabile mysterium corporis, & sanguinis tui, quod tibi quotidie offertur in Ecclesia, pro salute fidelium seruatorum tuorum: in qua es tu ipse sacerdos, & sacrificium, ille, qui offert pariter, & cui offertur, & hoc ipsum, quod offertur ad promerendam in presenti gratiam, quam non mereor: ad obtinendam in futurum requiem, & gloriam, quam tua amarissima mors impetrauit. Imperfectum meum Domine Iesu oculi tui viderunt, sed tu pie misericors, & præstabilis super malitia, ne queso imputes mihi ad æternum supplicium, quia omnia ad summum, & perfectum bonum optimè, perfectissimè, & sapientissimè præordinasti, & ne permittas me deleri de libro vitæ, sed offer mihi portionem quæ me contingit in subsidium tuum videlicet preciosa passionis, pro qua voluisti hominem habere tibi cohæredem in terra uiuentium. Te igitur Domine moueat, & incliniet ad misericordiam humanæ fragilitatis consideratio, qui nosti, quæ sit hominis substantia, & quod non vane constitueris hominem super terram, & conserua me opus tuæ pietatis, ne incassum circa ipsum laboraueris, ne ve infructuosa sit in me immaculati cruoris tui effusio. Tu qui es purificatiorem faciens peccatorum, præsta, ut emundatis per te peccatorum sordibus, illustratusque mentis acie cognoscam te, teque agnoscens in directione iugiter ad te tendam, ut felici tandem exitu ad te merear peruenire Iesu Christe Deus meus, & Dominus meus. Qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuis, &c.



E Fide.	Sermo 1
De Spe.	Sermo 2
De Gratia.	Sermo 3
De timore Dei.	Sermo 4
De caritate.	Sermo 5
De primordijs conuerforum.	6
De conuersione.	7
De contemptu mundi.	8
De habitu.	9
De compunctione cordis.	10
De tristitia.	11
De dilectione Dei.	12
De dilectione proximi.	13
De compassione.	14
De misericordia.	15
De exemplis sanctorum.	16
De continentia.	17
De disciplina.	18
De obedientia.	19
De perseverantia.	20
De uirginitate.	21
De continentia.	22
De fornicatione.	23
De abstinentia.	24
De ebrietate.	25
De peccato.	26
De confessione peccatorum, & pœnitentia.	27
De communionem.	28
De cogitatione.	29
De silentio.	30
De mendacio.	31
De perurio.	32
De detractione.	33
De inuidia.	34
De ira.	35
De odio.	36
De superbia.	37
De iactantia.	38
De humilitate.	39
De patientia.	40
De concordia.	41
De tolerantia.	42
De infirmitate.	43
De auaritia.	44
De cupiditate.	45
De paupertate.	46
De murmuratione.	47
De proprio.	48
De oratione.	49

De lectione.	50	Deo promisit.	62
De operatione.	51	Vt virgo semper consideret illud propter	63
De psalmis, & hymnis.	52	quod venit ad monasterium.	63
De actiua, & contemplatiua vita,	53	Vt virgo non querat placere hominibus	64
De curiositate.	54	de pulchritudine sui vultus	64
De vigilantia.	55	Vt virgo non rideat immoderate	65
De prudentia.	56	Vt virgo non desideret ciuitates vide-	66
Vt laicæ mulieres vitentur.	57	re.	66
Vt virgo non diligat societate virorum.	58	De tentatione.	67
Vt virgo fugiat societatem iuuenum.	59	De somnijs.	68
Vt virgo non coniungatur malis homi-	60	De breuitate vitæ.	69
nibus.	60	De morte.	70
Vt virgo non suscipiat dona, vel litteras in-	61	De iudicio.	71
oculto.	61	De oratione.	72
Vt virgo cum deuotione reddat, quod		De obsecratione.	73

D. BERNARDI DOCTORIS
CLARISSIMI, ET ABBATIS
CLARÆ VALLENSIS,

*Ad sororem suam modus bene viuendi : in quo continetur omnium
 virtutum summa ad Christianam religionem necessaria.*

P R O L O G V S.



Harissima mihi in Christo so-
 ror, diu est quod rogasti vt
 verba sanctę admonitionis
 scriberē tibi. Sed cū scriptū
 sit, Superbia est quemquam
 velle docere meliorem se:

indignum sine ad hoc opus confexi; & ideo
 quod rogasti, aliquādo facere distuli. Sed quā
 iterum iterumq; rogasti, rursus ad memo-
 riam reduxi sententiam Domini dicentis :
 Quicumq; angariauerit te mille passus, va-
 de cum eo duo milia : Omniq; petenti te,
 tribue : vndiq; coactus, tamē caritate com-
 pulsus, tuisq; orationibus adiutus sub men-
 sa patrum micæ collegi. Etsi non vt debui,
 tamē vt potui, quas in hoc libro tuę sancti-
 tati represento. Nunc ergo charissima sor-
 ror, hunc librum accipe, & eum ante oculos
 tuos quasi speculum propone, eumq; omni
 horum velut speculū contemplare. Præcepta
 namque Dei specula sunt, in quibus semper
 animæ inspicunt, & in quibus cognoscunt
 maculas, si quæ sunt, forlitanis : quia nemo
 mundus à delicto, & in quibus emendant
 vitia cogitationum suarum, & reluctēs vul-
 tus quasi ex reddita imagine componunt :

quia dum præceptis Dominicis toto animo
 intendunt, in eis proculdubio quid in se cę-
 lesti sponso placeat, vel quid displiceat, co-
 gnoscunt. Nunc igitur librum, soror vene-
 rabilis, libenter perlege, iterum iterumque
 relege, & in eo cognosces qualiter Deum,
 proximumque diligas, quomodo cuncta ter-
 rena, & transitoria despicias, quemadmo-
 dum æterna, ac cęlestia concupiscas, quali-
 ter pro Christo aduersa huius mundi patienter
 sustineas, & prospera, ac blandimenta
 contempnas, quemadmodum in infirmitati-
 bus tuis Deo gratias reddas, vel agas, & in
 sanitate non superbias, quomodo in prof-
 peritate non eleueris, nec in aduersitate
 frangaris. Soror mihi in Christo dilecta, li-
 brum istum tua prudentia studiosę percur-
 rat, & peccata mea assidue luceat. Et qui nō
 sum dignus impetrare indulgentiam, salte
 tuis orationibus possim consequi peccato-
 rum meorum veniam. Omnipotens Deus
 te custodiat, & ab omni malo te defendat,
 & cum omnibus tecum Deo pariter ser-
 uientibus ad vitam perducatur æternam, ve-
 nerabilis soror. Amen.

• *Explicit Prologus.*

Incipit •

Mar. 9.
d

Dominus dicit in Euangelio : Omnia possibilia sunt credenti . Nemo potest venire ad æternam beatitudinem nisi per fidem . Ille vero est beatus qui recte credit , & recte credendo bene viuit , & bene viuendo fidem rectam custodit . Vnde beatus Isidorus : Sine fide nemo potest placere Deo . Fides nequaquam vi extorquetur . sed exem- plis , atque ratione suadetur . Quibus autem violenter exigitur perseuerare in ea , nequaquam possunt exemplo nouellæ arboris , cuius , si quis cacumen violenter represserit , de- nuo dum laxatur in quod prius fuerat , confestim reuertitur . Fides sine operibus mortua est . Et frustra ibidem sola fide blanditur , qui bonis operibus ornatur . Qui crucem portat , debet mundo mori . Nam crucem ferre , semetipsum est mortificare . Cru- cem ferre , & non mori , simulatio hypocri- tarum est . Qui non dubitauerit in corde suo , sed crediderit : quodcumque fiet sibi . Qui credit in filium Dei , habet vitam æternam . Qui autem non credit , non videt vitam , sed ira Dei manet super illum .

Facobus : Sicut corpus sine anima mortuum est , ita fides sine operibus mortua est . Soror

Inc. 1. d charissima magna est fides , sed nihil valet sine caritate . Igitur , soror venerabilis , ser- uua in te rectam fidem , tene sinceram fidem , custodi in te meratam fidem . Maneat in te recta fides . Sit in te incorruptæ confessio- nis fides . Nihil temere de Christo loquaris . Nihil de Deo prauum , vel impium sentias . Nihil peruersè sentiendo , nec dilectionem eius offendes . Esto in fide iusta . Habeto in fide recta conuersationem sanctam : Deum , quem inuocas fide , non deneges opere . Ma- lum mixtum bonis contaminat plurima . Vnum malum multa bona perdit . Non delin- quas in opere , quæ perfecta es in fide .

Male viuendo non poluas fidem . Inte- gritatem fidei prauis moribus non corrumpas . Non admisceas

vitium virtutibus : non adiungas malum bonis . Soror amabi- lis

Deus te incolumen custodiat . Amen .

Dominus dicit in Euangelio : Nolite desperare , sed habete fidem Dei in vobis . Spes , quæ c- videtur , non est spes . Nā quod videt quis quid sperat ? Si autem quod non videmus speramus : per patientiam expectamus . Vnde Salomon ait : Expectatio iustorum lætitia : spes autem impiorum peribit . Ergo soror charissima , & tu expecta Domi- num , & custodi viam eius , & exaltabit te vt hæreditate capias regnum Dei . Expecta Do- minum charissima , & recede à malo , & exal- tabit te in die visitationis , id est in die mor- tis tuæ , siue in die iudicij . Qui male agere nō cessant , in vanum misericordiam Dei expe- ctant : quam recte expectarent , si à malo re- cederet . Vnde beatus Isidorus : Timere de- bemus ne per spem , quam Deus promittit nobis perseueranter peccemus . Nec rursus quia iuste peccata distringit , de Dei miseri- cordia desperemus : sed quod est melius , vtrumque periculum fugiamus : vt à malo declinemus , & de pietate Dei veniam spe- remus . Omnis quippe iustus spes , & formidi- ne nititur , quia nunc spes ad gaudium erig- git : nunc ad formidinem terror gehennæ reducit . Qui enim de peccati venia desperat : plus se de desperatione , quam de pec- cato dānat . Igitur soror dilecta , spes tua sit in Iesu Christo sponso tuo firma : quia spe- rantes in Domino misericordia circumdabit . Speſa firmiter in Domino , & fac bonitatē : inhabita terram , & in cælesti regno pascaris in dinitijs eius . Soror venerabilis de pone iniustitiam , & spera in Dei misericordia : aufer à te iniquitatem , & spera in salutem . Emenda te ipsam , & spera in Dei clementiā . Expelle à te prauitatem , & spera indulgentiam : corrige vitam tuam , & spera vitam æternam . Ad quam te perducere dignetur ille , qui te elegit ante sæcula . Amen .

De gratia Dei. Sermo 111.

Paulus Apostolus dicit : Vbi abundauit peccatum , superabundauit & gratia : vt sicut regnavit pecca- tum in morte , ita & gratia re- gnet per indulgentiam in vitam æternam . Stipendia enim peccati mors , gratia autem Dei vita æterna . Vnicuique autem vt suum data est gratia secundum mensuram dona- tionis

poterit esse sanctus nec bonus sine me. Sicut dixi in euangelio, quia sine me nihil potestis facere. Ego sum flos campi, & liliū conuallium. Sicut enim campus floribus adornatur, & vernat, ita totus mundus fide Christi, & notitia decoratur. Ego flos campi & liliū conuallium, quia illis hominibus amplius meam gratiam dono, qui non in sua bonitate, nec in suis meritis confidunt, sed in me. Soror venerabilis, ideo te moneo, vt nihil tuis meritis attribuas, nihil de te præsumas. In virtute tua nihil ponas, in viribus tuis non confidas, in tua audacia fiduciam non habeas. Omnia diuino dono, & diuinæ gratiæ ascribe. In omnibus operibus tuis Deo gratias refer. In omnibus actionibus tuis Deo gratias redde. In omni conuersatione tua Deo gratias repende. Confidentia tua semper sit in Christo, qui te creauit ex nihilo.

De timore Dei. Sermo IIII.

M

Soror charissima audi, quæ dico, audi quæ moneo: ausculta quæ loquor: Deum time super omnia, & madata eius semper obserua, quia ecce oculi Domini super timentes eum, & in eos qui sperant super misericordia eius. Et Salomon. Time dominum, & recede à malo. Qui timet Dominum nihil negligit. Etiam quidam sapiens ait: Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis: Timor Domini ditabit cor: & dabit gaudium, & lætitiā in longitudine dierū. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Timor Domini est sapiētia, & disciplina: non sis incredulus in timore Dei, & ne accesseris ad illum duplici corde. Timentes Dominum sustinete eius misericordiam, & desectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum credite in illū, vt in obiectione veniat vobis misericordia. Qui timetis Dominū, credite in illum, & non euacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominū diligite illū, & illuminabuntur corda vestra. Qui timent Dominum non erunt increduli verbo eius: & qui diligunt illū, conseruabūt vias illius. Qui timent Dominum, inquirunt, quæ beneplacita suat illi, & qui diligunt illum replebantur lege eius. Qui timent Dominum, probabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt madata

Pf. 32. d

Prou. 3.

a

cuius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem ipsius. Oculi Domini super timentes se, & ipse cognoscit omnia opera eorū. Consummatio timoris Dei est sapiētia. Timenti Dominum non occurrūt mala, sed in tentatione Deus liberabit illum à malo Spiritus timentium Deum requiretur, & in refectione illius benedicetur. Timor Domini est sicut paradysus: benedictio, & omnis gloria operiet illum. Beatus vir cui donatum est timorem Domini habere. Timor Domini est initium dilectionis eius. O soror dilecta, nulla res nos sic ab omni peccato custodit immunes, sicut timor inferni, & amor Dei. Deum timere, est nulla mala facere, & nulla bona, quæ faciēda sunt, præterire. Timor Domini, est fons sapiētiæ. Timēti Dominum bene erit in extremis, & in die mortis suæ benedicetur. Soror venerabilis, bonum est nobis timere Deum, quia timor Domini expellit peccatū. Timor Domini semper emendat. Timor Domini, reprimitt vitium. Timor Domini, cautum facit hominem, atque sollicitum. Vbi vero timor non est, ibi perditio est animæ. Vbi timor non est, ibi dissolutio vitæ est. Vbi timor non est, ibi est abundantia peccatorū. Igitur honesta virgo, timor, & spes semper sint in corde tuo. Pariter sint in te, timor, & fiducia. Spes, & metus, pariter perseuerent in te. Sic spera in misericordia Dei, vt timeas eius iustitiā. Sed tamen, soror mihi in Christo amabilis, volo te scire, quatuor esse timores: videlicet humanū, seruilem, initialem, & castum. Humanus timor est, vt ait Cassiodorus, quando timemus partem pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter quod peccamus, hic mundanus timor malus est: & in primo gradu cū mudo deseritur, quem Dominus prohibet in euangelio, dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Secundus timor, est seruilis: vt ait beatus Augustinus. Cum timore gehennæ homo recedit à peccato: & omnia bona, quæ facit, non propter dilectionem Dei, sed propter timorem inferni facit. Ille quasi seruus timet, qui bonum quod facit, non timore amittendi bonum, quod nō amat, sed timore patiendi malum, quod formidat facere. Ille non timet perdere amplexus pulcherrimi spūs, sed timet ne mittatur in penas inferni. De hoc seruili timore ait Paulus. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore sed accepistis spiri-

Ro. 8. 6

tum

tum adoptionis filiorum. i. spiritum filialem. Bonus est iste seruilis timor, & utilis, licet insufficientis, & imperfectus per quem creuit paulatim consuetudo iustitiarum. Cum incipit homo credere de iudicij, incipit timere. Si coepit credere, coepit, & timere: sed qui adhuc timet, non habet perfectam fiduciam in die iudicij. Nondum est in illo perfecta caritas qui adhuc timet: quia si perfecta in illo esset caritas, non timeret. Perfecta caritas faceret in homine perfectam iustitiam, & homo non haberet, unde timeret: sed haberet, unde desideraret, vt transeat iniquitas, & veniat regnum Dei. Quid est perfecta caritas, nisi perfecta sanctitas? Ille habet in se perfectam caritatem, qui perfecte viuit. Qui perfecte viuit, non habet unde in inferno dantur, sed unde in caelo coronetur. Qui perfectam habet in se caritatem, non timet in inferno puniri, sed sperat in caelo cum Deo gloriarı. Vnde dicitur in Psalmo: Glorabitur in te oes, qui diligunt nomen tuum. Ergo timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. Timor prius venit in corde hominis, vt praepararetur locus caritati. Huic seruilis timori succedit tertius timor, videlicet initialis, quando homo incipit facere bonum propter dilectionem Dei, quod antea faciebat propter timorem inferni. De hoc initiali timore, ait Dauid Propheta in Psalmo: Initium sapientiae timor Domini. Initialis timor est, quando homo incipit amare Deum, quem ante timebat. Et sic excluditur a corde seruilis timor. Huc initiali timori succedit quartus timor. scilicet castus, per quem timemus, ne sponsum. scilicet Christum tardet, ne discedat a nobis: ne eum offendamus: ne in eum peccemus, & ne eum perdamus. Timor iste. scilicet castus de amore descendit. Timor iste de amore nascitur. De hoc timore legitur in Psalmo: Timor Domini sanctus permanet in saeculum saeculi. In corde nominis prius venit timor. Et quare venit? vt locus caritati praepararet. Cum autem caritas ceperit habitare in corde hominis: tanto magis timor decreuit. Quanto maior est caritas in corde hominis: tanto minor est ibi timor. Quare? quia caritas mittit eum foras. Audi soror dilecta, congruentem similitudinem. Saepe videmus per fetam introduci linum: quando aliquid suitur prius intrat fetam, & post fetam intrat linum. Sic timor prius intrat in mentem hominis, & post timorem caritas: ita intrat, timor, vt introducat ca-

ritatem. Sed postquam intrat caritas, foras mittit timorem. Timor iste sanctus est, quia in mente hominis generat sanctitatem. Timor iste sanctus est, qui introducit in mentem hominum perfectam caritatem. Perfecta etenim caritas, perfecta est sanctitas. Timor iste castus est, quia non recipit adulterum amorem, scilicet, quia Deum super omnia diligit, & nihil amori illius praeposit. Etiam timor iste dicitur filialis, quia non timet Deum quasi seruum crudelem Dominum, sed quasi filium patrem dulcissimum. Hic timor ideo dicitur filialis, quia non timet quasi seruum, sed quasi filium. Sed quid est, quod ait Dauid Propheta? Timor Domini sanctus permanet in saeculum saeculi, cum Ioannes dicat: Perfecta caritas foras mittit timorem. Hoc est, quod superius diximus, quia ille habet castum, & sanctum timorem, qui Deum non timet propter poenas inferni, vel propter supplicia gehennae, sed cum reuerentia Dei permanet in saeculum saeculi. Ille vero, qui Deum timet propter poenas inferni, non habet in se timorem castum, sed seruilem: quia non habet perfectam caritatem. Si enim Deum perfecte diligeret, perfectam in se iustitiam haberet, & Deum non propter poenas, sed cum reuerentia, & timore timeret. Et ideo timor poenae non est in caritate, quia perfecta caritas eum foras mittit. Aliter timet seruus dominum, atque aliter timet filius patrem. Seruus timet Dominum cum desperatione, & odio: filius timet patrem cum reuerentia, & amore. Nunc igitur, soror reuerendissima, moneo te, vt timeas Deum cum amore, & reuerentia. Nolo enim vt semper iaceas sub iugo timoris depresso, sed vt consurgas per dilectionem ad dominum patrem tuum, qui te creauit quasi filium. Etiam te moneo, vt Deum caste diligas, & nihil amori eius praeponas, sed pro amore eius, omnia, quae in hoc mundo sunt despicias. Iterum admoneo te, atque rogo honestissima virgo, corrigas vitam tuam cum omni studio, ita vt sit sermo tuus pudicus, incensus honestus, vultus humilis, lingua affabilis, mens plena dilectione, manus plena operatione, iuuante domino, sine quo nihil boni poteris facere. Amanissima mihi in Christo soror, si me quasi fratrem audieris, & Deum in toto corde tuo timeris, multa bona non solum in hac vita, sed & in futura habebis. Amen.

Cant. 2.

Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinavit in me caritatem . Cella vinaria Ecclesia est, in qua est vinum Evangelicae praedicationis . In hanc ergo cellam amica sponsi, scilicet sancta anima introducitur, atque in ea caritas ordinatur : quia non sunt aequaliter omnia diligenda, sed differenter . Non debemus aequaliter omnia diligere, sed alia minus, & alia magis . Nam scire quid facere debeamus, & nescire ordine faciendi, perfecta scientia non est . Si non diligimus ea, quae diligere debemus, vel si diligamus ea, quae diligere non debemus, ordinatam caritatem non habemus . Et si plus diligimus ea, quae minus diligere debemus, vel si minus diligimus ea, quae plus diligere debemus ordinatam caritatem non tenemus . Haec est ergo ordinata caritas, vt Deum ante omnia, & super omnia diligamus . Debemus Deum diligere ex toto corde : id est ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota voluntate, & ex tota mente, & ex tota memoria : vt omnem intellectum, & omnes cogitationes nostras, & omnem vitam nostram ad eum dirigamus, a quo omnia bona habemus . Aut nulla pars vitae nostrae ociosa relinquatur, sed quidquid in animum venerit, illud dirigatur, vbi impetus dilectionis currit . Igitur soror charissima, dignissimum est, & valde nobis necessarium, vt Deum in omnibus, & super omnia diligamus, qui est summum bonum . Summum ergo bonum diligere, summa est beatitudo . Quanto quisque Deum amplius dilexerit, tanto magis beatus erit . Qui Deum diligit, bonus est . Si bonus est, ergo beatus . Vnde Salomon in Canticis canticorum : Fortis est, vt mors dilectio . Vere Dei dilectio fortis est, vt mors dicitur : quia sicut mors violenter separat animam a corpore, ita dilectio Dei violenter separet hominem a mundo, & a carnali amore . Vere Dei dilectio fortis est, vt mors, quia dum per dilectionem Dei a vitijs mortificamur : quia mors agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio Dei in faculi cupiditatibus . Deus diligendus est propter se metipsum, quia est summe bonus, & quia nos creavit ex nihilo . Caritas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum . In primo loco diligitur Deus, sicut iam dictum est, in omnibus, & super omnia . In secundo ve-

ro diligitur proximus in Deo, hoc est in bono . Caritas habet duo mandata, vnum pertinet ad dilectionem Dei, quod est maximum mandatum . Alterum vero pertinet ad dilectionem proximi, quod est simile huic . Sicut enim scriptum est : Diliges dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum . Ac si diceret : Ad hoc debes proximum tuum diligere, ad id, quod diligis teipsum, scilicet vt bonus sit, & vt ad vitam aeternam peruenire possit . De hac dilectione Dei, & proximi in Canticis canticorum sponsus, scilicet Christus loquitur sponsae, scilicet Ecclesiae animae sanctae dicens : Quam pulchrae sunt mammae tuae soror mea sponsa, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata . Quid per mammam conuenientius in hoc loco, quam ipsa dilectio Dei, & proximi, de qua superius diximus . intelligitur, per quas mammae mens sancta omnes sensus suos per suam dilectionem nutrit, cum Deo suo caritatis coniunctione conglutinatur : & proximis suis quidquid boni potest largitur ? Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata . Per vnguenta quippe ipsas virtutes, quae ex caritate nascuntur, intelligimus . Debemus proximos nostros in bono diligere, quia qui in malo diligit proximum, non diligit proximum, sed odio habet . Qui non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere ? Nequaquam . Igitur diligamus nos ad invicem, quia caritas ex Deo est . Et qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est, & videt Deum . Qui diligit fratrem suum, quem videt oculis corporis, videt oculis mentis in se manentem Deum, scilicet caritatem, quia Deus caritas est . Et qui non diligit fratrem suum, quem videt oculis corporis, non videt oculis mentis in se manentem Deum, scilicet caritatem, quia si in eo esset caritas, Deus esset in eo, quia Deus caritas est . Debemus etiam diligere propinquos nostros si boni sunt, & si Deo seruiunt . Plus debemus diligere extraneos, qui nobis sunt coniuncti vinculo caritatis Christi, quam propinquos, qui Deum non diligunt, nec Deo seruiunt . Quare ? Quia sanctior est copula cordium, quam corporum . Omnes fideles homines debemus diligere, sed cum omnibus prodesse non possumus illis maxime consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quolibet rerum opportunitatibus conficiuntur nobis quasi quadam

De primordijs conuerforum.

Ser. VI.

forte coniunguntur. Paridilectione est optata vita æterna omnibus hominibus. Omnes homines affectu caritatis debemus diligere, scilicet vt Deo seruiant: & vt salui fiant. Sed opera misericordix non debemus omnibus hominibus æqualiter impendere, sed alijs minus, atq; alijs magis. Soror dilecta, si veram, & perfectam caritatem volumus custodire, ad æternam patriam Deo adiuuante possumus peruenire. Præterea debemus diligere inimicos nostros propter Deum: sicut & ipse ait in euangelio: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persecuentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est. Igitur venerabilis soror, necessaria est nobis caritas, sine qua nullus potest placere Deo. Deum non diligit qui hominem odit. Nec Deum diligit, qui Dei præcepta contemnit. Caritas est radix omnium virtutum. Sine caritate enim quodcumq; facimus nihil nobis prodest. Nostri studium est vacuum, si non habemus caritatem, quia Deus est. Ibi regnat carnalis cupiditas, vbi non est Dei caritas. Tunc homo est perfectus, quando est caritate plenus. Sine amore caritatis quamuis quisque recte credat, ad beatitudinem peruenire nõ potest. Tanta est etiam virtus caritatis, quæ si desit frustra habentur ceteræ virtutes. Si adsit, recte habentur omnia. Qui Deum non diligit, nec seipsum diligit. Nunc ergo moneo te honestissima virgo, vt per amorẽ coniungaris inuisibili sponso Iesu Christo, & vt ardeas eius desiderio. Nulla iã, qua in mundo sunt, concupisceas. Longitudinem presentis vitæ poenam æstimes, exire de sæculo festines: nullam consolationem presentis vitæ recipias, sed ad Christum, quem diligis tota mète suspires, serueas, anheles, anxieris, & ipsa salus tui corporis causa amoris Christi fiat tibi vilis; vulnere amoris transfigaris, ita vt recte valeas dicere. Vulnerata caritate ego sum. Soror in Christo, dilecta mihi, audi verba Iesu Christi, sponsi tui. Qui diligit me, diligetur à patre meo:

& ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dilige ergo cum charissima in hac vita, vt ipse te dignetur diligere cum patre in eternam beatitudinem,
Amen.



Nchoantibus præmium promittit, sed perseuerantibus datur, sicut scriptum est. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Tunc enim placet Deo nostra conuersatio: quãdo bonũ, quod inchoamus vsq; in finem producimur. Sicut enim scriptum est. Vx his, qui sustinentiam perdiderunt, id est bonum opus non consumauerunt. Sunt multi homines, qui ex sola mētis deuotione conuertuntur ad Deũ. Multi etiã coacti plagis conuertuntur ad Deum, qui ex deuotione nõ conuertuntur, sicut in Psalmo legitur. In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Omnis conuersus à fletu incipit peccatorum: & sic transit ad desiderium cælestium bonorum. Soror charissima, prius debemus mala, quæ fecimus lacrymis lauare, vt tunc munda mentis acie id, quod quærimus contemplerur: vt dũ antea à nobis plorãdo detegitur caligo peccati, mundatis cordis oculis albefacta inspiciantur. Necessè est omnino conuerso vt post timorem cõsurgat ad Deũ per dilectionem quasi filius, ne semper sub timore iaceat sicut seruus. Nouiter conuersi blãdis verbis sunt consolandi, ne si exasperari cõperint, territi ad priora peccata recurrant. Qui enim nouitiũ suauitate, & dulcedine nõn docet, & castigat: plus nouit exasperare quàm corrigere. Prius corrigendus, & castigandus est nouitiũ à prauo opere, deinde à cogitatione. Omnis noua cõuersio, adhuc pristinx vitæ habet permixtionem. Propterea nequaquam vlla virtus ad oculos hominum debet exire, donec vetus conuersatio funditus ab animo extirpetur. Tunc magis grauari se quisq; impulsu vitiorum cognoscit quando in seruitum Dei accedit. Sic populus Israel grauiori onere ab Aegyptijs præmitur, cũ p Moysẽ diuina cognitio aperitur. Vitia enim in hominem ante conuersionem, habent pacem, quando autẽ expelluntur grauius contra hominem insurgunt. Multi post conuersionem motum libidinis sustinent, quem tamen non ad damnationem tolerant, sed ad probationem sustinent: scilicet vt semper habeant hostem cui resistãt pro excutienda inertia, dum tamen non cõsentiunt Remissa cõuersio multos in pristinos errores deducit; ac viuendi torpore resoluit

M soluit. Tepidus in cōuersione otiosa verba, & vanas cogitationes noxias esse non cōspicit, sed cum animus à corpore mentis euigi lauerit: ea, quæ leuia æstimabat: confestim quasi cōtraria, & horrida per timescit. Fraus & desidia timenda sunt in omni opere Dei. Fraudem Deo facimus quādo non Deum, sed nosmetipsos de bono opere nostro laudamus. De desidia facimus, quando per torpore languidi ea, quæ dei sunt, operamur. Ois ars huius sæculi strenuos habet amatores, & ad exequendū prōptissimos. Quare? Quia præsentē habet remuneratione sui operis. Ars vero diuini timoris, multos habet sectatores tepidos, languidos, & pigritiæ inertia cōgelatos. Sed hoc proinde fit, quod merces laboris eorum, non in præsentī vita, sed in futura dabitur. Qui nouiter sunt conuersi ad Deum, non debent in exterioribus curis prouehi. Nā si implicentur statim quasi arbutuscula plātata: & nedum radice præfixa cōcutiuntur pariter, & arēscunt, tamen valet conuersis pro animæ salute mutatio loci. Sæpe tamen dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam quisque corporaliter recedere, vbi se meminit vitij deseruisse. Soror venerabilis, audi quæ dico. Multi conuertuntur ad Deū, non tā mēte, quàm corpore: (quod nos sine graui gemitu dicere non possumus.) habitum religionis habent, sed mentem religiosam non habent. Multi habēt religionis animā. Multi enim ad cōuersionem veniūt nō tam propter animæ salutem, quàm propter corporis necessitatē, qui non Deum colunt sed ventrem suū, de quibus apostolus ait: *Phil. 3.* Quorum Deus venter est. Non est intentio eorum, vt digne seruiant, sed vt bene comedant & bibant, & vt bene vestiātur & vt bene sit eis in hoc sæculo. Et quia terrena diligūt, cælestia perdunt. Et sic ait Dominus in Euangelio: recipiunt suam mercedē in hoc sæculo. Vnde soror dilecta, cauendum nobis est, ne trāsitoria, & terrena plus quā oportet diligamus, ideo Psalmista nos admonet, dicens: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Terrena quidē nobis in vsu esse debēt, cælestia vero in desiderio. Terrena debemus expandere, cælestia desiderare. Etenim quædam admirabilis, & magna multitudo dulcedinis, quā abscondit Deus his, qui diligunt eum. De qua scriptum est, quia oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit

Deus diligentibus se. Vnde propheta. Satiabuntur, inquit, cum apparuerit gloria tua. Soror in Christo amabilis, ergo illa satietas sit nostra felicitas. Amen.

De conuersione. Sermo VII.

Dominus dicit in Euāgelio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā, & sequatur me. Sed quid est semetipsum abnegare, nisi voluptatibus proprijs renunciare? Vt qui superbus erat, sit humilis: & iracundus, sit mansuetus: & qui luxuriosus, sit castus: & qui erat ebriofus, sit sobrius: & qui erat auarus, sit largus. Nam si ita quisque renunciet omnibus, quæ possidet, & non renunciet suis prauis moribus, non est Christi discipulus. Qui renunciat suis rebus, sua abnegat. Qui non renunciat suis prauis moribus, semetipsum abnegat. Ea, quæ a matores sæculi diligunt, serui Dei velut aduersa refugiunt. Serui Dei plus gaudent aduersitatibus mundi, quàm prosperitatibus delectantur. Soror charissima, ea, quæ in hoc mundo sunt, seruis Dei cōtraria sunt vt dum ista aduersa sentiunt, ad cæleste regnum cum summo desiderio suspirent. Magna apud Deum refulget gratia, quæ huic mundo contemptibilis est. Nam reuera necessē est, vt quæ mundus odit, diligantur à Deo. Sancti viri peregrini sunt, & hospites in hoc sæculo, vnde reprehenditur Petrus, quod tabernaculum in morte fieri voluerit: quia sanctis in hoc mundo tabernaculum non est, quibus in cælo patria, & domus est. Soror venerabilis cuncta temporalia quasi herba marcentes siccantur, & transeunt, & ideo pro æternis rebus, quæ nunquam arēscunt, recte serui Dei ista cōtempnunt, & despiciunt, quia in eis nullam stabilitatem aspiciunt. Sancti viri, qui perfecte sæculum cōtempnunt, ita huic mundo moriuntur, vt soli Deo viuere delectentur. Et quādo se à cōuersione huius sæculi abstrahunt, tanto magis oculis mentis præsentiam Dei, & Angelicæ societatis frequentiam contemplantur: quāuis Deus in iudicij hominum carnalium vitam electorum protegat, tamen valde rarum est, vt homo inter sæculi voluptatibus positus à peccatis sit altissimus. Non erit semper securus, qui periculo fuerit proximus. Soror dilecta, bonum est vt homo sit corporaliter remotus à mundo,

sed

sed multo est melius, vt sit voluntate elongatus à saeculo. Ergo ne est perfectus, qui mète, & corpore a saeculo est elongatus. Vnde beatus Iob: Onager cõtemnit ciuitatem. Et seruus Dei contemnit saecularium hominum societatem. Qui perfecte mundum despiciunt, aduersa vita nostrã appetunt, & prospera contemnant, & dum ad eis vita hæc contemnitur, caelestis inuenitur. Longe quippe à Deo est animus cui hæc miserabilis vita dulcis est. Ille. n. quid de caelestibus concupiscat, vel quid de terrenis despiciat, signorat. Nam sicut scriptum est. Qui apponit scientiam apponit dolorem. Quanto homo plus potest superna cognoscere quã concupiscat, tanto amplius dolore debet de terrenis, & transitorijs rebus, quibus inuoluitur. Serui Dei, qui parentum suorum utilitate procurant, a Dei amore se separant, vnde spiritualis ita prodesse debet suis parentibus, vt dum illis gratiam carnis præstare studet, ipse à spirituali opere, vel proposito non declinet. Soror in Christo dilecta mihi, audi sententiã beati Ihsidorii. Multi canonicorum, monachorum, sanctimonialium foeminarum, pro amore suorum parentum inuoluntur terrenis curis, & phrenesibus, & iurgijs, ac negocijs, & pro temporali salute suorum parentum, perdunt animas suas; tamen ordinatũ discretio est, vt quod extraneis misericorditer impenditur, parentibus non negetur. Dignum est, vt deus parentibus nostris, quod mediocriter damus extraneis. Parentibus enim carnaliter præstatur, quod extraneis pie impenditur. Honestã soror, non debemus otio habere parentes nostros, sed impedimenta eorum, qui nos à recto itinere deuiant. Per vacas Philistarum, qui ducebant arcam Domini ad terram Ihsael, intelligimus figuram eorum, qui propter Deum dereliquerunt saeculum. Nam Philisti, sicut iunxerunt vacas plaustrum, vitulosque eorum reliquerunt domi, & super plaustrum imposuerunt arcam testamenti Domini, ita iugum Christi leue, & suauè impositum est super ceruices seruorũ Dei. Et sicut vacca amore filiorum suorum mugiebat, & tamẽ nõ declinabat ad dexteram neque ad sinistram, sed recto tramite incedebat vsque Bethsames, qui erat in introitu terre Ihsael, ita serui Dei recto tramite incedere debent, & pro amore parentum suorum, non debent ad dexteram, neque ad sinistram declinare à bono opere,

Oper. D. Bern. Tom. I. I.

vel proposito, sed recto itinere vsque ad Bethsames id est vsq; ad introitum caelestis regni peruenire. Et sicut vacca pro filijs suis mugiendo pergebant, ita conuenit seruis Dei, pro parentibus suis mugire, id est, pro eis debent orare, vt bene sit eis, & à malo liberentur, acque in bono confirmentur. Soror in Christo amabilis mihi, sicut superius dixi tibi, non debemus parètes nostros odio habere, sed diligere. Sed sicut ait beatus Augustinus Si in via Dei nobis fuerint contrarij, nec sepultura à nobis illis debetur. Tu charissima egressa es cum Abraham de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & venisti in terram, quam Deus misit tibi, id est in monasterium. Obsecro ergo, vt perseueres in eo bene viuẽdo, quietas in sinu eiusdem Abrahã, hoc est in beata requie, vt post mortem tuam possis requiescere. Tu soror mihi in Christo dilecta, cum Ioth egressa es de Sodoma, id est de saeculari vita, ideo moneo te ne cum vxore illius retro respicias, ne, quod absit, in exemplum perueritatis omnibus hominibus fias. Sed rogo, vt cum Ioth, in monte, id est in monasterio saluam te facias, & alijs exemplum sanctitatis tribuas. Tu honesta virgo, egressa es cum Iosue de Aegypto: hoc est de saeculo, & cum eo moreris in deserto, id est in monasterio, in quo Deus manna pluit tibi, hoc est panem caelestis verbi dat tibi. Idgo soror amantissima in Christo mihi, moneo te, vt perseueres in monasterio sicut capisti, & in eo vigilando, orando, psallendo, contra diabolum viriliter pugnando ad postremum deuisis hostibus cunctis, atque omnibus saeculi delectationibus superatis, cum eodem Iosue peruenire possis ad terram promissionis, hoc est ad beatitudinem vitæ caelestis, atque ibi videre mercenariis faciem indefessi solis. A mea.

De contemptu mundi.

Ser. V I I.

Soror charissima, audi Dominũ Iesum Christũ dicentem in euangelio: Ois qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut filios, aut agros, propter nomen meũ, cõtuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Vnde valde bonũ est nobis omnia terrena propter nomen Dñi relinquere, vt ab eo possimus cõlesia accipere. Quicũq; voluerit esse

A a a

esse

esse amicus huius sæculi, inimicus Dei erit. Igitur soror in Christo amabilis non diligamus mundum, ne inimicum Deum habeamus. Facile contemnit omnia, qui se quotidie moriturum æstimat. Si quotidie mortem nostram ad memoriam reducimus libenter omnia terrena despiciamus. Si diem mortis nostræ in mente habemus, cito omnia, quæ in hoc mundo sunt despiciamus. Interrogatio: O frater mi, libenter propter nomē Domini omnia, quæ in hoc mundo sunt relinquere, si aliquid haberem, sed quia non habeo aurum, neque argentum, neque diuitias huius mundi, nescio quid relinquam propter nomen Domini. Responsio: O sponsa Christi, quàm multum relinquis, si voluntate habendi dimittis. Multum dimittis, si desiderium habendi postponis. Multum relinquis, si carnalia desideria deseris. Multum relinquis, si delectationem huius mundi propter Deum despicias. Multum dimittis, si cupiditatibus, & desiderijs terrenis renūcias, & plus amat Deus hominum animas, quàm diuitias terrenas. Deus plus diligit mentem mundam, & sanctam, quàm terrenam substantiam. Soror venerabilis, regnum Dei tantum, valet quantum habes. Deus à te non requirit quod tibi non dedit. Ergo tu hoc da illi quod ille dedit tibi, scilicet mentem sanctam, castam, mundam, pudicam, religiosam, timoratam, ac bonis moribus ornata. Igitur honesta soror regnum Dei, tantum valet quantum es tu. Trade te ipsam Christo, & compara regnum eius ab illo: Non turberis de precio. Precio non te turbet. Non tibi videatur difficile. Non sit tibi graue, quoniam Iesus Christus rex cælorum semetipsum dedit, vt te de potestate diaboli liberaret, & Deo Patri acquireret. Ergo libenter da te ipsam illi, qui te redemit de manu inimici. Integram te da illi, quia ille, vt te saluaret integrum se tradidit. Dilecta mihi in Christo soror contemne terrena diuitias, vt acquirere possis cælestes. Diuitiæ perducunt hominem vsque ad periculum corporis, & animæ. Diuitiæ pertrahunt hominem vsque ad mortem. Multi propter opes periclitati sunt, & multi propter diuitias in periculum deuenerunt. Multis exitiabiles sunt diuitiæ. Opes multis hominibus generauerunt mortem. Numquam habent requiem mentis, qui curis terrenis se implicent. Sollicitudines enim rerum, mentem conturbant. Mēs occupata in terrenis curis: semper est in an-

gustijs. Venerabilis sponsa Christi, si ergo vis esse quæta, nihil ex his, quæ in sæculo sunt quaeras. Semper requiem mentis habebis, si te à mundi cura remoueris. Semper habebis pacem mentis, si te à strepitu terranarum actionum subtraxeris, quia diuitiæ numquam sine peccato acquiruntur. Nullus administrat res terrenas sine peccato. Valde curi est, vt qui diuitias possident, ad requiem perueniant. Qui curis terrenis se implicat, ab amore Dei se separat. Qui defigitur in amore temporalium rerum, in Deo nullatenus delectatur. Cura temporalium rerum ab intentione dei auertunt animum. Nemo potest simul amplecti gloriam Dei, & gloriam sæculi. Nemo potest diligere simul Christum, & sæculum. Difficile est simul seruire cælestibus curis, & terrenis negocijs. Difficile est Deum simul, & mundum diligere. Nemo potest simul perfecte Deum, & mundum diligere. Vterque autem simul æqualiter amari non potest. Honestam virginem audi, quæ dico, quāuis homo in gloriam sæculi fulgeat, quāuis purpura, & auro vestitus sit, quāuis preciosis vestimentis indutus sit, quāuis sæcularibus vestibus ornatus appareat, quāuis gemmis ac lapidibus decoratus replēdeat, quāuis precioso habitu redimitus incedat, quāuis sit multitudo seruorum circumdatus, quāuis sit excubantium armis protectus, quāuis sit innumeris obsequentium cunctis contipatus, quāuis agminibus tutus, semper est in pena, semper est in angustia, semper est in luctu, semper est in periculo, semper in sericis stratis manet, sed turbatus in lectis aureis iacet, sed infirmus in lectis argenteis cubat, sed fragilis in pluma iacet tamē fragilis, & mortalis est. Soror amatissima in Christo mihi, ideo hac dixi tibi vt cognoscas quā vana est gloria huius mundi. Felicitas huius mundi breuis est. Modica est huius sæculi gloria. Caduca est, & fragilis temporalis potentia. Igitur venerabilis virgo, vt acquirere possis cælestes diuitias, contemne terrena, libenter despice terrena, vt possis peruenire ad cælestia bona. Respice transitoria, vt habere merearis æterna, da parua, vt à Deo consequaris magna. Fuge in terra societate hominum, vt in cælo habeas societatem angelorum: ad quam te perducere dignetur ille, qui te redemit precioso suo sanguine, Amen.

De habitu. Sermo I X.

Math.
31.

Dominus noster Iesus Christus dicit in Euanglio: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Melia dicuntur vestimenta, quia mollem faciunt animam. Mollibus vestimentis delectatur regis cuncta: asperis vero, & humilibus delectatur Christi Ecclesia. Talia debent esse vestimenta seruatorum, & ancillarum Dei: in quibus nihil possit notari nouitatis, nihil vanitatis, nihil superfluitatis, nihil quod pertineat ad superbiam, & ad vanam gloriam. Vnde beatus Hieronymus: Non facit ornatum clericum tenera velis, sed munditia mentis. Soror charissima ergo ornemur nosmetipsos spiritualibus ornamentis, scilicet caritate, humilitate, mansuetudine, obedientia, & patientia. Hec sunt vestimenta quibus placere poterimus Iesu Christo caelesti sponso. Christus inuisibilis sponsum non requirit pulchritudinem foris, sed intus, sicut scriptum est in Psalmo: Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Igitur soror in Christo amabilis diuitie tuae: boni mores, pulchritudo tua sit bona vita, charissima, opto, vt de te dicatur illud, quod in canticis canticorum legitur: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et iterum, veni de Libano coronaberis: Vere beata est illa anima, quae Iesu Christo sponso caelesti feruit sine macula. Sic & tu soror venerabilis beata eris si Iesu Christo sponso tuo sine macula serueris. Stude ergo placere Christo non preciosis vestibus, sed bonis moribus non pulchritudine carnis, sed pulchritudine mentis. Stude placere illi: non in facie, sed in corde. Vestimenta tua, & calceamenta, nec nimium sint preciosa, nec multum vilia, sed ex moderato, & competenti habitu, sic enim ait beatus Augustinus de semetipso: Fac cor, de preciosa veste erubescas. Et iterum: Non deest haec professione, non deest haec admonitio. Non deest haec membra, non deest hoc os. Honesta virgo, vestis pura ergo, non quaerit tibi non ad pulchritudinem, sed propter corporis necessitatem. Vt dum preciosis vestimentis vestiris, cadas in turpitudinem carnis, quia quanto amplius corpus tonas propter vanam gloriam componitur, atque ornatur, tanto interius anima foedatur, & sordidatur. Igitur soror in Christo amabilis professionem tuam habuit, & inces-

demōstra. Sit in gressu tuo simplicitas, sit in incessu honestas. Nihil dedecoris, nihil lasciuiae, nihil petulantiae, nihil insolentiae, nihil leuitatis in incessu tuo appareat. Animus, non in corporis gestu appareat. Gestus corporis signum est mentis. Corporis gestu animus proditur, soror charissima, ergo incessus tuus non habeat imaginem leuitatis, incessus tuus non offendat oculos alterius. Non praebes de te spectaculum. Non des alij locum de te obrectandi. Soror dilecta munda conscientiam tuam ab omni malitia, vt feliciter dicatur tibi a Iesu Christo sponso caelesti: Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Pulchra videlicet propter perfectionem corporis, & munditiam cogitationis. Ecce tu pulchra es habens mundam, & simplicem intentionem cordis: quia cuncta bona, quae agis non vt hominibus videaris, sed vt soli Deo placeas operaris: Oculos habeas columbarum, quia tunc te immunem custodis ab omni malitia, & simulatione, atque fictione. Soror mihi in Christo amantissima, idcirco hoc dixi, vt plus gaudeas intus in anima de sanctis virtutibus quam foris in corpore de preciosis vestibus. Vnde dicit beatus Gregorius: Nemo quippe vestimenta preciosa quaerit nisi ad inanem gloriam, videlicet, vt inde laudetur, & vt honorabilior ceteris appareat. Nemo vult preciosis vestibus indui, nisi vbi ab alijs possit videri. Ergo pro sola vana gloria, vestimentum preciosum quaerit virgo venerabilis. In hoc cognoscimus, quod saeculum diligimus, quia preciosa vestimenta amamus.

Qui saeculum non diligit, preciosa vestimenta non quaerit. Quando homo gaudet de pulchritudine corporis, mens eius elongatur ab amore creatoris. Quanto amplius in compositione corporis latamur: tanto magis a superno amore distungimur. Quanto plus in terrenis, & transitorijs rebus gaedamus, tanto minus caelestia desideramus. Vere macula habet in se sanctum: non alia femina, si diligit preciosa vestimenta, non est sine macula Christi sponsa, si amat vestem preciosam. Ancilla Christi, quae saeculum perfecte relinquit, vilia vestimenta quaerit. Ancilla Christi, quae preciosa vestimenta desiderat, adhuc perfecte saeculum non contempsit. Nigra vestis inuariat humilitatem mentis. Vile vestimentum denunciat mundi contemptum. Nigredo veli munditiam, & puritatem denunciat animi. Nigrum velum castitatis, &

sanctitatis est signum. Nunc ergo reuerendissima soror moneo, te vt habitum, quem ostendis specie, impleas opere. Obsecro te, vt habitū ordinis bonis ornēs moribus. Sanctus est habitus, sanctus sit animus, sicut sancta sunt vestimēta, sic opera tua sint sancta & sicut sacramentum est velum, sic opus tuū sit sanctū. Non aliud abscondas intus, & aliud ostendas foras. Non sis aliud in secreto, & aliud in publico: qualis vis haberi, talis esto: qualis es in facie, talis esto in operatione: & qualis es in vultu, talis esto in actu, Amen.

A

De compunctione. Sermo. X.

Compunctio cordis, est humilitas mentis veniens de recordatione peccati, & de timore iudicij. Illa compunctio est perfecta, quæ repellit a se omnem delectationem carnalium rerum; & toto studio mentis figit intentionem suam in contemplatione Dei. Dupliciter esse compunctionem legimus, vnam scilicet qua propter Deum anima cuiusq; serui Dei afficitur, id est, cum ad memoriam reducit mala, quæ fecit. Altera vero cum suspirat propter desiderium æternæ vitæ.

Quattuor modis compungitur mens iusti hominis: hoc est memoria peccatorum, recordatione futurarum pœnarum, consideratione peregrinationis huius vitæ, desiderio superne patriæ, quatenus ad eam possit cito peruenire. Omnis peccator tunc se cognoscit visitari à domino, quando compungitur ad lacrymas. Nam & Petrus tunc fleuit, quando in eum Christus respexit, sicut scriptum est. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Qui statim egressus foras, fleuit amare. Vnde etiam Psalmista dicit. Respexit, & commota est, & contremuit terra. Tunc terra contremiscit, quando peccator ad lacrymas commouetur. Admoneo igitur te soror charissima, vt in oratione cum lacrymis ad memoriam reducas peccata tua, quia qui non habet cordis compunctionem, vel contritionem, non habet mundam orationem. Soror mihi in Christo amabilis, audi exempla sanctorum, qui per compunctionem, & lacrymas apud Deum obtinuerunt veniam peccatorum suorum. Anna mater Samuelis, per compunctionem, & lacrymas meruit habere filium, in super obtinuit apud Deum prophetiæ donum. Dauid per compunctionem, & lacrymas, ob-

B

tinuit veniam perpetrati homicidij, atque adulterij. Sic enim audivit per prophetam. Non morieris, quia Dominus transtulit peccatum tuum. Pater Thobias per compunctionem, & lacrymas meruit accipere curam, & consolationem paupertatis. Sic enim dixit ei Raphael angelus. Gaudium tibi semper sit, & adiecit. Forti animo esto, in proximo est, vt à Deo cureris. Etiam Maria Magdalena per compunctionem, & lacrymas meruit à Domino audire. Remittuntur tibi peccata tua. Soror venerabilis, ideo exempla sanctorum proposui tibi, vt lacrymæ per compunctionem suasues sint tibi: Bona compunctio thesaurus est desiderabilis, & inenarrabile gaudium in mente hominis. Anima, quæ in oratione habet compunctionem, proficit ad salutem. Vir fortis non est minus laudabilis in luctu, quam in bello. Quia ergo post baptismum inquinatus vitâ, baptizemus lacrymas conscientiam nostram. Vbi lacrymæ fuerint, ibi accenditur spiritualis ignis, qui illuminat secreta mentis: lacrymæ pœnitentium pro baptismo reputantur apud Deum. Soror mihi in Christo dilecta, si compunctionem secundum Deum habueris, beata eris.

Compunctio cordis sanitas est animæ. Compunctio mentis illuminatio est animæ, quia tunc anima illuminatur quando ad lacrymas compungitur. Compunctio lacrymarum remissio est peccatorum, quia tunc peccata dimittuntur, quando cum lacrymis ad memoriam reducuntur. Compunctio spiritum sanctum reducit ad se, quia cum spiritus sanctus mente visitatur, statim homo peccata sua plorat. Interrogatio. O frater mi, quæso, dic mihi quæ sunt causæ nostri doloris, pro quibus in hac vita mortali ploramus, scilicet propter peccata nostra, & propter miseriâ huius mundi: ac propter compassionem proximorum, & propter dilectionem celestis patriæ. Propter peccata fiebat ille, qui dicebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrymis meis litatum meum rigabo. Ioc de miseris huius mundi gemebat cum dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus Cedar, multi incola sunt aia mea. Dominus per compassionem fleuit super Lazarum, & super ciuitatem Hierusalem dicens: Quia si cognouisses & tu. Etiam Paulus apostolus, qui præcepit gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, per compassionem dolere.

2. Reg. 12.

Tob. 5.

L. us. 7.

C

Psal. 6.

P. 119.

L. us. 10.

2. Cor. d. lebat dicens: Quis infirmatur, & ego non
 infirmor; Cum dilectione cælestis præmij
 plorabant iusti dicentes illud Psalmistæ: Su-
 per flumina Babylonis illic sedimus, & fleui-
 mus, dum recordaremur tui Sion. Vita præ-
 sens, mors est: quia est plena miserijs, quod
 nõ est in patria, sed in via: nec est in domo,
 sed in exilio. In hoc mundo non sumus in
 nostra ciuitate, sed in peregrinatione, sicut
 scriptum est: Non habemus hic manentem ci-
 uitatem, sed futuram inquirimus. Respon-
 sio: Soror dilecta, ideo moneo te, vt primo lu-
 geas propter peccata tua: deinde propter mi-
 serias huius mundi; atq; compassionem proxi-
 mi, ad postremum vero propter dilectionem
 Dei ac cælestis præmij. Honesta virgo depre-
 care Deum cum omni deuotione, vt det ti-
 bi veram mentis compunctionem, & cordis
 contritionem. Compunctio vnigenitũ Chri-
 sti Dei filium facit habere in se sicut Domi-
 nus ipse ait: Ego, & pater veniemus, & apud
 eũ qui me diligit mansionem faciemus. Vbi la-
 crymæ abundant, ibi graues cogitationes
 non appropinquant, & si aliquando appro-
 pinquant, ibi radices non habent. Lacry-
 mæ apud Deum semper nobis dant fiducia
 magnam. Soror in Christo amabilis mihi,
 audi vocem Iesu Christi sponsi tui dicentis:
 Surge amica mea, & veni per dilectionem, iã
 enim hyems transijt, imber abiit, & recessit,
 flores apparuerunt in terra, tempus putatio-
 nis aduenit, vox turturis audita est in terra
 nostra, hoc est vox prædicantium apostolo-
 rum in Ecclesia. Turtur est avis castissima,
 que in excelsis, & in arboribus semper nidifi-
 cat, vel morari solet, apostolos, vel ceteros
 doctores significat, qui possunt dicere: no-
 stra cõuersatio in cælis est, quæ & gemitũ ha-
 bet pro cantu, & significat ploratum sancto-
 rum, qui suos ad lamentum, & fletum hortã-
 tur dicentes: Miseri estote, & lugere. Igitur
 honesta virgo, accipe exemplum huius tur-
 turis, & luce propter amorem Iesu Christi
 sponsi tui, quousque cum videre possis, re-
 gnantem in throno regni sui. Melius est tibi
 lugere cum amore Iesu Christi, quam cum
 timore inferni. Pulchræ sunt genæ tuæ si-
 cut turturis. Natura turturis est, vt si per
 occasionem perdidit coniugem, alterum
 amplius non querat. O sponsa Christi, as-
 similare, & tu huic turturi, & præter Iesum
 Christum sponsum tuum, amatorem non
 quæras alterum. O sponsa Christi, esto si-
 milis turturi, & luce die, ac nocte cum desi-

derio Iesu Christi sponsi tui, quia iam ascen-
 dit ad cælos, vt aliquando faciem illius vide-
 re merearis in dextera patris. Pulchræ sunt
 genæ tuæ sicut turturis. In genis solet esse
 verecundia. Soror venerabilis, genas habes
 turturis, si præ verecundia Iesu Christi sponsi
 tui, nihil contra voluntatem illius facis. Ge-
 nas habes turturis, si cū amore, & reuerentia
 Christi ea, quæ illi displicent postponis. Ge-
 nas habes turturis, si præter Christum alte-
 rum amicum non diligis. Igitur soror cha-
 rissima, inde sine ter peccata tua cum lacry-
 mis laua: Quotidie laua tuas negligentias,
 per compunctionem, & lacrymas. Trans-
 gressiones tui ordinis sine intermissione ab-
 lue cum lacrymis, & per lacrymas, & con-
 punctionem acquire tibi tuorum remissio-
 nem peccatorum, per lacrymas, & crebra
 suspiria acquire tibi æterna gaudia. Plange
 iniquitates tuas. Mala scelerum tuorum de-
 plora. Mala, quæ egisti flenda commemora.
 Maroris vnda te irriget. Compellat te plan-
 gere fluuius lacrymarum. Quæ gessisti prau-
 e, fletibus dele: quæ illicita commisisti, la-
 crymis ablue. Honesta virgo, si peccata non
 ploraueris in hoc sæculo, quando dictura es
 Deo, posuisti lacrymas meas in conspectu
 tuo, charissima, si iniquitates tuas non fle-
 ueris in hac mortalitate, quando dices: fue-
 runt mihi lacrymæ meæ panes die, ac no-
 cte? Moneo igitur te sponsa Christi, vt in
 hac mortali vita luceas peccata tua, vt con-
 solari merearis in cælesti patria. Sicut scri-
 ptum est: Beati, qui lugent, quoniam ipsi
 consolabuntur. Amen.

De tristitia. Sermo XI.

Dominus dicit in euangelio: Amē *Ioã. 11.*
 amē dico vobis quia plorabitis
 vos & flebitis, mūdus autē gau-
 debit. Vos autē cõtristabimini
 sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Etiã
 Salomon ait. Cor gaudens exhilarat faciem
 spiritus vero tristis deijcitur in marorẽ ani-
 mæ. Animus gaudens facit ætatẽ floridam,
 spiritus vero tristis exsiccat ossa. Fili in bo-
 nis non des querelã, & in omni dato nõ des
 tristitiam verbi mali. Ois plaga tristitia cor-
 dis est. Iucunditas cordis, est vita hominis,
 Cor prauum dabit tristitiam, & homo sa-
 piens resistet illi, per tristitiam festinat mors,
 tristitia flectit ceruicẽ cordis. Cor lætũ bo-
 nam facit valetudinem, viro autē tristi exsic-

cantur ossa. Et beatus Athanasius dicit. Homo tristis semper maliciatur, & contristat spiritum sanctum sibi à Deo donatum. Hoc etiam docet apostolus dicens: Nolite contristare spiritum sanctum, qui habitat in vobis, in quo signati estis in die redemptionis. Vide ergo soror charissima, ne contristes spiritum sanctum, qui habitat in te, ne forte derelinquat te. Aufer à te dubietatē, & animositatem, quia vtrumque contristat spiritum sanctum. Aufer à te tristitiam, quia ipsa est soror dubietatis, & animositatis. Certe tristitia secularis omnium malorum spirituum est pessima, & nocet seruis Dei. Tristitia secularis laedit, & conterit, atque allidit seruos Dei. Spiritus enim sanctus non sustinet tristitiam carnalem. Igitur soror dilecta induere semper lætitiā spirituale, quæ habet gratiam apud deum. Omnis lætitiā spiritualis semper bona est, & bona cogitat: atque contemnit vanam tristitiam. Si lætitiā spiritualis bona non esset, numquam propheta diceret: Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde: Et iterum: Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, laudabuntur omnes recti corde. Interrogatio, O frater charissime, si tristitia mala est, & nocet seruis Dei, quid est,

quod ait Salomon: Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi est lætitiā? Responso: Soror venerabilis, hoc quod ait Salomon: Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi est lætitiā non est intelligendum, nisi de spirituali tristitia, & de seculari lætitiā. Ac si apertius diceret: Cor sapientium vbi tristitia est spiritualis, & cor stultorum vbi est secularis lætitiā. Qui secundum Deum tristitiam habent, sapientes sunt.

Qui autem secundum sæculum tristitiam habent, sunt stulti. Vnde Dominus in Evangelio: Gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis: Et Paulus Apostolus: Quasi tristes semper autem gaudentes. Et iterum: Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete, ergo tristitia spiritualis bona est. Tristitia vero quæ nascitur ex cupiditate temporalium rerum est mala. De tristitia spirituali, scriptum est. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. De tristitia autem seculari, ait Salomon: Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in ea, iterum de lætitiā spirituali dicitur: Lætetur cor quærentium Dominum. Et iterum de lætitiā seculari legitur. Væ vobis, qui rideis nunc,

quoniam plorabitis, & flebitis. Soror charissima, audi etiam, quod beatus Paulus dicit. Tristitia, quæ secundum Deum est, operatur salutem pœnitentiæ. Tristitia vero, quæ est secundum sæculum, operatur mortem. Oratio hominis, qui semper est tristis, nõ habet virtutem, nec potest ascendere ad Deum. Vbi tristitia fuerit contraria spiritui sancto, non ibi acceptabilis oratio, quia infirma est, & non potest ascendere ad Deum. Igitur soror mihi amabilis, omitte tristitia, desine tristis esse, tristitia repelle à te. Noli dare te multæ tristitiæ, non perseueres in tristitia, ne deris tristitia cor tuum. Tristitia vnum est ex septem principalibus vitijs, & ideo est cauenda ab omnibus seruis Dei. Vnde beatus Isidorus: Si bene & pie vixeris, numquã eris tristis. Bona vita semper habet gaudiū. Honestas soror, ergo expelle à te tristitiam, quia sicut tinea comedit vestimentum, & sicut vermis rodit lignum, ita tristitia nocet cordi.

Munda ergo cor tuum ab omni tristitia carnali, atque seculari, & oratio tua erit acceptabilis apud Deum. Igitur soror venerabilis, de recordatione peccatorum tuorum luge, & in amorem Iesu Christi sponsi tui gaude. De memoria præcedentium delictorum tuorum plora, & de spe cælestium bonorum exulta. De transactis culpis, & negligentijs tuis dole: & de promissione cælestis regni lætare. De præteritis tuis delictis contristare, & de gaudio æternæ retributionis hilaresce. Ad quod te perducere dignetur ille, cui in tuo virgineo corpore iucundum habitaculum præparasti. Amen.

De dilectione Dei.
Ser. XII.

Dominus noster Iesus Christus dicit in Evangelio: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Ioannes Apostolus. Nos diligimus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis suis, & continebit se ab illis. Soror charissima dilige Deum, & inuoca eum in salute tua, quia dilectio est vita, & odium est mors. Deus non vult se tantum diligere verbis, sed puro corde, & operibus bonis. Deum non diligit, qui præcepta Dei

Ioan. 4.

con-

temm. Mens hominis, qui Deum diligere non est in terra, sed in celo, quia semper caelestia desiderat. Monco te foror charissimam, vt diligas Deum super omnia: quia ipse elegit ante saecula. Plus debemus Deum diligere, quam parentes nostros. Quare quia Deus fecit nos, & parentes nostros propriis manibus, id est propria virtute. Sicut scriptum est: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Miora tribuit nobis Christus, quam parentes nostri. Et ideo super parentes debemus diligere Christum. Stultum est aliquid plus quam Deum amare, qui plus diligit creaturam quam creatorem peccat. Et qui praeponebat amorem creaturae amorem creatoris, errat. Ergo super omnia est nobis Deus diligendus. Dic obsecro honesta virgo cum amore, & dilectione de Christo: dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiraret dies, & inclinentur vmbrae. Sponsa Christi rogo, vt apertius dicas: Dilectus meus mihi societur vinculo caritatis, & amoris, & ego illi coniungar, & facier vicissitudine mutuae dilectionis, qui pascitur inter lilia, hoc est delectatur, & iucundatur inter candidas & odoriferas virtutes sanctorum, atque inter choros virginum, donec aspiret dies, & inclinentur vmbrae, donec nubila transeant praesentis vitae, & appareat dies, hoc est veniat caritas sempiterna beatitudinis. Soror charissima iustitia est Deum toto corde amare, illi tota adherere voluntate, qui est summum bonum. Summum bonum amare, summa est beatitudo. Qui Deum amat bonus est, si bonus, ergo, & beatus. Quanto homo plus Deum diligit, tanto magis beatus erit. Dilectio est specialis, & propria virtus sanctorum. Amantissima mihi in Christo soror, ideo haec dixi, vt nullus amor saeculi te separaret ab amore Christi. sponsa Christi etiam rogo, vt aliquid nobis de amore caelestis sponsi tui dicas. Fasciculus myrrhae dilectus mihi, inter vbera mea commorabitur. Dic ergo charissima planius, vt ea quae dicis intelligamus. Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Locus cor tui est inter vbera: hoc est inter mammillas: ergo dilectus meus inter vbera mea commorabitur, id est memoria, dilectio, & amor Iesu Christi sponsi mei, semper erit inter mammillas meas, hoc est in corde meo. Et siue in aspiceris, siue in aduersis, semper ad memoriam reducatur omnia bona, quae mihi tribuit, quia dilexit me, & mortuus est pro me, atque ascendit

ad caelos, & vt ad eum perueniam quotidie vocat me dicens: Veni de Libano sponsa, veni coronaberis. Laua Iesu Christi sponsi mei sub capite meo, id est, donum Spiritus sancti requiescat in me in hac praesenti vita: & intellectus sanctorum scripturarum sit in mente mea, vt eum cognoscam, & perfecte intelligam: & dextera illius amplectetur me, hoc est ad aeternam beatitudinem peruenire faciat. Charissima soror, roga ancillas Christi quae tecum sunt, & dic eis: Fulcite me floribus, si pate me malis, quia amore Iesu Christi sponsi mei languet. O vos sanctae sorores meae, quae iam Christum super omnia diligitis, & nihil amoris illius praeponebatis: fulcite me bonorum vestrorum exemplis, & qualiter Christum dilectum meum inuenire valeam ostendite, quia praeter amore illius infirmor. Hic amor dulcis, hic languor suauis, haec infirmitas sancta, haec dilectio casta, haec coniunctio intemerata, haec copula inuiolata, haec complexio illibata. O vos sanctae sorores, fulcite me floribus, id est vestrae conuersationis exemplis, quia praeter amore sponsi mei infirmor. Honestae virgo, verum pro amore Iesu Christi sponsi tui, languet, & in sinu maris si pro amore illius omnia, quae in hoc mundo sunt, contemnis, & despicias, verum pro amore Iesu Christi infirma iaces in lecto contemplationis, si Christum super omnia diligis, verum pro amore Christi es infirma, si plus diligis caelestia, quam terrena. Verum propter amorem, & dilectionem Christi languida iaces in lecto intimae dilectionis, ac suauitatis, si in sanctis operibus es fortis, & in terrenis actibus es debilis. Soror mihi in Christo amabilis, si Christum ex toto corde tuo dilexeris, & nihil amoris illius praeposueris, cum eodem Iesu Christo spouso tuo in caelesti regno laetaberis. Si Christum in tota mente secuta fueris, & eum tota mente dilexeris, absque ulla dubitatione cum eo in caelesti patria gaudebis, & eum cum sanctis virginibus quocumque ierit sequeris. Si cum omni deuotione Christo adhaeris, & ad eum die, ac nocte suspiraueris in hoc praesenti saeculo, sine dubio cito exultabis in caelesti palatio, atque inter virginum choros cantabis illi dulces hymnos, sicut scriptum est. Qui pascitur inter lilia septus choris virginum, sponsas decorans gloria, sponsisque reddens praemia. Quocumque pergis, virgines sequuntur, atque laudibus post te canentes cursitant, hymnosque dulciter personant. Ideo hoc dixi foror cha-

rissima. vt Christum super omnia diligas, & vt nihil amori illius præponas. Obsecro te dilecta soror, vt nullam præter Christum sentias dulcedinem, nullum præter Christum quæras amorem, & nullam præter Christum diligas pulchritudinem. Pro amore Christi luge, pro amore Christi plange, donec cum merearis videre in dextera patris sui regnantem. Amen.

De dilectione proximi. Ser. XIII.

Joã. 13.

Soror charissima, audi, quæ Dominus Iesus Christus ait discipulis suis: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Omnes fideles discipuli Christi sunt. Vnusquisq; illius discipulus est, cuius doctrinam sequitur. Ergo qui vult Christi discipulus esse, studeat proximo. se os tamquam seipsum diligere. Dilectio proximi malum non operatur, quare? quia plenitudo legis est dilectio. Et Paulus Apostolus: Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro vobis. Etiam Ioannes Apostolus ait, qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum non est in eo, qui odit fratrem suum, in tenebris est, & ne scit quo vadat, quoniam tenebræ obæcauerunt oculos eius. Si quis dixerit diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est, & veritas in eo non est. Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligit, & fratrem suum, qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Etiam Salomon ait: Omni tempore diligit, qui amicus est.

Ephe. 5.

3. Ioã. 2.

B

Et frater in necessitate comprobatur, & beatus Augustinus: Hominem vincis humana felicitate, diabolum vincis inimici dilectione. Tamen soror dilecta, non debet inter seruos Dei carnalis dilectio esse, sed spiritualis. Nihil Deo specialius virtute dilectionis. Nihil desiderabilius diabolo, quam extinctio caritatis; Sanctus amor non habet scandalum. Omnem hominem fidelem iudicatum esse fratrem. Memento, quod vnus artifex condidit nos. Verus amor non habet amaritudinem scandali. Soror venerabilis in proximi dilectione cognosces quomodo debeas peruenire ad dilectionem Dei. Sicut dilectio mentem eleuat, ita malitia demergit. Nec Deum vere sine proximo pote-

ris diligere, nec proximum sine Deo. Vnde caritatem tenes, si & amicū diligis in Deo, & inimicū diligis propter Deum: quantum tibi magna in dilectione proximi, tantum tibi magna in congregatione Dei. Si in veritate diligis proximum tuum, in tranquillitate est cor tuum. Ille vero, qui proximum suum habet odio, circumdatus est tenebris, & tedio; diligendo proximum purgas oculum mentis ad videndum Deum. Tamen reuerendissima soror moneo te, vt nullum hominē carnaliter diligas. Vnde beatus Isidorus? Multū in terra demersus est, qui diligit hominē: moriturum plus quam oportet carnaliter. Cum Deo manere non possumus, si in hoc sæculo vnanimis esse volumus: amicus in necessitate comprobatur. Si præcepta Dei volumus custodire, sicut nosmetipsos debemus proximos nostros diligere, quia si sine dissimulatione diligit homo fratrem, cito placat Deum patrem, qui diligit proximum non potest facere homicidium, non adulteriū, non furtum, non periuurium, non falsum testimonium, non rapinā, non inuidere, non ligare. Igitur honesta virgo dilectionem Dei, & proximi, in qua tota lex pendet, & prophetæ sæper meditemur, & opere perficiamus. Sed si proximus noster patitur aliquam tribulationem, aut infirmitatem, aut dānum aut in carcerem mittitur. Si dolemus pro illo, in corpore Ecclesie sumus: si autem non dolemus, iam à corpore Ecclesie præcisi sumus, caritas, quæ colligit, & viuificat omnia membra Ecclesie, si nos videt de vniua proximi gaudere, statim nos præscindit à corpore. Tam diū doler membrum, quamquam in corpore continetur. Si autem membrum præcisum fuerit à corpore, nec sentire poterit, nec dolere. Si manus, aut pes, aut aliquid membrum præcisum fuerit à corpore, si totum corpus tunc in multis partibus diuidatur, aut in ignem mittatur, manus illa iam non sentit, quia iam diuisa est à corpore.

Talis est omnis Christianus, qui de alterius dāno, aut tribulatione, aut angustia, aut necessitate non dolet. Sed quod peius est gaudet, quia iam alienus est à corpore Ecclesie. Nos vero honesta virgo, si veram te perfectam caritatem volumus custodire, diligamus bene omnes homines fideles, sicut nosmetipsos. Iudicamus diligere, vt quia Christus est caput nostrum, mereamur membra illius esse: vnde Christus apparuerit, qui est gloria nostrasque per concordiam caritatis

per dilectionem Dei, & proximi, cū ipso
possimus apparere in gloria. Tūc vero ami-
cus amatur, si non pro se, sed pro Deo ama-
tur. Vnde beatus Isidorus : Qui intēperan-
ter amat amicum, magis amat illum pro se,
quā pro Deo. Tūc quisq; bonitate, atq;e
diuinæ iustitiæ fit contrarius, quādo despi-
cit amicum, aliqua aduersitate percussam.
Vera amicitia nulla occasione excluditur,
nullo tempore defertur, sed vbicūque se ver-
terit tempus, illa firma est. Pauci sunt ami-
ci, qui vsq; ad finem sint chari. Illa est vera
amicitia, quæ nil ex rebus amici quarit, ni-
si solam beneuolentiam, s. vt gratis amet
amem se. *Igitur soror* amabilis in Christo,
moneo te, vt diligas amicos tuos in Deo, hoc
est in bono. Dilige etiā inimicos tuos pro-
pter Deū, sicut scriptum est : Diligite inimi-
cos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.
Et iterum : Si esurierit inimicus tuus, ciba il-
lum : si sitit, potum da illi. Et iterum : Bene-
dicite persecuentibus vos, benedicite, & no-
lite maledicere. Dilectio, est soror caritatis.
Caritas numquam fuit sine dilectione, nec
dilectio sine caritate. Honestā virgo, ergo
necessaria est nobis dilectio, in qua tantæ
virtutes consistunt, & de qua tanta bona na-
scuntur. Dilectio habet duas alas. Ala dex-
tera est dilectio Dei, sinistra ala, est dilectio
proximi. Nullus hominum cum vna ala po-
terit volare ad cælum. Quare? Quia nec so-
la dilectio Dei sine dilectione proximi, nec
sola dilectio proximi sine dilectione Dei
valet ad consequendam æternam beatitudi-
nē. Virgo pudens, sume tibi has duas alas,
videlicet dilectionem Dei, & proximi, vt li-
bere possis volare bona operando, & per-
uenire ad patriam cælestis regni. Amen.

De compassione. Sermo XIII.

Soror charissima, audi quid Dominus
noster Iesus Christus dicat : Omnia
bona, quæ vultis vt faciant vobis ho-
mines, vos facite illis. Hæc est enim
lex & Propheta. Et Paulus ait : Gaudete cum
gaudentibus, flete cum flentibus. Et iterum :
Suscipite infirmos, patientes estote ad om-
nes. Et Salomon ait : Qui despicit proximum
suum, peccat. Fidem posside cum proximo
tuo in paupertate illius, vt & in bonis eius
lateralis. In tempore tribulationis permane
proximo tuo fidelis, vt in hereditate illius
tu coheres. Qui tuet proximo suo à fo-

uea, cadet in illam : & qui parat locum pro-
ximo suo, peribit in illo. Vnde Psalmista :
Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in
foveam, quam fecit. Perfecit proximum nō
diligit, qui illi in necessitate non succurrit :
quanto amplius per compassionem proxi-
mis nostris in necessitate succurrimus, tan-
to amplius creatori nostro appropinqua-
mus. Sic debemus habere curam nostrā, vt
non negligamus curam proximi. Igitur so-
ror dilectā, quod non vis tibi accidere, nec
proximo tuo cupias euenire. Condole alien-
is calamitatibus. Saucia te fletibus in alie-
nis mœroribus. In tribulatione alterius, &
tu esto tristis, cum infirmis esto infirmus. Sic
alienos mœrores tamquam tuos luge, cum
plangentibus plange, cum lugentibus luge,
cum flentibus fle : cum plorantibus plora. Ta-
lis esto alijs, quales optas circa te esse alios.
Quod non vis pati, non facias alteri : non
facias alteri mala, ne tu patiaris similia. Ita
clemens esto in alienis delictis, sicut in tuis,
vt non aliter te, & aliter alios penses. Si ce-
ciderit inimicus tuus, noli gratulari in rui-
na aduersarij, noli extolli : non lateris super
inimici interitum, nè forte, & tibi super-
ueniat malum. Non extollaris de casu inimi-
ci, ne forte cōuertat Deus iram suam in te.
Qui n. gaudet de casu inimici, cito veniet
super eum malum. Sit igitur humanus affe-
ctus erga miserum : sit erga pauperem do-
lor compassionis : sit erga dilectum amor
miserationis. Si esurierit inimicus tuus, ci-
ba illum : si sitit, potum da illi. Non despi-
cias pauperes, non contemas egenos, non
vilipendas pupillos : nullus à te tristitiam
habeat, nemo à te confusus abscedat. Visi-
ta infirmos, consolare pusillanimes, vt tu à
Domino consolari merearis in æterna bea-
titudine. Amen.

De misericordia. Sermo XV.

Soror charissima, audi Iesum Chri-
stum in euangelio dicentem : Beati
misericordes, quoniam ipsi miseri-
cordiam consequentur. Et iterum :
Estote misericordes, quia & pater vester
cælestis misericors est. Et Paulus Aposto-
lus : Estote autem inuicem benigni, & mi-
sericordes, & induite vos sicut electi Dei,
& sancti in sancta misericordia. Pietas au-
tem ad omnia utilis est. Et Salomon ait : Pa-
tere misericordiam, & iudicium, magis placet
Deo.

Deo, quàm sacrificium. Misericordia facit locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Misericordia hominis circa se, & circa proximum suum. Misericordia autem Domini super omnem carnem. Ille offert sacrificium, qui facit misericordiam. Misericordia autem Domini à compatiendo alienam miseria, vocabulum sortita est. Qui in altero misericors non fuerit misericordiam Dei inuenire non poterit. Soror dilecta mihi in Christo, misericordia, & veritas te præcedant. Misericordiam numquam deserat. Benefacis animæ tuæ si misericors fueris. Qui alteri misereatur, misericordiâ à Domino consequetur. Soror, soror venerabilis, quod habes, habeto ad misericordiam. Præbe misericordiam sine murmure. Tale erit opus tuum qualis fuerit intentio tua. Non est misericordia, ubi non est beneuolentia. Bonum, quod facis, propter misericordiâ fac, non propter vanam gloriâ, nihil facias propter laudem, sed propter æternam remunerationem: nihil facias propter temporalem opinionem, sed propter æternam mercedem: nihil facias propter famam, sed propter vitam æternâ. Ad quâ te perducere dignetur omnipotens Deus, reuerendissima soror. Amen.

H

*De exemplis sanctorum.
Sermo XVI.*

AD conuersionem, vel emendationem fidelium, multum exempla sanctorum profunt. Soror charissima, ideo scribuntur casus, & reparationes sanctorum, vt miseri propter multitudinem peccatorum non desperemus, sed per penitentiam resurgendi etiâ post lapsum spem habeamus, vt nullus post peccatum de bonitate Dei desperet, dum conspiciat etiam post ruinam reparationem fuisse sanctorum. Propterea posuit Deus virtutes sanctorum ad exemplum nostrum, vt per vestigia ipsorum peruenire possimus ad regna caelorum, vel si eos ad bene operandum sequi noluerimus in penis, inexcusabiles simus. Sancti Dei homines quâdiu fuerunt in hoc saeculo non cessauerunt currere in bonis operibus, s. in ieiunijs, in vigilijs, in elemosynis, in castitate, in continentia, in longanimitate, in patientia, in suauitate, in orationibus, in persecutionibus, in beneuolentia, in fame & siti, frigore, & nuditate, & in laboribus multis pro Christi nomine. Sancti homines deseperant

presentem mundum, vt eternum regnum quireserent: non acceperunt hic promissionem, vel diuitias miserabiles huius seculi, que ducunt homines male eis vententes, ad tormentum inferni, sed hæc patientiam tota intentione relinquentes, ad celestem Hierusalem itauerunt oculos suos hoies sancti, vitauerunt peccatum in verbo, in facto, in cogitatione, in visu, in auditu, in motu, in oculis, in manibus, in ira, in pedibus, in rixa, in furore, in dissensione, in vana gloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, in gula, in somno, in elatione, in fornicatione, in vineulentia. Custodites corpora sua, & aias suas, duobus modis ieiunauerunt, s. a vitijs, & actibus. Bona est abstinentia ciborum, sed multo est melior abstinentia vitiorum. Vnde Ecclesia de suis membris. i. de eisdem sanctis patribus dicit: Manus meę stillauerunt myrrham: quid per manus nisi operationes sanctorum intelligimus: & quid per myrrham nisi mortificatio carnis, & mortificatio vitiorum accipitur? Manus Ecclesie sancti hoies sunt bona operantes, de quibus dicit: Operatae sunt iustitiam. Manus ergo Ecclesie myrrham bonorum operum stillat, quia nobis exempla bene viuendi demonstrant & vt vitia carnis nostre mortificemus, prædicant. Vnde quidam coru dicit: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Et iterum: Mortificate membra vestra quae sunt super terram. Et iterum Ecclesia dicit: Dignitatem meam in myrrha probatissima. Tunc verè est myrrha probatissima, quando perfecte caro mortificatur, & vitia, atque peccata extinguuntur. Igitur soror in Christo dilecta, si societate habere cupimus: necesse est, vt exempla sanctorum sequamur. Si peccamus, iam de peccato nullam excusationem habemus. Quare? Quia & lex Dei quotidie nos admonet, vt bene viuamus, & exempla sanctorum patrum semper inuitant ad bene operandum, sed & si aliquando secuti sumus exempla malorum hominum, cur non sequimur exempla sanctorum patrum? Et si apud fuerimus ad imitandum malos in malum, cur pigri sumus ad imitandum bonos in bonum? Soror venerabilis, ergo deprececur Deum, vt virtutes sanctorum, quae suis sanctis preparauit ad coronam, non sint nobis ad penam, neque ad damnationem, sed ad profectum, & salutem. Sine dubitatione credimus, quia si exempla sanctorum secuti fuerimus post hanc vitam, cum eis in caelo regnabimus, quanto amplius vitam sanctorum patrum legimus, si exempla eorum sequi volumus.

K

us, & tanto amplius culpabilis sumus. Nonne ista uirgo, omnipotentem Deum adorator, vt det tibi has virtutes sanctorum, scilicet humilitatem Christi, deuotionem Petri, caritatem Ioannis, obedientiam Abraham, patientiam Isaac, tolerantiam Iacob, castitatem Ioseph, mansuetudinem Moyse, constantiam Iosue, benignitatem Samuclis, misericordiam Dauid, abstinenciam Danielis, & cetera digna facta priorum sanctorum, vt post hanc mortalem vitam peruenire possis ad societatem eorum. Virgo Christi quotidie considera, quo moderamine, qua intentione, vel qua cõpunctione homines Christi placere Deo. Vnde in persona Christi in Cantico canticorum Ecclesiæ dicitur. Quam pulchri sunt gressus tui, in calceamentis filia principis. Christus per potentiam diuinitatis princeps est omnium creaturarum: & ideo sancta Ecclesia filia principis dicitur, quia per prædicationem Christi in nouam vitam regeneratur. Quæ sunt autem calceamenta Ecclesiæ nisi exempla sanctorum patrum, quibus in via huius sæculi munimur, vt per omnes tribulationes calceamenta ambulent: Soror in Christo amabilis, & nos spiritualiter pedes calceamus, quando à sanctis patribus exempla bene viuendi sumimus, vt ad similitudinem eorum tentationes huius mundi vincamus. Iterum in eisdem canticis sponsus Ecclesiæ, scilicet Christus loquitur, dicens: Descendi in hortum, vt videret poma conualliũ, & inspicerem si florissent vineæ, si germinassent mala punica. Vineæ fiorent quando in Ecclesijs filij recte in fide generantur, & ad sanctam cõuersationem, quasi ad soliditatem bonorum operum præparantur. Mala punica germinant quando perfecti homines per exẽpla bonorum operum suos proximos edificat, & in nouitate sanctæ cõuersationis per prædicationem suam, & per ostensionem bonæ vitæ in sanctis operibus renouat. Vnde moneo te, in Christo spiritualis amica, vt des bonum exẽplum de te omnibus hominibus in omni tua vita. Venerabilis virgo, desidero vt luceat omnibus ancillis Dei, quæ tecum sunt in monasterio bene viuendo: quia sicut ait beatus Gregorius. Qui alijs suam bonam vitam abscondit, in semetipsis accessi sunt, sed alijs in exẽplum luminis non sunt: illi vero, qui exẽpla virtutis, & per vitam sanctitatis, atque per verbum prædicationis alijs lumen demonstrant, lapides ardentes sunt, quia alijs viam salutis

ostendunt. Vnde Dominus dicit: Lux vestra luceat coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in celis est, quia videlicet soli Deo est reddenda omnis gloria. Christi virgo te moneo tamẽ, vt ita sit opus tuum in publico, quatenus intentio tua maneat in occulto. Igitur amantissima mihi in Christo soror sicut superius dixi tibi, in omnibus actionibus tuis, in omni opere tuo, in omni conuersatione tua imitare sanctos, emulare iustos, habeto ante oculos tuos exẽpla sanctorum, exẽpla iustorum imitando considera. Exẽpla iustorum præpone tibi patrum, exẽpla sint tibi imitamenta disciplinæ. Intende virtutem sanctorum ad bene operandum, intende ad bene viuendum documenta sanctorum nulla infamia scandalizet vitam tuam, nulla opinio aduersa te contristet. Disce flagrare bono præconio: habeto testimonium boni: custodi tuam famam bonam: tua bona fama nullis foetoribus obscuretur: tua bona fama nullis opprobrijs laceretur. Amen.

De contentione. Sermo XVII.

PAULUS apostolus ait: Cum enim sunt inter vos zelus, & contentio, nonne secundum hominem ambulatis, & carnales estis? Et Salomon ait. Inter superbos semper sunt iurgia, semper malus iurgia quærit: angelus malus mittetur contra eum. Qui per loca periculosa vadit, cito cadit: sic ille qui quotidie cum proximis suis contendit, cito in scandalum cadit. Viri mites semper despiciunt lites, qui quotidie contendunt, & rixantur, à paucis hominibus amantur. Propterea pax, & concordia omnibus hominibus sunt necessaria. Soror charissima audi beatum Augustinum dicentem. O quam irreprehensibiles esse possemus, si non tam diligenter nostra vitia emendaremus, quanto studio aliena reprehendimus. Sed si nos bene consideramus, multa in nos reprehendere possumus. Volo, quod cognoscas, quia nihil est turpius, quam lites inter religiosos, qui debent per concordiam, & dilectionem lucere in mundo sicut luminaria in celo. Contentiones ex inuidia, & detractione solent euenire, atque oriri. Sed si detractio, & iurgia sunt in claustro: vbi est taciturnitas regularis, vbi sanctitas religionis, vbi conscientiam ordinis,

1. Cor. 3

A

vbi

vbi religiositas monasterij, vbi vinculum caritatis, vbi pax vnitatis, vbi concordia fraternitatis, vbi amor socialis? heu pro dolor peccati taciturnitas regularis, ablata est sanctitas religionis, defecit silentium ordinis, ad nihilum deuenit religiositas monasterij, annullata caritas fraternitatis. Sed si illi, qui in pace debent viuere, incipiunt contendere, litigare, detrahere, vbi est vita tranquilla, vbi vita pacifica, vbi vita honesta, vbi vita modesta, vbi vita casta, vbi vita contemplatiua, vbi angelica? Certe non potest ibi esse pax integra, vbi regnat detrahens lingua, vbi regnant rixae, & contentiones non potest esse perfecta religio. Vide ergo soror dilecta, ne per lites, & contentiones perdas labores. Caue ne des tuos perdas per detractiones, & rixas. Attende tibi diligenter, ne per iurgia & contentiones perdas celestes promissiones. Esto sollicita, ne per stulta verba perdas gaudia aeterna. Igitur linguam tuam refrenaueris religiosa non eris. Sed si forsitan mihi non credis, audi Iacobum Apostolum dicentem. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed tacens cor suum, huius vana est religio. Lingua modicum est membrum in corpore hominis, sed tamen si refrenata non fuerit, totum corpus maculat, & corrumpit. Nam sicut modicum fermentum corrumpit totam massam, & sicut parua scintilla ignis magnam syluam incendit: ita lingua sine freno dominos, & praepositos, aequales & socios, subiectos & paruulos omnes scandalizat, & ad iracundiam prouocat. Lingua contentiosa si fratrium non habeat, nullus homo cum ea in pace viuere poterit. Rixosa lingua veneno est plena, quae si non fuerit castigata, omnes socios suos perducet ad scandala. Soror venerabilis, ergo bonum est tibi vt prohibeas linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Considera vnde venisti, & ad quid venisti. De mundo existi, & ad castra Dei, hoc est ad monasterium fugisti: diuitias saeculi postposuisti, & ad caelestes diuitias promerendas venisti. Et ideo paupertatem voluisti, gratis paupertatem elegisti. Et ideo obliuioni debes tradere omnia, quae propter Deum reliquisti. Caue ergo ne velis alijs te praeferre, quanto maior es, tanto te humiliam in omnibus: dimitte conuenticulum conspirationis, & detractionis. Fuge murmurationes, & suffurationes: suffurationes non

audias. Murmurationibus autem tuam praebas, separa aures a detrahentibus, & a serpentibus. Fuge detrahentes, quia serpentes detrahentes infundunt venenum mortiferum in auribus se audientium: qui detrahunt, & qui detrahentem libenter audit, uterque peccat. Non solum ille, qui detrahit peccat, sed ille, qui voluntarie detrahentem audit. Honestam virgo, audi ea, quae dicuntur perfectus vir in Christo. Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Tu ergo cum consilio vanitatis non sedearis. & cum mala loquentibus non commisceris, non contendas in vlla causa: in nulla causa decertare studeas. Contentio lites parit. Contentio pacem cordis extinguit. Contentio rixas gignit. Contentio iniurias multiplicat. Contentio faces odiorum accendit. Contentio concordiam rumpit. Contentio conturbat oculum mentis, sicut ait David. Turbatus est a furore oculus meus. Igitur amabilis in Christo soror, moneo te, vt in illa causa contendas. Non contendas pro cibo, neque pro potu, neque pro vestimento. Sed accipe de manibus praepositarum tuarum ea, quae tibi dederint sine murmuratione: quod a praepositis tuis tibi fuerit ministratum sine murmuratione accipe. Si soror tua meliora vestimenta accepit quam tu accepisti, non sit tibi cura. Si praeposita tua dederit tibi vile vestimentum, & sorori tuae dederit preciosum, de hoc non murmures. Si meliora vestimenta sororibus tuis data fuerint, & tu acciperis viliora, super hoc non contendas. In nulla temporalis causa eligas meliora. In transitorijs rebus meliora non quaeras. In rebus mundi meliora non concupiscas. Quare? Quia non venisti ad diuitias: sed ad paupertatem. Non venisti ad monasterium vt diuitias terrenas habeas, sed vt virtutes spirituales acquiras. Non venisti ad claustra, vt in vestimentis preciosis resplendeas, sed vt in simplicitate Deo seruias. Non venisti ad ordinem, vt ante oculos hominum in vestibus gloriosa appareas, sed vt per humilitatem, Deo placeas. Non venisti ad sanctam congregationem, vt voluntatem tuam compleas, sed vt voluntati alienae obedias, & pro Deo omnia terrena despicias. Alioquin melius tibi fuerat in domo patris tui remanere, quam in monasterio preciosam vestimenta quaerere. Melius tibi fuerat in domo parentum tuorum habere solatium, quam inter ancillas Dei proteris.

B

D

C

is, & transitorijs rebus mouere scandala. Melius tibi fuerat in terra tua commorari, quam in domo Dei pro temporalibus rebus contendere, aut litigare, aut murmurare. Igitur charissima, sicut superius dixi tibi: in nulla causa decertare studeas, nisi vt soli Deo placeas. Amen.

De disciplina. Sermo XYIII.

Prov. 1.

E

Sapientissimus Salomon ait: Audi fili mi, disciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuae, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Tene disciplinam, & ne dimittas eam. Custodi illam, quia ipsa est mater tua. Accipe disciplinam, & noli abijcere eam. Qui odit castigationes, stultus est. Qui increpationes relinquit, multum errat. Qui disciplinam despicit, peccat. Qui custodierit disciplinam, inueniet vitam. Qui vero disciplinam noluerit custodire, inueniet mortem. Egestas, & ignominia erit illi, qui deserit disciplinam. Qui acquiescit castigationi, gloriabitur. Stultus iridet disciplinam patris sui. Qui autem custodit increpationes, sapiens est. Pius proficit castigatio linguae apud prudentem, quam centum plagarum apud stultum. Vis sapiens, & disciplinatus, non murmurabit aduersus eum, qui castigat illum. Tamen castigatio debet esse moderata: vnde beatus Ambrosius: Leuiter castigatus exhibet reuerentiam castiganti, qui vero crudeliter castigatur, vel increpatur, nec increpationem suscipit, nec salutem. Blanda pietate sunt portandi, qui pro sua infirmitate non possunt increpati: pro diuersitate peccantium alij portandi sunt, alij castigandi, quia modus est diuersus peccatorum. Praelati Ecclesiae portare debent subditos suos, quos corrigunt, & corrigere quos portant. Hic Salomō in basibus templi Domini imaginē leonis, & bouis, & cherubin opere sculporio fecit pingere. Quid aliud designant bases in templo, nisi praelatos in Ecclesia? Qui cumque sollicitudinem regiminis suscipiunt, inquam bases, portant onus suppositum. Cherubin plenitudo scientiae interpretatur. In basibus Cherubin monstratur, quia praelati Ecclesiae pleni debent esse caelestis scientiae. Per leonem terror severitatis figuratur. Per bouem vero patientia mansuetudinis ostenditur. Itaque in basibus neque leones sine bobus, neque boues sine leonibus

exprimuntur: quia praelati Ecclesiae aliquando ridige, aliquando cum dulcedine, aliquando cum asperitate, aliquando verbis, aliquando flagellis debet subiectos suos corrigere, quia ille, qui blandis verbis castigatus non corrigitur, necesse est, vt acris corrigatur, & arguatur. Cum dolore enim abscondenda sunt vulnera, quae leuiter sanari non possunt. Qui secreto admonitus de peccato corrigi negligit, publice est arguendus: vt vulnus quod occulte sanari nequit, manifeste debeat emendari, palam sunt arguendi, qui palam nocent. Vt dum aperta oburgatione sanantur hi, qui eos imitando deliquerunt, corrigantur: vt dum vnus corripitur, ceteri emendentur. Melius est, vt pro multorum saluatione vnus condemnetur, quam per vnus licentiam multi periclitentur. Etiam beatus Greg. ait. Sunt multi, qui verba increpationis audiunt, & ad poenitentiam redire contemnunt. Vnusquisque audiat de regno Dei, quod diligit, audiat de inferno quid timeat, vt si per amorem ad regnum non venit, saltem per timorem veniat. Verba sunt Isidorii: luti benigne suscipiunt castigationem, quando ad suis culpis arguuntur. Soror charissima, disciplina est emendatrix, quae non est vilipendenda: & ideo debemus praelatos nostros diligere, & verba eorum benigne suscipere, qui per increpationes, & castigationes suas auferunt a nobis proprias voluntates, & mundi cupiditates. Vnde in Cantico cantico: cum de eisdem praelatis, Ecclesia vel qualibet fidelis anima dicit: Inuenerunt me custodes, qui custodiunt civitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt mihi pallium meum custodes murorum. Per custodes civitatis intelligimus praelatos, qui statum sanctae Ecclesiae custodiunt, qui etiam animam fideliem inueniunt: eamque suis praedicationibus, & exhortationibus, atque minis percutiunt, & amore caritatis Christi vulnerantur: nec solum hoc sufficit eis, sed etiam pallium ei tollunt, id est, omnem terrenam delectationem, atque substantiam temporalem ab ea auferunt, & eam nudam peccatis, ac spoliatam diuitijs ad regnum caelorum transmittunt. Igitur soror mihi in Christo dilecta, valde dignum est, vt praelatos nostros quasi patres diligamus, vt ab eis disciplinam nostrae salutis libenter suscipiamus, secundum consilium Dauid dicentis: Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereratis de via iusta. Ergo si

de via

G

Psal. 2.

de via iusta nolumus perire, necesse est nos disciplinam suscipere. Si ille qui disciplinam non suscipit, de via iusta peribit: proculdubio de via iusta confirmatus erit, qui disciplinam suscipit. Nunc ergo soror venerabilis, moneo te, vt libenter suscipias disciplinam, vt ab ira Dei libereris, & in via iusta confermeris. Multas age gratias illi, qui castigauit te, illi, qui increpauit te, gratias repende.

H Si abbatissa, vel priorissa, pro salute tua increpauit te, non contristeris: cum abbatissa, vel priorissa monstrauerit tibi viam salutis tue, suscipe doctrinam illius gratis: quando aliquis monstrauerit tibi causam tue salutis, tu non sis rebellis. Dilige eas, quæ te reprehendunt de tuis transgressionibus. Ama eas, quæ te castigauerunt de tuis negligentis: quasi alacres dilige eas, quæ te reprehendunt de tuis transgressionibus castigantibus iniuriam non respondeas. Increpantibus te contumeliam non dicas: mala pro bonis non reddas. Aduersus bona consilia, non respondeas iurgia. Aduersus bona

Proser.

12.

verba, non respondeas mala. Quare? Quia qui diligit disciplinam, diligit sapientiam. Ergo & tu si disciplinam dixeris, sapientis eris. Prudens eris si increpationes patienter sustinueris: patiens eris, si humiliter castigationes portaueris. Hæc est virgo, ideo à Domino, & à prælatis nostris in hac vita corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Multo melius est nobis in hac vita à prælatis nostris pro negligentis corripi, quam in futura vita damnari. Melius est nobis in hoc sæculo à præpositis nostris pro transgressionibus, & culpis castigari, quam in futuro sæculo puniri. Amabilis mihi in Christo soror, melius est tibi manu Abbatissæ flagellis cædi, quam in inferno penas pati: melius est tibi manu Abbatissæ, vel Priorissæ flagellari in hac vita, quam in inferno cruciari in futuro. Melius tibi est in manu Abbatissæ flagellis verberari, quam in inferno torqueri. Melius tibi est in hoc mundo de manu Abbatissæ, vel Priorissæ sustinere flagella, quam pati æternas penas in gehenna. Melius est tibi manu Abbatissæ, vel Priorissæ temporaliter affligi virgulis, quam cremari æternis incendijs. A quibus te dignetur liberare ille, qui te redemit suo precio-

so sanguine.

Amen.

Soror charissima, audi verba Pauli Apostoli: Non est potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt ordinata, à Deo ordinata sunt. Ideoque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Ergo non debemus contemnere potestates, siue mundi sunt, siue Ecclesiæ, quia omnes à Deo ordinatae sunt. Igitur quando per inobedientiam prælatis nostris contradicimus, Deo iniuriam facimus. Quando per superbiam & inobedientiam prælatis nostris rebelles sumus, contra Dei præcepta facimus, quando prælatis nostris contumaces sumus, nos inobedientes, Deum contemnimus, qui dicit: Qui vos audit, me audit, id est, qui vobis est obediens, mihi obediens est: & qui vos despicit, me despicit. Soror dilecta mihi in Christo, ergo qui prælatum suum despicit, Deum despicit. & qui prælatum suum honorat, Deum honorat: & qui obediens est prælato suo, obediens est Deo. Hanc virtutem, scilicet obedientiam laudat Samuel propheta, dicens: Maior est obedientia, quam sacrificium: & obedire magis, quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, est nolle obedire. Maria soror Aaron per superbiam, & inobedientiam, murmurauit contra Moysen fratrem suum, & statim percussa est lepra. Maria, quæ contra Moysen fratrem suum prælatum, murmurauit per inobedientiam & rebellionem, significat animam cuiuslibet hominis, qui murmurat contra prælatum suum, cui non vult obedire, nec præcepta salutis accipere. Et quia non vult per obedientiam præcepta sui prælati suscipere, lepra peccatorum percussus, atque sedatur. Etiam Chore, Dathan & Abiron, qui contra Moysen & Aaron, per superbiam, & contumeliam, atque inobedientiam insurrexerunt, statim pro sua presumptione penas sustinuerunt, sicut scriptum est in Psalmo: Averta est terra, & deglutit Dathan: & operuit super congregationem Abiron. Et iterum: Exarsit ignis in synagoga eorum, & consumpsit peccatores. Nam, & Ozias rex, cum per superbiam, & inobedientiam, atque contumaciam thuribulum accepisset, & contra legem Dei sacrificare voluisset, à Deo est lepra percussus, atque marcidus in loco.

Nam & Saul rex, quia inobediens fuit, in perdidit, & in manibus inimicorū suū cecidit. Etiam Ionas propheta per obedientiam fugit, & eū piscis absorbit. **L**ectulū in profundum maris misit. Cauentū est igitur nobis, ne contra prælatos nostros per inobedientiam audeamus insurgere: ne Dominus per eos velit, nos, quia vice sua fungimur, a pere visitare. Venerabilis soror nostra posuit Deum prælatos in Ecclesia, vt nobis prouideant, vt Deo pro nobis rationem reddant, atque nos ne male faciamus custodiant. Vnde Paulus Apostolus: Obedite præpositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim seruauit quasi rationē reddunt pro animabus vestris. Prælati debent custodire, ac regere gregē domini cum magna vigilantiā, ac sollicitudine. De quibus in canticis canticorum legitur: Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios. & ad bella doctissimi: vniuscuiusq; ensis super fœmur suum, propter timores nocturnos. Verus Salomon Christus esse intelligitur, quia reuera pacificus est, quia pacem inter Deum & hominē reformauit. Lectulus vero Salomonis congregatio est fideium, in qua Deus habitat, & requiescit. Lectulū vero Salomonis sexaginta fortes ambiūt, s. prælati, qui defendendo, castigando, increpando, corripiendo, admonendo circumcūt, & custodiūt Ecclesiam Dei contra vitia, & contra inimicos visibiles, atq; inuisibiles. Qui ideo fortes esse dicuntur, quia prælati sanctæ Ecclesiæ perfecti sunt in obseruatione mandatorum Dei. Omnes tenētē gladios, id est spirituale verbum, quia prædicando vitia subditorum debēt reprimere. Ad bella sunt doctissimi, quia necesse est, vt ad bella spiritualia sint instructi. Vniuscuiusq; ensis super fœmur suum. Prælati sanctæ Ecclesiæ super fœmur ense tenent, quia prius in se, & tunc in sibi subiectos vitia carnis debent reserare. Et hæc omnia faciūt propter timores nocturnos, id est propter occultas insidias malignorum spirituum, qui in nocte huius seculi maximē insidiantur sanctis prælatis, vt illis deceptis lectulum Salomonis, id est congregationem seruorum Dei se dare, ac maculare possint. Soror charissima, ideo hæc dixi tibi, vt cognoscas, quā deuote quamq; humiliter debemus prælatis nostris obedire. Obedientia sola virtus est, quæ virtutes ceteras insenti inserit, insertasque

custodit, de qua Salomon ait: Melior est obedientia quā victimæ, quia per victimas aliena caro mactatur: per obedientiam vero propria voluntas religatur. Vnde vir obediens loquitur victorias, quia domino alienæ vocis humiliter obedit, & semetipsum in corde superat. Adam in infernum cecidit, quia inobediens fuit: Christus vero ad cælum ascendit, quia vsq; ad mortem Deo Patri obediuit per inobedientiā Adæ. Peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam Christi, iusti constituti sunt multi. Et licet propter peccatum Adæ omnes homines sunt in condemnationem mortis, ita per iustitiam Christi, omnes homines in iustificationem vitæ. Et iterum: Sicut inobediencia primi parentis generauit mortem, ita obedientia Christi generauit vitam. Igitur soror dilecta, si pro Christo fueris obediens tuis prælatis, cum Christo regnabis in cælis. Contra matrem tuam id est abbatissam, vel priorissam, numquam verbum asperum dicas. Prælatis tuis numquam rebellis existas, præpositis tuis in nulla causa contradicas. Venerare autem omnes meliores scientiæ, ac melioris vitæ. Venerare vnumquēq; hominem pro suo merito sanctitatis. Maiori gradu reuerentiam tribue competētē. Secundum dignitatem vnicuiq; homini tribue honorem. Superiorem gradū equalem te non exhibeas. Seniores præsta obedientiam, & famulare humiliter imperijs eorū. Cede auctoritati maiorum defer digna seruitia maioribus. Esto cunctis obediens in bonis præceptis. O sponsa Christi, ita obediens homini, vt non offendas voluntatem Dei. In malis operibus numquam sis obediens. Non obediens illi, qui male tibi facere mandauerit; malum facere iussa non cōsentias. Noli obedire in malo cuiquam potestati, etiam si pœna compellat, si supplicia immineant, si tormenta occurrant. Melius est mortem pati, quā mala iussa implere. Melius est abominatione iugulari, quā æterno iudicio damnari. Neque enim est sine culpa, qui, vt malum fieret, obediuit. Igitur soror venerabilis, esto obediens vsque ad mortem, & dabit tibi Deus coronam vitæ. Amen.

Soror charissima, audi beatorum Hieronymum dicentem. Non quaeruntur in Christianis initia, vel exordia, sed finis, & perseverantia. Paulus apostolus male cepit, sed bene finivit. Iudas vero Sarioth bene cepit, sed male finivit. Laudatur initium Iuda, sed finis vitae illius condemnatur. Vnde beatus Gregorius. Virtus boni operis perseverantia est, incassum bonum agitur, si ante terminum vitae deferatur. De hoc etiam beatus Isidorus ait. Non iudicat Deus hominem de praeterita vita, sed de suo fine. Vnusquisque enim in die mortis suae iustificabitur, aut condemnabitur: vnde scriptum est. ubi te inuenero, ibi te iudicabo. Etiam beata Magdalena ideo Christum resurgentem primo meruit videre, quia cum requirendo perseveravit. Vnde etiam in Cantico canticorum dicitur. In lectulo meo per noctes quaesivi, quem diligit anima mea. Moneo ergo te honesta virgo, ut quaeras eum de Iesu Christum sponsum tuum in lectulo tuo, id est in quiete mentis, atque quiete contemplationis. Per noctes quaere eum, hoc est in hac vita ad eum suspirando, eumque desiderando, ut eum perfecte in futura vita invenire possis, ac videre regnātem cum in Patris throno. Sine intermissione quaere eum bene vivendo, ut faciem eius merearis videre in caelesti regno. Hogo Christi sponsa, ut dicas cum David propheta. Sitiunt anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini: Vere anima tua Deum sicut, si eum super omnia diligit. Vere anima tua Deum sicut, si pro amore illius despiciat omnia terrena. Vere anima tua Deum sicut, si eum in dextera patris regnantem concupiscit. Etiam idem propheta nos admonet, dicens. Quaerite Dominum, & confirmamini, quae sit facies eius semper, id est in prosperitate, & angustia, in paupertate, & abundantia, in infirmitate, & in sanitate, in iuventute, & in senectute debemus Deum quaerere tota mente, tota intentione, ut ab eo mereamur confirmari in sancta conversatione, & ut illum mereamur invenire, ac videre in caelesti regno. Memento nos ab omni inquinamento carnis, ac spiritus, quia non nisi casto corpore ad caelos poterunt sublevari, in die resurrectionis, nec poterunt videre gloriam divinae maiestatis, nisi illi, qui

sunt mundo corde. Soror dilecta, mihi de, quia non ociosis, & vagantibus in regnum caelorum, sed quaerentibus, & tentibus, atque pulsantibus. Sic enim ait Dominus Petite, & accipietis, quante, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Petenda est, ergo ianua regni orando, quaerenda bene vivendo, pulsanda in Dei seruitio perseverando. Non sufficit bona incipere, nisi etiam quisque incipere studet ea, quae bene inchoavit, usque ad finem vitae perducere: quia melius est via iustitiae non cognoscere, quam post cognitionem retrofari conuertere. Vnde Dominus in euangelio. Nemo mittens manum suam in aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Soror venerabilis, ne esse est, ut per desiderium aeternae beatitudinis pulsemus quotidie aures Dei omnipotentis, nec deficiamus a bonis, quae incipimus prorsusquam in illo aperiente mereamur de carcere mortis huius eripi, & a porta caelestis patriae pervenire. Soror in Christo amabilis, mihi bonum est perseverare in seruitio Dei. Quoniam qui de monasterio ad saeculum revertuntur, prorsusquam carbonem nigri efficiuntur. Qui de monasterio ad saeculum descendunt, efficiuntur nigri sicut carbonem frigidum. Quare? Quia per torporem mentis ab igne caritatis Dei sunt mortui, atque extincti. Vnde beatus Isidorus. Qui de bona vita ad malam revertuntur per cupiditatem mundi, sunt contenebrati, & nigredine vitiorum sunt foedati, & fuscati, atque lucernae claritatis Dei sunt extincti. Qui de monasterio ad saeculum fugiunt, a societate angelorum separantur, & daemonibus sociantur. Qui sanctam congregationem relinquunt, & ad saecularem vitam descendunt, a societate Dei elongantur, atque dominio diaboli subiungantur. Soror in Christo amantissima, considera quid fecisti. Quotidie reduce ad memoriam, vnde venisti, & ad quid venisti, & quare venisti. Tu propter Deum omnia, quae in hoc mundo sunt, reliquisti, ac despectisti: & pro amore illius, monasterium elegisti. Tu regnum caelorum comparasti, & teipsum in precio illius tradidisti. Stude ergo cum summa vigilantia, ut non perdas regnum, quod comparasti, sed ut habere possis in perpetuum, quod desiderasti, & optasti. Cave ne perdas regnum, pro quo te ipsum dedisti, precium. Audi Paulum apostolum dicentem. Non coronabitur,

qui legitime certauerit. Ille laborat le-
 gitime, qui in bonis operibus perseverat vs-
 que ad idem mortis suæ. Ille certat legiti-
 me, qui in seruitio Dei perseverat sine frau-
 de, & simulatione. Ille Deo dignè seruit, qui
 bonum opus, quod cepit vsque ad consum-
 mationem perducit. Ille in bonis operibus
 bene defudat, qui ea, quæ bene inchoauit, cõ-
 summat. Vnde Ecclesia de suis membris in
 Dei seruitio perseverantibus in Canticis cã-
 nicorum dicit: Ligna domorum nostrarum
 cedrina, laquearia vero cypressina. Domus
 Ecclesiæ sunt conuenticia fidelium Deo ser-
 uientium, atque in his, quæ Dei sunt perse-
 uerantium. Cedrus itaque atque cypressus
 arbores sunt impugnabili natura, & signant
 in ceteros Deum, qui infatigabili, atque immar-
 cessibili desiderio conditoris sui flagrant, &
 in bonis operibus vsq; ad cõsummationem
 vitæ perseverant. Igitur venerabilis virgo,
 & tu esto cypressus in domo Dei, in bona
 vita perseverando. Etiam in domo Deice-
 drus eris, si de te exemplum bonæ vitæ de-
 deris, atque odorem bonæ conuersationis
 sociabus tuis. Virgo prudens, ideo hæc dixi,
 vt tota mente detpicias amorè sæculi. Ideo
 hæc dixi, vt nunquam velis reuocam vitã
 relinquere, & sæcularem requirere. Ideo
 hæc dixi, vt nunquam velis monacalem vi-
 tam deserere, & sicut canis ad vomitum re-
 dit ad sæculum. Moneo te vt in monaste-
 rio cunctis diebus vitæ tuæ perseveres, & vt
 sæcularem vitam nunquam desideres. Moneo
 te, vt cum summo desiderio monaste-
 rium diligas, & vt toto corde sæculum post-
 ponas. Moneo te, vt in omni tempore in do-
 mo Dei permanças, & vt nunquam ad sæ-
 culum redire queras. Quare? Quia in mo-
 nasterio est vita contemplatiua, in sæculo
 est vita laboriosa, in monasterio est vita san-
 cta, in sæculo est vita criminosa, in mona-
 stero est vita spiritualis, in sæculo est vita
 carnalis, in monasterio est vita cælestis,
 in sæculo est vita terrestris, in monasterio
 est vita quieta, in sæculo est vita turbulenta,
 in monasterio est vita pacifica, in sæculo est
 vita litigiosa, in monasterio est vita trãqui-
 la, in sæculo est vita contentiosa, in mona-
 stero est vita pacifica, in sæculo est vita iur-
 gijs plena, in monasterio est vita casta, in sæ-
 culo est vita luxuriosa, in monasterio est vi-
 ta perfecta, in sæculo est vita vitiosa, in mo-
 nasterio est vita plena virtutibus, in sæculo
 est vita plena vitijs, in monasterio est vita

Oper. D. Bern. Tom. 1. 1.

sanctitatis, in sæculo est vita iniquitatis. So-
 ror reuerēda, audisti bona, quæ sunt in mo-
 nasterio, audisti mala, quæ sunt in sæculo,
 audisti virtutes monasterij, audisti vitia sæ-
 culi, audisti salutem monasterij, audisti per-
 ditionem sæculi, audisti vitam, audisti mor-
 tem. Nunc igitur ecce in conspectu tuo bo-
 num, & malum. Ecce ante oculos tuos per-
 ditionem animæ, & salutem. Ecce ante te vi-
 tam, & mortem. Ecce ignis, & aqua, extendè
 manum tuam, & elige, quod vis. Ecce via pa-
 radisi, & ecce via inferni. Ecce via, quæ ducit
 ad vitam, & ecce via, quæ ducit ad mortem.
 Ergo ambula per quam volueris. Hoc so-
 lum rogo, vt eligas meliorem. Frater mihi, cõ-
 siliium tuum accipiam, & meliorem viam
 eligam. Bonum est mihi consiliium accipere
 & per viam, quæ ducit ad paradysum ambu-
 lare cum Dei iuamine. Honestã virgo,
 quia meliorem viam eligis, Deo gratias red-
 do. Igitur vitam bonam, quam cœpisti tene-
 re, non deserua. Propositum bonæ vitæ, iam
 conferua, omnibus diebus vitæ tuæ, tunc
 erit opus tuum perfectum, si perduraueris
 vsq; in finem. Salus perseverantibus promit-
 titur. Præmium perseverantibus datur, non
 est bonus qui bonum facit, sed qui incessa-
 biliter facit. Si ergo in bonis operibus vsque
 ad finem vitæ perseveraueris, salva eris.

De virginitate. Sermo XXI.

Prudentes virgines acceperunt oleum
 in vasis suis cum lâpadibus. Soror
 charissima, audi que dico. Mente, &
 corpore virgines non sunt fatuæ,
 sed prudentes, & possunt exire obuam spon-
 so, quia habent oleum in vasis suis, id est, ca-
 stitatem in mentibus. Virgines vero in corpo-
 re, & non mente non sunt prudentes, sed fa-
 tuæ, nec possunt exire obuam sponso, quia
 non hēnt oleum in vasis suis, id est, non habent
 castitatē in mētib; . Sic ait beatus Isidorus:
 Virgo corpore, & non mente, nō habet præ-
 miū in remuneratione. Et Dominus in euā-
 gelio de fatuis Virginitibus ait: Amē dico vo-
 bis, nescio vos. Hac de cã te moneo soror di-
 lecta mihi, vt sis mente, & corpore virgo, vt
 post hæc vitam merearis collocari in cœlesti
 thalamo a Iesu Christo cœlesti spōso. Virgi-
 nitas, nō est iusta, sed admonita, quia nimis est
 excelsa. Duplicatū est bonū virginitatis, quia
 in hoc mundo solitudine caret sæculi, &
 in futuro præmium castitatis recipiet. Si-

Matth.
25. b

H

Bbb ne

ne dubio, qui casti perseverant, & virgines, angelis Dei erunt æquales. Virgines feliciores sunt in æterna beatitudine, Isaiâ testante, qui ait: Hæc dicit Dominus eunuchis: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Omne peccatum per penitentiam recipiet indulgentiam. Virginitas vero si labitur, nullo modo reparatur, nam quamvis quis per penitentiam recipiat veniam, tamè per incorruptionem nūquam recipiet pristinam virginitatem. Soror venerabilis, nihil valet virginitas carnis, ubi non est integritas mentis. Virgines de suis meritis gloriantes, hypocritis comparantur, qui gloriam boni operis foris appetunt, quam intra conscientiam habere debuerunt. Hoc est enim in euangelio virgines non habere oleum in vasis suis id est non servare in conscientia testimonium boni operis, scilicet in facie gloriari apud homines, non in corde apud Deum, verba sunt beati Augustini: Nihil prodest virginitas carnis, ubi habitat iracundia mentis. Multum distat inter puritatem virginialis animæ nulla contagione pollutæ, & carnis quæ multo tempore libidini subiacuit. Soror venerabilis, audi beatum Hieronymum dicentem: Nihil prodest habere carnem virginem, si mente quis nupserit, nihil etiam prodest corporis virginem custodire virginitatem, si oculos à concupiscentia noluerit refrægere. Virginitas in corpore nihil proderit, si caritas, aut humilitas à corde discesserit. Monco igitur te honesta soror in Christo, vt sis mæte, & corpore virgo. Monco etiam te, vt accipias oleum bonorum operum tecum, atq; vt ornes lampadem tuam bonis operibus, & illumines eam sacris virtutibus, vt cum clamor factus fuerit: Ecce sponsus venit, exite obviam ei, possis occurrere Iesu Christo sponso tuo cælesti, & ab eo collocari in cælesti thalamo.

De continentia. Sermo XXII.

Soror charissima, rogo, vt cum omni deuotione audias admonitionis verba. Tricenarius numerus primus est & significat fœdera nupriarum. Sexagenarius numerus secundus gradus est, & significat continentiam viduarum. Centenarius numerus tertius gradus est, qui pro virginitatis corona virginibus deputatus.

Beatus Isidorus ait: Quidam in iuuentute luxuriose viuentes, in senectute continentia fieri volunt, tunc & volunt castitatem seruire, quando eos luxuria seruos habere contempserunt. Tales non habent præmium, quia non habuerunt laboris certamen. Eos vero expectat gloria, quibus fuerunt gloriose certamina. Castitatis enim fructus est suauitas. Castitas pulchritudo inuiolata sanctorum. Castitas est securitas mentis, & sanitas corporis. Luxuria carnem debilitat, tractamq; celeriter ducit ad senectutem. Longa castitas pro virginitate reputatur. Igitur soror veneranda, amanda est pulchritudo castitatis. Continentes, & caste viuentes Deo, in semetipsis præparant habitaculum. Vnde ait stolus: Caste viuentes templum Deriunt, & spiritus sanctus habitat in eis. Continentia facit hominem proximum Deo. Ibi habitat Deus, ubi permanet continentia. Castitas inquit hominem cælo. Castitas perducit hominem ad regnum. Caste viuentibus promittitur regnum cælorum. Caste viuentes habebunt hereditatem in cælo. Bona est castitas coniugalis, sed melior est continentia virginalis. Optima vero integritas virginialis. Melior est vidua humilis, quam virgo superba. Melior est vidua cum humilitate, quam virgo cum superbia. Melior est vidua lugens peccata sua, quam virgo iactans semetipsam coram hominibus de virginitate sua. Melior est vidua plorans iniquitates suas, quam virgo extollens semetipsam de meritis suis.

Nō debet virgo gloriari coram hominibus de dono suæ virginitatis, quia si hoc fecerit non habet oleum secum: extincta. n. lampas sua, non debet virgo despiciere viduas. Virgo, quæ Deo vult placere, non debet mulieres caste viuentes contemnere, quia si hoc fecerit Deo displicebit, & sibi nocebit. Virgo quæ mulieres caste viuentes, & Deo seruientes despicit, superbiam facit. Quare: Quia melior est peccator humilis, quam iustus superbus. Tu ergo venerabilis soror, non despicias mulieres, quæ de cælo venerunt maritos habuerunt, filios genuerunt, quia si eas despexeris, nimis ante Deum culpabilis eris. Anna prophetissâ maritum habuit, sed tamen de Christo prophetavit, & eum videre meruit. Et Maria Magdalena secularis fuit, sed tamen Christum resurgens vidit, & apostolorum apostola esse meruit. Honestâ virgo, iō hæc dixi vt nullo modo despicias ancillas Christi, quod seruient.

seruicij in Deo uenerit de uita seculari. Nō debet ergo honestas forminas, quæ de seculari ad monasteriū uenerit despiciere, sed honorare: quia quos Deus dignatus est eligere tu non debes contemnere. Moneo ergo te uenerabilis, ut pro amore Christi seruias uis ut diligas eas quasi matres. Soror in Christo dilecta, deo debes eis seruire quasi matra, quia Deus conuertit eas ad se de seculari in monasterium, ut in iustitiam facis, si ancillas Dei despicias. Tu uero amabilis mihi in Christo soror, non dicas ecce ego lignum aridū: non dicas ecce ego arbor infructuosa, quia si Christus sponsum tuum diligis, & times seruire debes septem filios habes. Primus filius est uerecundia, secundus patientia, tertius sobrietas, quartus temperantia, quintus caritas, sextus humilitas, septimus castitas. Ecce uenerabilis soror, per gratiam Spiritus sancti sine dolore ex incorrupto utero septem filios Christo peperisti, ut impleatur in te, quod scriptum est: Quia sterilis peperit septē. Itaq; soror amabilis in Christo habet filios, quos Iesu Christo sponso tuo genuisti, debes nutrire, fouere, lectare, reficere, amare, & castigare. Nisi cor bonis moribus, foue eos in sinu intima contemplationis, & da eis mamillas aternæ dulcedinis. Refice eos amore uerbenæ suauitatis, & conforta eos pane uerbi celestis. Castiga eos flagellis timoris Dei, & manda eis, ut non superbiant: & ut non sint leues, nec transgressores, atque ut numquam à te discedant nec à te separentur. Vides soror dilecta, quæ uirgines principalem locum teneant in regno Dei, & non immeritū. Quia contempserunt præsentem mundum, ideo peruenerunt ad caeleste regnum, ad quod te perducere dignetur ille in cuius seruitio corpus tuum, & animam tuam consecrasti.

De fornicatione. Sermo XXXII.

Soror in Christo dilecta mihi moneo te, ut cum oīd uocatione audias hæc uerba Domini nostri Iesu Christi. Sint lumbi uestri præcingenti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Eū hoc præcingimus cū carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Lucernas in manibus tenemus, quado proximis nostris lucis exemplum offit ramus. Fornicatio carnis, ut ait Beatus Hieronymus, multum est. Fornicatio anime ser

uitus idolorum est. Prima fornicationis tela oculorū sunt, secunda uerborum: sed qui non capitur oculis, potest resistere uerbis. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quāuis quisq; diuersa turpitudinis uoluptate perfruatur. Ex delectatione. n. fornicatio uaria gignuntur flagitia, quibus regnū Dei clauditur, & homo à Deo separatur, inter cetera septem uitia, fornicatio maximū scelus est, quia per carnis immunditiā tēplum Dei uolat: & tollens membrū Christi, facit membrū meretricis. Igitur honesta uirgo, si uirum est, qui in te Deus uiuit, mortua sit in te fornicatio. Luxuria inimica est Deo, & paternæ benedictionis, atq; substantiæ perditio, fornicatio non solum maculat corpus, sed & conscientiam. Qui luxuriatur quamuis uideatur uiuens, tamen mortuus est. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus, id est damnabit eos. Audi igitur soror charissima beati Isidori uerba: Fornicatione coinquinari, deterius est omni peccato, fornicatio maior est omnibus peccatis. Fornicatio graue peccatum est. Fornicatio omnia mala superat, fornicatio grauior est morte. Melius est mori, quàm fornicari. Melius est mori, quàm fornicatione maculari. Melius est mori, quàm per fornicationē animam perdere. Luxuria perducit hominem ad penas inferni. Luxuria mittit hominem ad tartarum. Oculi annuncij, sunt fornicationis. Visio est prima occasio fornicationis. Mens enim per oculos capitur. Per oculos intrat ad mentem saggita amoris, visio oculorum mittit sagittas fornicationis in mentem. Oculus est prima saggita fornicationis. Igitur in Christo soror, reprime oculos tuos, ergo subtrahe visum. Non defigas oculos tuos in speciem carnis, nullum hominē hæc intentione aspicias, ut eum concupiscas, nullum hominē id eo aspicias, ut eum carnaliter diligas. Faciem uiri non uideas, ut eum in malo diligas. Auerte oculos tuos, ne uideant uanitatē. Pulchritudinem hominis non concupiscas. Dic mihi soror uenerabilis, qualis perfectus in pulchritudine carnis, nonne sicut scœnum sicatur homo, & fugit pulchritudo eius sicut umbra? Et quando mors uenerit, dic rogo, quanta pulchritudo in corpore remanebit; cū uideris totum corpus tumidum esse, & in foetorem conuersum, nonne claudis nares tuas, ut non sustineas fetorem foetidissimum? Dic rogo, ubi tunc

pulchritudo vultus, vbi blanda verba, quæ corda au dientium mollebant? Vbi tunc sermones dulces, quæ homines lætificabant? Dic mihi honesta virgo, vbi tunc erit immoderatus risus, & iocus turpis? Vbi tunc vana, & inutilis lætitia, quæ in risum homines commouebat? Perijt, ad nihilū deuenit. Sicut fumus euauit ita est consummatio pulchritudinis carnis, & consummatio corporis. Cognosce ergo soror venerabilis, quia vana est pulchritudo. Vnde etiā Salomon ait: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Igitur soror in Christo amatissima, si pulchritudo carnis vana est ergo pulchritudo carnis putredo est, & vermis; itaque si pulchritudo corporis cinis & terra est: caue ne ideo homines aspicias, vt eorū pulchritudinē concupiscas. Quare? Quia mundus transit, & concupiscentia eius. Omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. Despicendus ergo est mundus propter Christum cum omnibus, quæ in eo sunt. Tu vero honesta virgo, quæ propter Christum relinquisti sæculum, non debes letari in pulchritudine hominum. Te ergo moneo soror in Christo dilecta, vt Iesum Christum sponsum tuum diligas super omnia, vt cum eo regnare possis in cælesti curia. Certe si plus delectat mentem concupiscentia fornicationis, quàm amor castitatis, adhuc peccatum regnat in homine. Sed si magis delectat mentem pulchritudo castitatis, quàm turpitudine fornicationis: iam nõ regnat peccatum in homine, sed regnat iustitia. Quamuis homo sit castus in corpore, tamen si luxuriosus est in mente, peccatum regnat in corde eius. Fornicatio cordis est idolorum seruitus. Est & alia fornicatio spiritualis, de qua Dominus ait. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo, maxime per carnis luxuriã homines subiiciuntur diabolo, quã per cetera vitia. Castitas est pulchritudo animæ: & per hanc virtutē coequatur homo meritis angelorum. Soror in Christo amabilis crede mihi, quia multi per incuriam oculorum inciderunt in periculum animarum suarum. Interrogatio. Frater dilecte dic mihi si aliquem hominē nosti per visionem oculorum deceptum. Responso. O soror venerabilis quàm multos scio per visum esse deceptos, & in laqueum diaboli missos. Tamen ex his, quos audiui, aliquos dicā tibi. Quia Dana filia egressa est, vt videret ma-

res regionis, & adamauit eam Sichen, quæ rapuit, & virginitate illius turpiter corrupit. Et sic misera puella, quia in carne vidit quod videre non debuit: honestatem, ac virginitatem suam perdidit. Dauid etiā quadam die stans in solario domus suæ vidit mulierem, & adamauit eam: pro cuius amore commisit adulterium, & homicidium, & sic deceptus, factus est suæ legis reus. Et quia vidit incaute quod non debuit, contulit & contraxit maculam omni tempore vitæ suæ. Fortissimus Sampson descendit in regione Philistinorum, & vidit ibi mulierem, atque adamauit, & in gremio illius dormiuit. Illa vero crines capitis eius rasit, & tradidit eum in manus inimicorum eius, qui obtinuerunt oculos eius eruerunt: & sic miser, quia vidit quod videre non debuit: oculos perdidit, & in periculum corporis incidit. Cognosce ergo soror dilecta, quàm multi per visionem oculorum inciderunt in periculum corporum, & animarum suarum. Moneo ergo te soror in Christo amabilis, vt facias pactū cum oculis tuis, ne incaute videas, quod videre non debes. Caue etiā ne mors intret in te per fornicationem oculorum tuorum ad animam tuam. Itaque soror in Christo dilectissima, sicut iam superius dixi tibi, si te caro tua adhuc impugnat, si te adhuc luxuria tentat, si te adhuc libido inuitat, si adhuc memoria fornicationis te cruciat, memoriam mortis tuæ tibi obijce. Finem vitæ tuæ ante oculos adhibe, diem exitus tui propone tibi. Propone tibi futura tormenta, futurum iudicium quotidie cogita: versetur ante oculos tuos imago futuri iudicij. Reduc ad memoriam horribiles pœnas inferni. Ardor gehennæ extinguat in te ardorem luxuriæ.

Recordatio æterni iudicij, excludat ardorem corporis tui. Flamma inferni inextinguibilis repellat à te memoriam fornicationis: maior ardor minorem ardorem superet. Maior ardor minorem ardorē vincat. Stridor flammarum horribilis amore depellat libidinis. Sicut clauus clauum expellit, ita sepe ardor gehennæ immittit foras ardorem luxuriæ. Soror venerabilis, omnipotentem Deum deprecor, vt det tibi veram castitatem mentis, & corporis.

pons.

De abstinentia. Sermo XXI III.

Hoc est perfectū ieiunium, quando noster homo exterior ieiunat, interior vero orat. Oratio per ieiunium facilius penetrat caelum. Per ieiunium, & orationem unus hominis coniungitur angelis, & copulatur Deo. Ieiunia fortia arma sunt aduersus tentationes demoniorum. Per ieiunium, & orationes vincuntur demones. Soror in Christo dilecta, vis scire, quō magis luxuria restringitur? Frater mi, volo, atq; vt illud mihi ostendas rogo. Audi ergo amabilis soror in Christo. Per ieiunium, fornicatio separatur, per ieiunium, luxuria restringitur. Remota satietate non dominatur luxuria. Abstinentia carnem superat, abstinentia luxuriam refrēnat, abstinetia frangit motum libidinis, abstinentia dissoluit virtutem fornicationis, per famem, & sitim luxuria destruitur, fames, & sitis luxuriam vincunt. Mens multitudinē ciborum iasiata, perdit vigorem orationis, qualis est caro, quae non recipit diu cibum. talis est anima, quae assidue pascitur verbo Dei. Hieronymus sic ait: Ieiunia mouent a deo, esse animis debilitent stomachum, quia modicus, & temperatus cibus corpori, & animae est utilis. Pinguis venter nō gignit subtilem sensum. Multo melius est quotidie parum sumere, quā raro satis comedere. Parcus est cibus, & venter citō esuriens triduanis praefertur ieiunijs. Ille bene ieiunat, qui ab omnibus vitijs declinat: Melior est abstinentia vitiorum, quā ciborum, non est reputata abstinentia, vbi fuerit ventris satietas subsequuta. Et beatus Ildorus: Tota die epulas in cogitatione ruminat, qui ad explendam gulam vespere sibi delicias preparat. Venter vacuus in oratione vigilare facit: Nam qui repletus est, infert somnum grauissimum, vnde non bene vigilare possumus, quando venter noster cibus est repletus. Soror venerabilis, aridum porta corpus tuum propter desiderium caelestis regni, vt impleas, quod scriptum est in Psalmo: Sitiit anima mea ad Deum, quā multipliciter & caro mea. Caro enim tunc Deum sitit, quando per ieiunium abstinet, & arescit: Soror in Christo amabilis crede mihi, quia si in hac vita perfecte Deum esurieris, & sitieris, ex eo in caelesti patria satiaberis. Abstinentia viuificat & occidit, viuificat animam, & occidit cor-

per, D. Bern, Tom, II.

pus. Abstinentia aedificat in anima virtutes, & destruit vitia corporis. Omni studio debemus despiciere gulam ciborum. Spemenda est concupiscentia escaurum. Cauenda est cura ventris, quādo venter immoderate reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. Non debemus comedere, vt venter impleatur, sed vt corpus sustentetur, vbi venter est cibus repletus ibi est ignis luxuriae succensus. Corpus autē quod abstinentia frangit, ignis luxuriae non esurit. Ille purpuratus diues, qui quotidie epulabatur splendide, quia abstineret a cibus in hoc saeculo noluit, ideo inter flammās positus guttam aquae quassuit, nec accipere meruit. Sicut per abstinentiam omnes virtutes spirituales radicanur, atque aedificantur in anima, ita & per suauitatem ciborum omnia vitia nutriuntur, & confortantur in corpore. non potest quisquam accipere perfectionem virtutum, nisi prius demuerit in se ventris gulam: ideo tres pueri in camino ignis non arserunt, quia abstinentes fuerunt. Daniel etiam ideo liberatus est de ore leonum, quia seruauit in se abstinentiam ciborum. Nemo potest a semetipso tentationes demonum expellere, nisi refrēnauerit in se appetitum gulae. Interrogatio: Frater charissime, rogo te, vt dicas mihi qualiter deo castigare corpus meum per abstinentiam. Responso: Soror dilecta, sic debes nutrire corpus tuum, vt nō superbiat. Et iterum, sic debes reprimere, vt non cadat, sic enim debes reficere carnem tuam, vt seruiat. Et sic eam debes castigare per abstinentiam, vt non pereat, si carnem tuam supra modum affligis, ciuem tuum occidis, & iterum, si eam plus quā oportet reficis, inimicum tuum nutris, Charissima soror mea, hoc debes semper obseruare in omni abstinentia, vt non occidas carnem tuam, sed vitia. Ignor soror mihi in Christo amatissima, per abstinentiam corpus tuum castiga, ieiuna, & abstine a cibus, pallida gere ora, & non rubea, facies tua non sit rubicunda, sed pallida. Aridum porta corpus tuum, & non crassum, non sit corpus tuum crassum, sed sicum. Modo nutrias carnem tuam vermibus, ita manduca vt semper esurias, ita comede, vt semper habeas famem, venter tuus nequaquam impleatur cibus. Esuri & siti, abstine, & aresce. Crede mihi soror venerabilis, quia tentationes vincere non poteris, nisi corpus tuum per abstinentiam castigaueris, per cibum, & po-

Bbb 3 tum

tum crescit luxuria. Ciborum saturitas susci-
tat luxuriā carnis, luxuria semper est adiun-
cta saturitati. Frigus vigiliarum extinguit lu-
xuriæ ardorem. Maligni spiritus ibi magis
intrañt, vbi plus escam, & potum vident.
Soror in Christo amabilis, sicut dixi tibi, si
perfectè vis tentationes fugere carnis, ab-
stine non solum à cibis, sed etiam ab omni-
bus sæculi delectationibus, vt post hanc vi-
tam in cælo latari possis cum angelis. Amē.

De ebrietate. Sermo XXV.

I

Matth.
31. f

SOROR charissima mea, audi Domini
nostri Iesu Christi verba. Attendite
ne corda vestra grauentur crapula
& ebrietate. Paulus etiā Apostolus
castigando suos discipulos ait: Nolite inebriari
vino in quo est luxuria. Et Salomon
ait: Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa
ebrietas. Ne intuearis vinū, quādo flauescit,
nec cū splēderit in vitro color eius. Ingre-
ditur enim blande, sed in nouissimo morde-
bit, vt coluber, & quasi serpens venenū effun-
dit: nullum secretū est, vbi ebrietas est. Mul-
tos exterminauit vinum, & perdidit eos.
Periculum corporū, & animarū. Vinum in
iocunditate creatum est, non in ebrietate.
Vbicumque saturitas abundabit, ibi luxuria
dominabitur. Ventrem discentū cibis, & vini
potationibus irrigatum, voluntas luxurię se-
quitur. Ebrietas corpus debilitat, animam
illaqueat. Ebrietas generat perturbationē
mentis. Ebrietas auget furorē cordis. Ebrie-
tas nutrit flammam fornicationis. Ebrietas
ita alienat mentem, vt homo nesciat semet-
ipsum. Homo ebrius est ita à semetipso alie-
nus, vt nesciat vbi sit, plerisque laus est mul-
tum bibere, & non inebriari. Quos prophe-
ta increpat, dicens: Vx, qui potentes estis
ad bibendum vini, & viri fortes ad miscen-
dam ebrietatem. Et iterum: Vx qui confur-
gitis mane ad ebrietatem sectandam, & po-
tandum vsque ad vesperā, vt vino æstueris.

Prouer.
31. a

Isai. 5. c

Isai. 1. a

K

Etiā Iocel Propheta clamat, dicens: Ex-
pergissimini ebrii, & fleete, & vlulate omnes,
qui bibitis vinum in dulcedine, nō dicit qui
bibitis vinum in necessitate, sed qui bibitis
vinum in dulcedine, hoc est in delectatione.
Ebrietas mortale crimen est. Ebrietas graue
peccatum est. Ebrietas inter homicidia, &
adulteria, & fornicationes reputatur. Ebrie-
tas eiecit hominem à regno Dei. Ebrietas de-
expellit hominem à Paradiso. Ebrietas de-

mergit hominem in infernum. Nō bibi vi-
num, & virilia, quæ per sexcentos annos ce-
lauerat nudauit. Etiā Loth vino inebriatus
dormiuit cum filiabus suis, nec tamen pec-
cata sensit, quia alienatus à semetipso fuit.
Cognita ergo soror dilecta, quantū sit dete-
standa, & fugienda ebrietas ab omnibus ser-
uis Dei. Interrogatio. Frater mi, est pecca-
tum bibere vinum? Responso. Venerabilis
soror, non est peccatum bibere vinum tem-
peratum, id est cum sobrietate. Sic enim ait
Paulus Apostolus Timotheo discipulo suo:
Modicum vinum bibe propter stomachum,
& frequentes infirmitates tuas. Audi etiam
quid Salomon dicat: Vinum cum mensura
potatum, sanitas est animæ, & corporis. Vi-
num intemperatum venenum. Vinum sine
mensura, superat mentem. Per multum vi-
num grauatur mens. Per vinum luxuria cre-
scit, per vinum luxuria excitatus: per mul-
tum vinum luxuria nutritur. Vinum enim
nobis Deus ad lætitiā cordis dedit, non ad
ebrietatem donauit. Igitur honesta virgo
bibamus non quantū gula querit, sed quan-
tum necessitas requirit. Cauemus igitur
illud, quod Deus ad medelam nobis corpo-
ris tribuit, vno gula deperamus, cauemus
ne vinum, quod Deus nobis dedit ad salutē
corporum, in vsum vertamus vitiorum. Cau-
eamus ne medicinam carnis in vitium cō-
uertamus ebrietatis. Multi per vinum à dæ-
monibus capti sunt, nec est aliud ebrietas,
quā manifestissimus dæmon. Tu ergo so-
ror in Christo amabilis, bibe vinum tempe-
ratum, & erit tibi sanitas corporis, & lætitia
mentis. Bibe vinum cum sobrietate, & au-
fer à te pigritiam, arque desidiam, & in Dei
seruitio te faciet sollicitam, atque deuotam.
Quare quia vinum temperatè potatum, fa-
cit hominem ad orationem sollicitum, & in
Dei seruitio acutum. Igitur soror charissima
si me quasi fratrem tuum audieris, & hæc
omnia sicut dixi feceris, sapiens eris.

De peccato. Sermo XXVI.

SOROR charissima, audi Dominum in
euangelio dicentem: Omnis qui fa-
cit peccatū, seruus est peccati. Duo-
bus modis committitur peccatum,
id est, aut amore cupiditatis, aut metu timo-
ris: dum homo vult habere quod concupi-
scit, vel cum timet, ne incurrat malum, quod
metuit. Quattuor modis committitur peccatū

L

in corde, quattuor etiam modis perpetratur in opere. Committitur peccatum in corde suggestione dæmonum, delectatione carnis, confessione mentis, defensione elationis. Committitur etiam in opere aliquando latenter, aliquando publice, aliquando consuetudine, aliquando desperatione. In his modis ergo, & corde peccamus, & opere perpetramus peccatum. Tribus modis peccatum committitur, videlicet per ignorantiam, & per infirmitatem, & per industriam, id est scienter. Per ignorantiam peccauit Eua in paradiso, sicut ait Apostolus. Vir non est seductus, sed mulier fuit seducta. Ergo Adam peccauit per industriam, Eua vero per ignorantiam. Qui vero decipitur, ignorat quid consentiat per infirmitatem. Peccauit Petrus quando per timorē ancillæ Christum negauit. Grauius est peccare per infirmitatem, quàm per ignorantiam. Sed multo est grauius peccare per industriam, quàm per infirmitatem. Grauius etiam peccat, qui in publico delinquit quàm qui in abscondito: dupliciter peccat qui in publico peccat, quia, & peccat, & alijs peccare demonstrat. Tam quædam pars iustitiæ est hominē suam iniquitatem cognoscere, & de peccatis proprijs in semetipso verecundiam habere. Melius est hominem nō peccare propter amorem Dei, quàm propter timorem inferni. Melius est etiam non peccare, quàm peccatum emendare. Omnis peccans superbus est. Faciens enim verba, contemnit diuina præcepta. Audi ergo soror charissima quæ dico, audi quæ moneo, per vnum malū perunt multa bona. Custodi animam tuā à peccato, qui in vno peccauit, factus est in omnibus reus per vnum peccatum multæ iustitiæ perreunt, nō declines cor tuum in hoc, quo delectatur corpus. Nō des animā tuam in potestate carnis, non consentias carnali delectationi. Soror venerabilis, si secundum carnem vixeris, morieris. Munda ergo conscientiam tuam ab omni peccato: sit mens tua pura, sit etiam corpus tuum ab omni iniquitate purgatum, sit corpus tuum immaculatum. Macula peccati in corde tuo, nō remaneat. Non potest corpus corumpi nisi prius fuerit corruptus animus. Si anima labitur, statim corpus ad peccandum paratū est. Anima præcedit carnē, in crimine anima prima vadit ad peccandum: nihil potest corpus facere nisi quod voluerit animus. Munda ergo cor tuum ab iniquitate, & caro tua non peccabit. Inter-

rogatio: Frater, mi, rogo, vt dicas mihi si anima hominis peccatoris est sœda, & nigra: vel si anima iusti hominis est pulchra, aut formosa. Responsio: Soror in Christo dilecta, tria sunt in hoc mundo nigriora, & deteriora omni malo, videlicet anima peccatoris per seueras in peccato, quæ est plus nigra, quàm coruus, & mali angeli, qui eam rapiūt in die mortis eius, & infernus, in quo iactatur, non sunt superiora, vel nigriora his tribus in hoc mundo. Iterum tria sunt quibus non sunt meliora, anima videlicet iusti hominis per seueres in bonis operibus, quæ est pulchra sicut sol, & sancti angeli, qui eam suscipient in die mortis suæ: & paradysus, quo collocatur, his tribus non sunt meliora in creaturis. Angeli sancti præstant animam iusti hominis ante Deum, dicentes: Ecce quem elegisti Domine, & assumpsisti, semper habitabit in atrijs tuis. Soror in Christo amabilis, si mentem tuam ab omni iniquitate mundaueris, & in seruitio Dei sicut promisisti perseueraueris, sine dubitatione in cælesti thalamo cum Iesu Christo sponso tuo lætaberis. Amen.

De confessione peccatorum, & pœnitentia.
Sermo XXVII.

Tunc homo incipit esse iustus, quando de peccatis suis proprijs incipit accusare seipsum: vnde scriptum est: Iustus in principio accusator est sui, nihil autem peius quàm culpam cognoscere, nec desinere. Omnis peccator duobus modis debet flere. *Prouer.* peccata sua. Vnum, quia per negligentiam bonum non fecit, alterum, quod per audaciam malum commisit. Bonum, quod debuit facere non fecit, & malum, quod non debuit facere fecit. Ille homo digne agit pœnitentiam, qui præterita peccata plangit, & iterum plangenda non committit.

Nam qui plangit peccatum, & iterum facit peccatum, quasi si quis lauet laterem crudum. Qui quanto amplius lauerit, tanto amplius faciet lutum. Si quando homo peccare potest, pœnitent, & vitam suam vitens ab omni crimine corrigat, sine dubitatione quando ei mors aduenit, ad æternam perueniet requiem. Qui autem male viuit, & in morte pœnitentiam agit, sicut damnatio illius est incerta, ita & remissio illius est dubia. Qui ergo securus cupit esse.

in more de indulgētia, in sanitate pœnitentiam agat, & in sanitate peccata sua lugeat. Igitur quia miseratio Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. Soror charissima audi beati Isidori verba: Non oportet pœnitentem de peccatis suis habere securitatem. Quare? quia securitas negligentiam parit, negligentia verò sæpe hominē incautum ad priora peccata reducit. Nunc ergo soror charissima, accipe consilium meum, & dum potes vitam tuam emenda. Dñi Deus dat tibi licentiam, peccata tua manifesta. Dum datur tibi spacium, peccata tua plora.

Dum potes, penite. Dum potes, peccata tua confitere. Dum adhuc viuis, peccata tua luge. Morientium vocatio, tua sit emendatio. Dum potes, mala, quæ fecisti, emenda. Dum potes à peccato, & vitio te retrahere. Dum tempus est clama ad Deum pro te. Dum adhuc viuis in corpore, tibi indulgentiam peccatorum tuorum acquire. Prius quam dies mortis adueniat tibi, pœnitentiam age. Ante quàm puteus te absorbeat, pœnite. Prius quàm infernus te rapiat, peccata tua luge. Prius quàm in profundum inferni mergaris, ne gligētias tuas plange. Vbi iam non est locus indulgētia, vbi iam non est laetitia, pœnitendi licentia, vbi iam non est licentia emendationis, vbi iam nō est locus cōfessionis. Quare? quia in inferno nulla est redemptio: Quamuis sis peccatrix: tamen per pœnitentiam habebis veniam. Nulla tam grauis est culpa, quin per pœnitentiam non habeat veniam. Desperatio auget peccatum, desperatio maior est omnibus peccatis, desperatio peior est omni peccato. Igitur soror dilecta certissime crede, quia est spes in confessione, nullo modo dubites, nullo modo de misericordia Dei desperes. Habeto fiduciam in confessione de bonitate Dei. Frater charissime bene dicis, bonum das mihi consilium.

C O N F E S S I O

Heu me peccatrix, heu me misera: in tantis peccatis, in tantis criminibus, in tantis negligentijs cecidi, quid primum plangam, quid primum plorem, quid primum lugeam? Ego misera, quem luctum primum firmam? Ego indigna quas lacrymas prius fundam? Memoria non sufficit referre gesta antequam criminum. O lacrymæ, vbi vos sub-

traxistis, ò lacrymæ vbi estis, vbi estis fontes lacrymarum? mouemini obsecro ad flutum meum, fontes lacrymarum fluite super faciem meam, rigate maxillas meas. Date mihi planctum amarum, succurre mihi Deus meus antequam moriar, antequam natus præueniat, antequam me infernus rapiat, antequam me flamma comburat, antequam me teperebru inuoluant. Subueni mihi Deus meus prius quàm ad tormenta perueniam, prius quàm me deuoret ignis gehennæ, prius quàm sine termino crucier in inferno. Deus meus quid faciam cum venerit tremendum iudicium tuum? Quid respondebo cum venerit examen iudicij tui? Quid dicam ego misera, & peccatrix, cum præsentata fuero ante tribunal Christi? Væ diei illi, in quo peccaui. Væ diei illi, quando malum feci. Væ diei illi, quando transgressa sum præcepta Dei.

Vtinam non illuxisset sol super me. Vtinam non fuisset ortus sol super me. O dies detestanda, dies abominanda, ò dies penitus nō nominanda quæ me in hoc saculo pertulit, quæ mihi claustra ventris aperuit: melius mihi fuerat non esse in hoc saculo natiua quæ in inferno perpetuo cruciaturam: melius mihi fuerat non esse genitam, quàm pati æternas pœnas gehennæ. Satis mihi fuerat melius non esse in hoc mundo procreatam, quàm pati æterna mala, Flete super me caelum, & terra, plorate me omnes creaturae.

Et quæ potestis sensum vite habere, lacrymas effundite super me. Peccaui enim grauitè, peccaui infelicitè, peccaui miserabiliter, innumerabilia sunt peccata mea: vt bene viuerem vltro promisi, sed bona quæ promisi numquam seruau. Semper ad peccatum meum redij, semper peccata mea multiplicau, semper delicta mea iteravi. Numquam in melius mores mutau. A malis factis numquam cessau. Orate pro me Dominum viri sancti, intercedite pro me ad Dominum omnes sancti. Omnes sancti si iusti intercedite pro me: si forte misereatur mei Deus, si forte iniquitates meas auferat. O misera anima mea quis miserabitur tui? Quis consolabitur? O anima misera, ò anima quis dabit lamentum pro te? vbi es custos hominum, vbi es redemptor animarum, vbi es pastor bone? Cur despexisti me, cur auertisti faciem tuam à me? Deus meus non me obliuiscaris in finem. Non me deseras in perpetuum, non

me deferas in potestate dæmonum. Peccatrix sum, indigna sum, tamen ad te Deum meum confugio. Tu clemens, tu pius, tu multa miserationis. Nullum spernis, nullum detestaris, nullum recusas à misericordia. Domine ostende in me misericordiam tuam. Obsecro Domine vt nō deneget mihi quod misericorditer multis dedisti. Scelera mea non defendo, peccata mea non abscondo. *Difolice* miserabilis quod feci. Ego misera peccauit. Errorem meum confiteor, culpam meam manifesto. Iniquitatem meam cognosco. Peccaui, Deus meus propitius esto mihi peccatrici. Parce malis meis, ignosce peccatis meis, indulge criminibus meis Domine: si iniquitates obseruaueris, Domine, quis sustinebit? Nullus ad examen tuum, nec iustitia iusti secura erit: quis enim iustus, qui se audeat dicere sine peccato? nullus homo est sine peccato. Nemo est mundus à delicto, nemo est mundus in cōspectu tuo, ecce inter sanctos nemo est immaculatus. Ecce qui seruierunt Deo non fuerunt stabiles, & in angelis inuenta est iniquitas. Stelle non sunt mundæ coram te. Cæli nō sunt mundi in cōspectu tuo. Si igitur nemo in cōspectu tuo est iustus, nemo est immaculatus, quanto magis ego peccatrix, & putredo ac vermis filia hominum, quæ bibi iniquitates quasi aquas, & multiplicauit peccata mea? Quæ sedeo in puluere, quæ habito in domo lutea, quæ terrenū habeo fundamentū. Deus meus perige dexterā tuā mihi peccatrici. Memorare obsecro Domine quæ sit mea substantia. Memento Domine, quia terra sum. Memento quia cinis & puluis sum. Medicinam, qua saner, tribue. Medicinam qua cures impende. Ego miserā cecidi in foueam peccatorū meorum. Ego indigna cecidi in profundum inferni. Deus meus libera animam meam captiuam ab inferno: nō concludat me profundum, non absorbeat me infernus, nō virget super me puteus os suum. Abyssus non deneget mihi exitū. Ecce dies timendus iam imminet, iā venit vltima dies, iā prope est dies mortis, nihil superest mihi nisi tumulus, nihil nisi sepulchrum.

Parce mihi Domine antequam vadā ad terram tenebrosam. Subueni mihi Deus meus, priusquam vadam ad terrā miseræ, & tenebrarum. Redemptor animarum succurre mihi antequam moriar, solue vincula peccatorum meorum, priusquā ad mortem perueniam. Soror mihi in Christo di-

lecta, Deus misereatur tui, & dimittat tibi omnia peccata tua. Deus retribuatur tibi indulgentiam tuorum delictorum. Deus indulgeat tibi quicquid peccasti. Deus te leuet ab omni peccato. Age itaque iam vt oportet, propone in corde tuo vt amplius non pecces. Statue in corde tuo vt amplius malū nō facias. Caue culpas tuas iterare, nō te polluas post peccatum. Post luctum pœnitentiæ non redeas ad peccatum, non iterum facias, quod iterum plangas. Non esse pœnitens, sed irrisor, quia adhuc agit vt pœniteat: non videtur Deū deprecati humilis, sed subannare superbus, qui adhuc malum agit, vnde iam pœnitentiā accepit.

Vnde & beatus Isidorus ait. Inanis est pœnitentia, quam sequens coinquinat culpa. Et iterum: Iteratum vulnus tardius sanatur. Frequenter peccans, & lugens vix meretur veniam. Esto igitur confirmata in pœnitentia, vitam bonam, quam cepisti tenere non deferas. Salus perseverantibus promittitur, præmiū perseverantibus datur. Vnde dicitur: beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore:

Et iterum: Qui perseverauerit vsque in finem hic saluus erit. Honesta virgo moneo te, vt semper portes, verecundiam in vultu de recordatione peccati: portes pudorem in facie de memoria delicti. Propter verecundiam peccati oculos tuos leuare erubescit, ambula deposita facie, mœsto merore incede abiecto vultu, cilicium, & cinis involuant membra tua, cilicium operiat corpus tuū. Terra sit tibi cubile. Stratus sit tibi humus. Puluis es, in puluere sede. Cinis es, in cinere sede. Esto semper plangens, semper merens, semper suspensia cordis emittens: semper sit cōpunctio in corde tuo. Sit lamentum in tuo pectore, sint gemitus in tuo corde. Frequenter lacrymæ fluant ab oculis tuis. Semper esto parata ad lacrymas. Venerabilis virgo crede mihi, quia nunquam serui Dei in hac vita debent esse securi, quamuis sint iusti. Serui Dei semper debent vigilare, & peccata sua cū lacrymis ad memoriam reducere. Vnde, in laudibus sponsi, scilicet Christi in canticis canticorum dicitur: Complicis sunt elata palmarum, nigrae quasi coruus. Quid per comas Christi intelligamus nisi fideles homines, quodū fides sancte Thoma in mente custodiūt, & Deo adherentes, quod credunt faciunt, quasi in capite pendentes illi honorem conferunt. Palma autem verè in altum.

omnium bonorum. Ipse etiam ait de seipso: Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. De hoc pane dicit Dauid in Psalmis: Panem angelorum manducauit homo: alioquin esca illa flet de celo uenerit, & potus quia corporeus erat, angelis non congruebat: sed uti que ille panis & potus, qui per hoc prefigurabatur. Christus uero panis est angelorum in sacramento hoc, uera caro eius est, & uerus sanguis, quod spiritualiter manducatur, & bibit homo. Ac per hoc unde uiuunt angeli in caelis, inde uiuit homo in terris: quia totum spirituale est, & diuinum in eo quod percipit homo, sed sicut apostolus ait: Quidam in deserto eandem escam spiritualiter manducauerunt, & tamen mortui sunt. Ita & nunc in Ecclesia quibusdam corpus Domini est uita, quibusdam uero est poena, & supplicium peccati. Corpus Domini sine dubio est uita illis, quibus Christus est uita. Illis uero est mors, qui per culpam & ignorantiam, atque negligentiam membra sunt diaboli. Unde soror amantissima mihi in Christo, moneo te ut aliud gustando intelligas, quando corpus domini recipis, quam odore sentis: audi etiam honesta uirgo quid sacerdos in consecratione corporis, Christi dicat: Rogamus, inquit, hanc obligationem ueri benedictam, per quam nos benedicamur. A scriptam, per quam nos omnes in caelo consecrabitur: ratam, per quam in uisceribus Christi censeamur. Rationabilem, per quam a bestiali sensu exuamur: Acceptabilemque facere digneris, quatenus & nos per hoc, quod in nobis displicemus acceptabilis in eius unico filio Iesu Christo simus. Igitur honesta uirgo, sicut superius iam dictum est: Christus in semetipso in caelis sanctos angelos pascit. Christus etiam in semetipso in terra omnes fideles reficit. Christus per spem sanctos angelos satiat in patria. Christus nos pascit per fidem in terra, ne deficiamus in uia. Christus angelos & homines reficit ex semetipso, tamen integre remanet in suo: quam bonus panis, & quam mirabilis de quo in caelo angeli saturantur, & in terra homines reficiuntur: quem manducat angelus pleno ore in patria, ipsum comedit peregrinus homo pro modulo suo ne lassetur in uia. Christus panis viuus, qui est refectio angelorum, ipse est redemptio, & medicina hominum. Nunc ergo soror charissima deprecare Dominum in tota mente tua, ut mundet conscientiam

tuam ab omni malitia: quatenus digne possis accipere corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi mysteria.

De cogitatione. Sermo XXXIX.



Oror charissima audi ea, quae Isai. 1. e

Dominus ait per Isaiam prophetam. Auferite malam cogitationem uestrarum ab oculis uestris. Quamuis homo cesset ab opere malo, tamen si malam cogitationem habet in corde suo, non est sine culpa. Unde ait beatus Ildorus. Non solum in factis peccamus, sed & in cogitationibus, si eis illicite occurrentibus delectemur, sicut uipera a filiis suis in ventre adhuc positus occiditur, ita nos occidunt cogitationes nostrae intra nos enutritae: quia consumunt animam nostram ueneno uiperino. Igitur soror dilecta mihi in Christo, moneo te ut cor tuum cum omni studio custodias: quoniam ibi est initium boni operis, aut mali. Unde scriptum est. Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Audi etiam, rogo honesta uirgo, quid sponsus in laudibus Ecclesiae dicat in canticis canticorum: Comae capitis tui, ut purpura regis iuncta canalibus. Comae capitis Ecclesiae lectulum sanctae animae, ut purpura regis iuncta canalibus esse memoratur. Purpura quippe per fasciculos in canalibus ligatur, super quos, dum aqua proicitur, per canales ad uestem, quae supra est, currit, ut uestis tingatur, & inde nomen accepit, ut tinga colore purpureo, purpura uocetur: quae omnia sanctae menti congruunt. Comae quippe capitis sunt cogitationes mentis, quae in canalibus ligantur, quia scripturis diuinis ne inutiliter fluant stringuntur. Custodi ergo cor tuum uenerabilis uirgo a contagione noxia. Mentem tuam turpis cogitatio non subrepat, sit mens tua pura, Deus non solum examinat carnem, sed mentem: Dominus iudicat conscientias hominum, Deus iudex etiam de cogitationibus iudicat animam, quando titillat mala cogitatio. Non consentias illi, non sinas malam cogitationem manere in corde tuo. Quaecumque hora mala cogitatio uenerit expelle eam. Quam cito apparuerit scorpio, contere caput eius. Contere caput serpentis, id est mala cogitationis. Ibi emenda culpam, ubi nascitur scilicet in corde: caput cogitationis pravae expelle

B

Pro. 4.

Cant. 7.

pelle à corde tuo. Ibi peccata: vbi nefcis esse Deum. Nihil celatur ante Deum. Videt occulta, qui fecit abscondita. Dominus vbi que præsens est. Spiritus Dei totum implet. Maiestas omnipotentis Dei penetrat omnia elementa, nullus locus est extra Deum. Dominus scit cogitationes hominum. Soror dilecta vis numquam esse tristis. Frater mi volo. Ergo bene viue. Si bene vixeris, numquam eris tristis. Secura mens leniter sustinet tristitiam. Bona mens semper habet gaudium. Si enim in bona vita perseveraueris, tristitia non occurret tibi. Si bene, & pie vixeris, neque plagam, neque mortem timebis. Conscientia autem peccatoris semper est in pena: Numquam reus homo securus est, mens enim malè sibi conscia proprijs agitur stimulis. Soror venerabilis, audi quid Dominus dicat de muliere ad serpentem: Ipsa conteret caput tuum. Caput serpentis conteritur, quando ibi culpa emendatur, vbi nascitur. Omnipotens Deus mundet cor tuum ab omni contagione mala, vt ei possis seruire sine macula. Amen.

D De silentio. Sermo XXX.

Isai. 32.
Isaïas Propheta dicit: Cultus iustitiæ est silentium, & securitas vsque in sempiternum. Et iterum Dauid obsecrando postulat, dicens: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Sancti patres summa cum vigilantia silentium custodientes, studuerunt vacare, & videre quam dulcis, & quam suavis est Dominus. Et actiuæ vitæ curis postpositis, adhæserunt contemplatiuæ vitæ. Soror charissima respice inhonestæ verba. fuge impudicos sermones. Vanus sermo cito polluit mentem, & facile agitur, quod libenter auditur. Nihil vniquam ex ore tuo procedat quod possit impedire, nihil vniquam loquaris, quod non conueniat. Hoc non procedat de labijs tuis, quod offendat aures audientis, fuge turpitudinem sermonis. Vanus sermo demonstrat vanam conscientiam, lingua ostendit conscientiam, lingua refert conscientiam hominis: qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ab ocioso enim sermone refræna linguam tuam, restringe linguam tuam ab ocioso verbo. Turpes fabulas non lo-

quaris, non garras vana verba. Sermo ociosus non erit absque iudicio. Vniquisque rationem redditurus est sermonum suorum. Ante vniuersumque faciem verba tua stabunt in die iudicij. Ea quæ loqueris, gravitate, atque doctrina digna fiat. Sit sermo tuus inreprehensibilis. Lingua tua non te perdat. Lingua tua non te damnet. Non loquaris quod suscipiat aduersarius, amicus tuus sit silentium. Pone custodiam ori tuo. In labijs tuis pone signaculum. Pone linguæ tuæ claustra silentij. Scitò quo tempore dicas. Considera qua hora loquaris: tempore congruo loquere, tempore congruo tace. Tace vsque quo interrogaris, interrogatio os tuum aperiat, sint verba tua pauca, non transfeas mensuram loquendi. Multiloquia non effugiunt culpam, multiloquium non declinat peccatum. Virgo linguosa stulta est, virgo sapiens paucis vtitur verbis. Sapientia breuem sermonem facit, loqui multum stultitia est: sit ergo in verbo tuo mensura, sit in sermone tuo statera. Modum loquendi non transfeas. Venerabilis soror ille dicitur ori tuo ponere custodiam, qui te sibi ele-

De mendacio. Sermo XXXI.

Mendaces faciunt vt nec vera dicentibus credatur. Summo studio cauendum est omne genus mendacij: quamuis sit quoddam genus mendacij leuioris culpæ, vel ut quisque pro salute hominum mentiatur. Sed quia scriptum est. Os, quod mentitur occidit animam. Hoc genus mendacij perfecti viri summo studio fugiunt, vt nec vitia cuiuslibet per eorum fallaciam defendant, nec suæ animæ noceant, dum præstare alienæ carni volunt. Tamen hoc genus mendacij facile credimus dimitti. Soror charissima moneo te, vt summo opere fugias omne genus mendacij, nec per occasionem, nec per studium loquaris falsum: non studeas mentiri, nec etiam vt præstes alicui. Non alienam vitam per mendacium defendas, nullum iustum mendacium: omne mendacium in omnibus est peccatum, omne quod à veritate discordat, iniquitas est. Leges sæculi damnant falsarios, leges sæculi puniunt mendaces. Si mendacium apud omnes damnatur, si falsitas humano iudicio puniunt, quanto magis

ante Deum, qui est testis verborum, & operum? Ante quem etiam de ocioso verbo vnusquisque rationem redditurus est. Ante quem, & pro ocioso sermone poenas quisq; sustinebit. Et perdes eos, qui loquuntur mendacium. Et testis falsus non erit impunitus. Soror venerabilis declina ergo mendacium, falsum nō loqueris. Quod verum est loque, numquam mentiaris. Esto verax, neminem mentiri decipias, non aliud dicas, & aliud facias. soror dilecta Deus det tibi vera loqui. Amen.

De periurio. Sermo XXXII.

Matth.
5.

Dominus dicit in Euāgelio: Nō iures per cælū, quia sedes Dei est, neque per terram, quia sca bellum pedū eius est: neq; per caput tuum, quia non potes in eo vnum capillum facere album, aut nigrum. Si autem sermo tuus, est est, non non. Quod amplius est, à malo est. Sicut mentiri non potest qui non loquitur: sic peierare non poterit, qui iurare non appetit. Quacumque arte verbo quis iuret, Deus tam qui conscientiae, hoc ita accipit sicut ille, cui iuratur intelligit. Malum, quod iuramus facere, non debemus implere. Soror venerabilis vis, vt dicam tibi qualiter numquā peierabis: numquam iures, si nō iuraueris, numquam peierabis, si peierare times, numquā iures. Prohibe etiam tibi iuramentum, tolle vsum iurandi. Periculosum est enim iurare, vsus iurandi facit consuetudinē periurij. Vfus iurandi ducit hominem ad periurium. Sit in ore tuo, est: sit in ore tuo, non est. Veritas non indiget iuramento. Fidelis sermo retinet locum sacramenti. Firma etiā sit sacramenti tui fides. Amantissima soror Spiritus sanctus, qui in tuo virgineo corpore sibi fecit tēplum, ponat in ore tuo moderationis signaculum. Amen.

De detractioe. Sermo XXXIII.

Soror mihi in Christo dilecta audi, quae dico, auskulta quae moneo, attende quae loquor. Detractio graue vitium est, detractio graue peccatum est. Detractio grauis damnatio est, detractio grande crimen est. Omnes reprehendunt detractorem. Omnes dehonestant il-

lū, qui detrahit. Et Dauid prop lieta: Detraheatem secreto proximo suo hūc persequer. *Ps. 100.* Hoc summa turpitudinis est, hoc nihil nefcius est, detrahentes latrānt, quasi canes. Sicut canes rodunt pedes transeuntū, ita detrahentes rodunt vitam proximorū. Canes solent mordere homines, & dēte pestifero lacerare transeūtes. Soror venerabilis ergo abseinde à lingua tua vitium detrahendi alienam vitam non rodas, vitā alienam non reprehendas, vitam alienam non laceres. De alieno malo non inquines os tuum, non detrahas peccatori, sed condole. Quid in alio detrahis, in te potius pertimesce: quod in alijs reprehendis, in te emenda.

Quanto studio reprehendis alienam vitam, tanto studio emēda temetipsam: quando alteri detrahis, te discute. Quando aliam mordes, tua peccata redargue. Si vis detrahere, tuis peccatis detrahe. Non prospicias aliena peccata, sed tua propria. Non intendas alienis vitijs, sed tuis proprijs. Numquā alijs detrahes, si te bene perspicias. De tua ergo emendatione esto sollicita. De tua correctione, & salute esto attenda. Detrahentes non audias. Sufurrantibus auditum non praebes. Pari reatu detrahentes, & audientes tenentur. Similiter est culpabilis qui detrahit, & qui detrahentem audit. Maledicti regnum Dei non possidebūt. Virgo quae ad caelestem thalamū desiderat peruenire, non debet hominibus detrahere. O virgo venerabilis si aures tuas à detrahentibus separaueris, & linguam tuam, sicut dixi ab omni locutione peiuerisa refranaueris, inter prudentes virgines computaberis.

De inuidia. Sermo XXXIII.

Homo inuidus membrū est Diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Inuidia cuncta germina virtutum concremat. Inuidia cuncta bona pestifero ardore deuorat. Inuidia tinea est animae. Inuidia primum nocet sibi, quā alteri. Inuidia primum seipsam mordet quā alteri. Inuidia primum suum mordet auctore. Inuidia sensum hominis comedit, peccus vrit, mentem lacerat, cor hominis quasi quēdā pestis pascit, igitur contra inuidia occurrat bonitas. Caritas praeparetur aduersus inuidiam. Soror amantissima mihi in Christo de bono alterius nō doleas. De alterius profectu nō

rabescas.

tabescas, de alterius felicitate non crucieris. Nulla virtus est, quæ non habeat contrarium inuidiæ malum. Sola miseria caret inuidia. Quare? Quia nemo inuidet misero. Virgo, quæ in cælo desiderat habitare, hominibus non debet inuidere. Virgo, quæ cū Christo ad nuptias desiderat intrare, de alterius honore non debet contristari. Charissima soror, Deus mundet cor tuum ab omni malitia, atque inuidia, vt ei possis sine macula seruire. Amen.

De ira. Sermo XXXV.

Honestas virgo, audi quid Salomon dicat: Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem. Et iterum: Dulce verbum mitigat inimicos, & multiplicat amicos. Tanto quisquam conuincitur minus sapiens, quanto est minus patiens. Per iram oculus mentis turbatur, per iram sapientes perdunt sapientiam, per iram alienatur homo à semetipso. Quidam cito irascuntur, sed ad pacem citò redeunt. Quidam verò tardius irascuntur, & ad pacem tardius reuertuntur. Alij autem, quod grauius est, ad iram citius incitantur, & ad pacem tardius inclinantur. Melius est tamen, qui citius irascitur, & ad pacem cito reuertitur, quàm qui tardius irascitur, & ad pacem tardius incitatur. Charissima soror, audi etiam Iacobum dicentem. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Quare? quia ira viri, Dei iustitiam non operatur, proculdubio nec ira virginis iustitiam Dei operari poterit. Virgo, quæ templū Dei debet fieri, nullo modo debet irasci. Non decet Christi sponsam esse iracundam. Virgo, quæ in pectore suo præparat mansionem Christo, omnibus modis debet expellere iracundiam à corde suo. Virgo, quæ desiderat cum Christo ad cælestem thalamum peruenire, debet omnino à corde suo iram expellere. Amantissima soror si te præuenerit iracundia, restringe illam, si te præoccupauerit ira, mitiga eam. Tempera furorem, tempera indignationem. Motum iracundiæ restringe. Restraena impetum iræ. Si non potes vitare iram, vel temperare, non te rapiat furor, non inflammet ira, non te commoueat indignatio. Sol non occidat super iracundiam tuam. Amen.

Prouer.

15. 4

K

Iaco. 1.

De odio. Sermo XXXVI.

Honestas virgo, audi, quæ dico: Odium separat hominem à paradiso. Odium subtrahit hominem à cælo. Odium nec per passionem deletur: nec per martyrium purgatur, nec per sanguinem effusum abluitur, non debemus odio habere homines. Ad vitia. Qui fratrem suum odit, homicida est. Qui fratrem suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat. Deum non diligit, qui hominem odit. Quantum interest inter te, lucam, & iram, tantum etiam distat inter iram, & odium. Odium est enim ira inueterata. Per iram turbatur oculus mentis. Per odium extinguitur oculus cordis. Soror in Christo amantissima mihi, audi quæ loquor. Si contristaueris in aliquo sororem tuam, satisfac illi. Si peccaueris in sororem tuam, age pœnitentiam coram illa. Si scandalizaueris aliquam ex ancillis Dei, roga eam, vt dimittat tibi. Perge festinanter ad reconciliationem. Non dormias donec plius uenias ad satisfactionem, non quiescas priusquam reuertaris ad pacem. Si ceciderit inimicus tuus noli gratulari. Non letaris super inimici interitum, ne forte superueniant in te similia, ne conuertat Deus ab eo in te iram suam. Delectet te dolere super eum, qui afflictus est. Condole alienis miserijs. In tribulatione alterius esto tristis: Cum plangentibus plange, cum lugentibus luge. Soror venerabilis non sis dura, non sint tibi dura præcordia. Peccanti in te non retribuas secundum culpam suam, quia & in te venturum est iudicium Dei. Dimitte vt dimittatur tibi, non enim habebis indulgentiam nisi dederis veniam. Expelle à corde tuo odium. In mente tua odium non maneat. Soror amabilis, Deus det tibi dilectionem sui, & proximi. Amen.

De superbia. Sermo XXXVII.

Superbia est radix omnium malorum. Homo superbus Deo, & hominibus est odibilis, superbus homo similis est diabolo. Superbia, & cupiditas tantum est vnum malum, vt nec superbia sine cupiditate, nec cupiditas sine superbia esse poterit. Diabolus per superbiã, & cupiditatem dixit, in cælum ascendam. Christus

eum humilitate dixit. Humiliata est in puluere anima mea. Diabolus per superbiam, & cupiditatem dixit: Ero similis altissimo. Christus per humilitatē factus est obediens patri, vsque ad mortem: Ad vltimū diabolus per superbiam precipitatur in infernum. Christus verò per humilitatem ad cælos euolat: Quid est omne peccatū, nisi Dei contemptus, quo eius præcepta contemnimus? Soror charissima crede mihi, quòd multorū temporum vigiliae, orationes, ieiunia, elemosynæ, & labores, si cum superbia finem habuerint, pro nihilo reputatur apud Deū. Igitur soror venerabilis, alas superbiae non extendas: pennas superbiae non erigas: Quare? quia superbia Angelos deposuit, potentes frauit, superbos deiecit. Superbis resistit Deus, humilibus autem dat gratiam. Monco te etiam Christi sponsa, vt plus gaudeas de societate angelorū, & ancillarū Dei, quā de nobilitate generis tui. Rogo te amantissima soror, vt magis exultes de societate pauperum virginum, quā de tuorum nobilitate paritū diuitum. Quare? quia non est personarum acceptio apud Deum, qui pauperem despicit, Deo iniuriam facit. Qui contemnit pauperem, exprobrat factorem eius. Venerabilis soror, Deus det tibi profundam humilitatem, & veram caritatem. Amen.

De iactantia. Sermo XXXVIII.

TAm in factis, quā in dictis cauere debemus iactantia. Igitur soror charissima circūspice te ipsam, & nihil tibi arroges ex his, quæ in te sunt præter peccata. Caue iactantiam, fuge appetitum vanæ gloriæ, caue inanis gloriæ studium: non te arroges, non te iactes, nihil de te præsumas, non te insolenter extollas, nihil boni tibi tribuas, de bono opere non glorieris, non sis circūflata vento fauoris. Contemne laudem hominum: non exquias si quis te laudet, aut si quis te vituperet. Laus nō te feduciat, nec vituperatio frangat. Qui laudem non appetit, nec contumeliam sentit. Virgines, quæ de suis meritis gloriatur coram hominibus, non habent Deum in vasis suis, quia per inanis gloriæ appetitum mercedē, quā mercebantur à Domino perdidērunt. Semper suā aspiciant foeditatem, quia vanam gloriā diligunt: & doleant se perdidisse opus bonum, quòd pro humana laude fecerunt. Vnde do-

minus in euangelio: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Virtutes sanctorū per inanis gloriæ studium dominio subiectū tur dæmonum, sicut Ezechias rex, qui iactanter diuitias Chaldæis manifestauit. Propterea per prophetam eos perituros audiuit. Pharisæus etiam, qui orare ad tēplum venerat, ideo bona sua perdidit, quia iactanter manifestauit. Sicut ex alto aquila ad escam descendit, sic homo de alto bonæ conuersationis per vanæ gloriæ appetitum ad inferiora demergitur. Soror dilecta mihi in Christo, non ponas cōscientiam tuā in aliena lingua. Laudet te aliena lingua, & non tua: laudet te alienum os, & non tuum: tuo iudicio te decerne nō alieno. Nemo magis scire potest quæ scis sicut tu, quæ conscientia tui es. Soror venerabilis, vis vt dicam tibi qualiter poteris oēs virtutes augere? Frater dilecte volo, atque vt mihi ostendas rogo. Ausculta ergo soror venerabilis, si vis omnes virtutes tuas augere, perdere noli. Absconde virtutes tuas pro elatione. Absconde tua bona facta pro arrogantia. Fuge videri, quòd commeruisti. Virtutes tuas cela, peccata tua manifesta: vitia cordis tui reuella. Absconde tua bona opera: Numquam in medium proferas, si quid boni feceris, aut dixeris. Præuas cogitationes statim manifesta. Peccatum enim manifestum cito curatur. Crimen autem tacendo ampliatur, si latet, fit ex minimo magnum, peccatum manifestando decrescit, tacendo crescit. Virtutes in occulto cresunt, in publico decrescunt. Virtutes iactantes manifestando annihilantur, humiliter occultando multiplicantur. Igitur honesta soror, consilium, & opus tuū semper ad Deum conuerte. In omni opere tuo, à Deo auxiliū pete. Omnia diuinæ gratiæ, diuino dono ascribe. Nihil meritis tuis attribuas. In virtute tua nihil præsumas, nihil ponas in tua audacia. Charissima soror audi Apostolum dicentem: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Igitur venerabilis virgo, gloriatio tua, & laus tua semper sit in Christo Iesu sponso tuo. Amen.

De humilitate. Sermo XXXIX.

Soror charissima, audi Dominum Iesum Christum sponsum tuum dicentem in Euāgelio. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Soror venerabilis, & humilia temetipsam sub pote-

ei manu Dei, vt exaltet in tempore tribulationis. Conscientia virginis semper debet esse humilis, & tristis, scilicet, vt per humilitatem non superbiat, & per inutilem tristitiam cor ad lasciuiam non dissoluat. Humilitas est summa virtus virginis. Summum enim conuictum est superbia. Virgo humilis licet habitu sit vilis, gloriosa tamen apud

D Deum est virtutibus. Virgo autem superba quamuis ante oculos hominum pulchra, formosa, atque composita, tamen ante oculos Dei vilis, & despecta, atq; reprobata. Quare? quia anima iusti sedes Dei est. Sicut ipse Dominus ait: Super quem requiescam nisi super humilem, & quietum, & timentem

Isai 66. sermones meos: Dilecta mihi soror in Christo esto humilis, esto in humilitate fundata, esto vltima omnium, esto nouissima omnium. Charissima nulli te praeponas, nulli te superiorem deputes. Aestima omnes superiores te esse. Quanto maior es, tanto te humilia in omnibus. Si humilitatem tenueris, habebis gloriam. Quanto enim humilior fueris, tanto te sequetur gloriae altitudo. Descende vt ascendas, humiliare vt exalteris, ne exaltata humiliaris. Quia qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Qui enim extollitur, humiliabitur. De excelsis, grauior casus est. De alto maior ruina est. Humilitas casum nescit, humilitas casum non nouit: humilitas ruinae numquam incurrit. Humilitas lapsum numquam passa est. O sponsa Christi, agnosce, quia Deus humilis venit. Agnosce, quia se in forma serui humiliavit, factus obediens vsque ad mortem. Anabilis soror ambula, sicut ille ambulauit. Sequere exemplum eius, imitare vestigia illius. Esto vilis, esto despecta, esto abiecta, displice tibi, qui enim tibi vilis est, ante Deum magnus est: qui tibi displicet, Deo placet. Charissima esto paruula in oculis tuis, vt sis magna in oculis Dei. Tanto eris ante oculos Dei preciosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior. Soror venerabilis,

si humilitatem profundam teneris, cum prudentibus virginibus in caelesti regno laeaberis. Amen.

Dominus dicit in Euangelio, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Soror charissima, ergo si homines pacifici sunt beati, & vocabuntur filij Dei, necessaria est tibi patientia. Patientia opus perfectum habet. Virgo pacifica sapiens est, virgo iracunda non est prudens, sed stulta. Soror venerabilis, sine ferro martyr esse poteris, si patientiam in animo veraciter conseruaueris. Nam pacificus consortium merebitur angelorum: nam inuidus, & iracundus erit particeps demoniorum. Nam pacificus fugat concordias, homo iracundus suscitatur lites. Virgo benigna etiam si patiatur iniurias, pro nihilo ducit: virgo pacifica in corde suo praeprarat mansionem Christo. Quare? quia Christus pax est, & in pace consuevit requiescere. Filia pacis pacem debet diligere. Plus te praeprara ad suscipiendam iniuriam, quam ad inferendam. Disce potius mala tolerare, quam mala facere. Esto patiens, esto mitis, esto suavis, modesta, mansueti. Ama pacem, dilige pacem cum omnibus retine. Omnes in mansuetudine, & caritate amplectere, proba te amplius amare, quam ipsa amaris: proba te amplius diligere, quam diligaris. Non sis leuis in amicitia. Retine semper vinculum amicitiae. Habeto semper patientiam mentis. Esto benigna, esto prompta affectu, esto affabilis in sermone grato animo appare ad omnes. Tolle occasionem litis. Sperne litem, viue semper in pace. Charissima soror si fieri potest, cum omnibus hominibus retine pacem. Contumelias detrahentium per patientiam supera. Clypeo patientiae frange sagittas contumeliae. Praebescutum conscientiae contra gladium linguarum. Magnae virtutis est si non laedas, a quo laesa es. Magnae fortitudinis est, si etiam laesa dimittas. Magnae est gloriae, si cui potuisti parcas. Venerabilis soror, pax Dei, quae exuperat omnem sensum, custodiat cor tuum, & animam tuam. Amen.

De concordia. Sermo XLI.

S Ex sunt, quae odit anima mea, dicit Dominus, & septimum, quod deestatur. Videlicet eum, qui seminat discordias inter fratres. Maledictus homo, qui inter seruos Dei discordias seminat: qui

Matth.

13

F

Prou. 6.

Qui pacem, & concordiam rumpit, aduersus Deum facit: Christo facit iniuriam, qui inter seruos Dei seminat discordiam. Quare? quia Christus est pax nostra, qui facit vtraque vnum, videlicet, quia angelos, & homines fecit esse concordēs. Concordia malorū contrarietas est bonorum, sicut optandum vt boni pacem habeāt, ita optare debemus vt concordia malorum rumpatur. Concordia ad faciendum peccatum mala est. Concordiā vero ad faciendum bonum, ad sectandam iustitiam, ad seruiendum Deo bona est. Propter hoc sumus congregati in vnum, vt seruio Dei omnes vnum spiritū, & vnum animum habeamus. Omnibus habitatibus in domo Dei debet esse anima vna & cor vnum in Deo, nihil prodest si nos cōtineat vna domus, & separat voluntas diuersa. Plus diligit Deus vnitatem animi, quā loci, ecce sumus in domo ista multi homines, diuersi mores, diuersa corda, diuersae animae. Haec omnia debet in vnum coniungere vita, intentio, vnus amor in Deum. Debemus ergo in hoc esse vnus animi, & vnus voluntatis, vt seruiamus Deo, & vt diligamus Deum ex toto corde, & ex tota anima & proximum nōtūm nēut, & nos. Necessaria; itaque est nobilis virtus concordiae. Quod si ego volo facere voluntatem meā, & iste suam, & ille suam, sunt diuisiones, oriuntur lites, irae quoque & iuxae, quae sunt opera carnis, & sicut ait Apostolus: Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Soror charissima, crede mihi, quia Deo non tantum placent nostra ieiunia, nostrae orationes, nostra sacrificia, quantum concordia. Ideo Deus dicit in euāgelio: Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Venerabilis soror, magna est virtus concordiae apud Deum, sine qua non placent Deo nostro sacrificia, quibus delentur peccata. Scite debemus, quia cum ad conuersionem venimus, luctamen contra diabolū sumimus. Interrogatio: Frater dilecte dic mihi si aliquid timet diabolus? Responso: Soror amabilis, nihil est q̄ diabolus tantum timeat, quantum concordiam, & caritatem. Nam si totū, quod habemus damus propter Deum, hoc diabolus nō timet, quia ipse nihil habet. Si ieiunamus, hoc diabolus non timet, quia ipse nūquam comedit, si vigilamus, hoc diabolus non timet, quia ipse numquam dormit, sed si caritatem, & concordiam tenemus, hoc diabolus vehemen-

ter timet. Quare? quia hoc tenemus in terra, quod ipse in caelo tenere noluit, hoc est, & quod sancta Ecclesia terribilis esse, vt castrorum acies ordinata, dicitur. Quia sicut hostes timent, quando acies castrorum bene ordinatas ad bellum vident, ita certe diabolus expauescit, quando spirituales viros virtutum armis accinctos in vnitatem concordiae viuere conspicit. Ipse victus, & confusus vehementer dolet, cum eos per discordiam diuidere, & penetrare non valet. Omnes ergo vnanimiter, & concorditer debemus viuere in domo Dei, vt possimus diabolū vincere. Ancilla Dei, quae vult concorditer viuere, prius debet prauas consuetudines relinquere, ne sit peruersa, inordinata, ne sit indisciplinata ne peruersitate sua ceteras ancillas Dei conturbet, scandalizet. Debet etiam mensurare actus suos, motus suos, sermones suos, & totam vitam suam, vt secundum Deum concordare possit cum illis, cum quibus viuūt. Igitur soror dilecta moneo te, vt concorditer, & humiliter viuas in monasterio cū omnibus ancillis Dei. Soror venerabilis obedientes ad pacem inuita, discordantes ad concordiam reuoca. Nullus existat sermo iurgiorum, qui concordiam diuidat. O sponsa Christi, caritas, quae te separauit à saeculo, ipsa te coniungat Deo. Amen.

De tolerantia. Sermo XLII.

Charissima soror discere à Christo modum estiam, discere tolerantiam. Christum attende, & non doleris de iniurijs. Pro nobis namque passus reliquit nobis exempla. Palmis enim percussus flagellis caesus, sputis derisus, clauis confixus spinis coronatus, cruce damnatus semper contigit. Quando enim aliquis tibi conuiciatur, propter tua peccata contigit tibi, quando tibi iniuriatur, mala tua haec faciunt, quidquid tibi contingat aduersum, pro tuo euenit peccato. Lenius sustinebis, si pro quibus tibi infertur, intenderis. Cum ergo derogatur tibi, tu ora, quando aliquis maledicit tibi, tu benedic ei, benedic ei, qui maledixit tibi. Maledicenti tibi benedictionem appone, irascentem patientia delini, blandimento iracundiam furentis dissolue, lenitate vince nequitiam, bonitate malitiam. Tuo bono supera mala aliorum, Tua tranquilla mente aliorum contu-

melias disperde. Soror venerabilis ad bona,
& ad mala præpara cor tuum, & bona, & ma-
la prout tibi euenerint, porta. Sustine ad-
uersa, & prospera, & quæcumque occurre-
rint tibi, quæcumque euenerint tibi, mente
placida sustine. Respue probra illatæ contu-
melia. Despiciendo supera irrisionum pro-
bra Dissimulando contemne errores detra-
hentium. Honeſta virgo quamuis te quiſ-
que irretet, quamuis te incitet, quamuis ex-
ſperet, quamuis insultet, quamuis conuic-
tur, quamuis criminetur, quamuis ad litem
prouocet, quamuis ad iurgium vocet, qua-
uis contigium dicat, quamuis iniuriã faciat,
quamuis afficiat contumelijs, tu ſile, tu ta-
ce, tu diſſimula, tu contemne, tu non loquar-
is, tu tene ſilentium, iniuriam non respon-
deas, mala verba non dicas, conuictum non
retorqueas, contumeliam non respondeas.
Tene ſilentij pacem. Tacendo citius vinces.
O ſponſa Chriſti ſume luſtamen contra tẽ-
porales moleſtias. Eſto in cunctis caſibus
firma, patienter tolera omnia, patienter ab
vno ſuſtinendum eſt, quod multis accidit.
Et qui affigit, & qui affigitur mortalis eſt.
Et qui mala facit, & qui mala ſuſtinet mo-
rietur. Amabilis ſoror crede mihi, quia nul-
lus tibi aduerſari potuiſſet, niſi Dominus
potestatem deſiſſet. Nec habuiſſet in te po-
teſtatem diabolus, niſi permitteret Deus.
Oportet per multas tribulationes nos in-
trare in regnum Dei. Non ſunt condignæ
paſſiones huius temporis ad futuram glo-
riam. Soror chariſſima impoſſibile eſt, vt ſis
ſgmna, & non guſtus anguſtias. Omnia in
hoc ſæculo euentu ſimili ſuſtine mus. Nul-
lus eſt, qui in hac vita poſitus non ſuſpiret.
Iſta vita lacrymis eſt plena. Vita iſta à
ſletu incipit viuere. Infans, quando naſcitur, à
ſletu incipit viuere. Infans quando egredi-
tur de vulua, prius incipit lugere, quam ri-
dere. Flores proijciuntur in hanc miſeram
vitam. Vtilis eſt tribulatio, vtilis ſunt vitæ
huius preſſuræ. Quanto in hoc ſæcu-
lo, ſrangimur, tanto in perpetuo
ſolidamur. Quanto in præ-
ſenti tempore affigi-
mur, in futuro
gaudebi-
mus.
Si hic flagellis atterimur pur-
gati in iudicio in-
ueniemur.
Amen.

Dominus loquitur in euangelio
Apoſtoliſ, dicens: Ego quos
amo arguo, & caſtigo. Tribus
modis Deus in hac vita caſti-
gat homines ſcilicet ad damnationem per-
cutit reprobos. Ad purgationem corripit,
quos vidit errare, electos. Caſtigat iuſtos ad
augendam gloriam meritorum. Deus per-
cuſſit Aegyptum plagis ad damnationem,
flagellatus eſt pauper Lazarus ad purgatio-
nem, flagellatus eſt etiam Iob ad probatio-
nem, flagellat etiam hominem ante peccat-
um, ne malus ſit, ſicut flagellauit Paulum,
qui inſtigante angelo ſathanæ tolerabat ſti-
mulos carnis. Flagellatur etiã homo à Deo
poſt peccatum, vt emendetur, ſicut ille, qui
traditus eſt ſathanæ in interitum carnis, vt
ſpiritus ſaluus eſſet. Qui valentiores ſunt, &
ſani, vtile eſt eis inſirmari, ne per vigorem ſa-
lutis plus lætentur in tranſitorijs, & terrenis
rebus, quam debent. Mala eſt ſanitas carnis,
quæ hominem ducit ad inſirmitatẽ animæ.
Et valde eſt bona inſirmitas carnis, quæ
perducit hominẽ ad ſanſtatem animæ. In-
ſirmitatem carnis laudat Apoſtolus, dicens.
Cum enim inſirmor, tunc fortior ſum, ſcili-
cet ſpiritu. In flagellis Dei nõ debet murmu-
rare homo, quia per hoc, quod caſtigatur, à
peccato emendatur: Leuius ſuſtinebimus
inſirmitates corporis ſi ad memoriam redu-
xerimus mala, quæ fecimus. In inſirmitate
nõ debet murmurare. Quare? quia ab illo
iudicatur, cuius iudicia ſemper ſunt iuſta.

Qui inſirmitatem patitur, & contra Deũ
murmurat, iuſtitiam iudicantis accuſat, ac
per hoc irã Dei aduerſum ſe prouocat. Non
poſteſt eſſe iuſtum, q̄ nõ iuſto placet iudici.
Quem, n. diligit Deus caſtigat, flagellat autẽ
oẽm filium, quẽ recipit, & quaſi Pater in fi-
lio cõplacet ſibi. In hac vita Deus parcit pec-
catoribus, & non parcit iuſtis. In futura vita
parcit iuſtis, & non parcit peccatoribus, qui
in hac vita flagellari non meretur, in infer-
no torquebitur. Soror chariſſima, dolor, &
triftitia oibus ſunt cõia, nemo eſt, qui in hoc
ſæculo non doleat. Sæper Deus hos caſtigat,
quos ad ſalutẽ præparat perpetuã. Soror ve-
nerabilis, in inſirmitatib⁹ tuis nõ cõtriftiteris.
In languoribus tuis gratias age Deo. Valere
te magis opta animo, quã corpore. Deſidera
plus valere mẽte, quam carne. Aduerſa car-
nis

nis remedia sunt animi. Aegritudo carnem vulnerat, mentem curat. Languor enim vitia excoquit, languor vires libidinis frangit. Probari te in dolore cognosce, non frangaris in fornace probatur aurum, vt sordibus careat, tribulationis camino purgaris, vt purior appareas, persecutionis igne conflaris. Conflaris vt omni peccatorum sorde purgeris: ad probationem sunt omnia ista, quae sustines. Igitur dilecta mihi in Christo soror, in infirmitatibus tuis nō murmures, nō blasphemies, non dicas, quare sustineo mala, non dicas, cur affligor, vt quid mala pater? Frater mi obsecro te, vt dicas mihi quid in infirmitatibus meis debet dicere, vel qualiter oportet me ipsam acculare. Soror honesta hoc modo te accusa: Peccaui, vt eam digna non recipi. Aequalem vindictam peccati mei non sentio. Minus me sentio percussam, quam mercor, iuxta modū termini miror est tribulatio vltionis. Secundum meritū peccatorum meorum dispar est causa penarū: non sunt tanta supplicia, quanta extiterūt peccata. O sponsa Christi, vis à peccatis tuis purgari? in poena te accusa, & Dei iustitiam lauda. Ad purgationem tuam sufficit, si ea, quae patieris, ad iustitiā Dei retuleris: Si pro irrogata infirmitate tu humilis Deum glorificaueris. Corripit enim te Deus flagello piæ castigationis. Exercet in te disciplina. Et qui parce nōdo te à se abiecit, bar, feriendo clamat, vt redeas. Venerabilis virgo cogita: quoslibet mundi cruciatibus, intendens aīo quascumq; mundi penas, quoslibetque tormentorum dolores, quascumq; dolorem acerbitates, compara hoc totum gehēnā, & leue erit, quod pateris. Soror amabilis, si times, penas inferni timē. Istae. n. penas temporales sunt, illae aeternae: in istis penis moriendo tormenta recedūt, in illis moriendo aeternus dolor succedit. Si enim conuersa fueris, emendatio est, quod pateris. Conuerso instantes plagae ad purgationem proficiunt. Qui enim hic castigatus corrigitur, illic liberatur, qui vero nec sub flagello corriguntur, & temporali poena, & aeterna dānantur. Et in hoc prius iudicantur saeculo, & illic de nouo in futuro. His duplex est poena, & damnatio. Germina his percussio est, quia & hic habent iudicia tormentorū, & illic supplementum penarum. Minus igitur Dei te ad poenam tradidit, indignatio Dei te affligi iussit. Ipse iratus iussit te mala germina exquiri. Soror reuerenda, nam q̄ &

corporis debilitatibus frāgeris, quod carnis morbis afficeris, q̄ languorum stimulis cruciaris, quod passionibus animae quateris, q̄ mentis angustia torqueris, quod cresce impugnatione malignorum spirituum agitaris, hoc ipsum pro peccato diuina iustitia irrogat. Tua contra te dimicant arma. Saggittis tuis plagaris. Telis tuis vulneraris, per quae enim peccasti, per haec & torqueris. Quia secuta es carnem, flagellaris in carne. In ipsa gemis, qua peccasti. Soror amabilis in ipsa carne cruciaris, in qua deliquisti. In ipsa tibi est celsura supplicij, in qua fuit causa peccati. Vnde corruisti ad vitia, inde sustines tormenta. O sponsa Christi, iustē argueris, iuste flagellaris, iusto iudicio iudicaris. Procella iuste te contemnit, iustitiā poena te p̄mit.

De auaritia. Sermo XLIIII.

Dominus dicit in euāgelio: Caute ab omni auaritia, quia non est in abundantia: cuiusquam vita eius est super terrā ex his quae possidet. Et Paulus Apostolus: Omnis fornicatio, & immunditia, & auaritia, non nominetur inter vos. Et iterū: Omnis fornicator, aut immūdus aut auarus, qd̄ est idolorum seruitus, non habet hāreditatē in regno Dei. Vnde Salomon: Conturbat domū suam, qui sectatur auaritiam. Auarus nō implebitur pecunijs. Qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis. Nihil est peius, quam amare pecunias: hic. n. animam suam venalem habet. Sicut auaritia mergit hominem in infernum, ita omnino largitas elemosynae leuat ad caelum. Auarus homo similis est inferno, sicut infernus nūquam dicit satis est, ita auarus numquam satiatur pecunijs. Sicut hydropicus quāto plus bibit, tanto plus sitit, ita auarus quanto plus acquirit, tanto plus concupiscit. Auaritia, & cupiditas, sorores sunt: superbia vero est mater earum. Numquam superbia fuit sine cupiditate, nec cupiditas sine auaritia. Soror venerabilis nō sit manus tua porrecta ad accipiendū, & collecta ad dandū. Plus te delectet dare, quā accipere. Melius est dare, quā accipere. Soror charissima, auaritia nō defigat radices in corde tuo, auaritia nō sit in te. Expelle à corde tuo auaritiā. Si p̄fecte pro Christo cōtempseris omnia terrena, cū eodem in Christo sp̄sō tuo letaberis in celesti patria.

De cupiditate. Sermo XLV.

D

Radix omnium malorum est cupiditas. Nemo potest perfecte spiritualia bella suscipere, nisi prius carnis domauerit voluptates, non potest mens ad contemplandum Deum esse libera, quæ terrena, & transitoria huius mundi concupiscit, non potest videre oculis mentis alta, si eum claudit pulvis terrenæ cupiditatis. Cupiditas graue peccatum est, omnium criminum materia est, non est mirum si morientes inferni ignibus deputentur, qui uiuentes flammam cupiditatis suæ non extinxerunt. Soror charissima quæuis non habeas pecuniam, tñ si habes cupiditatem habendi, nihil valet tibi, nihil valet corporis nuditas, si tibi est uestimenti cupiditas. In las per cupiditatem vendidit Christum. Nudi nascimur in hac vita, nudi exituri sumus de hac vita. Cur ergo concupiscimus terrena, & transitoria? Si ergo bona huius mundi credimus peritura, cur tanto amore diligimus ea? Si terrena, & transitoria huius mundi plus quam oportet diligimus, peccamus. Soror dilecta cursum tuum considera, & cognosce tibi pauca sufficere posse, quæ habes. Si igitur cupiditas est radix omnium malorum, sicut superius diximus, necesse est, vt expellas eã a corde tuo: vt ceteræ soboles non pullulent vitiorum, cupiditas peruersa non sit in te. Soror venerabilis omnipotens Deus te faciat propter semetipsum prospera mundi despicerè, & nulla eius aduersa formidare, Amen.

De paupertate. Sermo XLVI.

E

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Multi sũt pauperes, quos ipsa paupertas non facit beatos, sed miseros: quia ipsam paupertatem non propter Deum sustinent, sed coacti. Sunt etiam non nulli pauperes, quos paupertas nõ facit miseros, sed beatos, quia eam propter Deum sustinent, de quibus dicitur: Beati pauperes spiritu. Charissima, soror iterũ ad te reuertor loquendo. Audisti tribulationem, & patientiam Iob, & ideo te moneo, vt ne in tribulatione frangaris, nec in prosperitate eleueris. Tu patriarchas diuites opibus, sed humiles fuisse legis animo. Qualis fuit Abraham, qui dicebat: Loquar ad Dominũ Deũ

meum cũ sim terra, & cinis? Ideoque beata eris soror venerabilis, si in prosperis, & in aduersis semper Deo gratias egeris, & felicitatem huius temporalis vitæ velut fumũ, & vaporem euanescentem credideris. Ait enim Paulus Apostolus: Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Christus enim ne aurum diligeremus, oblata in vita munera cõtemnere docuit: ne famem timeremus, quadraginta diebus ieiunauit: ne nuditatem timeremus, vnã tunicam discipulis suis habere mandauit, ne tribulationes expauesceremus, ille pro nobis tribulationes sustinuit: & ne mortẽ timeremus, pro nobis mortẽ sustinuit, & suscepit. Omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & ambitio sæculi. Et mundus peribit, & concupiscentia eius. Igitur dilecta soror, non diligamus ea, quæ sunt in mundo, ne pereamus cum mundo. Certè Dauid regnabat, & cum haberet thesauros argenti, & imperaret populis manu forti, tamen humilem se cognoscit, & dicit, pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Et iterum: Egenus, & pauper sum ego. Item dicit: Incola ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Soror venerabilis non te delectent blandimenta transitoria: nec commota terrena, nec de mundanis lucris gaudeas, & non contristaberis de terrenis damnis. Sicut n. scriptum est: Diuitie si affluant, nolite cor apponere. Quæ cum amore possidemus, cũ dolore perdimus. Audi sponsa Christi, quæ dicit: Ille cui cælestia, & terrestria seruauit, pauper pro nobis factus est. Quare? quia vt nos sua paupertate faceret diuites. Tu ergo honesta virgo, ambula per viam, qua processit Iesus Christus sponsus tuus, & passibus indefessis sequere cælestem ducem. Sine dubio si consequuta fueris cũ ipso in celo regnabis. Soror venerabilis virginitate, & paupertatẽ B. Mariæ virginis prospice, quæ tam diues in Domino fuit, vt mater Domini esse mereretur. Et intantum fuit rebus pauperula, vt tempore partus non haberet obstetrices, vel ancillas ad seruendũ sibi: & intantum fuit rebus pauperula, & ipsum etiam diuertorium, tam angustum tñ, vt infantem non in lectulo, sed in presepio reclinaret. Sed & Ioseph cui fuerat desponsata, cum esset iustus, erat tamen pauper, ita vt victum, & uestitum artificio

P. 87.

quæreret.

quereret. Certe faber fuisse legitur. Etiam de sanctis apostolis legimus, quia seruibat Deo in fame, & siti. Vnde Paulus apostolus: In fame, & siti, in ieiunijs multis. In frigore & neditate, & in vigilijs multis. O sponsa Christi habes exempla, quibus possis terrenas diuitias contemnere, & caelestes concupiscere. Quoniam qui volunt diuites fieri in hoc mundo, incidunt in tentationes, & laqueos diaboli, & in desideria multa, & nocua, quae mergunt hominem in infernum. Libenter contemnunt terrenas diuitias, qui perfecte sperant caelestes. Quia voluntaria paupertas introducit hominem in regnum caelorum. Non ideo venimus ad monasterium, vt in eo viuamus, sed vt vigilando, orando, ieiunando, psallendo, contra aduersariū nostrum dimicando, ad regnum nobis promissum Christo adiuuante perueniamus. Nam ideo nudi nascimur in hoc saeculo, nudi etiam accedimus ad baptismum, vt nudi sine impedimento perueniamus ad caelum. Quam incongruum est, & absurdum, & quā turpe, vt quem nudum mater genuit, nudum suscepit, etiam diues intrare velit in caelum. Facilius est camelum per foramen acus transire, quā diuitem introire in regnum caelorum. Melius est minus egere, quā plus habere. Nimis est auarus, cui non sufficit Dominus. Soror dilecta si in hoc saeculo famem, & sitim, atque nuditatem pro Christo sustinuerimus, gratis cum eodem domino nostro Iesu Christo in caelesti regno gaudebimus, Amen.

De murmuratione. Ser. XLVII.

Hospitium cordis nostri per gratia Dei sanctificatur, & per in habitationem spiritus sancti quando in corde est caritas, pax, bonitas, humilitas, concordia, mansuetudo, & alia huiusmodi. Hæc sunt nostræ diuitiæ scilicet boni mores, & virtutes. Sed si incipimus inter nos litigare, murmurare, & contendere, statim ab his spiritualibus bonis va cui remaneamus, & nudi. Quare, quia virtutes non possunt remanere cum vitijs. Nam & modicum fermentum rotam massam corrumpit. Quisque seruus Dei debet pensare in corde suo, quā malum magnum incurrit, si pro rebus temporalibus murmurat. Vnde debuerat esse diues, sit pauper: quæ sunt diuitiæ nostræ: virtutes scilicet. Virtus

Oper. D. Bern, Tom. II,

tes ergo perdimus si pro cibo vel potu murmuramus. Graue peccatū est murmuratio. Vnde Gregorius: Regnum caelorum nullus, qui murmurat accipit, nullus, qui illud accipit murmurare potest. Præcordia fatui sicut rota currus lignum portat, & murmurat. Tales sunt multi fratres, & multæ sorores in congregatione, qui sunt carnalibus desiderijs subditi, & murmurare nunquam cessant. Igitur soror charissima necassarium est valde nobis consilium Pauli apostoli dicētis: Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt in deserto, & perierunt ab exterminatore. Igitur periculosum est nobis murmurare, ne forte pereamus ab exterminatore in monasterio, sicut illi perierunt in deserto. Linguas ergo nostras à murmuratione custodiamus, ne (quod absit) sicut illi perierunt in hoc saeculo, nos pereamus in futuro, non ergo murmuremus, ne forte sicut illi perierunt in hac vita, nos pereamus in futura. Cauemus ab omni murmuratione, ne forte quod illi passi sunt in corporibus, nos patiamur in animabus. Iterum apostolus consulendo nobis loquitur, dicens. Neque contememus Christum sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Christum tentat qui pro cibo vel potu, siue pro vestimento murmurat, sicut scriptum est de eodem populo: Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt pertergerent escas animabus suis. Et iterum: Murmurauerunt in tabernaculis suis, & non exaudierunt vocem Domini: Christum tentat qui in monasterio superflua requirendo murmurat. Contra Christum facit, qui in monasterio plus quā oportet, requirit: in Christū peccat, qui in monasterio res terrenas, & transitorias requirendo præpositos suos scandalizat. Et à serpentibus perierunt. Quare à serpentibus perierunt, nisi quia serpēs venenosus est, & omnis, qui murmurat, venenū diaboli habet in lingua. Vnde Iacob apostolus: *Iacob. 1.* Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. Cauendum est ergo nobis à murmuratione, ne mortifero, & diabolico veneno pereamus. Soror dilecta mihi in Christo audi quid Dominus noster Iesus Christus dicat in euangelio. Dico vobis ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Ac si aperitius dicat: Deus, qui dedit vobis animam, dabit escā. Et qui dedit corpus, dabit vestimentum, Et adiciat: Respicite volatina caeli.

• Ccc 3 liquo •

li, quoniam non seminant, neque colligunt, neque congregant in horrea, neque in cellaria, & Deus pascit illa, id est, si Deus gubernat aues, quæ hodie sunt, & cras non erunt, quarum anima est mortalis, quanto magis dabit seruis, & ancillis suis cibum, & vestimentum, quorum anima est immortalis, & quibus regnum, cælorum promittitur? Et iterum: Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent, id est, non texunt, neque filant, & Deus sic vestit illa, quanto magis vestit seruos suos, & ancillas suas? Non occidet Deus animas seruorum suorum fame, aut siti, aut nuditate. Et adiecit: Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiacentur vobis. Ac si diceret: Seruite Domino in timore, caritate, & exultate ei die, ac nocte cum tremore, & ipse dabit vobis in hac vita, & in futura omnia necessaria. Inquirentes Dominum non minuentur omni bono. Soror charissima, Deus, qui te eduxit de domo patris tui, si in seruitio eius perseueraueris, dabit tibi in bono petitiones cordis tui, Amen.

I. De proprio. Sermo XLVIII.

Soror charissima, peculiare quod habetur apud seruos Dei pro magno crimine, numquam inueniatur in te. Omnia, quæ in monasterio sunt omnibus sunt communia. Ergo si ancilla Dei aliquid habet absconditum, vel proprium quod à cæteris ancillis Dei ignoratur, furtum est, peccatum furti est. Quare quia omnia habet in communi cum cæteris ancillis Dei, & quasi proprium sibi aliud abscondit. Furtiue aliud habere in commune cum cæteris ancillis Dei, est quasi proprium sibi aliud abscondere. Hoc furtum est, hæc manifesta fraus est. Hoc grande peccatum est, hoc est iter inferni, per hæc viam latrones descenderunt in infernum. Sic enim ait Paulus apostolus: neque latrones, neque rapaces regnū Dei possidebunt. Ancilla Dei, quæ semetipsam separat à cōmunionē monasterij, aliud quasi proprium abscondendo, consequens est, ut separetur à cōsortio cælestis vitæ. Multi ad communem societatem monasterij veniunt: sed quod sine graui gemitu dicere nō possumus, non omnes in eo secundum euāgelium viuunt. In monasterio sunt sancti apostoli Iesu Christi. Est etiā ibi Iudas Scarioth traditor Domini, & ibi Ananias cum

sua vxore Saphira. Est etiā ibi Giezi discipulus I. elitar. Qui propter Deum omnia, quæ habent in hoc mundo ad imitationem apostolorum derelinquunt causa solius eternæ vitæ cum eisdem apostolis lætabuntur, & remunerabuntur in æterna beatitudine. Qui autem postquam ad conuersionem monasterij venit, de rebus monasterij facere fraudem præsumit Iudas est, & penam Iudæ sustinebit in inferno, quia de hoc, quod commune est, facere fraudem præsumit, proprium facit.

Qui autem de seculari vita ad seruitium Dei conuertuntur, de his, quæ de sæculo habuerunt, vnam partem sibi reseruant, alteram vero secum monasterio tradunt, cum Anania, & Saphira sententiam maledictionis merentur. Qui autem de sæculo ad monasterium venit, & quod in domo sua habere nō potuit si illud in monasterio habere voluerit, vel requisierit, sine dubitatione lepra Giezi adhererebit ei. Et lepra quæ Giezi sustinuit in corpore, iste sustinebit in anima. Honestus soror, sicut superius dixi tibi, magna est differentia inter eos, qui in monasterio viuunt, ab illis, qui in monasterio more apostolorum viuunt, qui ex his, quæ in hoc sæculo habuerunt, vel habent in monasterio nihil abscondunt, conuenit illud Psalmistæ. Mihi autem adherere Deo bonū est, & ponere in Deo spem meam, & illud, iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Illis, qui sicut Iudas Scarioth propriam retinent, vel de rebus monasterij abscondunt, conuenit illud: Ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos, anime eorū in malis tabescebat. Illis vero qui cum Anania, & Saphira ex his, quæ in sæculo habuerunt vnam partem monasterio tradunt, conuenit illud: Qui confidunt in virtute sua, & multitudine diuitiarum suarū gloriantur. Etiam illis, qui sicut Giezi ea, quæ non potuerunt habere in sæculo, requirunt in monasterio, conuenit illud: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarū, & præualuit in vanitate sua. Tu ergo soror venerabilis, nihil celes, nihil abscondas, nihil apud te absconditum reponas. In abscondito nihil retineas, apud te nihil remaneat absconditum. Quid quid habes, habeto cum licentia, si quid habes, habeto cum benedictione. Sine licentia abbatissa, vel priorissa nihil hēas, sine benedictione nihil accipias, sine licentia nihil

nihil tribuas. Honeſta virgo, iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet.

De oratione. Sermo X L I X.

Chariffima ſoror, audi quæ dico: Ante tempus orare eſt prouidentia. In tẽpore conſtituto orare, eſt obedientia. Tempus orandi præterire, eſt negligentia: tanto crebrior debet eſſe oratio, quanto eſt vtilior. Dominus dicit in euangelio: Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis. Et Paulus Apoſtolus: Sine intermiſſione orate. Et Iacobus: Multum n. valet deprecatio in ſua aſſidua: Soror venerabilis, ante orationem præpara animã tuã, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum: in oratione præparat te, & oſtendit conſcientiam cordis tui vt amplioſrem gratiam conſequaris à Deo tuo: Tunc veraciter oras quando aliud in corde non cogitas. Citius ad precem iudex ſeclititur ſi peccator à prauitate ſua corrigatur. Oratio cordis eſt, non labiorum. Melius eſt cum ſilẽtio cordis orare, quàm ſolis verbis ſine intentione mentis. Pura eſt oratio quando in ſuo tempore ſuperflua cogitationes non conturbant.

Longe quippe eſt à Deo aſius, qui in oratione cogitationibus ſæculi eſt occupatus. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quiſq; poſſit, q̄ poſtulat: Hoc eſt, ſi adhuc homo mala committit, aut ſi peccanti in ſe ex toto corde non dimittit. Mens noſtra celeſtis eſt, tunc Deum in oratione contemplantur, quando nullis terrenis curis, aut erroribus impeditur, quãdo quiſq; orat, ſpiritus ſanctũ ad ſe vocat: ſed poſtquam uenerit, conſeſtim omnia tentamenta dæmoniorum, quæ ſe mentibus hominum immergunt, præſentiam eius ferre non ſuſtinentes eſſugiunt. Qui læditur non deſiſtat orare pro ſe lædentibus. Alioquin iuxta Domini ſententiam peccat, qui pro inimicis ſuis non orat. Sicut nullum proſicit in vulnere medicamentum, ſi adhuc in eo eſt ferrum: ita nihil proſiut oratio illius, qui odium habet in corde. Culpabiliter expãdit manus ad Deũ qui ſi ſta ha orando iactanter, maſeſtat, ſicut Phariſæus in templo iactanter orabat: & magis laudabat ſemetipſum de bonis operibus, quàm Deum. Soror dilecta ora cũ lacrymis indefinenter. Ora iugiter, precare Deum diebus, ac noctibus. Oratio ſit ſine

ceſſatione, oratio ſit frequens: orationis ſint arma aſſidua, oratio de ore tuo non cadat, inſiſte orationi, frequenter incumbet orationi. Gemo ſemper, & plange, ſurge in nocte ad precem, vigila & ora, pernocta in oratione, & prece, incumbet nocturnis uigilijs. Ad modicum clauſis oculis rursus ora, oratio frequens diaboli iacula ſubmouet, oratio quotidiana diaboli tela exuperat, oratio eſt prima uirtus aduerſus tentationum incurſus, oratio ſuperat tentamenta inimicorum vincit dæmones, ſuperat immundos ſpiritus. Per orationem vincuntur dæmonia, oratio dæmonis omnibus malis præualet honeſta virgo ſit oratio tua pura. Moneo te chariſſima, vt ores pro bonis hominibus, vt in bonis perſeueret. Rogo etiam te, vt ores pro malis hominibus, vt de malo ad bonum conuertantur, ora pro amicis tuis, & ora pro tuis inimicis. Ora etiam pro omnibus fidelibus uiuis, & defunctis. Dirigatur oratio tua, ſicut i necenſum in conſpectu Dei.

De Lectione. Sermo L.

Per orationem mundamur à peccatis, per lectionem docemur quid faciamus, utrumque bonum eſt, ſi licet. Si uero non licet, melius eſt orare quàm legere, nam cum oramus, cum Deo loquimur, cum legimus, Deus nobiſeũ loquitur. Soror chariſſima, ſi uis cum Deo ſeper eſſe, ſemper ora, & ſemper lege. Valde nobis eſt, neceſſaria lectio diuina. Nam per lectionẽ diſcimus quid facere, quid cauere, quo tendere debeamus. Vnde dicitur. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis. Per lectionem ſenſus, & intellectus augetur. Lectio nos ad orationem inſtruit, & ad operationem. Lectio nos informat ad actiuam, & contemplatiuam uitam: ideo dicitur in Pſalmis: Beatus uir qui in lege domini meditatibatur die, ac nocte. Lectio, & oratio ſunt arma, quibus diabolus expugnatur: hac ſunt inſtrumenta quibus æterna beatitudo acquiritur. Per rationem, & lectionem uitia deſtruntur, & uirtutes in anima nutriuntur. Ancilla Dei ſemper debet orare, & legere. Vnde legitur in Pſalmis: Tunc non confundar cum perſpexero in mandatis tuis. Igitur dilecta mihi ſoror in Chriſto, inſiſte orationi, frequenter perſeuerat in meditatione ſcripturarum, in lege Dei eſto aſſidua, habeto ſtudium

B. Bernardi ad sororem.

in diuinis legibus, vsus legendi sit tibi frequens, & in lectione sit tibi quotidiana legis meditatio, lectio demit errorem vitæ, subtrahit hominem à vanitate mundi: per lectionem sensus, & intellectus crescunt. Lectio. n. docet quid facias, discernit quid caueas, ostendit quò tendas: multum proficis cum legis, tamen si facis ea, quæ legis. Soror venerabilis adaperiat Deus cor tuum in lege sua, & in præceptis suis.

E De operatione. Sermo L I.

Hieremias propheta dicit: Leuamus corda nostra cū manibus ad Deum. Qui orat, & laborat, cor leuat ad Deū manibus. Qui vero orat, & non laborat, cor leuat ad Deū, & non manus. Qui autem laborat, & non orat manus leuat ad Deum, & non cor. Igitur soror charissima, necesse est nobis cor in oratione ad Deum leuare, & manus cum operatione ad Deum extendere. Quare? Ne de negligentia mandatorum reprehendamus: dum salutē quarimus obtinere sola oratione, aut sola operatione. Vnde Paulus Apostolus: Qui non laborat non manducet. Ancilla Christi debet semper orare, legere, & operari, ne forte spiritus fornicationis decipiat ociosam mentem. Delectatio carnis per laborem vincitur. Soror charissima diuide tibi spacium diei in tres partes, & in prima ora, in secunda lege, & in tertia parte labora. Rex Salomon per ocium semetipsum inuoluit in multis fornicationibus: & per cupiditatē fornicationis adorauit idola. Soror venerabilis, hæc tria sunt tibi necessaria valde. scilicet oratio, lectio, & operatio. Oratione mundamur, lectione instrui-mur, operatione beatificamur: Sicut dicit Spiritus sanctus in Psalmo: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es: & bene tibi erit. Si aliquando à lectione cessaueris, operari debes, vt numquam sis ociosa, quia ocium inimicum est animæ. Diabolus cito decipit eum, quem ociosum inuenit. Diabolus quotidie in claustra intrat: & si aliquem inuenit ociosum, statim accusat. O sponsa Christi vide ne cum diabolus claustra intrauerit, & vniuscuiusq; facta scrutatus fuerit, aliquid inueniat, vnde te accusare possit. Hac de causa te moneo soror mihi in Christo dilecta, vt per amorē Iesu Christi numquam sis ociosa. Rogo vbi amorem

Christi ostendas sociabus tuis non solū verbis, sed & operibus bonis. Tunc vere Deum diligis si pro amore illius bona, quæ potes operaris. Vnaquæq; sancta anima debet in se monstrare amorem Dei, & verbis sanctis & actionibus. Vnde in Canticis Canticorum, sponsus, scilicet Christus sponsam, id est sanctam animam ornat dicens: Pone me, vt signaculum super cor tuum, & super brachium tuum. In corde sunt cogitationes, & in brachio operationes. Ergo super cor, & super brachium sponsæ dilectus in signaculum ponitur, quia in sancta anima quantum ab ea diligatur, & voluntate, & actione designatur, quia amor Dei numquam est ociosus. Si vere est amor, magna operatur. Si vero non operatur, non est amor. Rogo igitur te venerabilis virgo, vt Deum perfecte diligas, & vt pro amore illius numquam ociosa sed eas. Si verè Deū diligis, nulla hora ociosa eris. Si Deum in veritate amas, pro amore illius ocium recusas. Si ex toto corde diligis Deum: omni tempore contemnis ocium. Qui Deum tota mente diligit propter Deū ocium postponit. Regnum Dei non dabitur ociosis, sed in seruitio Dei studiosis. Regnum Dei non dabitur vagantibus: sed pro Deo digne laborantibus. Qui in bonis operibus sunt pigri, & tepidi, non habebunt locum in regno Dei. Luxuria cito decipit homines ociosos. Luxuria cito decipit hominem ociosum, decipit hominem vagantem. I. luxuria grauius vitit, quem ociosum inuenit. Libido cedit rebus. Luxuria cedit operibus. Luxuria cedit industriae & labori. Homo per laborem saepe vincit libidinem. Corpus enim labore fatigatum minus delectatur, flagitio. Quapropter amabilis in Christo soror, præcaue ocium. Non diligas ocium, fatiga corpus labore. Exerce opus bonum, quare tibi opus vtile quo animi implicetur inuenio. Opus bonum, & intentio tua semper sit in Deo. Amen.

De Psalmis, & Hymnis. Sermo L II.

SOROR charissima cum in conspectu Dei cantas Psalmos, & Hymnos, hoc tracta in mente tua, quod cantas in voce. Mens tua eum voce concordet, concordet eum lingua: non aliud cogites, & aliud cantes. Si aliud cantes in mente, & aliud cantes in voce, perdis fructum laboris tui. Si corpus tuum stat in Ecclesia, & foris

& foris vagatur mēs tua , perdis mercedem tuam . Vnde dicitur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me .
H Sicut enim ait Apostolus: Psallam spiritu, psallam & mente . Cantabo ore , & corde . Bonum est ergo semper orare Deum mente . Bonum est etiam cum sono vocis , & Hymnis, & Psalmis, & canticis spiritualibus glorificare Deum . Sicut orationibus ieuamur , ita psalmodiū modulationibus delectamur . Vt sit cantandi consolatur tristitia corda . Cāntus in Ecclesia mentes hominum lætificat, fastidiosos oblectat, pigros sollicitat: peccatores ad lamenta inuitat: nam quāuis dura sunt corda sæcularium hominum, statim vt dulcedinem psalmodiorum audierint, ad amorem pietatis conuertuntur . Sunt multi, qui suauitate psalmodiorum cōpuncti peccata sua lugent . Oratio tantummodo in hac vita effunditur in remissionem peccatorum . Psalmorum autem decantatio significat perpetuam laudē Dei in æterna gaudia, sicut scriptum est: Beati qui habitāt in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te . Quicumque fideliter, & intenta mente psalmos decātat, quodammodo angelis Dei sociatur . Quomodo? quia homo illum pro modulo suo laudat in terris , quē angeli sine intermissione adorant , & glorificant in cælis . Psalmorum decantatio aliquando commouet nos ad lacrymas, aliquando inuitat nos ad orationem . Psalmi faciunt nobis gratas esse vigilas noctis dicentes: Exultate iusti in Domino rectos decet collaudatio . Psalmi pronunciant nobis horam diei prima cum exultatione lucis dicēdo: Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me . Psalmi consecrant nobis horam diei tertiam cum dicunt: Et veniat super nos misericordia tua Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum . Psalmi nos lætificant hora diei sexta in panis confectione . Psalmi ad horā diei nonam ieiunia resoluunt , & nos satiant dulcedine, ac suauitate spirituali . Psalmi nos Deo commendant hora diei vespertina dicēdo: Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum . Psalmi nos admoneant, vt benedicamus Domino ad completorium dicentes: Ecce nunc benedicite dominum omnes serui Domini . Soror mihi in Christo dilecta, firmiter retine in tua memoria, quod in auribus Dei bene sonat, cū

sancta anima, per dilectionem, & amorem, ac deuotionem Psalmos, Hymnos, & cantus spirituales Deo canta . Vnde spūsus, scilicet Christus in Canticis Canticorum sponfam, id est, Ecclesiam vel sanctam animam admonet dicens: Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, quia vox tua dulcis, & facies tua decora . Tu, inquit, dilecta mea, quæ iaces in lectulo dulcissimæ contemplationis, in qua mihi in Psalmis, Hymnis, & canticis spiritualibus, atque orationibus placere desideras . Veni, & ostende mihi faciem tuam, id est, egredere à secreto cordis, & alijs pulchritudinem bonorum operum tuorum ad exemplum demonstra, vt cum illi videant opera vestra bona, glorificent patrem vestrum, qui in cælis est . Sonet vox tua in auribus meis . Vox scilicet prædicationis, vox diuinæ laudis, vox iubilationis, quæ alios ad laudem, & gloriam meam proficere faciat . Cantus psalmodiorum oblectat aures audientium, & instruit animas fidelium ad bene viuendum . Vox tantium sit vna, & cum angelis Dei, quos videre non possumus verba laudis miscemus . Serui Dei semper debēt laudare nomē Dei: aquæ superiores insinuant, de quibus dicitur: Benedicite aquæ omnes, quæ super caelos sunt Domino: quia electi non tacebunt in perpetuum laudare nomen Domini . De aquis vero inferioribus dictum est: Congregentur aquæ, quæ sub caelo sunt in locum vnum, quia reprobi per totum mundū modo dispersi congregabuntur in infernū cruciandi . Sine intermissione fideles debēt referre laudes Deo, quia Deus delectatur in illis . Quid Deus delectatur in laudibus fidelium testatur sponsus, scilicet Christus, qui in Canticis Canticorū sponfam, scilicet sanctæ animæ loquitur dicens: Qui habitas in hortis . In hortis habitat Ecclesia, vel quilibet sancta anima, quæ iam viriditate, & spe bonorum operum est repleta . Quæ ergo iam in hortis habitat, oportet vt sponsum suum vocem suam audire faciat, id est, cantum bonæ prædicationis, vel sanctæ iubilationis: vel vocem diuinæ laudis emittat in qua ille delectetur, quam desiderat, quam amici audent videlicet omnes electi, qui verba vitæ scilicet Lectiones, Psalmos, Hymnos, & Cantus spirituales audire desiderant, vt ad cælestē patriam reuiuiscant . Igitur soror reuerendissima, sicut iam superius dixi, valde necessarium est tibi, vt in

CANT. 2.

K

L

omni

omni vita tua laudes omnipotentem Deum creatorem tuum: quonia inde promittitur tibi venia, vnde & laudes. Lauda ergo eum in corde: lauda eum in voce, lauda eum in voce iubilationis, lauda etiam eum in secreto contemplationis, lauda eum in cubiculo mentis, in iubilatione vocis, quauis ad laudandum Deum peccatores, & indigni simus, tamen cessare a laudibus non debemus, quia inde consequi veniam peccatorum credimus vnde Deum laudamus. Vnde vox diuina in Psalmis: Sacrificium laudis honorificabit me, inquit illic iter, quod ostendam illi salutare Dei, Ac si apertius diceret: In psalmis est iter laudis, quo ad aeternam laudem peruenire possis. Sed si ego illud tibi non ostendero illud inuenire non poteris. Propterea charissima, quia iter nostrae salutis in manibus est creatoris moneo te, vt laus Dei nunquam discedat ab ore tuo. Soror mihi in Christo amatissima Deus est laus tua, ergo & tu laus illius esto ita vt sepe sit laus illius in ore tuo. Amen.

De actiua & contemplatiua vita.
Sermo LIII.

Gen. 28.

Vidit Iacob scalam stantem super terram, angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & cacumen illius caelos tangebant. In hac scala sunt positi omnes ad vitam aeternam praedestinati, & omnis, qui spectat ad regnum caelorum, in hac scala habet locum. Scala ista generalis est Ecclesia, quae ex parte adhuc militat in terris, & ex parte iam regnat in caelis. In hac scala sunt tres ordines hominum, scilicet seculares, actiui, & contemplatiui. Seculares sunt in minori gradu. Actiui sunt in altiori loco. Contemplatiui vero sunt in summo. Et de istis tribus ordinibus hominum quidam sunt in mola: quidam sunt in agro, quidam vero sunt in lecto. Mola est vita secularis. Ager est animus hominis saeculi. In agro sunt praedicatores verbi Dei. In lecto est amor sponsi scilicet Christi. Qui sunt in mola, terram circumueiunt quia terrena quaerunt, & diligunt. Qui sunt in agro, terram colunt, quia seminant verbum Dei in auribus hominum, in lecto sunt, qui despiciunt, & contemnunt. Ad pedes huius scalae sunt homines saeculi. In medio scalae sunt actiui, in summitate huius scalae sunt contemplatiui iam quasi in caelo positi: quia caelestia cogitant. Isti sunt angeli

Dei per scalam ascendentes, quia ascendit ad contemplationem ad Deum, & descendunt per compassionem ad proximum. Actiua vita innocentia est bonorum operum. Contemplatiua vita est speculatio supernorum. Actiua vita communis est multorum, contemplatiua vero paucorum: Actiua vita terrenis rebus bene vititur. Contemplatiua vero saeculo renunciata, soli Deo viuere delectatur. Interrogatio. Frater dilecte rogo, vt ostendas mihi differentias actiuae, & contemplatiuae vitae. Responso. Soror charissima inter actiuam & contemplatiuam vitam maxima est differentia. Actiua vita est panem esurienti dare, verbum sapientiae proximos docere, errantem corrigere, ad viam humilitatis superbientem reducere. Discordantes ad concordiam reuocare, infirmos visitare, mortuos sepelire, captiuos, & in carcere positos redimere, quae singulis quibuscumque expediat dispensare: necessaria vnicuique prouidere. Soror mihi in Christo dilecta, ecce audisti opera actiuae vitae, nunc si placet, audi virtutes vitae contemplatiuae. Contemplatiua vita est caritatem Dei, & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione acquiescere, soli desiderio conditoris inhaerere: ita vt iam nihil agere libeat, sed despectus omnibus, curis saeculi ad videndum faciem sui creatoris, animus inardescat ita vt iam noverit carnis corruptibiles pondus tuum maiore portare, totisque desideriis ornare, hymnicis angelorum choro interire. Appetere adhaerere caelestibus ciuibus: de eterna in corruptione in conspectu Dei gaudere. Venerabilis soror, audisti actiuam vitam, audisti etiam contemplatiuam vitam: nunc rogo vt cum Maria Magdalena eligas meliorem partem, scilicet vitam contemplatiuam. Bona est vita actiua, sed multo est melior contemplatiua. Qui prius in hac vita proficit, ad contemplatiuam bene ascendit, quieti que ad hanc temporalem gloriam, aut carnalem affectat concupiscentiam, a contemplatione prohibetur.

Exemplum enim actiuae vitae, & contemplatiuae de Iacob accipe, qui dum ad mare et Rachelem, quae significat contemplatiuam vitam, data est ei Lya, quae significat actiuam vitam. Actiua vita in laboribus huius mundi Deo seruit dum pauperes pascit, & recipit, pascit, & visitat, & consolatur, & pelit, & cetera opera misericordiae eis impendit. Et tamen Lya est fecunda in filiis: quia

Gen. 29

quia multi sunt actiui, & pauci contemplatiui. Rachel vero ouis, vel videtur principium interpretatur, quia contemplatiui simplices, & innocentes sunt sicut oues, & ab omni tumultu sæculi alieni: vt foli diuinæ contemplationi adhaerentes videant illum, qui ait Ego sum principium, qui & loquor vobis. Rachel duos filios habet: quia duo sunt genera contemplatiuorum. Alij namq; viuunt in commune in monasterijs. Alij vero sunt Solitarij, & ab omnibus separati. Sed beator est, & perfectior contemplatiua vita quam actiua. Sicut aquila defigit oculos in radio solis, nec defecit nisi quando vult corpus suū reficere cibis: ita & sancti aliquando a contemplatione ad actiuam vitam reuertuntur considerantes illa sublimia sic esse vtilia, vt tamen ista humilia paululum nostræ indigentia sint necessaria. Vnde in Canticis Canticorum, sponsus scilicet Christus sponsam, id est sanctam animam cōtemplationi deditam hortatur dicens: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: ac si apertius diceret: Surge, propera amica mea per dilectionem, & fidem: columba mea per innocentiam, & simplicitatem, formosa mea per virtutem, & castitatē. Surge de illo dulcissimo strato tuo, hoc est de quiete contēplationis, in qua mihi soli com placere desideras in Psalmis, hymnis, orationibus, & canticis spiritualibus. Festina ergo, & veni, id est egredere ad vtilitatē proximorum: vt illos etiam per officium prædicationis, & per exempla bonorum operum imitatores tui facias, ad salutem animarum suarum perducas. Visio animalium in Ezechiele, quæ ibant, & non reuertebantur: pertinent ad perseverantiam actiua vitæ. Erant enim, animalia, quæ ibant, & reuertebantur pertinent ad mensuram contemplatiua vitæ, in qua dum quisque intendit, sua reuertebatur in firmitate statim descendit. Atque iterum renouata mētis, acie ad ea vnde descenderat rursus ascendit, quod fieri in actiua vita non potest. De qua si quisque, vel ad modicū descenderit: statim iniquationibus vitiorum inuoluitur. Sæpe mens de terra ad cælum erigitur, & iterum grauata in firmitate carnis de cælo ad terram descendit. Multos saeculares homines vilitat Deus, & per suam gratiam eleuat eos ad altitudinē contemplationis, & multos contemplatiuos iusto, atq; occulto iudicio suo Deus in terrenis actibus lapsos derelinquit. Sicut

sepultus in monumēto cessat ab omni terreno negotio: ita homo cōtemplatiuus cessat ab omni terreno opere vel mysterio: & sicut homines ab actiua vita ascendentes sepeliuntur in quiete contemplationis: ita a saeculari vita recedentes actiua vita suscipit eos in se quasi sepeliendos. Ac per hoc sicut actiua vita est sepulchrum saecularis vitæ, ita contemplatiua vita est monumentum actiua vitæ. Viri sancti sicut aliquando egrediuntur a secreto contemplationis ad actiuam vitam: ita rursus ab actiua vita reuertuntur ad secretum intimæ contemplationis: vt intus Deum laudent, vbi acceperūt, vnde foris ad eius gloriam operentur. Sicut Deus vult, vt aliquando contemplatiui egrediantur ad actiuam vitam, vt alij proficiant: ita aliquando vult, vt nemo eos inquietet, sed vt quiescant in secreto contemplationis suauissimæ. Quod bene in Canticis Canticorum sponsus insinuat, cum filias Hierusalem ne sponsam vigilare faciat adiurat dicens. Adiuro vos filia Hierusalem per capreas, ceruusque camporum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Hoc est ne suscitatis, neque euigilare faciatis animam diuinæ contemplationi deditam, orationibus, & lectiōibus diuinis occupatam. Et ne eam ad exteriora opera inquietare velit donec ipsa velit. Hoc est donec expleto contemplationis tempore admonente corporis fragilitate, quando velit suscitari a somno internæ quietis, & intimæ dulcedinis. Sed tamen in hac mortali vita nemo potest perfecte contemplari Deum. Vnde Ioannes in Apocalypsi dicit. Factum est silentium in cælo quasi media hora. Cælum quippe est anima iusti sicut Dominus per prophetam dicit: Cælum mihi sedes est. Cum ergo quies contemplatiua vitæ agitur in mente, silentium fit in cælo, id est, in anima: quia strepitus terrenarum rerum atque operationum cessat in cogitatione. Sed quia contemplatiua vita in hoc mundo non potest esse perfecta, nequaquam hora integra factum silentium dicitur in cælo, sed quasi media hora. Qui perfecte vitam contemplatiuam vult tenere, debet ab omni terreno opere cessare. Vnde in eisdem canticis sponsa de se dicit, Ego dormio, & cor meum vigilat: ac si aperte mens sancta loqueretur dicens: Dum a mundanis tumultibus exterior dormio, in interiori cogitatione, quæ sunt ca-

lestia

Cāt. 2. c.

C

E
Apo. 8.

lestia, atque spiritualia penso. Etiam arca Noe, quæ bicamerata dicitur, significat actiuos, & cōtemplatiuos: quorum actiui deorsum stāt, cōtēplatiui vero stāt sursum, quod etiā arca dicitur tricamerata, significat tres ordines in sancta Ecclesia, scilicet coniugatorum, continentium, atque virginum. De hac cōtemplatiua vita dicit Dominus in euangelio. Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Et de Maria Magdalena ait: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Vita cōtemplatiua non auferetur in hoc sæculo, neque in futuro. Actiua vita auferetur ab homine in futuro sæculo. Actiua vita in hoc sæculo habet finem. Cōtemplatiua vero non: quia semper perseverat. Actiua vita in hoc sæculo deficit. Cōtemplatiua vero in hoc sæculo incipit, sed in cælo perficitur. Honesta virgo moneo te, vt propter Deum despicias præsens sæculum: propter Deum ab omnibus curis sæculi te suspende. Sine impedimento sæculi Deo seruire stude, nulla cura sæculi subtrahat te à timore Dei. Nulla sollicitudo rerum te subtrahat ab intentione Dei. Abijce à te quidquid potest impedire bonum propositum. Toto animo odi, & damna, quod diligit mundus. Esto mortua mundo, & mundus tibi: Tamquam mortua ab amore præsentis vitæ te separa. Tamquã mortua mundi gloriam non concupiscas. Soror mihi amabilis in Christo, sicut sepulta in monumento, non habes curam de sæculo. Tamquam defuncta in sepulchro, ab omni terreno te priua negotio. Soror mihi in Christo amabilis contemne viuens, quæ post mortem habere non poteris. Si hæc ita feceris, post mortem tuam vitam æternam habebis.

G *De curiositate. Sermo LIIII.*

Soror charissima moneo te, vt de die in diem studeas proficere in bonis operibus, & vt non consideres mala, quæ alij faciunt, sed considera bona, quæ tu facere debes. Vnde quidam sapiens ait. In superuacuis rebus noli scrupulosè multipliciter. Non est tibi necesse ea cognoscere, quæ ab humanis sensibus sunt remota. Dignum est valde, vt mentes hominum desinat iudicare, qui aliena uerba ne-

scit perfecte cognoscere. Quare? quia incerta nos iudicamus quoad usque ueniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Dignum est etiam, vt desinat peccare, qui alienam vitam uult reprehendere. Stulti homines dum alienos errores uolunt reprehendere, demonstrant suos. Tam diu homo ignorat peccata sua, quæ debuerat flere, & cognoscere, quam diu aliena uitia exquirat curiose. Sed cum homo ad semetipsum reuertitur, & sese bene considerat, non exquirat quod in alijs reprehendat, quia in semetipso multa quæ lugeat inuenit. Qui semetipsum bene considerat, in semetipso inuenit multa, quæ plangat. Vnde beatus Gregorius. Nos tanto minus debemus aliena uerba reprehendere, quanto scimus uisum nostrum non posse alienæ cogitationis tenebras illustrare. Etiam beatus Isidorus ait. Facilius reprehendimus uitia uniuscuiusque hominis, quam uirtutes intendimus, nec quid boni quisque fecerit agnoscere cupimus, sed quid male egerit perscrutamur. Igitur soror mihi in Christo dilecta moneo te, vt amplius reprehendas tua uitia, quam aliena delicta. De tua correctione esto sollicita. De tua salute esto contenta, de tua emendatione esto preuisa, quod ad te non pertinet noli querere, numquam desideres cognoscere quod inter se loquuntur homines. Noli querere quid quisque dicat, nec faciat. Caue curiositatem. Oblite curas alienæ uitæ, nulla curiositas animum tuum decipiat, nulla concupiscentia detestandæ curiositatis te subrepat: ne tu oblita tuorum morum, alienos perquiras. Christi sponsa tantæ cura corrige tua uitia, quanto studio reprehendas aliena. Nulla tibi sit cura sciendi latentia. Caue inquirere ea, quæ nõ debes scire, prætermitte quasi secretum, quod scripturæ sanctæ authenticæ didicisti, nihil ultra quæras quam scriptum est, nihil amplius perquiras, quam quæ in litteræ demonstrant. Scire numquam desideres quod scire non debes. Soror uenerabilis scito pro certo, quia curiositas periculosa præsumptio est. Curiositas dānosa peritia est, ad hæresim prouocat, in fabulas sacrilegæ præcipitat mentē. In caulis obscuris reddit audaces. In rebus ignaris facit homines præcipites. Soror amantissima cum omni studio vitam tuam emenda,

emenda, vt post hanc vitam merearis peruenire ad æterna gaudia. Amen.

De vigilantiâ. Sermo LV.

Dilecta soror audi dominum Iesum Christum in euangelio dicentem: Vigilate quia nescitis quando dominus venturus est. Et iterum: Omnibus dico vigilate. Et Petrus Apostolus: Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Cum homines dixerint pax est, & securitas, tunc repentinus veniet super eos interitus. Et Salomon ait: Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit. Quare? quia in futuro referuntur incerta. Soror in Christo dilecta, Ideo Dominus celauit nobis tempus sui aduentus, vt nos longa expectatione incerti semper credamus iudicem verum esse venturum, quia quando venturus sit, ignoramus. Verba sunt beati Gregorij: Lætitia præfentis vitæ ita est agenda, vt amaritudo sequentis iudicij numquam recedat à memoria: sæpe diabolus decipit hominem ad peccandum, & cū de rîna conspiciet eū afflictum, iterum per securitatem decipit eum. Igitur soror dilecta mihi in Christo, semper necesse est, vt cum bona agimus: mala, quæ fecimus ad memoriam reducamus: vt dum culpam certe cognoscimus, nūquam de bono opere incauti ætemur. Ideo Dominus voluit nobis horam vltimā esse incognitā, vt semper simus suspecti, vt dum illam videre non possumus, quotidie nos ad illam præparemus. Etiā in hac vita ne simus securi, Beatus Isidorus nos admonet dicens: Neque iustus de sua iustitia cōfidat, neque peccator de misericordia Dei desperet quidquam: sed pariter habeant in corde, spem, & metum. Sic speret Dei misericordiam, vt semper timeat eius iustitiam. Quamuis cōuersatio sanctorum sit probabilis, tamen incertum est hominibus, ad quem finem sunt destinati. Ideo numquam homo debet esse sine metu, quia satisfactio penitentia diuino tantum iudicio pensatur non humano. Vnde ait Cassianus: Quanto sumus securi de præteritis peccatis, tanto debemus esse solliciti de futuris. Venerabilis soror firmiter tene, quia omnia vita sapientis hominis medratio est mortis. Igitur soror in Christo mihi amabilis, si omni hora ad Deū vigila-

ueris, sapiens eris. Si quotidie mentē tuam ad Deum leuaueris, & diem mortis tuæ ad memoriam reduxeris, beata eris, secundum illud, quod quidā sapiens ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Hac de causa te moneo virgo honesta, vt semper sis pauida, sēperque suspecta. Semper esto sollicita, & contra diaboli tentationes astuta, semper vigila: & contra antiquum hostem incessanter pugna. Diebus, ac noctibus ora cum omni vigilantiâ, & contra insidias diaboli viriliter dimica, in omni vita tua esto prouisa: & contra verfutias inimici, & cum omni sollicitudine decerta. Etiam audi honesta virgo ea, quæ Iesus Christus sponsus tuus dicit in euangelio: Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus inuenierit vigilantē. Ergo si ad eum dem Dominum nostrum Iesum Christum vigilaueris tota mente, inter beatos computaberis in æterna beatitudine. Beata eris, si cum omni deuotione oculos mentis ad verum lumen, quod Deus est leuaueris. Vere beata eris, si ad Deum cum omni instantia vigilaueris, quia promissit Deus coronam vigilantibus. Vnde in Canticis Canticorum de oculis sponsi dicitur. Oculi eius sicut columbæ super riuolos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residet iuxta fluentia plenissima. Oculi sponsi sancti viri sunt, qui sicut columbæ in simplicitate viuunt: & alijs suis prædicationibus, atque exemplis viam salutis ostendunt. Super riuulos aquarum esse perhibentur, quia semper in refectioe sanctorum scripturarum conuersantur: qui lacte sunt loti, quia per gratiam Dei in baptismo à peccatis suis sunt mundati, quid per fluentia plenissima, iuxta, quæ sedent intelligimus, nisi sacræ scripturæ profunda, & arcana dicta, quibus nos reficimus dum ea legendo, vel audiendo haurimus? Ad hæc iuxta fluentia columbæ residere solent, vt ymbra volantium autum in aqua videant, super quam se proicientes vngues rapaces effugiat: sic sancti viri scriptura sancta fraudes demonum prospiciunt, & ex descriptione quam videt quasi ex ymbra inimicum cognoscunt, & eius deceptiones fugiunt. Sic & tu soror honestissima, in meditationibus sanctorum scripturarum esto assidua, quia in eis poteris cognoscere, qualiter hostium insidias valeas declinare. Honesti virgo, iterum te moneo, vt te consilij sanctæ scripturæ ex toto committas, videlicet, vt nihil aliud, sa-

cias, nisi quod ex responsu scripturarum au-
 dieris: quia ibi inuenies qualiter fraudes de-
 monum fugias. Moneo etiam te, vt metu ra-
 pacium auum, id est dæmonū super fluen-
 ta sanctarum scripturarum fedecas, ne tu im-
 prouisa (quod absit) inimicis tuis præda
 fias. Rogo, vt super riuulos sanctarum scri-
 pturarum indefinenter vigiles, & vt cum
 summo studio deceptiones inimicorum vi-
 tes. Heu insipientes, quare non cognosci-
 mus, vel intelligimus, quia in conspectu Do-
 mini cogitationes nostrę, antequam ad actū
 procedant, manifestę sunt, & apertę? Dicit
 enim Psalmista, Scrutans corda, & renes
 Deus. Igitur soror charantissima, cogitemus
 nos in conspectu Dei semper astare, & co-
 gnoscamus, quia terra, & cinis sumus. Ecce
 Deus noster terribilis retribuens vnicuique
 secundum opera sua in proximo est: & non
 tardabit, ipse veniet, & saluos nos faciet. Vi-
 gilemus ergo cū omni perseuerantia, & deu-
 otione, vt cum venerit, & pulsauerit non
 inueniat nos dormientes: sed vigilantes in
 suis laudibus, & in suo amore, atque in suo
 sancto seruitio. Curramus ergo dum lucem
 habemus, ne tenebrę nos comprehendant.
 Sic, aut sapiētia Dēi in prouerbij: Beatus,
 qui audit me, & qui vigilat ad fores meas
 quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.
 Qui me inuenerit inueniet vitā, & hauriet
 salutem à Domino. Virgo Christi ideo te
 moneo, vt cū omni studio vigiles ad Deum
 vt in diemecessitatis tuę possis eum habere
 propitium. Igitur honesta virgo, nullus ca-
 sus te inueniat imparatam, nullus sit casus,
 quē nō præueniat meditatio tua, propone
 ante oculos tuos nihil esse, quod accidere
 nō possit. Cōmemorare semper futuras mi-
 serias, in prosperis meditare quo pacto ad-
 uersaberis. Sēper cogita in mente, ne aliquid
 contrarij accidat. Sapiētis hominis est præ-
 uidere iacturā periculi, omnia meditata le-
 uiori euentu accidunt. Expectata mala to-
 lerabiliter feruntur, perfecta res admittatur
 cum acciderit. Aduenientes impetus præ-
 meditatio frangit, præcogitatio attenuat fut-
 uras molestias, præuisio lenit aduentū ma-
 lorum, inopinatum malum forrifer ferit.
 Graua sunt, quę cogitata nō fuerant. Acer-
 ba existunt, in quibus improuisi incurrimus.
 Improuisa mala grauiter ferunt. Repenti-
 num malū cito frangit, quod prouisum nō
 est, vehementer affligit. Subita maris tem-
 pestas terrorem suscitāt, improuisus hostis

male perturbat: omnia repentina grauiora
 sunt, quę repente accidunt, grauius occur-
 runt. Igitur soror mihi in Christo dilectis-
 sima, & ad bona, & mala cor tuum præpara:
 in die bonorum, ne immemor sis malorum:
 & in die malorū, ne immemor sis bonorū.
 Esto peruigil sensu, ne vanis cogitationibus
 polluaris. Ama scientiam scripturarum, &
 contemne vitia carnis. Soror charissima, si
 ex toto corde tuo ad Deum vigilaueris, &
 ei in omni vita tua cū omni deuotione ser-
 uieris, absque vlla dubitatione cum eo in cę-
 lesti curia regnabis. Amen.

De prudentia. Sermo LVI.



Oror charissima audi Dominū Ie-
 sum Christum in euāgelio dicē-
 tē: Estote prudentes sicut serpē-
 tes, & simplices sicut colūbæ. Et

Salomon ait: Simplicitas iustorum diriget
 eos, & supplantatio peruersorum vastabit
 illos, via simplicis via Domini: & pauor his
 qui operantur malum. Iustitia simplicis di-
 riget aīam eius, & in impietate sua corruet.
 Impius innocēs credit omni verbo. Qui au-
 tem decipit iustos in via mala in interitu
 suo corruet, & simplices possidebunt bona
 eius. Vni sanguinum oderunt hominem
 simplicem. Iusti aut quærunt salutem illius,
 Sacta rusticitas sibi soli prodest, & quantum
 ædificat Ecclesia Christi, merito vitę tan-
 tum destruit, si his, qui veritatem destruat
 non resistit, & beatus Hieronymus ait: In
 feruis, & in ancillis Dei, non est querendus
 cultus corporis, sed simplicitas mentis, nec
 simplex, nec rusticus. Ideo secundum se exi-
 stimet sanctitatē in sua lingua, sed tantum
 modo in pura, & simplici conscientia. Ex
 duobus imperfectis multo est melius habere
 rusticitatem sanctam, quā eloquentiam
 peccatricem. Magis vniuersa est sancta ru-
 sticitas, quā verbosa loquacitas. Soror in
 Christo dilecta, si nostra intentio est sim-
 plex apud Deū, in iudicio eius nostra ope-
 ratio tenebrosa non erit: qui casti esse pu-
 stitiam nesciunt, nequaquid esse innocentes
 per simplicitatem possunt. Sanctorum ele-
 ctōis. *Pauli, Petri, & Paulini, & simplici-
 tatis suę timore inchoat, sed caritate con-
 summat. Deus enim non solum verborum,
 sed & cordis inspector est, & diriget eos, qui
 in simplicitate cordis seruierit. Unde spon-
 sus in Cantica Canticoi loquitur discens:*

B

Matth. 10, 6

C

Vna est columba mea, perfecta mea, vna est
 matri suæ electa genitrici suæ. Mater nostra
 est regeneratrix gratiæ Dei, apud quam vna
 colūba eligitur, quia illos solos colligit, qui
 in simplicitate permanent: & ab vnitatem
 diuiduntur. Multi quippe fideles dum ad
 ipsum intendunt, dum vno desiderio Chri-
 sti se inuicem nutriunt, dum habentes cor
 vnum, & animam vnam se in caritate con-
 iungunt, ex multis membris vnum corpus
 efficiunt, in me omnes, qui in simplicitate
 vnitatis viuentes vna columbæ existunt: Ea
 quæ apud homines despecta sunt, & in con-
 temptu habentur, in magna gloria sunt, apud
 Deum. Igitur venerabilis soror, omni-
 potentem Deum deprecetur, vt mittat nobis
 spiritum sanctum de cælis, qui nos faciat
 habere simplicitatem columbæ, & prudentiam
 serpentis, vt simus in malitia simplices
 & in bonis operibus prudentes. Serpens, n.
 astutum est animal, vt de aspide legitur: quæ
 videns incantatorem venientem affigit aurem
 vnam terræ, & aliam cauda obturat, ne
 incantatoris vocem audiat. Vnde propheta, de
 his qui crudeles, & prudentes sunt in malo
 dicit: Furor illis secundum similitudinẽ ser-
 pentis, sicut aspidis surdæ: & obturant au-
 res suas, vt non exaudiat voces incantan-
 tiũ, & venefici incantantis sapienter. Imitare
 ergo, & tu soror amabilis hunc serpen-
 tem in hæc parte videlicet vt aures tuas claudas,
 ne mala verba audias. Honeſta virgo
 deprecare Deum, vt oleum peccatoris non
 impinguet caput tuum. Oleum peccatoris
 laus est adulatoris. Serpens obturat aurem
 suam, ne audiat incantatorem, & tu claude
 aurem similiter, vt non audias detrahentem.
 Prudens est aspis, ne verbum mortis audiat,
 & moriatur: ego & tu esto prudens ne verba
 mala per aures tuas intrent ad animam
 tuam & moriaris. Igitur sponsa Christi nec
 prudentia serpentis sine simplicitate colum-
 bæ, nec simplicitas columbæ sine prudentia
 serpentis debet esse in te, quia columbæ sim-
 plicitatem astutia serpentis, vt mala caueat
 sollicitet, & prudentiam serpentis simplicitas
 columbæ, vt bona faciat, temperet. Soror
 amantissima mihi in Christo, etiam columba
 septem virtutes habet, vt legimus in se, quas
 tu per gratiam sancti Spiritus poteris habere
 in te. Columba sæpe super riuulos aquarum
 sedet, vt viso accipit, veniente se in
 vndas emergat, & euadat, in tritico melio-
 ra grana eligit, sæpe alienos pullos nutrit.

Rostro non percutit, non habet fel, nidum
 facit in fenestris murorum, gemitum habet
 pro cantu. Deprecare ergo Deum honesta
 virgo, cum summo studio, vt det tibi has vir-
 tutes columbæ, scilicet, vt super riuulos san-
 ctarum scripturarum sed eas, & admonitione
 earum incursum diaboli euadas. In sacra
 scriptura meliores elige sententias, ex quibus
 te reficias: nutri aliquos pullos, id est ho-
 mines prius à Deo alienos tuis verbis, atque
 exemplis ad Deum conuerte. Rostro non
 percutis in proximo tuo, malum nõ facias
 nec malum dicas: non habeas fel, id est non
 habeas in te iracundiam. In fenestris petra-
 rum fac nidum tuum, id est spem tuam. Ge-
 mitum habe pro cautis videlicet, vt sicut ho-
 mines gaudent sæculares cantilenis sæculi,
 ita tu gaudeas in gemitu, & tristitia spiritua-
 li. Igitur soror venerabilis, sicut superius di-
 xi tibi oportet te pariter intelligere, & caue-
 re insidias inimici cum omni sollicitudine.
 Sic te oportet per innocẽtiam vitæ esse sim-
 plicem, vt tamen cum simplicitate vitæ o-
 porteat esse prudentem. Ille, qui non misce
 prudentiam simplicitati secundum quod
 ait Propheta: Columba est seducta non ha-
 bēs cor, sed ideo est columba, quia simplex:
 ideo autem non habet cor, quia non habet
 prudentiam. Iterum soror charissima te mo-
 neo, vt in corde tuo præpares dignum ha-
 bitaculum Christo, quatenus ipse veniens
 cum patre, & Spiritu sancto dignetur apud
 te mansionem sibi facere in domicilio tui
 pectoris. Amen.

Vt laica mulieres vitentur.

Sermo LVII.

Charissima soror fuge societatem
 sæcularium mulierum. Sæcula-
 res feminae, quæ tecum non ha-
 bent vnam professionem, non
 accedant ad tuam societatem, quia, quod
 amant, hæc tibi prædicant. Ecce quod dili-
 gunt tibi dicunt, ideo debes vitare societa-
 tem sæcularium feminarum, quia sæculum
 diligunt, & de sæcularibus loquuntur,
 terrena amant, & ideo terrena tibi annunciant,
 transitoria concupiscunt, & ideo in auribus
 tuis transitoria exponunt. Sic enim scriptum
 est: Vnusquisque hoc laudat, quod diligit. Et
 ideo sæcularis femina sæculum laudat, quia
 sæculum diligit. Certe si cælestia diligeret,
 cælestia laudaret. Sine dubio, si cælestia
 amaret,

amaret, cælestia approbaret: cælestia prædicaret, si æterna concupisceret, æterna tibi suaderet. Et ideo soror monco te, vt societatem sæcularium foeminarum expellas à te. Quare? quia corrumpunt bonos mores colloquia mala, & praua. Quid facit vxor viri cum sponsa Christi? Aut quid agit mulier nupta cum virgine Deo deuota? Quid in vnum agit sæcularis fœmina cum Christi spõsi? Quid agit fœmina sæcularis cum sanctimoniali fœmina? Vel quid agit fœmina, quæ mundum diligit, cum fœmina, quæ mundum reliquit? Quid agit fœmina maritata cū muliere Christo dilecta? Quid quæ amat virum cum ea quæ diligit Christum? Fœmina, quæ tuum propositum nõ tenet, quare ad tuam societatem venit? Sæcularis fœmina, quæ non habet tuum habitum, quare accedit ad tuum confortium? Sæcularis fœmina quid tecum agit, quæ tecum iugum Christi non ducit? Fœmina, quæ tecum iugo Christi collum non submitit, quare ad tuum colloquium accedit? Dispar est habitu, dispar affectu. Et sicut dispar est vestimento, ita animo. Mulier sæcularis organum est Sathanæ. Hæc cantat tibi quod illecebras sæculi moueat, & semitas diaboli ostendat, sicut legimus: Syrena maris talis est sursum ex umbilico qualis pulcherrima, & formosa virgo. Ex umbilico vero vsque ad pedes talis sicut est piscis. Syrena habet caput virginis, & posteriora piscis. Cantat dulce magnis vocibus, & multis modulis, atque cum magna dulcedine dat voces concordēs. Sed per suas dulces cantilenas sæpe marinarios decipit, & in d. serimen perducit. Sæpe nauatæ nauigantes mare dulces audiunt voces Syrenarum, & per dulces voces, & suauē cantus earum decipiuntur, & ad mortale periculum perducuntur. Sicut Syrena per dulces cantus decipit marinarios, ita sæcularis fœmina per suos deceptorios sermones decipit Christi seruos. Et sicut Syrena per suauē cantilenas solet nauigantes mare à recto itinere deniare, atq; in perditionem perducere, ita sæcularis fœmina per blanda verba ac seductoria solet Deo seruiētes à sancto proposito retrahere & in periculum animarum suarum perducere. Igitur soror dilecta mihi in Christo, fuge cantus Syrenarum, ne, cū delectaris audire delectamenta terrena à recto itinere auertaris. Quid n. sunt verba sæcularium mulierum nisi cantus Syrenarum? Ergo cantus Syrenæ fuge, & à lin-

gua male suadentis mulieris separa aures tuas. Sic declina verba sæcularis mulieris quasi sibilos serpentis. Caue ne sicut serpēs decipit mulierē in paradiso: ita te decipiat venenosa lingua male suadētis mulieris in monasterio. Vide ne mulier vana, & garrula infundat in aures tuas mortis venena. Caue ne mors intret per fenestras tuas. i. per oculos, & aures tuas in animam tuā. Soror venerabilis, cum videris mulierem disparē tui propositi, muni cor tuum scuto fidei: & contra eam trophæo crucis arma frontem tuam. Honestā soror in hoc solum cum muliere sæculari concedo tibi colloquiū, vt sanctis admonitionibus suadeas illis relinquere sæculum, & venire ad monasterium. In hoc solum tantum do tibi licentiā loquendi cū sæculari fœmina, vt doceas eam despiciere terrena, & amare cælestia, & etiam exire de sæculo: & seruire Deo: Iterum vt per tuam allocutionem transitoria despiciat: & æterna cōcupiscat. Soror charissima si ita feceris sicut dixi tibi: & te in hoc sæculo à malo custodies, & in futuro à Domino coronam in cælo recipies. Amen.

Vt virgo non diligit societatem virorum.
Sermo LVIII.

Soror charissima, & si tanto studio fugies fœminas, quanto magis debes fugere viros? Et si tam sollicitè vitabis societatem mulierum, quanto magis vitare debes societatem virorum? Et si tanta cura confabulationes fœminarum declinabis, quanto magis deceptiones virorum declinare debes? Et si tantopere aures tuas separabis à verbis fœminarum, quanto magis eas debes separare à seductorijs eorum verbis? Soror mihi in Christo dilecta, monco te, vt vir quamuis sit sanctus: nullam tamen tecum habeat societatem, licet sit sanctus & iustus, nullam tecum habeat familiaritatem, quamuis sit religiosus nullam tecum habeat assiduitatem, quamuis sit bonus, nullam tecum habeat viuendi iugitatem. Quare? Ne visitado familiaritate vtriusque pereat castitas. Ne viuendi frequentatione vtriusque annihiletur honestas, ne viuendi iugitate vtriusque religiositas infametur, ne videdi vsu, vtriusque persona dehonefctetur. Decidet à caritate Dei, qui occasionem dederit peccandi. Decidet etiam à caritate proximi, qui occasionem præbue-

rit male faciendi. Quia etsi male non facit opere, tamen opinionem pessimam nutrit. Per assiduitatem saepe peccat homo. Sape familiaritas vincit, quos vitium superari non potuit, saepe occasio peccandi voluntatem fecit, & facit. Quos voluptas superare non potuit, assiduitas superat. Dispar sexus in vnum collocatus illuc prouocat instinctum carnis, quo nascitur. Etiam naturalis flamma carnis accenditur, si illicita attingit. Vir & foemina diuersi sunt per naturam, qui si in vnum fuerint collocati, quamuis non peccent tamen per vsum inter se malam famam nutriunt. Quis colligabit ignem in sinu suo, & non comburetur? Ignis, & stupa in vnum posita flammam nutriunt, quamquam sint contraria, si in vnum fuerint collocata, flammam generant: ita vir, & foemina, si in vnum fuerint positi licet malum non faciunt, tamen per assiduitatem inter malam famam nutriunt, & alios de se murmurare faciunt. Religiosus vir, & sanctimonialis foemina si immoderate coniunguntur sibi, alijs de se locum praebent murmurandi. Sexus viri, & foeminae diuersus est, & ideo si in vnum coniunguntur, statim inde occasio peccandi nascitur. Quid ergo in vnum facit ignis, & stupa. Cur serpens collocatur in sinu? Quare ignis collocatur in vestimento? Quare foemina, quae castitate promissit Deo societatem habet cum viro? Foemina, quae propter Deum saeculum contempsit, quare viri familiaritatem diligit? Quare amat praesentiam virorum, quae cum Christo desiderat in trare celestem thalamum? Quare foemina Deo deuota quaerit audire deceptorum virorum verba? Quare quae in saeculo maritum habere noluit, in monasterio posita facit sibi hominum videre concupiscit? Igitur soror mihi in Christo dilecta, si vis esse a fornicatione secura, esto mente, & corpore a societate hominis separata, si perfecte vis castitatem tenere pro amore Christi, longe te fac a societate viri. Tu circa serpentem si fueris posita, tamen non eris longo tempore secura. Circa ignem sedens, & si ferrea sis aliquando dissolueris. Circa periculum constituta non eris diu illasa, vel secura. Audi ergo soror mihi in Christo amantissima, beneconsilij verba: viri nomen tuum non sciant, faciem tuam non videant, faciem tuam non cognoscant, quamuis nomen tuum audiant. Audi etiam virgo honesta Pauli apostoli verba: Oportet nos habere

testimonium bonum de his, quae foris sunt & intus. Bonam vitam propter nos, bonam vero famam propter ceteros. Soror venerabilis, si propter Deum in terra vitaueris societatem virorum, per Deum in caelo habebis societatem angelorum. Amen.

Vt virgo fugiat societatem iuuenum.

Sermo LIX.

M

Charissima mea soror, & si taliter viri sancti sunt declinandi, ne vtriusque sanctitas pereat assiduitate viuendi, quanto magis declinandi sunt iuuenes, qui sequuntur temporalis vitae tenebrosas vias, ac delectationes. Et si tanta cura frequentiam sanctorum virorum fugere debes quanto magis te oportet fugere iuuenes huius saeculi concupiscentias sequentes? Ad hoc diabolus oculis religiosae foeminae iuuenes obijcit, vt formis eorum, quos per diem viderit, meditetur in nocte, & vt recens visio, & corporis inspectio assidue versetur in animo. Sic intrat sagitta Sathanæ per ianuas oculorum vsque ad animum. Vnde propheta: Intrauit mors, inquit per fenestras vestras, ingressa est domos vestras: non intrat sagitta diaboli ad interiora mentis nisi per sensus corporis. Soror in Christo dilecta mihi, amandi sunt viri, sed absentes. Amandi sunt homines, non intus, sed foris. Diligere debemus homines in animo, sed non in domo. Dilige homines in mente, sed a longe. Diligendi sunt viri, quia sunt opus Dei, sed extra domum. Amandi sunt viri non propter pulchritudinem corporis, sed quia sunt opus creatoris. Iterum soror venerabilis te moneo, vt numquam loquaris sola cum solo. Nullus loquatur tecum singulariter: nec tu praeter duarum, aut trium testimonium loquaris cum aliquo. Non debet sponsa Christi sola cum solo loqui, nisi cum sua magistra, cum agit poenitentiam suis peccatis. Sanctimonialis foemina, quae cum viro sola loqui desiderat, stultitia in mente eius regnat. Audi igitur dilecta mihi, si perfecte castitatem vis tenere pro amore Christi, longe discede a societate viri. Si perfecte in terra contempseris societatem virorum pro Christo, absque vlla dubitatione, cum eo regnabis in caelo. Amen.

Vt virgo non coniungatur malis hominibus. Sermo LX.

libenter audieris, & ea opere impleueris, inter electos Dei computaberis.

Vt virgo non suscipiat dona, vel litteras in occulto. Sermo LXI.

Prout. 1.

a

Honestissima soror audi verba Salomonis, Fili mi si te laetae rint peccatores, nō acquiescas eis; ne aemuleris hominē iniuisti, ne sequareis viā eius. Discede ab homine iniquo, habebis pacē. Viri iusti socij sint tibi & in timore Dei sit gloriatio tua. Quemcūque hominem cognoueris obseruantem timorem Dei, in amicitia iungatur tibi. Hominibus malis nō coniungaris. Beatus Ambrosius: Sanctorum hominum vita ceteris hominibus bene viuēdi debet esse norma. Qui a sancto viro associatus fuerit, ex eius societate accipiet vsum bonae locutionis, & exemplum boni operis, vt accendatur de die in diem mens eius in amore Dei. Non est valde laudabilis ille, qui bonus est cum bonis, sed vere ille est laudabilis, qui bonus est cū malis: vere ille homo est laudabilis, qui in societate malorum est bonus. Sicut ille est culpandus, qui malus est inter bonos: ita ille est laudandus, qui bonus est inter malos. Verba vitæ sunt verba hominum Deum timentium, & sanitas animarū his, qui ea sequuntur, & diligunt. Sicut sol oriens expellit caliginē, ita sanctorum doctrina a sensibus, noctis expellit tenebras vitiorum. Vnde Dauid propheta: Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Igitur soror mihi in Christo dilecta, si vis bene viuere, malorum societatem declina. Vita malos, caue iniquos, fuge improbos, sperne a te ignauos. Fuge turbas hominum: maxime atatum, quæ pronæ sunt ad vitium, nec te adiungas leuibus personis, nec te admisceas vanis. Bonis te coniunge, bonorum consortium appetere, bonorum societate require, sanctis individue adhære. Si fueris socia eorum, cōuersationis eris, & virtutis. Qui cum sapientibus ambulat, sapiens est: qui cum stultis graditur, stultus est. Similis enim simili cōiungi solet periculosum est vitam cū hominibus, malis ducere, perniciosum est vitam cum his, qui prauæ voluntatis sunt, sociare. Melius est habere malorum odium, quā consortium, sicut multa habet bona vita communis sanctorum, sic plurima mala affert societas malorum. Qui enim tetigerit immundum, coinquinabitur. Qui tetigerit sordidum sordidabitur. Igitur soror venerabilis, si verba mea

Psal. 17.

d

Charissima soror audi, quæ dico, ancilla Christi, quæ in abscondito litteras, vel dona recipit, ordinem suum frangit. Magnum malum facit, & grande peccatum committit si ab hominibus litteras, vel quodlibet munus suum suscipit, quia suum ordinem frangit, grande malum agit, quæ propter temporalia dona sui ordinis præuaricatrix existit. Sanctimonialis femina, quæ cum Christo desiderat intrare ad nuptias, non debet hominibus dare sudariola, peccines, corrigias, vel specula, aut fascias, quæ Christum expectat cum ardente lampade, non debet ab hominibus accipere dona secularia, scilicet peccines, specula, & cetera alia, quæ propter amorem Christi velata non debet ab amicis illis accipere vanitatis dona: Quæ propter Deum super caput suum velum factum imposuit, multum peccat, si ab hominibus dona secularia accipit. Sanctimonialis foemina, quæ in talibus delectatur, magna vanitate decipitur, & signum demonstrat meretricis. Vnde dicit beatus Hieronymus: Dulces litteras, & sudariola, & crebra munusculā, sanctus amor non habet. Ac si diceret: Si in mente sanctimonialis foeminae sanctus amor esset, & dona vanitatis, & superfluitatis ab hominibus nō acciperet. Mēs casta, & religiosa nō desiderat a secutribus amicis accipere dona: sed Christus pro cuius amor cōtēnit omnia terrena. Qui ab illo solo debet cōcupiscere dona, cū quo sperat gaudere in caelesti patria. Casta foemina non quærit terrena dona, sed caelestia. Quotidiano homo amplius in terrenis donis delectatur tātō magis a Dei amore elongatur. Sed si sanctimoniales feminae faciunt in monasterio quod mulieres seculares facere solent in saeculo satis culpabiles sunt coram Deo. Ergo inter seculares, & sanctimoniales nulla est differentia? Igitur si inter eas, quæ sunt in monasterio, & eas, quæ sunt in saeculo nulla est distantia, ita inter religiofas, & seculares foeminas nulla est dissonantia. Ergo si sanctimoniales foeminae delectabilia dona dāt suis amicis, sicut facere solet meretrices, vbi est honestas, vbi religiositas, vbi castitas, vbi

puritas, vbi sanctitas? Si sanctimonialis foeminae, quae per bona opera debuerant placere, Deo, suis amicis placent in malo, luxuriosa dona dando, vbi est pudicitia, vbi continentia, vbi reuerentia, vbi verecundia? Ita si sanctimonialis foeminae plus volunt placere hominibus in saeculo, quam Iesu Christo aeterno regi in caelo, vbi est obseruantia religionis, vbi rigor ordinis, vbi ardor contemplationis, vbi munditia mentis, vbi contritio cordis, vbi sollicitudo orationis, vbi gemitus pectoris, vbi habitus monachalis? Si sanctimonialis foeminae laetantur in temporalibus donis sicut laetari solent saeculares homines, vbi est contemptus saeculi, vbi timor inferni, vbi memoria iudicii, vbi recordatio aeterni incendij, vbi amor Dei? Igitur si sanctimonialis foeminae concupiscunt dona vanitatis ab hominibus accipere, vbi est memoria delictorum, vbi lacrymae oculorum, vbi recordatio peccatorum, vilipeditur, contemnitur, despicitur, annihilatur. Reuera sanctimonialis foemina, quae ab hominibus accipit, in quibus delectatur, ordinem suum contemnit, quae plus gaudet in suorum amicorum donis, quam in praecipuis sui ordinis sui praepositi est praeruaricatrix. De talibus propheta ait: dextera eorum repleta est muneribus, ac si diceret: Quamuis opera eorum videantur bona, tamen plus laetantur in muneribus, quam in bonis operibus.

Magis volunt ab hominibus accipere dona, quam a Christo aeterna bona. Sanctimonialis foemina, quae Christum perfecte diligit, delectabilia, & superflua dona ab hominibus non recipit, quia Christum in omnibus donis anteponit. Vnde in Cantico Cantico Ecclesiae dicitur: Pulchrae sunt genae tuae sicut turtur. Turturi assimilatur Ecclesia, vel quilibet sancta anima: quia Christum perfecte diligit, & nihil amoris eius praeposit. Turtur ex quo per occasionem coniugem suam perdidit, numquam alterum amplius quaerit, quia adulterium amorem non recipit. Sic sanctimonialis foemina, quae Christum perfecte diligit: amplius adulterinum amorem non recipit, id est, amplius in malo homines non diligit religiosa foemina, quae plus diligit hominem, quam Christum non est casta, sed adultera, quae Christum contemnit, cui fuerat desponsata. Religiosa foemina quando primum ad monasterium venit, Christum in sponsum suscipit. Post haec vero sicam inter homines

super Christum diligit, adulterium facit: & si non corpore, iam tamen adultera est in mente, secundum illud, quod dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo: sic etiam moechatur mulier cum viro, si eum in corde suo concupierit, vel cum carnaliter dilexerit. Quapropter dilectissima mihi in Christo soror, te moneo vt Christum sponsum tuum super omnia ames, & ab illo solo dona accipere desideres. Obsecro te, vt Iesum Christum sponsum tuum super omnia diligas, & pro amore illius saecularia dona non accipias, proculdubio, qui terrena dona affectat, caelestia non sperat. Munera excacant oculos sapientium, & mutant verba iustorum.

Certe si munera excacant oculos sapientium, obcaecant etiam, ne Deus videat metes religiosorum virorum, si (quod verum est) dona oculos sapientium excacant, etiam, & oculos seruatorum Dei, ne Christus videatur conturbant. Vnde beatus Isidorus: Non potest oculus mentis alta videre, quem puluis claudit: ac si apertius diceret, non potest oculus mentis perfecte caelestia conspiciere, quae puluis claudit concupiscentiae. Non potest mens serui Dei ad contemplandum Deum esse libera: si adhuc terrenis cupiditatibus obscuratur. Si adhuc mens sanctimonialis foeminae in terrenis donis delectatur, perfecte caelestia non contemplatur. Si accipiendo, vel donando hominibus placere desiderat, Deum perfecte non amat. Nam & a Deo despecti sunt, qui in his vanitatibus placere concupiscunt. Vnde ait David propheta: Deus dissipabit ossa eorum, qui hominibus placet: confusi sunt, quonia Deus spreuit eos: Rogo etiam te soror venerabilis in Christo, vt cum omni deuotione audias Isaiam prophetam dicentem: Qui excutit manus suas ab omni munere in excelsis habitabit, & regem sanctorum videbunt oculi eius in decore suo. Ac si diceret, qui propter Deum manus suas ab omni munere excutit, in caelo habitabit & regem sanctorum in gloria sua videbit, qui causa amoris Dei ab hominibus dona vanitatis, & superfluitatis non recipit, Deum in maiestate sua videbit, & cum omnibus sanctis in decore illius in perpetuum gaudebit.

Ideo soror in Christo amabilis, te rogo vt accipias consilium huius sancti prophetae, & excutias manus tuas ab omni munere. Si tu in excelsis vis habitare, ab omni munere manus tuas excute. Iterum te moneo per

gratiam Dei vt studeas imitari illū qui ait: Ego cum iustitia apparebo in cōspectu tuo: fatiabor cum apparuerit gloria tua. Amen.

Vt virgo cum deuotione reddat quod Deo promisit. Sermo LXII.

S Oror charissima bene cogites quid Deo voueas, & reddas teipsam, voue integram, & redde. Teipsam de peccatis accusa: Deum in beneficijs lauda. Nihil boni tibi tribuas, ab illo cūcta bona, quæ habes te accepisse dicas. Confitere illum misericordem, te peccatricem: illum veracem, te mendacem. Rogo soror dilecta, vt dicas cum propheta: Introibo in domum tuam, id est, in monasterium in hoc locaustis, hoc est in spiritu contritionis, & compunctionis reddam tibi vota mea, id est ibi me integram offeram tibi in ara cordis, quā tibi voui. Necessè est, vt qui saluari desiderat, bona, quæ Deo vouit, cum omni deuotione reddat, quicumq; ad gaudia æterna desiderat peruenire, necessè est, vt bona quæ Deo promisit, studeat adimplere, vnde propheta: Vouete, & reddite domino Deo vestro. Ac si diceret: Vos ipsos vouete, & reddite, quia necessè est, vt qui vouit etiam reddat: quia vouendo se debitorem fecit. Et melius esset non vouere, quàm post votum promissa non soluere. Sunt etiam quædam vota omnibus communia, quædam vero specialia. Communia vota sunt ea, quæ in baptismo promissim scilicet, vt nō peccaremus, & vt diabolo, & operibus eius abrenunciemus. Specialia vota sunt, quando aliquis se monachum fieri, aut canonicum, aut heremitam, vel aliquid aliud promittit. Quod si ille, qui vouit non reddiderit, saluus esse non poterit. Quia qui Deo vt bene viueret promiserit, si hæc bonis operibus non impleuerit saluari non poterit. Quisquis bona, quæ Deo pollicitus est implere neglexerit, ad illa bona, quæ Deus promisit, peruenire non poterit. Ille qui Deo non vult reddere bona, quæ vouit ei, quomodo vult à Deo accipere bona, quæ ei Deus promisit? Quomodo vult à Deo accipere donum cælestis, qui Deo nō vult reddere suum votū? aut quō se putat à Deo accipere cælestia dona, qui Deo negligit persoluere vota sua quia non est fidelis, sed infidelis? inter infideles condemnabitur ille, qui vota sua Deo negligit reddere, inter infideles peri-

bit qui votum suum in bonis non consummauerit. Igitur soror in Christo dilecta mihi, moneo te, vt facias bonum, quod promissisti, non sis in verbis facilis, & in operibus difficilis. Coram Deo facere aliquid facile non promittas, sine consideratione virium nihil presumas, quod non potes facere, non promittas. In conspectu Dei multum eris culpabilis, si non reddideris bonum, quod promiseris. Qui vota sua non explent, Deo displicent. Inter infideles deputabuntur, qui quod vouerunt non impleuerunt. Melius est enim non promittere quàm fidem promissi nō soluere. Verumtamen soror venerabilis rescinde fidem in malis promissis, in turpi voto muta decretū. Malum quod promissisti nō facias, quod incaute vouisti nō impleas. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Nunc ergo sponsa Christi sicut iam dixi tibi, si cum omni deuotione reddideris Deo bona, quæ ei promissisti, accipies ab eo æterna bona, quæ ille promisit tibi. Amen.

Vt virgo semper illud consideret propter quod venit ad monasterium, sermo LXIII.

K

S Oror charissima scito, quid sis, cognosce temetipsam, reduca ad memoriam quare sis nata, esto memor cur sis orta, in quem vsus sis genita, qua conditione edita. Ad quam rem sis in hoc sæculo procreata. Memento cōditionis tuæ, serua ordinē naturæ tuæ. Esto quod es facta, esto qualem te Deus fecit: qualem te factor instituit, esto talis. Tene modum in omni opere tuo, in omni re temperamentum tene. Nihil facias sine temperatā, nec minus facias aliquid nec minus, nec vlti quam oportet nec infra. Etiam in bonis immoderatum aliquid non debet esse. Omnia mediocria sunt vtilia, & in suo modo perfecta, quæ cū temperantia sunt, salubria sunt. Bona aut immoderato vsu noxia efficiuntur. Omnis enim nimietas in vitio deputatur. Temperate facere cuncta, prudentia est, ne de bono facias malum. Soror dilecta respice etiam quid sit aptum cuiquam tempori. Primo videas, quid debeas facere, & vbi, & quando, quāter, & quamdiu facias, per discretionem cognosce causas rerum. Cum omni diligentia distingue omnia, quæ agis, diligenter excogita qualiter bonum incipias, & per-

fectas.

rat peccata sua plorare. Nos miseri quare
ridemus, qui de omnibus operibus nostris
in conspectu angelorum, & omnium sanctorum
Deo rationem reddituri sumus? Deo
melius est nobis in hac vita lugere peccata
nostra, ut à Domino possimus consequi veniam
in futuro. Obsecro igitur te soror venerabilis,
ut risus, & iocos caueas, & pro peccatis
tuis indefinenter lacrymas fundas, locos
& risus fuge, & peccata tua incessanter
luge. Audi sponsa Christi, quid sponsus in
Canticis canticorum sponsæ loquitur di-
cens: Oculi tui sicut piscina in Efebon di-
cuntur. Quia dum sancta anima de hac pe-
grinatione plorat, per gratiam Dei à pec-
catis se lauat. Sic sanctimonialis femina de-
bet sine intermissione lugere, ut se à pec-
catis suis possit lauare. Igitur soror charissi-
ma, si in hac vita peccata nostra perfecte
plorauerimus, & à vanitatibus huius mundi
recesserimus, peccatorum nostrorum veniam
nos obtinere credimus.

Vt virgo non desideret ciuitates videre.

Sermo LXVI.

Honestissima soror, audi quomodo
Hieremias propheta no-
strus iniquitates plorat dicens:
Quomodo obscuratum est aurum,
mutatus est color eius optimus? Dis-
persi sunt lapides sanctuarij in capite om-
nium platearum. Per aurum intelligimus
vitam religiosorum hominum quæ antea erat
per gloriam virtutum clara, nunc vero per
turpes operationes est obscura. Color opti-
mus auri, significat habitum sanctitatis, qui
per bona opera prius erat preciosus, atque
optimus, nunc vero per vitia, & sæcularia ope-
ra est mutatus, & vilis, atque despectus. Vere
est mutatus habitus optimus religiosorum
virorum videlicet monachorum, canonicorum,
& sanctimonialium feminarum, quando
amplius componitur, ut placeat in conspectu
populi, quàm ut placeat in conspectu Dei.
Verè est mutatus optimus color auri, quan-
do plus aptatur habitus religiosorum viro-
rum, ut placeat per vanam gloriam in conspe-
ctu omnium, quàm ut placeat per humilitatè
ante Deum. Certè hodie sunt mutata reli-
giosorum viro-um optima vestimenta, quan-
do magis ornantur, ut placeant in palatio re-
gis quàm in conspectu creatoris. Sequitur:
Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite

omnium platearum. Lapidès sanctuarij de-
signant religiosos viros, qui numquam de-
bent foris vagari, sed in secreto monasterij
ante oculos Dei semper commorari. Sed di-
persi sunt hodie lapides sanctuarij in capi-
te omnium platearum, quando religiosi vi-
ri quarendo vana, & sæcularia foris vagan-
tur. In capite omnium platearum lapides san-
ctuarij sūt dispersi, quādo viri religiosi plus
desiderant in palatio regis versari, quàm intra
claustrum monasterij commorari. Dispersi
sunt, quādo plus desiderāt audire superflua
verba diuitum, quàm præcepta scriptura-
rum. In capite platearum disperguntur, quādo
plus lætantur in conuiujs, & locutionibus
diuitum, quàm in paupertate, & abstinentia re-
ligiosorum fratrum. Serui Dei plus debent
diligere legumina in monasterio, quàm opulè-
ta conuiuia in sæculo. Religiosi viri plus de-
bent amare olera inter suos fratres, quàm mul-
titudinem ciborum inter diuites. Viri reli-
giosi amplius debent gaudere in mensa pau-
perum fratrum, quàm in mensa regum. Quare?
Quia sicut ait Augustinus: Melius est mi-
nus agere, quàm plus habere. Melius est pro
Christo in monasterio paupertatem susti-
nere, quàm in sæculo multas diuitias habere.
Necesse est igitur, ut quisque religiosus si
saluari desiderat, sæculum contemnat, & se
se intra monasterij claustra cõcludat. Debet
religiosus vir conuentus sæcularium homi-
num fugere, & societate seruorum Dei re-
quirere. Viri religiosi plus debent diligere
claustra, quàm regis aulam. Nunc igitur, au-
di quæ dico, & audita quæ monco. Melius
est tibi in claustro sedere, quàm plateas ciuita-
tis circuire, plus dilige in monasterio cõsi-
stere, quàm ciuitates videre. Melius est quie-
scere intra parietes monasterij, quàm appa-
rere in conspectu populi. Si te incluseris in
claustro, amaberis à Christo. Quod bene in
Canticis canticorum sponsus inlinuat, cum
sponsæ loquitur dicens: Hortus conclusus, Canticis canticorum
soror mea, hortus conclusus, fons signatus,
Vnaquæque sancta anima, hortus conclusus
esse intelligitur, quia dum virtutes nutrit,
flores gignit, virtutibus se nutrit, reficit, fru-
ctus quos germinat eosdem custodit.

Cõclusus enim hortus sancta anima esse
dicitur, quia dum amore vitæ æternæ à stre-
pitu seculari se abstrahit, dum visus hominum
fugit, dum bona, quæ agit propter laudes ho-
minum abscondit, dum se propter Deum ne
ab hominibus videatur includit, dum huma-

nas laudes contemnit, ipsa bona contemne-
re, intentione se circumsepit, ne ad interio-
ra rapienda hostis antiquus irumpere pos-
sit. Fons etiam signatus dicitur, quia dum
caelestia assidue cogitat, scientiam scriptura-
rum semper in ventre memoriae congregat,
quasi aquas viuentes sancta mens in se
gignere non cessat, ex quibus scientes pro-
ximos reficere valeat. Igitur soror charissi-
ma, sicut superius dixi tibi: Si dum viuis te-
ipsam pro amore Christi intra parietes clau-
stri incluseris, & perfecte praeceptis regulae
adhæseris, post hanc vitam cum eodem do-
mino nostro Iesu Christo sponso tuo in tha-
lamo lataberis. Amen.

De tentatione. Sermo LXVII.

144. 4. b

Honestissima soror, audi Iacobum Apostolum dicentem: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et beatus Hieronymus dicit: Nihil eo fortius, qui diabolus vincit, & nihil imbecillius, quam ille, qui à carne sua superatur. Sagittæ diaboli frigore vigiliarum, & ieiuniorum parcitate sunt extinguendæ. Callidus inimicus noster semper exquirat vnde nos decipere possit, & non tantum curat iugulare corpora, sed animas quasi lupus gregem. Diabolus dissipat animas, cum fidelem populum per tentationem necat, tamen diabolus non amplius tentat cecitos, quam permittat Deus, quando diabolus seruos Dei tentat, eorum vtilitatibus seruit cum eos per tentationes suas non decipit, sed erudit. Sæpe tentationes, quas diabolus commouet ad interitum hominum, Deus conuertit eas ad profectum animarum. Numquam serui Dei tentationes diaboli sustinere potuissent, si nequitiam eorum pietas Dei non temperaret, vel refrenaret, quamuis diabolus semper cupiat tentare seruos Dei, tamen si à Deo potestatem non accepit non potest implere, quod querit. Vnde & omnis voluntas diaboli semper est iniusta, sed tamen permittente Deo, iusta est potestas eius. Diabolus ex semetipso iniuste querit tentare seruos Dei, sed eos, qui tentandi sunt tentare non poterit, nisi ei Deus licentiam dederit. Vnde & in libris Regum de diabolo scriptum est, quia spiritus Domini male excitabat Saul, vbi iuste quasi Spiritus Domini erat, cui malus erat, & si malus erat, cur Domini

erat, sed in hoc loco comprehensa est duobus verbis, & Dei potestas iusta, & diaboli voluntas iniusta. Nam spiritus malus erat per maiorem voluntate, & idem spiritus Dñi erat per acceptam iustissimam potestatem. Diabolus non est missor vitiorum, sed solummodo incensor, neque alibi potest soluta concupiscentiæ succedere, nisi vbi prius graues delectationes cogitationis viderit. Sed si à nobis expellimus delectationes prauæ cogitationis, statim diabolus confusus recedit, & arma tentationis eius franguntur. Sæpe diabolus per spiritum boni vult decipere seruos Dei, quâdo se simulat in angelum lucis, sed discretio sanctorum tanta debet esse vt inter bonum, & malum valeat discernere, ne eos diabolus fraudulententer valeat decipere. Hæc est enim percontatio Iosue dicentis: Noster es an aduersariorum? Propter hoc, & Hieremæ prophetæ dicitur: Si preciosum à vili separaueris, quasi os meum eris. Diabolus in oculis sæuarium hominum terribilis est, sed in oculis electorum Dei vilis est. Increduli diabolum timeant quasi leonem. Illi vero, qui in fide fortes sunt, diabolus despiciunt quasi vermiculum, & cum eum viderunt, contemnunt. Diabolus est serpens lubricus, sed si capiti eius, hoc est primæ suggestioni non resistitur, totus in intima cordis dum non sentitur illabitur.

Vitia diabolicarum tentationum fragilia sunt, sed si non caueantur, & per usum in consuetudinem transeant, in nouissimis formet conualescunt, ita vt nunquam, aut cū difficultate vincantur. Diabolus quâdo decipere aliquem hominem querit, prius naturam vniuscuiusque hominis intendit, & inde se applicat, vnde videt hominem aptum ad peccandum. Vnde beatus Isidorus: Amplius tentat diabolus hominem ex parte illa, qua eum videt per excrecentem humorem facile inclinari ad vitia, vt secundum humoris conspersionem adhibeat, & tentationem. Sicut ille, qui quam deducit: non eam per aliam partem mittit, nisi vbi eam melius curare cognoscit.

In tota vita diabolus cupit hominem decipere, sed amplius in fine. Et hoc est, quod in principio serpeni dictum est. Tu insidias calcaneo eius. Tunc diabolus calcaneo hominis insidiatur, quando eum in fine vitæ decipere conatur. Quia nimis diabolus hominem, quem spatio vitæ non decipit, in fine decipere disponit. Proinde quâuis ho-

facias. Tene discretionem in omni actione tua. Cum bene distinxeris opus tuum optime. iusta eris. Quidquid boni feceris cum discretionem, virtus erit, quod sine discretionem, erit vitium. Indiscreta enim virtus pro vitio reputatur. Virtus sine discretionem locum vitij obtinet. Per prauam consuetudinem multa sunt vitata, prauo vsu multa sunt profundata. Multa sunt illicita usurpata contra pudicos mores. Vfus igitur auctoritati cedat. Lex & ratio prauum vsum vincant. Honestam virginem moneo te, vt teneas fidem firmam in corde, galeam salutis in capite, signum crucis in fronte, verbum veritatis in ore, voluntatem bonam in mente, timorem & veram dilectionem Dei, & proximi in pectore, cingulum castitatis in corpore, honestatem in actione, sobrietatem in consuetudine, & bonitate, humilitatem in prosperitate, patientiam in tribulatione, simplicitatem, in conuersatione, spem certam in creatore, amorem vite æternæ, perseverantiam in bonis operibus, vsque in finem. Amen.

*Vt virgo non quarat placere hominibus
de pulchritudine sui vultus.*

Sermo L X I I I I.

Charissima soror vitemus perniciosas pulchritudines: ne omnium malorum germina in eo pullulent, qui pulchritudinem corporis diligit, semetipsum decipit. Quare? Quia pulchritudo corporis fallax est, vana est, terrena & cinis est. Deceptio est hominis. Vnde Salomon: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Multi fugiunt, & sunt decepti per pulchritudinem corporis. Stulti homines dum considerant pulchritudinem corporis, incidunt in diaboli laqueum, dum carnis pulchritudinem attendunt, retiaculis diaboli præpediuntur. Multi per pulchritudinem corporis alligantur in peccatis. Deus non requirit corporis decorem, sed animæ pulchritudinem. Amplius diligit Deus spiritualem pulchritudinem, quam carnalem. Christus non delectatur in corporis pulchritudine, sed in animæ puritate. Igitur soror mihi in Christo dilecta, moneo te, vt illam pulchritudinem diligas, in qua delectatur Deus numquam hoc animo homines attendens, vt eorum pulchritudinem diligas, non consideres homines hac intentione, vt læ-

Oper, D. Bern, Tom. I I.

teris in eorum pulchritudine. Numquam ideo homines conspicias, vt pulchritudinem eorum concupiscas. Te etiam rogo, vt numquam vultum tuum componas, vt hominibus placeas. Numquam ideo exornes vultum tuum, vt placeas in oculis hominum; non sit talis intentio tua, vt coram hominibus, velis apparere formosa, quia si ob hoc facis vt in conspectu hominum formosa videaris, Iesu Christo sponso tuo iniuriam facis. Cū sis Christo desponsata: si ante oculos hominum vis apparere non escafa, sed a vultera quasi adultera Christo facis iniuriam, si vt ab hominibus, amaris ostendis pulchritudinem tuam, quomodo non adulteraris, quæ plus quam Christum diligis homines? Aut quomodo non facis adulterium quæ homines amas super Christum quomodo dicis non sum adultera, quæ Christo te in monasterio tradidisti, & nunc hominibus, vis placere de pulchritudine vultus tui? Cum hoc facis, signum demonstras meretricis, hoc facere solent meretrices, & sæculares mulieres, videlicet componunt facies suas, vt in oculis hominum appareant formosæ. O quæ turpe est, & quæ absurdum illud facere feminas sanctimoniales quæ facere solent meretrices, & sæculares mulieres. Igitur honesta virgo, audi quæ dico, attende, quæ moneo. Numquam vultum tuum componas, vt hominibus placeas, sed interius orna faciem tuam, conscientiam bonis virtutibus, vt Iesu Christo cælesti sponso placere valeas. Deus non delectatur in pulchritudine corporis, sed in pulchritudine mentis, non in compositione vultus, sed in bonis moribus non in corporis compositione, sed in sancta conuersatione. Cū sancta anima intus propter Christum bonis moribus ornatur, à Christo diligitur atque amatur quæ boni sponsus innuit in canticis canticorum vbi sponsus loquitur dicens. Quæ pulchra es amica mea, & quæ decora charissima in delicijs, ac si diceret, quæ pulchra es amica mea, id est, iuste, sancte, & religiose viuendo es pulchra, & me super omnia diligendo es amica. Iohannes es pulchra & decora, quia bene viuendo in bonis operibus conuersaris, atque ideo es amica quia perfecte me diligis, quia alterum amicum: plus quàm me non diligis, non solum es amica mea, sed etiam charissima, quia plus mihi desideras placere per bona opera in mente, quàm hominibus, foras de corporis pulchritudine: ideo non solum es amica, sed et in delicijs charissima. Sancta anima charissima dicitur in delicijs, videlicet scripturarum san-

D d d 3 statum,

starum, qui ad amorem, & familiaritatem Christi perfecte non peruenit, qui scripturæ sanctæ delicijs abundare contemnit. Ille ad amorem Christi perfecte peruenire poterit, qui delicijs scripturarum se reficit, & Christum diligit, & à Christo diligitur, qui uero plus desiderat placere hominibus, de pulchritudine uultus sui, quàm Christo de bonis operibus, nec Christum perfecte diligit, nec à Christo diligitur. Moneo ergo te soror charissima, vt Christum diligas super omnia, quia Deus pater te elegit in ipso ante sæcula. Rogo etiam te, vt illi soli place- re concupiscas, & vt ab hominibus, laudem temporalem non accipias. Amen.

Vt uirgo non rideat immo derideat.

Sermo LXV.

Soror charissima, audi sapientissimi Salomonis uerba. Risum deputaui errorem, & gaudium dixi, quid frustra deciperis? Error dicitur, quãdo aliud debet fieri, & aliud fit. Tunc error, quando ille, qui debet plorare, ridet. Ideo rursus dicitur error, quia dum quisque ridet, diem mortis suæ ipse in mente sua non habet, uerè frustra decipitur, qui in temporalibus gaudijs gaudet, & lætatur. Decepti sunt, qui gaudent in prosperitatibus, huius sæculi, si diem mortis suæ ad memoriam reduxissent, prius peccata sua plorarent, quàm de rebus, uanis riderent. Qui de rebus, uanis riderent, si mala, quæ passuris sunt in mente haberent, non riderent, sed lugerent. Vnde etiam Salomō ait: Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupabit. Et Dominus in euangelio: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, non dixit, beati qui rident, sed beati, qui lugent, qui uero illi sunt beati, qui peccata sua lugent, non illi, qui de rebus, uanis riderent. Qui secundum Deum lugent beati sunt, quoniam ipsi consolabuntur. Et Iacobus Apostolus, stulte ridentes increpat dicens: Risus uester uertetur in luctum, & gaudium in mærorem. Stultus in risu exaltat uocem suam, sapiens autem uix tacite ridebit. Risum ergo soror dilecta, quasi errorem deuita, & temporalem lætitiã in luctum commuta. Quare? scilicet vt beatifices te, si in hac peregrinatione ploraueris te uidelicet, vt in die mortis tuæ beata inueniaris, si te ipsum in hoc mundo ploraueris. Cognosce te peregrinã esse in hoc mudo, quia

non est hic patria tua, sed in cælo non habes hic manentem, ciuitatem, quia Deus promisit tibi in cælo Hierusalem cælestem, ad quã Dauid propheta peruenire desiderabat cū dicebat. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus. Tali etiam desiderio ardebat Christi seruus, qui dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ille etiam ad cælum peruenire cupiebat, qui dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitauim cum habitantibus Cedar. Quando hæc dicebat, de sanitate, huius mundi non ridebat, sed de hac peregrinatione lugebat. Igitur honesta uirgo, gaudium tuum semper sit in cælo. Tui cordis lætitia semper sit modesta, & tranquilla iuxta quod apostolus ait: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Et alio loco dicit: Fructus autem spiritus est gaudium. Talis sæcunditas non perturbat mentem sæcunditate ridendi, sed subleuat animam per desiderium ad cælestem patriam, ubi possit audire. Intra in gaudium Domini tui. Facies hominis est speculum cordis, per risum potest homo cognoscere cor sanctimonialis femine. Risus & ioci inuitiles conscientiam hanc ostendunt sanctimonialis femine, plerumque quãdã in cor femine sanctimonialis, demonstrat, risus, & iocus uirginitatis. Non enim illa impudenter rideret, si cor castum haberet, nunquam rideret lasciuie, si lasciuiam non haberet in mente. Sic enim ait Dominus: Ex abundantia cordis os loquitur. Ergo ex abundantia uanissimi pectoris ridet facies uirginis in mente femine, si uanitas non esset de uirginitate, nunquam rideret. Mens casta plus in luctu, quàm in risu. Certe si sanctimonialis femina haberet in mente ueram castitatem, plus amaret lacrymas, quàm lætitiã temporalem, si ad memoriam reduceret suas negligentias, & inferni potius, plus dilligeret lacrymas, quàm risus. Vbi risus, & iocus abundans, ibi perfecta caritas non regnat. Si sanctimonialis perfecte Christum diligeret non rideret, sed pro desiderio illius indefinenter ploraret, quia qui perfecte Christum diligit, & timet, non ridet, sed amore eius luget. Miror quare illa querit iocos, & risus, quæ ideo uenit ad monasterium, vt pro peccatis suis funderet lacrymas. Miror quare non habet uerecundiã, cū in risu exaltat uocem suam, ualde turpe est ei ridere, quia in hac peregrinatione debuc-

Ficitur erudiendus: Iustus vero post laborem quiescit securus. Sicut. n. electos beatitudo laetificat, ita credi necesse est, q̄ à die exitus sui ignis peccatores exurat. Soror mihi in Christo dilecta, ideo in auribus tuis hæc expono: vt cognoscas quia necesse est nos terrena semper despiciere, & diem mortis nostræ semper in mēte habere. Audi etia quid Iacobus Apostolus dicat: Quæ est vita nostra quasi vapor ad modicum parens? Iterum Salomon ait: Ne glorieris in crastinū, ignoras. n. quid superuentura pariat dies. Sollicitus ergo soror venerabilis, debes viuere, & terminum vitæ tuæ considerare quotidie, vt in hoc sæculi blandimenta possis despiciere, & cælestia bona acquirere. In omnibus operibus tuis considera nouissima tua, & in æternum non peccabis: quia si ea semper consideraueris, numquam, aut raro peccabis. Hæc de causa te moneo soror, vt in rebus vanis huius mundi non lateris: quia sine dubio morieris, nec habeas spem in rebus temporalibus, quia per nullam sortem poteris effugere mortem. Caro misera, cur in terrenis letatur, quæ ad manducandum verminibus præparatur? Honestissima soror, ideo hoc dixi, vt numquam obliuiscaris ordinem tuæ conditionis. Memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Puluis es, & in puluere ibis. Sic. p. ait Dominus primo homini. Reduc etiam ad memoriam ea, quæ Iob de se locutus est dicens. Quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tineâ. Memoriam tuæ mortis obijce. Diem exitus tui tibi propone. Dies mortis tuæ semper sit in memoria tua, & recordatione illius perferre caueas peccata, & vita. Amen.

G De morte. Sermo LXX.

Soror venerabilis, rogo vt audias verba cuiusdam sapientis. O mors quæ amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis. Et iterum. O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur diuitijs, & viribus. Huic simile est, quod ait B. Isidorus. O mors quàm dulcises miseris, quàm suauis es amare viuentibus, quàm iucunda es tristibus, atque lugentibus. Mors ponit finem omnibus malis in hac vita. Dat terminum malis in hoc sæculo, adimit omnem calamitatem. Mors præbet terminum hominibus

in tribulationibus in hoc mundo, sed heu expectata mors tarde venit. Igitur soror charissima, melius est bene mori, quàm male viuere: melius est non esse, quàm esse infelicitate. Interrogatio. Frater dilecta, rogo te, vt dicas si debemus mortuos lugere, aut pro amicis mortuis planctum facere. Respõsio. Soror dilecta, ad hoc beatus Isidorus respõdeat tibi. Quamuis inquit pietas pro defunctis fidelibus plorare iubeat: fides tamē pro eis lugere vetat. Pro fidelibus igitur defunctis non debemus plorare, sed Deo gratias agere, quia eos de miseria huius sæculi dignatus est liberare, & eos ad loca refrigerij lucis, ac pacis, sicut credimus, fecit trãire. Defunctos fideles, lugere non debemus, quos ad requiem migrasse non dubitamus. Si one ita virgo, audi quæ dico. Illi homines sunt in morte plorandi, quos dæmones cū ignominia rapiunt: non illi, quos angeli cum honore suscipiunt. Vel illi sunt lugendi, quos dæmones pertrahunt ad penas inferni: non autem illi, quos angeli perducunt ad gaudia paradisi. Aut illi sunt plorandi, qui post mortem à dæmonibus sepeliuntur in inferno: nõ illi, qui ab angelis collocantur in cælo. Illi sunt plorandi, qui male moriuntur, non illi qui bene finiunt. Illi sunt flendi, qui mala morte præoccupantur, & non illi, qui preciosa morte honorantur. Christi virgo, audi, quæ dico: Quædo mortuos, qui bene moriuntur, lugeo, mihi noceo, & illis non prodest. Quando mortuos ploro, illis non prodest, & mihi obest. Illi ergo mortuos suos carnaliter lugeant, qui resurrectionem negant, aut qui post mortem non credunt resurrectionem. Igitur soror charissima, nos, qui mortuos nostros credimus cum Christo regnare, nõ debemus pro eis plorare, sed orare, non debemus mortuos carnaliter lugere sed pro eis Domino preces fundere, vt eos dignetur de penis eripere.

De iudicio. Sermo LXXI.

DVplex est iudicium diuinum, vnum, quo in hac vita iudicantur homines, alterum, quo in futura iudicabuntur. Propterea quidam hic iudicabuntur propter infirmitates, & peccata, & per varias tribulationes huius sæculi, ne in futuro iudicentur. Ideo quibusdã ad purgationem proficit tẽporalis pena: quorundam vero hic inchoatur dãnatio, & illis speratur

speratur perfecta perditio. Quidam iudicatur in hoc seculo per tribulationem: quidam vero in futuro iudicabuntur per ignem ad examē districti iudicis, nec iustitia iusti securam erit: inde est, quod de Domino loquitur Iob. Innocētē, & impium ipse cōsumit. Consumitur quippe à Deo innocens, quando ipsa innocentia liquidus requisita, & diuina innocentia comparata nihil efficitur. Consumitur et à Deo impius, quādo subtilitate diuini examinis impietas illius requiritur, & de recto damnatur. Christus in iudicio pro diuersitate meritōrum mitis, ac suauis apparebit electis: reprobis vero apparebit terribilis. In die iudicij qualem vnusquisque habuit conscientiam, talem iudicē habebit, vt Christo in sua tranquillitate manente illis solis terribilis appareat, quos mala cōscientia accusat. Soror charissima, audi B. Isidorum. Nullus homo est sine peccato, nec quisquā securus esse potest de Dei iudicio: cum etiam de ociosis verbis reddenda sit ratio. Heu nobis miseris peccatoribus. Heu nobis indignis qd in illa die dicturi sumus, qui non solum ociosis verbis, sed & factis quotidie peccamus, & à malis actibus nunquam cessamus? Si in iudicio omnipotentis Dei iustus securus non erit, quid de nobis peccatoribus erit? Si ad examē districti iudicis, nec iustitia iusti, & hois erit securam: Nos miseri qd faciemus in die illa, qui quotidie multiplicamus peccata nostra? Si in die iudicij vix saluabimur iusti: nos qui innumerabilia peccata fecimus, in die illa vbi apparebimus? Nullus homo sine timore poterit esse in die illa, quando cæli mouendi sunt & terra: & omnia elementa calore sunt solueda de qua etiam dicitur: Dies illa, dies iræ, dies tribulationis, dies miseræ, & vindictæ, dies nubis, & caliginis, dies tubæ, & clangoris, tribulabitur in ea fortis: Heu trater mi, quid in illa die dicturi sumus, quando ille districtus iudex aduenerit? Dum enim aduentum illius memorasti, me plorare fecisti. Tu memorando terribilem diem iudicij, ad lacrymas me coegisti. Soror mihi in Christi dilecta, bene recisti, si cum timore districti iudicis fleuisti, quia antequam appareat dies iudicij, oportet nos peruenire ante faciem eius in confessione: & lacrymas nostras in conspectu eius ponere. In hac vita est tempus acceptabile, & dies salutis. Vnde dicitur. Querite Dominum dum iuueniri potest: inuocate eum dum prope

est. In hac vita nō videtur iudex, & est prope. In futura vita videbitur, & erit longe. Igitur soror charissima, necesse est, vt queramus Dominum in toto corde, & tota mente in hac presenti vita, si eum inuenire querimus in futura. Si eum in hac vita cum omni deuotione quaesierimus, & à malis operibus recesserimus, in die iudicij misericordiam ab eo consequemur, quia benignus, & misericors est. De illo namque scriptum est. Suauis Dominus vniuersis, & miseratus ones eius super omnia opera eius. Igitur soror charissima, deprecemur ipsum terribilem, ac iustissimum iudicem cum lacrymis, & omni deuotione, vt in die iudicij non reddat nobis secundum iniquitates nostras, sed secundum misericordias suas, & vt non permittat nos cum impijs audire illam terribilem sententiam. Ite maledicti in ignem æternum. Sed vt nos faciat cum electis suis audire. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.

De exhortatione. Sermo LXXII.

Soror charissima, iam per gratiam Dei nauim locutionis ad portum dirigo, sed tamen reuertam ad te reuertor loquendo. Tu enim rogasti, vt verba sancta admonitionis scriberem tibi. Ego vero, si non vt debui, tamē per gratiam Dei, vt potui ex dictis sanctorum patrū ad tuam admonitionem sententias collegi, quas tuæ dilectionis in hoc libro representavi. Ecce igitur soror mihi in Christo dilecta, habes bonæ vitæ monita. Datum est tibi consilium bene viuendi, & vitæ norma. Nulla iam ignorantia à peccato te excusat. Non es iam vesera bonæ vitæ. Non enim imprudens aut ignara bene viuendi, poteris dicere, per ignorantiam peccaui. Quare? Quia iam tibi exposita est tibi, quam debes sequi iam ostensa sunt tibi præcepta bene viuendi: iam demonstratum est tibi qualiter in domo Dei debeas conuersari: qualis debeas esse, iam ostensum est tibi. Iam habes cognitionem mandatorum, iam scis quid sit recte viuere. Vide ergo ne vltra offendas. Vide ne demiceps bonum, quod nosti despicias bonum legis male viuendo contempseris. Si bona, quæ legi Dei, nimis eris culpabilis. Quare? quia melius est viam salutis non cognoscere, quam post

K

L

M

mo sit iustus, nūquam tamen necesse est, vt sit in hac vita securus: sed semper humilis caueat: semperq; ne in fine decipiatur sollicitus pertimescat. Igitur soror mihi i Chri-
 sto dilecta, necesse est vt deprece-
 mur Deū omnipotentem, ne permittat nos tētari supra id, quod possumus sustinere, quia semper Deus vires diaboli restringit, ne tātum noceat, quantū nocere cupit. Vnde in cāticis cariticorum Spiritus sanctus diaboli increpat dicens: Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hunc meum, & fluant aromata illius. Per Aquilonem, qui in frigore constringit, & torpentes facit, quid aliud nisi immūsus spiritus designatur, qui dum tentat & possidet omnes reprobos à bono opere torpescit? per Austrum vero, scilicet calidum vētū Spiritus sanctus designatur: qui dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat, & feruentes in Dei amore facit.

Ergo surgat Aquilo, id est malignus spiritus ab Ecclesia, vel ab vnaqua; si hēli anima discedat: ne amplius tentet, quā oportet. veniatq; Auster, & perflet hortū sponsi, & fluant aromata illius. Vt Spiritus sanctus videlicet adueniens ignem caritatis mentibus infundat, & à tētatione, atque à torpore negligentia mentem soluat. Quod dum agit aromata emittunt, quia adueniente spiritu sancto cor, quod prius torpuerat, ad bona opēta se excitat, & quasi hortus floreat & post florē fructus redolentes, ac reficiētes facit, quibus se, & proximos suos per bona exēpla reficit. Interrogatio: Frater charissime, rogo vt ostendas mihi, quod est remediū aduersus tētationes demonū. Respon-
 sio: Soror mihi i Chri-
 sto dilecta, hoc est remediū eius, quāt vitiōrū, vel dēmonū tētationibus succurrit, vt quanto amplius tentatur, tanto amplius ad orationem currat. Si ergo cogitationes huius sæculi male, & sordidæ conturbant cor tuū, & persuadent aliquid illicitum perpetrare: per orationes puras, & vigilias sanctas depellētur ab anima. Assidue cum omni deuotione assiste in conspectu Domini in tempore orationis tuę: vt imminētem tētationem diaboli facilius possis euadere. Cognosce venerabilis soror, quia non solum debemus pugnare contra diaboli tētationem, sed etiam contra vitia carnis. Quare? Quia caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus, autem aduersus carnem. Ideo tā perseuerātes debemus orare quousque possimus per gratiā Dei sug-

gestionem carnalium desideriorum, atque tētationes dēmonum vincere. Frequens oratio extinguit impugnationem vitiōrū. Oratio continua superat tela diaboli. Oratio est prima virtus aduersus tētationū incursus. Igitur soror charissima, sicut iā dixi tibi, per orationes puras, & vigilias sanctas poteris superare tētationes diabolicas. Sed si adhuc sentis molestias carnis si tangeris stimulis carnis, si memoria libidinis adhuc titillat animum tuum, si caro tua adhuc te impugnat, si te luxuria tentat, si te libido ad peccandum inuitat, obijce tibi memoriam mortis tuę, propone tibi futurum iudicium, reduc ad memoriam futura tormenta, propone tibi æterna supplicia: & etiam propone ante oculos tuos perpetuos ignes infernorum, propone tibi horribiles penas gehennæ. Memoria ardoris gehennæ extinguat in te ardorem luxurię. Amen.

De somnijs. Sermo LXVIII.

Honestissima soror, ea, quæ dicuntur, ausulta. Sæpe in noctibus dæmones occurrētes conturbant sensus hominum per visiones. Sæpe etiam aperta impugnatione grassantes corpora hominum verberant. Diuerso modo fiunt somnia. Quædam somnia eneniunt per saturitatem, siue per exinanitionem, quæ etiam per experientiam nota sunt: quædam etiam ex propria cogitatione oriuntur. Nam sæpe, quæ in die cogitamus, in nocte cognoscimus. Multa somnia eueniūt ex illusionē immundorum spirituum, Salomone atestante qui ait: Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Quædam autem visiones iusto eueniunt modo, id est super-
 næ reuelationis ministerio, sicut in veteri testamento legitur de Ioseph filio Iacob, qui per somnium fratribus dicitur præferendus: vel sicut legitur in euangelio de Ioseph sponso Mariæ, qui per somnium est admonitus, vt fugeret cum puero in Aegyptum. Nonnumquam accidunt permixtæ etiam visiones, id est cogitationes simul, & illusiones, atque item cogitationes simul, & reuelationes, Daniele dicente: Qui reuelat mysteria, ostēdit tibi, quæ vêtura sunt. Quædam quædam vera somnia sunt, tamen facile nō debemus eis credere, quia ex diuersis imaginationibus nascuntur, & vnde veniāt perscēt.

B

Eccl. 34.

Dan. 1.

fectè nō cognoscimus. Igitur somnijs facile non debemus fidem adhibere: Ne forte Sathā in angelum lucis se transformās, aliquem hominem incautū decipiat: Aliquando dæmones, quosdam curiosos, & somnia obseruantes ita deceptoriam arte decipiunt, vt quedā somnia non aliter eueniant quam ipsi dicunt: ideo aliquando vera pronūciāt, vt in multis fallāt. Sed quamuis ita somnia eueniunt sicut pronūciant dæmones, tamē credenda non sunt: ne ex illusione procedant, secundum testimonium scripturæ dicentis: Si dixerit vobis, & ita euenierint, non credatis. Somnia similia sunt augurijs, & qui ea obseruant, augurari noscuntur. Ergo somnijs fides nō est adhibenda: quamuis videantur esse vera. Qui in somnijs, vel augurijs spem suam ponit: non confidit in Deo, & talis est, qualis ille, qui ventū sequitur, aut vmbra[m] apprehendere nititur. Auguria, mēdacia, & somnia deceptoriam vtraq; vana sunt. Nō debemus credere somnijs, ne forte decipiamur in illis. Spes nostra in Deo semper sit firma: & de somnijs nulla nobis sit cura. Dignum valde est, vt in Deo ponamus spē nostrā: & in somnijs nullā habeamus fiduciam. Ideo soror charissima, te moneo, vt mens tua nō sit in somnijs, vel augurijs intenta, sed in Deo omnipotenti sit firma. Si enim auguria vel somnia obseruaueris, cito decipieris. In omni vita tua contēne auguria, & somnia, & pone spem tuam perfectè in Dei prouidentia: & in hac vita, & in futura venient tibi prospera.

De breuitate vita. Sermo L XIX.

Soror charissima, audi verba Salomonis: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas. Tantum enim in hac presenti vita est licitum operari bonum. In futura nāque vita, iā nō expectatur operatio, sed bonorū operum retributio. Vita ista breuis est, & caduca. Vnde beatus Isidorus: Qui longitudinem presentis vitæ, nō de suo spatio, sed de eius fine considerat, quā sit breuis, & misera satis vtiliter pensat. Igitur soror dilecta mihi, in Christo, si verā vitam quaeris, ad eā vitam tende, quæ est vera pro qua es Christiana, & te nō ad vitam æternā. Æterna vita est vitalis, ista est mortalis. Ideo de

bes in carne mori mūdo, ne moriaris in aīa Christo. Tunc quisq; viuere creditur, si secundum sæculū moriens in solo Deo viuūt, in quo viuere promissit. De mora vitæ huius tedium patitur iustus, eo q[uo]d desideratam patriā tarde perueniat. Venturi exitus ignorātia hominibus est incerta, & dū quisque mori nō arbitrat, confestim moritur. Vnde festinet vnusquisq; emēdare malum quod fecit, ne in iniquitatibus moriatur: & simul finiatur vita cū culpa. Diabolus quos viuentes accendit ad vitia, morientes subito nititur pertrahere ad tormenta. Quamuis homo in hac vita iustus sit, tamen cū de corpore isto egreditur pertimescit, ne supplicio dignus sit. Tranquilla vocatio commēdat finem iustorū hominū, vt ex eo intelligatur, sanctorum angelorum habere cōsortium, ex quo sine graui vexatione de hoc mortali corpore egrediuntur. Iesus Christus filius Dei cū magno honore recipit seruos suos ab hac vita recedentes in æterna beatitudine. Vnde sponsa in Canticis canticorum loquitur dicens: Dilectus meus descēdit in hortū suū vt ad areolam aromatis, quia Ecclesiam visitans ad eos maiori gratia venit, quos sanctis operibus, & exemplis virtutem odorū bonæ famę proximis suis emittere cognoscit, hortus huius est, quando in virtutibus animarum delectatur. Lilia colligit, quādo electos suos ab hac vita succidit, & ad gaudia æternæ vitæ eos transire facit. De talibus dicitur: Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Tela consumitur filis, & vita hominis expēditur diebus singulis. In die mortis animę electorum nimio terrentur metu, incerti vtrum ad præmium, an ad supplicia transeant. Qui autem electi, in fine reo purgantur leuibus peccatis. Quidam vero in ipsa mortis suæ hora hilarescunt, & gaudent ex contemplatione æternorum bonorum. Ideo voluit omnipotens Deus, diem mortis nostræ nobis esse incognitū, vt semper ignoret, semper esse proximus credatur: Et tanto quis sollicitus sit in bono opere quāto incertior est de sua euocatione. Dæmones suscipiunt animas malorū hominū in die mortis eorum, vt ipsi sint tortores in penis qui fuerunt suauiores in vitis. Tunc maligni spiritus opera sua requirunt, quando animæ de corpore egreditur, & tunc mala, quæ susceperunt repleant, vt eam secum ad tormenta pertrahant: iniquus post morte du-

post cognitionem retroire. Ergo acceptum donum scientiæ mente, & opere retine. Imple opere, quod didicisti præceptione. Soror venerabilis, iterum, iterumque præcipio tibi, vt summo studio custodias monita huius libri.

De obsecratione. Sermo LXXII.

TE deprecor soror charissima in Christo, vt nõ pigeat audire ea, quæ tibi volo dicere cum magno desiderio: quia in Christo te multum diligo, ideo tibi conscientiam ostendo meam. Sed dum tibi peccata mea manifesto, ne forte aures tuas polluam. timeo. Te tamen rogo dilecta soror in Christo, vt des veniam mihi peccatori indigno. Ego miser, & peccator à primis ferè annis cõtaminavi vitam meam, semper noua peccata veteribus cõtunxi: semper peccata peccatis addidi, peccare numquam desij: bonum, quod debueram facere, non feci: malum, quod non debueram facere, feci. Ego miser non sum dignus videre altitudinem celi præ multitudine iniquitatis meæ, quoniam irritauit nam omnipotentis Dei aduersam me, & innumerabilia mala coram eo cogitavi, dixi, & feci ab infantia mea vsque in presentem diem. Ego infelix peccaui in infantia, peccaui in pueritia, in adolescentia, in iuuentute, sed etiam quod est grauius, & periculosius, peccaui in senectute. Cecidi miser in cœcum flagitorium. Ego reus cecidi in foueam peccatorum. Ego culpabilis, cecidi in puteum iniquitatis. Ego infelix cecidi in profundum malorum: desecidi miser in voratabrum vitiorum. Heu miser, heu infelix cecidi, & per me non valet surgere. Te ergo deprecor soror in Christo amabilis, vt in me subleues manum tuæ orationis. Manum tuæ orationis mihi porrige, & me de profundo vitiorum extrahe. Tuæ intercessionis manum extende, & me de fouea iniquitatis eripe. Soror charissima, certus sum, quòd si tu pactum,

quod cum Christo pepigisti seruabis: & tibi dabitur corona in æterna gaudia, & mihi peccatori dabitur venia in hac vita. Si tu ea, quæ Christo vouisti deuota mente impleueris, & mihi indigno veniam obtinebis: & tu cum sanctis virginibus in caelesti thalamo lætaberis. Honesta virgo, certus sum nec dubito, quòd tua virginalis oratio poterit obtinere veniam peccatorum meorum mihi indigno. Soror venerabilis, si tu in seruitio Dei sicut pollicita es perseueraueris, & mihi peccatori indulgentiam consequeris: & tu inter choros virginum in perpetuum exaltaberis. Non ista virgo, rogo vt intenta mente audias, quæ dico. Tu es soror mea deuotissima in Christo, per cuius intercessionem mundari à peccatorum meorum foribus non dubito. Si tu honorabilis virgo, accepta es virgo Deo, & si tu cum Iesu Christo sponso tuo casto cubili cubueris, pro salute mea quidquid ab eo petieris, impetrabis. Si tu forer, castis amplexibus Christum amplexata fueris, profecto mihi peccatori veniam obtinere poteris. Si tu amplexibus Christo flagrantissimo odore virginitalis adhaferis, mihi indigno indulgentiam obtinebis. Si Iesum Christum sponsum celestem super omnia amaueris, & in eius dulcissimo amore requiueris: delictorum meorum absolutionem acquirere poteris. Iesus Christus sponsum tuum non te contristabit, sed quodcumque petieris dabit tibi, qui te suæ copula sociauit: multum enim te diligit, qui suo sanguine te redemit. Igitur amor tuus in Christo, erit peccatorum meorum remissio. Spem remissionis habeo, si tu charissima soror, quam multum diligo intraueris cum Christo ad nuptias in caelestem thalamum. Tu soror venerabilis in die districti, ac tremendi iudicii Dei solatium meum eris, vbi sum redditurus rationem de culpis, & negligentijs meis. Meritum etiam tuæ sanctæ virginitalis minuet peccatum meum iniquitatis. Amen.

F I N I S.

INCIPIT PROLOGVS

IN LIBRVM DE CONSCIENTIA EDITVS.

Ad quemdam religiosum ordinis Cisterciensis.



Etis à me dilecte mi, quod supra me est, imo contra me, videlicet lumen scientiæ, conscientiæ puritatem. In vtroque falleris, sed falli non credis, ita vel dile-

ctione mea tãgeris, vel opinione. Ego quid sim, & quid possim? Peccator enim sum, & ultra motum peccatorum peccator, & ingenij viuacitas illum in me non habet locum. Accedit ad hæc negotiorum multiplicitas, quæ quidem in homine ingenioso totius doctrinæ semina, vel obruit, vel repellit. Iuxta sapientem enim sapientia scribenda est in tempore ocij, & qui minoratur actu, percipit illam. Verumtamen & si non eo quod amicus es, tamen quia importunus es, fergam iuxta præceptum Domini, & dabo non quod tibi necessarium, sed quod mihi ad manum. Dominus autem tribuat tibi secundum cor tuum. Ipse est enim, qui dat voci suæ vocem virtutis: qui in dulcedine sua pauperi parat, qui replet in bonis desiderium tuum.

D

D. BERNARDI ABBATIS
Liber de Conscientia.

Conscientia hominis abyssus multa. Sicut enim profundum abyssi exhauriri non potest, ita cor hominis euacuari non potest à cogitationibus suis. Conscientia hominis est quasi mare magnum, & spaciosum, vbi reptilia quorum non est numerus. Quàm bene dixit reptilia. Sicut enim reptile latenter repit, & sinuosis anfractibus huc, illucq; deambulat, ita & hominis in conscientia venenatæ cogitationes suauiter intrant, & exeunt: vt nesciat homo vnde veniant, aut quò vadant. Bene nouerat hoc qui dicebat: prauum est cor hominis, & in scrutabile, & quis inquit cognosceret illud? Nec dicit, quis, pro difficili, sed pro impossibili: quia quod serutationem non recipit, nec cognitionem. Vide illum magnam Apo-

Iero. 17.

stolum, Paulum loquor, vnicum scrutatorem conscientiæ suæ: Mihi ait, pro mihi modo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Ecce quomodo humanum iudicium euaserat, nihil dubitans ab his, qui seis sunt. Sed neque inquit me ipsum iudico. Et vbi est apostole verbum sanctum tui ipsius dicentis: Si nos ipsos iudicaremus, non vtique iudicemur, si reipsum vel nolis, vel dissimules iudicare? Audi quare. Nihil, ait, mihi conscius sum. Felix conscientia non sibi in aliquo conscia, quæ nec proprium iudicium, nec alienum veretur. Videsne quàm sublimi conuersatione, & alienum, & proprium iudicium non timebat? Latet adhuc laqueus, & fouea magna vas electionis: sed quæ vigilantissimum illum oculum tuum non possit effugere. Subiunxit enim: Sed non in hoc iustificatus sum. Et addidit: Qui autem iudicat me, Dominus est. Hoc autem tertium iudicium Dei, quod etiam illa purgatissima non comprehendit conscientia, nesciens iuxta scripturam, vni amore, an odio digna sit, cum omnia ei in posterum referentur incerta. Huius enim iudicij timore concussus pariter, & percussus gemebat, & dicebat: Quod enim operor non intelligo. Et si enim exij iudicium mundi, iudicium mundi, restat tamen iudicium Dei: quod me non sinit intelcere quod operor, quia nescio conceptet illud quod operor. Ipse enim melius nouit me, quàm ego me. Seruans, & renes, & corda occultorum cognitor, pertingens vique ad diuisionem animæ, & spiritus: qui solus nouit omnia, & omnium rationes. O singulare sancti spiritus organum, si non intelligis, quod operaris, cui alio loco dicit: Gloria nostra, hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quam gloriam, tuam conscientiam vocans? Sed ex parte intelligit, & ex parte non intelligit: negligit plane, quia & suum, & aliorum supergressus est iudicium, sed citra iudicium Dei retinetur: vbi procul dubio nescit, qui operatur. Non enim per illa duo iustificatur, sed per tortum

E

F

iustificabitur, quod sicut non est cognoscibile, ita est incomprehensibile. Duorum tamen iudiciorum exclusio, id est in presenti iustificatio: quodammodo certa significatio est æternæ prædestinationis, in qua nos Deus præiudicet conformes fieri imagini filij sui: & futuræ glorificationis cum nos in ipso erimus, & ipse in nobis cum ipse erit omnia in omnibus. Propter hoc enim tam secure, quàm sincere alibi loquebatur: Certus sum ait, quia neque mors, neque vita, & multa alia: imo pene omnia, quæ ibi enumerantur, non poterunt me separare à caritate Christi: sed cum tot, & tanta dixisset, vnum, scilicet propriam voluntatem retinuit, quæ saluationis, & damnationis est causa. Et attende quomodo vir Deo plenus conscientiam suam dixerit gloriam suam, tamquam eam plene intelligens, & se in ea. Et tamen dixerit se non intelligere quod operatur. Conscientiam suam non iam in gloriam, sed in ignorantiam conceptiuans. Deficit ergo apostolus scrutans scrutinio conscientiam suam, & dum ad fundum eius peruenire se credidit, alienum iudicium, & suum euacuans, incurrit profundum, scilicet iudicium Dei penetrare non valens, vt iam vel conuentus, vel conuictus eructet. Iudicia tua domine non modo abyssus, sed & abyssus multa. Quid ergo faciemus nos miseri, & miserabiles, si ille, qui plus omnibus laborauit, cui etiam clauiger regni cum Ioanne & Iacobo, nihil contulisse videtur, qui vsque ad tertium cælum raptus est, ita de se ipso sentit & loquitur? Sed vt iam totum, quod de conscientia sentio, verbis nudis & puris tuæ puritati aperiam quattuor distinctionum modos tibi assignare decreui, vt quod particulatim distinctam fuerit legatur dulcius, & melius conferretur.

De quattuor conscientijs, & modis earum.

Conscientia igitur alia bona, & tranquilla, alia bona, & turbata: alia mala, & tranquilla, alia mala, & turbata. sed primum de prima videamus. Bona namq, conscientia est, quæ & præterita peccata punit: & puniendâ committere refugit. Que, etsi peccatum sentiat, peccato non consentit. Beatus vir, *Pf. 31. a* cui non imputabit Dominus peccatum, ait sanctus. Non dixit, qui non fecit peccatum, non est enim hic aliquis nisi vnus, & hic est

filius Dei, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Omne ergo, quod ipse mihi non imputare decreuerit, sic est quasi non fuerit. Beati ergo non quorum *Pf. 31. a* nullæ inuentæ sunt, sed quorum remissæ sūt iniquitates, & quorum testâ sunt peccata. Non dixit quorum nulla sunt, sed quorum testâ sunt peccata; vt quodam tegumento quodammodo Dei oculis abscondantur. Felix anima, quæ peccatum sentiens, peccato non consentit, quam & si cogitatio inquinat, ratio lauat, pugnant & repugnant legi peccati. Molesta lucta est, sed fructuosa est, quia & si pœnam habet, adhibet & coronam, imo quid sentientem fatigat, vincentem coronat. In hoc enim conflictu vbi sensus est, non consensus nihil damnationis est iuxta apostolum, his, qui sunt in Christo Iesu. Porro is, qui voluntatem habet, non peccandi, & custodiendi pedes suos à lapsu, qui commissa præteriti temporis, & plangit, & punit, qui malignos cogitatus aduenientes cordi suo allidendo ad Christum respuit, hoc tamquam triplici funiculo strictus, atque constrictus, conscientiam habet, & purificam, & puram. Tranquillam autem dixerim, cum iam ipse spiritus testimonium perhibet spiritui eius, quod filius Dei, sit cum omnibus dulcis est, nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, omnibus ad beneuolentiam, quibus potest ad beneficentiam. Rara auis in terra huiusmodi conscientia, sed quanto rarior, tanto charior apud Deum.

De conscientia bona & turbata.

Conscientia bona est, sed turbata, quæ nil molle, nil fluxum recipit, sed à mundi aspergine quanto potest pressius se detergit, non tamen in dulcedine, sed in amaritudine multa. Dura enim videtur ei via rētor, & austerior vita, vbique videt quod carni displicet, sed retinet se frœno timoris Dei, & in omni tempestate cordis sui ad hanc ancoram figitur. Nam iuxta prophetam, turbatus est & non est locutus. Sed audi quid de isto Dominus dicat. Cum ipso *Pf. 90. c* sum, inquit, in tribulatione. Ad quid? Eripiam eum & glorificabo eum. Eripiam ab amaritudine, glorificabo in voluptate. Cum illa, quæ prius faciebat timore, faciet cum amore. Hæc vero conscientia loquitur Deo

Deo in Psalmo, & dicit. Commouisti inquit, domine terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia comota est. Commouetur terra, cum peccator confitetur, & poenitet: conturbatur cum in conuersatione amaritudinem sustinet, sed contritiones istas illius sanare, solius est, qui sanat omnes infirmitates nostras. Audi tamē quod sequitur. Ostendisti populo tuo dura. Quæ dura? Potasti nos vino compunctionis, non lacte uictionis. Notandū vero est, quod quibusdam in religione uiuentibus apponitur lac ad bibendum, quibusdam etiam uinum: sed tamen utrumque diuinum. Bibunt illi lac, quibus & uigilia breues, & cibi dulces, & labores appetibiles, & panni suaues uidentur. Quibus etiam parum est illud, quod magnū est in exercitatis sanctę conuersationis. Lac enim suauiter bibitur, dulciter liquatur, sine læsione, sine amaritudine. Ita & isti in sancto proposito suauiter incedunt, dulciter currunt: sine læsione proprię conscientię, sine amaritudine aliena. Hoc habet proprium, qui huiusmodi bibit, ut ei peccatum suū displiceat: ut alieno peccato non consentiat, ut propter hæc peccatorem non deserat, ut uitium eius quantum in ipso est non dissimulet, & cum corripuerit, non insultet. Ecce de potu lactis. Audi de uini potu. Vinum quippe asperum est & insuaue, inungit bibunt hi, qui uias uitę aggressi, & ingressi tribulationibus corporis, & animę pariter contorquentur, sed non cedūt, non recedunt in tribulatione. Isti sunt, quibus ipse Dominus ore proprio prædicat, & prædicat. Vos estis inquit, qui permāistis meū in tentationibus meis. Sed quis horum tibi uidetur, uel ille, qui in asperitate currit uitam mandatorum Dei? Primus uidetur esse felicior, secundus fortior, uterque tamen iustus, uterque pius, habentes proprium donum ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Vis nosse quia in utroque beneplacitum est coram Deo? Bibi, inquit, uinum meum, cum lacte meo. Qui enim primum a tentatione liberat, secundum in tēratione confortat, etsi alter experitur, quoniam suauis est Dominus, alter uero, quoniā fortis est Dominus. Fortis plane, & potens in prælio, in quo seruum suum etsi premi non tamē opprimi patitur in multitudine misericordię suę. Venite ait propheta, emite absq; argento uinum, & lac. Omnis enim timorata cōscientia, quę ad Deum uenit, uel lac ab ip-

so, uel uinum emit, secundum quod dictum est, & tractum. Et nota quia utrobique uinum preposuit pro eo, scilicet quod qui maiore sustinet pro Deo perseueranter tribulationem, maiorem habeat, & mercedē. Et hæc dicta sint pro differentia bonę, & tranquillę conscientię, & bonę, & turbatę conscientię.

De mala & tranquilla conscientia,

Sequitur mala, & tranquilla conscientia, qua sicut nihil peius, ut nihil est infelicius. Quæritur quænam illa sit? Hæc est illa, quæ nec Deum timet, nec nominis reueretur, quæ cum uenerit in profundum malorum cōtemnit. Et uide lapsum, imo, & casum malę conscientię, qui minutatim & peditentim declinet a Deo: & ita in profundum descendat, ut super eā uergeat puteus os suum. Primum quando homo alluctus bonis grauius peccat, uideatur ei adeo importabile, ut in infernum uiuens descendere uideatur. Processu uero temporis non importabile, sed tamen graue uidetur, & inter importabile, & graue non paruus descensus est, Paulo post & leue iudicat, & cum crebris ictibus uerberetur, vulnera non sentit, uerbera non auertit, De huiusmodi in scriptura ueritatis expressum est: Uerberauerunt me & non dolui, traxerunt me, & ego non sensi. In breui uero temporis spacio, non solum non sentit, sed & placet: & dulce fit, quod amarum erat, & asperum uertitur in suaue. Ducitur deinde in consuetudinem, uiam nō modo placeat, sed & assidue placeat, & se cōtinere non possit. Ad extremum uero non potest auelli, quia consuetudo uertitur in naturā: & quod prius ad faciendum erat impossibile, iam possibile est ad continendum. Sic enim descendit, imo caditur a Hierusalem in Ierico: sic itur in auersionem & duritiam cordis: hic peccator cœtet: hic quatuoriduanus est. Hic lapis speluncę superpositus illos misericordes radios diuini luminis non admittit. Hic iuxta scripturā a mortuo tãquam ab eo qui non est, perit confessio: nisi forte miserans Deus cor lapideum in carneum quandoque conuertat. Hæc est mala conscientia, quæ per huiusmodi discrimina imo præcipua ruit & corrumpit, & irrumpit super ipsam. Quomodo tranquilla? Cum mundi huius prosperitas alludit, & illudit, cum lauda-

K

M

laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, cum peccantium fauor, & peccate nolentium pauor nolens, & dolens ardet ei, cum non est qui arguat, sed & qui arguere peccatorem audeat, ex omnibus qui in circuitu eius sunt. Et sic impletur in eo, quod scriptum est: Prosperitas stultorum perdet illos. Nihil æquè exasperat illius tremendi iudicis maiestatem, quàm peccare, & secure peccare, & de vitijs, quasi de virtutibus gloriari. Non miserearis Domine ait iustus omnibus, qui operantur iniquitatem. Hæc est iniquitas, cuius non miseretur Deus, cum homo defendit, quod Deus odit, & peccatum iustitiam asserit, vt omnipotenti resistat, & omnipotens illi. Hæc est illa superbia, de qua scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Intellige quod dicit, resistit. Resistere enim ex æquo est. Ille autem ex æquo Deo resistere proponit, qui quod Deus astruit, destruit, quantum in ipso est, dicens malum bonum, & bonum malum, amarum dulce, & dulce amarum, lucem tenebras, & tenebras lucem. Hanc vero tranquillitatem nutrit impunitas, securitatis, & negligentia mater, nouerca virtutum, religionis virus, tinea sanctitatis.

De mala conscientia, & turbata.

Mala autem conscientia est, sed turbata, quæ in actu peccatorum suorum deprehenditur, & comprehenditur. Nam cum pasci se voluptatibus credit, anxietatibus cedit, humanis pudoribus, & confusionibus reuerberata, sicut scriptum est. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator, verbi gratia: Appetit quis adulterium ad voluptatem, sed comprehenditur ibi ad anxietatem, & multo maior est anxietas, quàm voluptas, ad omnem verecundiam, & angustiam hominis, qui secundum hominem, & viuit, & sapit, sed licet quidam in ipsa deprehensione conuertantur ad Dominum: Maior tamen est numerus in ipsa confusione permanentium in peccato, quàm propter peccati confusionem exeuntium à peccato. De exeuntibus scriptum est: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. De non exeuntibus dicit Hieremias propheta: Percussisti eos Domine & non doluerunt, attriuisi eos, & re-

Oper. D. Bern. Tom. 11.

nuesunt suscipere disciplinam. Hi sunt quatuor conscientiarum riuus de voluntatis fonte currentes, in quibus iusti purgantur, inquinantur iniusti, vt fiat quod scriptum est: Et qui in sordibus est, sordescat adhuc, & iustus iustificetur adhuc, & quia cogitationes hominis siue boni siue mali continua volubilitate voluuntur, plurimos cogitationum modos quaquaersum se vertant pro modulo meo tibi statui demonstrare, vt melius possis intelligere, quam longe simus ab illo, qui semper in eodem statu permanet, domino nostro Iesu Christo.

De multiplici varietate cogitationum.

Cogitationum vero alia onerosa, alia affectuosa, alia obsecra, alia otiosa, alia curiosa, alia suspiciosa, alia distentoria. Onerosas cogitationes in anima iusti illas accipe quibus resistere vult, & tamen non potest, sed velit nolit irruit in oculis mentis muscarum. Aegypti pestilentia, & perstrant ranæ in penetralibus cordis eius. Cogitat homo plerumque terribilia de fide, horribilia de diuinitate, & per phantasmata corporearum imaginum transportatus, illa sentit, quæ vel in confessione euomere peccator oneratus exhorret, & quanto districtus non exhibet membra sua arma iniquitatis peccato, tanto strictius huiusmodi spiritu quatitur, & pulsatur. Cum enim ille insatiabilis homicida ab exteriori sensualitate se videt exclusum, interiora collectis viribus aggreditur, sed spiritualis homo, qui omnia indicat, illius astutias non ignorat. Reprimat, quod potest, quod autem non potest reprimere tolerat; quia etsi latratum carnis sustinet, morsum non timet. Latrat enim cum suggerit, tunc vero mordet cum ad consensum pertrahit, sed cum non ingerit, quod suggestit, tunc non vulnerat, sed coronat, quia & si sentientem cruciat, non obligat non consentientem. Sunt nihilominus, & onerosa, cum ex officio Marthæ suscepto sollicitus est homo, turbatur erga plurima propter plurimos, vt habeant vnde in diuino officio sustententur. Affectuosa sunt, quando circa carnis suæ curam afficitur, sicut in victu, & vestitu. Tangitur etiam saepe homo affectione propinquorum suorum, secundum carnem. Obscenæ sunt quando carnalis delectatio

E e e titulat

Apocal. 22.

Psal. 9.

Ser. 5.

tiūllat, & pungit, sed hæc tamquam feces im-
mundissimæ longius in ipso principio pro-
pulsandæ sunt. Otiosæ sunt, quâdo illis nec
delectatur, nec afficitur. Verbi gratia: Equū
currentem, vel auem volantem cogitās, vbi
pene inter vitium residere & virtutem, nec
descendens ad illud, nec ad istam ascendēs.
Curiosæ sunt, quando proponit explorare
proximorū secreta, & quæ curiosè seipsam
scrutari debuerat, obliua sui, aliena curat,
nunc intus, nunc foris vaga, & garrula, &
quietis impatiens. Suspiciosæ sunt quando
nullum certum argumentum habens malè
de proximo suspicatur, & ea, quæ in vtram-
libet partem inclinari possunt, in deterio-
rem interpretatur. Distentoriæ sunt, quan-
do de longinquis rebus, & regnis, & regio-
nibus, disponit, & tractat, quando distendit
in quæstionibus, & rationibus huius
mundi, quam pessimam occupationem iuxta
Salomonem dedit Deus filijs hominum,
vt distendantur in ea. Item. Cogitationum
vero multiplex varietas esse cognoscitur.

- D. Aliæ namque cor instant, aliæ eleuant, aliæ
perturbant, aliæ dissipant, aliæ confundunt,
aliæ distendunt, aliæ ligant, aliæ inquinant,
aliæ contrahunt, aliæ corrumpunt. Instant
vt superbæ, eleuant vt vanæ, perturbant vt
inuidæ, dissipant vt iracundæ, confundunt
vt acediosæ, distendunt vt ambitiosæ, ligant
vt gulosæ, inquinant vt luxuriosæ, contra-
hunt vt timidæ, corrumpunt vt malitiosæ.
His igitur exclusis mens purgatur, si sanctis
cogitationibus iugiter exerceatur, sicut scri-
ptum est: Cogitatio sancta custodiet te. Sunt
præterea cogitationes bonæ, & sanctis, de-
bemus enim cogitare de Deo, vt delectemur
in illo, de redemptoris nostri passione,
quam pro nobis sustinuit in crucis patibulo,
vt & nos parati simus tribulationes, &
angustias libenter sustinere pro illo de ho-
ra transitus nostri, vt semper simus parati,
de die iudicij, quia ibi de operibus nostris
rationem sumus reddituri, de inferno, vt ti-
meamus poenas, quia inde nulla est redemp-
tio, de paradiso, vt desideremus coronas,
quas habebimus in futuro, de mandatis

Domini, & de sacramentis nostræ

Redemptionis, vt persecre-
mus in via iustitiæ per

gratiam Dei.

Amen.

De quattuor spiritibus in cordi: humanis.

His omnibus cogitationibus cor-
dium humanorū quattuor spi-
ritus loquuntur assidue. Spiritus
mundi, spiritus carnis, spiritus mundi
loquitur vana, & ipse tunc loquitur cordi
nostro cum vanitatem diligimus, cum de
vanitate lætatur, cum delectamur in vani-
tate. Spiritus carnis loquitur, cum mollis
carni, & sensibus carnis appetimus, cum e-
ius curam in desiderijs, & voluptatibus perfici-
mus. Spiritus diaboli loquitur, quando de
amara cogitamus, & aspera proferimus, tri-
stes in nobis, alijs irascentes, ingrati, inuidi,
sine affectione, sine fœdere. Spiritus Dei
loquitur, quando dulcia meditatur, & in-
quimur, hilares nobis, & proximis, in omni
dulcedine, & bonitate solliciti seruire vni-
tatem spiritus in vinculo pacis. Hæc con-
scientiæ, hæc cogitationes conscientiarum
hi spiritus loquentes in cogitationibus no-
stris, quæ melius tua conscientia dulcissimi
frater, quàm mea pagina cernit atq; dice-
rit. Factus sum insipiens, tu me coegisti, sed
melius volui ostendere imperitiam meam,
quàm confundere faciem tuam. Si quid be-
ne dictum est, tibi imputa, pro cuius fide, &
sensum, & verbum dedit filius Dei. Si quid
secus dictum est, tibi imputa, quia iussisti.
Parce autem, & festinationi, quia nihil ita
contrarium, nihil ita discrepantissimum in-
scribendo quàm maturitas, & celeritas. Digi-
gnè enim inuenire quod quæris, & verbis
competentibus vestire, quod inuenieris, &
locum aptum, & tempus feriatum, & inge-
nium vindum, & stilum exercitatum desi-
derat. Verumtamen absconde epistolam,
vel librum, si sic magis eligis nominare, vel
si propalare decreueris, tace nomen aucto-
ris. Nouit auctor salutis, cui soli honor, &
gloria, quantum ego diligo salutem animæ
tuæ, & honorem personæ tuæ. Ipse est Do-
minus noster Iesus Christus, qui tibi, & se-
psum donat, & coronat te in misericordia, &
miserationibus vale, & ora pro me.

Diffinitio bona, & mala conscientia.

Multi quærunt scientiam, pauci con-
scientiam. Conscientia tamen,
quam scientia citius apprehendi-
tur, & vtilius retinetur. Conscientia nam-
que

que dicitur quasi cordis scientia. Cor enim nouit se sua scientia & multa alia. Quando nouit se, nominatur conscientia. Quando præter se alia, nominatur scientia: Ad & quando bene utitur sui, & aliarum rerum cogitatione, tunc dicitur bona conscientia, quando uero his è contrario malè utitur, tunc dicitur mala conscientia. Bona est conscientia quæ omnibus dulcis est, nulli grauis, utens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, omnibus ad beneuolentiam, quibus potest ad beneficentiam; bona est conscientia, quæ habet in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem. Mala uero conscientia est, quæ nec Dominum timet, nec hominem reueretur, quæ peccata sua numquam per veram confessionem confitetur, sed semper de peccato in peccatum cadit, & cum uenerit in profundum malorum, contemnit.

De bona Conscientia.

Conscientia bona iustificat animam, eamque exhibet Deo gratiam, & angelis. & hominibus reuerendam, & sibi ipsi pacatam, & quietam. Conscientia bona est titulus religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, reclinatorium aureum, gaudium angelorum, arca foederis thesaurus regius, aula Dei, habitaculum Spiritus sancti, liber signatus, etiam clausus, & in die iudicii aperendus. Nihil enim in hac uita securius, nihil iucundius possidetur. Bona conscientia: premit corpus, trahat mundus, terreat diabolus: illa tamen semper erit secreta. Futuræ beatitudinis nullum certius testimonium. Bona conscientia, & qui custodierit illam, semper erit in gloria cum angelis in caelesti patria. Bona est conscientia, si habeat in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem. Munda est cum nec de præterito iuste accusatur, nec de præsentibus iniuste delectatur. Pura est, cui nec Deus peccata sua imputat, quia non

fecit, nec aliena, quia non approbavit, nec negligentiam, quia non tacuit: nec superbiam, quia in ueritate permansit. Secura est quando accusationem non patitur, vel pro torpore boni, vel pro præsumptione mali. Recta est cui peccatum suum displicet, nec aliena peccata dissimulat; & cum corripit non insultat: Talis est bona conscientia.

De mala Conscientia.

Conscientia mala contristat animam, eamque Deo exhibet immundam, angelisque, & hominibus foedam, & sibi ipsi turbatam, & inquietam. Nulla enim poena maior est mala conscientia. Omnium siquidem delictorum nostrorum ipsa est testis, ipsa iudex, ipsa tortor, ipsa carcer. Ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat. Vnicuique enim liber est sua conscientia, & ad hunc librum discutiendum, & emendandum omnes alij libri inuenti sunt. Anima uero cum de corpore egredietur, nullum alium librum præter conscientia: factum poterit portare, atque in illo cognoscat, quod debeat ire, vel quid debeat recipere. Ex his, quæ scripta erunt in libris nostris iudicabimur: & ideo scribi debent secundum exemplar libri uitæ, & si scripti non sunt, saltem corrigantur. Conferamus itaque libros nostros cum libro uitæ, ne forte in illa uiltima discussione abijciantur si emendati non fuerint. Liber uitæ uis quædam diuina intelligitur, qua fiet, ut uniuersis omnia opera sua bona, vel mala ad memoriam reuocentur, ut & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset, vel excuset conscientia conscientiam, & ita simul, & singuli, & omnes iudicentur. Conscientia quippe est inseparabilis gloria, vel confusio uniuersusque, pro qualitate depositi. Sicut enim uita homine reddit laudabilem, & gloriosum, sic mala uita reprobam, & confusione dignam.

F I N I S.

D. BERNARDI ABBATIS

CLARAE VALLENSIS,

Ordinis Cisterciensis, Doctoris deuotissimi opuscula.

*Et primo ad gloriosam Virginem Mariam deprecatio,
& laus elegantissima.*



Mentem, & oculos pariter cum manibus ad te Regina mundi attollimus, & coram tuæ celi tudinis gloria genu flectimus, ceruicem inclinamus, ac plenis suspirijs ad te preces in cælum transmittimus. Tu altitudo cæli beatos oculos tuos, quibus incomprehensibilem gloriam illam lucis æternæ cum desiderio semper inueneris ad tuos supplices in hanc mundi miseriam projectos, de alto inclinare nõ despicias. Et ecce coram tremendo iudice peccatores assistimus, cuius manus terribilis gladium iræ suæ vibrat super nos. Et quis auertet eam? Nemo Domina tam idoneus, vt gladio Dñi manum pro nobis obiciat, vt tu Dei amantissima, per quam primum in terris susceptimus misericordiam de manu Dñi Dei nostri. Aperi itaq; tu Mater misericordie benignissimi cordis tui ianuam suspiriosis precatibus filiorum Adam. Ex omnibus finibus terrarum ad tuæ protectionis umbraculum confugi-mus à facie formidinis fortitudinis Dei. Ad te Domina mea, stillant oculi nostri, te deuotionis clamore valido obsecramus: vt filij tui Dñi nostri iram, quam graniter peccando succendimus, erga nos mitiges: eiusque gratiam, à qua ingrati excidimus, nobis tua conciliet: cuius luore sanati sumus, eius iterum medelam deprecemur, quia putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices nostræ, & nõ est in nobis sanitas. Attende Domina, & vide dolores vulnere animarum nostrarum, qui tibi reuelamus causam nostram cum fiducia. Te enim inæstimabilis benignitatis feminam, & venerandam Matrem esse cognoscimus ex eo, quod tu mundum hunc immundum, & lubricum, impolluto calle tranisti, & adhuc inter peccatores degens, tanta ante Deum sanctitate secundaris, vt sola solio regis æterni immediate approximare merueris. Tu peccatorem quantumlibet fe-

ridum, non horres, non despicias: si ad te suspirauerit, tuumq; interueniunt potentem corde flagitauerit. Tu illum à peccationis baratro pia manu retrahis, ipse medicamentum aspiras, foues, nõ despicias quousq; horrendo iudici miserum reconcilies. Famosum huius tuæ benignitatis testimonium est per te Theophilus restauratus gratiæ. Nec mirum ò Domina si tam copioso oleo misericordie tuæ cordis perfusum est solatum: cum illud inæstimabile opus misericordie, quod prædestinauit Deus ante sæcula in redemptionem nostram, primum in te à mundi artifice sit fabricatum. Quando enim placuit gratiæ supernæ, vt habitaret in nobis, à quibus elongata fuerat: tu sola inuenta es digna, vt in tua uirginali aula Rex regum, & Dominus dominantium a regalibus sedibus ueniens primam sibi mentionem inter filios hominum eligeret. Vere beneplacitum fuit Deo habitare in te, quando ex ipsa illibata carnis tuæ substantia quasi de lignis libani architectura ineffabili, domum sibi edificauit Dei sapientia: suffulsit eam septem columnis argenteis, ac reclinatorium aureum in ea collocauit. Hi sunt fœmina, in qua sola quaesita in omnibus requiem inuenit, atque in eius sinu omnes thesauros suos absq; mensura transfudit. Unde bene sancto spiritui in te complacuit ò Maria, cum diuinis aded mysterijs uterum tuum consecrare dignatus est. Ipse est enim ignis consumens, qui sanctissimam animam tuam totam inflamauit, seipso, atque splendore diuinæ maiestatis impleuit: tuumq; uterum ineffabili modo fecundauit. Fecitque, vt Deum, & hominem clausa conciperes, clausa pareres, & post partum uirgo permaneres. Iam ergo uterum tuum Dña uelut sacratissimum Dei uisum templum totus mundus ueneratur. In eo salus mundi iuncta est, ibi decorè indutus est Dei filius, ac præleda sponsa suæ Ecclesie formosus

*Collatio
ex scripturis.*

Flos candida exultanter occurrit, desideratum diu osculum prælegit, ac prædestinatus à seculo nuptias, virgo cum virgine prælibauit. Ibi ruptus est paries inimicitiarum, quæ inter cælum, & terras protoplasorum inobedientia construxerat. Ibi confederata sunt terrenis cælestia, & obuiauerunt sibi in osculo pacis, quâdo in vnâ, eademq; personam concurrerunt Diuinitas, & Humanitas: Factumq; est nouū illud super terram, vt esset Deus homo, & homo Deus. Ibi magnus Eliseus in mensuram suscitandæ ueni se se contraxit. Ibi antiquus dierum prælecto suo tuam induit polymitam. Ibi Rebecca futurorum præficia magnificandæ filij manibus pelliculas hœdorum circumdedit, & colli nuda protexit. Ibi enim cooperante gratia spiritus sancti filius à Deo patre hærentissimus in omnibus gētibus diuinæ maiestatis potentiam similitudine carnis peccati cooperuit, & quasi absconditus est vultus eius in infirmitate, vnde nec reputauimus eum. Ibi consilij prouidentia meritis est namus, qui ad extrahendū serpētem antiquum in hoc mare magnum de cælo traiectus est. Inde egressa est armilla aurea, vt perforaretur maxilla Leuiatham, vt edomere mortuos non suos, quos ab origine mundi ante deglutauerat. Hortus deliciarum nobis sacratissimus tuus uetus dō Maria, quia ex eo multiplices gaudij flores colligimus, quos mente recolimus quàm magna multitudo dulcedinis toti orbi inde affulsit. Hortus conclusus tu es Dei genitrix, ad quem deslorandum manus peccatoris numquam introuit. Tu sanctorū areolarum arium à cælesti consista pigmentario virtutum omnium speciosis floribus delectabiliter uenas, inter quos pulcherrimos flores resuscitamus in te dō excellentissima. Hi sunt quorum odore suauissimo, totā domū Domini replet. dō Maria, viola humilitatis, liliū castitatis, rosa caritatis, merito de Dei areola flos ille speciosus præ filijs paradisi electus est, super quem requieuit spiritus Domini. Et tui te assimilabimus, mater pulchritudinis? Verè paradisi Dei tu es, quia lignum uitæ mundo protulisti, de quo qui manducauerunt, uiuet in æternum, fons uitæ, qui ex ore altissimi prodijt, de medio ventris tui exiit atque in te quattuor capita sese dispergens ad irrigandā faciē arentis mundi emanauit ad thicās ciuitatem Dei. Omnis .n. qui biberit ex eo nō sitiet in æternum, &

Oper. D. Ber. Tom. 11.

erit plusquā paradisi hic, de cuius aqua si quis biberit, sitiet iterū. O quāta mundo contulisti, quæ tā salubris aqua ductus esse meruisti. O lāpas luculentissima, quantos lætifi casti, quâdo splendore Dei illustrata desideratū in ad lumen, quo inuenta est drachma decima, sedentibus in umbra mortis protulisti, Te nimirū ille epithalamij præcētor à lōge intuitus cum admirationis uoce ita prorupit: Quæ est ista quæ progreditur uelut aurora surgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Sicut aurora ualde rutilans in mundo progressa es dō Maria, quâdo ueri Solis splendore tāta sanctitatis iubar præcūristi, vt uere diē salutis dixerim, diēm præcipationis, diē, quæ fecit Dominus, quæ tuæ caritati initiari dignum fuit. Felix aurora felicitatis diei exististi nuncia, talis dies tale auroræ diei deuit: & recte quidē auroræ implesti officiū. Ipse .n. sol iustitiæ de te processurus ortum suum quadam matutina irradiatione præueniens, in te lucis suæ radios copiose trāsudit, quibus potestates tenebrarū, quas Eua produxerat, in tugā conuertisti, atq; ita desideratum cunctis gētibus solem mundo inuexisti. Tu pulchra, ut luna diceris, eique non immerito compararis. Illa enim omnium astrorum sola soli simillima comparatione, & candore uenusta argenteo, cæteris in cælo præmicat syderibus, tu uero solis imago expressissima, inter milia astrorum Deo assidentū uirginali puritate in cælo gloriosa perfulges. Illa .n. transfuso in se solari lumine noctē nostrā illuminat, tu uirtutum tibi à Deo inditarū magnificè exemplis ad imitationē tuā nos prouocas, sicq; noctem nostram illuminas. Qui .n. uias tuas confectatus fuerit, non ambulabit in tenebris, sed lumen uitæ inueniet. Tu ergo pulchra es ut luna, immo, & pulchrior luna, quia tota pulchra es, & macula nō est in te, neque uicissitudinis obumbratio. Tu electa es, ut sol, ille in quā Sol solis cōditor. Ille .n. electus est ex millibus uirorū, tu electa ex millibus feminarū. Ille electus ex omnib; quæ sunt, tu electa ex omnibus quæ per illū sunt. Tu terribilis, ut castrorum acies ordinata. Quid .n. An non horruerunt principes tenebrarum, quando uiderūt præter mortem armatura omni fortiore instructā contra se procedere feminam, feminam fortē ad bellā doctissimā, cuius ens super femur suum propter timores nocturnos: In circuitu eius acies validas spiritaliū uirtu-

Ecc 3 tum

*Iuxta
Diony.
Arcop.*

*H
Cāt. 6. c.*

cum suo se inuicem ordine tuentium (si qui-
 dem ordinatione perseuerat dies) sed & in-
 numerabilium beatorum spirituum militia
 ad ministerium tati principis delegata ius-
 se nullatenus, ambigimus, utpote qui cus-
 dirent lectulum Salomonis gratissimum, ac
 prouiderent ne preparatum aeterno regi
 hospitium alienus hospes inuaderet. Nimi-
 rum timor & tremor uenerunt super eos ita
 quod dicerent, ecce plus quam Eua hæc, ca-
 stra Dei sunt hæc fugiamus Israel. Tu er-
 go bellatrix egregia primo eum, qui primus
 omnia supplantauit, expugnare uiriliter ag-
 gressa es, tu & spiritum elationis Eua verti-
 ce humilitatis complofisti, quam in te ita re-
 spexit Dominus, ut ipse merito super om-
 nes choros angelorum te sublimari dignam
 aestimauerit. Numquam enim super omnes
 angelos glorificata ascendisses, nisi prius in-
 fra omnes homines humiliata descendisses.
 Tu & ardorem uetite concupiscentie, uirtu-
 te castitatis in tua carne uirginea eatenus
 extinxisti, ut his, in cuius conspectu nec astra
 munda sunt, tantæ munditiæ carnem tuam
 iudicauerit, ut etiam suæ diuinæ puritati ag-
 glutinare non despexerit. His ergo prima-
 rijs ducibus tenebrarum à te fortiter expu-
 gnatis, omnis ante faciem tuam spiritualium
 nequitiarum militia in fugam conuersa est.
 Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei geni-
 trix. Sed ad huc locus est tuæ laudi, adhuc in
 tuis laudibus, omnis lingua balbutit. Non
 enim sunt loquelæ, neq; sermones in natio-
 ne, quæ sub caelo est, quibus amplitudo glo-
 riæ tuæ ad plenum ualeat explicari. O pia,
 ò magna, ò multum amabilis Maria, tu nec
 nominari quidem potes, quin accendas, nec
 cogitari, quin recrees affectus diligentium
 te, tu numquã sine dulcedine diuinitus, tibi
 insita memoriæ portas ingrederis. Et nunc
 sequimur te ò domina ex totis præcordijs
 uociferantes ad te, adiuua imbecillitatē no-
 strā, aufer opprobrium nostrum. Vides hæc
 tunicam pelliceam, quæ nos circūdedit? Tu-
 nica Eua parentis nostræ est, quam ad nos
 olim misera illa transmisit, & superuestiuit
 carnē filiorum suorum sicut diploide, cōfusi-
 one sua. De manu quippe ipsius duplicis
 mali semē terra nostra suscepit, & concepit
 & peperit nobis spinas, & tribulos iniquita-
 tis in anima, calamitatis in corpore, ac per
 hoc mortē utrobique. O infelix hæreditas, ò
 dira humanæ carnis infirmitas, usque quo
 patiemur te? Multum dorsa nostra inuolu-

sti, quia grauis es valde, & diu te sustinui-
 mus. Multum minuisi nos ab angelis, equo
 & iumentis inspicitibus, coequasti, nimis in-
 ualidisti, quæ non nisi morte filij Dei sanari
 potuisti. Nimis super nos te extulisti, quādo
 & usque ad eum qui super omnia est, incau-
 te ascendisti. Et quis liberabit nos à corru-
 ptela huius miseritima pelliculæ? Gratia sal-
 uatoris nostri filij tui, ò Maria, qui ut infir-
 ma nostra tolleret sponte infirmatus est, &
 ut mors mortis nostræ ipse fieret, innocens
 pro peccatoribus mortuus est. Et quis tibi
 idoneus, ut loquatur ad cor Domini nostri
 Iesu Christi ut felix Maria, quæ in secretissi-
 mis amplexibus, amantissimi filij tui recubas
 in meridie sempiterno, eiusq; familiarissimo
 colloquio cum plena cordis lætitia perfrue-
 ris? Loquere Domina, quia audit filius tuus,
 & quæcumq; petieris, impetrabis. Inuoca bo-
 num nomē eius super nos, ut curemur à ve-
 tusta hac lepra carnis, & spiritus. Exurge, vi-
 rus hoc mortiferum exinanitura, quod de
 pomi sui reliquijs Eua nobis prouinuit,
 quādo succi noxialis gustu ebriata est, & re-
 liquias dimisit paruulis suis. Utinā poculum
 suū ebria illa totū ebibisset, non item in nos
 diffudisset. Te Domina exorante, omne iu-
 gū nostrū computrescat à facie olei diuinæ
 misericordiæ, renouetur ut aqua, inuentus
 nostra, ut noui noua uoce nouū canticū no-
 uis ciuibus, aggregat illic ubi noua sunt om-
 nia, iubilū sempiternum celebrātes in cym-
 bali iubilationis concinamus. Tollatur hæc
 crassa nebula ab oculis, ut reuelata facie glo-
 riæ Domini speculantes in immensum illud
 pelagus diuini luminis absorbeamur. Domi-
 ni spiritu, ac Deo nostro in uinculis caritatis
 astricti, unum cum ipso efficiamur. Prestet
 & hoc nobis tuo interuentu, ò Maria, filius
 tuus Iesus Christus Deus & Dominus no-
 ster, cui eius & gloria, & gratiarum actio in
 sempiterna sæcula. Amen.

*Dini Bernardi Abbatis de miseria.
 humana sermo.*

O Homo, qui ex anima rationali, &
 humana carne subsists, cōditio-
 nis misera, repletus multis mi-
 serijs Miser, & miserabilis homo
 pauper, cecus, nudus, plurimis necessitatibus
 subditus ad cor tuum reuertere. Quid fo-
 ris uagaris? quid foris quaeris? quid his car-
 nalibus studes? quid in saecularibus te impli-

cas? quid vanitatibus te inuoluis? in inferioribus delectaris? Quid ab oibus interioribus & superioribus elogaris? & per ea, quae foris sunt, diffunderis? Quanto magis ad mundum recedis, tanto longius a Deo recedis. Quanto magis foris es sapiens, tanto magis intus stultus efficeris. Quanto magis extraheris, tanto magis intus perdis. Quanto foris in his, quae foris sunt, vagaris, tanto magis intus curuaris. Quanto magis in temporibus es sollicitus, tanto magis es mendacius in spiritibus. Quid est homo, qui omnia ordinat, & tamen non vis ordinare? Quid in oibus es prudens, & circa te ipsum es insipiens? Quid est quod ad omnia, quae foris sunt, sollicitus es bona facere, & te ipsum quod esse malum semper, & inutile? Dormit in te spiritus Dei, & vigilat in te spiritus mundi. Vacat in te ro, & viget in te sensus, extinguitur in te spiritus Dei, dominatur in te amor mundi. Fenuet in corde tuo amor terrenorum, & moritur in te amor aeternorum bonorum. Mundum diligis, & Deum relinquis. Omnium recordaris, & te ipsum obliuisceris. Quae super terram sunt, desideras & diligis: caelestia vero non curas, appropinquas ad infernum, & elongaris a salute. Curris ad libidinem, & elongaris a Deo. Redi, redi prauaricator homo ad cor, quia loquitur Deus pacem eis, qui conuertuntur ad cor. Omnia mundi huius tibi dedit Deus, & tu propter omnia relinquis eum? Omnia propter te fecit Deus, & tu propter te adimitis te ipsum? Propter omnia, quae occurrunt tibi, dimittis Deum, & ideo omnia dimittunt te. Propter creaturas relinquis creatorem, & ideo contra te insurgunt omnes creaturae. Quia offendendo creatorem, offendisti omnem creaturam. Ideo creaturae, quae factae sunt in ministerium, & utilitatem tuam conuertentur in vindictam, & poenam tuam. Et vae tibi erit sine fine quia voluisti habere bonum sine fine. Recognosce itaque homo miser, recognosce te ipsum. Recogita, quia nihil fueris. Attende, quod vili, & malus es: considera, quid futurus es. Plange homo miser, plange incessanter peccata tua. Dele lacrymis malitias, & miseriae tuae, quibus voluntate propria peccasti. Displiceat tibi super omnia, displiceat tibi toto corde, & continuo displiceat tibi, quod Dominum immanse maiestatis habentem potestatem vis carnis, & mittere corpus, & aiam in gehennam, ausus fuisti offendere. Amara facat tibi amarissime cor tuum, quod Deum

summum patrem incomparabiliter, qui benignus, & misericors est, ingratos, & malos, volutarie libeter, ac delectabiliter offendisti. Totus displiceas tibi, ut totus possis placere ei, qui est summus, verus & solus Deus, cui nemo placet, nisi qui sibi metipsum displicet, & nemo ei displicet nisi qui sibi metipsum placet. Dissipat namque Deus ossa eorum, qui hominibus placet. Et quod alium & pulchrum est apud homines, abominabile est apud Deum. Mirum est de te homo miser quod mala sis totus auidus, totus promptus, totus facilis, totus sapiens, & totus sollicitus, ad bona autem es totus durus, totus piger, totus tepidus, totus stultus, totus incredulus & rebellis: Vnde tibi hoc, nisi a carne quam diligis & sequeris? Quia vero carnem diligis carnem sequeris, & quia carne sequeris, opera carnis facis, & cum ea punieris. Carnis tuae fructus est libido, concupiscentia, inuidia, infirmitas, id est fragilitas & dolor, vermis, putredo fatens, & foetidus foetor. Tu ipse es tenebris ignorantiae sic excaecatus. Vt nescias quid sis, non attendis quod vadis, non animaduertis factum tuum, neque insidias inimici, & tentationes eius frauduletas intelligis. Totus negligens es, nec cogitas quod tedere debes, via nescis, & non inquiris. Gradus namque tibi restat via. Sollicite tibi quaeris cibum, vestitum & requiem, & omnes carnis necessitates, quoniam indiges. De vita vero & salute animae tuae semper tepens non curas, licet semper indigeas, plenus nequitiae, & maliciae. Miser homo ut miserum pascas corpus, & vestias carnis voluptatibus, quae post paucos dies a vermibus deuorabitur, satisfacias, sollicitus laboras, discursaris, vigilas & somnum non capis oculis, ut repleas ventrem, & pro anima tua, quae peritura est in caelis, cur non sollicitus satigaris, ut ipsa pascas bonis operibus, & in duas virtutibus, ne appareat nuditas eius. Homo tristis quis sepe implere ventrem, cur non pascis aiam defuerientem? De vase stercorei semper curas, & de Dei imagine cur non curas? Pascis sterile, & quae non parit, aiam autem esurientem non satias bonis. Vae tibi erit, quia anima tua propter famem in te deficiet. Vae tibi est, & vae tibi erit, quia reddis quae sunt Caesaris Caesaris, & non reddis quae sunt Dei Deo, & ideo maledictus es a Deo, & confundere sis ab eo. Vide miser homo quia totum est vanitas, totum stultitia, totum demencia quidquid facis in hoc mundo, praeter id solum quod in Deum, & pro Deo. & ad honorem Dei facis. Quidquid sine Deo facis totum

anitas: quia nihil est bonū
 bono. Et magna miseria homi-
 nis est cum illo nō esse, sine quo non pōt ef-
 se: unde hō miser, qui ad similitudinē, & ad
 imaginē Dei creatus es, & propter nimā ca-
 ritate dñi nostri Iesu Christi à morte æ-
 terna, ac turpissima redemptus es, & libera-
 tus es, & ad vidēdū claritate summi Dei so-
 la inæstimabili misericordia sua vocatus es,
 & plurimis beneficijs, ex quo esse cæpisti, ab
 altissimo Patre totius bonitatis ad vitam æ-
 ternā habendā per vnicū filium suū inuita-
 tus es. Miser hō recognosce hunc honorem
 intellige dignitatē tuā: qui à tāta maiestate
 honoratus es. Aeternus. n. Deus, & immen-
 sus creauit te, formauit te, redemit te, & in-
 uitaui te. Maximus honor, & amplus amor.
 Cognosce ò hō honorem tuū, & curre gra-
 tias agēs à l inuitatorē tuum, ne forte si in-
 gratus ire nolueris, aut villa, aut boues, aut
 vxor te impediērit, iratus Dominus iubeat
 te succēdi, & tibi ostiū vitæ æternæ in perpe-
 tuū claudat. Cognosce ergo ò hō honorem
 tuum, & honora creatorem tuum. Sed heu
 hodie pōt rectē dici, hō cum in honore esset
 non intellexit, cōparatus est iumentis insi-
 pientibus, & similis factus est illis. Dignum
 certē & iustū est, vt qui socius noluit esse an-
 gelorum, fiat similis iumentorum: & qui de-
 struxit in se imaginem, & similitudinē Dei,
 dignū est vt imago, & similitudo iumentorū
 adhæreat ei. Cognosce te ergo ò hō miser,
 cognosce te meliorē auiibus meliorē cū-
 ctis aiantibus: noli esse similis iumentis insi-
 pientibus, quæ solā vitā pntem cogitant, quæ
 tātum carnalia, & tpalia, diligunt, quia nec
 alia sciunt. Homo non te subicias carni, nō
 sis amator mūdi: non te sustineas esse filiū
 diaboli, propter honorē potētissimi, & sapiē-
 tissimi & incomprehensibilis Patris tui altis-
 simi Dei æterni: propter nomē Dei admira-
 bile non te constituas aduersariū, & homici-
 dā tui, propter amorē benignissimi Dei non
 te facias inimicū oportētis Dei: propter vni-
 genitū, & dilectum filium eius Iesum Chri-
 stum non te facias socium dæmoniorum, &
 cōbustionis ignis æterni: qui redemptus es
 præciosissimo sanguine agni immaculati: no-
 li tantū pretiū vilipēdere, q̄ pro te Dei filius
 dignatus est exolucere, ne tempore inuol-
 uaris incendijs. Tunc n. pœnam maximam
 habebis sine remedio, tunc dolorē inopinabile
 patieris sine fine, & tormēto plenus eris
 numq̄ tamen alleuiaberis, quia qui non st̄-

uit q̄n erat tps flendi, æterno luctu lugebit
 sed sine fructu. Redi ergo ad te homo, redi
 ad spiritualia, redi ad æterna, & celestia gau-
 dia, redi miser, redi ad filium: ne tardes con-
 uerti ad eū, qui te sua potestate sua fecit sa-
 pientia, redemit sua inenarrabili bonitate,
 ad se vocauit, & expectat adhuc quotidie, vt
 te coronet: quid queris extra illū? quid desi-
 deras pp̄ ipsū? Quid tibi placet sine ipso? Ipse
 fecit oia, ipse habet oia, ipse est oia: quod
 cumque bonum cupis, quodcūq; pulchrum
 queris, quodcumq; dulcis, & delectabile r-
 quiris, totum in ipso inuenies & in ipso r-
 frueris. Si gaudere vis ipse gaudium erit: si
 te pugnare delectat, ipse palma erit. Si coro-
 nari vis, ipse corona est. Si vincere cupis, ip-
 se victoria est. Si potentiam desideras, ipse
 potentia est. Si fortitudinem queris ipse for-
 titudo est. Si iustitiam vis habere, ipse iusti-
 tia est: si amas sapientiam ipse fons sapien-
 tiæ est. Si caritatem vis, Deus caritas est, si dī-
 uicias appetis, ipse diues est. Si pulchritudi-
 nem vis habere, summa pulchritudo ipse
 est. Si plenitudinem queris omnis boni, ipse
 plenitudo est. Si gloriam, & honorem cupis,
 vera gloria, & summus honor Deus est. Si
 pacē vis, pax æterna ipse est. Quidquid boni
 queris, summum bonū, & oē bonū ipse est.
 Imò semper est totus desiderabilis, totus
 dulcis, totus amabilis, totus suavis, & totus
 delectabilis. Ipse semper ubiq; totus est. V-
 bicumq; fueris sine ipso, male eris, & male
 tibi erit: & ubiq; fueris cum ipso, bene eris
 & bene tibi erit. Subijce itaq; te totū ei, quā
 te totum fecit, à quo oia habes: cuius gratia
 omni momento vteris. Serui semper ei, qui
 nō patitur oia nocere tibi, quæ semper no-
 cerent tibi libenter, siue infirmitates siue
 homines, siue bestia, vel dæmones, vel quæ-
 cumq; alia. Serui semper ei, qui non sinit te
 cadere in omnia peccata: qui nō permittit,
 vt inferas tibi oia mala, ac damna, quæ libe-
 ter faceres. Totus semper amat Patrem, & Fi-
 lium, & Spiritum sanctum, solum verum, &
 summum bonum, qui semper solus vere, &
 summè te diligit. Placeat igitur tua volun-
 tas ei: & voluntas eius semper placeat tibi.
 Semper concordata eum eo, semper seque-
 re eius voluntatem in oibus, qui semper bo-
 num tuum vult, qui nihil aliud curat nisi sa-
 lutem tuam, cuius voluntas ad miserendum
 tibi est beneuola, & delectatur benefacere
 tibi. Numquid putas te ipsum magnū ami-
 cum tibi? Magis amicus est Deus tibi, quā

Attende
 hac ò ho-
 mo.

E

G

tu ipse tibi: quoniam magis ipse diligit te quam tu teipsum. Numquid credis alterius auxilium fortius, aut alterius consilium utilius? Erras si id credis. Stultissimus, & demensissimus es, quia tua desideria, vel aliorum sequeris, & illius consilium dimittis, qui semper est amicus dulcis, sapiens, & pius consiliarius, & saluator, & super omnia adiutor fortis, & potens, Pater futuri seculi, & princeps pacis. Amen.

Sancti Bernardi Abbas, de pugna spirituali. Sermo.

Inter Hierusalem, & Babylonem ordinata sunt acies ad bellum; Hinc David manu fortis aciem producit virtutum terribilem, & ordinatam: Inde Nabuchodonosor Babylonis spiritualia nequitiae, suumque illum vitiorum tumultuosum exercitum dirigit ex aduerso. Procedit de castris David tyrunculus noster super in militiam regis iuratus, & per manus ipsius David verbi Dei gladio accinctus, & spiritualibus armis insignitus, ingentes gerens animos, & contra regis edictum ad faciendum sibi nomen, plusquam ad honorem vincendum impatientissimus. Equus erat ei teruidus proprium corpus de succo adhuc seculi fortis, viridis, lasciuus, animusque eius conueniens, in insidens ferebatur insignis, castrorumque suorum dedignans disciplinam, contemptis socijs stolidam quadam presumptione longe praeceteris progrediebatur aestuans, & anhelaens ad faciendum sibi nomen. Videns David impetuofam eius presumptionem per filium suum Salomonem sub interminatione ei mandauit. *Vae tibi*, quia si ceciderit, non habebit subleuantem. Cuius ille monita paruipendens cum sibi, vel alijs ostendere magnae virtutis suae quareret occasiones, & praeclearum aliquid facinus moliretur, conspicatur eminus in parte hostili, vnum de inimicis fortis malitiae astutiae nequitiae arma habentem ignea, manusque plenas iaculis igneis multos vulnerantem, vulneratos occidentem, occisos conculcantem, facile capientem, disnose relaxantem: spiritum fornicationis. Hic se ostensurum praesumens praeclearam virtutem suam impetum in eum dirigit, & promptum illum equum suum iuueniorum verberibus, & vigiliarum calcaribus perurgens totus fertur in illum. Clamat a tergo

prudencia: parce, clamat discretio sustine: sustine: totusque eum concrepat Dauidicus exercitus, quibus ille omnes surda aure praeteriens fertur miser totus in malum suum & nescit. Videns Nabuchodonosor infremuit: & malum ei parans dolos praemittit. Occurrunt enim illi a latere in praecipiti ruenti forores duae superbia, & vana gloria, acclamantes ei in dolo: euge, euge. Quibus ille miser nimis credulus totus fertur in praecipiti, & nescit quae iam vndique eum circumuallent insidiae. Spiritus quidem fornicationis iam crebro tales, & talium impetus expertus fugam simulat, & delusum miserum sequi prouocat donec per patientem portam in medio Babylonis introductum, suis illum socijs tradidit illudendum. Galtrimargia, & fornicatio equum sibi vendicant, nec Dominum suum ius in eo habere ultra permittunt. Iam quippe deficiebat: iam fatigatus diuertere quaerebat, in medio quippe pugnae sub pugnante ceciderat, & casu suo vehementer attriuerat fessorem suum. Quem illi cibis Babylonis refectum, reimpinguant suis subdidere seruitijs. In miserum vero ira, inuidia, ceteraque vitiorum turba confurget, & fiducialiter supra dorsum eius fabricant peccatores. Sed & fornicatio, cuius nisi terga fugientis, nil adhuc ille viderat aperta iam facie, & impudenti fronte in eum confurget, & spicula ignea in cor eius torquet, gladiumque in ceruicem eius exerit, proiectumque in terram conculcat, & coquo regis Babyloniorum Nabuzardan eum tradens, eius immundis gurgitationibus subdidit illudendum, nec iam patitur, ut honesta in eius vitia manum mittant, sed immundis se curis de coquina regis, id est, foedis, & horrendis vitijs exhibent irridendum. Sic igitur captus ab inimicis ligatur funibus male consuetudinis, & praecipitatur in carcerem desperationis. Rex autem David cooperto capite iugebat dicens, Absalon fili mi, fili mi Absalon. Vocansque vnum regiae clientelae sedis in huiusmodi vtilem, & probatum, timorem, sed ad requirendum eum dirigit, & obedientiam secum mandauit, ut ereptum de carcere tutelae committeret obedientem. Missus timor venit, & suscitauit miserum, ereptumque de carceralibus claustris, & vinculis sicut sibi iustum fuerat obedientiae tradidit equum suum, & restituit, sed ferocem, & rebellem, & qui vix ultra Dominum dignaretur agnoscere. Quem obedientia apprehendens, & freno ferreo cohibens

libens licet renitentem purimum, & recalcitrantem antiquo Domino suasit, docuitque cum mutare fortitudinem. Susceptum itaque à timore obedientię deducēs militē Christi per aliā viam reduxit in regionem suam, primamque ei mansionem apud pietatem constituit, vt scilicet animos eius, quos timor exacerbauerat, pietas patris reuocantis refocillaret. Secundā apud sciētiam, vt sciret vnde, & quo sibi esset redeūdū, sciretque, vti, & pietate, & timore, ne pietas extolleret, timor frangeret. Tertiam apud fortitudinem, quæ cum ad peragendū reditus sui iter confortaret. Quartam apud consiliū, vt vltierus cum consilio omnia faceret, nec à ducatu obedientię in aliquo declinaret.

Quintam apud intellectum, vt non iam consilio tantum hominum, sed ipse per se iam intelligere inciperet, quæ sit voluntas Domini bona, & bene placens, & perfecta. Ad sextam mansionem peruenit miles Christi sapientia, hospitibus suis eum persecutibus, nec iter eius differentibus, vt iam ei sapiant bona Domini, & exinde cum Moyse velut de monte Abarim repromissiones Dei incipiat contemplari. Et hinc iam peruenit in visionem pacis, vbi beati pacifici

Nu. 27. filij Dei interius, & exterius omnibus pacificatis ingressi in gaudium Domini sui celebrant sabbatum sabbatorum. Amen.

Ex regula beatissimi patris Benedicti de humilitate.

Luc. 14. & 18. **C**lamat nobis scriptura diuina fratres, dicēs. Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Dum hæc ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbix. Ab hac sibi cauere propheta indicat, dicens, Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei. Neque ambulauim in magnis, neque in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matrem suam, ita retributio in anima mea. Vnde fratres si summæ humilitatis culmen volumus attingere, & ad exaltationem illam caelestem, ad quam per presentis vitæ humilitatem ascendit, volumus velociter peruenire: actiuis nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quæ in somno Iacob apparuit, per quam ei descendentes angeli, & ascen-

descentes monstrabantur. Non aliud sine debito descensus ille, & ascensus à vobis intelligitur nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere. Scala vero ipsa erigenda, non est vita in seculo, quæ humiliato corde à Dño erigitur ad cæli. Latera. n. eiusdē scaly dicimus nostrū esse corp⁹, & animā, in quibus lateribus diuersos gradus humilitatis, vel disciplinæ vocatio diuina ascendēdos inseruit.

Gradus primus humilitatis.

Primus itaque gradus humilitatis est, *Grad. 1.* timorē Dei sibi ante oculos semper ponere. *Timor* obliuionem omnino fugiat. *Dei.* Et semper sit memor omnium, quæ præcepit Deus. Et qualiter contemnentes Deū in gehennam pro peccatis incidunt, & vitam eternam, quæ timentibus Deum preparata est, animo suo semper reuoluat. Et custodiens se omni hora à peccatis, & vitij, id est, cogitationum, lingue, oculorum, manuum pedum, vel voluntatis propria: sed & desideria cogitare festinet. Existimet se homo de caelis à Deo semper respici omni hora, & facta sua in omni loco ab aspectu diuinitatis videri, & ab angelis omni hora Deo iudicari. Demōstrant nobis hoc propheta cum in cogitationibus nostris ita Deū semper presentem ostendit dicens. *Psal. 76.* Scrytans corda & renes Deus. Et itē: Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et item dicit: Intellexisti cogitationes meas à longe. Et quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam, vt sollicitus sit circa cogitationes suas peruersas, dicat semper vtili frater in corde suo. Tunc ero immaculatus coram eo, si obseruauero me ab iniquitate mea: voluntate vero propria non facere prohibemur, cū dicit scriptura nobis, Et a voluntatibus tuis auertere. Et itē rogamus Deum in oratione, vt fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo merito nostram non facere voluntatem, cum cauemus illud, quod dicit scriptura. Sunt viæ, quæ putantur ab hominibus rectæ, quarum finis vsque ad profundum inferni demergit. Et cum item cauemus illud, quod de negligentibus dicitur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in voluptatibus suis. In desiderijs vero carnis ita nobis Deū credamus semper esse presentē cū dicit propheta Domino Ante te omne desiderium meum. Cauendum ergo est, ideo malū desiderij, quia mors se-

ent introitum delectationis posita est. Unde scriptura precipit dicens, Post concupiscentias tuas non teas. Ergo si oculi Domini speculantur bonos, & malos, & Dominus de caelo semper respicit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum. Et ab angelis deputatis nobis quotidie die, noctuq; Domino factori nostro opere nostra nunciantur, cauendum est omni homini fratres, sicut dicit in Psalmo propheta, ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora respiciat Deus. Et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est, & expectat nos conuerti in melius, ne dicat nobis in futuro, Tac fecisti, & tacui.

Gradus secundus humilitatis.

Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem, delectationem non delectetur implere. Sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis. Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui me misit. Item dicit scriptura, Voluntas habet bonam, & necessitas parit coronam.

Tertius gradus humilitatis.

Tertius humilitatis gradus est, ut quis pro Dei amore in omni obedientia se subdat maiori, imitans dominum, de quo dicit Apostolus, factus est obediens usque ad mortem.

Quartus gradus humilitatis.

Quartus humilitatis gradus est, si in ipsa obedientia duris, & contrariis rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniurijs tacita conscientia patietiam amplectatur, & sustinens non lascescat, vel discedat dicente scriptura, qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Item, Confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et ostendens fidelem pro Domino vniuersa etiam contraria sustinere debere, dicit ex persona sufferentium, Propter hoc morte afficimur tota die, & estimamur sicut oves occisionis. Et securi de spe retributionis diuinae subsequuntur gaudentes, & dicentes, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Et item alio loco scriptura, probasti nos, inquit, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, potuit tribulationes in dorso nostro. Et vt credat sub prore debere nos esse, subsequitur dicens, Imposuisti homines super capita nostra Sed & preceptum Domini in aduersis, & in iniurijs per patientiam adimpletes, qui percussi in maxillam praebeant & aliam, auferenti tunicam dimittant & pallium. An-

gariati miliario, vident & duo. Et cum Paulo Apostolo falso, fratres sustinet, & perfectiones, & maledicentes se benedicunt.

Gradus quintus humilitatis.

Quintus humilitatis gradus est, si oēs cogitationes malas cordi suo aduenientes, vel mala à se abscondita commissa per humile confessionem Abbati non celauerit suo. Hortatur nos de hac re scriptura dicens, reuelata Dño viam tuam, & spera in eo. Et item dicit, Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius. Et item propheta, Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non operui. Dixi, pronuntiabo aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei.

Gradus sextus humilitatis.

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate, vel extremitate contentus sit monachus, & ad omnia, quae sibi iniunguntur velut operarium se malum iudicet, & indignum. Dicens sibi cum propheta. Ad nihilum redactus sum, & nesciui, ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Gradus septimus humilitatis.

Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem, & viliorem non solum sua lingua pronunciet, sed etiam intimo cordis credat affectu, humilians se, & dicens cum propheta: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Exaltatus sum, & humiliatus, & confusus. Et item Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discam mandata tua.

Gradus octauus humilitatis.

Octauus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus, nisi quod communis monasterij regula vel maiorum cohortatur exemplum.

Gradus nonus humilitatis.

Nonus humilitatis gradus est, ut linguam ad loquendum prohibeat monachus, & tacurnitatem habens usque ad interrogationem non loquatur. Mostrante scriptura, quia in multiloquio non effugies peccatum. Et quia vir linguosus non dirigitur super terram.

Gradus decimus humilitatis.

Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis, ac promptus in risu. Quia scriptum est, Stultus in risu exaltat vocem suam.

Gradus undecimus humilitatis.

Undecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur monachus, leniter, & sine risu, humiliter, & cum grauitate, vel pauca verba, & rationalia loquatur, & non sit clamorosus.

in voce, sicut scriptum est. sapiens verbis in-
notescit paucis.

Gradus duodecimus humilitatis.

Duodecimus humilitatis gradus est si nō
solum corde monachus, sed etiam ipso cor-
pore, humilitatem, videntibus se semper in-
dicet. in opere, in monasterio in oratorio,
in horto, in via, in agro, vel vbi cumq; sedes,
ambulans, vel stans in clinato sit semper ca-
pite, defixis in terrā aspectibus, reum se om-
ni hora de peccatis suis existimans, iā se tre-
mendo iudici Deo presentari existimet. Di-
cēs sibi in corde semper illud, quod publica-
nus ille euāgelicus, fixis in terram oculis di-
xit, Domine, non sum dignus ego peccator
leuare oculos meos ad cælū. Et item cū pro-
pheta, Incuruatus sum, & humiliatus sū vs-
quequaque. Ergo his omnibus humilitatis
gradibus ascendens monachus mox ad carita-
tem Dei perueniet illa, quæ perfecta foras
mittit timorem, per quā vniuersa, quæ prius
non sine formidine obseruabat, absque vllo
labore, velut naturaliter ex consuetudine
incipiet custodire, non iā timore gehennæ,
sed amore Christi, & cōsuetudine ipsa bona,
& delectatione virtutum, quæ Dominus iā
in operarium suū mundū à vitijs, & peccatis
Spiritus sancto dignabitur demonstrare.

*DIVI BERNARDI ABBATIS.
Sermonum in cæna Domini Prologus.*

PAschalibus dapibus esuriens satura-
ri quicumq; requiris, mēsula nostra
posita est, quæ nulli vetatur egēti.
Ibi refici poteris ex micis, quæ re-
manferunt de mensa Dñi. Nam ille dulcissi-
mus panis, qui de seipso ait: Ego sum panis
vuius, qui de cælo descendit, dum esset in mū-
do satiauit non mediocriter filios suos: illos
videlicet quibus ascensus ad patrem, ait:
Filioli adhuc modico tempore vobiscū sum.
Sed ascendens in cælum dimisit reliquias
suas paruulis suis, quas, dum illū beatissimū
panē ange'orum, Dominum meum Iesum
quærerem gemens, & plorans, quæque pre-
ciosa mūdi pro illo ineffabili cibo dare deli-
berans, euangelista Iōāne in voluntate Dñi
propinante accepi. Sed quicumque ad hanc
mensulā seruuli Christi sedere voluerit, non
sine lacrymis quaso accedat, & si accesserit:
salte sine gemitu nō recedat. Nam in ea in-
uenies cibum non ventris, sed mentis: non
holocausta medullata, nec boues cum hircis,

Ioan. 6.

2/16. d

A

sed illum agnum de virgine natum, quico-
rā percutientibus se, obmutuit, & non ape-
ruit os suum: cui confiteatur anima mea, &
sana eā, quæ peccauit ei. Ille mihi sit via in
hoc opusculo, & in omnibus actionib' meis,
vt illo duce, quæ gesserō, incipiam, & finiam:
vt annunciem nomen Domini in Sion, &
laudem eius in Hierusalē, vt dum conuene-
rint populi in vnum, & reges vt seruiant Do-
mino, merear illum videre in bonitate or-
ctorum suorū, & lætari in lætitia gentium,
qui est benedictus in cæna.

Isa. 50.
Cr. 53.

**LECTIO S. EVANGELII
secundum Ioannem**

*Ante diem festum Paschæ, dicit Iesus quod
venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad
patrem, cum dilexisset suos, qui et ante in mu-
ndo, in finem dilexit eos. Audistis fratres di-
lectissimi, cum euangelium legeretur, quod
dictum est, Ante diem festum Paschæ, &*

Verbum Patris, Filii Dei, quod vno ma-
te generis humani verbum caro factum est,
& habitauit in nobis, cupiēs instruere, & in-
formare ad exempla humilitatis sequenda
discipulos, & per illos omnes credētes in
cum appropinquasset hora illa pijsi, qua
caro, quā de intemerata virgine rumpserat
Maria, tam triste esset perpeflura supplicii:
ab illo nobili suæ tēporalitatē extremo cō-
uiuio surrexit, vestimenta deposuit, aquam
in peluum misit, & pedes discipulorum lauit.
Et hoc est, quod Ioannes euāgelista ait: An-
te diem festū, &c. Talis erat mos, & consue-
tudo Iudæorum, vt illum diem haberēt so-
lemnem, quando illis Dominus mare rubrū
diuisit i duas partes, & deduxit eos per me-
dium eius, & excussit Pharaonem, & virtu-
tem eius in eodem, hic est ille dies paschæ
de quo dictum est. Ante diem festum
Paschæ. Nam Pascha interpretatur transitus
Pascha, quo verus Moyses per mare rubrum
debebat transire, & nō post quadraginta an-
nos, sed tantū post quadraginta dies in ter-
ram promissionis intrare. Ille Iudæorū dies
fessus erat vmbra, quo patres conuer-
sierunt de Aegypto, sed nō iū veritas, quō
Christus transiit de hoc mundo sic nos fe-
cit transire de vitijs ad virtutes, de morte
ad vitam, de mundo ad cælum, pro nobis vi-
ctima factus, & sacrificium, seipsum Deo
patru in ara crucis offerens holocaustum.

cap. 13.

Transi-
it vram
filiiit

Ante

Ante diem festum paschæ, &c.

Quid ergo dicit sancte Iohannes, quod di-
cis festum? Nonne dies festus, dies est gau-
dij, & lætitiæ? Putasne dies ille est lætitiæ;
& iocunditatis, quo agnus in crucem leua-
tur immolandus stipite, opprobrium homi-
num factus, & abiectio plebis, quo præ dolo-
re Sol obsecuratur, petra scinduntur, & tota
contremiscit orbita mundi, ubi mater sic plo-
rat: tu eius dilectus Iohannes? Potius ille
dies, aut luctus, quam risus & lætitia sanctis
& electis. Sed in die lætitiæ tibi, & aposto-
lis, tristitia, & horum lætitiæ, vertetur
in lætitiæ: & tristitia apostolorum est ver-
sa in gaudium. Sequitur, Scilens Iesus quod
venit eius hora, & manserit in hoc mundo
ad Patrem. Iesus hebraice, latine Saluator in-
terpretatur. Iste est ille Saluator fortissim⁹
qui vltimus vinci non potest, & saluat om-
nes sperantes in se. Semel pro te Christiane
victus est, imò mortuus: sed nobis flere,
quia surrexit à mortuis, & mors illi vltra
non dominabitur. Oportebat illum mori
pro salute mundi; & resurgere tertia die, &
predicari in nomine ipsius poenitentia, &
remissio peccatorum per omnes gètes, quonia-
m ipse sic disposuerat, & hoc est quod di-
citur, *Signis Iesus quia venit eius hora, &c.*
hec est illa hora de qua superius timens mo-
ri secidit carnem in genuis, & ait, Nunc anima
mea turbata est valde. Et quid dicam? Pater
saluè me fac ex hac hora. Sed propterea veni
in hanc horam. Timuit Christus mori, vt
tu non timeas mori confidens in eum, qui
suscitauit Iesum à mortuis, tertia die. In illū
tantum, qui suscitauit Iesum, est confiden-
dum. O tu Christiane, ne de hac infirmitate
desperes. Docuit quid tunc, & in omnibus
periculis mortis debeas dicere, ad quem co-
fugere, quæ invocare, in quæ sperare: in pa-
tre Deo, qui non potest despiciere sperantes
in te, cū attestatione bonorū operū. Bono-
rū dico, quia sine meritis aliquid sperare, nō
spes, sed præsumptio debet dici. Tu itaq; ta-
lia fac opera tua, vt ei in hora mortis, in ve-
ritate dicere possis. In te Domine speraui,
non confundar in æternum. Hanc horam
praefecit, hanc horam elegit, vt in ea per
mortem de hoc mundo transiret ad Patrem
secundū humanitatē, à quo nunquā recessit
secundū diuinitatē. Illa hora est finis ille
de quo dicitur, Cū dilexisset suos, qui erāt in
mundo, in finē dilexit eos. Cū dilexisset suos
pro eis homo factus, in tantū eos dilexit, quo-

usque ad mortē dilectio eum perduxit. Te
dilexit in morte, vt tu dilectione eius possis
transire de mundo ad Patrem. Te dilexit in
finē, vt tu in eius dilectione, vsq; in finē per-
maneas, quod quidem feceris, prout iussit
ad patrem transibis. In cuius dilectione, qui
vsque in finē non permanferit, in veritate
dico, in æternum peribit. In eius dilectione
modus amoris nullus esse debet. Sine mo-
te dilexit, sine modo eū diligere debes. Mo-
dum dilectionis excessit te diligendo, per te
moriendo, tu quantum eum diligere debes
nō potes. Dilige eum ex toto corde, ex tota
mente, & omni anima, & omnibus viribus
tuis. Hoc tantum querit, vltra non querit:
hoc fac, & viues. Sequitur, Et cœna facta, cū
diabolus iam misisset in cor, vt traderet eū
Iudas Simonis Schariotis. Hec innuitur cœ-
na esse parata, sed nondum transacta: quia
postea recubuit, & buccellam Iudæ tradidit.
O Iuda infelix, & discipule pessime, mer-
cator nequam. Tibi cœna parabatur, & à te
dator cœnæ tradebatur? O miser Iuda. O
male confessor. O desperate poenitens, dixisti,
Peccauit tradens sanguinem iustum, &
laqueo desperationis te miser suffocasti.
Ite vt arbitror fuit filius Simonis Schario-
tis. Simon dicitur obediens, sed qualis vir iste
Simon fuerit, Deus scit: ego autem nescio. *Id ridi-
culū cœ-
seo ety-
mum.*
Schariotis dicitur à vico in quo ortus fuit,
qui alio nomine marmotis dicitur, siue ma-
la mors. Et merito de mala morte fuit, quia
sic mala morte periit. Diabolus miserat in
cor per suggestionem, vt traderet eum non
credens illum esse Deum. Nōne contremis-
cis recogitans Christiane, & tu monache
sancti Benedicti, quid actum est de discipulo
Christi? Diabolus misit in cor eius, vt tra-
deret vitam & tradens vitam, per laqueum
desperationis se, & vitam perdidit. Si lupus
nō timuit intare in gregem Domini, vnam
de duodecim tam pauculo numero macta-
re, & perdere, quid facturus est de grege cō-
misso pastori? Vnusquisque vestrum fratres
charissimi videat ne sit Scharioth Iudas.
Videte, quomodo caute ambuletis, non
quasi insipientes, sed vt sapientes. cauti con-
tra callidū hostis insidias. Misit in cor Iudæ,
vt traderet et dominum. Quid est traderet
Dominum? Vendere Dominum. Quid est
vendere? Alienare. Dominum vendit,
qui à se Dominum alienat. Dominum alienas
à te: si depellis eum à te. O monache
Dei. O discipule Christi, audi me, audi

consilium meum. Te diabolus querit euclere, te extrahere de grege Domini. Vide ne consentias ei. Vide ne credas ei. Mendax est, & Pater eius. Te vult occidere. Te vult mactare. Te vult perdere, & tecum in gehennam trahere. Cauete à loculis. Cauete à marsupijs. Fouæ Diaboli sunt. Heu quot in illis perdidit, quot in illis interfecit. Dicitur de Iuda, quia fur erat, & loculos habebat, &c. Ille dum sitit lucrum, tendit ad laqueum: dum perdit vitam, lucratur mortem. Heu quot loculi, heu quot marsupia sunt in monasterijs sancti Benedicti, heu quot cucullati, super auriculas tonsurati habet marsupium mentis, habent loculum propriæ voluntatis, marsupium murmurationis, detractionis, vagationis, superbiæ, & liuoris, inuidiæ, & malæ voluntatis. Sed memento fratres dilectissimi, quod qui talia agunt, Iudam traditorem sequuntur, & ideo nisi se emendauerint, regnum Dei non possidebunt. Estote quanto dilectissimi discipuli Christi non in falsitate, sed in veritate: non in veste, sed in corde: non in alta tonsura, sed in mente pura: Iudam derelinquite desperantem, Petrum sequimini verè poenitentem. Iudam derelinquite desperantem in baratro inferni, Petrum sequimini qui est in gloria paradisi. Tenete lacrymas Petri. Quod si feceritis, peruenietis ad gloriam Petri, per Iesum Christum Dominum, cui confiteatur anima mea. & sanet eam, quia peccauit ei. Qui cum Patre, & Spiritu sancto sit benedictus, per cuncta sæcula. Amen.

G

Sermo secundus.



Icut auris non potest satiari auditu, nec oculus visu, sic nos nunquam satiari debemus enarrandis pijs operibus Christi. Nam mihi dulcia sunt super mel, & fauam, & cariora super milia auri, & argenti, & his saturari non possum. Amplificet mihi Dominus desiderium meum: & lætificet me in iocunditate vultus sui, cum omnibus diligentibus eum: de quo in consequentibus dicitur. Sciens Iesus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit à cæna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteam præcinxit se. & misit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Sciens, quia omnia dedit ei

Pater in manus, & bona, & mala; mala usum, & bona in effectum. De malo productionis Iudæ fecit bonum redemptionis nostræ. Vel sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus: quare omnia subiecit sub pedibus eius, oues & boues, insuper & pecora campi. Et sciens, quia à Deo exiuit non cum deferens: & ad Deum vadit non non derelinquens. Surgit à cæna, &c. A Deo exiuit, quare de sinu patris in uterum beatæ virginis venit: quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse in æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, se in formam accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. A Deo quoque exiuit, cum talem se hominibus præbuit qui posset videri, & tangi: Imo quod non tantum magno gemitu cordis, & fluuiio lacrymarum stilo commendare deberem, scilicet in colaphizari, flagellari, conspui, & ad vltimum occidi: & hoc est, quod dicitur, à Deo exiuit. Sed noli flere bone monache, quia sequitur, ad Deum vadit. Ad Deum vadit, quia resurgens ex mortuis iam non moritur: mortui illi vltra non dominabitur. Ad cælos ascendit, sedet ad dexteram Patris, constitutus Deo Iudex viuorum, & mortuorum. Hoc est, quod dicitur: Surgit à cæna, nam cæna surrexit, quia de sinu Patris vultu abijt cum angelis, ad homines venit, trabeam nostræ mortalitatis assumens. Vestimenta quodammodo deposuit: cum semetipsum exinanuit. Sibi viuendo humanam naturam linteam accepit, & præcinxit se: quia naturam humanam se induens, in ea se virtute præcinxit, & de hoste superbo gloriosè triumphans, rex gloria est factus, & Dominus virtutum. Aquam misit in peluim, & pedes discipulorum lauit. Quid est aqua? Quid est peluis? ista est aqua illa benedicta, qua pedes mentium lauat, leprofos mundat, oculos illuminat, sanat a grotos, mitoncat impios, resuscitat mortuos. Ad hanc aquam Dominus meus Iesus inuitat sitientes dicens: quis sitit, veniat ad me, & bibat. Aqua ista Spiritus sanctus est. Aqua ista est illa, de qua Ieremias ait: Dereliquerunt fontem viuæ, & foderunt sibi cisternas dissimulas, quæ continere non valent aquas. Poti magno nomine isto fonte, vt nō sitiam amplius. Nam si in anima mea ad istum fontem viuum. O si attigero fontem istum. O si satiarer cum dulcissimo fonte, putas veniet tempus quo plenarie de eo possim haurire? Et quanto?

Est aliquando, quare non modo? Quid dicam? Quid faciam: quia Dominus meus differt ad me venire. O dulcissime Iesu sint mihi lacrye refectiois assiduae, donec dicatur anima mee, gaude, & lætare. Ecce quæ quaris, ecce quem desideras, ecce pro quo ploras, ecce Dominus tuus, ecce Deus tuus, Pater, & Filius, & fons desideratus Spiritus sanctus. Modo inebriare à delicijs paradisi. Quia ista fratres mei, Spiritus sanctus est. Spiritus sanctus se sic inebriet mētes nostras, ut præter eum nihil aliud iustigamus. Peluis illa in qua Dominus spiritu sanctum posuit, est peluis fœderum, in qua per lauacrum regenerationis Spiritus sanctus sordes credentium lauat. Quod dicitur. Pedes apostolorum lauit, audi immunditias eorum vestigia sequentium: vel possumus dicere, quod peluis, huc receptaculum Spiritus sancti, corda apostolorum fuerunt, quibus Dominus Spiritum sanctum infudit, & eorum pedes lauit, quia in fide catholica, quæ fideles vehit se ad vitam, quam puluere infidelitatis fuscata tenebant, penitus expulsa rubigine per Spiritum sanctum confirmavit. Possumus & aliter dicere si tecum amore Christi audire delecteris. Sed non sine lacrymis accipias quæso, quod sine lacrymis scribi non debet. Aquam in peluim misit, quia pro tuo amore mortem delicias reputans in crucis stipite piæ crucis erorem fudit. Et lauit pedes apostolorum, id est vestigia credentium mundauit, quæ lordida, erat peccatis. Et exierit linteo, quo erat præcinctus, humana scilicet carne, qua erat indutus, quia eius passio peccatorum nostrorum est vera purgatio. Vel coenam Dominicam, qui passionem eius assignare voluit, à manute venarum se exorbitare non credit. Hæc coena ista passionem significat. Sic post coenam non fit prandium, sic Christus post suam semel passus est non iterum patitur. Surgit à coena post passionem, ponit vestimenta, scilicet priorem infirmitatem, linteo se præcinxit eadem carne iam immortalis. Aquam in peluim mittit, quia per baptismatis lauacrum credentes lauit à peccatis. Et exergit linteo, quod est præcinctus, quod pro nobis interpellat patrem geminibus inenarrabilibus, sibi ostendendo suam humanitatem. O mira, & inexcelsa pietas. O inestimabilis bonitas. O noua & inaudita humanitas. Christus Dei Filius de pura, & intemcrata Virgine natus, Rex regum & Dominus dominantium, surgit à coena.

Vestimenta deponit, se linteo cingit. Aquam in peluim mittit. Ante discipulos reuerenda genua flectit, humilis & proclius pedes discipulorum lauit. O quis vniquam audiuit talia? O quam stupenda pietas. Mira Dei clementia, lauit pedes discipulorum, qui de nihilo cuncta creauit. Quid tibi videtur quicumque es homo, quem ira accendit, superbia consumit. Ira perturbat, superbia deuastat, promptus ad iram, festinus ad superbiam? O superbe. O germen diaboli. O apostata Christiane. O serue nequam. Quid tibi videtur de creatore tuo, de Deo tuo? Pronus lauit pedes discipulis, & tu dedignaris humiliari fratribus offensis? O serue male, semen Chanaan, & non Iuda, qui es per auctorem superbiae deceptus, cur non cōsideras, qui est ille, quæ per superbiam sequeris? & quis est ille, quem per humilitatem imitari contemnis? O quam malus est ille, quem sequeris, & quam bonus est ille, à quo deuias. Ille est diabolus. Ille vero Deus. Elige quem imitari sit melius, o superbe nonne frons tua erubescit? Erubescere vas stercoreum vltius habere superbiam. An ignoras, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam suam? Exue veterem hominem, & indue nouum, videlicet Dominum Iesum, & reformabit corpus humilitatis tuæ configuratum corpori claritatis suæ. Disce quæso vltius habere humilitatem per humilitatis auctorem. Nam de eo sequitur: venit ad Simonem Petrum. Et dixit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Quando Dominus Iesus pedes discipulorum lauare cepit, prius ad primum discipulorum venit. Et idem Petrus expauescit, quod Deus lauit pedes homini. Nam pauore perterritus, non potuit sustinere dominum ad pedes suos humiliatum. Viderat eum aquam in peluim mittere, se linteo accingere, & mirabatur forte, quid veller facere. Sed postquam vidit illum ante pedes suos vas cum aqua portare, genua flectere, & ad lauandum se præparare, multoque quam dei potest miratus expauit. Et magno timore percussus, ingemuit, & exclamauit dicens: Domine tu mihi lauas pedes? Creator creaturæ, & Deus homini, Dominus seruo, magister discipulo, immo qui factus est ex limo, ille qui fecit omnia ex nihilo? Surge Domine. Surge Deus meus. Quid vis facere? Non possum

L

M

sum sustinere, non possum ferre. Oculi mei te videre refugiant, sic procliuū, sic prostratum ante pedes meos. Surge creator. Surge Deus meus Surge lux mundi, vita mea, gloria mea Noli facere qđ te video facere velle. At Iesus ait. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Ac si dicat, noli timere, noli expauescere. Re vera Petre magna sunt hac humilitatis indicia, sed cito maiora videbis: Sine modo, quia sic oportet fieri, licet nunc ignores huius ei mysteriū. Scies postea. Mysterium est exemplum est: quod iturus ad patrem tibi relinquo. Ideo noli prohibere, quod facere volo. Dicit Petrus, noli lauabis mihi pedes in æternum. Absit à me Domine, vt mihi laues pedes in æternum, in aliquo tempore. Respondit Iesus: Si non lauero te, non habebis partē mecum, qđ dicit te, & non pedes. Sine doche ibi est, quando quod est partis toti attribuitur. Ego sum aqua lauans. Ego sum aqua sanctificans, nisi te lauero, non habebis partē mecum. Petrus audiens non habebis partē mecum, totus intremit: nihil iam contradicens magistro: non tantum pedes, sed totū se offert ad abluendum, dicens: Domine nō tantum pedes meos, sed manus, & caput. Quid est quod dicis? Non habebis partem mecum? O quam amarum est quod dicis, non habebis partem tecum, nonne tu vita mea, dulcedo mea, tota spes mea, salus mea, & omne desiderium meum? Ecce me, fac quidquid vis de me, laua pedes, & non solū pedes, sed manus & caput. Sed o Domine Iesu. Cum hoc sit verum, quod nullus possit partem habere tecum, nisi prius laueris eum: miserere mei, miserere mei. Ego sum ille tuus peccator, totus immadus, totus sordidus: partem tecum habere cupio, tecū partem habere desidero. Ne despicias me Deus salutaris meus. Propitius esto mihi peccatori, laua sordidum, laua inquinatum, laua pedes, laua manus, laua caput, immo totum corpus, laua mentem, laua animam, laua me interius, & exterius, laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Si laueris me, super niuem dealbabor. O domine Iesu, quis dabit mihi vt venias in cor meum, & inebries me aqua tua, vt obliuiscar mala mea præterita: & verbum bonum amplectar te, vita, quæ numquam moreris in æternum? Dulcis cibus animæ mea, veni Domine, & noli tardare. Expestat anima mea peccatrix ad sufficienter ponendum,

& ad bene viuendum, tuæ gratiæ inspirationem. Dixisti Petro, qui lotus est, non indiget nisi, vt pedes lauet. Ego non sum Petrus, lotus, totus lauari indigeo. Me tibi committo, fac de me quidquid vis. Tu autem Domine in æternū benedictus permanes. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Hic innuitur apostolos esse baptizatos. Sed non legimus vbi. Qui lotus est baptisimo, totus est mūdus. Sed qui iterum terrena in habitationis puluerem inquinatur, iterum opus est pedes lauari. Quis lauat Dominus interius pro nobis & nos ipsi orando, in contritione cordis & compunctione lacrymarum. Hæc etiam qui in otio stultet veritati, dum per alios pulsantem sponsæ aperire pergit, pedes inquinat quæ veritas humiliter auditur, sed sine periculo non prædicatur: hæc enim sponsa metricis canticorum se vitare velle demonstrat, vbi eam sponsa exhortanti ad prædicationem, sic inquietas ait: Exposui me tunica mea, quomodo induar illam? Ipsi pedes meos, quomodo inquinabo meos? Dixit ei sponsus: Aperi mihi foror mea, amica mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis notitium. Ac si dicat. O foror mea, amica mea, amica mea, confida rectorum meorum. Columba mea Spiritu sancto illustrata, Immaculata mea terrenis cusis exuta. Aperi mihi, id est, fac mihi peruia corda errantium prædicando. Caput meum plenum est rore, id est deitas mea circumdata caritatis feruore est. Et cincinnati mei guttis notitium, id est collectiones fidelium sententiarum hæreticorum. Ad quem sponsa. Exposui me tunica mea, quomodo induar illa, id est deserui secularia, quomodo repetam illa? Remoue me à prædicatione, quomodo reincipiam? Laui cogitationes & meditationes, quomodo inquinabo foras meas. Sed hos pedes discipulis lauat Dominus per sponsonem suæ orationis, vbi dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod sequitur: Vos missi estis, sed non omnes, exponit euangelista cum dicit. Sciebat enim quis eum erat traditurus, propterea dixit non estis missi omnes. Sequitur. Postquam lauit pedes eorum, & accepisset vestimenta sua, cum recubisset: dixit iterum eis: Scitis quid fecerim vobis, ego Dominus & magister? Exemplum enim dedi vobis, vt &

Vos ita faciatis. Hoc si memoriae commenda-
 distis: exhibitum est. Postquam lauit pedes
 discipulorum, i. impleta purgatio de per
 sanguinem suum, accepit vestimenta, quia
 immortalis factus. Cū recubisset, id est cum
 ad dexteram Patris sedisset, dixit per Spiritu-
 tum sanctū missum in linguis igneis, o bea-
 tos pedes, o pedes felices, qui talem ac tan-
 tum meruerunt habere lauatore. De pe-
 des electorū dico, de Iudæ, traditoris pe-
 libis non dico, o beate Petre, o felices Apo-
 stoli, ante pedes eorum asstitit humilis Crea-
 tor. Angelorum. o beata purgatio, o beata la-
 uatio, quæ mundat leprofos, curat ægros, vul-
 nerna sanat, cicatrices solidat, lumen do-
 nat cæcis, gratiam claudis, pulchritudinem
 in oculis diuitias egenis, mœstis lætitiā, po-
 tentibus veniā, mortuis vitam. O gran-
 de gaudiū, immensa lætitiā. Christus post-
 quā lauit, sua vestimenta accepit, post mor-
 tem carnis, gloriam habuit resurrectionis.
 Post sanguinis effusionem, accepit corporis
 immo. Deinde recubuit, deinde
 requieuit, cælos ascendit, ubi sedet bene-
 dictus in dextera Dei Patris. De illo accubi-
 tus discipulis intonat, instruit, docet per spi-
 ritum sanctum, & per ipsos intonat gentibus
 sanctis. Scitis quid fecerim
 vobis? Vos me vocatis magister, & Domine,
 & bene dicitis, sum etenim. Hoc est, quod
 promiserat Petro dicens: Sciēs autē postea.
 Hic inuitat ad sciendum, quod prius nesci-
 bant. Quod dicit, Vox vocatis me magister
 & Domine, & bene dicitis, sum etenim, non
 est de arrogantia sed de veritate. Qui enim
 necessitate cogente, vera de se bona loqui-
 tur, tanto magis verius humilitati iungit-
 ur, quanto, & veritati associatur. Vos voca-
 tisme magister, & Domine, & bene dicitis,
 sum etenim. Ego sum magister ego sum do-
 mine. Ego sum magister sine errore, ego
 sum magister sine fallitate. Ego sum magi-
 ster bonitatis, ego sum magister sanctita-
 tis. Qui sequitur me, bene vadit, ambulare
 male non poterit. Ego sum Dominus vitæ,
 Dominus mortis, Dominus cæli, Dominus
 Creator cunctorum, & Dominus om-
 nium. Si ego laui pedes vestros Domi-
 nus, & magister, & vos debetis alter alte-
 rius lauare pedes. Sicut prius exemplo, sic
 nunc eos verbo instruit magister veritatis,
 Hic. n. sumitur argumentum habendæ hu-
 militatis, ac si dicat. Si ego q. sum Dominus,
 & magister laui pedes vestros, & vos qui nō

estis magistri, ne Domini, debetis alter alte-
 rius lauare pedes.

Exemplum dedi vobis, vt quemadmodū
 feci vobis, ita & vos faciatis, & est sensus: Si
 ego laui pedes vestros, i. si ego dimisi vobis
 peccata, qui sum Dominus Deus potēs om-
 nia, & magister sciens omnia antequā fiant,
 Vos qui estis serui, & discipuli debetis in vos
 peccantibus dimittere, & pro eis orare. Exē-
 plum dedi vobis, vt quemadmodum ego fe-
 ci vobis, ita, & vos faciatis. Non eritis boni
 serui si non fueritis secuti Dominum: Nec
 veraces discipuli, si deiciueritis à doctrina
 magistri. Audite prælati, qui cathedram te-
 netis regiminis.

Putas ne tenetis exemplum Domini?
 Vnusquisque nostrum conueniat conscien-
 tiam suam. Gaudeat si tenet. Si non tenet,
 iam non est discipulus Domini. Melius illi
 esset si haberet molam asinariam in collo, &
 demergeretur in profundū maris, quā vt
 esset fortitus nomen Abbatis. Melius illi ef-
 fet, si esset custos porcorum, quā vt ef-
 fet Abbas monachorum, O puluis Domini.
 O humilitas Christi, quā longe recessisti.
 O quā sunt rari, o quā sunt pauci, qui
 aquā in peluim mittant, & flexo poplite ad
 lauandū pedes discipulorum pergāt. Peccat
 frater, offendit frater, in aliquo delictū ce-
 cidit. Non est peluis, non est aqua, non est
 qui se præparet ad illum abluendū. Sed po-
 tius ad expellendum. Discite prælati, q. hoc
 non est de regula Christi. Ille lauit pedes
 discipulorū genibus flexis, & vos non vultis
 lauare sordes vestrorum conseruorum to-
 tis corporibus in terram prostratis? Nō est
 discipulus super magistrum. Peccat mona-
 chus, peccat conuersus, puluerem portat in
 pede: immo forte toto corpore tabescit in
 cute. Tolle aquam, tolle doctrinam de pel-
 uibus magistri, de præceptis Domini, curre
 ad eum non in equo Pharaonis, sed in hu-
 militate redemptoris, vultu placido, mente
 tranquilla, quā citius potes, lauare festi-
 na, ne puluis vertatur in scabiem, scabies
 vertatur in lepram, & leprosus expellatur
 de grege Domini. Sed si obstinatus fuerit, &
 emendari noluerit, dicens nō lauabis mihi
 pedes in æternum. Dic & tu ei. Si non la-
 uero te, non habebis partem cum Christo
 Domino. Postea si cum Petro assentire
 voluerit: laua eum, cum omni humilitate,
 mansuetudine, & misericordia, vt tu ip-
 se misericordiam à Deo consequaris.

Quod si non feceris, non habes exemplum Christi, nec es discipulus Christi. Quod Christus fecit, facere dedignaris? Quod dominus fecit, seruum cur facere tædet? nõ est seruus maior Domino suo, nec apostolus maior eo, qui misit illum. Sicut ego patior, & vos patimini, sicut me humilio, & vos humiliamini, si hæc fecitis, quæ feci, & docui, beati eritis si feceritis. Non de omnibus dicebat, quia Iudas apostata erat. Elegerat duodecim sed vnus Diaboli erat Iudas Iscarioth, qui contra Dominum leuauit calcaneum, de quo ipse dixit, vt impleatur scriptura: Qui manducatur panem meum, leuauit contra me calcaneum suum. O Iuda infelix, dominicum panem manducas, & contra Dominum calcaneum leuas? Heu quanti Iudæ, qui panem Domini manducant, & Dominum in operibus suis calcæ percutiunt. Quanti de altari viuunt, qui altari non seruiunt, imo Dominum altaris pro nihilo ducunt. Heu, quod magis dolendum est, quanti sacerdotés, sed falsi sacerdotés, qui panem Christi, corpus Christi sumunt ore, & Christum conculcant pede, putridi fetore luxuriæ, infecti veneno nequitie, isti sunt Iudas Iscarioth, qui nisi se in melius commutauerint, vtinam nati non essent. Sed tu serue Dei monache, Christi tene exemplum & habebis promissum, fac quod iussit, vt possis venire ad illam beatitudinem quam promissit. Sequitur, A modo dico vobis prius quam fiat, vt cum factum fuerit, credatis, quia ego sum, & est sensus: Vsque huc toleraui, & taceui, sed iam noto proditorem ante quam fiat, quod mox est faciendum vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum ille, de quo scriptura illa prædixit. Vos ergo fratres mei, discipuli Christi, cogitate quid Iscarioth fecit, & videte ne consimilia faciatis. Iudas contra Christum leuauit calcaneum, vos ante illum prosternite corpus, & animam. Iudas ab illo recessit, vos autem sequimini illum. Iudas vendidit illum Iudæis, vos autem vendite, quæ habetis, vt possitis comparare eum. Non solum autem, quæ habetis, sed etiam vosmetipsos pro amore tantæ pulchritudinis margaritæ pro nihilo reputetis, & illi soli placere, quantum potestis contendite: Vt ego, & vos ad illius gaudia sine fine mansura, quæ ipse est vaticinatus peruenire, per eundem mundi Saluatorum, qui cum patre, & spiritu san-

cto viuunt, & regnat benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Sermo III.

CVM de iure conditionis humanæ omnem hominem exire oporteat ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam, & scriptura non possit solui necesse est, vt vnusquisque dum in corpore viuunt, operari non cesset, quod sibi expedit in æternum. Nam cito veniet tempus, & hora, quibus labor omnis, & vniuersa cura laboris cessabit, & tunc omnis homo secundum suum laborem mercedem habebit, cum nihil sit dulcius, nec æquius, quam respicere in mandatis Domini, in lege Christi meditari. Egi quia mihi bonum est lex redemptoris mei super milia auri & argenti, & de fructu laborum meorum cuilibet dare petenti. Tu autem mihi lector ausculta diligenter, & quid tibi pro me loquatur Christus obsecro. Ipse est quo nullus maior, nullus melior, quo nullus pulchrior, nullus dulcior, nullus charior. Gloria sanctorum, decus angelorum, auctor, & curator curætorum, qui ait discipulis suis, Amen amen dico vobis, si accipit, si quem miserum, me accipit. Et qui me accipit, accipit eum, qui me misit. Postquam Dominus, & Saluator noster suo exemplo docuerat humilitatem, & carnis passionem, supponit honorem vt eos consoleretur, affirmans quod ipse, & Pater eius in illis recipitur, qui pro illius amore recipiuntur: hic est notandum, quod in misso, non misit sed mittentis auctoritas commendatur. Qui ergo accipit nuncium Christi, Christum accipit, Et si Christum, & patrem Christi. Quid tibi dicit Christiane? Veritas loquitur, veritas mentiri non potest. Ait enim, Qui accipit quem miserum, me accipit. Quem mittit, quis est nisi nuncius? venit pauper, venit mendicus, advena est, & peregrinus, non habet quid vestias, non habet quid manducet, nõ habet vbi caput reclinet. Venit ad ianuam tuam ad domum tuam non tamquam frater fratrem, non tamquam consocium, sed tamquam seruus Dominum, petit panem, postulat vestem, apud te querit hospitari pro amore Christi. Qui tibi videtur? Quis est iste mendicus, iste peregrinus, qui apud te pro amore Christi tam humiliter, tam suppliciter orat hospitari? Nullus Christi est, nuncius

nuncijs Christi est, non est solus, cum illo est Christus, & gaudens suscipe. Gratanter refice, serui deuote, cum timore, & reuerentia magna, Christum suscipis, Christum reficis. Gaude, & latrare, q̄ talem meruisti habere conuiuiam, felix mensa, beata mensa, in qua Christus conuiuiatur, in qua Deus reficitur, infelix mensa, cui deest talis conuiua. O quam misera mensa, imo quam mi-

sera Dominus mensa, qui pauperem pellit à mensa, qui pauperi claudit misericordiam viscera. O serue, & nam, cuius viscera negligunt aperiri, & opium pietatis. Nonne oportuit te misereri conseruo tuo? Quis tibi donauit quod habes? Nonne pauperis Dominus est, & tu pauperis Creator? Nonne natura vos creauit aequales & vna, eadēq; conditione estis exituri? Cur nō te tangunt confinia fortis? Suscipe miserū, recollige mendicum, & peregrinū, refice famelicū, velli nudū, & operibus misericordiae incumbere prout potes. Quū pauper petierit, manum aperite nō differas, nam elemosynam tuam cum paupere fratre suscipit Christus. Tu autem mi lector, ne pauperem quāso abhorreas, sed tam citō cum illius seris, adorare ne negligas, licet sit scabiosus, sive leprosus, veste sordidus, anheliu foetidus, tamen brachijs caritatis astringe & quod à te petierit caritatiuē impende. In veritate donas Christo, accipit Christus, ipsemet testis, ipse mentiri non potest, & in die iudicij tibi redditurus est mercedem aeternam. Sequitur, Quum hoc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet. Turbatur Iesus ex nostra infirmitate, non ex sua potestate, nostra infirmitas in eo turbata est, non sua potestas, sicut & vere passa. Voluntariē accipit turbationem, ne desperet seruus necessitate turbatus. Qui turbatur spiritu, significat perturbandos spirituales ex caritate, cum vrgens causa, zizania à tritico ante messem cogit separare, id est ante diem iudicij, cogit excommunicare. Sed notandum est, q̄ sunt duæ perturbaciones, scilicet turbatio carnis, & turbatio spiritus. Turbatio carnis est passio carnis, turbatio spiritus est timor, anxietas & similia. Non carne, sed spiritu turbatur Dominus cum dicitur esse vnus ex vobis me tradet, non quod tunc primū subito cognouerit, & repentiā malum eum turbauerit, sed quia iam eum fuerat expressurus,

vt non lateret, & ille erat exiturus, & Iudeos adducturus, turbauit eum proximum periculum proditoris, sicut superius dictum est, turbauit eum imminens passio, sicut inferius dicitur, nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Hæc dixit appropinquante hora passionis. Turbatus est Dominus Iesus spiritu, & protestatus est, q̄ occultū fuerat, & dixit, Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Ac si diceret, Vnus ex vobis exiturus est, & tradet me, vnus ex vobis, sed non vinculo caritatis vnus est me traditurus. Aspiciebant ergo discipuli ad inimicem, hæsitantes de quo diceret. Non minima turbatio, timor, & anxietas Apostolorū mentem vexabat. Putas quomodo Petrus & sancti Apostoli latebras menis intrabāt, vt si in auctorem vitæ saltem in cogitatione aliquod sinistrum putassent: non parū erant turbati, nam pallor, qui erat in facie, declarabat dolorem, qui vigeabat in mente. At nil doloris gerebat, qui altitā rabido portabat sub pectore vulpem, non erat dolens, cui ingens dolor inesse debebat. O bonitas redemptoris. O pietas creatoris, neminē vult perire, sed omnes fieri saluos, specialiter non designat traditorem suum, ne fieret impudentior, vel inuerecundior manifestè deprehensus. Manifestat ergo crimen, & dat locum penitentiae, vt proditor videns se latere non posse, agat penitentiam. Sed vir ille perditionis, nullius penitentiae lamenta suscipiens, talis, vel peior remansit, qualis fuerat prius, transiēs in affectum cordis. Illi verò, quorum ingens procella doloris corda turbabat, ad inuicem aspiciebant, dubitantes de quo diceret. Quia & si nota fuit cuique conscientia sua, aucterius tamē erat ignota. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus, felix inquam discipulus ille, cui sic erat familiaris auctor vitæ, q̄ nunc est, & futura, nimis honoratus est discipulus ille, qui sui capis habuit reclinatorium tam venerabile, pectus s. Iesu, Iesu Christi creatoris cunctorum. Iesus autem valde eum diligebat, quē tanto honore subleuabat. O quam bene quiescebat, qui supra pectus Christi quiescebat, o beate apostole, Dei, discipule Iesu Christi. Ioannes beate, vtinam merereri illius dulcissimos pedes osculando lacrymis rigare, in cuius pectore tu meruisti dormire. Utinam faciem illius à longe saltem possem cōtemplari, in cuius pectore tam dulciter dormire

meruisti. Hic. n. de se quasi de alio dicit, vt rerum gestarum scriptor, non sui videatur prædicator esse. Per sinum siue pectus, significabatur illud secretum de quo bibit, diuinitatis sacramentum. Hunc diligebat Ioannem non plus omnibus, sed familiarius, vt per pacem exiret de vita, nõ per passionem. Huic innuit Simon Petrus, & dixit: Quis est de quo dicit? Sciebat autem Petrus, quod Christus quodam priuilegio amoris, Ioannẽ diligebat, nec ei cæleret suæ diuinitatis secretum. Innuit ideo ei Petrus, vt interrogaret eum. Quis est? Itaque cum recubisset supra pectus Iesu dixit, Domine, quis est? Et merito de proditore suo magistrum interrogare non timuit, cui iam in sinu diuinitatis. Veritatis magister rimari secreta polorum monstrauit. Et dicit, Domine quis est? quis est ille infelix? quis est ille nequam? quis est ille maledictus? quis est traditor tuus? Illum mihi rogo ne celes, cui tuæ diuinitatis secreta es dignatus reuelare. Cui dominus, Ille est, cui ego intinctum panem porrexi. Et cõ intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotis. Panis intinctio, significat fictionẽ Iudæ, qui fictus amicus venit ad cenã. Quæ enim tinguntur, non mundant sed inficiunt. Sed quis panis iste fuerit quem Iudas accepit intinctum, si Dominus dederit, lectorem meum si audire dignabitur nõ relinquit suspensum. Sed primum sciendũ est panis multipliciter accipitur in sacra scriptura. Per panem aliquãdo intelligitur Dominus. Aliquando gratia spiritualis. Aliquando eruditio diuinæ doctrine. Aliquando hæreticorum prædicatio. Aliquãdo subsidium vitæ presentis. Aliquãdo iocunditas humanæ delectationis Dominus dicitur panis, sicut ipse ait: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Si volumus dicere qd Dominus fuit ille panis, quem traditor accepit intinctum, non relinquimus tramitem veritatis. Iudas igitur panem intinctum accepit, quia Dominum Iesum tantum hominẽ, & non Deum putauit. Bucellam intinctam, vel panem subcineritium intinctum comedit, quia etsi Dominum moriturum, tamen resurrecturum nõ credidit. Iste beatissimus panis fuit intinctus, quum pedes in cruce pro nostra salute fuissent fixi, visus est non habere speciem, nec decorem. Hunc Iudæi qui per Iudam significantur, panem intinctum comedunt, quia Christum Iesum non Deum, sed purum hominem fuisse credunt,

& mortem illius cõcedunt, sed resurrectionem adhuc non admittunt. Panem intinctum rodit, qui filium virginis ante omnia sæcula fuisse contradicit. Ab illo panis intinctus roditur, quia à fidei soliditate deuiat: nec hunc panem solidum dignè poterit mãducare, qui fidem catholicam voluerit infirmare. Dicitur panis gratia spiritualis, vt est illud propheticum: Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ, & claudit oculos suos ne videat malum: iste in excelsis habitabit. Munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, atq; eius fides. Et est sensus, Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem. i. qui suadētibus peccatis, quæ carne, & sanguine nascuntur, non præbet consensum, & qui claudit oculos suos, ne videat malum. i. omni, quod restitidini aduersum est, non appropinquant, iste in excelsis habitabit, quia quamuis eum adhuc caelo in inferioribus, retinet, mētem tamen sublimibus iunxit. Munimenta saxorum sublimitas eius, quia qui abiecta desideria terrenæ conuersationis calcat ad superam patriam per præcedētium patrum exempla se subleuat, & quia per contemplationis donum gratia spirituali satiatur, aptè subiungitur: Panis ei datus est. i. donum gratiæ spiritualis percepit, quia se ab infimis, & imis caelestia sperando suspendit. Hunc igitur panem, s. gratiam, quam illi dederat Dominus, intinctũ accepit, quia in Iesum consummatorem virtutum, non amorem sed, iocorem exereuit. Huic debebatur panis intinctus, cuius sanctitatem vultus palliabat sophisticus. Nam religionem simulabat in facie, quam nõ habebat in mente. Sanctitatem pretendebat in veste, quam alienabat in corde: soms agnus in publico intus lupus in occulto, foris discipulus Christi, intus discipulus diaboli. Multi. n. hunc panem comedunt, quia religionem, quam prætendunt in verbo, nõ ostendunt in facto. Quanti monachi in monasterio sancti Benedicti sunt, qui alijs lugentibus ridet, alijs dolentibus gaudent. Corpore claustrales, mente vagi, & numquam stabiles. Pigri ad lectionem, tardi ad orationem, in Ecclesia dormientes, in cetero vigiles. De vigilijs longis dolentes, sed de longo conuiuio gaudentes. Claustrum execrantes, auditorum diligentes. Extrachorum pro infirmitate frequentius remanentes; infirmitatum non pro infirmitate carnis, sed pro desiderio carnis, co-

Panis in scripturis.

tis luminibus aspicientes, semper murmu-
rosi, & detractores. Quid aliud isti miseri
agunt, nisi quod panem intinctum comedunt,
perfecto isti tales traditorem Iudam sequun-
tur, & cum Iuda nisi respuerint, videant ne
damnentur. Sequitur: Post bucellam tunc
introiuit in eum satanas. Et dicit ei Iesus:
Quod facis, fac citius. Quidam n. putant qd
tunc Iudas corpus Christi acceperit: Sed
scandum est, quod iam omnibus distribuerat
Dominum sacramentum corporis, & sangui-
nis sui inter quos & Iudas fuit. Deinde per
bucellam iuncta exprimitur traditor.
Multa falsi religionis, & falsi confutati cum
pia religionis communiter dominicum cor-
pus accipiunt, ab illis discerni non possunt,
nisi per bucellam intinctam, quæ est detrac-
tio, murmuratio, inobedientia, verborum
lasciua, occulta pecunia, & forte grauiora
peccata, qui talis est, monachus nou est, im-
mo Iudæ traditori consimilis est. Sed quis-
quis est miser ille, timeat poenitendo quod
sequitur, ne cum Iuda traditore damnetur.
Sequitur. n. Tunc intromit in illum satanas
vt plenus possideret, in quem iam intraue-
rat. Tunc introiuit vt deciperet, & a confor-
tio apostolorum extraheret, vt eo iam non
in occulto, sed manifeste vtens libera pote-
stas, in baratro perditionis mactaret, & per-
deret. Et quod de traditore fecit, hoc de cõ-
similibus facere non desistit. Nam quæ diu
in monasterio possederit seruum, ad vlti-
mum nec socium monachorum relinquit,
& traditorem, quem in monasterio tenebat
iam extra monasterium neeat. Sed quomã
finem mundi, citius affuturum esse non du-
bitat, calliditatem suæ nequitie mentibus
prætorum occultat, vt ex improviso feriat
subita morte, quos diu tenuit alligatos in
malitia prauæ actionis. Et multos in mona-
sterio vsque ad mortem stare permittit, vt ex
illorũ peruersitate alios corrumpere, & euer-
tere possit. Et quia pro incõtingenti tenet,
an in monasterio, an extra monasterium,
miseras animas occidat, & mactet, nos illius
insidias Domino protegente vitantes, quod
dicitur, s. quod facis fac citius, exequamur.
Nã quod dicitur, quod facis fac citius, non
præcipit, sed prædicit Iudæ malum, nobis bo-
num, quia hoc vult citius fieri, non tam fe-
stinando in illius pœnam, quàm in salutem
fidelium. O amor interminabilis, ð cari-
tas inestimabilis, ð dilectio inscrutabilis,
quod facis fac citius. Illud cupio, illud desi-

Oper. D. Bern. Tom. 11.

dero, illud quero, ad hoc veni in hunc mun-
dum. Quod facis, fac citius. Vis me vendere
Iudæis? Volo vendi. Vis tradere? volo tra-
di. Vis vt crucifigat? volo crucifigi: Vis vt
occidar? volo occidi, hoc amo, hoc affecto.
Quod facis, fac citius. Sed Iesu vita mea, to-
tum desiderium meum, dulcedo non fallax
dulcedo felix, dulcedo delectabilis, dulcedo
gloriosa, decus angelorum, splendor, & glo-
ria sanctorum, quantum eos diligebas, pro
quibus nitori cupiebas? Nobis vitam, tibi mor-
tem affectabas. O miserum me, quem hæc te
nustam nequiter offendit, quæ olim sic ab-
horruit, heu Dominum Iesum, ipse est Domi-
nus meus, & Deus meus, heu vtinam mille
annis in purgatorij igne essem crucianus,
antequam dominus Iesus à me sic esset of-
fensus. O mi lector pro me lacrimas fun-
de ad Dominum, vt nunc me clamantem au-
diat, pulsanti aperiet, consoletur lugentem,
dolentem, poenitentem benigne suscipiat.
O domine Iesu miserere mei. Redde mihi
iucunditatem vultus tui. Qui pro peccato-
ribus dignatus es mori, me peccatorem ro-
go ne permittas æternis ignibus cruciari. O
dilectissimi fratres animaduertite, sedula co-
gitatione pensate quantum est amandus,
quantum diligendus, qui pro nobis eo talia,
& tanta opprobria passus, qui se tradentem
ad mortem sic hortabatur dicens. Quod facis
fac citius. Sequitur. Hoc autem nemo sciuit
discumbentium, a quo dicitur dixerit ei. Quidã
enim putabant quia loculos habebat, quod
diceret ei Iesus. Ene ea, quæ opus sunt no-
bis ad diem festum, aut vt egenis aliquid
daret. Loculos enim habebat, in quibus obla-
ta seruabantur suorum necessitatibus, & al-
ijs indigentibus. In quo datur forma Eccle-
siæ seruandi necessaria, quæ iubetur non co-
gitare de castrino, ne pro terrenis, seruiat,
vel pro timore inopia iustitiam deserat. Cũ
ille accepisset bucellam, exiuit continuo. Er-
rat autem nox, quando exiuit filius tene-
brarum, faciens opera tenebrarum, nos igitur
qui sumus discipuli Christi, videamus ne
panem intinctum comedamus, religionem,
quam tenemus in veste, seruemus in men-
te, & sanctitatem, quã habitus exterior pal-
liat, intus animus teneat, ne in hora noctis
exeamus à Domino reprobati, in stagnum
ignis, & sulphuris cũ diabolo concremandi.
Illi pro viribus inhæreamus, quia bonum
est illi ad hære. Ad hæreat tibi Domine ani-
ma mea, ita tibi adhæreat, vt à te ea recede-

Fff 3 re num.

re numquam permittas, sed ad te, quæ pro te gemit, quàm citius consolandam perducas. Cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Sermo quartus.

Verbum Dei quanto amplius ruminatur in ore, tanto dulcius sapere debet in corde. Et verbi diuini mens delibuta sapore, so-

Hingeritur, alabastrum vnguenti cupitibus aperire, nec thesaurum diutius celari patitur, qui suscipit incrementum, dum à pluribus erogatur. Vnde non immerito diuinorum fructus eloquiorum, quos de pomario Domini ipso sumpsimus largiente, præ suauitate odore manibus portare quicumque gestierit, illi largiri gaudebimus. Sed rogo meum lectorè, ne illos ab amoribus sui cordis abijciat. Nã odor hinc suauissimus emanat, qui corde contritos sanat, & vulnerum cicatrices cõsolidat. Odor iste omnium suauitatem in se continet monarchiã, quia omnem balsami odorem excedit, & quidquid in odoribus continetur. Hunc tantum, ac talem odorem si toto cordis olfactu odorare non desisteris, in æternum proculdubio nõ peribis, quoniam est resurrectio, & vita. Qui credit in eum, etiam si mortuus fuerit, viuet. Odor iste omnium odorum suauitas Dominus Iesus est, odor bonus, odor suauissimus, melle, & lacte dulcor, nectare suauior, gemmis, & auro preciosior. Iste odor est verbum illud, de quo locuturi sumus. Verbum, quod caro factum est, & habitauit in nobis. A verbo isto semper verba mea procedant, & nihil aliud quàm ipsum valeat iam resonare, Dominum. I. Iesum qui de seipso ait. Nunc clarificatus est filius hominis. Excute Iuda, pro quo dixerat. Nõ estis mundi omnes, remanserunt soli mundi, cum suo mundatore, in quo signatur clarificatio Christi, in qua separatis malis, manebit in æternitate cum sanctis, ita est. Sed aliam expositionem hic amor Christi requirit, quam nec debet scribi sine lacrymis, nec sine lacrimis legi. Christus de proxima passione, imo de proxima morte, quam pro salute mundi exsoluere disposuerat, gaudet, & tripudiat, latatur, & exultat, & ait, Nunc clarificatus est filius hominis. Odoramine Iesu, filij hominis, filij Mariæ virginis, charissime, amantissime, dulcissime, speciosissime, vita sanctorum, & dulcedo angelo-

rum, quomodo glorificaris, quomodo clarificaris? nonne tibi adhuc imminet vincula, verbera, carnificum, opprobria, hominum, & abiectio pedibus? Sputa, clauis, celaphi, spinea corona, arundo pro scepro, crux, lancea? An vinciri funibus à tergo, & vincum ad iudicem adduci, & tamquam latronem ad ludibrium poni, est clarificatio tua? An ascendere crucis patibulum, & tam triste subire supplicium est ne latitia tua, est ne iudicium tuum mori scilicet pro salute generis humani? Quid ad hæc dicimus? quid respondimus fratres mei? hæc vox debet silere, lacrymæ dicere, hic sermo tacere, & rictus clamare. Christus Deus nosse pro nihilo imo pro gaudio mortuus ducebat, per quoniam non à morte perpetua liberat. Et licet tam cito moriturus, tamen seipsum clarificatum dicebat, quia tunc sic patiendo, immo sic moriendo, membra sua, fideles suos clarificabat. O bone monache. O bone Christiane, recogita annos tuos prauos in amaritudine animæ tuæ. Statue Christum sic crucifixum, ab vno latere tuo, & tuâ peccata ab altero, & inter hæc positus, vide quid agas. Contemplare agnum, contemplare Christum Dominum tuum, sic in cruce extensum, pro te tam impie passum. Considera turpitudines carnis tuæ, prauas affectiones animæ tuæ, funde lacrymas ad crucifixum, te saluare paratus est, qui pro te talia passus est. Nunc clarificatus est filius hominis, & bene filius hominis, & non hominum, quia *Christus sine virili semine de pura, & intemerata virgine natus, de patre sine matre in calis est genitus.*

Cuius mater est virgo, cuius pater forminam nescit. Ille inquam filius hominis valde clarificatus est, quia quidquid filius Dei habuit per naturam, filius hominis habet per gratiam. In isto filio hominis, Mariæ virginis clarificatus est Deus. In quo est clarificatus? in salute languidorum, in illuminatione cecorum, in resurrectione mortuorum, in omnibus operibus suis, patris semper facies voluntatem. Et Deus clarificauit eum in seipso, quia vnus Deus cum Patre vna diuinitas, vna maiestas, & hæc clarificatio est ab æterno. Hanc clarificationem morti appropinquans secundum quod homo à Deo Patre sibi dari postulabat cum dicebat, Pater clarifica me apud remetipsum, claritatem quam habui priusquam mundus fieret. Claritatem namque quam habebat secundum quod

K

Ex Am-
de clarificatus est, quia quidquid filius Dei
habuit per naturam, filius hominis habet
per gratiam. In isto filio hominis, Mariæ
virginis clarificatus est Deus. In quo est cla-
rificatus? in salute languidorum, in illumi-
natione cecorum, in resurrectione mortuo-
rum, in omnibus operibus suis, patris sem-
per facies voluntatem. Et Deus clarificauit
eum in seipso, quia vnus Deus cum Patre
vna diuinitas, vna maiestas, & hæc clarifica-
tio est ab æterno. Hanc clarificationem mor-
ti appropinquans secundum quod homo à
Deo Patre sibi dari postulabat cum dicebat,
Pater clarifica me apud remetipsum, clari-
tatem quam habui priusquam mundus fieret.
Claritatem namque quam habebat secundum
quod

quod Deus volebat habere secundum quod homo. Ut humana natura verbo unita, quae tunc erat passibilis, & mortalis, cito fieret impassibilis, & immortalis, & hoc est, quod dicitur. Et continuo clarificabit eum. Tu ergo Christiane, qui cupis hereditatem habere cum Christo, Deum Patrem semper clarificare memeto, in pura cogitatione, serena locutione, ordinata actione, in omnibus motibus tuis, ut te quicumque viderit, glorificet Deum, & benedictat dicens, Benedictus sit Deus in caelo, & in terra, qui talia operatur in seruis suis. Profesto si cum Christo clarificaueris Patrem, cum Christo eiusdem Patris habebis hereditatem. Magnum est, quod dico: conditionis humanae excedit dignitatem, hominem de terra terrenum, de puluere puluerem factum in caelum ad Christum ascendere, & assidue cum Christo regnare. Quis unquam audiuit simile? quis unquam tale vidit aliquid? Reuera magnum, immo nimis magnum, & licet tam magnum, tamen vere magnum. Ipsa veritas dixit. Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit, & minister meus. Tu itaque Monache Benedicti, esto in veritate bonus minister Christi, religionem non simulans, anctitatem non pallians, humilitatem non relinquens, usque ad mortem, obedientiam tenens, & sic cum Christo regnabis, qui discipulis suis in consequentibus ait, Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Filiolos appellat, quos praemientis teneritudine, adhuc plenarie robur fidei non solidabat. Nam qui consueuerant viuere lacte, nondum erant idonei ad vescendum solido pane. Et ideo filioli quia paruuli, & tamquam paruuli in Christo lacte pascabantur, non esca. Nouerant Christum secundum humanitatem, sed caligine mentis obducti, Christi vacillantes tenebant diuinitatem. Possumus et dicere, quod praemiam amoris magnitudine discipulos suos filiolos appellauerit. Moris enim est parentum, paruulos suos filios delicatius enutrire, quam magnos, & sapius amplecti, & crebrius osculari. Et cum de hac vita mortis acerbitas eos extra compulerit, circa paruulos totum

M ~~procurant~~ caritatis expandunt, eosque brachijs alunt, & in eorum oscula ruunt, magis paruulorum, quam adultorum orbitatem plorantes. Et isti paruuli videntur, quos inuicti amoris catena connectit, cum tutela paterna illis iam suffragari non possit. Tunc filios suos paruulos teacent in cogitatione, quos non in animos tantum in amore conueniunt

sic, & Dominus post suos discipulos filios appellauit, quos iturus ad patrem non minime caritatis affectu dilexit. Multum eos diligebat, quos iam filios appellabat. Qui ait, Modicum tempus vobiscum sum, hoc est modicum illud tempus, quo in hac carne mortali vobiscum sum, praesentem cernere me potestis. Sed tollam crucis patibulum, cito soluum mortis imperium. Cito veniet tempus, & hora, quae iam non pro homine videar reputari, sed ero tamquam opprobrium hominum, & abiectio plebis. Tunc quaeritis me, cupietis me sequi, sed timore mortis percussi, nondum ex alto virtutis induti, animam vestram pro me ponere non poteritis, & hoc est, quod dicitur. Quo ego vado, nondum potestis me modo sequi, & est sensus, Vado ad Patrem, sed per foramen acus, per angustias passionis, per dolores mortis.

Sed non potestis me modo sequi, quia paruuli, & timidi, veluti haedi in lacte matris ad immolandum nondum idonei, sed veniet tempus, & hora, quibus penitus timore expulso, non solum crucis supplicium, sed quod ne quis poterit excogitari tormentum, amore mei eritis subire parati. Filioli mei, adhuc modicum vobiscum sum. O Domine Iesu adhuc caritas tua me compellit repetere modicum, Iesu, Iesu Domine meus, & Deus meus. vita animae meae, peccatricis tuae, praemium praerogationis meae. Istud modicum factum fuit amatum tibi. In isto modico factus es opprobrium hominum, & subannatio populi: In isto modico sicut aqua effusus es, & dispersa sunt omnia ossa tua. In isto modico percussus est pastor, & dispersae sunt oves gregis. In isto tam amaro modico, speciosus forma praefilijs hominum visus est non habere speciem, nec decorem. In isto modico Dauid meus, immo Iesus meus Dominus meus, *1/a. 53.* ante portam ciuitatis in tympano suae carnis tympanizabat, & psallebat, dicens helyo helyo lamazabatani: hoc est, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? In isto modico Domina mea mater tua, virgo incorrupta, virgo intemerata, virgo ante partum, virgo post partum. Mater tua, immo martyr tua, martyr non ferro carnificis, sed acerbissimo dolore cordis, quantum amare flebat, quantum amare dolebat? Nec mirum, cum te videret unicum suum, totum desiderium in cruce extensum, morti vicinum, immo inclinato capite tradere spiritum. Istud modicum Domine Iesu, amatum tibi, & ama-

rum dulcissimæ matris tuæ, ytinam amarum sic esset mihi, vt in isto modico fuisset iuxta crucē Domini mei, vt quem adhuc videre non possum cum patre manentem, saltem in cruce positum mortuum videre meruissem. Istud modicum, quā felix, quā iucundum, quā gloriosum fuit illi latroni, qui in illo modico meruit à Domino suo audire, Hodie mecum eris in Paradiso? O vox dulcis, ò vox delectabilis, hodie mecum eris in paradiso. O Domine Iesu, quid dulcius, quid delectabilius, quid iucundius quā esse tecum in paradiso? Nihil profusus, penitus nihil. Quid ergo dicam? quid faciam? qui adhuc in huius peregrinationis ærumna constitutus, tam longe exulo à delicijs paradisi Dei mei? O bone Iesu esto mihi Iesus. Recole saluator, quid & propter quid passus es, & miserere mei: ipsa te cogat pietas, vt mala nostra superes parcendo, & voti cōpotem, me tuo vultu facies. Tu es meū gaudium, qui es futurus præmium. Sit mea in te gloria in sæculum sæculi. Qui cum Patre, & Spiritu sancto viuus & regnas, &c.

Sermo V.

MAndatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Qui mandatū Domini non ignorat, necesse est, vt secūdū illud viuere nō negligat. Nam seruus sciens voluntatē domini sui, & nō facies plagis vapulabit multis. Qui autem fecerit, diuitijs, & honoribus ditabitur multis, iuxta quod Dominus omnium, ait discipulis suis: Beati eritis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Dulcis Dominus, dulce mandatū proposuit. Ait enim: Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Mandatū nobis proponit amoris, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. O bonum mandatū, mādātū dulce, mandatū delectabile, mandatū vitæ, mandatū salutis æternæ. In isto mandato ois lex pendet, & prophetæ. Hoc est illud vnum mandatū, de quo dictū est quī omnia mādātā seruauerit, offendat autem in vno, id est, in caritate, factus est omnium reus. Vnde Apostolus enumeratis gradibus quibusdā virtutum, de caritate protinus addidit, dicens: Caritatem autem non habet, nihil mihi prodest. Hæc est illa preciosa margarita, quā dum inuenit sponsa

dilecti, dedit omnia sua, & comparauit eam. Hæc est illa scala, quæ in somni Jacob apparuit, quā vsq; ad cælum tendi videbat, per quā quidam descendebāt, & quidam ascendebant. Per hanc enim & angeli descendebant, & nos ascendimus ad angelos, quia sine hac scala nullus scandere potest ad cælestia regna. Et in ipso nixu scalæ ipse Dominus angelorum inuētus est, qui dicit: Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Iste inquam Dñs, qui dat præceptum fratrem amandi, q̄ & à seruis suis ex omni corde vult amari, nec est magnum, si tātum diligit seruus Dñm, quātum Dominus seruum. Imò magis à seruo Dominus debet amari, quā nō illi seruus, sed seruo dominus valeat suffragari. Seruus qui ex toto corde diligit dominum suum, illius tota virtute satagit obseruare præceptum. Et cuius præceptum despicitur, restat proculdubio, vt ipse auctor præcepti negligatur, nam qui non dilexit proximum in veritate, despicit Christi mādātū: & qui mandatū Christi despicit, despicit & Christū auctore mādātū. Nos ergo dilectissimi fratres, & Christum diligamus, & eius præcepta seruemus, præceptum Dñi lucidum, oculos mētis illuminans. Dulciora sunt Christi præcepta super mel, & fauum, & in custodiendis illis retributio multa, ipse dominus Christus. Igitur mi lector regulam præcepti serua, & securus expecta ipsum pro præmio auctorem habere mandati: bonū mādātū, vide tamen, & tale prouenit præmium. Istud inquit mandatū à nobis irrefragabiliter debet obseruari, cum exinde Dominum Christum non dubitamus nos promereri, hoc est, illud mandatū, q̄ iturus ad patrem relinquit discipulis suis, imò istud est testamentum, quod moriturus dimisit hæredibus suis. Ait enim discipulis suis: mandatū nouum do vobis. Vnde nouum? Nup̄ inuentum, nō quia in veteri testamēto non sit scriptū: Diliges Dominum Deū tuū. Quid est ergo nouum? Nouum quia vetera ad nouitatem perducit, & ceteros homines transformat in iuuenes. Nouum, quia exiit veterē hominem, & induit nouum: qui secundum Deū creatus est in sanctitate, & iustitia veritatis. Nouum, quia olim genus humanum à paradisi gaudijs exulsus, nūc & quotidie transmittit in cælum. Sed quoniam multi se diligunt ea dilectione, quæ tramite veritatis non gaudet, ideo adiunctum est, sicut dilexi

Amor et caritas differit. Vos. Inter amorem, & caritatem talis est differentia, quæ inter genus, & speciem: est quidam amor bonus, & est quidam amor malus, & amor mediocris. amor bonus ipsa caritas est, qua diligimus Dominum supra nos, & supra omne, quod est, & proximum nostrum tamquam nosmetipsos, amor malus est caritatis inimicus, ut puta cœnosus, lubricus, & fornicarius. Isti amores contrariorum, ut oppositorum inter se habitudinem sortiuntur: Vnus meriti, alius suo possessori acquirit supplicium: alius poenam, alius gloriam: alius mortem, alius vitam: alius paradysum, alius infernum, alius Deum, alius diabolium. Amor medius est, qui nec caritati conueniunt, nec amori cœnosio sedatur, sicut amor filiorum, parentum, & cognatorum, & aliarum rerum, quæ iuste, & sine periculo possidentur: & ut isti amores duo, ab illo amore qui est caritas, excludantur, ideo addidit: Sicut dilexi vos. Sed quis vnquam hominum potuit vel poterit tale obseruare mandatum? quis vnquam sic dilexit proximos, sicut Christus apostolos? Nullus vnquam: vnde notandum est, quia dictio, sicut non est expressiua quantitatatis, sed similitudinis, & est sensus, quomodo dilexi vos, eo modo diligite vos inuicem. Quomodo nos dilexit? audi: sic dilexit Deus mundum, ut vngentium suum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic nos Deus Pater amauit, quod vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum. Christus tantum nos dilexit, quia pro nobis peccatoribus animam suam in mortem tradidit, & suo sanguine lauit nos à peccatis, faciens nos de peccatoribus iustos, de mortuis viuos, de terrenis cœlibes, de terrenis caelestes, de confortibus iumentorum, confortes angelorum. Benedictus sit iste amator, à quo in mandatis habemus, ut nos inuicem diligamus, sicut dilexit nos. Sed fortasse dicit aliquis: De hac dilectione vacillo: & quomodo diligendus sit proximus, minus perfecte intelligo. Mori quidem non possum pro fratre, sicut Christus Dominus voluit mori pro nostra salute. Ad quem ego superius dixi: Quod dictio, sicut, non est expressiua quantitatatis, sed qualitatis. Si non potes æque ambulare cum Christo, saltem à longe imitare vestigia eius. Si non valet diligere proximum tuum, plus quam teipsum, quod Christus fecit moriendo pro salute generis humani, saltem dilige eum tamquam teipsum, hoc faciendo illi, quod ab eo tibi vis

fieri. Sed dices fortè. Nec hoc possum, quum id non operandi, sed cõsulendi modo dictum sit. Si hoc obseruare potes, vide ne facias alteri, quod tibi non vis fieri. Sic enim diligendus est proximus, ut in illo semper diligatur Deus. Sic si diligis proximum, complecti mandatum: sic enim debet diligi proximus, ut amoris causa sit semper Deus, non autem proximus. Si enim tantum propter seipsum diligitur, iam non erit caritas, sed amor medijs: vel fortè, quod absit, amor pessimus, & qui tali amore cœcantur, nisi penituerint, Christi amore æternaliter priuabuntur. Nos ergo fratres, qui à Christo christiani vocamur, & sumus, sprete omnibus terrenis tributorijs, atque caducis cum totis amatoribus cæcis, illi soli adherere cupientes, in fraterna caritate fundemur, ut illius mereamur vocari, & esse discipuli, qui apostolis suis, & nobis per ipsos mandauit, dicens: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem, in hoc enim discernuntur filij lucis à filiis tenebrarum: discipuli Christi à discipulis diaboli, si gremium caritatis inuicem, & ad omnes extendunt. Extra sinum amoris, nullum valet relinquere caritas. Omnia complectitur, & continet vniuersa: atque se erogat cunctis communem. Caritas est affectio mentis, biachijs amoris Christum astringens. Caritas amor immensus, cœlum, terramque complectens: caritas inuincibilis amor, qui nunquam minis, vel supplicij: cedere nouit. Caritas indissolubile vinculum amoris, & pacis: caritas est contemptus mundi, & amor Dei: caritas regina virtutum ad nullius vitij pauet occursum, dotata sanguinis Christi censu, in fronte vexillum batiulans crucis, cunctos aduersarios in fugam conuertit, nec est, qui possit resistere viribus eius. Huic nil mali accidere potest, sed semper, & ubiq; manet securus, hæc est illa arma, & scutum, quæ rogat propheta in certamen positus Dominum accipere cum dicit: Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Isto scuto se gaudebat protectum fuisse idem propheta, cum dicebat: Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Quicumq; tali clypeo protectus fuerit, hostium cuneos penetrabit securus. Ita est lapis adamantinus, qui frangi non potest. & cuncta fragentia frangit. Ita est fortis armatus, qui inimicum sua virtute prostermit, & hostem suum nequilibrium cum omni exercitu suo, gladio

Amor in veranis patet mittitur.

F

G

H

gladio vtraq; parte acuto perimit, & occidit. Hęc amica regis æterni, nō timet intrare ad eū confidenter: Intrare lectulū Salomonis, & requiescere de dignatur, nisi super petore Christi. Si inter nos fratres dominabitur hæc regina virtutum, profectō cognoscent omnes pusilli & magni, quōd vere erimus discipuli Domini. Qui non habet caritatem, iam non est eius, qui dedit mandatum caritatis. Caritas est dilectio Dei, & proximi. Et qui non diligit proximum, superest, vt non diligit Deum. Et qui non diligit, odit. Ergo qui odit fratrem suum, odit caritatis auctorem. Nos ergo fratres, quos amor Christi congregauit in vnum, ex toto corde, & ex tota mente diligamus Dominū Christum: & proximum nostrum tamquam nos ipsos, & pro illius amore nō solum amicos, sed etiam inimicos: non tantum diligētes, sed etiam odientes. Hęc est schola Christi. Hęc est doctrina Spiritus sancti. Si quis de hac schola exierit, & in hac doctrina non perseverauerit, mihi credite fratres, in æternum peribit. Discipulis autem Christi amatoribus caritatis, dabitur ipsa multitudo dulcedinis, diuitiæ æternæ beatitudinis, gaudia æternæ felicitatis, quæ gaudia ipse nobis largiri dignetur, qui in trinitate perfecta regnat, & vniū Deus benedictus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sermo V I.

S Equitur, dixit eis Petrus, Domine, quo vadis? Ad hoc respondit Petrus quod Dominus superius dixerat, quo ego vado vos non potestis venire. Hęc verba, quōd ego vado, vos non potestis venire: Petrus audire non potuit sine acerbō dolore, & ideo non ad præsentia, scilicet mandatum nouum do vobis, &c. Sed ad præterita scilicet, Quōd ego vado, vos non potestis venire, respondit, dicens: Domine quo vadis? Sicut enim manus sui corporis edocta frequenter palpat dolore: sic lingua cordis amica, celare non patitur ipsius cordis amaritudinem: & quod interiorius mens concipit in dolore, lingua exterior parturit in apertione. Vnde nonnūquā vis doloris in mente concipitur, & per palatum vocis formare, lingua scilicet aperitur. Ideo lingua Petri dolorem celare non poterat, quem interiorius in corde tenebat. Audito, quōd ego vado, vos non potestis

Collatio

venire, vix postea magistrum loquentē sustinuit. Vnde expleto de noua dilectione mādō, nimio circūseptus dolore de absentia futura Domini sui, statim sermone tante auctoritatis interrupit magistri, & totus exclamat tristis in voce, dicens: Domine quo vadis? Ac si diceret: Mutuam caritatem quam nobis commendas illesam, & incontaminatam, te donante seruabimus: & quid quid aliud præceperis faciemus. Sed istud verbum, quod dixisti, scilicet quōd ego vado vos nō potestis venire, nos magna repleuit amaritudine. Et quōd vadis? Cur nos deseris? Et cur nos desolatos relinquis? Iam sine te viuere nolo. Noli me derelinquere. Noli me deserere. Ad quē Dominus: Quo ego vado, nō potes me modo sequi, sequeris autem postea. Et est sensus: Non te desero, nō te derelinquo, ego te præcedo de inuio faciens viam, de semita stratam, de timore securitatem, de morte vitam. Pavidus es, timidus es, nondum es confirmatus, me modo nō potes sequi. Ego te præcedam ad opprobrium, ad patibulum, moriendo, resurgendo, ad celos ascendendo, non es idoneus ad præmium, quia nondum paratus es ad patibulum, non potes me sequi vitam, quia pro me nondum paratus es ad mortem. Sequeris autem postea. Mittam promissū Patris Spiritum sanctum in vos, qui confirmabit vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ, & tunc me sequi eris paratus. Cui Petrus. Quare non possum te sequi modo? non timeo pœnam, non timeo mortem, tecum paratus sum, & in carcerē, & in mortem ire. Quid est quod dicis non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Ad quem Dominus: Animam tuā pro me pones? Falleris Petre, nōdum es paratus, nōdū ex alto es virtute vestitus. Cū fueris ex alto virtute vestitus, tunc animam tuam dabis in mortem. Sed nunc prope est, vt timore mortis mee negetis vitā, & occidas animam tuam. Vt negetis te meum esse discipulum, & occidas spiritum tuum: properat tēpus, & hora, quibus me negabis, vt te saluare iam possis, nō cātabit gallus donec ter me negetis. Quidquid sones in verbis, antequam gallus cāntet ter me negabis: & est sēsus: Antequam gallus cāntet, me negabis. Quæ negatio erit trina, siue ante primū cāntum galli siue secundū. Quo dicto timor, & tremor, & ingēs dolor Discipulos omnes inuadit.

nasit, nec mirum. Audierāt, quia dixerat Dominus Petro, antequam gallus cāteret ter me negabis, qui omnibus erat sanctitate, præstantior, amore deuotior, fide robustior, qui iam confessus fuerat Iesum esse filium Dei, dicens ad eum. Tu es Christus filius Dei uiui, & timebant ne illud idem quod Petro, sibi incipisset contingeret. Et quia tantus uir tum orat negaturus, in illo quodammodo timebant, & quod à mortuis tertia die resurgeres, non perfecte credebant. Nec non & ideo quia Dominū, quem in præsentia audiebant loquentem, nō longe post futurum credebant moriturum. Ibi meror, & luctus, vox una plangentium. Certierant de absentia tam dulcis magistra de futura morte dulcissimi Domini sui, & eum adhuc in carne uiuentem ceinebant, & tamen illum quasi iam mortuum lugebant. Tunc ad memoriam reuocabant dulcissima fluentia doctrinæ, quæ ab illo acceperant: salutes, quas dederat agris, in super & vitam, quam reddiderat mortuis, benignissimam & dulcissimam familiaritatem, quam semper circa illos habuit, & uidebant se ab eo tam subito deseri: tunc amarissime flebāt, mihi credite fratres, ut & ipsi iam consolari non possent. Quos ut Dominus uidit amarissime flentes, eos de sua morte consolari uoluit, sed puto quia non tum uoluit, imō magis illos instigabat ad luctum, dum eis dicebat, non turbetur cor uestrum: Miror si Dominus Iesus non infremuit spiritum, & non turbauit seipsum, dum discipulis flentibus diceret. Non turbetur cor uestrum. Credo propter quod & loquor, ait Dominus meus Iesus benedictus omni tempore sæculi flētibus discipulis suis non turbetur cor uestrum, creditis in Deum & in me credite, ac si diceret. Non turbemini de absentia mea, de morte mea. Potestatem habeo ponendi animam, & iterum sumendi. Tribus diebus mortuum iacebit corpus in tumba, & post tres dies resurget immortale, & impassibile. Tribus diebus & tribus noctibus fuit Ionas in ventre ceti, & filius hominis tertia die resurget à mortuis, non turbetur cor uestrum: ego qui resuscitauit Lazarum, possum resuscitare hoc corpus meum: ego qui resuscitauit filium uidue, ultra tres dies non detinebor à morte. Creditis in Deum, & in me credite: nolite timere pro morte carnis meæ. Ego sum Deus, qui suscitabo carnem. Opera, quæ ego feci testimonium perhibent de me, si creditis in

Deum, sequitur ut in me credere debeatis, quia ego sum Deus. Et ne dubitaret se apud Deum in æterna uita cum Christo mansuros, sequitur & dicit: In domo Patris mei mansiones multæ sunt, & est sensus. In æterna uita uos mecum regnabitis, in qua sunt multæ mansiones, id est, multæ dignitates, quia ibi alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum. Domus Dei Patris est ipsa prædestinatio, & præsentia eius, in hac domo uenit quisque, perfectus habet mansionem pronumerato denario, qui idē omnibus datur, qui denarius est una, & nō diuersa in æternitate uiuendi mensura. Vel aliter: Domus patris mei est templum Dei, regnum Dei, homines scilicet iusti. In quibus multæ sunt differentia, & hæc sunt mansiones ipsius domus, scilicet illæ dignitates, quæ sunt paratæ in prædestinatione. Sicut apostolus dicit: Qui elegit nos ante mundi constitutionem prædestinationem, sed sunt sperandæ in operatione, unde apostolus: Quos prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, & hoc est, quod dicit, si quo minus dixissem uobis; quia uado parare uobis locum: & si abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam, & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Et est sensus. In domo patris mei diuersa sunt præmia meritorum. Et, si quo minus, id est, si non essent, dixissem uobis hoc, scilicet uado parare uobis locum. Sed quia ibi sunt præparata per prædestinationem, non est opus ut alias illic mansiones per prædestinationem præparem: & quoniam nōdum sunt in operatione, addit. Sed si abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam, & accipiam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Ac si diceret: In domo Patris mei habetis mansionem per prædestinationem. Sed uado ad Patrem, & illas uobis præparabo per operationem: in domo Patris mei habetis æternam mansionem, sed iam non potestis ad illam uenire, nisi per magnum laborem, in domo Patris mei mansiones habetis tantum ex gratia Dei, & dono, sed uolo ut illas iam habere debeatis ex me. A uobis recedo secundū humanitatem, nō recedam à uobis secundum diuinitatem, & præparabo uobis secundum meam humanitatem, illam ineffabilem beatitudinem, quam uobis parauit ab origine mundi, secundum diuinitatem. Illa ineffabilia gaudia uitæ perennis, utcumque perire non potestis, nisi prius fuerit

carne solutus, & iterum eadem carne vestitus. Ascendam in cælum, & mittam vobis Spiritum sanctum, qui vos sic doceat operari per operationem, & gratiarum actionem, quatenus regnū aeternæ felicitatis, quod vobis paratum est per prædeterminationem, habere debeatis per operationem. Dominus Iesus quoti die fidei vobis locum præparat, dum carnem suā Deo Patri pro salute generis humani fuisse passam demonstrat, & sic nobis locum, quem parauerat per diuinitatem, iam illum nobis tribuit per suam humanitatem. Quotiescumque aliqua bona facimus ieiunando, orando, legendo, meditando, pro peccatis, siue pro desiderio Christi videndi, lugendo, visitando in firmum, saturando famelicum, sic de reliquijs bonis, quæ longum est enarrare, semper ille locus beatus ab illo nobis præparatur in cælis, qui dixit. Sine me nihil poteritis facere, sed tunc nos introducet in illas beatissimas mansiones, si in eius fide, & dilectione vixerimus, cū venerit reddere vnicuique secundum opera sua, & hoc est, quod dicit, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis, quod est dicere. Apparebo in iudicio, & introducā vos in illas mansiones, vt ibi mecum maneat in æternum. O summa, o felix beatitudo, habitare cū Christo. Quis ad hanc felicitatem, ad hanc tam gloriosam beatitudinem peruenire valebit? Quis erit tā felix, quis sic summe beatus, vt possit regnare cum Christo, videre gloriam eius, & pulchritudinem eius? O Iesu, Iesu vitā merear te videre mihi Iesum. Credo in Deū, & in te credo, & tñ valde turbatur cor meum, non turbaretur cor meum, si audissem à te, Non turbetur cor tuū, sed anima mea nunc valde turbata est, non quia non credam in te, sed quia modo te videre non possum. Nihil aliud volo, nihil aliud quæro, nihil aliud desidero, nihil aliud cupio, nisi te videre Dominum & Deum meū, & quia te quæro, & non inuenio, oro, & non respondes mihi. Te videre desidero, & te videre nō possum, cum tu ipse sis tantum desiderium meū. Tu mihi testis es veritas, quia valde turbatur cor meum sed confido in misericordia tua, quia adhuc te videbit anima mea. & satiabor de te, & à te, & in te, & per te, nō meritis meis, sed miserationibus tuis magnis, & multis, & quod videbo te Deum saluatorem meum, cum tu veneris iudicare sæculum per ignem, sed rogo te per te ipsum, & per illam quæ te

genuit matrem, vt cum veneris ad iudicium, attrahas me ad te ipsum, vt vbi tunc es, possim & esse tecum, & cum discipulis tuis, quibus ad Patrem iturus dixisti, & quo ego vado scitis, & viam scitis. Sciebat enim te ire ad Patrem, & te viam esse, per quam venitur ad Patrem, qui viuus, & regnās cum eodem Patre, in vniuersitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sermo VII.

Dixerat Dominus discipulis suis: Quo ego vado scitis, & viam scitis, cui Thomas dixit. Domine nescimus quo vadis, & quomodo possimus viam scire? Thomas, qui dicitur Didymus, id est, dubius, siue dubitans, vnde ipse dubitabat, alios dubitare credebat, vnde dicebat. Domine nescimus, quo vadis. Sed conuincit eum scire magister veritatis: quia sciebat eum, quod ipse est via, ergo viam sciebat: & ipse est veritas, & vita, & ipsam teceant, quare sciebat veritatem, & vitam, ad quam ipse vadit. Ipse est via secundum quod est homo, & veritas, & vita secundum quod est Deus. Per se itaque viam vadit, & veritatem, & vitam, quia secundum hominem glorificatum rediit ad se Deum. Vnde plane conuincit eos scire, quod se nescire putabant, cum dicit ego sum via, per quam est eundem, & veritas ad quam veniendum, & vita in qua permanendum: Ego sum via sine errore, veritas sine falsitate, vita sine morte. Ego sum via in exēplo, veritas in promisso, vita in præmio. Ego sum via habilis, veritas irreuocabilis, vita interminabilis. Ego sum via lata, & spaciōsa, veritas potens, & copiosa, vita delectabilis, & gloriosa. Ego sum via incipientium, veritas proficientium, vita peruenientium. Ego sum via lucis, & serena, veritas viuens absque pœna, vita felix, & amœna. Ego sum via in patibulo, veritas in inferno, vita in resurrectionis gaudio. Ego sum via, in qua non est spina, vel tribulus, veritas, in qua non est falsitatis stimulus, vita, in qua reuiuiscit mortuus. Ego sum via recta, veritas perfecta, vita sine fine mansura. Ego sum via reconciliationis, veritas retributionis, vita æterna beatitudinis. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ac si dicat, nemo venit ad me veritatem, & vitam, nisi per me viam, & ne-

& nemo venit ad me Deum, nisi per me
 hominem assumptum. Ego per assumptam
 carnem mortalibus facio foueam, per quam
 venit ad veritatem, & vitam. Et viam mori-
 riendo facio, resurgendo, ad caelos ascende-
 do. Vbi ego sum veritas, & via, Deus verus,
 Deus aeternus. Miser homo de terra terre-
 nus, semper gibbus, semper proclivus, sem-
 per aeger, semper infirmus: ad gaudia pa-
 ra-^{ti}, vnde expulsus fuerat, per se redire
 non poterat, nec ad veritatem, & vitam,
 quæ Deus est, per se ascendere valebat. Sed
 venit verbum ad carnem, Deus ad homi-
 nem, & verbum caro factum est, & Deus
 factus est homo, inclinavit se verbum ad
 carnem, Deus ad hominem, & sic genus hu-
 manum non solum ad paradysum, sed etiam
 portavit ad caelum, vbi est esse verum, & esse
 aeternum, veritas, quæ semper fuit, & erit, vi-
 ta beata, & semper beata, quæ nec princi-
 pium habuit, nec habebit finem. Vnde no-
 bis terrigenis homo Deus factus est via, &
 nos perduxit ad veritatem, & vitam, ad se
 videlicet Deum, & hominem, & hoc est, quod
 dicit: Nemo venit ad patrem nisi per me,
 ac si diceret, nemo venit ad me Deum, nisi
 per me hominem, hominem à verbo assum-
 ptum: nemo venit ad patrem nisi per me,
 qui sum homo, & vnus Deus cum Patre.
 Vnde sequitur: Si cognouissetis me, & pa-
 trem meum vtique cognouissetis, & amodo
 cognoscetis eum, & vidistis eum. Si cogno-
 uissetis me, idem esse cum patre, vtique &
 patrem meum cognouissetis, quia ego, & pa-
 ter vnum sumus. Et per me cognitum co-
 gnoscetis eum, & vidistis eum corde, dum
 me ei per omnia similem vidistis. Philip-
 pus vero non intelligens illum omnino si-
 millimum esse patri dicit ei: Ostende nobis
 Patrem, & sufficit nobis. Erant quidam illo-
 rum, qui non putabant Filium ex toto simi-
 lem Patri, sed Patrem maiorem, & meliorem:
 & ita nec Patrem, nec Filium sciebant. Quo-
 rum vnus erat Philippus, ideo dicit: Osten-
 de nobis Patrem, qui maior te est, in quo suf-
 ficientia est, & non in te. Vnde increpans
 Iesus illum, nec etiam filium scire ait, dicens:
 Tanto tempore vobiscum sum, & non co-
 gnouistis me? vere me non nouistis, quia
 si me nouissetis, & Patrem nouissetis, Filium
 non nouit, qui Patrem meliorem credidit:
 non quia alius sit Pater, alius Filius, sed
 quia omnino similis, Et ideo, quia omni-
 no similis est Filius Patri, sequitur, & di-

cit: Philippe, qui videt me, videt, & Pa-
 trem. Quomodo tu dicis, ostende nobis
 Patrem, cum omnino similis sim Patri?
 Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem,
 & sufficit nobis? Video, quo animo dicis,
 non quæris alterum similem, sed putas
 meliorem. Cur inseparabiles separatim
 vis noscere? Non credis quia ego in Patre,
 & Pater in me est? Quod non potes vi-
 dere, vel saltem crede: verba, quæ ego lo-
 quor vobis, à meipso non loquor, quia non
 sum à meipso, qui loquor: ei retribuo, quæ
 facio, de quo ipse sum, qui facio. Pater
 in me manens ipse facit opera, inter quæ
 sunt verba illa, quæ bona sunt opera, cum
 aliquem ædificant, & cum Pater in me fa-
 ciat opera, non credis, quia ego in Patre, &
 Pater in me est? Si enim separatim esse-
 mus, nullo modo inseparabiliter operari
 possemus. Amen amen dico vobis, qui
 credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse
 faciet, & maiora horum facit: quia ego ad
 Patrem vado. Amen amen ingeminat, vt
 quod dicit verius affirmet, Amen he-
 bræum est, & in se continet quasdam si-
 gnificationes diuersas. Amen dicitur ad-
 uerbium affirmandi, & adverbium optan-
 di, vt hic cum dicitur, hoc bonum tibi con-
 tingat, respondetur, Amen. Et in fine o-
 rationum cum dicitur, Per omnia secula sa-
 culorum, respondetur, Amen. Et est sensus:
 quod rogas Dominum, hoc optamus, Ad-
 uerbium affirmandi, vt hic: Amen di-
 co tibi, id est, in veritate dico tibi. Cum
 vero geminatur, magis quod dicitur affir-
 matur. Amen amen à Domino dicitur,
 vt quod dicit, esse verum sine dubitatione
 credatur. Poterat enim credi suo simplici
 verbo. Sed quia discipuli eius adhuc infir-
 miterant, & imbecilles in fide, quæ per di-
 lectionem operatur, non credentes, quod
 vnam, & eandem haberet potestatem cum
 Patre, inde ab eo. Amen ingeminatur, vt
 quod promittit, nulla dubietate frangatur,
 Amen amen dico vobis, id est, in veritate
 dico vobis, qui credit in me, hoc est, esse me
 vnum Deum cum Patre, venerando, &
 amando, opera, quæ ego facio, & ipse faciet,
 id est, opera, quæ me facio, postea faciam
 per eum, & maiora horum faciet. Ego si-
 quidem per eum, quia ad Patrem vado.
 Ad illum vadit, à quo nunquam
 recessit secundum diuinitatem. Maioris
 meriti est, credere nunc in eum, quia cum

non

non videmus, quàm si eum videremus. Post quàm ascendit ad Patrem, per eum maiora facta sunt miracula, quàm ea, quæ fecit in persona sua, ad tactum simbriæ vestimenti eius, vna tantum mulier fluxum sanguinis patiens refertur esse sanata: Postquàm verò cælos ascendit, ymbræ Petri nonnullos ab omni lægure curauit, maiora miracula est operatus per Petrũ, quàm fecerit ipse. Antequam ascenderet cælum, pauci per prædicationem suam sunt cõuersi ad Deum. Sed postquam ascendit in cælum, vna die quinque milia, & alia die tria milia ad prædicationem Petri ad Dominum referuntur cõuersi. Antequam ascenderet in cælum notus tantum erat in Iudæa, & postquàm ascendit cælos, se per Apostolos suos iam toti mundo innotescere fecit, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis træsæ verba eorum. In mundum venit, & mundus eum non cognouit: sed postquam reliquit mundum, & ascendit in cælum, per totum mundum fama eius intonuit, & hoc est, quod dicit propheta in persona illius: Singulariter sum ego donec transeam: quia incognitus sum, & incognitus ero, donec træsæm ad Patrem. Sed cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Maiora ergo sunt opera, quæ nunc facit per suos fideles, quia est in dextera patris: quam ea, quæ fecit, dum sederet in gremio matris. Sequitur: Et quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam, id est, quidquid petieritis ad salutem animarum vestrarum, hoc dabo vobis statim, vel postea. Multi enim sunt malarum tentationum stimulis impediti, qui gementes, & dolentes, & patientes, in nomine Domini ab ipsis petunt liberari, quibus graue est, & valde laboriosum belligerare cum illis. Timent ne deficiant. Adiutorium à Domino postulant ne succumbant: qui sic cito non habent auxilium à Domino, quod implorant, se ab illo derelictos existimant. Et quia differt illis subuenire, credunt de seipsis Dominum non curare. Sed non est ita. Imò eos magis diligit, quos quasi solos eum tentationibus diu pugnare permittit, quia crescente pugna, gloriosorem illis ministrabit victoriam: & quanto fuerit robustior pugna, tanto gloriosior dabitur illis corona. Non utubet, non dubitet athleta Christi, qui præliatur contra astutas serpentis antiqui, pugnat pro percipiendis gaudijs para-

disi, non lassescat, non discedat à bello, instet fortiter, dimicet acriter, viriliter agat, & confortetur cor eius, quia cito veniet Dominus, & manu potenti conteret brachium peccatoris, & maligni. Postquàm calido hoste deuicto, cum Christo regnabit in æternum, & in sæculum sæculi. Meminerit enim esse scriptam, illud, quod dicit Dominus per prophetam: Iuxta est Dominus his, qui tribulatione sunt corde, & multæ sunt tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus: quidquid vult petat à Domino, tantum pro salute animæ suæ petat. Non curet si differatur, quia si differatur non auferetur, immo cum haberi coeperit, carius possidetur; hoc enim petamus in nomine suo, quod patrem petere docuit Apostolos suos dicentes: Cum orabitis patrem, sic dicetis: Pater noster, qui es in cælis, &c. Quod si aliud petamus, quàm ab hac petitione discordet, inanis est petitio nostra: si petierimus salutem animæ nostræ in nomine eius illam dabit nobis, & ne vident, vt illud, quod promissum est sine Patre facturus, sequitur & dicit: Vt glorificetur Pater in Filio, quia quidquid Filius facit, idem facit, vt glorificetur Pater in ipso. Vel aliter, quidquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: nomen Domini Iesus est. Hoc nomen fuit ei impositum, secundum humanitatem, hic ergo est sensus, quidquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, id est, quidquid petieritis me secundum quod sum homo, dabo vobis secundum quod sum Deus. Vt glorificetur Pater in Filio, Deus in homine sibi vnito. Illud quod addit. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam, id tantum cõfirmat, quod superius dixit. Nam repetitio sermonis, confirmatio est operis. Nos ergo dilectissimi fratres hoc ab illo petamus, vt sua gratia nos proueniat, ac sequatur, ac bonis operibus iugget præset esse intentos, in nomine eius ipsum solum petamus, certe nimis est auarus, cui non sufficit Christus. Nam qui Dominum possidet, & cum propheta dicit: Pars nostra Dominus, nihil extra Dominum habere potest. Ille profecto felix est, & beatus, qui tanto dono cõtatur, nec vltra iam pauper erit, qui omnium bonorum datorum pro hæreitate tenebit, si aliquis petierit argentum, aurum, posse omnes, variam spectaculorum credite mihi, quia in nomine Iesu non petat, & cum illis paribus Dominus nõ dignatur

K

L

tur

tur fieri pars vel hæreditas eius, nisi omnia illa vilia, vt stercore, reputet pro dilectione & amore Dei: sed nos, quibus Dominus est portio, nihil debemus curare præter Deum, nec alterius impediamur munere necessitatis. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro decerpitur officio: vnde nihil aliud debemus curare, nisi qualiter Christum in hæreditate mereamur fortiri, pro cuius amore renunciauimus proprio, & propriae voluntati. Hæc est illa hæreditas dilectissimi fratres, quæ beatos suos facit hæredes. Iam illum vltimus paupertatis angustia non coarctabit, qui talem actantam hæreditatem habebit: ista inquam est hæreditas in terra viuentium; Hæc est portio, quã petit propheta à Domino, dicens. Portio mea Domine, sit in terra viuentium. Ad hanc hæreditatem se præparabat apostolus, cum dicebat. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. O quam feliciter ad hanc ardebat, cum aiebat. Cupio dissolui & esse cum Christo. *Modo cum Christo regnat, quia in hoc mundo soli Christo viuerebat. Modo cum Christo beatus regnat in cælis, quia illum ex toto corde dilexit in terris & illi nunc est iunctus in patria, quem toto desiderio concupiuit in via. Nos ergo dilectissimam ab ipso, ipsum solū petamus, & nihil aliud nisi ipsum solū de omni corde, queramus, & sic ad percipiendam tantam, ac talem hæreditatem, quæ ipse est, perueniemus. Quod ipse nobis Christus largiri dignetur. Qui cum Patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus, per oia facula sæculorū. Amen.*

Sermo VIII.

Sequitur, si diligitis me mandata mea seruare, & ego rogabo Patrem & alium paraclatum dabit vobis Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, & non scit eum. Ex isto capitulo solo conijcere possumus, vtrum vere diligamus Deum. Illum in veritate diligimus, si eius mandata seruamus. Et si eius non seruamus mandatum, certe nec diligimus eum: non potest ex vna parte diligere, & ex altera parte contempni. Ipse n. dicit, qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Ille cum Domino habitare meretur qui pro suo posse eius mandata seruare conatur frustra enim se cum Domino habitare dicit

qui eius mandata seruare contemnit. Non vos fallat dilectissimi vestri religiosa: mihi credite, non diligitis Deum, si illius mandata non obseruatis. Quomodo possumus Dominum diligere habitu, si cum contemnimus actu? Dilectio Dei non querit vestem, sed nostram mentem: nec querit opinionem, sed tantum bonam actionem. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Hoc enim est quod Dominus dicit, id est. Si in veritate diligitis me, mandata mea seruabitis. Ad hoc, vt perfecte vos me cognoscam diligere, mea mandata seruare, & ego rogabo Patrem, hic enim monet diligere, mandata seruare, & accipiant Spiritum sanctum, quæ nisi habeant, non possunt diligere, nec mandata seruare. Vnde sequitur: Ego rogabo Patrem, & alium paraclatum dabit vobis. Rogat homo, quod Deus dat, ipse pro nobis rogat quod nobis rogata dat, Deus ipse pro nobis rogat secundum quod homo quando nos facit se rogare Deum. Tunc enim Patrem rogat pro nobis, cum nos illum rogamus, vnum cum Patre Deum esse credentes. Quod vero sequitur: & alium paraclatum dabit vobis, hoc est alium quantum in persona, non quantum in natura, vel in essentia, dabit vobis, non quod ipsi non haberent, sed quia habebant minus & occulte, & accepturi erant amplius & manifeste, vt maneat vobiscum, hoc est vos illustret, & doceat prædicare regnum Dei, & euangelizare, & vos credere faciat me esse Patri æqualem quem nunc creditis esse minorem. Maneat etiam vobiscum in æternum, vt ad videndum æterni luminis claritate introducat, & me esse vnum Deum cum Patre, & eodẽ paraclato, sicut citò creditis, facie ad faciem contemplari possitis. Paracletus dicitur aduocatus vel consolator, iste est aduocatus fidelium, iste est defensor & protector in se sperantium, sine quo nihil est validum, nihil sanctum, iste suos protegit, iste defendit, iste pro illis pugnat, quos in æternum glorificat, iste inquam est consolator mærentium, pater orphanorum, maritus viduarum. Quorum est mærentium consolator? mærentium de perpetratione delicti, de pœna futura commissi. Mærentium, quia & seipfos peccando perdiderunt, & regem gloriæ Christum ad iracundiam prouocauerunt. Mærentium, quod illum spreuerunt in delicto, qui pro illis fuit mortuus in ligno. Mærentium, quia spem vitæ suæ Christum auctorem salutis videre non possunt. Hos autem omnes consolatur

latur spiritus Iesu. Cōsolatur eos in hac vita præfenti in spe, & cōsolabitur in vita beatae felicitatis in re. Iste inquam spiritus veritatis dicitur, qui Patri, & Filio est consubstantialis, & cōæternus, spiritus veritatis, spiritus bonitatis. Omnia, quæ docet bona sunt, nullo errore falsitatis obducta.

Hunc spiritū veritatis viri impij, & mendaces accipere nō possunt. Omnes enim qui habent manus pollutas, nō dico carnis, sed mentis, non stercore cœni, sed fœtore delicti, eum tam mundum, tam splendidum, tā gloriosum, non valent capere, non possunt tenere, nequeunt possidere. Hunc mundus non capit, hoc est mundanus mundi cultor mundi amator. Amatorem mundi odit spiritus Christi. Ab illo fugit, quem aliud nisi seipsum amare cognoscit. Ita vult amari, vt nihil aliud præter ipsum ametur. Perfecte vult amari, qui solus vult diligi: non vult consortem habere in amore, qui parem nō habet in dilectionis retributione: & tamen sic vult amari, vt cunctæ res simul amentur cum ipso: & sic vult amari, vt nil præter ipsum ametur. Omnis enim creatura iure creationis ab illo est, & omnis creatura in eo, quod est creatura, bona est. Debet ergo ad hoc diligi creatura, vt in ipsa creator ametur, non ipsa per se, sed per eum, qui illam creauit. Qui enim sic diligit veritatem, argentum possessionem, variam suppellectilem, ita quod hæc sunt sibi causa amoris, profecto non est in illo caritas Patris. Diligendus est ergo creator in cunctis creaturis, & cunctæ per ipsum creaturæ, & sic cuncta diliguntur cum ipso, & tamen ipse solus diligitur. Huc capere non meretur, qui scabiem vlcerosam habet in pelle, nec eum videre iam valet, qui in occulto mentis albuginem habet. Mundandus est ergo oculus mentis, vt mereamur videre spiritum veritatis, & testa igne examinata, diutius ab omni scabie radendum est corpus, vt omni arte exsculptū, & bene politum, spiritus sancti mereatur effici templum. Sic debemus agere, sic debemus facere, si ad videndam speciem claritatis illius volumus peruenire. Si sic fecerimus, & cum apostolis Iesu illum cognoscemus, & apud nos manebit in hac præfenti vita, & nobiscum erit in vita perenni. O quam felix sponsa, o quam beata anima, quæ sic studet assidue mentis lauare sordes vt cum illa habitare dignetur tanta beatitudinis hospes. Sciat, quemcumque litte-

ram nostram legere delectat, quod in anima subdita peccatis, non habitat ille speciosus spiritus veritatis, sola illa anima peccatis esse subiecta dicitur, quæ sic loribus prauitatis ligata tenetur, quæ nec vult, nec querit, per pœnitentiæ lamenta suæ iniquitatis vincula dissipare, nec liberatoris animarum auxilium implorare, sed quasi impudica meretrix, vltro & importune corruptoribus suis se reuoluta prostituit. Illa vero sub peccatis non dicitur, quæ pro viribus contra cuncta carnis incentiua, abstinentiæ mucrone luctatur, sine quo stulta de flore castitatis se iactat, qui contra illa quæ de carne, & sanguine nascuntur peccata, per afflictionem carnis, & per pinguedinem mentis non fortiter inflat. Nam pereunt cupidinis arcus, cum corpori nostro subtrahitur cibus & potus: sed dum per obnoxia venter distenditur: mens, caro, & castitas incontinentiæ necesse est famuletur. Nam dum voluptati se gula inclinat, & manus oris amica vltro quam natura requirat, id est, gulae ruinæ ministrat: corporis à ruina nutritur, & ipsa luxuria roboratur, vt ergo castitas vigeat in mente, caro mactetur abstinentiæ falcem. Non enim est illi parcendum, si spiritus sancti fieri volumus templum. Ipse nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus sic mundare dignetur, vt dignum illius mereamur effici templum hic, & in perpetuum. In vnitatem cuius viuunt, & regnat Christus cum Patre Deo benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Sermo I X.

Sequitur, Non vos relinquam orphanos. Omnis enim qui huius miseræ peregrinationis vias ærumnosas adhuc ambulare compellitur, quem amor, & desiderium Christi, sui exilij, & vitæ beatæ immemorem esse non sinit: capitulum istud sine gemitu, & suspirijs legere, vt arbitrator: non valet. Credo propter quod, & loquor. Quomodo crucifixi amator istud capitulum legendo, lacrymas poterit continere: dum ipsum resurgentem totum desiderium suum, in dextera Patris sedentem adhuc non valet videre? O Domine Iesu nisi amor tuus mihi fiduciam daret, me orphanum à te crederem esse derelictum, quia sic sicut tu es, videre non possum. Dixisti enim

et in apostolis tuis, non vos relinquam orphanos, veniam ad vos. Sed ego miser adhuc non merui à Domino meo audire, non iam te ultra relinquam orphanum, cito veniam ad te, & gaudebit cor tuum. Omnis à me interim recedat lætitia quousque veniam visurus, quem desiderat anima mea. Mœrorem semper habeo amicum, quousque videbo Deum saluatorem meum, nec mihi gaudium iam esse poterit, dum auctorem gaudij à me longe sic abire contigerit. Felix inquam illa anima, quæ quotidie gemit, & luget, quia auctorem omnium, mundi saluatorem Christum nõ videt. Ipsa profecto ridebit in die nouissimo, & gaudens gaudebit in æternum cum Christo. Illa verò quæ non gemit de Christi abscessu, videat ne irrefragabiliter ploret in eiusdem Christi aduentu. Illa sponsam sponsum suum non amat, quæ pro desiderio illum videndi aliquo tempore non suspirat. Non enim Christum perfecte amare conuincitur, qui pro desiderio Christi suis oculis lacrymas nõ largitur. Sed me non poterit à Christo diutius separari, qui pro eius amore quotidie didicit lacrymari. Cito veniet ad suos dolentes, & absterget omnem lacrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius neque iuctus neque clamor, sed gaudium æternum de visione Christi, qui dixit discipulis suis, non vos relinquam orphanos, & est sensus, non vos relinquam orphanos, idest non ita dabitur spiritus per me, vt ego non sim vobiscum, non vos rel. or. Orphani Grecè, Latine pupilli. Hinc indicat se esse patrem illis, veniam ad vos post resurrectionem carnis, qui vobiscum sum semper præsentia maiestatis diuinæ.

Et adhuc modicum, & mundus iam non me videt, vos autem videbitis me, bonis tantum apparuit Christus post resurrectionem non prauis & peruersis amatoribus mundi. Possumus dicere, quòd modicum tẽpus dicitur totũ tempus nostræ mortalitatis, quo finito auferetur impius, ne videat gloriam Dei, quam videbunt iusti. Quòd autem dicitur, Ego viuo, & vos viuẽtis, sic est intelligendum ego viuo qui sum vita, & per me vitam vos viuẽtis. Hoc verbo præsentis viuo semper vsus est, quia mox erit futura resurrectio. Ad illos vitur futuro, quorum est in fine futura resurrectio. In illa die vos cognoscetis, quia ego in patre, & pater in me est. Et vos in me, & ego in vobis. Ac si

cat in die nouissimo quando completa fuerit vestra resurrectio cognoscetis quomodo creditis, quia ego in patre modo tamquam radius in sole vnum cum ipso, & vos in me vt palmites in vite, & ego in vobis vt in palmitibus vitis. Sed mundus, nec tunc videbit Deum in sua maiestate fulgentem.

Quis est iste mundus maledictus, à quo videri non poterit Deus? Maledictus, inquam, maledictus, & ultra quàm dici potest maledictus erit, qui Dominum Christum æternaliter non videbit. Mundus cum non videbit mundus, idest mundi amator. Amatores enim mundi, mundi nomine vocantur. Nemo se seducat, quicumque diligit mundum mihi credat, non diligit Deum, & si non diligit, vnde videbit? Qui non diligit Deum cæcus est, videre eum non potest qui non habet cor mundum, cor mite, cor mansuetum, cor caritatis dulcedine plenum: Oculorum lumen amisit, nec ipsum veri luminis auctorem videbit: Si ergo Deum videre desideras, cor tuum ab omni lepra peccati mundificare non negligas memeto ore veritatis fuisse prolatum: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sed mundus non videt eum, quia non habet cor mundum. Mundus dicitur pluribus modis, dicitur mundus trina machina rerum cælestium, terrestrium, & infernorum, cælum, & quidquid cæli ambitu continetur. Dicitur mundus amator mundi, vt hic: Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Dicitur & mundus, qui est ab omni forde lotus, & mundus, sicut est illud. Mundi per abtinentiam ipsi canamus gloriam. De illo solo mundo, immo de illis solis immunis, scilicet amatoribus, mundi dicitur, mundus non videt Deum. Nam qui diligit mundum, non est caritas patris in eo. Valde sibi aduersatur adinuicem amor mundi, & amor Dei. Si amor mundi habitat, non est quo intret amor Dei, amor Dei hominem reuocat à mundo, & amor mundi hominem à Deo. Vnus deiecit, alius extollit, vnus suum possessorem deiecit in infernum, alius subleuat, & transmittit in cælum. Amor mundi totum mundum quærit, & nõquam satiatur. Immo eum plus habet, vnus cupit semper habere, amor Dei vnum cupit semper habere solum, illo contentus est, nihil aliud iam possidere peroptat. Amor Dei nihil aliud quærit nisi solum Deum. Valde nobilis est amor iste, omne pulchrum

H

Mundi
acceptio.

I

dedignatur amare, præter inuolatæ pulchritudinis florem. Illum scilicet qui dicit: Ego sum flos campi, & lilium conuallium, omnia, quæ sunt, quam Christi non sunt, non solum non querit, sed etiam tamquam stercola putrida abdicat, & subannat. Cuncta spernit, cuncta despicit, omnia sibi vileseunt, quia ei solus Christus dulcescit.

O felix amor, o beate amor, qui te habent beati sunt, qui te habent, felices sunt, nimis est felix, nimis est beatus, cuius tantum est dilectio Christi. Habeamus dilectissimi hanc felicitatem, habeamus nostri creatoris lectionem. In hoc cognoscitur amor Christi si seruat præcepta Christi: Vnde sequitur: Qui habet mandata mea, & seruat ea ille est, qui diligit me. Qui habet in memoria, & seruat in vita, qui habet faciēdo, & seruat perseuerādo. Vel qui habet in sermonibus, & seruat in motibus, vel habet audiendo, & seruat faciēdo, ille est, qui diligit me. Multi sunt enim, qui domini mandata habent, & ea minime tenent. Multi habent in libro, sed ea non tenent in animo, multi in voce, sed non in opere, multi in memoria, sed non in vita, multi in verbo, sed non in exemplo. Illi profecto non sunt de dilectoribus Christi. Isti inquam plagis vapulantur multis. Ilis erit fletus, & stridor dentium, ignis sulfur, & spiritus procellarum pars penæ eorum cum diabolo, & angelis eius. Sed diligentibus Christum magnum erit gaudium, magnum erit tripudium, magna exultatio, magna gloriatio. Sequitur enim: Qui diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Quid tibi videtur amator Christi, cultor Dei despector tui, de præmio amoris tui? Quid tibi mali poterit nocere, aut quid tibi boni poterit deesse, si ille te diligit qui de nihilo cuncta creauit? O nimis felix, & vltra quàm dici potest beatus quem pie diligit Deus Pater, & filius eius cum spiritu Christi, & Dei. Quid inquam felicius, quid beatius, quàm ab eo diligi, qui est Dominus paradisi, qui habet potestatem vitæ, & mortis? Damnare, & saluare, damnare quos odit, saluare quos diligit? Sicut enim saluare non potest quos odit, sic damnare non potest, quos diligit. Sed o Domine Iesu quid facies dilectoribus tuis? dic rogo quid facies? Sic dic, vt audiam, nam ego sum licet peccator, qui diligo te. Quod erit præmium tuæ dilectionis, qui tunc fru-

ctus tui amoris? dic & iustificata animam meam de præmio. Qui te diligit ex toto corde suo illud attendit, illud expectat, pro eo quod tantum differitur, gemit, & quandoque plorat. Quod est illud, dic vt fratres audiant, & intelligant, intelligant, & querant, querant & inueniant, inueniant, & accipiant, accipiant, & teneant, teneant, & ament, ament quantum possunt. Quid dabis dilectoribus tuis? quid manifestabis illis? Manifestabo eis me ipsum. Vbi sunt qui gemunt, vbi sunt qui lugent pro dilectione regni æterni, pro absentia Christi? Gaudcant, & exultent, quia Iesus manifestabit se illis. Audistis fratres, audistis dolentes, audistis lugentes pro desiderio Christi pro amore dilectissimi Domini plasmatoris, redemptoris, saluatoris totius paradisi, dulcedinis gloriæ, & splendoris, gaudij, & iocunditatis, audistis de præmio vestri laboris, de dono, quod dabit Iesus meus, & vitam meam, dilectoribus suis. Dilectori meo, inquit, manifestabo me ipsum o summum gaudium, o impensa letitia. Quid dulcius, quid gloriosius, quid beatius, quàm illum videre facie ad faciem? Cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur, quem sancti angeli vident, & videre desiderant, semper, & numquam de eius visione fatiantur, qui est decor cæli, dulcedo paradisi, fides viuientium, spes morientium, & salus omnium Iesus Christus, Dominus, noster. Nihil charius, nihil melius, quàm ipse Dominus diligentibus se, non promittit aurum, non argentum, non gemmas, non lapides preciosos, non cælum, non terram, sed seipsum creatorem omnium, & Deum cunctorum, hoc est præmium amoris, meritum tuæ dilectionis, qui Dominum Iesum, super omnia diligis, dico non voce, sed opere, non veste, sed mente, non habitu, sed affectu, non in simulatione, sed in veritate, seipsum tibi manifestabit, seipsum tibi dabit. Vis amplius? Quæris aliud? Vile est, quidquid sine ipso est. Diligis illum? Vide ego ne aliud quæras ab eo nisi seipsum, dedignatur contra petentem, si ipse petitionis causa principalis nõ fuerit, quamuis omnia bona donat, libentius donat seipsum. Noli timere de magnitudine, de nobilitate domini. Dilige eum ex toto corde, ex tota mente, & sic poteris ad eum secure accedere, ad eum intrare, & dicere: ei. Volo Domine, vt tu mihi portio sis in terra viuientium, o felix portio beata hereditas. O Domine Iesu, quis mihi

mibi dabit, vt in veritate dicere possim: Domineus pars hereditatis mee? Vtinam tu mihi sis primum mei laboris, merces mee peregrinationis, & consolatio mei mororis. O Iesu, qui es causa mei amoris, tu mihi sis causa sufficientis possidenda tanta possessionis. Sequitur: Dicit ei Iudas, non ille Scarioth: Domine quid factum est, quia nobis manifestaturus es te ipsum, & non mundo? Audito, quod mundus non videbit eum, sed potius ipsi videbunt: pro omnibus questuris querit Iudas causam huius discretionis, hæc est autem causa ex Domini responsione: Dilectio, per quam solam discernitur gens sancta à non sancta, & quod causa sit dilectio, probatur in custodia sermonum, sicut dixit Dominus. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: in hoc enim probatur dilectio Dei, scilicet in obseruatione, & custodia mandatorum Christi, quia probatio dilectionis, exhibitio est operis, frustra enim se Deum diligere dicit, qui mandatis eius suis operibus, contradicit. Immo illi habet odio, qui eius non obsecundat mandato. Nemo se regat sub habitu religionis, nullus sibi palliare sanctitatem præsumat sub regimine monastici ordinis: Ille tantum diligit Christum, qui pro suo posse ipsius satagit obseruare mandatum.

Cum enim videris monachum ad contumeliam humilem, ad opprobria patientem, suis deuotionum prioribus, in moribus mansuetum, tacitum ad loquendum, assiduum ad silentium, in claustro attente legentem, in Ecclesia suis vocibus Christum cum omni deuotione laudantem, si non continet, tamen quotidie lacrymantem, parcum in refectione, ad obedientiam promptum, ubique procliuum, ubique inclinatum, ubique verendum, ore cæli pulsantem, semper ad Dominum corde clamantem, cultorem proximi, & contemptorem sui, cunctos diligentem, seipsum odientem, tunc dicere poteris: monachus iste sui creatoris seruat mandatum, quàm felix, quàm beatus est monachus talis. Profecto iste monachus sui laboris habebit primum Dominum Iesum, & Dominum nostrum, sed ille, qui caritatem non habet, qui eius non seruat sermonem, iam non est eius. Quod ergo erit primum istius? Ignis & sulphuris amnis, mors & infernus primum eius. Vtinam tu natus non esses, si tibi talis debetur hereditas. Igitur si primum quod Christus est, habere desit,

illas illius sermonem serua, scilicet mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem. Si diligis Christum, necesse est vt diligas fratrem tuum. Ergo ne incurras odium Christi, teneas illam caritatem fratris tui. Magnum primum sequitur inde. Quod primum superius dictum est, & ad hoc repetere libet. Illud primum quato amplius ruminatur in ore, quanto magis mellefcit in corde, & quanta sit dulcedo, non ignorat, qui vt illud iam habere valeat, assidue pro viribus elaborat. Primum fraternæ dilectionis, amorem Christi, & Dei Patris, ipsa veritas ait. Si quis sermonem meum seruabit, diligit me, & Pater meus diligit eum. Si Pater Deus te diligit, quid tibi boni deesse poterit? nihil. Quidquid enim petieris impetrabis, immo ipsum Dominum largitorem omnium bonorum sine fine cum sanctis angelis possidebis: Nonne ille est summe beatus, quem Deus Pater diligit, & Dominus Iesus Christus filius eius? Felix, inquam, nimis, quem Pater & Filius & Spiritus sanctus diligit Deus, & si me diligeret Deus meus, creator meus, redemptor meus, iam nihil amplius in hoc mundo quaterem. Mihi in hac vita solus sufficit amor Christi. Amor Christi dulcis est, & delectabilis, & iocundus. Sanitate agris, lumen cæcis, incelsis latuitiam, peccatoribus veniam mortuis vitam, terrigenis cælum, consortibus umentorum, consortia angelorum largitur & tribuit. Insuper ipsum Dominum angelorum, & creatorem cunctorum. Qui me diligit, ait Dominus Iesus, & Pater meus diligit eum, & ad eum venimus, & mansionem apud eum faciens. Venit Deus ad hominem, dum homo venit ad Deum, venit homo credendo, obediendo, intiendo, capiendo. Deus venit ad hominem subueniendo, illuminando implendo, hoc enim procedit ex caritate Christi, hoc totum prouenit ex amore Dei. Caritas te domum Domini facit, & Dominum domum tibi. Deus est caritas, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Felix artifex caritas quæ conditori suo talem domum potes est fabricare. Domus ista non constat ex cæmento, & latere, nec lapide, nec ligno, nec auro, nec argento, nec lapide precioso. Omne aurum exedit, argentum supereminet vniuersum. In eius comparatione lapides preciosi vilescunt, nil est, quod valeat comparari pulchritudini eius, & speciositati.

Mel comparatum dulcedini eius, sit quasi ablinthium comparatum dulcedini mellis; omnia quæ sunt quatumlibet pulchra, quatumlibet speciosa, in eius comparatione nec reputari debent. Domus ista est domus æterna, ante omnia sæcula, ante omnia tempora omnia continens, vniuersa cõplectens, omnia creans, vniuersa viuificans. In hac domo cecum lumen, claudi gressum, curui rectitudinem, inermi sanitatẽ, mortui resurrectionẽ, cuncti, qui intrant, accipiunt; nullus miser in ea, in ea cuncti beati. Qui intrat in eam, intrat in gaudiũ Domini sui, quod ipse est, & hinc habebit se optime æternaliter in optimo, qui est Deus benedictus per sæcula. O dilectissimi fratres, nonne hæc preciosa domus super mel, & fauum dulcescit in cordibus vestris? nonne aĩa christiana Iesu Christi, sponsa dilecta tuis paranympis animabus sanctorum, & spiritibus angelicis imperans flendo, & plorans rogando, dices: Filia Hierusalem, nunciate dilectõ, quia e jus amore langueo? Parum illum diligis, si pro eius amore quotidie non ploras, & gemis: nã illius absentia sponse diligenti solet fluuius esse lacrymarum. Cum illum quærit & non inuenit, vocat, & non respondet, nil nisi flere eam delectat, & vt ei magis flere libeat, omne quod triste est coacervat.

Scio & certus sum, quod absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eius, cum venerit dies nuptiarum Christi Ecclesiæ, tempore illo, quo fuerint virgines introductæ in thalamum regis æterni. Sed quomodo ab oculis tuis absterget lacrymas, si pro eius amore non gemis, & ploras? Credo quod parum illum diligis, si pro eius amore non suspiras, & plangis. Si sic es, monachus non es: sed dicis, mihi, ego non possum flere. Ad quem ego, Ideo non ploras, quia Christum perfectẽ non amas, lacrymæ ergo testes amoris sunt. Si non ploras pro amore patriæ, plange tamen pro timore gehennæ. Sed dicis, nec hoc possum. Cum ego: Si hoc non potes, nec times mortem, nec amas vitam, & si timeres, aut parum, aut ex toto nihil. Tu autem cui seruatur hæreditas in æterna vita Deum time, & eius madata custodi. Qui non diligit me, ait Dominus Iesus filius Dei, sermones meos non seruat. Nos illum pro viribus diligamus, & illius præcepta seruemus, quia inde magna sequitur merces. Quod verò sequitur: Et sermonem, quem audistis non est meus, sic est in-

telligendum, sic est exponendum: Sermo quem audistis non est meus, & est ibi quadam figura, quæ dicitur: antiptosis, quando casus ponitur pro casu. Rogo te, ne te moueat, ne te conturbet, qui totam spem tuam ponis Dominum Iesum Christum, & ex toto corde diligis illum, credens illum esse verum Deum cum Patre & Spiritu sancto: illud, quod dicit: Sermonem, quem audistis, non est meus, sed Patris, quia ego non sum à me, sed à Patre. Sed Deus de Deo, lumen de lumine, Filius de Patre. Vnus cum illo in essentia, in maiestate, in diuinitate, in virtute, in potentia, in creatione rerum, non posterior eo, vel prior, non maior, non minor, sed oino illi æqualis. Alius est in persona, non alius in natura, nam alia est persona Patris, alia filij, alia Spiritus sancti. Verba, quæ ego loquor vobis, Patris mei sunt, quia ipse me misit, & ego sũ ab ipso, & verba mea sunt ab ipso. Vel aliter. Sermo quem audistis non est meus, id est, non est assumpti hominis, sed Dei assumptus, non est filij hominis, sed est filij Dei, non est meus secundu, quod natus sum de virgine, sed est meus secundum quod sum genitus à Deo Patre. Non est meus in eo, quod sum filius virginis, sed est meus in eo, quod sum filius Dei Patris. Superius dixit, qui non diligit me, sermones meos non seruat, hic autem dixit: Sermonem, quem audistis non est meus. Superius dixit sermones meos: Nunc autem dicit: Sermonem, quẽ audistis non est meus, Valde contraria sunt, est & non est, sunt & nõ sunt, est meus & non est meus, sunt mei & non sunt mei. Et tamen sicut veritas loquitur, ita est: Sunt sui, in quantum creator, non in quantum creatura, in quantum Deus, non in quantum homo. Sunt sui, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Non sunt sui, sed Patris, quia factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vel forte hoc dicit, vt discipuli eius, qui nondum in illum perfecte credebãt, sumus sua præcepta tenerent, & obnoxius obseruarent, dũ scirent illa præcepta esse Dei Patris, factoris, & creatoris cunctorum. Maioris sublimitatis, maioris excellentiæ, & dignitatis semper vester Pater esse, quã filius, hoc enim dico in humanitate, nõ in diuinitate, quia in diuinitate filius patri est æqualis, nõ eo posterior, non eo minor, æqualis est Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.

¶ Ergo illius verba charius teneret audita discipuli sui, & eorum sequaces, dixit illa esse filii patris. Ac si diceret: Ea, quæ præcipio vobis, irrefragabiliter debent obseruari, nec in totum, nec in partem vlla permittit conuelli, quia non sunt mea, sed Patris mei, nam ego à Patre sum Filius, vnde verba mea, & opera non sunt mea, sed Patris, Pater in me manens facit opera sua, per hæc dat nobis præcepta, hoc est de terra terrenus trabea mortalitatis indutus in hac valle lacrymarum à gaudijs paradisi expulsus, Deum loquentem non merebatur audire in hoc ærumnoso exilio, cuius præcepta contempsit adhuc positus in paradiso & quæ vir sibi remansisset redeunti ad patriam, nec miseriam excogitare valebat. Sed illius miseris Dñs suus, quærere venit errantem consolari dolentem, sanare infirmum, releuare deiectum, patriam restituere exili, & mortuo vitam sine fine mansuram. Vnde venit verbum ad carnem, Deus ad hominem, & verbum factum est caro, & Deus factus est homo, & verbum per carnem, & Deus per hominem, ore ad os loquitur ad ipsum hominem, & secundum hominem dat homini vitæ præceptum, vt homo homini obediat, & per ipsum hominem Deum, ad ipsum Deum hominem redeat, à quo scilicet Deo miser per inobedientiam recesserat. Vnde Deus homo apud homines manens mortalis, mortalibus dat vitæ mandatū, vt immortales per ipsum iam facti, cum illo immortaliter viuere possint beati, & hic notanda sunt tria Domini mansiones, vna in via, alia in patria, vna temporalis, quando nobiscum mansit in carne, alia æterna, in qua manebimus cum illo in anima glorificati, & corpore. De prima dicit in conloquentibus. Hæc locutus sum vobis apud vos manens, scilicet præsentia corporali. Sed venit tempus, vt à vobis subtraham præsentiam carnis, & sic amodo per spiritum locuturus sum vobis, vnde recte sequitur. Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixerò vobis. Docebit, inquit Dominus Iesus, quod vobis dixerò, non quod aliud filius dicat, & alius spiritus doceat, quia quod Christus dicit, & docet, ipsa Trinitas dicit, & docet, sed quia Trinitas est, oportet singulas insinuari personas, quas non distincte audire, & inseparabiliter

Oper. D. Ber. Tom. 11.

bemus intelligere. Cum ergo dicimus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus nō eos simul dicimus cum non possint esse nō simul. Quod vero dicit. Paracletus quem mittet Pater &c. sic est intelligendum: Ego corporali præsentia vos deferò, sed non vos præsentia spiritus derelinquo. Corpus, quod de terra suscepi ad cælestia subleuo, sed per spiritum meum vsque ad consummationem sæculi vobiscum manebo. Pater me misit vt apparerem in carne visibilis, sed venit hora, & tempus vt soluiam debita mortis, & resurgens à mortuis ascendam sessurus ad dexteram Patris, nec amodo in carne mortaliter mundus me videbit. Paracletus autem spiritus, quē mittet Pater in nomine meo, abundantia suæ dulcedinis nos consolabitur de absentia meæ carnis, & erit vester magister, nō foris verba perstrepsens, sed intus in corde docēs suggeret vobis omnia, & vos docebit omnia quæcumq; per illū dixerò vobis, ipse est, inspirauero vobis, ipse erit doctor vester, & cōsolatio vestra. Non poteritis dolere de absentia carnis meæ, dum ipse spiritus manet in cordibus vestris. Veniat obsecro dñe Iesu ille spiritus tuus Deus, & Dñs meus, veniat in cor meum, & sic inebriet illud tuo amore, vt nullum alium præter te queram amorē, nullā aliam præter te amem pulchritudinem, nullam præter te valeam gustare dulcedinē, qui es fauus mellis Deus & homo, mel de Deo Patre, fauus de virgine matre. Mel in sinu Patris, fauus fractus in cruce. Mel impassibilis regnat cum Patre, fauus in sepulchro. Mel cū patre & spiritu sancto regnās in cælo, & in omni loco, benedictus per cuncta sæcula sæculorum. Amen.

Sermo X.

Verba domini Iesu, qui illū ex toto corde diligere nouit, quā sint dulcia, sapit, nec illis iā claudere valebit aditū, q̄ in armario peccatoris sui Christū dominū vitæ perennis, amplexibus strictis, totum paradisi pulchritudinis continet iucunditatem, & gaudium. Illa sunt pasce vitæ, refectio aiæ, dulcedinis pocula, dilectorum Christi, lætificantia corda, cariore diligebat Christum super aurum, & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel, & fauum. Negligentibus & male viuentibus tamquam vilis amara odiosa, nō modicum fastidiosa per omnem modū, il-

K
lis pœnam æternam, diligentibus verò Christum, præparant perpetuam gloriam. Illis supplicium, istis præmium in vita beata. Illis mortem, istis vitam. Illis infernum, istis societatem angelorum. Quicumque sunt illi, lugeant, doleant, aurem cordis aperiant, verbum Dei suscipiant, & quod præcipit, faciant. In illo sunt thesauri sapiëntiæ, & scientiæ, diuitiæ, & gloriæ multæ. Igitur audiant me peccatorem Christi, quos audire delectat verba eiusdem Christi. Sed rogo vt se præparet ad lacrymas fundendum, qui verbis Christi iam præparat auditum. Quomodo poterit iam lacrymas continere: vbi nouerit iam Christum iturum & patrem discipulis suis toto castitatis amplexu pacem dedisse? Ait Dominus discipulis suis.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mandus dat, ego do vobis. Dominus enim Iesus, vbi venit tempus, quo per mortem suam disposuerat humanum genus saluare, & animam suam dare in redemptionem pro multis, relinquere mundum, & ascendere ad dexteram Patris, discipulos suos, quos corporali præsentia de secebat, toto caritatis affectu intra sinum amoris non mediocriter cõtinebat, inde velut recedens ab eis, & quasi deferens illos modis, quibus poterat de absentia sua eos cõsolari studebat. Sed quanto magis eos cõsolari volebat, tanto magis illos amarissimo mœrore replebat. Tunc velut vitimum vel le faciens illis, eos amplectens in eorum oscula forsitan ruit. Sed quantus ibi fuerit fluuius lacrymarum, quis æstimare valebit, cuius cor et si saxum esset, tanta redudantia caritatis, lacrymarum fontem totum non resoluisset? Ministri lacrymarum tunc erant amor, & dolor. O quantus amor. O quantus dolor. Et quia multus amor, ideo multus dolor, nam cū magno dolore relinquerebant, quem cum magno amore possidebant, ò quantus erat ibi amor. Nihil aliud volebant, nihil aliud quærebant, nihil aliud desiderabant, nisi esse cum Domino, illius perfrui visione, iocundari eius dulcissima locutione, fatiari eius melliflua cõuersatione. Cum hæc omnia cogitabant, & ò quam cito his omnibus esset carituri ad memoriã reuocabant, tunc per fluuios lacrymarum emanabant dolores amarissimi cordium: Quanta erat ibi amoris suauitas, & quanta suauitas caritatis, dum discipulorum labijs imprimerentur labia redemptoris. Tunc

in veritate illi dicere poterant, mel, & lac sub lingua tua, & quous distillans sub labia tua odor tuus omnem balsami odorem excedit, & quidquid in odoribus continetur, & verè sic erat. O quanta erat tibi odoris fragrantia, vbi erat tanta amoris abundantia; & quanta erat ibi tristitia, de tanti odoris, & dulcedinis futura absentia. Quibus singulis existimabo discipulorum corda fuisse vexata, & audirent. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Ibi mœror erat, & luctus, omnes erant vna voce plangentes, pacem inquit dominus Iesus discipulis suis, meam do vobis, pacem relinquo vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ego iturus ad Patrem, pacem relinquo vobis, & vos perducturus ad patrem, pacem meam do vobis. Hoc est quod propheta dicit. Pacem super pacem. Et alibi, Domine dabis pacem nobis, pacem quia in te sperauimus. Pax est in hoc sæculo, in qua manentes hostem vincimus, inuicem diligamus, & de oculis inimicorum non irascimur. Pax erit in futuro, cum sine hoste regnabimus, vbi alter ab altero non poterit dissentire, vbi omnia erunt nuda, & aperta, & laus vni cuique à Deo. In illo autem est vtraque pax. Ipse est pax nostra, quia nos pacificauit Deo, per sanguinem suum. Erat pax vestra in futuro, cum tradiderit regnum Deo Patri, & erit Deus omnia in omnibus, quando nõ erit colluctatio cum carne, & sanguine, immo palma, & corona decerato agone, cū viderimus eum sicuti est. Sed forte admirabitur noster auditor, cum in hoc libello feruuli Christi, ipsum inuenerint Christum pacem dedisse discipulis suis. Ad quem ego peccator feruulus Christi. Quid miraris? Quid turbaris? hoc non est magnus quod audis. Quid putas esse abiectius, an flexis genibus discipulorum pedes lauissè: An eos in pacis osculo suscepissè? illis non horruit pacis osculũ dare, pro quibus non timuit patibulum crucis subire. Sed forte dicit: Ego in apostolo lego, quod Christus discipulis suis dixerit, pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis, sed non lego, quod sua sanctissima labia discipulorum impreserit labijs. Cui ego, si ore veritatis constat esse prolatus, cur cõstare non debet esse cõpletũ? Non est periculosum sic credere, non est damnabile sic sentire. Non est contra fidem. Sequitur. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Quare pax dat mundus iste? Pacem falsam, pacem sciam,

M

Isai. 26.

L

A

fictam, pacem sophisticam, pacem palliatam. Pax est vinculum amoris, & indissolubilis compago caritatis, sed amat mundus, profusus utique nihil. Nihil amat, nihil diligit, cuncta odit, cuncta perimit, & occidit. Ab egressu propriæ matris vteri, vsque ad ingressum ventris omnium matris quidquid habet homo miser à mundo? famem, frigus, nuditatem, frigus cruciâs, cauma perturbans, scabiem cutis, dolorem capitis, chigram in manibus, podagram in pedibus, morbum in liene, morbum in iccore, vndique miseriam, intus & extra. Foris illū interficit gladius, & domi mors similis est. Ad vltimū morte saua cūctos prostermit, & deijcit. Ecce qualis est amor mundi, qualis est dilectio mundi. Et tamen miseri homines mundi fallaciam non attendentes, odientē diligunt, & sauo eius gladio sponte colla submitunt: isti miseri sunt sine consilio, sed vti nam saperent, & intelligerent, & his, quæ vëtura sunt in nouissimis temporibus prouiderent. Profesto mundum odio haberent, nec diligerent. Dicitur etiam aliter mundus, scilicet rerum transeuntium amatores. Sed qualis sit pax, & concordia inter illos sapiens quisq; aduertere facile potest. Igitur scripta huius mundi pax, & concordia ad pacē Domini nostri Iesu Christi redeamus, quam eius dilectionem esse, & credere, quia dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, videtur nō esse absurdū. Hęc est inā dilectio, qua Deus mundū se dilexit, vt se mundo hominē daret, vt omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitā æternā. Hęc pacē scilicet caritatē illis reliquit cum animā suā pro illorū salute dedit, hoc est corpus illud sanctissimum quod de intemerata virgine sumptū in tam horrendo climate crucis posuit confusione contempta, hanc pacem nobis reliquit, sicut beatus Petrus apostolus asserit, dicens: Christus passus est pro nobis, relinquens exemplū, vt sequamur vestigia eius. Et ad hanc caritatem alibi nos hortatur, vbi ait, Christo in carne passio, & vos eadē cogitatione armamini. Hanc pacē nobis moriendo reliquit, aliā pacē nobis resurgendo donauit. Prima nos liberat à peccato, secunda nos reconciliat Domino: prima nobis peccata dimittit, secunda nos ad gaudia paradisi perducit. Primam nobis dedit moriturus in cruce, secundam nobis dabit in æternitate regnans cum Patre. Prima fuit in luctu, & dolore se-

cunda erit in gaudio, & exultatione. Prima lacrymosa, secunda gloriosa. Prima est in miseria: secunda erit in gloria. In prima sumus flentes pro Christo, in secunda erimus gaudentes cū Christo. Vnde non immerito plorant discipuli pro magistro, serui p̄ dño ab illis quodammodo per mortē recessuro. Nec mirū. Videbatur vnde dolere poterat: sed nō credebant vnde gaudere debebant. Lugebāt, quia Christū moriturū sciebāt, sed illū resurrecturū, & ad caelos ascensurū, adhuc nō perfecte credebant. Poterat vnusquisq; illorū veraciter dicere, si tamē p̄ dolore loqui valebant. Idcirco ego ploro, & oculus meus deducit aquā, quia me deserit cōsolator meus cōsolans animā meam, quos vt Dñs amarissime flere respexit, & lacrymis secundum homine continere non potuit, sed modis, quibus valuit eos consolari, non distulit dicens. Non turbetur cor vestrū, quia vos in pace relinquo, neq; formidet, quasi vos lupus inuadat per pastoris absentiā, quia sicut homo vado, sed sicut Deus sum præsens, non turbetur cor vestrum neque formidet de morte mea, quia post tres dies resurgam, & veniam ad vos, & videbitis me vitam, in quem quicumq; crediderit mortis imperio subiicere non poterit. Vado sed iterum veniam ad vos, & accipiā vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Nō debetis cōtristari de abscessū meo, vnde tantus mihi provenit honor, & gloria tantopertius inde gaudere debetis. Non me diligitis. Si diligeretis me, gauderetis utiq; quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Iam imperate lacrymis, quia de meo abscessu gaudere debetis. Nolite stertibus indulgere, quia ad Patrem vado, nec vos relinquo. Ad Patrem vado secundum carnem, nec vos relinquo secundum diuinitatem. Ad Patrem vadit homo assumptus, & vobiscū remanebit Patris assumēs Filius. Corpus, quid de virginea terra suscepi, supra choros angelorum exalto, vt Filius hominis ibi sedeat in dextera Patris, & habeat per gratiā quidquid ipse Deus habet per naturam. Ad Patrem vado, vt genus humanum diabólica fraude deceptum, aculeo antiqui serpentis occisum, in hac valle lacrymarum sepultum in cælo colloceam, & ad gregem angelorum reportem centesimam ouem perditā, per longum tempus errantem. Et ideo rogo, ne turbetur cor vestrum de morte mea, quia si fieri poterit. Expedi vt vnus homo

morietur pro populo, & non tota gens peccat. Tantum tribus diebus, & tribus noctibus ero in corde terræ postea die tertia resurgam perempto principe mundi, & videbitis me, & gaudebit cor vestrum. Quadragesimo die ascendā in cælū, sessurus ad dexteram Patris, & illuc traham vos ad meipsum, mecum feliciter regnuros, & ideo rogo, gaude etc. O bone Iesu Domine Deus, vita mea, tota spes mea, omne desiderium nostrum, quid nobis ait? Quid nobis pro te gementibus, & lucentibus dicis? Scis enim vita, quæ numquam morieris, quod tu es totum desiderium nostrum, ideo gemimus, & dolemus valde, quia te sicut es, videre non possumus. Valde enim Domine Iesu, vnica spes nostræ salutis turbatur cor nostrū, quia adhuc non meruimus videre te Dominum nostrum Gemimus, & dolemus, & multum turbatur cor nostrum: sed adhuc à Domino nostro non meruimus audire non turbetur cor vestrum. O felices Apostoli, & beati Discipuli Domini. Vos enim meruistis illum in carne videre præsentem, docentē in verbis, potentem in factis, in firmos curantem, mortuos suscitantem: cum illo ambulare, cum illo sedere, vnā cum illo sumere cibum, illum à mortuis surgentem, ad cælos ascendentem, nunc videtis illum in sinu patris sui fulgentem. Quid enim felicius, quid vobis beatius, quam perfrui visione Dei? Quam dilecta illa tua visio Domine Deus? Hanc anima mea peccatrix concupiscit, & quia eam adhuc non habet, quodam modo læquet, & deficit: sed spero in Domino Iesu Christo, quod in carne mea videbo Deum Saluatorem meū. Reposita est hæc spes mea in mente mea. Ego interim gaudens gaudebo, & semper anima mea exultabit de Iesu Salvatore meo, qui resurgens à mortuis ascendit ad cælos, & sedet beatus ad dexterā Patris. Qui ascensurus ad Patrem dolentibus discipulis dixit: Si diligere me, gauderetis vti que, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Sequitur: Et nunc dixi vobis prius quā fiat, vt cū factū fuerit credatis. Iam nunc dico vobis prius quam fiat, vado ad Patrem, vt postquam ascendero, perfecte credatis, quia ego sum Filius Dei. Vt credatis, inquit. Credatis, non quod factum vidistis, quia hæc non est laus, vel meritū fidei, imò non fides de eo, quod videretur. Sed credatis me Filium Dei, nō noua fide, quia & prius credidistis, sed aucta, & relecta, modo cū hæc diceret erat fides illorum

parua, & cum moreretur fuit nulla. Sequitur: Iam non multa loquar vobiscum, venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam, imminet tempus, & hora vt soluam debitum mortis, & in hac mortali carne iam non multa loquar vobiscum. Venit Diabolus, non princeps creaturarum, sed peccatorum, non lucis, sed tenebrarum, non vitæ, sed mortis, non gaudij, sed mæroris, & in me non habet quidquam, nihil est in me, quod ad eū pertineat. Ipse enim peccatum nō fecit, nec vnquam voluit, sed nec peccare vnquā potuit. Noluit habere Deus, quos perderet. Pauper venit, ne diabolus haberet quod auferret. Venit enim princeps superbæ, princeps inuidiæ, princeps litioris, & dolositatis, princeps rancoris, & cuiuslibet malæ voluntatis, ad principem humilitatis, patientiæ, & benignitatis, principem vitæ, & resurrectionis, principem gloriæ, & beatitudinis sempiternæ. Ad eum venit, vt videret si in eo maculam peccati aliquam inueniret, videt eum, trahens eum à mortalitatis indutum, morti vicinum, & in eo se credit aliquid inuenire, quod ei in morte posset obijcere. Sed miser ille deceptus est, quia in eo nihil inuenit propriū, sed per ipsum, ius quod habebat in alijs amisit antiquum. Per omnia sit Iesus benedictus, qui in cælis Heb. 5. 6 carnis suæ preces, & obsecrationes obtulit ad eum, qui poterat illum saluare à morte, cum lacrymis, & clamore valido offerens, & exauditus est pro sua reuerentia, qui etiam eum esset filius Dei, dicit tamen ab his, quæ passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. In quo auctor mortis peccatum nullum inuenit, sicut ipsa veritas dixit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquā. Sed forte posset dicere aliquis: Cur ergo moreris, si peccatum non habes: cum mors ex peccato tantum sit cōsecuta? Ideo facit hic anthyphoram, & respondet huic tacitæ questioni, & dicit: Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & hoc mandatū dedit mihi Pater, vt facerem. Ac si diceret, verum est, quod adhuc mors non esset, si peccatum nō fuisset, & ideo veni morturus in mundū, vt morte mea delerem peccatum: hæc est enim voluntas patris mei, vt pro salute generis humani summam supplicij erucis. Vt ergo mundus cognoscat, quia diligo patrem, quod mihi mandatū dedit, facio illud. Hoc est quod beatus apostolus dixit: G

Factus est obediēs Patri vsq; ad mortē, mortē autē crucis. Sequitur. Surgite eamus hinc. Adhuc eratis in loco vbi discubuerat cum discipulis suis: vnde discubentibus dixit: Surgite eamus hinc, ad locum, in quo tradēdus sum in mortem. Non est hic vltērius tam sedendum, præterijt tēpus reuocationis, & ecce tēpus festinat passionis. Surgite, & venite post me. Me enim præcedentē ad passionem sequi debetis, quia ego sum vitis, & vos palmites. Ego sum caput vestrū eiusdem naturæ vobiscum, & capite languente, cætera membra cōdolent languenti. Secundu-
H m quoddam sum homo, sum caput Ecclesiæ & ideo vobiscum eiusdem naturæ. Ego sum vitis vera, nō illa, quæ versa est in amaritudinem, quæ vt faceret vvas expectabam, & fecit agrestes labruscas. Ego sum odorifera vitis, pulchritudinis mīxæ, floribus fecunda, dans botrum dulcissimum, cunctis palmitibus meis manentibus in me. Ego sum vitis tale generans vinum, quod latificat cor hominis. Ego sum vitis propriū sanguinem libās Deo Patri, pro salute populi mei. Ego sum vitis florens. Ego sum vitis frondens, vitis fructificans, nō egens adminiculo vlni, nec vllius auxilio ligni. Ego sum vitis non culta ab homine, sed à Deo Patre: nō tantum exterius per culturam, sed etiā interius per gratiam: nō tantum extra operando, sed etiam interius incrementum dando. Christus est vitis, in quo est totus humor, id est, omnis plenitudo Spiritus sancti corporaliter. Palmites eius sunt apostoli & oēs qui ei fide adhærent: Hęc vitē, id est, Christi humanā naturā, Deus Pater mūdauit faciendo immunem à peccatis, & dando virtutes: sic facit, & palmitibus, licet nō omnino sicut & Christo: vnde sequitur. Omnē palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum: vt fructum plus afferat. Omnes enim qui Christo adhæret fide, sunt palmitēs manentes in Christo salutifera vite. Sed alij faciunt fructum, alij in sterilitate persifunt. Alij florent, & germiant, & botrum
I producunt dulcedinis. Alij se per latitudinē foliorum expandunt, pulchritudinē cupientes habere tantum viriditatis: omnes, qui in sterilitate persifunt, & qui per latitudinem sine fructu se foliorū expandunt, tempore putationis, si Deus pater illos sine fructu inuenierit, abscindet à vitē, & in ignē mittet, & ardent. Sed forsitan tuū animū pulsat quo-

modo qui fide Christo adhærent, abscindi ab ipso contingat, cum omnis, qui adhæret Christo, vnus spiritus sit cum illo, vnde vt hoc tibi luce clarius constet, te scire oportet quod fides distinguitur per diuersas proprietates. Dicitur fides mortua, fides ficta, fides peruersa, fides recta. Oēs enim hoies in eo q̄ Christiani vocantur, Christo adhærente dicuntur. In eo quoddam Christiani sunt, fidem Christi habere creduntur. Sed quorundam *Fidei acceptiones varia.* mortua, quorundam ficta, quorundam peruersa, quorundam catholica. In prima superbi, & luxuriosi, pecuniæ cupidi, fures, latrones, & alij huiusmodi. In secunda sunt non obediētes patribus spiritualibus, ingrati de donis cælestibus, qui sunt sine affectione fraterna, sine pace caritatis, fratrum criminatores, iræ incontinentes, voluptatū amatores magis quàm Dei, habentes speciē pietatis, virtutem eius abnegantes. In tertia sunt hæretici, cōtra Deū elati de suis erroribus superbi, in Deū blasphemi, per oīa alijs deteriores, & scelestiores, omnes isti cōcupiscunt Dominū Iesum Christum, & sanguinē istius dulcissimæ vitis ducunt pollutum. In fide catholica sunt mites, patientes, mansueti, humiles, virgines, casti, continentes, dilectores Dei, & proximi, ad omne opus bonum parati, expectantes redemptionē filiorū Dei. In horum numero nos Dominus cōputare
K debemus hoc, quod Dñs Iesus dicit: Omnē palmitem in me non ferentem fructū, tollet eum. Non confidimus ergo fratres charissimi tantum in latitudine foliorum, in expansione ramorum, in viriditate frondit: quia nisi in vinea Domini fecerimus fructū, excidemur, & in ignē mittemur. An ignoratis amantissimi mei, quod esuriens dominus vidit secus viam siculneam magnam latam, & spaciosam, habentē folia, & frondes, qui in ea non inueniens fructum, maledixit ei, & arefacta est? Sic est omnis hypocrita: quia speciē sanctitatis habet & virtutem sanctitatis non habet, qui palliat sanctitatē in veste, quā non habet in mente. Non alba cuculla & alba tonsura, non ampla corona, sed cōscientia pura, & mētis munditia, abiectio propria voluntatis, inflammatio caritatis in Christo, perfectum monachum facit. Adhæreamus fratres verā vitam Iesu nostro saluatori cum vero corde, in plenitudine fidei aspersi corda, & abluti ab omni inquinamento carnis, & spiritus, & te-

neamus speci, & fidei nostræ confessionē indeclinabilem. Nec sit quod nos separare iam valeat à caritate Domini Iesu. Et sic erimus de vitibus Engaddi, de quibus non liquor vini, sed liquor balsami fuit, consimiles botro cypri, de quo sponsa in cantico amoris congratulans de resurrectione Christi, prorumpens in vocem iocunditatis, & lætitiæ, dixit: Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi, quod sonat fons hœdi, fons hœdi dicitur penitentia, vel baptismus, in quo dum aliquis intra velut hedus, innocentiam debet acquirere, ut agnus. Engaddi potest accipi monasterium regulare, ad quod dum aliquis hœdus aduenerit, & ibi exuerit pellem hœdianam: iam ex omni parte mundatus non hœdus, sed erit si perseuerauerit, agnus hinc talē Deus Pater purgabit, ut fructū plus afferat, cor eius mudando, & eius spiritum, veritatis, & caritatis rore infundendo. Omnē palmitem veræ vitis adhærentem, & facientem fructum, Deus Pater purgabit siue putabit eum, ut fructum plus afferat. Ritus & consuetudinē viticole Deus tenet in colendo vineam suam. Vineam Dñi vniuersalis Ecclesia est Christi vxor, & sponsa, de qua Deus Pater ad Filium: Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Vinitor, qui vineam diligit facientem fructum opportunum in tempore suo, cum tempus putationis aduenerit, in ea nihil siccitatis, vel ariditatis relinquit. Tunc circa illam vsque ad inferiorem eius radicem terram acuto ligone perfodit, & si radículas aliquas etiam emiserit, cultello putationis abscindit, & quanto magis huiusmodi vana & minus vtilia vitis amittit, frugiferior, &

Heb. 12. vberior ad fructificandum assurgit: Sic quæ Deus diligit, flagellat & percutit: flagellat enim omnem filium quem recipit. Illorum est enim hic flagella percipere, quibus datur, de æternitate gaudere: sed qui de percussione murmurat, ad ipsum, qui supra ipsum est non appropinquat. Imo hæreditatē superne felicitatis amittit: si flagellū Dei patris patienter, & cum amore non suscipit.

M Et si de flagello Domini murmurauerit, certus sit, quia murmurantium pœnam incurrit. Vos ergo fratres dilectissimi, nolite murmurare, si vobis inesse contigerit disciplinam Domini nostri, neque fatigemini dñ ab eo arguimini. Omnis enim disciplina in presenti quidē videtur nō esse gaudij, sed mœroris. postea autem fructum pacatissi-

Heb. 12. mum exercitatis per eam, reddet iustitiæ.

Flagellis Domini pingue caro carnalis voluptatis atteritur, & virtutes animæ roborantur: & lasciuia caro restringitur: & anima pennis virtutum ad cælestia subleuatur.

Caro quod superfluum habebat amittit, & spiritus virtutes, quas non habebat acquirat: si ergo per flagella Domini virtutes augetur, vitia reserantur, spernuntur terrena, amantur cælestia: nos æternitatis præmia præstolantes, si nobis aliqua grauis infirmitas, vel tentatio fortis, vel etiā damnum temporalium rerum irreperit, ex omnibus his vires sumere debemus, quia crescente pugna, gloriosiorē non ambigemus nobis manere victoriam: in hoc namq; ostendimus quanta ad Deū cupiditate flagramus, si non solum ad eū per tranquillam, & molliam, sed etiā per aspera, & dura trahimur. Ad æterna gaudia iam redire non possumus, nisi per temporalia detrimenta: & ideo spe manētis lætitiæ, omnia aduersa prosperitatem non modicā debemus reputare. Peccata crispæ nostræ diuina seueritas nequaquam multa remanere permittit, sed ira sui iudicij inchoat à nostra hic correctione, ut in reproborum damnatione conquescat: interior enim est medicus, & peccatorum in nobis contagia, quæ inesse medullitus reprobis, leuiter insidit virus putredinis ferro tribulationis, & hoc est quod Veritas ait: Omnem palmitē in me facientem fructum, Deus Pater purgabit eum, ut fructum plus afferat: nam cum mens posita in tentatione considerat, quod à virtutis suæ pristina soliditate repellitur, tunc sollicita trepidat, ne hoc, quod dudum esse cœperat, funditus amittat.

Tunc qualiter resistere tentationi possit, inquirat: & qualiter eam debellare iam valeat, elaborat. Tunc arripit gladium orationis, sicutum compunctionis, & si sic eam debilitat, & de ea gloriose triumphat: non ipsa, sed gratia Christi per ipsam: & ita fit ut mens quæ pigra, & velut infœcunda in prosperitate iacebat, fortior, & vberior ad fructificandum assurgat. Ut ergo dilectissimi Deum Patrem nostri mereamur habere cultorem, adhareamus veræ vitis Dño Iesu Christo Saluatori nostro, non fide mortua, nec fide ficta, nec fide puerila: sed fide recta, quæ per dilectionē operatur, sine qua nullus saluari potest. Adhareamus ei, quia bonum ei adharere, & in illo ponamus totam spem nostram, totum desiderium nostrum, confidentes

dentes in illum, qui suscitauit eum à mortuis, quia & suscitabit & nostra corpora nostra, & considerare nos faciet cum illo in dextera sua. Quod ipse nobis per eundem filium suum, Dominum nostrum præstare dignetur, qui uuit, & regnat cum eodem Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sermo XI.

CVM à discipulo ueritatis scriptum non ambigimus esse. Qui parce seminat, parce & metet: dum in agro Dominico, tāquā agricola funus constituti, pro uiribus seminare debemus, ut cum messionis tēpus aduenerit, centuplum accipiamus in fructum perceptione, quā non expendimus in semine. Nam quod hic dicit, ex caritate proprie dicit seminare, quia qui semen ad hoc spargit, ut colligat, adhuc caret ad tempus modicum, ut in tempore messis gaudeat in aceruo. Itaque licet pauper, & inops ex meo modo semine cupienti dabo ex caritate, ut à Domino meo Iesu Christo merear recipere multiplicationem beatitudinis æternæ. Non parce seminat, qui parum habens, parum largitur, quum animus promptus sit, si plus haberet: large dat, qui affectum largiendi habet, etsi nihil habet, quod largiri possit. Nos ergo illam pecuniā, quā erogādam à Domino accepimus, ad usuram erogare sumus parati, cupientibus eam.

Sed rogo & aliquis uestrum timeat de retributione usuræ, quia hæc usura non euacuat diuites, sed bonis ditat, & replet egenum, & pauperem. Veniat ergo ad hanc pecuniā suens, ad Euangelium beati Ioannis, hauriat cum gaudio de fontibus Saluatoris, qui dixit discipulis suis. Vos iam mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis, & est sensus: Vos estis mundi, sed iterum estis mundandi, ut fructum plus afferatis. Mundi estis non propter baptismum, sed propter sermonem, quem locutus sum uobis. O quam bonus sermo, qui lauat mentium sordes, interioris, & exterioris hominis purificat actiones, vulnera sanat, cicatrices solidat, qui suscitatur de terra inopem, & de stercore erigit pauperem, ut colloquet eum cum principibus cæli, cum possessoribus paradisi, & quā preciosus sermo, imo quā preciosus thesaurus, qui suum possessorem

didicit ditare, ut de confortibus iumentorum, confortem faciat angelorum. Felix sermo, & omni acceptione dignus. Quis est iste tantæ beatitudinis sermo? Audi si illum obferuare desideras, sed præcipio, ut illum ad usuram erogare non differas. Est ualde nobilis possessio, quæ erogata suscipit incrementum, & auarum deditur possessore, nisi erogetur, citò minuitur, largitate gaudet, tenacitatem fugit, omnino non uult abscondi sub modio, sed super candelabrum poni, ut omnibus eius pulchritudo appareat. Splendor eius tamquam lampadæ ignis, atque flammæ, quas aqua multæ non possunt extinguere. Uiderit homo totā substantiā domus suæ pro hac possessione, quasi nihil despiciet eam. Hæc inquam, est caritas, quia in quocumque abundauerit amor æternorum, mox labentium rerum possessio cuncta uilescit, & sola caritas, scilicet Christi dulcescit, qui dicit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, hic est sermo ille, de quo dixit Dominus. Vos mundi estis propter sermonem, quæ locutus sum uobis, id est, propter caritatem quam commendauit uobis: & quia mundi estis, manete in me, & ego in uobis. Manete, inquit Dominus Iesus discipulis suis, in me, & ego manebo in uobis.

Iesus inquam dulcis, Iesus delectabilis, omni uirtute præditus, omni speciositate redimitus. Dulcis super mel, & fauū, speciosus forma super filios hominum: cuius dulcedine angeli inebriantur, cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur. Iste talis, ac tantus dixit discipulis suis, & per eos cunctis fidelibus suis. Manete in me, & ego manebo in uobis. Quā magna sublimitas, & magnæ sublimitatis auctoritas hominem habitare cum angelis, terrā, & puluerē eleuari in cælos, hominē tolli de stercore iumentorum, & aggregari cætibz angelorum. Imo creaturam manere in creatore, facturam in factore, redemptum in redemptore, seruum in domino, peccatorem in iusto, factum ex limo, in eo quod omnia facit ex nihilo, transitorium in æterno, miserum in summe beato, imo in eo quod omnino beata, & cuncta sanctificat sancta, qui est ueritas, & uita, & gloria sempiterna, gaudium mundi, iucunditas cæli, dulcedo paradisi, & beata æternitas, & æterna felicitas Christus, scilicet Dominus Iesus. O mira & inenarrata bonitas, & inaudita, & inestimabilis pietas, quis uquam fratres mei, quis dilectissimi,

2. Cor.

Cant. 8.

D

Sermo
Dei effi-
cax.

E

mi mei, amantissimi mei, conserui mei, serui dñi Iesu Christi, & propter ipsum domini mei, poterit explicare sermone, aut stilo exarare & graphio . quanta pietate auctor pietatis redundet, quanta lagitate bonitatis ipse auctor exuberet . Mihi credite fratres, si omnes homines niterentur, & angeli, fontis tantæ pietatis non possent haurire vobis etiam vnam minimam guttam, habito respectu ad ipsam abundantiam pietatis.

Hæc est inquam maximæ immentitas pietatis, ingens eminētia bonitatis, quod creator omnium Deus se ipsum exinanivit, formam serui suscepit, in similitudinē hominum factus, & habitu inueniēti se inuēniens Deus in homine, vt homo maneret in Deo: vita mortem assumens, vt sibi mors assumeret vitam . Vtinam huius abundantia pietatis sic fragraret quotidie in naribus nostris, vt in veritate dicere possemus cum sponsa in canticis. Fasciculum myrrhæ dilecti semper supra meum pectus portabo: ò dulcis sarcina, ò felix medicina .

Cant. 1.
b

Hæc sarcina fratres mei, crux ipsa beata, scilicet passio Christi, baiulum suum nō grauat, sed leuat: nō deprimit, sed extollit: non quassat, sed erigit, & portat portantem, vbi Christus est in gloria Patris . Hæc est inquam dulcissima medicina, quæ morbum omnem expellit, vires, atque virtutes non habenti acquirit, quæ non solum: sanat ægros, sed etiam viuificat mortuos . Mihi meus auditor credat, imo mihi credat crucis amator, iam non lædetur à morte secunda, si in hac vita visus fuerit tali medicina . Hoc est illud lignum propheticum, quod est inter iuncturas ædificiorum: quia ipsa crux gloriosa terram conglutinat cælo, hominem consociat angelo, & peccatorem sic reconciliat Deo, vt ipse Deus manere dignetur in eo, & ipse manere mereatur in Deo suo . O summum tripudium, ò tripudians gaudium, iocunda lætitia, & iocunditas læta, hominem manere in Deo, & Deū in homine, in redempto redemptorem, & in redemptore redemptum . Ad hanc summam iocunditatis lætitiā, perpetuitatis lætissimæ gloriā, ipse gloriæ auctor, beatitudinis dator, salus æterna, vita beata, felix æternitas, secunda tranquillitas, torus dulcis, torus desiderabilis, inuitat apostolos suos, instigat monachos suos, cunctum populum Christianum, omne collegium sanctum, ei blandiens, atque demulcens,

consolatur & confortans, hortans, & dicens: Manete in me, & ego in vobis, & est sensus: Vos qui mundi estis, qui loti estis, qui sanctificati estis per canalem lapideum, per baptismi sacramentum, per virtutum trichinium, per dilectionis præconium in me estis.

Sed rogo vt in me manere debeatis: si in me manseritis in isto breui tempore, manebis vobiscum in æternitate . Qui manet in me per exhibitionem dilectionis, & ego manebō in eo per præmium eterne felicitatis. Ego diligentes me diligo, & qui me dilexerunt in hac vita, me inuenient post hanc vitam, & vbi sum ego, & illi sunt mecum: & qui me non dilexerit, proculdubio non inueniet me ad præmium, sed inueniet me ad supplicium . Vos autem discipuli mei, amici mei, in mea dilectione manete: non vos terreat mea humanitatis passio, crucis suspensio, tormenta carnis, crucis supplicium, nec mea depositio carnis, nec in solacium mea mortalitatis . Isti vobis fides inuicta permaneat, spes ipsa non langueat, de me igne in vobis caritas inflammescat . Manete in me per fidem, spem, & caritatem, & ego manebō in vobis per fructum fidei, spei & caritatis. Et si in me non manseritis, nec ego manebō in vobis . Audistis charissimi, quid ipsa veritas dicit: quæ mentiri non potest, quæ numquam fallit, nec fallere nouit. Ait enim . Si quis in me non manserit mittetur foras, & tormentorum ministrum mittent in ignem, & ardet . Vnde rogo dilectissimi fratres, vt vnusquisque vestrum intret in cubiculum suum, scopet conscientiam suam, se quærat in angulis cordis, circumeat latebras mentis: si se in Christo manere inuenierit, gaudeat: si se à Christo abesse senserit, gemat, & doleat, ploiet, & plangat, timeat, & perhorrescat, ne sequatur a consortio sanctorum, & mittatur semper arsurus in ignem æternum .

Manete in me, heu dilectissimi fratres, quanti miser, quanti infelices, quid Iesum veniunt: sed lætiferi veneno serpentis percussi, diabolica fraude decepti, cecitate mentis obducti, malitia deprauati, abnegant contubernium Christi, amicitiam redemptoris, abdicat propter amorem mundi, & ceruices, quæ Deo humilitate solebāt, ipsorum mundi creatore iam spreto, diabolo non verentur inclinare. Heu quanti post gloriosos

Id agones de ipso principe mundi legitime triumphatos, fugienti terga dederunt, & victores iam victo se sponte curuarunt. Quanti ad monasterium veniunt, vt in eo monasticè viuant, humilitatis prætendentes iudicia, omnia in pace illata sustinentes conuicia, tamquam boni milites Christi ad omne opus bonum parati, qui post gaudia vite contemplatiuæ, post prælibationem iocunditatis mellifluæ, suæ professionis oblitri, velut sues ab ipso proposito ad volutabrum redeunt luti, & ea, quæ dudum vomuerant, tamquam canes in ventrem traiiciunt. Isti tales recedunt à Christo, quia recesserunt à proposito sancto, si pactum, quod cum Christo pepigerant, obseruarent, venena iam vomita subsannaret, & ideo cum Christo non merentur manere, quia pactum Domini non timuerunt infirmare, sed vitiam scirent, & intelligerent, quæ sit amaritudinis fontem relinquere vitæ, & actorem iocunditatis mellifluæ: Dominum mundi, decus patris sui, gaudium æternum Dominum Iesum Christum, qui nos à morte, rosso saluauit sanguine suo, si citò sensisses quantum parabas offendere, non tegeret vulnus cortice myrrisæ tuos. O quam misera commutatio, o quam cæca cupiditas, quæ virginem facit tabesam, puellam prolibulam, & mulierem vertit in arborem. Regulam in Apostasiam, disciplinam sanctam in lasciuiam prauam, claustrum regulare in cæposicentiam, castitatem in impetiginem, monachum in theatricum, directum in prauum, planum in asperum, filium Dei in filium diaboli. Hæc fratres mei non est mutatio dexteræ excelsi. O quam amara mutatio, o quam dura translatio, à Christo recedere, & diabolo adherere, spernere redemptorem, & diligere peremptorem, delinquere vestigia Christi, & ire per saua mæandra diaboli, relinquare viam, quæ ducit ad vitam, & ire per viam, quæ ducit ad mortem. Quicunque ille est, qui sic commutatus est, ad verba mea inclinet animum, & non dedignetur audire cõsiliu bonum. Peccasti, quiesce: ne adicias vltra. Sic dicit sanctus Israel: Si reuertimini, & quiescatis, salui eritis, quia expectat vos Dominus, vt misereatur vestri. Reuertere ergo ad Dñm Deum tuum, & placabilis erit super malitiam tuam. Reuertere ad Dominum via, qua venitur ad ipsum, via cordis, via oris, via operis, via timoris, via doloris, & via amoris, via cordis

contriti, via consentis labij, via operis recti, via timoris ne protraharis ad supplicium, via doloris, quia sic offendisti Christum, via amoris, vt ipsum iam conscientiam perfectè diligas, qui tam diu ad penitentiam te patienter expectat. Gemo, dole, plange, plora. Non parcas tibi, vt tibi Dominus indulgere dignetur. Succinge lumbos tuos, rade capillos tuos, induere sacco, patiescere humo, & dic Christo Domino tuo Deo tuo: O Iesu bone, miserere mei. Esto mihi Iesus, esto mihi Saluator meus, miserere mei, qui pro me piuum cruorem sudisti, non intres in iudicium cum seruo tuo, quia nullus iustificabitur homo, nisi per teipsum ei peccatorum suorum tribuatur remissio. Non merita iudicialia sententia premat, quem tua multa pietas leuat. Qui resuscitasti Lazarum iam foetentem resuscita, & me peccatorem iam consententem. Qui pepercisti peccatrici Mariæ, parce peccatrici animæ meæ. Qui lætificasti animam crucifixi latronis, lætifica animam meam peccatoris: si sic feceris, adhuc cum Christo manebis, qui dicit: Manete in me, & ego in vobis. Ipse enim caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet, & ipse in eo. Notandum verò est, quòd aliud est manere in illo, & aliud est manere cum illo: aliud est manere iuxta eum, aliud manere longe ab eo. Primum partim est in via, & partim in patria, secundum totum est in patria, tertium totum est in hoc sæculo, & quartum totum in inferno. Videamus ergo quid sit manere in eo, vt in eo manere delectet: vt nõ longo post futurum mereamur cum illo manere. In illo manere, est ex amore illi soli adherere, ipsum ex toto corde diligere, illius præcepta in omnibus, & per omnia obseruare, eius amoris nihil præponere, & pro illius amore cuncta nec nata etiam reputare. Ille non dubitet manere in Christo, cui præter ipsum cuncta vilescunt, & ei ipse solus dulcescit. O quanta felicitate dotatur, quanta beatitudine fecundatur, cui præter Christum omnia vilescunt, & ipse Christus solus sic in cordibus nostris faucescat, & cuncta transitoria nobis fellefcant, vt nil præter illum, nobis iam libeat, nec libescera iam valeat. Vt ergo fratres mei in Christo, & cum Christo mereamur manere, ipse Christus lux vera bonitas, & vita, gaudium mundi, pietas inmensa, sit totum desiderium nostrum.

K

Manere
in Christi.

L

Ecccl. 21.

Isa. 30.

nostrū. & omnis spes nostra, vt certi simus quia adhuc cum Christo manebimus, & vbi nunc est, & nos cum illo erimus. Sed qui dicit se in Christo manere debet ambulare sicut ille ambulauit. Iam non manet in illo qui exorbitat ab itinere suo: nemo se decipiat nemo se seducat, nemo in religiosa veste confidat. Non enim vestis religiosa, sed mentium munditia monachum facit, non capitis abram, sed Christi dilectio probatū monachum reddit. Ait Dominus Iesus: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, quia nisi quis à semetipso deficiat, ad Christum regem sublimen non appropinquat. Felix propter Christum abdicatio sua, quam qui perfecte non habere Christo ad purum placere non existimet. Frustra enim Christo placere se credit, qui seipsum propter ipsum Christum non abijcit. Et perfecte se nouerit illi placere, qui perfecte iam propter ipsum se didicerit abdicare. Vt ergo Christo placere possimus, necessaria nobis est abdicatio nostri, quantum nostra valetudo permittit, non quantum odiū nostri, lancea peccatorum perfossa, in vos quādoque manus iniicere gestierit, maxime duntaxat in alimentis sumendis, vbi conseruandus est vigor naturæ, & non sequendus est appetitus illecebrosæ gulæ. Contra vitia, quæ de lumbis carnis pugnancia procedūt palmativæ belligeræ nequimus, nisi prius appetitum gulæ restringamus fortiter confusione abstinentiæ. Post confusionem gulæ appetitus, maxima cautela nobis est adhibenda, ne nos humanæ laudis muscipula capiat, & venenum laudis morbosæ, in arcam nostri cordis cauterium despumans famam faciat, factumque derelinquat. Quidquid de nobis laudis aura crebuerit, quidquid adulantium fauor demulserit, virtutū imperatrix humilitas, arcam mentis nostræ non deserat: nec tortuosus serpens, qui quādoque latitat in herbis videntibus, in humanis, scilicet fauoribus, iuxta illud poeticum: Iam fugite ò pueri, lætæ anguis in herba, vt suis dentibus nos capiat captos perimat, & occidat. Igitur humilitatem magnam tenemus in omnibus, vt in humilitatis auctore manere possimus, & quā cum ipso esse, & cum ipsa regnare valeamus. Omnia enim qui in illo manet ex dilectione, non dubitet, non hæsitet: cum illo manebit ex dilectionis retributione: Vidi-mus quid sit manere in illo: nunc quid sit

manere cum illo necesse est videmus. Manere cum illo, est esse vbi ille est, cum illo in gloria felici gaudentes, in throno perennitatis regnare, illum facie ad faciem contemplari, sicut faciunt angeli sancti, & post resurrectionem corporū eum visuri sunt omnes electi, iuxta illud apostoli, Cum enim apparuerit Christus vita nostra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Manere iuxta eū, & non in illo nec cum illo, est non esse in via fidei spei, & caritatis, sed in via erroris, non esse in via præcepti, sed in via peccati. Iste in quā si non est in Christo, vel cū Christo, tum iuxta eum est, & Christo per seipsum errorem deserere, & in quia per fidem, & spem, & caritatem continuo feruere liberū arbitrium habet: Illud ad diligendum Deum dirigere potest. Pulsat Dominus ostium eius, illi aperiet, & intrabit Dominus ad eum, in eo manebit, & ipse in eo. Manere longe ab eo, est per sententiā damnationis ab eo recessisse: quamuis & alio modo vtrūque possit intelligi. Nos ergo in illo maneamus, vt fructum boni operis semper facere mereamur. Aliter enim nisi in illo māserimus, fructum facere nequimus. Ipsa veritas dicit, & mutari non potest: Sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Et si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes: & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Valde enim timendum est illud, quod sequitur: Si quis in me non māserit, & Si quis non manserit in Domino Iesu Christo, expelletur de cōfortio sanctorū, & arefcet præ timore, & expectatione dānationis perpetuæ: & ministri tartari apprehendent illum, & in ignem mittent perpetuum sine fine arsurum. Ab hac damnatione perpetua, gloriæ perpetuæ auctor nos liberet Iesus Christus Dñs noster, qui cū Patre, & Spiritu sancto vniūt, & regnat Deus benedictus in sæcula sæculorū. Amen.

Sermo XII.

Omnis qui viam veritatis gestit arripere, cōstat esse per aquū, vel ad præcepta veritatis manus extendat, & in eis fideliter vivat, vt ipsa manus sit plena hyacinthis, & venter eius eburneus distinctus sappirum, & verbum verbi præceptum Chuliti, in pixide mentis per anorem cōtineat, &

A
Manere iuxta Christo.
Manere longe à Christo.
Ioann. 5.

gradien.

M

B

foris ipse flos verbi, per augmentū boni operis redoleat. Profecto quem sic esse constabit, à Deo quiddam sibi profuturū petierit, necessario impetrabit. Ipsa regula veritatis oīs forma sanctitatis sanxit in perpetuum, nec valebit abrogari, nec de libro iam mutari veritatis sãctio, ait enim Iesus meus imo ait Deus meus, veritatis firmitas, falsitatis auxilio, peccatorum vitio, via viæ, vita vitæ, totus dulcis, totus bonus, totus verax, totus verus, ait. n. Si in me manseritis, & verba mea in vobis manserint, quodcumq; volueritis, petetis, & fiet vobis. Magna sunt dona, quæ veritas ipsa promittit, quæ nullis fallere nouit. Quodcumq; volueritis, inquit Dominus Iesus, petetis, & fiet vobis. Ita dumtaxat si in me manseritis, & verba mea in vobis manserint. Ac si dicat, si in me manseritis per dilectionem, & verba mea in vobis manserint per operis executionem, quodcumq; volueritis anime pertinens ad profectum petite non hæsitantes, & impetrabitis accipientes. Illa dicit prima necessario sibi famulantur ad inuicem, nec vnum alterius absentiam patitur, & qualis eorum paritas fuerit per entymema cognoscitur. Siquis manet in Christo, necessario sequitur vt Christi præcepta manere debeant in eodẽ. Et quodlibet istorū hoc vnū concludit. Petat à Christo quodcumq; voluerit, & habebit. Necessaria videtur talis illatio. Iste manet in Christo, ergo quiddam ab eo ad tale profectum petierit, impetrabit. Similiter, & hæc alia, verba Christi manent in isto, ergo, &c. Verū tamen dicere possumus, si per vim copulatiuæ conjunctionis dialecticæ latrator obstat, quæ nodum ponit inter paria, nec inter partem, & totum: sed inter totū, & partē, & inter opposita, & contraria, & inter excedentia, & excessa. Dicimus itaq; quod quiddam manent in Christo, & verba eius manent in eisdem: alij manent in Deo, sed verba Dei: nō manent in eis: ille, qui manet in Christo, & verba Christi in eo, doctor est ecclesiasticus, qui per eruditionem doctrinæ, auditoribus suis habet vnde proferat noua, & vetera, fructus, auctoritatum veteris, & noui testamenti, bona, quæ discipulis predicat, pie & deuote viuendo in suis factis ostendat. Alius enim per doctrinam verbum Dei nō habet, & tamen in Christo manet per bonam vitam. Iste profecto est mandatum Christi non habet in libro, habet tamen in corde caritate dilato. Isti tales, s̄ felices, quam beati. Horū quidẽ

taliū est regnū cælorum. Alius, qui verbum Dei habet, & illud opere nō exerceat, monachus est religionis, sophisticæ, sub prætextu sanctitatis palliatæ, qui ei, quod ex regula Benedicti didicit, peruersè viuendo contradicit. Iste talis nō manet in Christo, nec Christi verba manent in eo: quia nec Christum amat nec eius præcepta obseruat, quamuis, & Christū amare, & eius præcepta seruare se fingat. Sed qualis iste miser fuerit, dies Dñi declarabit, vbi non esse poterit simulatio religionis, nec fictio sanctitatis, nec sermo sophisticus, nec syllogismus versutus. Omnia nuda erūt, & aperta Iesu iudicij, & ceteri iudicij districti, non desistat tantū peruerso, sed et de verbo ocioso: non tantum de incessu pedum, nec de labore manuum, sed etiã de iactu oculorum. Penset ergo qui talis est, ad quid monachus effectus est. Lauit pedes suos, quō reinquinare præsumit? Expoliavit se tunica, quō se reinduit illa? Si mutauit habitum, cur non mutauit, & animū? Si foris albescit, cur intus nigrescit? Si illū foris vestis alba decorat, cur illū intus cauterium conscientia deturpat? Si studere silentio debet, cur iocunditate gaudet: qui contemptum promisit mundi, cur illi vltorius placere contendit: Christo placere contendat, cōtemnere mundum nō differat, quod promisit attendat, Iesum super omnia diligat, nihil eius amoris præponat, illius timorem vbicūq; fuerit, sed erit, vel ierit, loquens vel tacens, esuriens vel sitiens, bibens vel comedens, infirmus vel sanus, ante oculos habeat, in quo est fiducia fortitudinis, spes æterna beatitudinis, fiducia veniæ, certitudo gloriae, peccatorū remissio, gloria largitio, ac lætitiæ acquisitio, summi, & verbi Dei perfruitio. Beatus vir, ait propheta, qui timet dominū, in mālatis eius cupit nimis, potens in terra erit semē eius, & ipse à Domino benedicetur. Illa beatitudo perpetua sempiternaq; dulcedinis multitudo, & æterna, & iucunda visio Dei, est illud donū, quod petūt à Christo illi, qui manent in Christo. Si manes in Christo, i. si corde puro, & conscientia pura fundaris in Christo caritate, nil tibi nisi Christus satisfacere poteris, nec aliud nisi ipsum petere iam valebis. Quodcumq; inquit Dominus Iesus, sc̄us, quæ nūquam finitur, vita, quæ numquam moritur, iocūditas summa, paradisi gloria, omni melle dulcior, quolibet nectare suauior, gemis & auro pretiosior, inquit inquam dilectoribus

bus suis. Quodcumq; volueritis, petite, & fiet vobis. Magnum est istud, quod dicit. Quodcumq; volueritis petite, & fiet vobis: Sed notandum est, quod vniuersale quodcū que non continet omnia, sed illum tantum qui continet vniuersa. Qui sic habet esse, vt veium semper sit esse, ante omnia tempora Deus de Deo in fine temporum, natus ex virgine, homo salus æterna credentiū, omnium spes, & refugium timētium eum. Hoc est illud solum, quod petunt electi, quibus nil satisfacere potest præter Deū, qui omnia cōtinet. Qui gemūt, & lugent, q̄ Iesum beatitudinis autē uitam non vidēt, qui nō quod delectet, aspiciunt. Quibus tristitia sunt omnia quæ occurrūt, qui Dominum Iesum querunt, & non inueniunt, & vocant, & nō respondet, ad lacrymas doloris amicas se cōuertit, & quæ gressu pedum, sequi nō possunt, lacrymis, & gemitibus prosequuntur: felix talium vita, beatus talium cursus, cuius meta tale, & tantum vexillum habere meretur. Hoc non datur pigris, negligentes non capiunt, claudis negatur: soli currenti per latitudinem caritatis debetur. Vnusquisque nostrum considerare nō cesset, qualiter in agone Christiano contra leonem rugientem contendat. Neminem vestrum credo latere, non aliquem posse saluari, nisi qui Domino Iesu fidelis perseverauerit vsque ad egressū de habitaculo corporis: nec ad brauiū æternæ dulcedinis peruenire, qui antequā ad metas veniat, in cursu deficiat. **Stadiū Christiāni.** Stadiū nostrum est obseruatiā mādatorum Dei. Finis stadij nostri est caritas, iuxta illud apostoli, Finis legis est caritas. Caritas stadij nostri est ipsa caritas, non qua diligimus Deum, sed qua possidemus Deū: nō ea, qua diligitur Deus, sed ea, quæ est ipse Deus. In stadio mandatorum Dei alius bene currere incipit, & antequam ad metas veniat deficit. Alius pigre incipit, & postea ad metas velociter currit. Alius, & velociter incipit, & velociter perficit. Alius pigre incipit, & in pigritia sua semper persistit. **G** Duobus istorum brauium debetur, scilicet pigre incipienti, & postea velociter peruenienti. Alteri, & agiler incipienti, & velociter peruenienti. Multi enim ad monasteriū veniunt, vt ibi glorianter viuāt, qui male incipiunt, & male cōsumunt, semper vagi, & nunquam stabiles, semper cum non habēt quod volunt, murmurosi, & detractores cel-

lularijs à tergo, benedicentes eos, cum quibus viuunt. Fratres suos iniurijs afficientes, moribus in disciplina, gestu, & actu inordinati, habitu elati, moribus inepti, bonis præstitis semper ingiati. Isti brauiū æternæ beatitudinis non merebuntur habere, quia in stadium mandatorum Dei, gressum rectū figere noluerunt. Istis enim, forma sanctitatis ad perfectum nō erit, quos morum prauitas per inobedientiā venena confundit. In istis talibus verba Christi nō manēt, quia præcepta Christi, quæ sciunt, vel audiunt, ventorum vanitati dedicarunt. Iussa Domini contemnentes, cœnacula v̄tris amantes. Ipsum vero Deum scilicet æternū, Deum omnipotentem, calicibus nequitiae, & malitiæ percutientes, odiētēs proximū, abnegantes Dominum Iesum Christum, non obseruantes, quod corā omnibus sanctis in die consecrationis suæ illi promiserunt. **H** Noverit, qui talis est, se esse damnandū à Deo, quē irridet. Alius ad monasterium venit vt peccata, quæ cōmisit in seculo, punire debeat in monasterio. Sed postquam ingressus fuerit, nō solū, quæ cōmisit, dolendo non diluit sed insuper alia forsitan grauiora committit. Sed postea magno dolore compungitur magno pudore prosternitur: & peccata quæ fecit, bene viuendo non diluit, sed insuper enormiora præsumpsit. Tunc ad memoriam reuocat, quanta in peccatoribus sit seueritas iudicis, quanta in ipsis damnatis sit ipsa pœna damnationis. Insuper, & considerat quanta sit misericordia redemptoris circa pœnitentes, benignitas circa recte viuentes. Tunc omne malum quod fecit enumeat, tunc trista quæ que ante oculos mentis aceruat. Doloribus agitur, tantis supplicijs angustiat, quantis arctari in ipsis infernalibus pœnis pertimescit, quantis cruciari camino ignis, & sulphuris perhorrescit. Tunc enim nihil, quod delectet aspiciat: tunc triste est, quod occurrit, tunc lacrymis, & doloribus punit, quod cū delectationibus perpetravit. Tunc qualiter Domino Christo placere possit, contendit. & ieiunijs, & orationibus vacans, soli Deo placere desiderat, qui talis est, petat à Dño quidquid voluerit, non dubitet, impetrabit. Nos ergo fratres charissimi mei, quos Christus proprio cruore redemit, ipsum sui sanguinis largitorē, humani generis saluatore, sine mō, vltimo modū, de omni corde, de oī mente, totis viribus, totis in edullis cordis, diligamus, tunc mea-

meamus, & amemus, & eius discipulatu in
 hæreamus: valde est. n. dulce & delectabile,
 lætandum, & iocundum, hæri discipulum
 Chri. In hoc. n. Dñs Iesus ait discipulis suis,
 clarificatus est Pater meus, vt fructum plu-
 rimum afferatis, & efficiamini mei discipu-
 li. Nos igitur q̄ christiani sumus, & christia-
 ni vocamur, in Ecclesia Christi tamquam in
 agro sumus constituti. Alij fructum afferunt,
 alij in sterilitate persistunt, alij tennes, &
 pauculos fructus faciunt, semper pigri, sem-
 per negligentes: pigri ad oratione, tardi ad
 lectionem, ad vigilias longo somno depreffi
 ad laborem nimium teneri, & delicati, in his
 non valde glorificatur Pater Domini nostri
 Iesu Christi, quia nec plurimu afferunt fru-
 ctum, nec discipuli Christi esse probantur,
 alij dulces fructus producut in fertilita-
 tis abundantia. Dulces inquam Deo, & dul-
 ces hominibus, hi clarificant Deum, & Deus
 clarificabit eos in die retributionis operum,
 in die collectionis frugum nouarum, quan-
 do veniens cum exultatione portantem ma-
 nipulos suos. Hi sunt mites, & humiles, de-
 uoti & obediens. Ad vigilias vigiles, ad
 omne opus bonu seruentes, in oratione sub-
 limes, in lectione sacra subtiles, in medita-
 tionibus suspirantes, in contemperationibus ge-
 mentes, & flentes: seminantes quide in la-
 crymis, sed gaudeant & exultent, quia in
 gaudijs metet æternis. Alij sunt, qui non fa-
 ciunt fructum, sed frondes tamē producunt
 & folia, hi sunt, qui specie sanctitatis habet,
 sed fructu sanctitatis non habent. Ad horu
 radicem securis posita est. Vt quid terram
 occupant? Excidantur & in ignem mittan-
 tur. Infructuosis arboribus dura, & amara
 sententia datur: Omnis arbor, inquit Dñs Ie-
 sus, que nõ facit fructum bonum, excidetur,
 & in ignem mittetur. Timeant ergo arbo-
 res infructuosæ, hypocritæ, dealbata sepul-
 cra, tumba sculpta, & bene posita. Extirpent
 quod latet intrinsecus, cõfireantur, & fanentur.
 Mutent fortitudinem suam, mutent cõ-
 scientiã suã, conscientia fanent cauterium,
 & in via mandatorum Dei dirigat gressum,
 & faciant fructum, vt per illos Pater glorifi-
 cetur i Filio, & Christus i Patre, & ipsi clarifi-
 centur in Patre, & Filio, & Spiritu sancto: fel-
 ix ille, beatus ille, per quem Deus pater glo-
 rificatur, per quem Christus laudatur, &
 Spiritus sanctus glorificatur. O nimis fel-
 ix, cuius vita, & mores laudes intonat crea-
 toli. O vitam beatam, cuius anima suo i-

mulatur creatori, ò beata anima, quæ suo
 pro viribus placere satagit redemptori. Be-
 nedicta sit anima illa, cui est tota dilectio
 Christus, cui nil satisfacere potest præter ip-
 sum, qui pro eius amore occisus est, quæ nil
 præter Christum diligere nouit, qui dile-
 xit nos, & lauit nos à peccatis nostris in san-
 guine suo, & dedit semetipsum redemptionem
 pro nobis, vt nos per sanguine suum
 adoptaret in filios Dei. Per omnia sit bene-
 dictus Christus, qui sic dilexit genus hu-
 manum, sicut Deus Pater dilexit eum, ipse
 enim dicit: Sicut dilexit me Pater, & ego
 dilexi vos, ò chara caritas, ò æterna veri-
 tas, ò dulcis æternitas, ò beata felicitas,
 quæc angelorum, ò splendor sanctorum,
 Iesu bone, Iesu sancte, vita immaculata, vi-
 ta æterna, salus incorrupta, perpetua glo-
 ria, totus dulcis, totus amabilis, quomo-
 do nos amasti, quomodo nos dilexisti, qui
 teipsum in mortem dedisti? Amor tuus ne-
 sciuit habere modum, & mensuram, tua ò
 Christe caritas tenere non potuit. Sicut di-
 lexit me pater, inquis, & ego dilexi vos.
 Vtinam & ego essem, quem diligeret Domi-
 nus meus, vtinam audissem ex ore Domini
 mei: Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi te.
 Quid mihi iam deesse posset, si me dilige-
 ret Iesus meus? Meus inquam, & vtinam
 meus. O felices diuitia. O opes beatæ,
 possidere Iesum, possidere Dominum Chri-
 tum. Illum, mi lector posside per amorem,
 & sic illum possidebis æternaliter per amo-
 ris retributionem. Ipsa veritas ait: Ego di-
 ligentem me diligo, & qui dilexerit me, di-
 ligetur à Patre meo, & eo diligam eum, &
 manifestabo ei meipsum. Quantus fuerit
 amor, quem circa nos Christus moriendo
 exhibuit, enarrare non sufficit aliquis vi-
 uens: lacrymæ dicant, quia voces expli-
 care non queunt. Sicut dilexit me Pater, &
 ego dilexi vos. Videamus quomodo eum
 Deus Pater dilexerit, & quomodo nos di-
 lexit ipse. Ait enim Apostolus: Chri-
 stus factus est pro nobis obediens vsque ad
 mortem, mortem autem crucis, propter
 quod Deus illum exaltauit, & donauit il-
 li nomen, quod est super omne nomen: vt
 in nomine Iesu omne genu flectatur, cæ-
 lestium, terrestrium, & infernorum. Et
 propheta loquens de eo ad Patrem ait: Om-
 nia subiecisti sub pedibus eius, oues, & bo-
 ues vniuersas, insuper, & pecora campi? vo-
 lucres eãt & pisces maris, qui perambulant

M semitas maris. Ecce quomodo dilexit Deus Pater Filium, & ipse non iudicat quamquam, sed iudiciū omne dedit Filio suo, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine eius, quod dicitur Iesu, omne genua datur Cælestiū, Terrestrīū, & Infernorum. i. omnis creatura cælestis, vt sunt Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes, Cherubim, & Seraphim, & omnis cælicus ordo, & omnis creatura terrestris, & non solū homines, sed & bruta animalia audito nomine Christi contremiscunt, insup & omnis infernalis creatura tremat, & contremiscit ad tanti nominis inuocationē. Magna est igitur dilectio Patris in filiū cū sic eū sublimauerit, cū sic eū exaltauerit, vt omnia subiecat sub pedibus eius, vt omnia supponat ditioni eius. Vidimus, quō Pater dilexit Christū, nūc superest vt videamus quō nos dilexit Christus. Sed quis in quā valebit explicare? Quis vniquā enotare sermone amoris abundantia, caritatis eminentiā quā habuit. Christus in nobis, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, qui mortē nostrā sua morte destruxit, pro nobis eligens mori, vt nos à morte liberaret æterna, & nos illuc attraheret vbi ipse est in gloria patris? Ait. n. Volo Pater vt vbi ego sū, illic & minister meus. Ecce quomodo dilexit nos, pro nobis elegit mori, ne nos morte damnaremur æterna, Resurrexit à mortuis vt suā nos resurrectionis tribueret esse participes. Ascendit in cælum, vt nos prouheret ad palatia cæli, & sedet ad dexteram Patris coronans, & locās, latificans, & collocās illic, quos proprio cruore redemit, quos glutino sibi caritatis asseruit secum in eadem dextera Patris. Iesum igitur Christū sine modo, vltra modum, absque meta, vltra metam, assidue, continue, toto corde, tota mente, totis viribus, totis virtutibus diligamus, veneremus, & amemus, vt ad ipsum, & cū ipso, peruenire, & regnare valeamus, qui cum Patre viuūt Deus, & cum sancto flamine, benedictus omni tempore sæculi, Amē.

Sermo VIII.

A DE dilectione Dei quo plus bibo plus sitio, & ea saturari non possum, nec ego, nec aliquis perfecte diligens Christum. Ipsa quo plus editur, plus famem exauget, & quanto plus ipsa bibitur, plus sitim inaucitur ipsam quā inhabitat mētē sic inebriat,

vt ad iam quærat vel diligit, nec diligere possit, nec valeat præter eum, qui sic mundum dilexit, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit & diligit illū, non moriatur: sed viuatur cum eo. Ad hanc nos dilectionē auctor ipse inestimabilis caritatis inuitat in ea nos manere precatur, & rogat. Ait enim: Manete in dilectione mea, ac si aperte dicat, Quia ego ea dilectione, qua me Pater diligit, vos diligo, eadē dilectione me vos diligere rogo. Et quoniam dilectio vestra me vsq; ad mortē perduxit, sed neq; mors crudelissima ipsa à vestra caritate me se iunxit, mediligite; & in mea dilectione manete. Sed qualiter in eius dilectione manere debeamus, sequitur & dicit: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in mea dilectione, sicut Patris mei præcepta seruauī, & maneo in eius dilectione. Qui habet aures audiendi audiat, & qui habet cor intelligendi intelligat. Mensuram nostrā possibilitatis videtur excedere, vires animi, & corporis, ac nifus supergreditur vniuersos. Præceptum, quod nobis Dominus imperat, consilium est nostræ salutis, quod ipse auctor nostræ salutis nobis accomodat. Quis vniquā hominum ex apostatica radice primi parentis exortus, potuit vel poterit sine aliquo transgressione nauo, cū omni officio caritatis inconfusa, & immaculata Christi obseruare præcepta, sicut ipse in totū, & in Partem sui Patris seruauit mandata, qui peccatū non fecit, ne vniquā peccare iam potuit, nec peccare iam voluit? Non est in filijs hominū magnus vel paruus, tanta præditus sanctitate, nec tantæ religionis priuilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit cōceptus, præter matrem immaculati peccatū non facientis, sed peccata mundi tollentis, de qua cum de peccatis agitur, nullam profusus volo habere questionem, vnde non immerito nullus tantæ sanctitatis fulget prærogatiua, qui in omnibus & per omnia istud sicut iam valeat obseruare, ita dumtaxat si fuerit expressiuum quantitatis. Sed notandum est, quod hoc aduerbiū sicut, non hic quantitatis, sed qualitatis similitudinem notat, sicut superius assignauimus vbi dicitur: Mandatum nouū do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et est sensus. Si præcepta mea seruaueritis sicut & ego præcepta Patris mei seruauī, & si manseritis in dilectione mea, sicut ego in dilectione Patris mei maneo, id est, si mihi in obseruantia mandatorum meorum vsq;

ad exitum de habitaculo carnis obedientes fueritis iuxta possibilitatem vestræ fragilitatis, sicut Patri obediens Iusque ad mortem crucis, iuxta plenitudinem diuinitatis quæ in me corporaliter habitauit, manebitis in dilectione mea, & ego in dilectione vestra, sicut & ego in dilectione Patris, & Pater in dilectione mea. Vel possumus dicere, quod hoc aduerbium. Sicut, in nobis in hoc loco vim suæ significationis nõ exerceat: sed notat tantè ibi similitudinem dilectionis, & obedientiæ Christi ad Deum Patrè esse monitoriam nobis, vt Christi præcepta debeamus obseruare, & in eius dilectione manere. Ac sic diceret, Ego præcepta Patris me pro vestra salute Iesuauit, & ideo maneo in eius dilectione. Et vos præcepta mea pro meo amore seruare, & sic manebitis in mea dilectione. Adhuc amanti amor me cõpellit, caritas nostri dilectoris Iesu Christi Domino suo: & quãtas, & quales fuerit Dominus nostri, sed vtiã dilecti, scilicet istud capitulũ repetere in dilectione mea manete. O Iesu Iesu resurrectio mortuorũ, vita viuentium, salus æterna credentium, totus dulcis, totus amabilis, totus delectabilis, querentibus te, diligentibus te, inuenientibus te. Dignare me seruum tuũ loqui cũ Domino, hominem cum Deo, plasmãtũ cũ plasmatore, facturam cum factore, redemptũ cum redemptore, igitur audi me, & ne perturberis propter me. Nã ego sum, licet peccator, qui diligo te mihi tecum loquendi ausum præber dilectio tuã, attrahit mentem caritas tua, amor infigat. Dixisti Apostolis tuis, & per eos dictum intelligamus nobis: Manete in me, & ego in vobis obsecro te iocunditas pulchra, dulcedo melliflua, suauitas odoris, odor suauitatis, læntia summa, gloria sempiterna, vita sanctorum, decus angelorum, saluator mundi, fili Dei viui, Iesu dulcissime, speciosissime, charissime, & amantissime, dic quãso quæ est causa tuæ dilectionis, tuæ glutinæ caritatis, ob quam & te diligere, & in tua dilectione manere nos precipis. Dic, vt qui non te diligunt, audiant, & diligant: & qui te diligunt magis ac magis in tua dilectione seruescant. Vox tua dulcis sonet in auribus meis. Dic, Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos, & quia dilexi vos mihi rependite vicem, me diligite, & in mea dilectione manete: iustum est, æquum est Domine Iesu hoc, quod dicis, hoc, quod imperas nobis. Omnis æquitas distat, vt dilectus diligentiũ diligat, & amatus amanti mutuam

caritatem impendat. Verumtamen aliam causam tuæ dilectionis inquirimus, qua magis te diligere debeamus. Dic nobis, qui es, & quid fecisti nobis, vnde nobis te diligere præcipisti. Dic nobis: Ego sum qui sum. Ego sũ Alpha, & Omega, principũ, & finis, creans cælum, & terram, aera, & maria, & omnia, quæ in eis sunt, factor, & creator cõditorum, rex regum, & Dominus dominantium. Audiuimus, & gauisus sumus, & certus sumus, quoniam tu es Deus per omnia sæcula benedictus. Sed adhuc, quod pro nobis fecisti, implorant gemitus nostri, requirunt lacrymæ peccatricis animæ meæ. Illud cum recolo quod feceris mihi, & quod fecerim tibi, vincera mea inter se colliduntur, spiritus contremiscit, anima conturbatur vulneror, & cõfodior doloribus multis, Nec mirum. Perpendo quid fecerit seruus Domino suo: & quãtas, & quales fuerit Dominus poenas pro seruo. Conscientia mihi testis est Dñe Iesu, quid fecerim tibi, & crux tua mihi testimonium perhibet, quid tu feceris mihi. Tu Deus & ego homo, & tamen pro me tu Deus factus es homo, Tu creator & ego creatura, tu pro me dignatus es fieri creatura. Tu Dominus, nos serui, & pro seruis dignatus es fieri seruus, peregrinus pro peregrinis, pro exulibus exul, pro pauperibus pauper, pro humilibus humilis, pro mortalibus non tantum mortalis, sed mortuus. Non qualicumque morte, sed dura nimis, arma nimis, & turpissima, morte scilicet crucis. Hæc opera tua Deus. Hæc opera confidit, & intremisco, in his te misericordem esse cognosco & reuiuisco, & propter hoc in te confido: de te confido, te amo, te diligo, te totis visceribus concupisco. Hæc opera fratres mei sũt causa dilectionis Christi: vnusquisque vestrum videat si Dominũ Iesum diligere debeat. Quid pro nobis facere debuit, & non fecit? Quomodo nos plus amare potuit, & non amauit? Maiorem in nobis dilectionẽ non potuit habere, quã habuit: quia animam suam in mortem pro nobis posuit. Ipsa beata veritas, testis est, quod maiorem caritatem nemo habet, quã vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Nõ ergo nobis vilescat fratres mei ipsa dilectio Christi, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, nõ vobis vilescat fratres mei, non vobis amarescat ipse amor Christi, ipsa caritas Christi. Amor Christi totus dulcis, totus delectabilis suum

possessore non cruciat sed delectat: non enervat sed roborat, cuncta terrena subsannat, sola celestia captat: Christi mandata requirit, & ea pro viribus observare contēdit, & de observacione præceptorū gressu felici prouehitur ad præceptionem gaudiorum, vt cum illo iam perfectē gaudeat, pro cuius desiderio in hac valle lacrymarum positus, tam amare feliciter suspirabat. Vnde rectē sequitur: *Hæc locutus sum vobis, vt gaudiū meum in vobis sit, & gaudiū vestrum impleatur, ac si diceret: Ideo præcipio vobis, & moneo vos mea observare præcepta, & manere in dilectione mea, vt gaudiū meum in vobis sit, & gaudiū vestrum de me adimpleatur, vt habeam de vobis permutatam caritatem, quum mihi impenditis, vnde possim gaudere, & illud gaudiū, quod in retributione præmiorum electi sunt percepturi, percipere, & possidere possitis. Vel aliter, vt gaudiū meum sit in vobis, & gaudiū vestrum impleatur. Omnis. n. qui Christum de intima cordis medulla, purē, & illibatē, & inconcussē intra sinum caritatis, brachijs amoris complectitur & connectit, totū eius gaudiū reputabit in suum: Imò amplius gaudet de gaudio, quod Christus accepit à Patre referēdo, ad caelos ascendēdo, in dextera eius sedēdo, quā de illo gaudio quod in die iudicij est percepturus à Christo. Igitur fratres charissimi maneat in vobis gaudiū Christi, siue sit actiuum, siue passiuū, siue sit diligētis, siue dilectij, id est siue sit gaudiū quo Christus gaudet de nobis, siue sit gaudiū quo nos gaudemus de Christo. Christi obseruemus præcepta, vt ipse gaudere possit de nobis, & nos de ipso gaudere possimus. Maneat in nobis gaudiū beatitudinis eius, non solum qua beat, vel beatificat de seipso gaudētes, sed etiam qua glorificatus à Patre, vt nos cum illo in æternitate mereamus regnare, per eundem Dominum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt, & regnat Deus benedictus per omnia sæcula sæculorum, Amen.*

Sermo XIII.

Cum de Redemptore nostro lingua nostra silere non debeat, & ne citò sit ad futurum de ipso tacentibus, nimis nostrum inter esse considero, si diem & diem de ipso loquendo, non perfunctionē terminemus, &

ecōtrario diræ damnationis nos subire sententiam, si vanis verbis nostrā manumiserimus linguā. Igitur vana verba & nō sonantia Christum, nec religionis tenentia pondus in omni loco æterna clausura damnantes, ad dulcia eloquia à verbo Patris eructata, cithara nostra suas chordas extendat, & plectrum mentis lingua vocis magistra tuba insonet Saluatori, quæ de ore mellifluis Christi perfluxere dulcia eloquia vitæ. Sed vtinā quod vobis pponitur nulla vtilitas vel cōtemptus offuscaret obductio, sed arctius caritate obnexus, carefceret vobis super lapidem preciosum, & dulcius saperet in vestrī cordis palato, super omnia mella, & super quēlibet rauu. Ipse autē or dulcedinis cui omnia optata succedūt, cuius volūtati cuncta obediūt, qui etiā ea potest, quæ impossibilia videntur esse, sic dulcescat in cordibus vestris, vt vos de eo semper audire delectet, & me interiorius sapientiam quæ de ipso est, doceat, & per lanceam oris mei vulneret, & confodiat hostem generis humani, qui pro viribus elaborat, vt ipsa nobis verba Christi auditu vilescant, & mihi, & alijs prædicata, & docta, sententiam damnationis impendant. Adiuuet nos semper, & protegat & defendat ab illo Iesus, qui dilexit, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, nos instruens verbo, & informans exemplo statuens edictum, sanciens præceptum, edictum dulce, præceptum vitæ, edictum amoris, præceptum caritatis, statuens, & adimplens, præcipiens & perficiens, in se inquam & in nobis. Hoc est illud præceptū, quod Iesus præcepit, q̄ statuit discipulis suis, præceptū scilicet caritatis, præceptum dilectionis, quod incipit sic, sic habet: Hoc est præceptū meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi nos, Dulcis & suaui Dominus, dulce & suaue mandatum proponit. Dulce & suaue illud esse videtur, quod præcipit dilectio & allicet amor. Nam nulla ibi apparet difficultas, vbi est caritas: nullus ibi labor est vbi verus amor est. Cuncti amorī libenter obediunt, & eius iugo colla submitunt, peruersi peruerso, labrici lubrico, sancti sancto, casti casto, quilibet in desiderio suo. Ideo Dominus dat præceptum amoris, præceptum dilectionis, vt suo præcepto omnes obediunt, & cervicem superbiæ suæ, sub iugo suæ humilitatis edomare festinent. Igitur fratres mei, tamquā boni discipuli Christi, ad audiendum estote parati, & præcep-

Carefceret noue positum.

I

primo

ptum Christi, quod euangelica vox vobis intonat libenter accipite, & efficaciter in oibus, & per omnia adimplete, vt ad illu possitis per amorem redire, à quo per tumore superbia recessistis. Nunc intendat caritas vestra quid vobis præcipiat caritas vera, caritas inexquisita, caritas inaudita, caritas pia, caritas bona, caritas tota dulcis tota delectabilis caritas, sponfus speciosus decorus, candidus, rubicundus, electus ex milibus, Christus futuri sæculi iudex, princeps pacis, & Dominus vitæ. Ait Dominus Iesus per omnia tempora benedictus. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Leue præceptum suaue, præceptum, & dulce præceptum. Ad portandū leue, ad amplectendum suaue, ad tenendum dulce, & delectabile. Quid leuius, quid suauius, quidve dulcius, quam diligere? Hoc potest omnis homo sanus, & æger, diues, & pauper, stultus, & sapiens, nobilis, & ignobilis, seruus, & liber, nemo se excuset, nemo se in hac parte apologizet. Cuiuslibet homini est possibilitas ista communis, amare videlicet. Sequitur igitur ex præcepto dominico vt nos inuicē diligere debeamus. Sed quoniam multæ se diligunt, non ea dilectione, quæ caritas est, sed ea, quæ in Dominum est blasphemia, vt ea, quæ fit pro pelle ad pellē, quæ concipit dolorem, & parit iniquitatem, vt cæca libido, prostibulosa, cupidoque aculeum suum, sic ad impetiginem calcaribus malitiæ, & nequitia ire compellit, vt baratrum inferni in quo est, præuidere, & vitare non possit, adiunctum est. Sicut dilexi vos.

Sicut dilexi vos. Quomodo Christus nos dilexit, prout ipse dedit, supra scriptum reliquimus. Sed vt te ipsum ad istud cognoscendum, reducam ad te ipsum, nouerit dilectio tua, sancta religio tua, quæ caro Christi, & sanguis, qui in altari à fidelibus sumitur, & immolatur, tibi testimonium perhibet quomodo nos dilexerit Christus. Ideo noscat dilectio tua, quæ vtilitati proximorum vtilitas propria quadoque est postponenda. Sed si aliam dilectionem Christi adhuc sanctitas tua requirit, eam in bonis temporalibus tibi ab ipso collatis poteris inuenire. Vnde notandum est, duas esse Christi dilectiones, vnam temporalem, aliam spiritualem, vnam communem, aliam specialem, primam scilicet temporalem communiter iustis, & impijs pietas creatoris adhibuit, spiritualem vel specialem pie & iuste viuentibus tantum attribuit. Hæc

scilicet specialis bifariam spargitur. Alia est de collatione virtutum, alia de retributione est meritorum, alia est, qua nos virtutibus contra tela hostis nequissimi roborat, alia, qua nos de nostro tyranno legitime triumphantes gloria perpetua dicat. Has duas dilectiones nobis ipsa Christi dilectio dedit, qua dilexit nos, & lauit ab omni inquinamento carnis, & spiritus in sanguine suo. Sicut igitur nos Christus duplici amore dilexit, ita nos bina caritate flagrare præcepit, dilectione sui, & dilectione proximi. Si caritate Deo, & hominibus corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta exhibemus, facile peccato resistimus, bonis omnibus abundamus, reamori aduicimenta reijcimus, & omnia etiam, quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera, etiam cum dilectione perficimus, si tamen Deum perfecta caritate quæ nobis ab illo est, ex toto corde, & ex tota anima diligamus. Hunc si ex toto corde diligimus, nihil erit in nobis, vnde peccati desiderijs seruiamus, & quid est Deum diligere? Illi soli occupari, animo concipere fruendæ visionis eius affectum, habere peccati odium, mundi fastidium, diligere proximum, quem in se censuit diligendum, in ipso amore seruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum. Ordine dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt, aut proximis suos non sicut seipfos, aut Deum plusquam seipfos forte non diligunt. Corpus nostrum à nobis est diligendum, vt salutis eius, aut fragilitati naturaliter consulamus, vt spiritui ordinate seruiat suis motibus animæ, & rationi in nullo contradicat, vt in die resurrectionis gloria felici perenniter cum Domino viuat.

Dilectio Dei.

Proximi.

M

Sermo XV.

Proximos nostros tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas vtilitates nostras, vel speranda beneficia vel accepta, vel per affinitates, vel consanguinitates: sed propter hoc tantum, quod sunt nostræ naturæ participes diligamus. Proinde secundum hoc nos omnes proximos diligamus, quantum ad mores bonos, & ad vitam æternam consequendam, eorum salutem, sicut &

Hhh 3 nostra.

Dilectio Christi duplex.

L

nostra proposse consulendo, & eorum necessitatibus prout facultas suppetit, subueniendo. Deum ex toto corde diligimus, si illi soli secundum nostrum posse placere contendimus, si ipse solus est desiderium nostrum, spes nostra, intentio nostra, totus amor noster, tota caritas nostra. Alioquin illum non perfecte diligimus, nec caritatem tenemus, & qui caritatem non habet, iam non est eius, nec illum habebit in premium sui laboris, qui in hac terrumosa solitudine, rectam semitam non tenuerit caritatis. Nec est inquam semita caritatis, non solum diligenter diligere, sed et odientem non minus quam seipsum, sed sicut seipsum. Stricta, & angusta est semita ista: & pauci vadunt, per eam. Illi soli vadunt per eam, qui propter Christum seipsum despiciunt, & quibus cuncta praeter ipsum Christum vilescunt. Isti si aliquas diabolicas sentes, viatores caritatis occultare volentes inuenerint, tamquam cerui agilitate, fortiterque currentes, amore caelestis patriae ducti, ultra dant saltum, & ipsum diabolum fraternalium odium suggerentem, & deducunt ad nihilum: & ipsos motus animi, cum ex illata sibi iniuria quodammodo perturbati fuerint, in fratrem conuicantem insanire cupientes: campo caritatis constringunt, & alidunt ad Christum. Tales profecto animam suam ponunt, quia amicis, & inimicis se per caritatem prosterunt: ut omnes homines lucrifaciant Christo. Qui sic agit: & Christi praecipit obedit, & ei mutuam caritatem impendit: iste in veritate amicus est Christi, & quia propter ipsum Christum seipsum odit, & super omnia illi diligit, & propter ipsum odientia cuncta, caritate complectitur. Qui talis est, vere monachus est, & qui talis non est: licet sit cucullosus, licet sit panosus, siue abrasus, siue tonsuratus, habeat quidquid vis, sit quidquid vis, est imago vel pictura monachi, & non est monachus. Ad verecundiam phreneticorum dico. Sunt quidam in monasterio morbo phrenetico laborantes, ad iram prompti, ad iracundiam praeparati, ad odium festini qui prurignem cordis per scalpudinem lingue trahunt ad scabiem cutis, mente corrupti, vagi, & inastabiles, circumoculiones, susurriones, gulosi, murmorosi, inuidi, tumidi, & elati, Deo de bonis collatis ingrati, Adae prauaricantis pellicia vestiti, illius vestimento salutis nudati, qui secundum Deum certus est, in iustitia, & sanctitate veritatis

Illi pelliculam vestem tenent, & fronte polluta, a lutam rabido portant sub pectore vulpe. Tenuis rubor erubescat, confundatur, & erubescat nimis velociter. Confiteantur, & sanentur, autem animam dirigant gressum in semitis aternitatis, in vijs castissimis amoris, per gloriosissimam viam caritatis, fratribus mutuam caritate impendat, Deum super omnia diligant, pro illius amore animam ponant, in omnibus, & per omnia eius praecipit obediunt, ut Christi amici mereantur vocari, & esse, qui dicit. Vos amici mei estis si feceritis, quae ego praecipio vobis. O magna dignatio, inestimabilis caritatis exuberatio, in solita bonitas, indicibilis pietas, in eius conditione, qui serui sumus, inuenimur indignitatem nos dignat habere, & vocare amicos. Largitor dulcedinis, amator caritatis, imo caritas cara, & beata iocunditas & iocunda tranquillitas, & securus securitas, & felix aeternitas, & aeterna felicitas, Dominus Iesus totus desiderabilis, totus amabilis, thesaurus incomparabilis, margarita inestimabilis, vita viuentium, spes morientium, aeterna corum felicitas, qui pro illius amore se in hoc saeculo infelices facere. O quam felix est ille, qui pro illius dilectione fecit se infelicem. Et quia beatus est ille, qui propter ipsum semetipsum miserum fecit. Vere illud est felix, & aeterna felicitate dignus, qui seipsum despicit, seipsum contemnit: qui displicet sibi, ut in veritate placeat suo creatori. Noscatur superbus omnis, vniuersus elatus, in galgalis vitiorum sedatus, scabiosus in pelle luxuriosa, sedatus in conscientia prava, sibi placens, seipsum supra semetipsum constituens, iam non placebit suo creatori, si propter errorem suum primum non displicuerit ipse sibi. Nobis igitur displiceat fratres mei, quod mali sumus, & adhuc forsitan sumus: & placeat nobis, quod nondum perfecti sumus, sed date Domino Iesu Christo, & vtiam nostram, perfecti erimus ipsius mandata seruantes, & ex inimicis eius amici efficiemur, qui discipulis suis dixit: Vos amici mei estis, si feceritis quae praecipio vobis. Adhuc te alloquitur monache Benedicti. O homo, velox ad metam, tardus ad Ecclesiam: potens ad potestatem, sed egrotus ad cantandum: peruigil ad fabulas, somnolentus ad vigilias: procax ad loquendum, sed mutus ad psallendum: promptus ad iram, & detractionem, tardus ad orationem: inuis diuinator: Christi persecutor: felicitatem respiciens, trabem non considerans: ceteros chi-

Non
hoc.

Catalo-
gus vi-
riorum
peruersi
mona-
chi.

repre-

reprehendis, te ipsum non corripis: malitia inuentor, disciplina desstructor: amicus uictorium, hostis uirtutum. Hæc sunt quæ oculum excæcant, & à Deo separant. Hæc sunt, quæ conuersum faciunt peruersum: monachum dæmoniacum. Cum de profundo cordis, quod parum est, sed ualde carum est: quanto caritatis amore uerus amator erga ematum ferueat, in eis, quos pio cruore redemit, in ualetudine mea mihi ab ipso collata confidero, totus in ueritate fateor, mihi displiceo, & intra me ipsum de memetipso confundor: Confundor, & confunderer imò profus utique desperarem, nisi uerbū, quod caro factum est, & habitauit in uobis, & ascendens in cælum sedet ad dexteram Patris, propitiatio esset pro peccatis nostris. Sed mihi in ipso baratro confusionis meæ infirmo iacenti, & uictorum febre laboranti, de sua sede regali, manum medicinalem extendit dicens: Veni ad me, qui laboras in labore peccatorum: & es oneratus pondere eorum, & ego te reficiam tibi parcendo, & mei amoris gratiam largiendo. Nam amicus meus eris: si feceris ea, quæ ego fieri tibi mandauī. Quid ad hæc non confundens? Nam quod mihi, hoc tibi. Confundantur inimici Christi, conuertantur, & erubescant ualde cito, & erunt amici Christi. Amici alius sumus, si illum ex toto corde diligimus: non es amicus eius, si cum ex omni parte non diligis. Si ex vna parte fueris castus, & ex alia superbus: meminisse debes, quia superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Necessè est igitur, ut cum ex omni parte diligas, necessè est, ut ex toto corde illi adhareas: nam adhaerere illi bonum est, securum est. Quid est ei adhaerere? Spem suam in eo ponere, nihil præter ipsum amare, imò euncta propter ipsum despiciere, omnia odisse, uniuersa fastidire, quælibet transitoria nihil ducere. Hoc est bonum, hoc est iocundum sic diligere Dominum Iesum Christum. Qui igitur sic est, eius amicus est. Consideremus igitur fratres mei, quanta est misericordia redemptoris nostri. Ab ipso reputari serui non sumus digni: & eius amici uocamur, & sumus, si in eius dilectione manebimus. Nunc ergo Domini nostri ueri amici, creatoris omnium, factoris omnium mandata seruemus: ut non solum in numero amicorum, sed in sorte filiorum reputari, & esse mereamur, abnegando nosmetipsos pro-

pter ipsum, qui seipsum exinanauit: & pro nostra salute formam serui suscepit, in qua soluit, quæ non rapuit, qui flagellari, & mactari, crucifigi, & occidi pro nobis uoluit. Hoc est unde debet diligī Christus: hoc est unde noster erit Dominus Iesus, si propter ipsum nosmetipsos abnegauerimus. Felix abnegatio, & beatus contemptus, qui facit de peccatore iustum: de inimico amicum: de seruo filium: imò quod magnum est nimis: de seruo Diaboli filium Dei. Igitur monache Christi, contemptor mundi, esto contemptor tui: contemne mundum, contemne te ipsum. Nimis est magnum, quod debetur tui contemptui, quod debetur tuæ abnegationi. Inestimabilis est multitudo dulcedinis, multitudo felicitatis, gloriose æternitatis, quam daturus est Christus, scilicet seipsum diligentibus se. Nihil carius, nihil dulcius, nihil pretiosius, nihil speciosius Christo. Ipse salus sine languore: uita sine morte: gaudium sine mœrore: decus sine fuscatione: dulcedo sine amaritudine. Tale præmium debetur abnegantibus se propter illum. Hoc præmium, scilicet seipsum nobis concedat ipse Christus, qui sine fine uiuit, & regnat Deus benedictus, in sæcula sæculorum. Amen.

D. BERNARDI ABBATIS.

Homilia super quibusdam uerbis Domini, uidelicet:

Simile est regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas.



Reges terræ, & omnes populi principes, & omnes iudices terræ iuuenes, & uirgines, & cum iunioribus audite supplico uerbū Domini dicentis: Simile est regnum cælorum homini quærenti bonas margaritas, inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & uendit omnia, quæ habuit, & emit eam. Sed quæ est ista quæso fratres mei charissimi, hæc tam pretiosa margarita, pro qua uniuersa dare debemus, id est nosmetipsos, quia

totum Deo dedit, qui seipsum obtulit, ut
 E disci- possimus eam habere? Nonne hæc religio
 plina ve- sancta, pura, & immaculata, in qua homo vi-
 ligiosa uit purius, cadit rarius, surgit velocius, ince-
 bona que dit cautius, irroratur frequentius, quiescit
 proficis- securius, moritur fiducia, purgatur citius,
 cun:ur. præmiatur copiosius? O religio gloriosa,
 & mirabilis.

G Quæ mens cogitare, quis in-
 tellectu plene cognoscere, quæ lingua hu-
 mana te poteris sufficienter, & digne extol-
 lere? Hæc est enim fratres mei, quæ mise-
 rante Deo peccata remittit, & referat para-
 disum. Quæ contritum sanat hominem, &
 sterilem exsiliat, vitam de interitu reuo-
 cat, statum restaurat, honorem reuocat, fi-
 duciam reformat, viresque & gratiam abun-
 dantiorum refundit. O religio virtutibus
 ornata. O margarita præfulgida, quid no-
 ui de te referam? Omnia enim ligata tu sol-
 uis, omnia soluta tu referas. Omnia aduer-
 sa tu mitigas, omnia desperata tu animas.
 O religio rutilantior auro, sole splendidior.
 Sævere seruatur, non vincit peccatum, nec
 detractio superat, nec desperatio delet, vs-
 que in finem Deo dante, ut brauium apprehen-
 dat, perseuerat. Hæc est quæ respuit
 auariciam, horret luxuriam, fugit furorem,
 firmat amorem, calcat superbiam, linguam
 continet, componit mores, odit malitiam,
 excludit nequitiam, cogitque hominem
 Dei amore omnia libenter sufferte. O re-
 ligio gratissima, & toto corde perquiren-
 da. Nonne per te cæci vident, claudi am-
 bulant, leprosi mundantur, pauperes euan-
 gelizantur? O religio pacifica à strepitu
 maligni sæculi elongata, & pro Christo,
 sæculo mortua, ubi Spiritus sanctus super
 humilem venit, & quietum, super deuotum
 Christi descendit. O religio habitaculum
 Dei, & angelorum eius: hic permanſionem
 faciunt conferui sui. O religio vita beata,
 H vita angelorum. Ore proprio Spiritus san-
 ctus dicit: Optimam partem elegit sibi Ma-
 ria, quæ non auferetur ab eâ. O beatissima
 vita solitaria, vita contemplatiua. Quando
 in solitudine contemplabatur virgo Maria:
 tunc venisti, & in ea, & de ea carnem assump-
 sisti. O Deus meus, ò bone Iesu: quid
 plura referam? Verè claustrum fratres mei,
 verè religio est paradus. O religio valle
 disciplina munita, in qua est preciosarum
 virtutum fecunda fertilitas. Gloriosa res
 est homines vnius moris habitare in domo.
 Bonum est, & iucundum habitare fratres in

vnum. Videas illum peccata flentem, alium
 in Dei laudibus exultantem, hunc homi-
 nibus ministrantem, alium alios erudien-
 tem: hunc orantem, illum legentem: hunc
 miserantem illum, alium peccata punien-
 tem: hunc caritate flagrantem, alium humi-
 litate pollutem: hunc in prosperis humi-
 lem, illum in aduersis sublimem: hunc in
 actiua laborantem, illum in contemplatiua
 quiescentem. Et poteris dicere: Castra Dei
 sunt hæc. Quam terribilis est locus iste? Ve-
 re non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta
 cæli. O porta præclarissima, per quam in san-
 ctam ciuitatem intratur, per quam regnanti-
 ætorum rapitur, & possidetur: ò religio præ-
 nobilissima, tu castitas religiosorum, tu cor-
 da clericorum, tu thesaurus super aurum. O
 solitudo beata, ò ereme mors vitiorum, vita
 virtutum, te lex & Prophetæ mirantur, &
 quicumque ad perfectionem venerunt, per
 te in paradus introierunt. O beata vita
 solitaria, & contemplatiua quid ultra de te
 loquar, ipse Dei filius Saluator magister no-
 ster exemplum dedit nobis fugiens in de-
 sertum, & mansit in solitudine, ubi sunt ro-
 sæ caritatis, quæ semper flammescunt, quæ
 semper in sancto odore viuunt. Vbi mira
 perfectio mortificationum, & gratiarum actio,
 scilicet considerare, quæ & quanta sint, quæ
 nobis promittuntur in cælis, & Mesere fa-
 ciunt omnia, quæ habentur in terris, & dice-
 re. Quid prodest homini, si mundum lu-
 cretur, se autem perdat? O solitudo nego-
 ciorum cælestium apotheca. In te transito-
 ria, & terrena mutantur in cælestia, & æter-
 na. Hoc per breue purgatorium operatur
 æternum, & cæleste conuiuium, & pasqua
 sempiterna. Denique in te lacrymæ mu-
 tantur in risum, & gaudium patiunt sempit-
 ternum. Ex possessione quippe æterna, quæ
 vermibus mortalibus relaxatur, ad æternæ
 hereditatis patrimonium peruenitur, ò re-
 ligio spiritualis exercitus lucta, mirabilis offi-
 cina: in te fidelis anima creatoris sui in te re-
 linquitur, & ad suam redit imaginem, ac ad
 puritatem. Te fornax, ubi vasa superani-
 regis formantur, ubi peccata soluntur, & cū
 angelis in diuinis laudibus insudantur. Post-
 sessio, quæ terræ verè viuentium compa-
 ratur, ò sancta vita, balneum animarum,
 mors peccatorum, & animarum purgato-
 rium sordidarum. Tu mentium secreta pu-
 rificas, tu conscientiarum squalorem diluis, at-
 que ad angelicæ munditiæ puritatem perue-
 nisc

In nihilo
 reſol-
 uitur, re-
 linqui-
 tur.

ire facis animas: tu scala Iacob, quæ animas perducis ad paradysum. Tu via regni paradisi, quæ homines perducit ad patriam. Tu stadium concertantium, iustatorumq; bene currētium perducit ad altas coronas. O religio sepultura Dñicæ passionis, de te Hieremias propheta dicit: Bonum præsolari cū silentio salutare Dei. Stabit solitarius, & tacebit in eremo: quia in quiescendo, & tacendo sit homo prudens, vnde dicitur: O homo, fuge homines, religionem elige, & saluaberis. Surge qui dormis in sæculo, & exurge à mortuis, dimitteq; mortuos sepelire mortuos suos. O vita mirabilis, spirituale habitaculum, quæ de superbis humiles facis, de gulosis sobrios, de crudelibus pios, & sanctos, de iracundis mites, de luxuriosis pudicos, de inobedientibus obedientes, & de osoribus facis in fraterna dilectione feruentes. Tu loquacibus linguæ frenum imponis, tu immundis castitatibus dulcis amoris Christi adhibes cingulū, tu ieiuniorum, ac vigiliarum es nutrix, tu vagos ligas catenas, tu patientiæ custos, tu purissimæ simplicitatis es magistra. Qui te fugiunt, luce Dei priuati sunt. Qui diligunt te, astringunt, & gustant quàm suauis est Dominus, & dulcis. Tu ducis ad aeterna gaudia, quæ oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, & lingua dicere non potest, quæ tu parasti Domine diligentibus te. Ingrede mini igitur fratres mei dilectissimi, ex quo vocat vos magni consilij angelus, & non tardate, quia precium magnum, & non paruum est in mora periculum. In sanctam igitur festinate Christi religionem: & illuminabit vos filius Dei per condignam satisfactionem. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt, & regnant per omnia sæcula sæculorum. Amen.

D. BERNARDI ABBATIS
Epistola ad quemdam, quid à nobis requirat Deus, in suam.

TVa me pia, & crebra infestatio augit, vt tuis petitionibus annuā, quæ doctrinā vitæ agendæ deposcūt, seu quid expediat viatorum, videlicet quid diligenter corde cogitari, quid aptius promi, quid honestius in actionem deduci possit. Hęc alta res est, valde licet communis. Inquirentes habet multos, peruenientes paucos: exequentes mul-

to pauciores. Sed ad condemnationem, aut ad misericordiam tuam, & ceterorum legētium, prout videor sentire, depromam: nec tuæ petitioni, nec meæ intentioni pro voto sufficiens. Cor nostrum nihil dignius proficere potest, quàm vt eise restituat à quo factum est, & hoc à nobis Dominus expetit, dicens: Fili, da mihi cor tuum. Tunc siquidem cor hominum Deo datum, quæ o omnis cogitatio terminatur in eum: gyrat, & circumflectitur super eum, & nihil vult possidere penitus præter eum. Sicq; colligato sibi animo eum diligit: vt sine ipso amarus sit omnis amor. Nec aliud dixim cor domino dare, quàm ipsum captiuare in omne obsequium eius, & ita voluntati eius ex toto supponere, vt nihil aliud velit, quàm quod nouerit eum velle. Itaque cor Domino datum, ipsum in omnibus, & de omnibus adorabit, & gratiasaget, etiam si multa nostris sensibus molesta videantur. Nihilurbationis ex rerū nouitate suscipiet. Tentatus à Domino per tribulationes, & asperas qualitates non mouebitur. Aporiatus, Vel condid est inops, gaudebit. Quidquid illatū fuerit etiā si habeat asperum sensum, velut impellens ad superna, suscipiet. Qui cor suum dedit Deo, cantabit melodice, & dicet cum propheta David: Paratū cor meū Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallā in gloria mea. Est siquidem gloria prima, & secunda: prima virtutis, secunda beatitudinis: vna in via, alia in patria. Proinde omnibus, qui cor suum Deo tradiderunt, factum est in argumentum & signum, quod causat, & in virtutum gloria psallunt in tribulationibus, in pressuris, in angustijs, in fame, & siti, in nuditate, & deiectione, in maledictis, in conuicijs, & derisionibus, in flagellis: ac etiā morte intenta, in uerbis plus exultant. Non reaccipiūt amplius potestatem, quod in eodem Domino tradiderunt: nullam sacrilegij crimen reperitur detentus: quā in voluntate semel oblata Deo, reaccipere potestātē. Nō debent sibi viuere, qui cor suum Deo dixerunt, sed ei, qui pro omnibus animam suam posuit. Nihil dignius cogitari potest, quàm cor ad eum referre, qui vt uiueres, mori uoluit: nam & iustus cor suum tradidit ad uigilantiū diluculo ad Dominum, qui fecit illum. Vigiliatio cordis iusta, & cogitatio eius. *Eccles. 39* iusta est, vt medietur assidue quid accepit in bonis naturæ, quid in bonis gratiæ, quid in Dei filio pro nobis humano nato, passo, moy

Quid à nobis requiratur Deus.

ruo, & sepulto. Quid in promissione, à quo malo ereptus est, quid retribuit Domino p omnibus, quæ retribuit ei: quid diligimus, quid timemus, quid agimus, quo pergimus impulsu naturæ, quo ex libera voluntate, quod ducatu gratiæ nobis datæ. Est etiã triplex directio cordis nostri, secundũ sententiã scripturarũ. Prima est ad Deum tota conuersio, sicut exquirat à populo suo Dñs per prophetã dicentem. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Ille siquidem ad Deũ in toto corde cõuertitur, qui ab omni malitia rerum corruptibilium ex toto corde primo auertitur. Nõ potest quispiã ad Deum toto corde conuerti, nisi ab omni mundo fuerit ante auersus: Et quidẽ implicamẽta terrenã non sinant hominẽ ad Deũ plena mẽte conuerti. Cõuersio totalis ad Deum cordis nostri est alienatio à seculo, & à seipso, & in Deo fieri per virtutẽ, & in ipso q̄escere per inuisibilitẽ, & remotã animi pacẽ. Ad Deum toto corde conuersus delectatur in ipso: qd vltra delectabile possit aspicere, nõ inquit. Existimat inemendabile damnum: si ad horam ab eo deflexerit inuisibilem interiore visum & delectens in alio apostasiam operatus est. Secunda est tota confessio, vt Psalmita declarat dicẽs, Cõfitebor tibi domine in toto corde meo. Hæc porro cõfessio, nec ceptuate deprimat miserã, quæ peccãdo cõtrahitur: & nihil sibi nouit nisi omnia mala tribuere. Deo autẽ refert oẽm laudẽ, gratiã, & benedictionem: & omnia bona ei tribuit, à quo cuncta procedunt bona. Qui hanc cõfessionem nouit inferre vilescens sibi: vnde in se ipso exultet non reperit, sed vnde gemit, atq; tristetur, qm̄ reus est mortis. Solũ exultat in eo, à quo id, quod habet accepit: nec in seipso, sed in Deo gloriatur. Idem & inuisus factus est in prosperis, & aduersis: quẽ nec prospera extollit, nec aduersa frãgunt. Nec alteratur mẽs eius, qui in toto corde Deo cõfiteatur: quia Dñm in omni tẽpore benedicat, & à motu cordis excæcatus, extra etiam communia hominibus, vita, moribus, lingua Christũ Dominũ cõfiteatur, abhorrens quæ abhorruit, amp̄lẽdẽs, quæ ipse amplecti dignatus est. Tertia est directio cordis nostri consummata dilectio: vt Deum ex toto corde diligamus. Nõ erit ipsa consummata dilectio, si corda hominum quadã dubietate tanguntur. Cur in hac vita tã exp̄sse mãdabatur: si in via velut in patria non impletur? Sed optimũ est altitudinẽ considerare vir-

tutũ, quæ quãuis sub præcepto aut consilio sape tradantur, illarum tamen apicẽ nemo cõtingere potuit, nisi qui Deus, & homo inter homines nasci, cõuersari, & mori voluit. Sæper virtus supra facultatem quorumcumque sanctorũ inapprehensibilis mansit. Ad quam semper posset esse ascensus, quousque in patriam veniretur. Ac si per hoc hanc cordis directionẽ, quasi totali dilectione: toto habere nõ possumus, quã tamen protinus faciamus declinantes omne vitium, etiã in omnem perfectionem intendere nõ valentes. Saluator ait. Qui habet mandata mea, & seruat ea, hic est, q̄ me diligit. Amator Dei inimicus est mundi: quoniã amicus mundi, inimicus est Dei. Inimicus ex corde de inimico nulla gaudia suscipit, nisi cum eum videt oppressum, aut cum potentior factus in exilium tradere, aut interficere potuit. Hic typus, quo scedere eum faculo quis astiſhygatur, ostendit. Amator Dei ex corde perfectio non sapit alta: sed conuenit humilibus, & occupatus in ipso ad iudicia hominum non vacabit. Non meditabitur praua de rectis: nõ contendet, non inuidebit ijs, qui humana prosperitate potantur. Ad aptitudinem nostri oris est prædicanda purgatio: vt nihil impertinens ex eo proferatur & moderatio in his habeatur, quæ dicere necessitas ipsa compellit, quoniã mep̄ sapientiam dicitur. Qui moderatur labia sua: prudentissimus est. Et nihil in eo aptius, quã propriæ excusationes, orationes, laudes, benedictiones ad omnium creatorem, & humilis sermo verecundus, exhortatiuus ad proximum promatur. Non in cõtentione, aut disceptatione verborũ, non in presumptione, sed in omni mansuetudine animi, & suauitate linguæ. Tutius tñ est audire, q̄ dicere. erudiri, quã erudire. Late in interdum, blandus dæmon in proferẽdo sermones, ex quibus solet fama detestanda, & vanitatis aura caprari: & Spiritus sanctus nos terret, quoniã vir linguosus non dirigetur in terra. Si aliquis præter necessitatẽ, & apertã vilitatem etiam iis bonis auditores alloquitur, semper digitus prudentiæ sit super os suum, ne verba indisciplinata eructet. Et cũ David in hac virtute societur, qui dicebat: Dixi custodiã vias meas, vt nõ delinq̄ in lingua mea: posui os meo custodiã, cũ consisteret peccator aduersũ me. Honeste autẽ hominũ actio nes nõ aliter, quã ab honesto corde, adiunãte diuina gratia, & p̄ legẽ Christi procedũ,

Directio cordis triplex.

B

Et hoc moue dicitur.

Prover. 10.

ut est omnium sensuum syncreta custodia ne quid per eos improbum: ad animam illabatur: & mores copositi, ne notabilis fiant, & singularitate viuendi tales sint, quales decet seruum Christi, superna non terrena captare volentem. Non conuersatio importuna: sed rara pro necessitate propria, vel communi. Non conerosa, non signata hypocriticalibus motis, omnem duplicitate, & obliquitatem excludens, subiecta, proxima in omnibus, præterquam in initio. Delectare in teipso, ne te in aliquo magnipendas, humilis, & suavis sub pondere paupertatis, à qua expugnati quotidie proprie seruorum est Christi. Capta ex laboribus, & sudoribus vitam tuam. Vbi autem non est infirmitas, & impossibilitas denegat, ne crubeas humile quæsitum facere. Nam ex quæstu in humilitate subuenitur indigenti, & superna merita, conquiruntur & formatio fit ad sanctos. Sæpe ablutis salutariibus sacramentis, & ijs atque diuinis verbis tuam animam refocilla. Talis studeas viuere qualis affectas in extremo iudicio inueniri. Non tibi plura scribo. In ijs paucis exerce animam tuam. Curiosa, & non expedita tibi, nec à me, nec ab alijs amplius quaras. Quod tibi noui utile, scripsi, & si aliud à me petisti, & vtiliter denegauis, nolens in magnis, sed in paucis, & paucis inuoluere animam tuam. Tuos natos, ut potes in Deo nutrias, & ora pro me. Patientia tibi expedita semper tecum sit. Amen.

MEDITATIO DEVOTISSIMA
super *Salute Regina, qua D. Bernardo attribuitur.*

AD salutandum virginem primo deo eius magnitudinem confiterare. Nec enim circa suum filium amplius potuit eleuari, quam ut mater Dei vocaretur. Admirans ergo magnificentiam matris nostræ deuote, & reuerenter dic to. *Salue regina.* Sub tuo regimine Domina, volo de cetero militare, me totaliter dominationi tuæ committo, ut plenarie regas, nihil meæ insipientiæ dimittes de mei regiminæ. Quidquid enim mihi dimiseris, noueris miserissime destruendum. Sed cum plenus sim miseria à vertice vsque ad pedem platas, & putrefactus, factorem grauem, & horrorem quomodo dignaberis regere tam nobilis creatura? Quia tu es regina misericordia. Et qui sunt misericordie subditi, nisi

miseri? Multum es sollicita de miseris, hos in tuos filios adoptasti, hos regere Domina voluisti, & ideo regina misericordie vocaris. Nos ergo miseri tecum de cetero cõsolemur, tecum amodo Domina habitemus, te mentis visceribus amplectamur, quia tu es vita: vere quæ mortem superbia: humilis vicisti, & nobis vitam gratiæ impetrasti. O certe vita amabilis, vita desiderabilis, vita delectabilis, o vita, quæ nutris tuos celestibus alimentis Qui n vult te habere, se affligat, delicta respuat, delicata quæque contemnat, & qui amplius mortificatus fuerit, te amplius possidebit. Dulcedo. Vere dulcedo, quæ amaritudinē peccati impetrando gratiā expetit, quæ nobis gratiæ dulcorem acquirit, quæ ad suauitatem patriæ celestis contemplan-tes introducis. O dulcis Domina: cuius sola memoria, affectu dulcorat: cuius magnitudinis meditatio mentē eleuat: cuius pulchritudo oculū interiorē exhilarat: cuius amantitatis immensitas cor meditantis inebriat. O Domina quæ rapis corda hominum dulcore, nonne cor meū Domina rapuisti? Vbi quæso posuisti illud, ut ipsum valeam inuenire? O raptrix cordium, quando mihi restitues cor meum? Quare sic corda simplicium rapis? Quare violentiam facis amicis? Numquid ipsum semper vis tenere? Cum illud postulo mihi arrides, & statim tua dulcedine confopitus quiesco. Cum in me reuersus iterum illud postulo: me complexaris dulcissima, & statim inebrior tui amore: tunc cor meum non discerno à tuo, nec aliud scio petere, nisi tuum. Sed ex quo est cor meum tuo dulcore sic inebriatum, gubernat illud cum tuo, & in sanguine agni conserua, & in latere filij colloca; tunc assequar quod intendo, & possidebo quod spero, magna in te spes nostra. Sperent ergo in te, qui nouerunt nomē tuum, quoniam non dereliquisti quæretes te Domina. Certe qui sperat in te, mutabunt fortitudinē, assumēt pennas, ut aquilæ volabunt, & non deficient. Quis non sperabit in te, quæ est adiuuans desperates? Non dubito, quod si ad te venerimus, habebimus, quod volemus. In te ergo speret, qui desperat, qui deficit, ad te currat. *Salue.* Quis ergo de cetero nos à tui salutatione poterit prohibere, ex quo sic es vita, dulcedo & spes nostra? *Salue.* Quis ergo, ex quo Regina es nostra, à tua reuerentia nos poterit separare vel impedire? Primo es Domina salutanda, ut per te gratia impetretur. Secundo ut per te ad

Vita.

Dulcedo

G

Spes nostra.

Salue.

glo-

Deipara
Salue
Regina.

Miseri-
cordia.

D.B. In salve Regina meditatio.

Ad te. gloriam veniatur. Ad te. Ad te vere, quia tu sola Deum genuisti, tu sola interemisti vniuersam hæreticâ prauitatē. Ad te certe quæ leuas nos à fœcibus peccatorū, quæ nos consolaris in cunabulis vagientes, lactas paruulos esurientes. *Clamamus.* Clamamus. Quare nō clamaremus Domina, qui vulnera sustinemus, plagas sentimus, qui inimicis vndiq; circumdamur? Clamamus angustiati, miseris infinitis oppressi. Clamamus cordis anxietate, stomachi vacuitate, doloris acerbitate, aut forte erga te amoris immensitate. Quare enim obdormis Domina? Surge adiuua nos. Clamamus et, vt nostrā manifestemus necessitatē: quia clamare necessitas nos compellit, q̄ nos amplius affligis? Si multū tardaueris, vocē amittā clamando, & ad te amplius vociferari nequibo. Heu mihi tūc quid faciā: cum nec audire me poteris, nec exaudire? Citō, citō Dña subuenias clamanti, ne in manibus deficiā inimici, curre festina Domina, & tuū iniquissimum, & infidelissimum scellū ad te clamantē parcēdo adiuua, & eripe de manu & periculo tui hostis. Si aliud te allicere Domina nō deberet, nisi q̄ tuus hostis audet nos tuos feruos inuadere fraudulēter, deberes ad nos, quā festinare. Curre & libera nos Domina propter eorū superbiam reprimēdā. Curre, ne dicāt, vbi est eorum Domina, de cuius clemētia cōfidebāt? Ne mireris Domina si clamamus, quia sumus à te nimis elongati. In regione lōginqua dissipauimus partē nostrā, & ideo ad te clamamus exules. Exules à patria, exules à visione diuina, & vtiā nō exules à gratia, exules à consolatione materna. O anima, cur nō es potius à corpore separata, quam à tua Domina exul facta? Heu mihi, cur sum in tam lōgū exilium relegatus? O Domina, dū hic sumus exules, constituas nos, ne hic tãquam in patria confidentes te, & tuum filiū quærere desistamus, sic tamē cōstituas exules in corpore, vt semper tecum simus ciues in mente. Filij Euæ. Vere filij Euæ, superbi, presumptuosi, ambitiosi, auari, gulosi, & carnales, inobedientes, & breuiter in omnibus ipsam Euam sequentes, proni sumus ad malum, difficiles vero ad bonum, & si contingat aliquem filium bonorum operum generare, cum quodam cordis dolore, & tristitia parturimus: sed malum cum lætitia perpetramus, nec bonis sufficiūt mala nostrā, sed sic vt ipsa Eua, ita & nos alios inclinamus ad malum, & etiā sicut ipsa, ita & nos in de-

festibus excusamus, aut saltem si possumus in alios etorquemus. Plus enim placet nobis in multo sudore, & labore vilia acquirere: quā Dominū gloriæ degustare, & ipsum leuissimè, imò dulcissimè possidere. Nisi enim nos Domina adiuuisses, fortassis iam in inferni profundissima venissemus. Nec est quod nos valeat excusare qui nos te, sed Euam in omnibus imitamus, ac per hoc. Ad te suspiramus. Suspiramus autem de tam bonæ matris absentia, venire ad te Domina cupientes. Suspiramus ad te, videre filium tuum affectantes. Nimius ergo amor, quo erga te sumus inebriati intrinsecus, cogit nos ad te Domina suspirare. Omnibus es amabilis, omnibus affabilis, omnibus delectabilis, sedes sapientiæ, fluius clemētiæ, radius deitatis: nec est qui se abscondat à calore tuo. Quis ergo ad te Domina non suspirabit? Amore suspiramus, etiā, & dolore. Vndiq; nos angustia premunt. Quomodo ergo ad te non suspiremus, solatium miserorum, refugium expulsoꝝ, liberatio captiuoꝝ, Regina bellatoꝝ, Domina vniuersoꝝ etiā inimicoꝝ, nec est, qui tuæ voluntati valeat obuiare: Sic afflicti, sic miseri, ad te suspiramus gementes, & sentes in hac lacrymarum valle. Heu Domina, non vides, quod to taliter sumus amaritudine pleni? Intūs sumus gementes, exterius scietes, in loco lacrymoso iacentes, onerati peccatis gemimus, aggrauati molestijs stemus, abundantes miseris in valle lacrymarum sumus, tuum subsidium postulantes. Quid amplius dicam? nec sufficio, nec scio oinnia detestabilia huius vallis enarrare. Eia ergo aduocata nostra. O laudabilis clementia Saluatoris, qui sic afflictis tam nobile subsidium dignatus est largiri: & ideo non est timēdū quin miserearis miseris, ad illā partē inclinās sententiā, quam defendis, vt nobis exhibeas gloriā quam peperisti: nō ergo restat Domina, nisi vt illos misericordes oculos ad nos conuertas. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte: nō dubitamus Domina quin si nostras aspexeris miseras non poterit tua miseratio suam retardare effectum. Mirabiles necnon & amabiles illi tuorum radij oculorum, quibus nos allicis ad amorem, & ad plenam dulcis salutē ne venenatos oculos basilisci timeamus. O Euæ oculi venenati, cur non offeris vos oculis virginis, si vultis perfectam recipere medicinam, nam suorum claritas oculorum tene-

Ad te suspiramus.

H

Gemmes, & sentes.

K

Exules.

Eia ergo.

Filij Euæ.

I

tene-

tenebras expellit, effugit cateruas dæmonū purgat vitia mentū, corda congesta accendit, & demum ad cælestia trahit. Quam beati, ò Domina quos tui viderint oculi. Hos ergo oculos ad nos Domina conuerte. Et Iesum benedictū fructū ventris tui nobis post hoc exiliū ostende. O venter mirabilis, qui potuit capere saluatorem, ò venter laudabilis, qui potuit recipere redemptorem: ò venter desiderabilis, è quo emanauit desiderium mentium, gratiarū fluiuius, gloriæ premium: ò venter amabilis, & dulcedo animæ, ò eleuatio mentium, inebriatio cordium, sanitas peccatorum. Fructus tuus Domina. Hic certè est fructus beatus à principio sui ortus. Hic est Iesus Dei viui filius. Hic est saluator noster Dominus Deus. Hic Iesum benedictum fructū ventris tui nobis post hoc exiliū ostende, vt videndo ipsum habeamus: ipsum videndo beatitudine repleamur, ò clemens, ò pia, ò dulcis Maria. O clemens indigentibus, pia exorantibus, dulcis diligentibus: ò clemens pœnitentibus, pia proficientibus, dulcis contemplantibus: ò clemens liberando, pia largiendo, dulcis donando: ò clemens consolando, pia blandiendo, dulcis osculando. Clemens es subiectis, pia iā correctis, dulcis prædilectis. Amē.

*benedi-
ctum.*

*O cle-
mens.*

D. BERNARDI DOCUMENTVM.
*Qualiter homo possit in bono proficere,
& placere Deo.*

Primò studeat quantum potest se vilissimum reputare, & indignum beneficio Dei. Ipse sibi displiceat. Soli Deo placere cupiat. Ab alijs velit vilis, & non humilis reputari: & q̄ sit vilis, ex sententia Dei clementiā recognoscat, regratiās, quod tā vilem hominē, & quasi promptum ad omne malum, & tardum ad omne bonum, dignatur sibi in seruum assumere, & quod maius est, in filium adoptare. Nō ergo reputes magnum, quòd Deo seruis: sed maximum reputa, quòd ipse dignatur te in seruum assumere sibi.

*Quòd non debet dolere de malo pœna,
sed culpa.*

Secundò, vt de nihilo nisi de peccato, & ad peccatum inducente, & à bono retrahente doleat, imò de qualicumq; tribulatione, iniuria, & afflictione gaudeat, instantissime inimicos diligit, & specialem orationē pro

eis faciat. Deinde Deo copiosas laudes referat de eo, & ad regratiandum de tanto beneficio insufficietē se recognoscat: quia quē Deus diligit, corripit, & flagelat. Ipsa. n. tribulationes ad Deum nos ire compellunt.

Quòd paupertatem diligit propter Deum.

Tertiò, vt de temporalibus nihil nisi stricte propter necessitatem suam requirat, aut quocūque modo appetat: sed Christo Domino in omni deiectione corporalis cōsolationis se conformare studeat, & hoc debet maximum reputare, quia rex regum, & dominus dominantium Christus, sic vilem seruum suis ornamentis non dedignatur inducere, & sibi lutum scædum assimilare. Ideoque quāto videt se ditiorē, & in pluribus corporis cōsolationibus abūdare: tantò debet profundius, & intimius contristari, cernēs se comagis à Christi similitudine elongatum.

Quòd in his, que non sunt contra Deū debet obedire alijs magis quàm sibi.

Quartò, vt in his, quæ indifferenter bona sunt, alterius potius, quàm suā adimplere studeat voluntatē: imò semper in exterioribus actibus se sibi studeat abnegare: aliorum beneplacita affectans, cum omni vigilantia omne licitum adimplere. Et sic circa omnes, maxime tamen circa suos superiores studeat id ipsum obseruare.

Quòd non despiciat miseros.

Quinto, vt nullum quantumcumq; miserum despiciat: sed erga omnes materno moueatur affectu: vt sic omnibus compatiatur intime, sicut compateretur mater vnico filio suo. Omnes eorum miseras reputet esse suas, & sicut sibi metipsi (si tamen possit) subueniat. Omnes etiam pauperes vt patronos, reuereri debet: quia ipsi sunt, qui alios recipiunt in æterna tabernacula.

Quòd nullum hominem iudicet de occultis.

Sextum est, vt nullū iudicet de peccato, cū ignoret, quid in anima diuina operetur miseratio. Sed si aliquē per signa manifesta coniectarit esse peccatorē, prius de peccato illius doleat, ac si proprio corpori mors immineret. Recognitet, quod pretiosior est anima, quæ sic lætaliter vulneratur, quàm omnia corpora totius vniuersi per se considerata. Et sicut corpus meum à morte, sic inò multo magis euesterem proximum cum omni diligentia custodire, & à peccato retrahere oratione, exhortatione, exemplo.

Quòd

Quod gaudeat de bonis aliorum.

Septimum est, vt bonum proximi diligat, sicut suum, & sicut mater in bonis filijs iucundatur, sic ipse in bonis omnium iucundari debet, & maximè de his, quæ spiritualia sunt, & ad spiritualia inductiua. Et sicut sua, aliorum bona procuret, & procurata studeat promouere: & semper plura bonæ de proximo credat, quàm possit ipse intueri.

Quod nihil præter Deum diligat, aut propter Deum

Octauum est, vt nihil præter Deum diligat: vt in omnibus solus Deus sincerè, sine socio diligatur. Nec eum alliciat quantumcumq; sanctitas alicuius, aut beneficiorum immensitas, aut aliquè diligat amore singulari: sed amore omnium scilicet caritate in Deum oēs referens, magis alioqui diligat meliorem. Potest tamen beneficia pro beneficijs rependere, & pro ipsis beneficijs orationes Deo offerre.

Quod semper habeat Deum actualiter in corde.

Nonum est, vt quidquid quibuscunq; negotijs implicetur, Deum in corde memoriter studeat habere, & semper honorè Dei omnibus anteponat. Sed ad hoc præcipuè nitatur, vt sic semper Deum præsentem intelligat, ac si ipsum, qui præsens est, in sua essentia videret: sicq; eum timeat, & reuereatur, & intenso amore in eum feratur, eoq; prout potest in via fruatur, & in ipso, non in alio requiescat.

Quod recognoscat beneficia creatoris.

Decimum est, vt si prædicta assequi potest, esse hæc Dei beneficia recognoscat. Debet etiam cæterorum beneficiorum secundum quod poterit, remitti. Primum, quia sua eum signauit imagine. Secundò, quod naturam eius assumpsit: & pro ipso Deus mori dignatus est. Tertio, quod se præbet in cibum: & in futuro se præbebit in præmiu. Et quia nondum assecutus est præmium, in via tamen aspiciat eum in patibulo, sicq; illicompatiatur, ac si omnia vulnera Christi in suo corpore sustineret, & de hoc præcipuè debet dolere: quia tot videt frustrari beneficio hoc immenso.

D. BERNARDI IN ADVENTU DOMINI DE VNDECIM ONERIBUS.

F Tempus est fratres charissimi, vt misericordiam & iudicium cætemus domino. Aductus quippe domini est: illius qui venit

Pf. 100. & qui venturus est omnipotens. Sed quo ven-

turus est, vci venit? Nempe vox eius effusa est in caelum, & terram ego impleo. Quomodo ergo ad caelum venit, vel ad terram, qui caelum & terram implet? Audi euangelium. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. Ergo & præsens erat, & absens est. Præsens, quia in mundo erat, absens, quia mundus eum non cognouit. Non est longe ab vnoquoq; nostrum ait Paulus. In ipso n. viuimus, mouemur, & sumus, & tamen longe à peccatoribus salus. Prope itaque per essentiam, longe per gratiam à peccatoribus salus: quos nec reuocabat errantes, nec erigebat iacentes: nec redimebat captiuos, nec mortuos suscitabat. Longe, inquam, quādo nec iustus cælestem mercedem, nec impijs manifestum iudicio æternam inferrebat damnationem. Venit proinde vt agnosceretur, qui non agnoscebatur: crederetur, qui non credebatur: timeretur, qui non timebatur: amaretur, qui non amabatur. Sic qui præsens erat essentialiter, venit misericorditer vt agnosceretur humanitas eius: crederetur diuinitas eius: timeretur potestas eius, amaretur benignitas eius. Apparuit autem humanitas eius in nostræ infirmitatis susceptione: diuinitas in miraculorum exhibitione, in demoniorum oppressione potestas, in peccatorum susceptione benignitas. Humanitatis namq; fuit, quod esurire diuinitatis, q. de quinque panibus quinque; nulli homini satiauit. Humanitatis fuit, quod mortem sustinuit: diuinitatis, q. mortuos suscitauit. In potestatis fuit, quod Pharisæos de templo eiecit: benignitatis, quod in eorum publicanos, & peccatores suscepit. Potestatis fuit, q. demones terruit, benignitatis, q. adulteram absoluit. Postremo potestatis fuit, quod volentes eum capere prostratis benignitatis, quod abscisam sui persecutoris auriculam loco simul, & sanitatem restituit. Et hæc omnia eum ad primum aduentum pertineant misericordie dicimus adhibenda. Considerate ergo quid sit Deus, & videte quid sit, q. deposuerit tantam maiestatem, quod exiens uerit tantam potestatem, quod infirmauerit tantam virtutem: quod tantam altitudinem humiliauerit: quod tantam sapientiam infatuauerit. Numquid hominis iustitia? Absit. Oes n. declinauerunt, simul inuiles facti sunt: non est qui faciat bonum. Quid ergo? Num aliqua eius egestas? Minime. Eius n. est orbis & plenitudo eius. An forte nostri in aliquo eguit? Nequaquam, Deus quippe

Apo. 1.

Hic. 33.

Ioan. 1.

Act. 7.

Pf. 418.

ad Tim.

G

Pfal. 13.

Pfal. 23.

Pfal. 15.

nicus

mentus est. & honorū meorum nō eget. Quid ergo? verē Dñe nō mea iustitia, sed tua misericordia: nō tua egestas, sed mea necessitas. Dixisti. n. Misericordia edificabitur in cælis. Ita plane miseria abundauit in terris. Ideo in primo aduentu tuo. misericordiā cātabo tibi Dñe. Misericordiæ nāque fuit, quōd infirmitates nostras factus homo suscepit, misericordiā, q̄ fidē diuinitatis suæ miraculis cōfirmavit. Misericordiæ nihilominus, quōd dæmonum nobis calliditates detexit, & euauit virtutem: misericordiæ, quōd meretricis attractum nō respuit, sed deuotionem approbavit. Ita que quod se exhibuit in humanitate humilem, in miraculis potentem, in dæmonum oppressione fortem, in peccatorum susceptione mitem: totū hoc ex misericordiæ fonte processit, totum ex pietatis

Pf. 100. visceribus emanauit. Et ideo in hoc primo aduentu tuo: misericordiam cātabo tibi Do-

Pf. 118. mine. Et meritū: quia misericordia tua plena est terra. Ecce oleum, ad cuius presentiam

Isai. 10. iugum nostrā captiuitatis computruit, sicut ait Isaias sanctus. In illa die auferetur onus eius de humero tuo, & iugū de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. Quæ ista dies, quod onus istud, quod iugum?

Audi quā idem Propheta præmittit. Suscitabit sup eū Dñs scilicet regem Assyriorum, flagellū iuxta plagam Median in petra Oreb: & virgam eius super mare, & leuabit eam in via Aegypti. Flagellato itaque, & percusso diabolo, q̄ est rex super omnes filios superbiæ, leuauit Dominus virgam suam super mare, & leuauit eam in via Aegypti. Mare, scilicet: virga, crux: via Aegypti, via illa lata, & spaciōsa, quæ ducit ad mortem. Gratiā tibi Domine Iesu, qui exaltasti virgam tuam super mare prostrernens cruci tuæ superbiā sæculi: & subiciens ei principatus, & potestates. Vere Domine, crux tua premit fluctus sæculi: sedat tempestates persequutionum, & tentationum procellas mitigat. Leuasti etiam eā in via Aegypti: vt obstructa via illa lata que ducit ad mortem illam arctam, & angustam ostenderes, quæ ducit ad vitam. An nescitis?

Job. 41. An non sentitis? An non experimini? Feruet in carne æstus concupiscentiæ, aliquando in mente ira defœuit indignationis, & amaritudinis verba prorumpit: & ad instar maris quod vehementer agitatur ventus omnia interiora hominis conturbantur, sed leuante super hoc mare cruce in Iesu, sedantur omnia, omnia conuiescunt. Præ-

Ex collatione.

terea fratres charissimi, quis vos in hanc viā & angustam semitā salutis induxit, nisi dominicæ crucis, & passionis exemplum, quam leuauit Dominus in viam Aegypti? Meritū hac die, id est tempore gratiæ, tempore misericordiæ, tempore quo crux leuatur, quo Christo subditur mūdus, quo princeps mūdi huius eijcitur foras: hac inquam die, hoc tempore auferetur onus de humero tuo. Quod onus? Legimus in scripturis multa onerū genera. Nam sanctus Isaias vnde decim nobis onera, propheticō sermone describit.

1. Onus Babilonis.
 2. Onus Philistiini.
 3. Onus Moab.
 4. Onus Damasci.
 5. Onus deserti maris.
 6. Onus Aegypti.
 7. Onus Duma.
 8. Onus in Arabia.
 9. Onus vallis visionis.
 10. Onus Tyri.
 11. Onus iumentorum Austri.
- Et quid est onus, nisi pondus quoddam deprimens animam, & ad terram inclinans: faciens eam ad inferiora respicere, & negligere superiora? Tale nobis onus aliquando ex mundi prouenit delectatione, & hoc onus Babilonis. Aliquando ex immundorum spirituum immisione: & hoc onus Philistiim. Aliquando ex naturali quadam & inuitabili necessitate, & hoc onus Moab. Aliquando ex tenebris ignorantia, & hoc onus Aegypti. Aliquando ex innata nobis infirmitate, & hoc onus Damasci. Aliquando ex malorū persecutione, & hoc onus deserti maris. Aliquando ex occulta animi vexatione, & hoc onus Duma. Aliquā ex timore mortis, & hoc onus in Arabia. Aliquando ex vanitate quā proficimus, & hoc onus vallis visionis. Aliquando ex angustia pro his quæ toleramus, & hoc onus Tyri. Aliquando ex caritate, quando alijs prodesse desideramus, & hoc onus iumentorum austri.

De Onere Babilonis, Sermo Primus.

Babylonicum itaque onus Babilonis est: *Isai. 13* quod necesse est, vt auferatur ab humeris nostris. Babylon significat mundum, cuius amor cupiditas est: onus itaque graue multos premens, & ad inferiora incuruans. Tripliciter autem miseros onerat, labore, timore, dolore. Cum labore peruenit homo ad hoc quod cupit, cum timore possidet, cū dolore amittit. Eia fratres, quis regum non cum labore acquirit quod cupit? Quis regum ita securus, vt nullum timeat? Quis non cum dolore aliquid amittit? Sed retorqueamus ad nos parabola-

Iam istam. Nullus ne nostrū sub huius oneris pondere suspirat? Nullū ne in nobis mundanae delectationes refederunt? Quid quoddam qui sua reliquerunt, aliena quærere non formidant, pro quibus, laboribus fatigantur: cruciantur doloribus: timoribus conferuntur? Nūquid vel ille ab hoc onere liber est, qui cum nihil, vel parum in monasterium attulerit, tamē vt alijs det, quidquid potest, de monasterio auferre non desinit: qui importune petit: qui irascitur, si non accipit: dolet, si corripitur: sæuit, si proclamatur? Quid illi, qui tantum parentum stringuntur affectu, vt religionis dispendium, maximosque labores pro eis subire non dubitent, & ob hoc etiam dies vacuos, & noctes ducunt infomes? Quid de illis dicam, qui honores ambiunt? Quid oneris non sustinent? Nunc adulantur, nunc detrahunt, nunc pro aliorum promotione insanunt: nunc frustrati spe sua, in ipsos etiam patres suos maledictis insurgunt. Itaque fratres, omnes hi conformantur huic sæculo. Vnde & nomine Babylonis censentur: illo pœnarum onere, quod propheta super Babylonem describit miserabiliter opprimendi.

De onere Philistiim. Sermo II.

Cap. 14. Sequitur onus Philistiim, qui interpretatur, *sub finē*, tantur cadentes potione, illos significās qui *vulgo* superbia inebriati ceciderunt de habitatione cœlesti. Isti miseros onerant: nunc tentatione, nunc afflictione. Hi Aegyptios onerabant plagis multis, & magnis, sicut habes in Psalmo. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram, & tribulationem. Immisiones per angelos malos. Hi cor Iudæ onerauerunt auaritia, & cor Phariseorum inuidia, & cor Pilati stultitia. Hi cor fidelium multis tentationibus onerant, insultantes animæ consentienti, & dicentes. Incuruare vt transeamus.

De onere Moab. Sermo III.

M Additur onus Moab, qui interpretatur de *Cap. 15.* patre. Naturalem illam exprimit necessitatem, quam pater generatione transfundit in filium, sicut est in euitabilis manducandi, bibendi, dormiendique necessitas, & cetera, quæ ad necessariam pertinent corporis curam. Quale hoc onus fratres charissimi quo cegimur post solis splendorem, ad carnis huius curam quasi ad fetidum cadauer redire, & post spirituales cibos mentis, procurare

onera ventris? Quale hoc onus quod quotidianum à nobis misere seruitutis tributū exigit, & quem hodie impleuimus, euacuatum crastino ventrem reimplere compellit? Quid dicam, quantarum sollicitudinū accuratum onus misere mortalibus necessitas ista imponit, adeo vt quorūdam hominum Deus venter sit, pro cuius non dicam delectatione, sed onere ipsam iustitiam, & diuinam doctrinam venalem habent? Huiusmodi, vt ait, Apostolus, Domino Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri.

Quid præterea oneris in ipsa ciborum distinctione sustinentes, hos desiderantes, illos reiicientes cum alij ventrem torqueant, alij caput grauent, alij pectus oppilent, alij cor corruptis humoribus premant? Verum de illis quid dicam, quos ista necessitas nunc murmurare, nunc detrahare, nunc insuper litigare compellit? Contristantur, si cibus vilior sit, si potus minus sapidus apponatur, si præparetur tardius, si negligentius accurretur. Fratres, qui huiusmodi sunt, secundū carnalem generationem, viuētes, Moab dici possunt, pondere, pene quod in onere Moab propheta commemorat, damnandi.

De onere Damasci. Sermo IIII.

Iam de onere Damasci prophetia subiungitur. Damascus interpretatur fundens sanguinē, illam nobis innatam exprimēs corruptionem, quæ quodāmodo nolentes, & inuitos trahit ad peccatū. Ipsa est lex in membris nostris repugnans legi mentis nostræ, & captiuos nos ducens in legē peccati, quæ est in membris nostris, Omnis sensus vitalis in corpore, ex sanguine est, vitalis autem sensus in anima ex ratione est. Et scitis, naturalis motus peccati quomodo non nunquā in quadam delectationis pœnam ipsam rationem absorbeat, & totam animam, vt ita dicitur, *Phisicā* dat exanguem. Sed quidam sentiunt, sed non consentiunt, impugnantur, sed non expugnantur, onerantur, sed non prosternuntur. Hi onus quidem, sustinent à Damasco, sed Damascus non sunt. At ille qui consentit, & præbet arma iniquitatis peccato, profecto Damascus est, proprium sanguinē fundens, & suis se manibus interficiens. Hic proculdubio pōdere pœnæ, quod in onere Damasci describitur, se nouerit opprimedum.

De onere Aegypti. Sermo V.

Additur onus Aegypti, Aegyptus interpretatur tenebræ. Sūt autē tenebræ ignorantia, *Cap. 16.* sunt

à filio
Sham.

funt, & iniquitatis. Eia fratres, non est leue hoc onus, quod de Ignorantiâ nostrâ Secitate portamus, nescientes in multis quid expectant, quid laudemus, quid improbemus, ita vt saepe dicamus malum bonum, & bonum malum. Sed & quid oremus sicut oportet nescimus, & in luce scripturarû sicut in nocte incedimus. Qui ergo huiusmodi sunt ab Aegypto onerantur, sed cum Aegypto onerantur, cum illis, scilicet, qui Aegyptus sunt, tenebrae, filij tenebrarum, de quibus Dominus in euangelio. Omnis qui male agit, odit lucem. Et Apostolus. Qui dormiunt, inquit, nocte ebrii sunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Hi nimirum eo pondere poenae puniuntur, quo Aegyptium propheta docet esse puniendum.

De onere deserti maris. Sermo VI.

Cap. 21.
desertii
mare.

Subiungitur onus deserti maris. Mare desertum multitudo reproborum, qui derelicti à Deo, & à sanctorum numero separati suo pondere, & persecutione sancta premunt Ecclesiam ipsi penam pondere, quae in hoc onere à propheta notatur, postmodum puniendi. Praeterea mare sunt illi, qui diuersis passionum, ac vitiorum tumultibus quatuntur. Qui semper in motu sunt, semperque vagi, numquam stabiles, numquam in eodem statu permanentes, nunc superbia intumescunt, nunc ita feruunt, nunc tristes, nunc leues, nunc pressi silentio, nunc risu dissoluti transgrediuntur praecipua seniorum, & fratrum pacem turbant. Quamdiu tamen timent, quamdiu dolent, quamdiu admittunt correptionem, nec fugiunt satisfactionem desertum mare non sunt. At si venientes in profundum malorum contentant si correpti reclinauerint, nihil honestum, nihil quietum, nihil in super ordinatum responderint, sed tumidi, sed inflati etiam in ipsum, à quo corripitur, verbis indignationis insurrexerint, ita vt necesse sit relinquere eos, sibi, desertum mare non dubites eos noiare. Vae illis, qui à Deo derelicti, & hominibus dimittuntur secundum desideria cordis eorum, vt castrum in aduersionibus suis. Quibus etiam Dns per prophetam, Aufferat zelum meum à vobis, & ultra non irascar. Scitis fratres charissimi, quam graue onus in humeros sanctorum imponat qui tales sunt. Sub hoc onere propheta gemebat, qui dicebat. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Vere supra dorsum nostrum fabricat, qui huiusmodi sunt

Pf. 80. b
Eze. 6. e
Pf. 128.

Oper. D. Bern. Tom. I I.

quotidianis suis exhortationibus nos onerantes, qui addunt peccata peccatis, contemptum iungunt contemptui, contumeliosi, elati, detractores, Deo odibiles, senioribus non obediens, socijs non contemperantes. Tales poenarum pondus, quod in onere deserti maris continetur, se nouerint incurfuros.

De onere Duma. Sermo VII.

Ex hinc onus Duma sermo propheticus à medio describit. Duma interpretatur silentium. Scitis fratres, quod multos silentium onerat, & grauat onus, ita vt tacentibus, & quiescentibus omnia onera sint, caput doleat, venter rugiat, caliget oculi, & renes penè soluantur. Exeuntibus autem huc illuc, vagantibus, & loquentibus iocunda sint omnia, tradantur obliuioni dolores, singulis membris sua reddantur officia. Quanta est virtus linguae, quae oculos serenat, caput alleuiat, renes consolidat, genua dissoluta corroborat. Haec infirmum in laboribus insatigabilem reddit, patientem in iniurijs, paratum ad iter, promptum ad obedientiam. Itaque si videris monachum in claustrum residere huc illuc, respicere, oscitare crebrius, manus & pedes extendere, nunc librum ponere, nunc resumere, postremo quasi quibusdam stimulis agitantem, de loco in locum, de auditorio in adiutorium cursitare, sub onere Duma eum suspirare non dubites. Est praeterea aliud quoddam silentium, quod aeternae poenae pondus multis imponat. Ipsum est silentium, quod ex pudore, & confusione procedens, confessionem obstruit peccatorum, vel excludit remissionem, quod onus poenae tale silentium mereatur, propheticus sermo non tacet.

De onere in Arabia. Sermo VIII.

Iam Onus in Arabia propheta subiungit, sub finem. Arabia vespera interpretatur, quae dici finis est noctis, & principium horae mortis, non incoegruet, vt puto, signas, quae cunctis fere mortibus timoris non leue pondus imponit. Quis enim hominum hoc onus cuitet, cui se saluator exple causa spontanea voluntate submisit? Imminente morte, cepit, vt ait euangelista, pauere & tader. Sub hoc timoris onere totum viuunt genus hominum, nisi forte aliquis talis sit cui certa sit beata vita post mortem, cuius desiderio et amaritudine mortis non sentiat. Praeterea vespera, quae vt diximus, dici finis est noctis, & principium eius exprimit casum, qui post opera lucis,

lucis, ea inchoat que sunt tenebrarum, cuius sunt nouissima peiora prioribus, qui profecto eo pondere opprimetur, quod in Arabia onere continetur.

E

De onere Vallis visionis. Sermo I X.

Cap. 22. Subditur onus Vallis visionis. Visio reuallis uertu Pad contēplationem: vallis ad humilitatem, vel deiectionem. Est enim quorūdā cōtemplatio humilis, quorūdam deiecta. Humilis sanctorum, abiecta peccatorum. Sancti autem quo magis proficiunt, eo maiori onere vanitatis fatigantur, & sic ad altiora se erigunt, vt quādoq; inuiti & ad inferiora trahantur. Si enim virtus proficit, seruat humilitas, si onera, vanitas est. Scitis fratres qualē necesse est vt sustineat pugnam mens proficientis, ne fauor humanus subrepat, ne dissoluat adulatio: ne cor ambitu intumescat. At illi qui quod notum est Dei, notum est illis qui inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, conspiciunt, euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorum, & à monte contemplationis ceciderūt in vallem erroris. Ideo mutauerūt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, quadrupedū & serpentium. Et si scire volueris quo isti dignisunt onere, audi, & sequitur: Propter quod tradidit eos. Deus in desideria cordis eorum, & in passionibus ignominie, & tradidit eos Deus in reprobū sensum. Sed & illi, qui scientia scripturarum vel doctrina celesti, intentione non recta, puta ad laudes hominum, vel ad temporale lucrum retorquētur, ad vallem visionis pertinere noscuntur, vt scientia visionem, vallis intentionem significet.

Ad Ro. 1. c

F

Quos omnes quale penæ pondus expectet, propheticus sermo declarat.

De onere Tyri. Sermo X.

Cap. 23. Tyrus Sors, vrbulatio, obsidio.

Sequenti loco ponitur Tyri onus, quod nomē angustia interpretatur, cuius onus est in amaritudine penitentie, in labore continentie, in corporali aegritudine. Quid enim: Nūne oneris est in hac corporali exercitatione, vel disciplina regularis obseruatione: Quid in labore continentie? Quid la bonosius, quid dfficilius, quid periculosius seruat: quid facilius amittitur? Et est alia quadam cordis angustia, quam facit amor

fui, cui contraria est cordis latitudo, quam facit amor Dei, & proximi. Amor autē sui ex propria voluntate procedit. Qui igitur amat propriam voluntate, oneri illi est voluntas aliena, & ideo, quæ sua sunt querit, non quæ aliorum. Ad omnia quæ sibi voluntas propria suggerit, prometus; ad ea, quæ sibi iniunguntur, piger, & tardus. De talibus dicit apostolus. Erunt homines seipsos amantes. Qui profecto pondus penæ, quod in onere Tyri scribitur, non euadent.

De onere iumentorum austri. Sermo. I X.

Vltimum onus est iumentorum austri. Auster, qui ventus est calidus, signat spiritum sanctū, sicut habes in Cantico Canticorum. Surge aquilo, & veni auster, perfla hortum meū: Felix anima, quæ huius austri iumentum est, quæ freno moderationis huius regitur, quæ in omnibus eius subditur voluntati. Felix plane anima, cui Spiritus Sanctus presidet, & oia opera eius dirigit, cogitationes eius disponit, motus ordinat, moresq; cōponit. De talibus, scriptum est. Vbiq; que erat impetus spiritus, illuc gradiebatur, & ambularet. De quibus propheta. Via fecisti in mari equis tuis. Huius iumētū austri Paulus erat qui dicebat. Non spiritus huius mundi accepimus, sed spiritū, qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. Et videte, quō iumentum austri, vbiq; regitur freno presidētis. Prohibetur à spiritu, ne in Asia prædicet, monetur à spiritu, vt Macedonia iam visitet: incitatur à spiritu, vt Atheniensibus euāgelizet: alligatus spiritu, Hierosolymā properat. Vides, quō insidens ei Spiritus sanctus quasi iumētō suo, nunc stringit habenas, ne eat, quo vult, nunc vrget calcariis, vt eat, quo spiritus vult. Quid putamus filij mei? Nihil ne oneris portant hmōi iumenta? Sed iumenta austri sunt, ideo onerantur ab austro. Quali onere inquit? Audi apostolum: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. In hac itaque caritate, quale onus sustinuit apostolus ipse dicat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et iterum. Tristitia mihi magna est, & cōtinuus labor, pro fratribus meis secundū carnem. Ille igitur quō iumentum est austri, oneratur aliena infirmitate oneratur aliena iniquitate, oneratur

Post inii- rium ca. 30. Isa. iumēto- rum au- stri, vel meridiei Cat. 4. c. Eze. 1. c. G. Aba. 3. c. 1. c. 2. c.

Ad Rom. 5. n. 2. Cor. 11 g. Rom. 9.

ratur aliena necessitate, & peruersitate.

*Onera
sufficitur.*

Onus est esuries pauperis, oppressi, inopis, miseria egrotantis, oratano proficientis, carnis deficientis. Onerauerat, & cum plebis tribulatio, orphanoium desolatio, viduarum gemitus, afflictio captiuorum. Nonne beatissimus Paulus quasi hoc onere pressus, à secretis caelorum descendit ad cubile in sinuorum? Sed & vos fratres, qui fugistis ab aquilone de medio Babylonis, & iam habitatis in terra austri, alter alterius onera portate, & sic ut iumentum austri, adimplebitis legem Christi. Certe non est iumentum austri, qui portare negligit onus fratris sui, iunimitates, & morum, & corporum, quas in istis oneribus, ut potuimus, commemorauimus. Præterea fratres per iumenta austri, possumus eos significatos dicere, qui dona Spiritus sancti non per meritum, sed per officium sortiuntur, sicut sunt prophetia, curationes, & cetera huiusmodi. Quos ordinant, ordinantur: maledicuntur, quos maledicunt, quos benedicunt, benedicuntur, ligantur, quos ligant: & quos absolunt, absoluntur, ita tamē si hæc oia secundum leges Ecclesie, non secundum animæ impetum faciunt. Hinc est, quod Balaam populo Dei benedixit: quod Caiphas pessimus prophetauit, quod Iudas pessimus sicut ceteri Apostoli, miracula fecit. Hinc est, quod multi venient in illa die dicentes: Nonne in nomine tuo prophetauimus, & signa multa fecimus? Et tunc confitebor illis ait Dominus, quia non noui vos. Hi tales non homines dicendi sunt, sed iumenta, qui Domino Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri: qui tetrena cupiunt, & celestia contemnunt. Hi nimirum illo onere miserabiliter punientur, quod quibusdam iumentis austri Isaias terribiliter intentat.

*Matth.
7.c*

Frangimus, ut potuimus panem istum hordaceum, sed quia festinauimus inter frangendum, plurima nobis ceciderunt fragmenta. Vos igitur, qui ociosi estis, quos Christus ab his occupationibus seruauit immunes, colligite, quæ superfuerant, fragmenta, ne pereant. Inspiciat vnusquisque seipsum. Videat, & quod onus sustineat: ne si futurum sustinere formidet. Si sub onere Babylonis est, derestetur illud, & abiciat, ne si fuerit conformis operibus eius, à pœnis eius non sit immunis. Sub onere Philistinum videat, ne petitionibus eorum inebrietur, eisque fiat similis in culpa, futurus eis similis in pœna. Quod si sub onere Moab se senserit labora-

*Inuitat
ad diffusionem
præsentis argumēti.
Epilogus
exhortatorius.*

Reg.

re, satagat sic necessitatibus corporis indulgere, ne Nabuzardan muros destruat Hierusalem: nec sic ei satisfaciatur, ut cum illo in æternum ardeat. At si onus Damasci humerum presserit, caueat ne ipse sibi manus iniiciat: & ita seminans in carne metat corruptionem: Sanè si onus Aegypti incubuerit, abiciat opera tenebrarum, & armis lucis induatur, ne si hic interioribus tenebris mentem libens, tradiderit, quædam que in exterioribus nolens crucietur. Porò si onus deserti maris: malis eum persequutionibus infestauerit, non deficiat, nec frangatur, ne quod ipsi iniecerint per malitiam, ille per impatientiam patiatur. Si autem onus Duma, id est, silentij fecerit impatientem, vel pudor & confusio obstruxerit confessionem caueat pondus pœnæ, quod talibus silentibus propheta intetatur. Verum si onere Arabia pressus mortem timuerit, secundum naturam sese habeat ut eam non timeat propter conscientiam, ne non solum ab Arabia prematur, sed insuper cum Arabia æternæ damnationis onere comprimatur. Præterea ut sub vallis visionis onere suspirans contra vanitatem pugnauerit, caueat, ne à monte contemplationis cadat in valem erroris, eo utiq; onere obruendus, quod in onere vallis visionis propheta describit. At si sub onere Tyri ob presentes labores, & dolores mentem pusillanimitas in desperationem deiecerit, caueat præ omnibus propriæ voluntatis angustiam, ut corde dilatato per omnes huius vitæ angustias grananter incedat, & sic æternum miseræ pondus, quod Tyro intentatur, cuadat. Postremo, si sub onere iumentorum austri affectus tædio defecerit: cogitet sciatque, quia si onus caritatis abiecerit, onus damnationis non numerum sustinebit. Credo quod non vacet à mysterio, ipse onerum ordo, nec sine causa primo locoponitur onus Babylonis, secundo Philistinum, & sic de ceteris. Si enim prius à cordibus nostris, non fuerit expulsa cupiditas, quæ onus Babylonis, & radix omnium scietur esse malorum: nec cetera onera declinare vel vincere, nec ad virtutem progredi summam, vlla ratione poterimus. Fit autem ista cupiditatis exclusio, vel in his qui sæculo pleue renunciant, vel qui sic vtuntur hoc mundo, tamquam non vtiuntur: vel tamquam nil habentes, & omnia possidentes. Cupiditate autem deuicta vel exclusa, iam non est nobis collectatio aduersus car-

*magis ab
ordine us
sionum
petit.*

*L
1. Tim.
6.b
1. Cor.
7.e*

Eph. 6.b

INCIPIT PRAEFATIO S. BERNARDI ABBATIS in vitam S. Malachia Episcopi.



Imper quidem opera pretium fuit, illustres sanctorum describere vitas, ut sint in speculum, & exemplum, ac quoddam veluti condimentum vita hominum super terram. Per hoc enim quodammodo apud nos etiam post mortem viuunt, multo. q. ex his, qui viuentes mortui sunt, ad veram prouocant, & reuocant vitam. Verum nuni maxime id requirit raritas sanctitatis, & nostra plane etas inops diuorū.

Quanti sane inopia super nos adeo inualuisse sentimus, ut nulli sit dubium illa secretia nos feri- **Matth.**
ri: Quonia abudauit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Et ut suspicor ego, aut praesto, aut **24. b**
prope est, de quo scriptum est: Facies eius precedet egestas. Ni fallor, antichristus est iste, quē fa-
mes, ac sterilitas totius boni, & praet. & comitatur. Siue igitur nuncia iam praesentis, siue iam
iamma. affuturi praenuncia, egestas in euidenti est. Taceo vulgus, taceo vile filiorū huius saeculi **B**
multitudine, in ipsas Ecclesia columnas volo oculos leuare. Quē mihi ostēdas, vel de illorū nu- **Matth.**
mero, qui videtur dari in lucē gentiū, nō magis de sublimi fumantē, quā flāmantē? Et si lu- **6. c**
mē q. in te est, inquit, tenebrae sunt, quanta sunt tenebrae? Nisi tu illos forte (q. nō credo) lucere
dixeris, qui quae sūt aestimant pietatē, qui in hereditate Dñi non qua Dñi, sed magis, qua sua
sunt quaritāt. Quid dico, qua sua sunt? Perfectus sit, & sanctus et sua quarēs, sua q. retinēs,
si ab alienis cor, manusq. contineat, meminerit tñ qui sibi, vsque huc fortē peruenisse videtur,
eundē exigi sanctitatis gradū, & ab ethnico. An non milites suis iubentur conuenti fore sti-
pendijs, ut salui fiant? Magnū vero Ecclesia doctōri si sit sicut vnus militū, aut certe (q. ad
illorū improprium propheta loquitur) sicut populus, ita & sacerdos fuerit. O deformitatem! **Isa. 24.**
Itane summus merito reputandus erit, qui à summo corruens gradu, harebit vix infimo, ne a
abyssō absorbeat? Quā rarus tamen iste ipse in clero. Quē itē das mihi contentum necessa-
rijs, contemptorē superfluorū? Lex est tamen praefixa ab Apostolis, apostolorū successoribus. Vi-
dēt, & vestitum habentes, inquit, his contenti simus. Vbi forma hac? In libris cernimus **1. Tim.**
sed non in viris. Habes vero de iusto, quia lex Deceius in corde ipsius, & non in codice. Nec **6. b**
perfectiōnis is gradus. Perfectus carere ei necessarijs paratus est? At gratis istud: Vtinam su- **Pf. 36. f**
perfluis ponatur modus, utinā non cupiamus in infinitū. Sed quid? Forte reperias, qui hoc pos-
sit id quidē difficile, sed vide quid egimus. Quare tamus virum optimū, multorū liberatorem,
& ecce laboramus in inueniēdo, qui seipsum saluum facere possit. Optimus hodie est, qui non
est nimis malus. Vide quoniam a terra defecit sanctus, videor mihi non supernacue ex his, qui
empti sunt de terra reuocare ad medium. Malachia Episcopum, virū vere sanctū, & nostro-
rum quidem tēporum singularis sapiētia, & virtutis. Iste erat lucerna ardens, & lucens, nec
extincta est tamen, sed submota. Quis mihi iure succenseat, si re admouero eā? Imo vero nō est,
quod mihi ingrati esse mei saeculi homines debeant, & omnis deinceps generatio vētura, si quē
conditio tulit, reuocem stilo, si mundo restitua, quo dignus non erat mundus; si seruē memo-
ria hoīum hominū, cuius memoria in benedictione sit oibus, qui legere dignabuntur si me ex-
citante amicum dormientem, vox turturis audita fuerit in terra nostra dicēs. Ecce ego vobis
tūc omni diebus, vsque ad consummationē saeculi. Deinde sepultus apud nos est, nobis
specialiter hoc opus incūbit. Quid, q. me inter speciales amicos sanctus ille habebat, & eo loci,
ut nulli in hac parte gloria, secundum fuisse me credam? Nec mercede vacat mihi tāta fami-
liaritas sanctitatis. Primitias iam accepi. In extremis positus erat, imo in principijs, iuxta il-
lad, Cū consummatus fuerit homo, tunc incipit. Accucurri ego, ut benedictio morituri super
me veniret. At ille cū iam mētra alia mouere nō posset, fortis ad dandā benedictionē eleuatis
sanctis manus super caput meum benedixit mihi, & benedictionem hereditate possideo, &
quomodo ego illum silere queam? Postremo tu id mihi Abbas Congane iniungis, reuerendus
frater, & dulcis amicus meus, ac tecum pariter (ut ex Hybernia scribis) vestra illa omnis Ec- **D**
clesia sanctorum. Libens obediō, praesertim quod non eloquium exigitis, sed narrationem. Da-
bo vero operam, ut ea sit pura, & luculenta, deuotos informans, fastidiosos non onerans. Sane
narrationis veritas secunda apud me est, intimata à vobis, haud alia proculdubio protestanti-
bus, quā quae certissime comperta sunt vobis.

Explicit Praefatio

INCIPIT VITA S. MALAC HIAE EPISCOPI
A BEATO BERNARDO EDITA.



Malachias noster ortus Hybernia de populo barbaro, ibi educatus, ibi litteras edoctus est. Ceterum de natali barbarie traxit nihil, non magis, quam de sale materno pisces maris. Quam vero suaue, quod inculta nobis barbaries tam virbanum protulit ciuem sanctorum, & domesticum Dei. **E** Qui producit mel de petra, oleumq. de saxo durissimo, ipse fecit hoc. Parentes tamen illi fuere genere, & potentia magni, iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. At mater mente, quam sanguine generosior, satagebat in ipso initio viarum suarum notas parvulo facere vias vitae, hanc pluris illi existimans ventosa scientia litteraturae secularis. Ad vtramq. tamen huic non defuit ingenium pro aetate. In scholis litteras, domitium Domini docebatur, & quotidianis profectibus respondebat ambobus satis magistro, & matri. Nempe à principio spiritum fortitum est bonum, per quem erat puer docilis, & amabilis valde, mire admodum omnibus per omnia gratiosus. Bibebat autem pro lacte de pectore materno aquas sapientiae salutaris, & fiebat in dies seipso prudentior. Prudentior dicam, an sanctior? Vtrumque si dixerò, non me poenitebit, veritatem enim dicam. Agebat senem moribus annis, puer, expers lasciuiae puerilis. Cumque ex hoc cunctis esset reuerentiae, & stupori, non tamen inde, vt assolet, insolentior inueniebatur, sed magis quietus, & subditus in omni mansuetudine. Non impatiens magistrorum, non fugitans disciplinae, non lectionis fastidiens, non ludorum denique appetens, quod vel maxime illa aetas dulce, ac familiare habere solet. Et proficiebat supra omnes coetaneos suos in ea quidem litteratura, quae illi competeat aetati. Nam in disciplina morum, profectusq. virtutum, etiam super omnes docentes se in breui enituit, non tam matre, quam vntione magistra. Hac sollicitante haud segniter, & in diuinis exercebatur, **F** petere fecerunt, anticipare vigilias, meditationem in lege, vesper parcius, orare frequentius. Et quia Ecclesiam, frequentare nec vacabat propter studium, & pro verecundia non licebat leuare paras manus in omni loco,

ubi tamen secreta id posset, iam tunc siquidem cautus fuit declinare virus virtutum, inanem gloriam. Est vicus propere ciuitatem in qua discebat puer, quo magister eius frequenter pergere solitus erat ipso solo comite. Illo euntibus ambobus pariter ipse (at postea referebat) retrahebat pedem, sistebat gradum, & stans à tergo magistrum, illo quidem non comperiente, expansis ad caelum manibus raptim quodammodo, ac veluti iaculatam emittebat orationem, & sic ammansans, magistrum denuo sequebatur. Istiusmodi pio furto puer saepius eludebat comitem pariter, & magistrum. Non est dicere omnia, quae eius principia colore bonae indolis decorauere, ad maiora, atque vtiliora currentem. Vnum tamen refero adhuc, quod hoc meo quidem iudicio non modo bonae, sed & magnae in puero dederit insignae spei. Excitus aliquando opinione cuiusdam magistrum (erat enim famosus in disciplina, quas dicunt liberales) adiut illum discendi cupiditate. Quippe extrema iam puertitia captans ad eas litteras anhelabat. Intrans vero domum vidit virum luculentem subula, crebrisq. sulcantem traibus nescio quo notabili modo parietem. Et solo visu offensus puer serius, & leuitate redolens, resiliuit ab eo, ac deinceps illum, nec videre curauit. Ita cum esset studiosissimus litterarum praehonesto tamē spreuit eas virtutis amator. Tali quodam praeludio, puer preparabatur ad eum, qui se manebat in fortiori aetate conflictum, iamq. ipse aduersarium pro-uocabat. Est Malachiae quidem puertitia sic erat. Porro adolecentia simili transiit simplicitate, & puritate, nisi quod crescente aetate crescebat simul illi sapientia, & gratia apud Deum, & homines.

Hinc iam, id est ab ineunte adolecentia eius, cepit manifestius apparere quid esset in homine, & gratia Dei in illo vacua non videri. Videns enim industrius adolecens, quam in maligno mundo positus sit, & cogitans qualem spiritum accepisset dicebat intra se. Non est spiritus huius mundi iste. Quid isti & illi? Non est societas alteri ad alterum plus, quam luci ad tenebras. Mēs ex Deo est, & suo, quae in illo donata sunt mihi. Inde mihi internum adhuc innocetia vitae, inde cōmē-

tizæ decus, inde iustitiæ fames, inde quoque
 illa eo securior, quæ secretior: gloria mea
 est testimonium conscientiæ meæ. Nil horum
 mihi tutum sub principe mundi. Dein
 de habeo thesaurum hunc in fictili vase. Ve-
 rendum ne impingat, & frangatur, & effun-
 datur oleum lætitiæ, quod porto. Et quidem
 non impingere inter saxa, & scopulos di-
 stititæ, & an fractuosa viæ, & vite huius, dif-
 ficilissimum. Itane in momēto perdam simul
 omnes, quibus ab initio præuentus sum be-
 nedictionis dulcedinis? Resigno illi potius
 à quo sunt, & me pariter. Et ego enim ip-
 sius. Perdo ipsam ad tempus animam meam,
 ne perdam in æternū. Et quod sum, & quæ
 habeo omnia; vbi mihi æquæ salua, vti in
 manu auctoris? Quis ita ad seruandum sol-
 licitus, ad retinendum potens, ad restitu-
 endum fidelis? Seruabit tuto, restituet oppor-
 tune. Sine retractione meo ad seruandū
 illi de donis suis. Non potest mihi perire
 ex omnibus, quæ in opus pietatis expend-
 ero. Forte & sperare plus aliquid licet. Solet
 reddere cum vsura, qui dat gratis. Ita est,
 etiam cumulat, & multiplicabit in anima
 mea virtutem. Hæc cogitauit, & fecit, sciens
 absq; facto vanas esse cogitationes homi-
 num. Erat homo in ciuitate Ardinacha, ip-
 sa est, qua altius est Malachias, & homo il-
 le sanctus, & austeræ admodum vitæ, inexo-
 rabilis castigator corporis sui. Cessam habes
 juxta Ecclesiam, in ea manebat, ieiunijs, &
 orationibus seruans die, ac nocte. Ad
 hunc se contulit Malachias, formam vitæ
 accepturus ab eo, qui viuum se tali damna-
 uerat sepultus. Et vide humilitatem. A pri-
 ma uia græte in sancta arte magistrum (quod
 dubium non est) habuerat Deū, & ecce fa-
 cilius est denuo discipulus hominis, homo mi-
 tis, & humilis corde: Si nesciebamus, hoc
 et tunc nobis ipse probauit. Legat hoc, qui
 dicere, quæ non didicere, conantur, discipu-
 los sibi coacervantes, qui nunquam discipu-
 li extitere, cæci duces cæcorum. Malachias
 doctus à Deo, doctorem nihilominus qua-
 siuit hominem, & quidē caute, & sapienter.
 Quid simile quæso asserre quibat in quo
 æquæ daret, caperet, & experimentum pro-
 fectus sui? Si Malachiæ exemplum eis pro-
 minimo est. Pauli opus attendant. Nonne
 euangelium suum, quod non ab homine ac-
 ceperat, sed à Christo, cum hominibus ta-
 men censuit conferendum, ne forte in ve-
 cum curreret, aut cucurrisset? Vbi ille se-

curus nō est, nec ego. Si quis hoc scit, vide-
 rit ne non tam securitas sit, quàm temeritas.
 Sed hæc alterius temporis. Nunc vero
 sonuit in ciuitate, quod factum est, & com-
 mota est vniuersa ad inopinatā nouitatem.
 Stupebant autem omnes, & virtutem mira-
 bantur, eoque amplius, quo minus vsitatā
 in gente fera. Videres tunc reuelari ex mul-
 torum cordibus cogitationes. Plerique hu-
 mano affectu pensantes factum plāgere, &
 dolere, quod dilectus omnibus, delicatusque
 adolescens duris se adeo laboribus manci-
 passet. Alij suspicati leuitatem propter æta-
 tem, diffidere de perseuerantia, timere de
 casu. Nonnulli temeritatem causantes, indif-
 gnari, & fremere in eum, quod supra ætatē, &
 vires inconsultè rem arduā fuisset aggressus.
 Verum ille sine consilio egit nihil. Nam
 habuit consilium à propheta qui ait: Bonū
 est homini si portauerit iugum ab adolescē-
 tia. Et addidit. Sedebit solitarius, & tacebit, quia
 leuauit se supra se. Sedebat sibi iuuen-
 culus secus pedes Ymarij, hoc. n. nomen viro.
 & aut discebat obedientiam, aut fe didicis-
 se docebat. Sedebat vt quietus, vt mansue-
 tus, vt humilis. Sedebat, & tacebat sciens se-
 cundum prophetam, cultum iustitiæ esse si-
 lentium. Sedebat vt perseuerans, tacebat vt
 verecundus, nisi quod suo illo silentio in
 Dei auribus loquebatur cū sancto David.
 Adolescens sum ego, & contemptus, iu-
 stificationes tuas non sum oblitus. Et sede-
 bat interim solitarius, quia & sine socio, &
 sine exēplo. Quis. n. ante Malachiam distri-
 ctissimum viri propositum vel cogitaret at-
 tentare? Nempe mirabile omnibus habeba-
 tur, non imitabile. Malachias imitabile per-
 suasit, sedendo duntaxat, & tacendo. Intra
 paucos dies habuit imitatores non paucos,
 prouocatos exemplo sui. Ita qui primo so-
 litarius sedit, & vnicus patris sui, fit iam v-
 nus ex multis, fit ex vnginito primogeni-
 tus in multis fratribus. Et vt prior in con-
 uersione, ita in conuersatione sublimior: &
 qui ante omnes venit, omnium iudicio su-
 pra omnes eminuit in virtute. Et dignus vi-
 sus est episcopo pariter, & magistro vt ad
 diaconi gradū promoueretur. Et coegerunt
 eum. Hinc iam Leuita Domini publice se
 ad omne opus pietatis accinxit, plus vero
 ad eas res, in quibus aliqua iniuria videretur.
 Denique cura erat ei maxima in sepe-
 liendis defunctis pauperibus quod hoc sibi
 non minus humilitatem saperet, quàm hu-

K
 Thr. 3. d.
 Ibidem.

manitatem. Nec defuit nouo nostro Thobia rediuiua à muliere tentatio, imò à serpente per mulierē. Germana eius indignitatē (vt sibi videbatur) officij exhorrēs, quid facis (inquit) ò infane? Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et hoc illi quotidie exprobrans ingerebat, sed respondebatur mulieri stultæ iuxta stultitiam suam: Misera tu eloquij casti vocē tenes, sed virtutē ignoras. Ita ministrū ad quod coactus accesserat, deuotus tenuit, indefessus exercuit. Unde, & cōsuerunt etiam sacerdotale officium imponendum illi. Et factū est ita. Erat autē cū sacerdos ordinatus est, annos natus quassiginti quinq; In qua eius vtraq; ordinatione si quid præter canonū formā processisse videretur, vt vere videretur (siquidem infra vicessimū quintum annū Leuiticū ministerium intra tricessimū adeptus est sacerdotij dignitatem) donandum sane tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati. Ego vero istud nec in sancto redarguēdum, nec vsurpandum consulo ei, qui sanctus nō fuerit. Nec contentus episcopus etiam vices suas commisit ei, seminare sēmen sanctum in gente non sancta, & dare rudi populo, & sine lege viuenti, legem vitæ, & disciplinæ. Suscepit ille mandatum in omni alacritate, sicut erat spiritu feruens, nec talentis incubans, seu inhians lucris. Et ecce linguæ sarculo cœpit euellere, destruere, dissipare: de die in diem factitans praua in directa, & aspera in vias planas. Exultabat vt gigas ad discurrendum vbique. Diceres ignē vrentem in cōsumendo criminum vepres, diceres securim vel asciam in deiiciendo plantationes malas, extirpare barbaricos ritus, plantare ecclesiasticos. Veterinosas omnes (neque enim pauca inueniebantur) abolebat superstitiones, seu qualibet vbicumque deprehēdisset malignitates immixtas per angelos malos. Deniq; quidquid incompositū, quidquid indecorum, quidquid distortum obuium habuisset, nō parcebat oculos eius, sed velut grandio grossos è scibus, & sicut puluerem ventus à facie terræ sic coram facie sua eiusmodi nitebatur totum pro viribus exturbare, ac delere de populo suo. Et pro his omnibus tradebat iura cælestia, optimus legislator. Lege dabat plenas iustitias, plenas modestiæ, & honestatis. Sed & apostolicas sanctiones, ac decreta sanctorū patrum, præcipueque consuetudines sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in cunctis Ecclesijs sta-

tuebat. Hinc est quod hodieque in illis ad hæras canonicas castatur, & psallitur, iuxta morem vniuersæ terræ: nam minime id ante fiebat, ne in ciuitate quidem. Ipse vero in adolescentia cantum didicerat, & in suo cœnobio mox cantari fecit, cum necdum in ciuitate seu in episcopatu vniuerso cantare scirent, vel vellent. Deinde vsum saluberrimum confessionis, sacramentum cōfirmationis, contractum coniugiorum, quæ omnia aut ignoabant, aut negligebant, Malachias de nouo instituit. Et de his ista pro exemplo sufficiant. Nam & per totum historiarū textum breuitatis studio plurima præterimus.

Cum esset illi studium, & zelus maximus circa cultum diuinorum, & venerationem sacramentorum, ne forte de his aliquid constitueret, vel doceret secus, quā ritus haberet vniuersalis Ecclesiæ: subiit animum adire episcopum Malchum, qui se plenus de omnibus informaret. Hic erat fenex plenus dierum, & virtutum, & sapientia Dei erat in illo. Natione quidem Hybernus, sed in Anglia conuersatus fuerat sa habitu, & propolito monachali, in Vintoniensi monasterio: de quo assumptus est in episcopum in Mesmor ciuitatem Mumonie & ipsa nobilior inter ceteras regni illius. Ibi tanta ei desuper collata est gratia, vt nō modo vita, & doctrina, sed & signis claret. Quorum duo pono exempli causa, vt omnibus innotescat qualem in scientiarū sanctorum Malachias habuerit præceptorem. Puerum mente captum ex his, quos lunaticos vocant, inter confirmandum sacra vntione sanauit. Hoc ita notum certumque fuit, vt illum mox constituerit ostiarium domus suæ, vixitque idem puer incolumis in eo officio vsque ad virilem ætatem. Surdo auditum restituit, in quod idem mirabile quiddam cōfessus est, quod cum sanctus ytriue auriculæ hinc inde digitos immisisset, duos quasi porcellos ex ipsis exire senserit. Pro his atque huiusmodi fama crebrescente, nomen grande adeptus est, ita vt ad eum Scoti, Hyberni que confluere, & tamquam vnus omnium pater ab omnibus coleretur. Ad hunc ergo Malachias accepta benedictione patris Iuanij, & ab episcopo missus, cum prospere peruenisset, benigne à fene susceptus est. Qui annos aliquot cū eo mansit, vt per hanc repositis morā hauriret plenius de pectore veterano.

rano, sciens scriptum, quia in antiquis est sapientia. Sed nec hoc quoque ad causam defuisse reor, quod magnus ille professor vniuersorum voluit seruum suum Malachiam in loco tam celebri notum fieri omnibus, qui erat omnibus profuturus. Nec enim poterat non esse gratus, cui cumque notus fuisset. Denique vnum interim accidit, per quod ex aliqua parte, quod notum Deo erat in illo, manifestum fecit hominibus. Inter regem Munoniam quae est Hyberniae pars australis, & germanum eius, orta similitate, & fratre facto superiore rex pulsus regno confugit ad episcopum Malchum, non tamen ut opem eius regnum recuperaret, sed magis princeps deuotus dedit locum irae, & necessitatem in virtutem conuertit priuam eligens ducere vitam. Cumque episcopus regem suscipere debito honore pararet, abnuuit ille, se male, inquit, tamquam vnum ex illis esse pauperibus fratribus, qui illi adhererent regium fastum deponere, & communi paupertate fore contentum, expectare potius Domini voluntatem, quam per vim recipere regnum, nec velle pro suo honore terreno sanguinem humanum effundere, qui contra se clamet ad Deum de terra. Quo audito exultat episcopus, & admiratus deuotionem satisfacit vocem. Quid plura? traditur regi paupercula domus ad habitandum, & Malachias in magisterium, ad victum panis cum sale, & aqua. Porro ad delicias sufficiebat regi Malachiae scientia, vita, & doctrina, ita ut diceret ei: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ad haec per singulas noctes lacrimis suis stratum suum rigabat, sed & quotidiano aquae frigidae balneo male calentem extinguebat in carne libidinem. Et orans rex cum rege dicebat: Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Et non amouit Deus orationem eius, & misericordiam suam ab eo. Et exaudiva est oratio eius: et sic secus quam intenderet ipse. Nam is quidem sollicitus erat pro anima sua, sed vindex innocentiae Deus, hominibus ostendere volens, quoniam sunt reliquiae homini pacifico, parabat interim facere iudicium iniuriam patienti, quod ille penitus non sperabat. Et suscitauit Deus spiritum vicini regis, neque enim vnum est Hyberniae regnum, sed diuisa in plura. Hic itaque videns quae facta sunt, repletus est zelo, & hinc quidem indignans praedonum libertati, & insolentiae superbo-

rum, inde vero miserans regni desolationem, & regis deiectionem, descendit ad cellulam pauperis. Suadet reditum, sed non persuadet. Instat tamen, spondet opem, de effectu non diffidere monet, Deum assuturum promittit, cui non poterunt resistere omnes aduersarii eius. Proponit etiam oppressionem pauperum, patriaeque vastationem, & non proficit. Ceterum accedente mandato episcopi, & Malachiae consilio, de quibus ille pendebat totus, vix tandem acquiescit. Sequitur rex regem, & iuxta verbum regis cut fuerat voluntas in caelo, tota facilitate pulis praedonibus reducitur homo in suam exultationem suorum, regnoque restituitur suo. Die et ex tunc rex ille, & semper reuerentus est Malachiam, eoque propensius quod plenius in sancto viro digna veneratione, & amore competere. Cuius enim tantam meruit in sua aduersitate familiaritatem, sanctitatem ignorare non potuit. Propterea magis in sancto viro prosperitate perpetuis illi amicitijs, deuotis que colebat obsequijs, & libenter audiebat eum, & audito eo multa faciebat. Et de his satis. Verum tamen non fortuito factum reor, quod non iam tunc magnificauit cum Dominus in conspectu regum, sed quia vas electionis sibi erat ille, portaturus nomen suum coram regibus, & principibus.

Morta est interim soror eius illa, quam praefati sumus. Nec praetereunda visiones, quas vidit de ea. Huius siquidem factus carnalem exhorruerat vitam, & tanto zelo, ut se deuouerit non visurum eam in carne viuentem. At illa carne soluta, solutum est votum, & coepit videre in spiritu, quam in corpore noluit. Quadam nocte audiuit per somnium vocem sibi dicentis sororem eius itare foras in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil gustasse. Qui euigilans cito intellexit cuius escae inedia marceret, & diligenter discusso numero dierum, quem audierat, ipsum esse reperit, ex quo pro ea panem de caelo viuum non obtulisset. Tum ille, qui sororis non animam oderat, sed peccatum, beneficentiam quam interim miserat, rursum adoritur. Neque id frustra. Non multum post visa est illi peruenisse ad limen Ecclesiae, necdum tamen posse intrare, apparere etiam in veste pulla. Cumque ille perseveraret curans ne qua die soluta stipe frustraretur, secundo vidit eam in veste subcandida admissam qui-

Pf. 118.
Ibid. 6.6

Ibid. 24.

quidem intra Ecclesiam, sed altare cōtingere non permitti. Tertio tandem visa est aggregari cœtui candidatorum & in veste cādida. Vides lector quantum valeat deprecatio iusti assidua: Vere regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nonne tibi videtur Malachia oratio vicem quodammodo effractoris exhibuisse cælestibus portis, quando peccatrix mulier fraternis obtinuit armis, quod suis meritis negabatur? Hæc vim Iesu bone, tu qui pateris, facis, validus, & pius ad saluandum, faciens misericordiam, & potentiam in brachio tuo, & in sacramento tuo seruans sanctos, qui in terra sunt vsque in consummationem sæculi, Hoc plane sacramentum potens est peccata consumere, debellare obuias potestates, in ferre cælis reuertentes de terra.

F

ET Dominus quidē in regione Lesmourensi sic præparabat dilectum suū Malachiam ad gloriam nominis, sui. Verum qui miserant eum minime iam ferētes absentiam eius, missis epistolis reuocant illū. Quo reddito suis, & quidem instructiore de omnibus, quæ oportebat: en opus à Deo paratum, & seruatum Malachia. Vir diuus & potens, qui locum Bèchor, & possessiones eius tenebat, inspiratus a Deo confestim in manu eius sua omnia dedit, & se quoque. Et is auñculus eius, sed Malachia spiritus, quàm carnis propinquitas plaris fuit. Ipsum quoque locum Bèchor tradidit ei principis vt ædificaret ibi monasterium, vel potius reædificaret. Nempe nobilissimum extiterat ante sub primo patre Congello, multa milia monachorum genuerat, multorum monasteriorum caput. Locus vere sanctus, fecundusque sanctorum copiosissime fructificans Deo, ita vt vnus ex filijs sanctæ illius congregationis nomine Luanus, centum solus monasteriorum fundator extitisse feratur. Quod idcirco dixerim, vt ex hoc vno concijciat lector, quàm ingens fuerit reliqua multitudo. Denique ita Hyberniam, Scotiamque repleuerunt genimina eius, vt ea potissimum tēpora Dauidici illi versiculi præcinnuisse videantur. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in stillicidijs eius lætabitur germinans. Et in hunc modum ceteri, qui sequuntur. Nec modo in præfatas, sed in

Ps. 64. a

exteras etiam regiones, quasi inundatione facta in se sanctorum examina effuderunt. E quibus ad has nostras Gallicanas partes sanctus Columbanus ascendens Lexouiese cōstruxit monasteriū factus ibi in gentē magnam. Aiunt tam magnam fuisse, vt succedentibus sibi vicissim choris continuaretur solemnia diuinorum, ita vt nec momentum quidem diei, ac noctis vacaret à laudibus. Hæc de antiqua dicta sint Bèchoris monasterij gloria. Hoc olim destructum, piratis, ob insigne dignitatis antiquæ Malachias veluti quemdam replētaturus paradysum amplexus est, & quia multa corpora sanctorum ibi dormirent. Nam vt tacita illa quæ in pace sepulta sunt, ferunt nongentos simul vna die à piratis occisos. Erat quidem ingens loci illius possessio, sed Malachias solo contentus loco sancto, totas possessiones, & terras alteri cessit. Siquidem à tēpore, quo destructum est monasterium, non desuit, qui illud teneret cum possessionibus suis. Nam & constituebantur per electionem, etiam & Abbates appellabantur, seruantes nomine (etsi non re) quod olim extiterat. Cumque suaderent multi non alienare possessiones, sed totum simul retinere sibi, non acquieuit paupertatis amator, sed fecit eligi iuxta morem qui eas teneret loco (vt prædiximus) retento sibi & suis. Et fortassis cōstultius (vt post apparuit) integrū retinisset, si non magis suæ prospexit humilitati quam paci. Itaque ex mandato patris Imarij assumptis secum decem circiter fratribus, veniens ad locum cepit ædificare. Vbi quadam die cum in securi ipse feceret, casu ex operarijs, vnus illo vibrante in aera securim, locū incaute occupauit, quo scetus destinabatur, & cecidit super spinam dorsi eius, tanto utique impetu, quanto ille conatu impingere valuit. Corruit ille, & curre omnes, putantes aut percussum ad mortem, aut mortuum. Et tunica quidem scissa à summo vsque deorsum, homo vero illæsus inuentus est, tam modice, & summatim peritrueta cute, vt vix in superficie vestigium appareret. Stabat homo incolumis quem securis prostrauerat, intuentibus, & stupentibus, qui circumstant. Vnde & facti alacriores, promptiores exinde ad opus inuenti sunt. Et hoc initium signorum Malachie. Porro oratorium intra paucos dies consummatum est de lignis quidem leuigatis, sed apte, firmiterque contextum, opus

H

Scoticum.

Scoticum, pulchrum fatis. Et exinde seruitur Deo in eo sicut in diebus antiquis, simili quidem deuotione, etsi non pari numero. Praesuit Malachias loco illi tempore aliquantulo, parteenario ita constituyente, ipse rector, ipse regula fratrum. Legebant in vita eius quomodo conuersarentur, & ipse ante illos praebat in iudicia, & sanctitate coram Deo: nisi quod praeter instituta communia multa singulariter faciebat, in quibus potius praebat omnes, & aliorum nemo illum poterat ad tam ardua sequi. Eo temporis, & eo loci quidam infirmabatur: cui assistens diabolus & aperte loquens suggerebat ne umquam crederet monitis Malachiae, sed si intraret ad se, cultello eum peteret, & occideret. Quo cognito, qui illi ministrabant, ipso infirmo praesente, verbum perferunt ad Malachiam praemonentes. At ille solita arma orationis arripens, impavidus hostem aggressus, & infirmitatem fugat, & daemone. Erat autem nomen viro, Malachus. Frater est iste secundum carnem Christiani nostri Mellifontis Abbatis: ambo enim superstites adhuc sunt, sibi in spiritu modo germaniores. Nam ille ut liberatus est, continuo non ingratus, loco eodem conuersus ad Dominum, habitum simul, animumque mutauit. Et cognouit fratres malignum inuidere bonis eorum: & edificati, sunt facti de reliquo cautiore.

Clericum nomine Michaellem dysenteria laborantem, & desperate, mittens ei aliquid de mensa sua, eodem loco sanauit. Secundo eundem ipsum grauissima infirmitate correptum, & corpore pariter curauit, & mente. Illico enim adhæsit Deo, & Malachiae seruo eius, timens ne deterius aliquid sibi contingeret, si denuo ingratus tunc inueniretur, & beneficio, & miraculo. Et nunc ut audiuius, praesertim cuidam monasterio sita in partibus Scotiae: & hoc nouissimum omnium, quae ille fundauit. Pro huiusmodi augete in dies, & opinio, & congregatio Malachiae, & grande ei nomen intus, & foris, non tamen re grandius. Nempe ibi demorabatur etiam factus episcopus, quod locus esset vicinus ciuitati.

Vacabat tunc temporis episcopalis sedes in vna ciuitate, & iam diu vacarat, Malachia nolente assentire. Siquidem ipsum elegerant. Persistentibus tamen illis tandem aliquando cessit, accedente ad vniuersam mandato magistris sui, necnon &

metropolitani. Tricesimo ferme aetatis suae anno Malachias consecratur episcopus, in-
 troductur Connereth, hoc enim nomen ciuitatis. Cum autem coepisset pro officio suo agere, tunc intellexit homo Dei non ad homines se, sed ad bestias destinatum. Nusquam adhuc tales expertus fuerat in quantumque barbarie. Nusquam repererat sic proteruos ad mores, sic ferales ad ritus, sic ad fidem impios, ad leges barbaros, ceruicofos ad disciplinam, spurcos ad vitam. Christiani nomine, re pagani. Non decimas, non primitias dare, non legitima inire coniugia, non face-
 re confessiones, poenitentias nec qui peteret, nec qui daret penitus inueniri. Ministri altaris pauci admodum erant. Sed, n. quid opus plurium, ubi ipsa paucitas inter laicos propemodum ociosa vacaret? Non erat quod de suis fructificarent officijs in populo nequam. Nec enim in Ecclesijs, aut praedican-
 tis vox, aut cantantis audiebatur. Quid faceret athleta Domini? Aut cedendum turpiter, aut periculose certandum: sed per-
 storem, & non mercenarium agnoscebat, e-
 legit stare, quam fugere, paratus & animam suam dare pro quibus, si oportuerit. Et quamquam omnes lupi, & oves nullae, stetit in medio luporum pastor intrepidus, omnimodis argumentosus quomodo faceret oues de lupis. Monere communiter, secreto arguere, flere per singulos, nunc asperere, nunc leniter conuenire, prout cuique expedire videbat. In quibus per haec minus profecisset, cor contritum, & humiliatum offerebat, pro eis. Quotiens noctes totas peruigiles duxit, extendens manus in oratione. Et cum venire ad Ecclesiam nolent, per vicos, & plateas occurrebat inuitis, & circueiens ciuitatem perquirebat anhelus quem Christo acquireret. Sed & foris rura, & oppida nihilominus saepius percurrerebat cum sancto illo comitatu discipulorum suorum, qui nunquam deerant lateri eius. Ibat, & erogabat, vel ingratum, caelestis tritici mensuram. Nec vehabatur equo, sed pedes ibat, & in hoc virum se apostolicum probans. Iesu bone quanta passus est pro nomine tuo beliator tuus a filiis sceleratis? quanta sustinuit ab ijs, ipsis, quibus, & pro quibus loquebatur bona tibi? Quis digne exprimat in quantis vexatus, quibus affectus sit contumelis, quibus iniurijs laceratus, quoties lassatus inedia, quoties afflictus in frigore, & nuditate? At tamen cum ijs, qui oderat pacem erat pacificus, instans ni-
 hiloni.

hilominus opportune importune. Blasphematus obsecrabat, iniuriatus opponebat secutum patientia, & vincebat in bono malum. Quidni vicisset? Perfeueravit pulsans, & secundum promissionem tandem aliquando pulsanti apertum est. Quomodo poterat non sequi quod veritas prænūciauerat securum? Dextera Domini fecit virtutē: quia os Domini locutum est veritatem. Cessit duritia, quieuit barbaries, & domus exasperas paulatim leniri cepit, paulatim correptionem admittere, recipere disciplinam. Fiunt de medio barbaricae leges, Romanae introducuntur. Recipiuntur vbiq̄ue Ecclesiasticae consuetudines, contrariae reijciuntur. Reaedificantur basilicae, ordinatur clerus in illis, sacramentorum rite solennia celebrantur. Cōfessiones fiunt, ad Ecclesiam conueniūt plebes, concubinatus honestat celebritas nuptiarum. Postremo sic mutua in melius omnia, vt hodie illi genti cōueniat quod Dominus per prophetam dixit. Qui ante non populus meus, nunc populus meus. Contigit post annos aliquot destrui ciuitatē à Rege Aquilonaris partis Hyberniae, quia ab Aquilone panditur oē malum. Et forte malū illud bene vtentibus bonum fuit. Quis scit enim si tali flagello Deus delere voluit mala antiqua populi sui? Isteiusmodi Malachias necessitate compulsus, & ipse exiit cū turba discipulorum suorum. Nec ociosus exitus eius. Hac occasione monasteriū Ibraecense constructum est, eunte illo Malachia cum suis numero centum viginti fratribus. Ibi occurrit ei Cormarcus rex, ipse est, qui olim regno pulsus sub cura Malachie de misericordia Dei cōsolationē accepit. Et locus ille situs in regno eius. Gaudis est rex viso Malachia se & omnia sua exponens ei, & ijs, qui cum eo erant, vt pote non ingratus nec inmemor beneficij. Adducta incontinenti animamala multa ad vsus fratrum, multa insuper in auro, & argento ad sumptus aedificiorum pro regia liberalitate collata. Ipse quoque erat intrans, & exiens cum eis sedulus, & officiosus, habitu quidem rex, sed animo discipulus Malachiae. Et benedixit loco illi Dominus propter Malachiam, & in breui factus est magnus rebus, & possessionibus, & personis. Vbi velut de nouo incohās legem, & disciplinam, quā alijs imponebat, magis ipse portabat episcopus, & magister. Ipse in ordine vicis suae coquinae ministerio inserebat, ipse fratribus cum recumi-

berent, ministrabat. Inter succedentes sibi inuicem fratres ad castandum, legendumve in Ecclesia non se praeteriri patiebatur, strenue implens, & ipse officium loco suo tanquam vnus ex illis. Sanctae paupertatis non modo participem, sed & principem se exhibebat, ipsius praecipue super omnes abundantius amulator existens.

D Vm haec ita aguntur, contigit infirma. Patriarchiepiscopum Celsum, ipse est qui Malachiam in diaconum, praesbyterum, episcopumque ordinauit. Et cognoscens quia moreretur, fecit quasi testamentum, quatenus Malachias deberet succedere sibi, quod nullus alius videretur dignior, qui episcoparetur in sede prima. Hoc praesentibus indixit, hoc mandauit absentibus, hoc specialiter ambobus Mumoniae regibus, & maioribus terrae sancti Patricij auctoritate praecipit. Cuius reuerentia, & honore tanquam Apostoli illius gentis, qui totam patriam conuertisset ad fidem, fides illa, in qua & viuens praesuit, & mortuus requiescit, in tanta ab initio cunctis veneratione habetur, vt non modo episcopi, & sacerdotes, & qui de clero sunt, sed etiam regum, ac principum vniuersitas subiecta sit metropolitano in omni obedientia, & vnus ipse omnibus praesit. Verum mos pessimus inoleuerat quorundam diabolica ambitione potentum, sedem sanctam obtentum iri haereditaria successione. Nec enim patiebantur episcopatum nisi, qui essent de tribu, & familia sua. Nec parum processerat execranda successio decursis iam in hac malitia quasi generationibus quindecim. Et eo vsque firmauerat sibi ius prauum, imo omni morte puniendam iniuriam, generatio mala, & adultera, vt etsi interdum defecissent clerici de sanguine illo, sed episcopi numquam. Denique iam octo extiterant ante Celsum, viri vxorati, & absque ordinibus, litterati tamen. Inde tota illa per vniuersam Hyberniam, de qua multa superius diximus dissolutio Ecclesiasticae disciplinae, censura eneruatio, religionis euacuatio. Inde illa vbiq̄ue pro mansuetudine Christiana, seu subintroducenda barbaries, imo paganismus quidam introductus sub nomine Christiano. Nam quod inauditum est ab ipso Christianitatis initio sine oratione, sine oratione mutabatur, & multiplicabantur episcopi, pro libito metropolitani, ita vt vnus episcopatu

Vno nõ esset cõtentus, sed singulæ pene Ec-
 clesiæ singulos haberent episcopos. Nec mi-
 rû. Nam quomodo tam morbidi capitis mē-
 bra valerent? Pro his Celsus, atque huius-
 modi malis populi sui vehementer dolens
 (erat enim vir bonus, & timoratus) curauit
 omnimodo habere sibi successorem Mala-
 chiam, quod per ipsum consideret, posse ex-
 plantari male radicatum successionem, qui
 charus esset omnibus, & quem omnes emu-
 larētur, & Dominus erat cum eo. Nec fru-
 stratus est à spe sua. Nam illo mortuo sub-
 stitutus est Malachias non tamen mox, ne-
 que id facile. Ecce enim de femine nequam
 qui occupet locum Mauritius nomine. Is per
 quinquennium fretus potentia sæculari in-
 cubauit Ecclesiæ, non episcopos sed tyran-
 nus. Nam vota piorum magis in Malachiã
 conuenerant. Denique suadebāt eum subi-
 re onus iuxta constitutionem Celsi, sed il-
 le, qui omne sublime haud secus quàm suū
 præcipitium declinabat, bonam sibi videba-
 tur. nactus occasionem excusandi, quod per
 id temporis introitus eius pacificus esse non
 posset. Instabant tam sancto operi, & solici-
 tabant omnes, duo potissimum episcopi,
 Malchus, & Gillebertus. Quorum prior ip-
 se est senior Lesmorensis, de quo supra mē-
 tio facta est: alter quem aiunt prima functū
 legatione apostolicæ sedis per vniuersam
 Hyberniam. Qui triennio iam decurso in
 hac præsumptione Mauricij, & Malachiæ
 animulatione, non ferentes vltra Ecclesiæ
 adulterium, dedecus Christi, conuocatis e-
 piscopis, & principibus terræ, vno spiritu a-
 deunt Malachiam parati vim facere. At ille
 renugre primum, prætere se siquidem diffi-
 cultatem rei, nobis illius profapia: multi-
 tudinem, fortitudinem, ambitionem, mul-
 tum esse ad se pauperulum opponere se
 tot, tantis, talibus, taliter radicatis, qui iam
 annos ferme ducetos quasi hæreditate pos-
 sedissent sanctuarium Dei, & nunc quoque
 id præoccupassent, non posse illos extirpa-
 ri, nec cum mortibus hominum quidem,
 sua non interesse fundi humanum sangui-
 nem occasione sui: postremo iūctum se spõ-
 se alteri, quam dimittere non liceret. Verū
 illis econtra instantibus, & clamantibus,
 quia à Domino sermo egressus est, sed & to-
 ta auctoritate iubētibus subire onus, atque
 intentantibus anathema, ad mortem (in-
 quit) ducis me, sed obedio spe martyrij,
 hac tamen conditione, vt si iuxta fidem ve-

stram res in melius cedat, & vindicet sibi
 Deus suam hæreditatem à diripiētibus eā,
 tunc demum omnibus consummatis, & Ec-
 clesia pacem habente, liceat redire ad prio-
 rem sponfam meā, & amicam, de qua rapior
 paupertatem, & pro me illic aliū substituere,
 qui tunc forte repertus idoneus fuerit.
 Nota lector virtutē viri, & animi puritatem,
 nec honorem, s. affectantis, nec formidantis
 mortē pro Christi nomine. Quid hoc ani-
 mo purius, quidve fortius, vt se exponēs pe-
 riculo, & labori, alteri fructum cedat ipsam
 in loco principatus securitatem, & pacem?
 Facit hoc, cum liberum sibi ex pacto retinet
 redditum ad paupertatem, pace & libertate
 Ecclesiæ restituta. Spondentibus illis demū
 acquieuit voluntati eorum, vel potius Dei,
 à quo sibi iam olim præostensum recorda-
 batur, quod de se modo dolebat fieri. Nempe
 iam ægrotate Celso apparuit Malachiæ,
 & quidem longe posito, & nescienti mulier
 proceræ stature, & reuerendi vultus. Per-
 cunctanti quænam esset, responsum est esse
 vxorem Celsi. Quæ tradens ei virgam pa-
 storalem, quam manu tenebat, disparuit.
 Paucis decursis diebus Celsus moriens mi-
 sit baculum suum Malachiæ tamquam sibi
 successuro, quem vt vidit, agnouit ipsū esse
 se, quem viderat. Huius præcipue recorda-
 tio visionis terruit Malachiam, ne si quod
 diu satis dissimularet, vltra renueret, diui-
 nã iam videretur resistere voluntati. Verū
 tamē ciuitatem non intrauit, quãdiu illi in-
 cubator vixit, ne hac occasione contingeret
 mori quemquã ex his, quibus vitam magis
 ministraturus veniebat. Ita per biennium
 (nam id tēporis superuixit ille) agens extra
 urbem strenue in vniuersa prouincia opus
 episcopale exercuit. Illo igitur celeri mor-
 te facto de medio, rursus Nigellus quidã
 imo vero nigerrimus sedem præcipuit. Et
 in hoc animæ suæ Mauricius adhuc viveas
 prouiderat, vt hunc haberet hæredē, in quo
 qui damnandus exhibat, operibus adijcere
 damnationis persisteret. Erat. n. & ipse ex
 damnata progenie cognatus Mauricij. Ce-
 terum rex, & episcopi, & fideles terra: nihil
 ominus conuenerunt, vt introducerēt Ma-
 lachiam. Et ecce concilium malignantium
 ex aduerso. Quidam de filijs Belial pròptus
 ad malitiam, potens in iniquitate, sciens lo-
 cū vbi pariter cõuenire decernissent, multis
 aggregatis ibi, latēter viciniam occupat col-
 lem eminentem è regione, vnde illis tracta-
 tibus

ribus alia, repentino impetu super incautos irruerant, & interficerent innocentes. Con- dixerant. n. etiam regem cum episcopo trucidare, vt non esset, qui vindicaret sanguinē iustū. Res innotuit Malachie, & intrans Ec- clesiam (erat. n. prope) eleuatis manibus ora- uit ad Dominum. Et ecce nubes, & caligo, sed & tenebrosa aqua in nubibus aeris, diē vertebant in noctē. Fulgura quoque, & tonitrua, & horribilis spiritus procellarū diem vltimum militantur, vicinamq; elemēta in- tentant omnia mortem, Et vt scias lector q̄ oratio Malachie concusserit elementa, so- los intercepit tempestas, qui querebant ani- mam eius, solos turbo tenebrosus inuoluit, qui parauerant opera tenebrarum. Deniq; ipse, qui princeps extiterat tanti mali fulmi- ne percussus interiit cum tribus alijs, & fue- re confortes mortis, qui fuerant participes sceleris. Quorum sequenti die inuenta sunt corpora semiuista, & putrida, herentia ramis arborum, vbi quemque spiritus eleuans ali- sisset. Alij quoque tres semiuui inuenti sunt, ceteri omnes circumquaq; dispersi. Il- los autem, qui cū Malachia erant, quamuis proximos loco, tempestas omnino non teti- git, nec quidquam molestiæ intulit. In factō isto recens capimus experimentum ve- ritatis verbi illius, quia oratio iusti pen- trat celos. Sed & nouum antiqui exemplum

G miraculi, quo olim tota Aegypto versante
Exo. 10. f in tenebris, solus Israel in lumine mansit, dicente scriptura: Vbicumq; Israel erat, lux erat. Huc mihi accurrit, & factum sancti He- liae, nunc quidem ab extremis terræ nubes, & pluias educentis, nunc vero super blas- phemos euocantis ignem de caelo. Et modo de simili clarificatus est Deus in seruo suo Malachia.

ANno ætatis suæ tricesimo octauo pau- per Malachias pulso incubatore intrauit Ardinacha pontifex, & metropolitānus totius Hyberniæ: rege vero ceterisq; qui in- troduxerant eū, ad propria remeantibus ip- se remanet in manu Dei, & remanent illi foris pugnae, intus timores. Nā ecce viperea soboles frendens, & vociferās se exhareda- ri, tota se intus, & foris suscitāt aduersus Do- minum, & aduersus Christum eius. Porro Nigellus videns sibi imminere fugam, tulit secum insignia quædam adis illius, textum scilicet euangeliorum, qui sunt beati Patri- cii, baculumq; auro tectum, & gemmis pre-

ciouissimis ad ornatum, quem nominant ba- culum Iesu, eo q̄ ipse Dominus (vt fert opi- nio) eum suis manibus tenuerit, atq; forma- uerit. Et hæc sūmæ dignitatis, & veneratio- nis in gente illa. Nēpe nouissima sunt, cele- berrimaq; in populis, atq; in ea reuerentia apud oēs, vt qui illa habere visus fuerit, ip- sum habeat episcopum populus stultus, & insipiens. Ibat homo gyrouagus, & aliter A- tanas circuibat terram, & perambulabat eā insignia sacra circumferens. Qui vbiq; eor- um gratia receptabatur, concilians sibi per- h hac animos omnium, & à Malachia quoscum- que potuisset auertens. Hæc ille Erat autem princeps quidam de potentioribus iniquæ progenici, quem rex priuquam ciuitatem exiret, iurare coegerat pacē tenere episco- po, acceptis ab eo in super obsidibus multis. Is post regis exitum, nihilominus ciuitatem ingressus, consilium habuit cum propin- quis, & amicis quomodo sanctum dolo ten- erent, & occiderent. Timebant vero ple- bem. Et coniurantes in necem. Malachias constituere locum, & diem, & traditor do- dit eis signum. Ipso die cum vespertina iam solemnia in Ecclesia celebraret antistes, cū vniuerso clero, & multitudine populi, mit- tit ad ipsum nequam ille in verbis pacibet in dolo, rogans quatenus ad se dignetur de- scendere, vt faciat pacem. Respondentibus qui assistebant, ipsum potius ad episcopum debere venire, Ecclesia est, & competitorem locum firmandæ pacis: (siquidem presente- rant dolum) subiungunt qui missi erant, hoc tutum non esse principi, timege eum capiti suo, nec se credere turbis, q̄ se ante hos dies causa episcopi propemodum interemissent. Contendentibus in hunc modum illis qui- dem vt iret, istis vero ne iret: episcopus cu- pidus pacis, & mortis non timidus, finite (inquit) fratres, finite me imitari magistrū meum. Sine causa sum Christianus, si Chri- stum nō sequor. Forte scēto humilitate ty- rannum, & si nō, vinco tamen exhibens oīi pastor, sacerdos laico, quod mihi ille debue- rat. Vos quoque quod in me est, nō parum ædifico exemplo tali. Quid enim si contin- gat occidi? Nō recuso mori, vt vos vite meæ teneatis exemplum: Oportet episcopum (vt ait episcoporum princeps) non domina- ri in clero, sed formam fieri gregi. Haud al- iam sane formam, quàm ab illo accepimus, qui humiliavit semetipsum factus obediens vique ad mortem. Quis mihi det hanc telin- quere

quere filijs signatam sanguine meo? Expe-
riamini certe, an sacerdos vester dignè satis
à Christo didicerit mortem non timere pro
Christo. Et surgens cœpit ire flentibus cun-
ctis, & supplicantiibus ne tantū cuperet pro
Christo mori, vt tantum Christi, gregem
desolatum relinqueret. Verum ille totam
spem suam ponēs in Domino, tota alacrita-
te perrexit, tribus tantum comitatus disci-
pulis paratis mori cum eo. Qui vt calcato
limine domus, repente se medio intulit ar-
matorum, scuto fidei ipse munitus: concide-
re facies omniū, quia pauor irruit super
eos, ita vt dicere posset episcopus: Qui tribu-
lant me inimici mei, ipsi infirmati sunt,
& ceciderunt. Hoc verbum verum est. Vide
res hostiam stantem, carnifices ferro arma-
tis manibus vndiq; circumstantes & qui im-
molaret, non erat. Putares stupere lacertos,
sic non fuit qui extenderet manum. Nam
& is quoque qui caput militiae videbatur,
assurgit ei potius, quàm insurgit. Vbi quæ-
so signum d̄ homo, quod dederas in mor-
tem pontificis? Hoc magis honoris signum
quàm mortis indicium. Deferre est hoc,
non mortem inferre. Res mira. Pacem oferunt,
qui necem parauerant. Non est
quod abquat, qui & vitæ periculo quæsie-
rat eam. Itaque facta est pax, & tam firma
vt ab illa die hostem sacerdos nō modo pa-
catum habuerit, sed subditum, sed deuotū.
Quo audito fideles quiq; gauisi sunt, quod
non modo saluatus sit sanguis innoxius in
die illa, sed & nocentium multorum animæ
Malachie meritis euaserint ad salutem. Et
apprehendit omnes circumquæque timor,
audiētes quomodo duos inimicorum eius
qui viderentur ferocios, & fortiores in ge-
neratione sua, sic subita virtute prostrauit
Deus, istū loquor, qui in manibus est, & eū
de quo superius dixi Alterum enim terribi-
liter multatum in corpore, alterum miseri-
corditer mutatum in corde: ambos mirabili-
ter comprehendit in consilijs, quæ cogita-
bant. His ita peractis cœpit iam in ciuitate
episcopus tota libertate disponere, & ordi-
nare de omnibus pertinentibus ad ministre-
rium suū, non tamen sine continuo discrimi-
ne vitæ suæ. Nam etsi iam nemo qui pa-
lam noceret, ab insidiantibus tamen nec lo-
cus satis tutus episcopo erat, nec tempus fe-
riatum. Et deputati sunt ei viri armati ad
custodiam die, ac nocte, sed ille magis in Do-
mino confidebat. Fuit vero consilium, præ-

fatum schismaticum insequi, eo quod sedu-
ceret multos ex insignibus, quæ ferebat, sua-
dens omnibus se episcopum esse debere, &
sic sollicitans plebes aduersus Malachiam,
atque Ecclesiæ vnitatem. Et fecit sic. Et sine
difficultate ita in breui vniuersas sepuit
vias eius, per gratiā sibi à Domino datam, &
quam habebat ad omnes, vt malignus ille
coactus sit dare manus, reddere insignia, &
quiescere de reliquo in omni subiectione. L
Ita Malachias, licet per multa pericula, & la-
bores, prosperabatur in dies, & confortaba-
tur, magis, ac magis abundans in spe, & vir-
tute spiritus sancti. Nec modo malefactores
sed & detractores Malachie corripuit Deus.
Quidam, verbi gratia, gratiam habens prin-
cipum, & potētum, etiam ipsius regis, quod
esset adulator, & garrulus, & potens in lin-
gua, fauebat per omnia aduersarijs Mala-
chie, & procaciter tuebatur partem eorum.
Sancto vero & presenti resistebat in facie,
& detrahebat absentem, irreuerēter occurrēs
ei in omni loco, maximeque vbi celebriori-
bus illum sciret interessē cōuentibus. Sed ci-
to digna lingua procacis mercede donatus
est. Intumuit, & computruit lingua maledi-
ca, vermis ex ea scatētibus, & diffluentibus
toto ore blasphemio. Quos per septē ferme
dies incessanter vomens, tandē cū illis mise-
rā expuit animā. Loquēte corā aliquo Mala-
chia & populum exhortāre, mulier quæ-
dam infelix ausa est interrumpere sermo-
nem clamoribus improbis, non deferens sa-
cerdoti, & spiritui, qui loquebatur. Erat au-
tem de progenie impia, & spiritum habens
in naribus blasphemias, contumeliasque e-
uomebat in sanctum, dicens hypocritam, &
inuasorem alienæ hæreditatis, sed & calu-
nici illius impropersans. At ille nihil respon-
dit ei, sicut erat verecundus, & mitis, sed Do-
minus respondit pro eo. Versa illa in insa-
niam est Domino iudicante, & crebris voci-
bus clamitans se suffocari à Malachia, mor-
te demū horrēda luit peccatū blasphemie.
Sic misera assumens aduersus Malachiam im-
properium Helisæi, vere illum sibi alterum
experta est Helisæum. Porro quia causa
pestilentie cuiusdam ortæ in ciuitate mul-
titudinē cleri, & populi solemniter cum me-
moria sanctorum tunc foras eduxerat, ne
hoc quidem prætereundum, quod orante
Malachia pestilentia illico conquequit. Ex
hoc iam, qui mutiret aduersus eum nō fuit
dicentibus, qui de semine Chanaan sunt.

Fugiamus Malachiam, quia Dominus pugnat pro eo. At sero istud, quia zelus Domini ubique occurrens eis, persecutus est eos usque ad internitionem. Quomodo, intra paucos dies perijt memoria eorum cum sonitu? Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam? Grande, hodieque miraculum facit tam velox generationis illius deletio, his præferim, qui eorum nouerant superbiam, atque potentiam. Multa quidem & alia signa fuerunt, quibus Deus glorificauit nomen suum, & seruum suum inter sudores & pericula confortauit. Quis digne commemoret? Non tamen omnia præterimus, & non sufficimus ad omnia. Propter seriem autem narrationis, ne impediatur, aliqua, quæ dicturi sumus, reseruamus in finem.

A **I**gitur Malachias intra triennium reddita retributione superbis, & libertate Ecclesie restituta, pulsa barbarie, & reformatis ubique moribus Christianæ religionis, videns omnia in pace esse capit cogitare, & de sua pace. Et memor propositi sui, constituit pro se Gelasium viuum bonum, & dignum tali honore conuenientibus clero, & populo, quin potius sustinentibus propter pactum. Nam alias, durum visum omnino. Quo consecrato, regibusque, ac principibus attentius commendato, ipse clarus miraculis, & triumphis ad suam paræciã redit. Non tamen Connereth, & audi causam dignam relatu. Diæcesis illa duas fertur habuisse antiquitus episcopales sedes, & duos exiitisse episcopatus. Id visum melius Malachia. Itaque quos ambitio conflauit in vnum, Malachias reuocauit in duas, partem alteri episcopi cedens, partem retinens sibi. Et propterea non venit Connereth, quod in ea iam episcopum ordinasset, sed Dunum se contulit, determinans paræcias sicut in diebus antiquis. O purum cor, o oculum columbinum. Locum tradidit nouo episcopo qui videretur paratior, principalior haberetur, locum, in quo federat ipse. Vbi sunt, qui de terminis litigant, pro vno vinculo perpetes ad inuicem inimicitias exercentes? Nescio si quod genus hominum magis quam istos antiquum vaticinium tangat: Secuerunt prægnantes Galaad ad dilatandum terminos suos. Sed hæc aliàs.

B Malachias factus Dunensis episcopus, confestim more suo euanit a seiscere

ad solatium sibi de filiis suis contentum regularium clericorum. Et ecce rursus accingitur quasi nouus Christi tyro ad spirituale certamen, rursus induitur arma potentia Deo, sanctæ paupertatis, humilitatem, rigorem disciplinæ cœnobialis, ocium contemplanandi, orandi assiduitatem. Quæ tamen omnia voto magis valuit diu tenere quam actu. Etenim vniuersi confluebant ad eum, nec modo mediocres, sed & nobiles & potentes illius se sapientiæ & sanctitati instruendos, corrigendos, ac regendos committere festinabant. Et ipse interdum ibat & exhibat seminare semen suum, disponens & decernens tota auctoritate de rebus ecclesiasticis tãquam ex apostolis vnus. Et nemo illi dicebat. In qua potestate hæc facis? videntibus cunctis signa & prodigia quæ faciebat, & quia vbi spiritus Domini, ibi libertas visum tamen sibi non tunc satis actitari illa absq; sedis apostolicæ auctoritate, & Romã proficisci deliberat, maximeq; quod metropolitica sedi deerat adhuc, & defuerat ab initio pallij vsus, quod est plenitudo honoris. Et visum est bonum in oculis eius se Ecclesie, pro qua tãtum laborarat, quem hætenus non habuerat, suo acquirere studio & labore. Erat & altera metropolitica sedes quam de nouo constituerat Celsus, primæ tamen sedis, & illius archiepiscopo subditæ tamquam primati, & huic quoque optabat nihilominus pallium Malachias, confirmatque auctoritate sedis apostolicæ prærogatiuam, quam beneficio Celsi adipsi meruerat. Innotescente proposito displicuit fratribus necnon & magnatibus, & populo terræ. Omnes enim intolerabilem sibi iudicabant tam diutinam omnium parentis absentiam, & quod metuerent de morte ipsius. Cõtingit interea mori germanum eius, Christianum nomine, virum bonum, plenum gratiæ & virtutis. Episcopus rat, illi quidem secundus in celebri opinione, sed vitæ sanctimonia, & iustitiæ zelo forte non impar. Huius decessum Malachia reddidit molestiorem. Dicebat autem nullo modo assentientem vnici peregrinationi patroni, vt nõ desoletur omnis terra si duabus tantis columbis sub vno momento tẽporis destituatur. Ergo oēs pariter contradicunt. Et vim faciebant, cū ille diuinam vltionem minatus est. Non tamen desistere illi, nisi missa forte, prius Dei volũtas super hoc interrogaretur.

Prohi-

Prohibente illo nihilominus mittunt, sed illa pro Malachia parte ter respon-
 sive inuenta est. Nec enim vna contenti vice fue-
 re cupidi retinendi eum. Demum cedentes
 dimittunt, non tamen sine ploratu, & vlula
 tu multo. Sed ne quid imperfectum relin-
 queret, tractare cepit quomodo defuncti
 Fratris seueritatem suscitaret. Et accersitis ante
 tribus discipulis suis, anxius estuabat quis-
 nam dignior ad hoc opus, siue vtilior vide-
 retur. Et diligenter intuitus singulos, tu, in-
 quit, o Edane (sic enim vocabatur primus)
 suscipe onus. Illo cunctante & flente, ne ti-
 meas, ait, tu enim mihi à Domino designa-
 tus es, quia annulū aureū, quo despōsandus
 es, iam nunc præuidi in digito tuo. Acquie-
 uit ille, & Malachias eo consecrato profici-
 scitur. Cūque egressus de Scotia peruenisset
 Eboracū, sacerdos quidam Sycarus no-
 mine intuitus eum agnouit. Nec enim faci-
 eum eius viderat ante, sed cum haberet spi-
 ritum prophetiæ, reuelatum fuerat ei iam
 pridem de illo. Et tunc incunctatē circum-
 stantibus digito eum demonstrans: Hic est
 (inquit) de quo dixeram, quia de Hybernia
 sanctus veniet pōtifex, qui fecit cogitationes
 hominum. Sic nō potuit latere lucerna sub
 modio, prodente eam per os Sycari spiritu
 sancto, qui illam accenderat. Nam, & multa
 secreta de ipse suo, suorumque dicta sunt ei
 à Sycaro, quæ ita esse, vel fuisse omnia reco-
 gnouit. Sed & socijs Malachie percunctan-
 tibus de suo reditu, respondit Sycarus incū-
 ctatē, quod post rei probauit euentus, pau-
 cos videlicet admodum de numero illo cū
 episcopo redituros. Illi audito hoc suspicati
 sunt mortē, sed Deus aliter adimpleuit. Nē-
 pe rediens ab vrbe quibusdam apud nos,
 quibusdam, & in alijs locis ad discendā con-
 uersationis formam relicta, iuxta verbum
 Sycari eum paucis admodum repatriauit.
 Max de Sycaro. In ipsa vrbe Eboracensi ac-
 cessit ad eum vir nobilis secundum sæculū
 Vualleius nomine, tunc prior in Kyikeha
 regularium fratrum, nunc vero monachus,
 & monachorum pater in, Malros monaste-
 rio ordinis nostri, qui deuotus Malachie
 se orationibus satis humiliter commenda-
 uerit aduertens multos habere episcopum
 socios, & equos paucos, (nam præter mini-
 stros, & clericos alios, quinque, cum eo erant
 presbyteri, & equi non nisi tres) obtulit ei
 iuu, quo ipse vehabatur, hoc solū dolere se
 inhiens q̄ esset runcinus dure portans. Et

Oper. D. Bern. Tom. 17.

addit: Libentius dedissem si melior fuisset,
 sed si dignamini, ducite qualemcumque vo-
 biscum. Et ego (ait episcopus) eo libentius
 accipio, quod prædicas viliores, quia nō po-
 test mihi vile esse quidquid tam preciosa vo-
 luntas obtulerit. Et conuersus ad suos, hunc
 (inquit) sternite mihi, quia commodus factus
 est, & sufficiens erit in longum. Quo facto
 ascendit, & primo quidem durum, vō erat,
 sentiens postmodum mira mutatione valde
 commodum sibi, & suauiter ambulatē inuenit.
 Et ne caderet super terram de sermone,
 quæ dixerat, vsq. ad nouū annū, quo mor-
 tuus est ipse, nō defecit ei, factus optimus, &
 preciosissimus palestridus. Quodq; euiden-
 tius miraculū cernētibus, fecit, de subnigro ce-
 pit albescere, & nō multo post vix inuenie-
 batur albius illo. Mihi quoq; in via hac datū
 est videre virū, & in eius viso, & verbo refe-
 ctus sum, & delectatus sum sicut in omnibus
 diuitijs, & ego vicissim, peccator licet inueni
 gratiā in oculis eius, ex tūc, & deinceps vsq;
 ad obitū ipsius, sicut in præmio præfatus
 sum. Ipse ē dignatus diuertere ad Clarau-
 uallē, visis fratribus compūctus est, & illi nō
 mediocriter ædificati in præsentia, & sermo-
 ne eius. Et acceptās locū, & nos, atq; in intimis
 visceribus colligēs, vale dixit nobis, & abiit.
 Qui transalpinas cū venisset Iporiā ciuita-
 tem Italia, hospitis sui paruulum filium, qui
 male habēs moriturus erat cōtinuo sanauit.

ERat tunc temporis in sede apostolica se-
 licis memoriæ Innocentius secundus
 Papa, qui cū benigne suscepit, humane satis
 illi super longa peregrinatione cōpassus. Et
 primo quidē Malachias, qd̄ altius infixerat
 animo, cū multis lacrymis implorabat, lice-
 re sibi viuere, & mori in Claraualle permis-
 su, & benedictione summi Pontificis. Et peti-
 tijt hoc non oblitus ad q̄ venerat, sed affe-
 ctus quo venerat desidero Clarauallis. Nō
 aut̄ obtinuit, q̄ vir apostolicus lucris potius
 yberioribus occupandū decerneret. Nec tam-
 en oīno frustratus est à desiderio, cordis
 sui, cui mori ibi, etsi non viuere, donatū est.
 Mēsē integrū fecit in vrbe, loca sancta per-
 ambulās, & frequentans cā orationis. Cūq; per
 id tēporis sæpe, ac diligenter ab eo, & ab ijs,
 qui cū eo erāt, summus pōtifex inquisisset ef-
 se patriæ, mores gētis, statū Ecclesiarum, &
 quata in terra Deus per eū operatus fuisset,
 paratū iam repatriare, cōmilit vices suas, per
 vniuersam Hyberniā legatū illum consti-
 tuēs, significatū siquidē erat ei ab episcopo

Kkk

Gille-

G Giliberto (qui vt supra memorauimus, tūc legatus extiterat) quod iam nō posset præsenio & debilitate corporis villicare. Post hæc petit Malachias cōfirmari nouæ Metropolis constitutionem, & vtriusq; sedis palia sibi dari. Et confirmationis quidē priuilegium mox accepit, de pallijs autem oportet, ait summus pontifex, solēnius agi. Conuocatis episcopis, & maioribus terræ celebrabis generale cōciliū, & sic cōnientia, & cōi voto vnuerforū per honestas personas requiretis palliū, & dabitur vobis. Deinde tollēs mittā de capite suo, imposuit capiti eius, sed & stolā eū manipulo dedit illi, quibus vt inter flosandum solebat. Et salutatū in osculo pacis dimisit eū apostolica fultū benedictione, & auctoritate. Qui reuertens per Claramuallem suam secundam nobis largitus est benedictionē. Et alta supina trahens, quōd non liceat sibi pro suo desiderio remanere, hos inquit, interim pro me oro vt retineatis, qui à vobis discant, & nos postmodum doceāt. Et infert: Eruit nobis in semen, & in femine isto benedicetur gentes, & illæ gentes, quæ a diebus antiquis monachi quidem nomen audierunt, monachum non viderunt. Et dimissis quatuor à latere suo abiit, Qui probati & digni inuenti, monachi facti sunt. Post aliquod tempus cū iā sanctus esset in terra sua, misit alios, & factū est de illis similiter. Quibus p aliquantum tempus instructis, & eruditis corde in sapiētia, dato eis in patrē sãcto fratre Christiano, qui erat vnus ex ipsis, emisimus eos, adiungentes de nostris quāti sufficerent ad numerum Abbatie. Quæ concepit, & peperit filios quinque, & sic multiplicato semine augetur in dies numerus monachorū. iuxta desiderium, & vaticinium Malachie. Nūc iam repetamus ordinem narrationis. Malachias profectus à nobis prospere peruenit, in Scotiam Et inuenit Dauid regem, qui ad huc hodie superest, in quodam castello suo, cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem ingressus honorifice à rege susceptus & humiliter exoratus, vt sanaret filiū suum, aqua, cui benedixit, aspersit iuuenem, & inueniens in eum ait: Confide fili, non morieris hac vice. Dixit hoc, & die sequenti dictum secuta est sanitas, sanitatem lætitia patris, clamor, & strepitus totius exultantis familie. Exijt sermo ad omnes, nō. n. quod in Domino regia, & regis acciderat filio, latere possuit. Et ecce vbiq; resultans gratiarum

actio, & vox laudis, tum pro salute Domini tum pro miraculo nouitate. Henricus est iste, nam viuit adhuc vnicus patris sui, miles fortis, & prudens, patrisans (vt aiūt) insectando iustitiam, & amorem veri. Et amant uterque Malachiam quamdiu vixit, tamquam qui illum à morte reuocasset. Rogabant eum manere per aliquot dies, sed illi declinans morā non sustinuit, & mane capebat iter. Transeunti igitur per villam nomine Crugeldum, occurrit puella muta. Orante illa solum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Dehinc villam ingrediens, quom nominant Ecclesiam sancti Michaelis, oblatam sibi mulierem phreneticam, & vincam funibus, corā omni populo curat, & dimissa incolumi proficiscitur. Perueniens vero ad portum Lapasperi, transiit ibi per aliquot dies præstolabatur, sed mora minime transijt ociosa. Constituit interim de virgis in septem textis oratoriū, ipso iubente, ipso operante pariter. Cōsummatum circumdedit vallo, atq; interioriens spatium in cæmeterium benedixit. Sane merita benedictentis, miracula satis declarant, quæ vsque hodie ibi actitari feruntur. Inde est, qd de finitimis locis infirmos, & male habentes illo portare cōsueuerunt, & sanati multi. Mulier totis dissoluta membris, Pfauastro vecta illic, pedibus suis remauit domū vna duntaxat nocte nō frustra in loco sancto præstolata misericordiam Domini. Alia quædā ibidē pernoctat in oratione, quā forte reperiens solam homo barbarus accessus libidine, & sui minime compos, irruit rabiosus in eam. Conuersa illa, & tremefacta suscipiens aduertit hominem plenum diabolico spiritu, heus tu, inquit, miser quid agis? Considera vbi es, reuerere hæc sancta, defer Deo, defer seruo eius Malachie, parce & tibi ipsi. Nec destitit ille furij agitatus iniquis. Et ecce (q̄ horribile dictū est) venentū & tumidū animal, q̄ buffonem vocāt, visum est reptans exire de inter foemora mulieris. Quid plura? Terrefactus resiliit homo, & datis saltibus festinus oratorio exiit Ille confusus abscessit, & illa intacta remansit, magno quidem & Dei miraculo, & merito Malachie. Et pulchre operi fædo, & abominando sedum interuenit, & abominabile monstrū. Non prorsus aliter decuit bestialem extingui libidinem, quā per frigidissimum vermem, nec aliter temerarium trænari aufum, frustrari conatum, quā per

per vilem, inutilemque bestiolam. Et hæc lo-
co isto sufficiant, pauca de pluribus. Nunc
iam reliqua profequamur.

Ascendit Malachias nauem, & prospe-
re nauigã applicauit monasterio suo
Benchorensi, vt primi filij primam recipe-
rent gratiam. Quid animi putas gessisse il-
lud sano de via tam longa recepto patre, &
illo patre? Nec mirum si se tota in gaudium
effuderunt viscera eorũ in reditu eius, quã-
do & exteris circumquaque gentibus incre-
dibilem mox lætitiã velox rumor inue-
xit. Denique de ciuitatibus, & castellis, &
vicis occurrunt ei, & quocumque diuertat, su-
scipitur exultatione vniuersæ terræ. Verum-
tamen non sapit honor, opus exercetur le-
gationis. Multis in locis celebrantur conuẽ-
tus multi, ne qua regio, seu portio regionis
legationis fructu, & utilitate fraudetur. Sem-
minatur super oēs aquas, non est, qui se ab-
scandat ab opera solitudinis eius. Non sex-
us, non ætas, non conditio, nõ professio re-
putatur. Vbiq; semẽ spargitur salutare, vbi-
que intonat tuba cælestis. Vbiq; discurret,
vbiq; irrumpit euaginato gladio linguæ
ad faciendam vindictam in nationibus incre-
pationes in populis. Terror eius super faciẽ
tes mala. Clamat iniquis, nolite inique age-
re, & delinquẽtibus, nolite exaltare cornu.

Pf. 74. a

Religio vbiq; plantatur, propagatur, foue-
tur. Oculi eius super eos, & cura eius ad ne-
cessitates eorũ. In concilijs, quæ passim cele-
brantur, repetuntur antiquæ traditiones,
quas tamen bonas fuisse constiterit, aboli-
tas vero negligentia sacerdotum. Nec mo-
do vetera instaurantur, cuduntur & noua.
Et quæcumque promulgauerit, tamquã celi-
tus edita acceptantur, tenentur, scripto mã-
dantur ad memoriã posteriõrũ. Quidni
celitus missa crederentur, quæ tot cælestia
confirmant miracula? Et vt fidem dicitis fa-
ciam, perstringam nonnulla paucis. Qui, n.
cuncta enumeret? Quamquam libentius fa-
teor imitandis immorer, quam admirãdis.
Et meo quidẽ iudicio primum, & maximũ
miraculum quod fecit ipse erat. Vt enim ta-
ceam interiorẽ hominem eius, cuius pul-
chritudinem, fortitudinem, puritatem satis
indicabant mores ipsius, & vita ipsum exte-
riorem ita vno semper modo, ipsiq; mo-
lestissimo, & decentissimo gessit, vt nil pro-
fus appareret in eo, quod possit offendere
intuentes. Et quidem, qui non offendit in

verbo, ille perfectus est vir. At vero in Ma-
lachia quis vniquam etiam si curiosus ob-
seruarit, deprehendit ociosum non dico ver-
bũ, sed nutum? Quis manum pedem ve mo-
uentem frustra? Imò quid non ædificans in
eius incessu, aspectu, habitu, vultu? Denique
vultus hilaritatem, nec fuscavit moeror, nec
leuigauit risus. Totum in eo disciplinatum,
totum insignæ virtutis, perfectionis forma.
Per omnia serus, sed non austerus. Remis-
sus interdum dissolutus vniquam. Negli-
gens nihil, etsi pro tempore multa dissimu-
lans. Quietus sæpe, sed minimẽ aliquando
ociosus. A die primo conuersionis suæ vs-
que ad extremum vitæ suę sine proprio vi-
xit. Non seruos, non ancillas, non villas, nõ
vitulos, non deniq; quidquam reddituum
ecclesiasticorum, sæculariumve, vel in ipso
habuit episcopatu. Mensæ episcopali nihil
prorsus constitutum, vel assignatum vnde
episcopus viueret. Nec enim vel domũ pro-
priam habuit. Erat autem pene incessanter
circuens paracias omnes euãgelio seruies,
& de euãgelio viuens, sicut constituit ei
Dominus, dignus est, iniquens operarius
mercede sua. Nisi quod frequentius ipsum
Euangelium sine sumptu ponens de labo-
ribus suis, suorũq; ferebat, vnde se, & alios,
qui secũ laborabant in opere ministerij, su-
stentaret. Porro si interdum quiescere oportet
in sanctis hoc faciebat locis, quæ ipse
per Hyberniam sparserat vniuersam. Apud
quos vero morã facere libuisset, illorum se
conformauit moribus, & obseruatijs, com-
muni contentus vita, & mensa. Non fuit in
victu, nõ fuit in vestitu, in quo potuisset Ma-
lachias dignosci inter ceteros fratres, in tan-
tum cum maior esset, humiliãuit se in om-
nibus. Deniq; cum exiret ad predicandum,
cum pedibus pedes & ipse ibat, episcopus
& legatus Forma apostolica hæc, & inde ma-
gis mira in Malachia, quæ rara nimis in al-
ijs. Verus profectio apostolorum hæres est
iste, qui talia agit. Sed a luertẽdũ est quõ di-
uidat hæreditatẽ cũ fratribus suis, a quẽ ne-
potibus apostolorũ. Illi dominantur in cle-
rõ, iste dum esset liber ex omnibus, oĩum se
seruum fecit. Illi aut nõ euãgelizantes man-
ducant, aut euãgelizant vt mãducent. Ma-
lachias imitans Paulum manducat, vt euã-
gelizet. Illi lassũ, & quæstus estimant pietate:
Malachias hæreditate vendicat sibi opus
& onus. Illi ferentes se credũt si dilatauerint
textus suos: Malachias mandicat in chari-

Iacob. 3.

b

H

A

tate gloriatur. Illi congregant in horrea, & dolia replent, vnde onerent mensas. Malachias colligit in deserta, & solitudines vnde impleat celos. Illi cum accipiant decimas, & primitias, & oblationes, insuper & de Cęsaribus beneficio telonia, & tributa, & alios redditus infinitos, solliciti sunt nihilominus quod manducent, aut quid bibant: Malachias nihil horum habens, multos tamen locupletat de promptu mero fidei. Illis nec locupletatis, nec sollicitudinis vllus est finis. Malachias cupiens nihil, non nouit tamen cogitare de crastino. Illi à pauperibus exigunt quod dicit diuitibus, iste sollicitat diuites pro pauperibus sustentandis. Illi marsupia vacua subditorum, iste pro peccatis eorum altaria cumulat votis, hostijsque pacificis. Illi alta palatia erigunt, turres ac mœnia ad cęlos leuant. Malachias non habens vbi caput reclinet opus facit euangelistę. Illi equos ascendunt cum turba hominum gratis manducantium panem, & non suum: Malachias sepius sanctorum fratrum collegio pedes circuit portans panes angelorum, quibus facit animas esurientes. Illi plebes ne agnoscent quidem, iste erudit. Illi potentes, & tyrannos honorant, iste ponit. O virum apostolicum, quem tot, & talia nobilitant signa apostolatus sui. Quis ergo mirum si mira est operatus sic mirabilis ipse? Imò vero nõ ipse, sed Deus in ipso. Alioquin, tu es Deus (inquit) qui facis mirabilia.

Ps. 76. c

ERat mulier in ciuitate Culratim dæmonium habens. Vocatus est Malachias, orat pro addicta, vrget inuaforem, exit. Sed nondum exsa. urata nequitia eius, miseram inuadit mulierculam, quę forte prope assisteret. Et Malachias: Non ad hoc, inquit, tibi illam tuli, vt hanc peruaderes, exi & ab ea. Paret, sed repetit priorem, qua denuo pulsus, recurrit in alteram. Ita per aliquod spatium alternatim vexabat illas, hinc inde refugiens. Tunc sanctus indignans sibi illud à dæmone, colligensque spiritum infremuit, & totis viribus, fidei facto impetu in aduersarium ab vtraque fugauit, & quidem non minus vexatum his, quas vexauerat ipse. Ceterum quod moram fecit sancto, non putes lector fuisse virtutis eius, sed dispensationis diuinę, vt videlicet ex hoc manifestior fieret, & maligni presentia, & victoria Malachię. Denique audi, quid alibi fecerit, non autem per presentiam suam. Et vti que po-

C

tuit præsens, quod absens valuit. In regione aquilonaris partis Hybernię iacebat infirmus in domo, nec quidam, quin dæmonum maleficio. Nam quadam nocte audiuit eos loquentes, dicentes alter ad alterum: Vide ne miser iste, hypocritę illius stratum stramenve contingat, & sic effugiat manus nostras. Cognouit homo, quod Malachiam loquerentur, quem non multo ante in eadem domo meminerat per nosse, & adhuc stramen in loco. Sumptaque fiducia, & quo potuit conatu cepit reperere debilis corpore, sed fide fortis. Et ecce in aere clamor, & vociferatio. Prohibe eum, prohibe, retine eum retine, amittimus prædam. Verum is, quem portabat fides, & desiderium euadendi, quanto plus clamabant illi, tanto magis genibus manibusque nitens ad remedium festinabat. Et perueniens ascendit lectulum, volutatur in stramine, audit vluatum plagentium, Heu heu, ipsi nos prodidimus, accepti sumus euasit. Et dicto citius recessit ab eo dæmonum terror, & horror, quem patiebatur, & omnis pariter agritudo. In Lesmor ciuitate homo à dæmone vexatus per Malachiam liberatus est. Item transeunti aliquando Planginiam oblatus illi infans habens dæmonium sanus relatus est.

In regione eadē ligatus funibus phreneticę solui iussit, & in aqua bene dixit lauari Lota est, & sanata. Altera quoque in Sabalio regione Vlydię membra propria detibus laniantem, oratio, & tangendo curauit. Amicentē hominē multa prædicentē futura, amici, & propinqui adducunt ad Dei hominē vincitū funibus fortiter, quod fortem ad nocendum rabies ipsa fecisset, & terribilem valde. Orat Malachias, & incontinenti æger sanatur, & soluitur. Factum est hoc loco quodam cuius nomen tacemus, quod nimis barbarum sonet, sicut, & alia multa. Alio tempore in præfata ciuitate Lesmor puellam mutam parietes eius in media platea offerunt transeunti cum multa supplicatione rogantes vt ei subuenire dignetur. Stat Malachias, & facta oratione tangens digito linguam eius, spiritum misit in os eius, & loquentē dimisit. Exiens de quadam Ecclesia, obuium habuit hominē cum vxore sua, quę non poterat loqui. Rogatus vt eius miseretur, stat in porta populo circumstante, & data benedictione super eam iubet dominicam dicere orationem. Dixit illa, & populus benedixit Dominū. In ciuitate, cui nomen Oentreb decubens lectulo quidam

D

diues

etiam dies duodecim priuatus linguæ
 officio, ad iussione[m] visitantis se san-
 quam recuperat, Eucharistiã sumit, &
 ita munitus extremum in bona confessione
 efflauit spiritum. O oliua fructifera in do-
 mo Dei, ò oleum iucunditatis vngens, & lu-
 cens. Et splendore miraculi illustrauit fanos,
 & suauitate beneficij vinxit in finem, cui mox
 morituro salutarem confitendi, & commu-
 nicandi obrinuit facultatem. Intrauit ad eum
 quidam de nobilibus habens ei aliquid die-
 ere. Qui inter loquens, fide plenus tres
 iuncos pie furatus de lectulo, in quo ille se-
 debat, tulit secum, & multa Deus de furto,
 pietatis est operatus fide illius, & præfulis
 sanctitate. Forte venerat in ciuitatem nomi-
 ne Duenuania. Et cum federet ad mensam,
 ingressus vir nobilis de ciuitate ipsa humiliter
 supplicat pro vxore prægnante, quæ iam
 solemne præterisset tempus pariendi, ita vt
 mirarentur oēs, & nemo aliud, quàm vitæ peri-
 culum crederet imminere. Rogat & cum eo
 Negemias episcopus illius ciuitatis, qui iuxta eum
 sedebat, rogant, & ceteri quotquot aderant
 simul discumbentes. Tum ille Compatior
 ei (inquit) quod bona mulier sit, & pudica.
 Et porrigens viro poculum, cui benedixerat,
 vade (inquit) da illi bibere, sciens eam sum-
 pto benedictionis potu, & sine mora, & sine
 periculo parturã. Factum est, quod præcepit,
 & nocte ipsa subsequens est quod promisit.
 Sedebat in campo cum comite Vlydiæ ali-
 qua tractans, & multitudo copiosa circa
 eos. Venit mulier grauida, & vere grauida,
 indicat se contra omnes naturæ leges reti-
 nere partum iam quindecim mensibus, &
 diebus viginti. Compatius Malachias super
 nouo, & inaudito incommodo orat, & mul-
 lier parit, & qui aderant lætati sunt, & mira-
 ti. Omnes enim viderunt, in qua facilitate,
 & velocitate loco eodem enixa sit, & triste
 negati partus periculum miraculo commutatum
 iucundiori. Accidit ibidem quiddam pari-
 quidem miraculo, sed forte dispari. Vidit
 hominem, qui publice tenere diceretur cõ-
 cubinam fratris, & hic erat miles minister,
 comis. Et publice cõueniens incestuosum,
 alterum ei se Ioannem exhibuit, nõ licet ti-
 bi iniquens cõcubinã habere fratris tui. At
 ille alterum ipsi nihilominus Herodem red-
 hibens, non modo non audiuit eum, sed &
 superbe respondit, & coram omnibus iura-
 bat numquam se dimisurum. Tum cõmorus
 Malachias, sicut erat pro iustitia vehemen-

ter zelans, & Deus, inquit, te ab illa separet
 vel inuitum. Paruipendens ille, ex instanti
 abiit indignabundus. Offendensque mulie-
 rem non longe à turba constituta in loco,
 vi oppressit eam, sicut erat satanæ totus, cui
 paulo ante traditus fuerat. Nec latuit flagi-
 tium. Ancilla, quæ Dominam comitabatur,
 recurrens domum (nempe haud procul abe-
 rat loco) nunciata anhelat quid mali acciderit.
 Ad quam vocem germani illius, qui domi
 erant, zelantes sororis stuprum, tota illo festi-
 nantia peruolauit, pudicitiam hostem ipso in
 loco, & opere sceleris deprehensum multis
 confossus vulneribus interimunt. Necdum
 conuentus solutus erat, cum ecce armiger il-
 lius, quod euenerat, nunciauit. Et mirati
 sunt vniuersi, quod sententia Malachie tam
 celerem habuisset effectum. Timuerunt quo-
 que flagitiosi audito hoc verbo (nam multi
 erant in terra) & terribi purgati sunt, lauantes
 manus suas in sanguine peccatoris. Di-
 armitium comitem multo iam tempore de-
 cumbentem lecto, duriter quidem increpans
 quod malus homo esset immoderatus ser-
 uens ventri, & gulæ, benedicta aspersum
 aqua sine mora surgere fecit, & ita valentem
 vt illico equum ascenderet, & vtiq; præter
 spem suam ipsius, & suorum. In vrbe Case-
 lensi venit homo ante eum cum filio paraly-
 tico rogans illum sanare. Qui orans breui-
 ter, vade (inquit) filius tuus sanabitur. It, &
 crastino redit cum filio, sed minime sanato.
 Tum surgens Malachias, & stans super eum
 diutius orauit, & sanatus est. Et conuersus
 ad patrem offer, inquit illum Deo. Annuit
 homo, sed nõ tenuit, & post aliquot annos
 ille iam iuuenis recidit in idipsum, sine dubio
 propter inobedientiam patris, & pacti trans-
 gressionem. Alius quidam veniens de lōgin-
 quo eum esset Malachias in finibus Mumonie
 attulit ad eum filium pedum penitus officio
 destitutum. Percunctatus quonam modo
 illi accidisset, vt suspicor, inquit, dæmonum
 malignitate. Et addit: Ludenti in prato ipsi
 (ni fallor) immisere soporem, euigilansq;
 puerulus sic se inuenit. Hæc dicens cum lacry-
 mis precẽ fundit, efflagitat opem. Miser-
 tus eius orauit Malachias, iubens egrum in-
 terim dormire ibidem super solum. Dor-
 miuit, & surrexit sanus. Hunc ipse, quia de
 longe venerat aliquamdiu in comitatu suo
 retinuit, & erat ambulans cum eo.

In monasterio Benchorensi pauper qui-
 dam, fratri clemens sustentabatur, &

erat quotidianam accipiens stipem, aliquid officij factitans in pistrino. Is claudus ab annis duodecim humi manibus repens, post se trahebat pedes emortuos. Quē die quadam ante cellam suam Malachias mēstrū, & mœrentem inueniens, causam percunctatur. Et ille. Vides, inquit, quā ex lōgo misellus afflister, & manus Domini super me, & ecce ad cumulum ærūnā homines, qui misereri debuerant, irident me potius, miserā exprobrantes. Quem vt audiuit, pietate motus suscepit in cælum, manus pariter leuans. Facta autem breui oratione ipse intrauit cellam, & ille surrexit. Et stans super pedes suos mirabatur, si vere esset, quod erat, pene somnium suspicatus. Cœpit tamen se pedetentim mouere, neque enim posse ire satis credebatur. Tandem quasi è graui somno euigilans cognoscit misericordiam Domini super se, firmiter graditur, & in pistrinum reuertitur exiliens, & exultans, & laudans Deum. Viso eo, qui ante viderant, & cognouerant, repleti sunt stupore, & extasi, phantasma putantes. Virum item hydropicum, orando sanauit, qui illico remāsit in monasterio pastor ouium factus. Ciuitas Hyberniæ nomine Corcagia vacabat episcopo. Tractatum est de electione, dissensere patres quibusque (vt assolet) præfulem volētibz constituere suum, non Dei. Venit illuc Malachias audita dissensione. Conuocato clero, & populo, et corda, & vota discordantium vnire curauit, & persuasis illis totū negotium, sibi debere credi, cui potissimū sollicitudo incurreret illius sicut, & aliarum per Hiberniam Ecclesiarum, incontinenti nominat eis nō queespiam de nobilibus terræ, sed magis quemdā hominem pauperem quē sciret sanctum, & doctum, & hic erat alienigena. Queritur ille, nunciatur decubere lecto, & ita debilis vt nullo pacto exeat, nisi in manibus portatus ministrārū. Et Malachias. Surgat, inquit, in nomine Domini, ego præcipio, obediētia saluū faciet eū. Quid faceret ille? Parere volebat, sed imparatum se sentiebat. Quod & si posset ire, episcopari, reformidabat. Ita cum voluntate obediēdi pugnante gemino hoste, pondere lāguoris, & metu oneris, vicit illa tamen, data sibi in adiutorium spe salutis. Itaque conatur, mouet sese, tentat vires, inuenit se solito fortorem. Crescit pariter fides cum viribus, & rursum facta fortior fides dat vicissim viribus incrementū. Iam surgere per se valet,

iam meliuscule gradi, iā nec sentire in ambulando lassitudinem deum expeditus, & alacer peruenire ad Malachiā sine hominis adiutorio. Qui assumēs eum misit in cathedram clero, & populo collaudante. Hoc ita in pace factū est, quia nec illi ausi sunt Malachiaē voluntati in aliquo obuiare videntes signum, quod fecerat, nec ille parere dubitauit iam euidenti argumento factus securior Domini voluntate. Mulier quædā fluxū sanguinis patiebatur, & hæc nobilis, charissima Malachiaē, plus tñ ob mori, quā generis nobilitatem, quæ ex toto deficiens (nimirū cū sanguine exhaustis viribus) iā posita in extremis misit ad Dei hominem, vt (quod supererat) aiā subueniret, qui se iam nō esset visurus in corpore. Audiens Malachias moleste tulit, quod mulier virtutis foret, & vita eius fructuoso opere, & exemplo. Et videns se non posse satis accurrere tempelstue, accitit Malcho, quod iuuenis esset, & expeditus (ipse est, cuius supra meminimus frater Christiani abbatis) accelera, inquit, fer illi tria poma hæc, super quæ nomē Domini inuocauit. Cōfido in ipso, quod vbi ex eis gustauerit, nō gustabit mortē priusquā nos videat, et si tardiuscule secuturos. Festinat Malchus secundum mandatū, & veniens intrat ad mortuarā, alterū se exhibens puerum Helisæ, nisi quod huius efficacior opera fuit. Habet missam sibi à Malachia benedictionē accipere, & gustare, si quo modo valuerit: At illa exhilarata audito noīe Malachiaē, vt obedire possit, nutu signat paulisper se erigi velle, nam verbo non poterat. Erigitur gustata, gustato confortata est, loquitur, & gratias agit. Et immisit Dominus soporē in eam, & suavissime requieuit in eo, cuius vsq̄ diu caruerat, si cut & esu. Stetit interim sanguis, & post modicū expergefata sanam se reperit, nisi quod lōga inedia, & sanguinis minutione adhuc debilis erat. Si quo minus, die sequenti desideratus Malachiaē aduētus, aspectusque per fecit. Habuit vit nobilis in vicinia Benchorēsis monasterij, cuius vxor cū infirmaretur ad mortem, rogatus Malachias vt descēderet priusquā moreretur, infirmam viscturus oleo, descendit, & intrauit ad eam. Quo viso exultat illa, spe animata salutis. Et cum pareret vngere eam, visum est omnibus differēdum potius vsque mane. Erat enim vespera: acquieuit Malachias, & data benedictione super agram exiit cum his, qui secum erant: At vero post modicum

cum subito clamor factus est, plactus & strepitus multus per totam domum, sicundem insonuit quod mortua esset. Accurrit Malachias tumultu audito, & secuti sunt eum discipuli eius. Et accedens ad lectum, vt certo comperit exspirasse, consternatus est animo, sibi imputans, quod fraudata gratia sacramentum obisset. Et eleuatis in cælum manibus, obsecro Domine (inquit) insipienter egi, ego peccaui qui distuli, non ista que uoluit. Hæc dicens contestatus est in audientia omnium, nullam se recepturum consolationem, nullam daturum requiem spiritui suo, nisi quam tulerat, liceret restituere gratiam. Et itans super eam tota nocte laborabat in gemitu suo: & pro oleo sancto, largo imbreglacrymarum perfundens mortuam, vicem illi unctionis, quam poterat, exhibebat. Ipse quidem sic. Ad suos autem, vigilate, inquit, & orate. Itaq; in psalmis illi, ille in lacrymis, noctem duxere peruigile. Et mane factus exaudiuit Dominus sanctum suum, quia spiritus Domini erat postulans pro eo, qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Quid plura? Aperit oculos, quæ fuerat mortua, & vt solent qui graui somno uigilant, fricans sibi manibus frontem, & tempora, super lectum se erigit, & agnito Malachia inclinans deuote salutat eum. Et uerso luctu in gaudium stupor apprehendit omnes, & qui uiderunt, & qui audierunt. Sed & Malachias gratias agens, benedixit Dominum. Et uixit eam nihilominus, sciens in hoc sacramento remitti peccata, quod oratio fidei saluet infirmum. Post hæc abiit ille, & illa conualuit, & uiuens incolumis tempore aliquanto, ut gloria Domini manifestaretur in ea, peracta poenitentia, quam sibi Malachias iniunxerat, in bona confessione iterum obdormiuit, & migravit ad Dominum. Fuit item mulier, cui spiritus iracundia: & uisus tantum dominaretur, vt non solum vicini, & cognati fagerent consortium eius, sed filij quoque ipsi uix sustinerent habitare cum ea. Clamor, & rancor, & tempestas valida ubique que fuisset. Audax, & audens, & præceps metuenta lingua, & manu importabilis omnibus, & iniusta. Dolentes filij pro illa tum pro seipsis, trahunt illam ad presentiam Malachie, lacrymabilem cum fleu querimoniam deponentes. Vir autem sanctus, & periculum matris, & in eam modum miserans filiorum, seorsum ad uocant illam, fuerunt contestata aliquando

peccata sua sollicitè percunctatur. Respondit, nequaquam. Confitere, inquit. Pareat, & ille iniungens poenitentiam contenti, oransque super eam vt dominus omnipotens de ei spiritum mansuetudinis: in nomine domini Iesu ne ultra irascatur, iubet. Sequitur tanta mansuetudo, vt pateat omnibus non esse aliud, quam admirabilem mutationem dexteræ excelsi. Fatur adhuc hodie uerere, & tantæ esse patientiæ, & lenitatis, vt quæ omnes exasperare solebat, nullis modo exasperari damnis, contumelijs, afflictionibus queat. Si licet & me iuxta apostolum abundare in sensu meo, accipiat quisque vt ualeat, ego istud superiori suscitata miraculo mortuæ censeo præferendum, quod exterior quidem ibi, hic uero interior reuixerit homo. Et nunc curramus ad reliqua.

Vir secundum sæculum honorabilis, secundum Deum timoratus, ueniens ad Malachiam questus est super sterilitate animæ suæ, supplicans ut sibi obtineret ab omnipotente Deo gratiam lacrymarum. Et subridens Malachias, quod grati haberet in homine sæculari desiderium spirituale, suam maxillam maxillæ illius quasi blandiendo coniungens, fiat, inquit, tibi sicut petijisti. Tantos exinde, & pene continuos exitus aquarum deduxerunt oculi eius, vt illud scripturæ ei posse aptari uideretur: Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium.

Est in insula maris in Hybernia ab olim secunda piscium, & mare ibi piscosum valde. Peccatis (vt creditur) habitantium adempta copia solita, quæ multos habebat filios infirmata est, & à tanta sunt furcomoditate emarcuit. De entibus aecolis, & iacturam grauem populis a gre ferentibus, reuelatum est cuidam mulieri precibus Malachie posse afferri remedium. Idq; innotuit omnibus ipsa prodente. Nutu Dei conuigit ad esse Malachiam Dum enim circuiret, & repleret euangelio regionem, diuertit illuc, vt & ipse eadē gratiā impartiretur. At Barbari, quibus erat maior cura de piscibus, omni instantia flagitant, vt potius respicere dignetur super sterilitatem insulæ suæ. Qui cum responderet se minime ad hoc uenisse, hominum magis, quam piscium desiderare capturam: uidens tamen fidem eorum flexis in littore genibus orauit ad Dominum, vt licet indignis, indultum olim beneficium tanta fide reperentibus non negaret. Ascendit orator, ascendit & piscium multitudo, & forte

vbrior, quàm in diebus antiquis, & ipsa populo terre perseverans vsq; in hodiernum diem. Quid mirum si oratio iusti, quæ penetrat caelos, penetrauit abyssos, & de profundo maris tantas piscium copias euocauit? Venerunt aliquando tres episcopi in villam Eochart, quem dicunt locum natiuitatis Bridgæ virginis. & quartus erat Malachias. Ad quem presbyter, qui hospitio susceperat eos, Quid faciam, inquit, quod pisces non habeo? Quo respondente vt quæreret à piscatoribus, biennium est, ait, quod non inueniuntur pisces in flumine, vnde & piscatores profus dissessi etiam arti sue renunciauerunt. Et ille. Præcipe, inquit, laxari retia in nomine Dñi. Factum est, & capti sunt salmones duodecim. Secundo miserunt, & captis totidem, inopinatum inferunt mensis, & ferculum, & miraculum. Et vt clare liqueat Malachie meritis hoc datū fuisse, alijs quoque duobus sequentibus annis eadē nihilominus sterilitas perdurauit. Fuit quidā clericus in Lesmor probabilis, vt fertur vitæ: sed fidei non ita. Is sciens in oculis suis presumpsit dicere in Eucharistia esse tantummodo sacramentum, & non rem sacramenti, id est solam sanctificationem, & non corporis veritatem. Super quo à Malachia secreto, & sæpe cõuentus, sed in cassum, vocatus ad medium est, seorsum tamen à laicis, vt, si fieri posset, sanaretur, & nõ confunderetur. Itaq; in conuentu clericorum data facultas homini est pro sua sententia respondendi. Cumq; totis ingenij viribus (quo non mediocriter callebat) asserere, & defendere conaretur errorē, Malachia cõtra disputante, & conuincente, iudicio omnium superatus, de conuētu confusus quidem exiit, sed nõ correctus. Dicebat autem se non ratione victū, sed episcopi pressum auctoritate. Et tu, inquit, o Malachias, sine causa me hodie cõfudisti, aduersus pfecto veritatē locutus, & cõtra tuā ipsius conscientiam. Moritus Malachias pro homine sic indurato, sed magis fidei dolens, iniuriam, timens periculum, Ecclesiã conuocauit, etiam eam publice arguit, publicè monet vt resipiscat. Suadentibus hoc ipsam episcopis, & vniuerso clero cui non acquiesceret, cõtumaci anathemata dunt hereticum protestantes. Nec sic euigilans. Omnes, inquit, fauētis homini potius, quàm veritati. Ego personam non accipio, vt detestari veritatem. Ad hoc verbum rebellans, & in sanctis, dominus, inquit, fauēt te veritatem sciat, vel

ex necessitate. Quo respondente amato iuratur coherens. Tali ille faustus cauterio rugam meditatur, infamis, atq; inhonoratus fore non sustinens. Et cõtino sua tollens exibat, eū ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, viribusq; deficiens eodem loco iacet se super solum anhelus, & fessus. Forte incidens in id loci vagabundus infans offendit hominē: quidnam ibi agat, per eunctorum. Respōlet graui se infirmitate teneri, & neque procedere, neque redire valētem. Et ille: Infirmitas ista haud alta, inquit, quàm ipsa mors est. Hoc autem non dixit à semetipso, sed pulchre Dominus per infanā corripuit eum, qui fanis acquiescere noluit consilij senatorum. Et addit: Reuertere domum, ego te iuuabo. Denique ipso duce reuertitur in ciuitatem, redit ad cor, & ad misericordiã Domini. Eadem hora accessit episcopus, agnoscitur veritas, abiicitur error, cõfessus reatum absoluitur, petit viaticum, datur reconciliatio, & vno pene momento perfidia, ore abdicatur, & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis sub omni cõleritate cõpletus est sermo Malachie, & scripturæ pariter dicentis, quia vexatio dat intellectum auditui. Inter populos quarumdã regionum orta aliquando grauis discordia est. Interpellatur Malachias de cõponenda pace inter eos. Et cum esset alij impeditus, iniungit negotium hoc vni episcoporū. Illo excusante, negante, & dicente Malachiam, non se questum, se contemptum, se frustra fatigari nolle: vadē, inquit, & Dñs erit tecū. Et ille: Acquiesco, sed si me non audierint, scito me ad tuam paternitatem appellatum. Subridens Malachias, fiat inquit. Tunc episcopus conuocatis patribus dicit forinã pacis: acquiescunt, reconciliantur adinuicē, fide hinc inde data stabilitur pax: & sic dimisit eos. At pars vna videns hostes factos securos, imparatos esse (quippe q; pace facta mala nihil suspicaretur) loquebatur mutuo, & dicebat homo ad proximum suum: Quid volumus facere: Victoria pax manibus est, & vltro e nonicis. Et exepere insequi illos. Innotuit episcopo quod fiebat, & accurrens conuenit lucem eorum super iniquitate, & doctō, sed spretus ab illo est. Inuocant nomen Malachie a iheris eum, & nihil prodest. In idēq; episcopi, putasne, inquit, ppe te ambire debemus malefactores, non nos quos Deus tradidit in manus nostras: Et recordatus verbi sui episcopus, quod habet

na, flens, & ciulās verso vul-
tu ac monasteriū eius: vbi es, ait, homo
Dei, vbi es? Nonne hoc est pater mi, quod
tibi dicebam? Heu heu, veni vt facerem bon-
num, & non malum: & ecce per me omnes
illi in corpore, isti in anima pereunt. Multa
in hunc modū loquebatur lamētans, & plā-
gens, & quasi presentem sollicitans, & com-
pellens Malachiam aduersus malignantes.
Interim verō impij cum quibus fecerāt pa-
cem, insequi non desistebant ad perdēdum
eos. Et ecce spiritus mēdax in ore quorum-
dam virorum, qui eos deciperet. Et occur-
rerunt illis in via viri nūnciantes facta irru-
ptionem in terras ipsorum ab aduersarijs
in ore gladij consumi omnia, & diripi bona
eorū, vxores quoq; ac liberos tolli, & abdu-
ci. His auditis, reuersi sunt festinanter. Se-
quebatur vltimi primos, quō irent aut quid
acciderit nescientes. Nec enim omnes audie-
rant viros loquentes. Cumque vēnissent, &
inuenissent nihil horum, quę nūciata erant,
confusi sunt, deprehensi in malitia sua. Et
cōgnouerūt spiritui erroris se traditos pro-
pter nunciū Malachia quē deceperūt, & no-
men eius, quod spreuerūt. Porro episcopus
audies frustratos proditores in iniquitate
sua quā cogitauerāt, cū gaudio remeavit ad
Malachiam, referens omnia per ordinem quę
acciderant sibi. Sciens Malachiam eiusmodi
occasione pacem esse turbatam, nactus op-
portunum tēpus, pacem per semetipsū in-
ter ipsos denuo reformare curauit, & firma-
re reformatam, datis, & receptis altrinsecus
fide & iuramento. Verū illi, quibus ante pax
fracta fuit, iniurię memores, neglecto pacto
& pręcepto Malachia, tractauerunt de vice
reddenda. Et cōgregati omnes in vnū ibant
vt imparatos pręoccuparent, redderentq;
in caput eorū in malum, quod sibi ipsi facere
cogitassent. Et magno flumine, q̄ intererat
facillime trāsuadato a fluuiolo, qui nō pro-
cul ab illo erat offendere retenti sunt. Neq;
enim iam fluuiolus, sed plane fluvius ingēs-
s apparuit. bique suis transire volētibus tran-
sire negat. Mirari omnes tūntū nunc esse,
tantillum ante hac fuisse fluentes, & loqui
inter se: Vnde inuandatio hæc? Aet feruens
est, imbres non sunt, nec proximē fuisse me-
minimus. Et si multum posuisset, quis no-
strum vnquam hactenus meminit in quan-
tatumque illius ita insumuisse, vt operiret
terram lata, & prata peruaderet? Dignus
Dei est, & dominus sepius vias nostra s

propter sanctum suum Malachiam, cuius su-
mus pręuaricati pactum, transgressi mūda-
tum. Ita & hi infecto negotio ad sua æquē
confusi repedauerunt. Diuulgatum est ver-
bum per vniuersam regionem, & benedice-
bant Deum, qui comprehendit sapientes in
astutia sua, & confringens cornua peccato-
rum sublimauit cornu Christi sui. Aliquis
de nobilibus infensus regi, reconciliatus est
per manum Malachia. Nec enim regi satis
fidebat ille, vt pacem cū eo faceret, nisi me-
diante Malachia, aut quem rex æquē eue-
reretur. Nec inmerito, vt post apparuit. Nā
factum securum, & minime iam cauentem
sibi, captum truxit in vincula, odio antiquo
captus plus ipse. Requiritur homo à suis
de manu mediatoris. (Nec enim aliud ami-
ci expectare, quam mortem.) Quid faceret
Malachias? Non est quod possit nisi vt re-
currat ad suum illud solitum vnicuique
refugium. Congregato exercitu forti nimi-
rum turba magna discipulorum suorū, adit
hominem, requirit vincitū, negatur. Et Mala-
chias, itaque, inquit, agis contra dominum,
& contra me, & contra te ipsum, pactū prę-
uaricans. Si dissimulas tu, sed non ego. Cre-
didit se homo fidei meę: si contingat moti,
ego prodidi eum, ego reus sanguinis eius.
Quid tibi visum est me proditorē, te pręua-
ricatorē constituit? Noueris me donec li-
beretur nihil gustaturum, sed neq; istos. Sic
locutus in trat Ecclesiā: Deum omnipotentē
suis suorumq; anxijis gemitibus interpellat
vt iniuste addictū dignetur eripere de ma-
nu pręuaricatoris, & iniqui. Et ea die cum
nocte sequētī in ieiunio, & oratione persis-
terunt. Perlatū ad regem quid fieret, & ma-
gis inde induratum est cor eius, vnde emol-
li debuerat. Init fugā, veritus homo carna-
lis ne si propē remaneret, orationis nō pos-
set sustinere virtutem. Quasi vero, vel ab-
sconditum nō inueniat, vel non perueniat
ad remotum. Tu metas ponis miser oratio-
nibus sanctorū. Nū est oratio iacta sagitta,
vt fugias à facie arcus? Quō ibis à spiritu
Dei, qui ea portat, & quō à facie eius fugies?
Deniq; fugientē insequitur, inuenit latitan-
tem. Erisq; cæcus, & non videns, vt melius
videas, & intelligas quoniam durum est tibi
contra stimulum calcitrare. Denique senti,
vel nunc quia sagitta potantis acutę perue-
nerunt ad te, quę etsi resiliērūt à corde, quia
saxum est, sed non ab oculis. Utinam per
fenestras saltem oculorum perueniant vsq;
ad

G

H

ad cor, & vexatio dei intellectum cæcitati. Cernere erat Saulum de nouo ad manus trahi, & duci ad Ananiam, ad ouem scilicet lupum, ut refunderet prædam. Refudit, & recepit visum, quod Malachias vsq; adeo ouis esset, ut sit misertus & lupo. Diligenter ex his aduerte lector cū quibus habitatio Malachia, quales principes, & quales populi. Quomodo non & is frater fuit draconum, & focus struthionum? Et ideo dedit ei Dominus virtutem calcandi super serpentes & scorpiones, alligari, reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Deinde audi quid sequatur.

I S, cui Benchorensis monasterij cesserat possessiones, ingratus beneficio, ex tunc & deinceps insolentissime semper se habuit aduersus eū, & suos, in omnibus infestus ei, vbi que insidiās detrahensque actibus eius. At non impune hoc. Erat illi vnicus filius qui imitator patris audens aliquid, & ipse in Malachiam, eodem anno mortuus est. Mortuus autem sic: Visum est Malachia debere constitui in Benchor oratorum lapideum, instar illorum, quæ in alijs regionibus extracta conspexerat. Et cum cœpisset facere fundamenta, indigne quidem mirati sunt, quod in terra illa necdum eiusmodi ædificia inuenirentur. Verum ille nequam (sicut erat præsumptuosus & insolens) non modo miratus est, sed indignatus. Ex qua indignatione concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et factus susurro in populis, nunc secreto detrahens, nunc blasphemare palam, innotare leuitatem; nouitatem horre, sumptus exaggerare. Istiusmodi venenatis sermonibus sollicitans, & inducens multos ad prohibendum, sequi minime, inquit, & quod non nisi per nos fieri debet, contra nos fieri non sinamus. Itaque cum pluribus quibus suadere valuit descendit ad locum, repertum conuenit hominem Dei primus ipse dux verbi, qui erat principium mali. O bone vir, quid tibi visum est nostris hanc inducere regionibus nouitatem? Scoti sumus, non Galli. Quænam leuitas hæc? Quid opus erat opere tam superfluo, tam superbo? Vnde tibi pauperi, & inopi sumptus ad perficiendum? Quis perfectum videbit? Quid istud præsumptionis, inchoare quod non queas nō dico perficere, sed nec viuere perfectum? Quamquam amentis magis est, quam prudentis conari quod modum excedit, vinctu vires, superat facultates. Cetera, cetera de-

sine à vesania hæc. Alioquin non sustinemus. Hoc dixit proceris quid vellet, non quid posset considerans. Nam de quibus præsumebat, & secū adduxerat, viso viro mutati sunt, & iam nō ibant cum eo. Ad quem vir sanctus tota libertate vtens: miser, inquit, opus quod inchoatum vides, & inuides, sine dubio perficietur, perfectum videbunt multi. Tu vero quia nos vis non videbis: & quod non vis, morieris: attendito tibi ne in peccato tuo moriaris. Ita est, ille mortuus est, & opus completum est, sed ille non vidit, qui vt præfati sumus, anno eodē mortuus est. Interim pater auditio mox quid de filio vir sanctus prædixisset, sciens verbum eius viuum, & efficax esse, interfecit, inquit, filium meum. Et instigante diabolo, tanto furore exarsit in illū, vt coram duce, & maioribus Vlydiæ, falsitatis & mendacij, arguere non vereretur hominē qui veracissimus esset, veritatis, & discipulus & amator, & conuictum in tulit, simiam appellans. Et Malachias quidem doctus non reddere maledictum pro maledicto, obmutuit, & non aperuit os suum, dum cōsisteret peccator aduersus eum. Sed non Dominus oblitus sermonis sui, quē dixerat sibi vindictam, & ego retribuam. Eadem die domum reuersus homo luit lingua estia nis temeritatem, ipso vitore, quo indigatore laxarat. Arreptum in ignem proiecit damō, sed mox manibus assilientium extractus est, adustus tamen corporis parte, & mente captus, & dum insaniret, vocatus Malachias venit, reperitque maledictum spumantia oratorquentem, horridis vocibus, & motibus terrentē omnia, ac toto corpore agitarum vix posse teneri à pluribus, & orans pro inimico vir totius perfectionis exauditus est, sed ex parte. Nam illico quidem sancto orante ille aperuit oculos, & sensum recepit. Relictus est autem ei spiritus Domini malus, qui eum colaphizet, vt discat non blasphemare. Credimus eum viuere vsque adhuc, & vique ad hæc tempora luere peccatum grāde, quod peccauit in sanctum, certis temporibus tamen ferunt lunaticum esse. Porro prædictæ possessiones cum iam pro sum imbecillitate, & inutilitate eas tenere non valuit, in pace ad locū, cuius extiterat redierunt. Nec renuit Malachias, post multam demum vexationem, pacis obtentu. Sed iam ad opus ædificij quod Malachias aggressus est, secum recurrat. Et quidem non erat idola-

chie non dico vnde periceret, sed vnde faceret quidquam. Erat autē cor eius fiduciam habēs in Domino. Dominus vero prouidit, vt etſi non ſperanti in pecuniæ theſauris, pecuniā non deſſet. Quis enim alius fecit, vt theſaurus eo loci reponeretur, & reſpoſitus non reſpiceretur vsq; ad tempus, & opus Malachia? Inuenit Dei famulus in Dei maſupio, quod deſuit ſuo. Merito quidem. Quid enim iuſtius, quā vt cui pro Deo nō erat proprium, cum Deo iniret conſortium, & maſupium vnum eſſet amborum? Fideli denique homini totus mundus diuitiarum eſt. Et quid eſt ille niſi quodam maſupium Dei? Denique ait: Mens eſt orbis terræ, & plenitudo eius. Inde eſt, quod Malachias reſertos argenteos multos non reſpoſuit, ſed expoſuit. Nam totum munus Dei, in Dei opus iubet expendi. Non ſuas, non ſuorum conſiderat neceſſitate, ſed iactat cogitatum ſuum in Dño: ad quem vtique recurrendum non dubitat quoties neceſſitas poſtularit. Nec dubium Dei opus eſſe, quod Deo reuelante Malachias prouidit. Contulerat primum cum fratribus de opere illo, & multi præ inopia minus libenter aſſentiebantur. Inde anxius, dubiuſq; quid ageret, cepit inter orandum vehementer inquirere, quæ nam foret voluntas Dei. Et die quadam de via, regrediens, cum iam loco appropriaret, proſperit eminus, & ecce oratorium apparuit magnū lapideum, & pulchrum valde. Et intuens diligenter ſitum, formam, & cōpoſitionem, cum fiducia arripuit opus, prius quidem indicatā viſione ſenioribus fratribus paucis tamen. Sane totum quod attēte notauit de loco, & modo & qualitate, tanta diligentia obſeruauit, vt peractō opere factum viſo ſimillimum appareret, acſi & ſibi eū Moyſe dictū audierit. Vide vt omnia facias ſecundum exemplar quod tibi oſteſum eſt in mōte. Eodem viſionis genere id quoque, quod in Saballiano ſitum eſt, antequā fieret præoſteſum eſt illi non modo oratorium, ſed & monaſterium totum. Tranſeunte illo per quamdam ciuitatem, & multitudine magna concurrente ad eum: caſu vidit iuuenem inter alios videndi ſecuriſum. Aſcenderat lapide, & ſtans ſuper ſummos articulos, extento collo, oculis, & animo intendens in eum, quēdam illi de nouo Zachaum exhibebat. Nec latuit Malachiam, ſancto quidem ſpiritu reuelante, vere illū veniſſe in ſpiritu, & virtute Zachæi. Diſſi-

mulauit tunc tamen, tacituſque pertranſiſſe. Ceterum in hoſpicio nocte ipſa, narrauit fratribus, quomodo illum vidiffet, & quid præuidiffet de illo. Die autem tertia, en ille eum viro quodam nobili Domino ſuo: qui aperiens votum, & deſiderium iuuenis, rogabat vt à ſe commēdationem recipere dignaretur, & habere de cetero inter ſuos. Et Malachias agnoſces eum. Non eſt opus, inquit, vt quem iam Deus commēdauit, homo commēdet. Apprehenſumq; manu ſua tradidit Abbati Congano noſtro, & ille fratribus. Ipſe vere iuuenis (adhuc ni fallor viuens) primus cōuerſus laicus Surienſis monaſterij, teſtimonium habet ab omnibus, quod ſancte conuerſetur inter fratres ſecundum ordinem Ciſterciēſem. Et cognouerunt diſcipuli etiam in hoc Malachiam prophetiæ ſpiritum habuiſſe, non ſolum autem, ſed & in eo, quod ſubiuncturi ſumus. Cum ſacramenta offerret, & appropriaret ei diaconus facturus aliquid pro officio ſuo, intuitus cum ſacerdos, ingemuit, quod ſenſiſſet penes illum latere, quod non conueniret. Peractō ſacrificio, ſecreto percunctatus de conſcientia ſua, conſeſſus eſt, & non negauit illuſum ſibi per ſomniū nocte ipſa. Cui iniungens penitentiam: Non debueras, inquit, hodie miniſtrare: ſed verecunde te ſubtrahere ſacris, & deferre tantisq; diuinis miſterijs, vt hac humilitate purgatus dignius exinde miniſtrares. Item alia vice ſacrificante illo, & orante hora ſacrificij, ea quidem ſanctitate, & puritate cordis, qua ſolitus erat, aſtante diacono viſa eſt columba intrare per fenestrā in claritate magna. Ea ſacerdos perfunditur totus, ea ſubſcurior baſilica tota reſulget. Columba vero aliquamdiu circumuolitans, tādē reſidet ſuper crucem ante faciem ſacerdotis. Obſtupuit diaconus, & pauens tum pro luminis tum pro volucris nouitate, quod illa ſit rara auis in terra, cecidit ſuper faciem ſuā, & vix palpitans ſeſe erigere auſus eſt, vel quādo officij ſui neceſſitas poſtulauit. Poſt miſſam ſeorſum cōuentus à Malachia, ſub periculo vitæ iubetur nullatenus ſecretū procedere, quod vidiffet, quoad viueret ipſe. Aliquando cum in Ardinacha eſſet cum quodam coepiſcopo ſuo, de nocte ſurgēs cepit memorias ſanctorū, quæ in cœmeterio ſancti Patriej multæ ſunt, orando luſtrare. Et ecce vnum de altaribus ſubito ardere conſpiciunt. Ambo enim viderunt viſionem hanc

hanc magnam, & ambo mirati sunt. Et Malachias intelligens signum esse magni meriti illius vel illorum, quorum sub altari illo corpora requiescerent, currens, & se medijs immergens flammis, expansis brachia facia amplexatus est aram. Quid ibi fecerit, quid ve fenerit, nemo qui sciat, sed quod amplius solito caelesti igne successus ex illo igne exierit, fratrum, qui cum eo tunc erant, reor neminem esse, qui nesciat.

HAec dicta sunt pauca quidem de pluribus, sed multa pro tempore. Nō enim signorum tempora haec, secundum illud Signa non vidimus: iam nō est propheta. Vnde satis apparet, Malachias meus quantus in meritis fuit, qui tam multus in signis extitit, & in raritate tanta. Quo enim antiquorum genere miraculorum Malachias non claruit? Si bene aduertimus pauca ipsa quae dicta sunt, non propheta defuit illi, non reuelatio, non vltio impiorum, non gratia sanitatum, non mutatio mentium, non denique mortuorū suscitatio. Per omnia benedictus Deus, qui sic amavit, & ornauit eum, qui & magnificauit eum in conspectu regū, & dedit illi coronā gloriæ. Amor probatur in meritis, ornatus in signis, magnificatio in vltione inimicorum, glorificatio in praeiorum retributione. Habes diligens lector, in Malachia quid mireris, habes & quid imiteris: nunc iam quid tibi ex his sperandum sit studiosus attende. Nam finis horum, preciosa mors est.

Percunctatus aliquando, quonam in loco si optio detur, extremū malit agere die (de hoc siquidē fratres querebant inter se, quem sibi quisque diligeret) cunctatur, & non respondet. Instantibus illis, si hinc migro, inquit, nusquam libentius, quam vnde vnā cum nostro apostolo resurgere possum. Dicebat autem sanctum Patricium. Si peregrinari oportet, & ita permittit Deus, Clarauallē delegi. Requisitus item de tempore, diem respondit solemnem omnium defunctorum. Si simplex votum putatur, impletum est. Si propheta, ne iota praeteritur. Sicut audimus, sic vidimus de loco pariter. & de die Dicamus breuiter quo ordine illud quae occasione prouenerit. Aegre satis ferebat, Hyberniam vsque adhuc pallio caruisse, vtpote emulato sacramentorum, quorum ne vno quolibet gentem suā vellet omni fraudari. Et recordatus sibi à Papa Innocentio fuisse promissum, inde

magis tritari, quod dum adhuc illud super fuit, non fuit, missum pro eo. Et naus occasionem, quod Papa Eugenius summā regimini teneret, & eo tempore, vsq; in Franciam appropriasse nunciaretur opportunitatem requirendi se inuenisse gauisus est. Presumebat autem de illo, vtique vno tali de tali assumptio professione. Magis vero, quae suae Claraualis specialis filius extitisset, nec timeret apud illum se vllam sustinere difficultatem. Ita quae conuocantur episcopi, concilium cogitur, tractata triduo, quae temporari imminerent, die quarto aperitur consiliū de pallio requirendo. Placet, sed si per alium requiratur. Tamen quia breuior via, ob hoc tolerabilior peregrinatio videretur, nō fuit qui eius obuiare praesumeret consilio, & voluntati. Et Malachias soluto concilio arripit iter. Prosequuntur eum, qui conuenerant fratres, vsque ad litus, nō multi tamē, ipso nimirum prohibente. Ad quem vnus illorum Catholicus nomine flebili, voce & fletu, heu tu abis, inquit, & in quanta poena quotidiana vexatione me deseris, non ignoras, nec fers opem misertus mei. Si ego dignus qui patiar, fratres quid peccauerunt, qui vix diem noctem vllam à tā laboriosa cura & custodia mei feriatam habere sinuntur? His verbis, & lacrymis filij (flebat enim) paterna viscera concussa sunt, & amplexatus est eum blandiendo, impressoque pectori eius signo crucis: certus esto, inquit, te eiusmodi nil passurum, donec redeam. Erat autem epilepticus, & cadebat frequenter, ita vt interdum nō se mel, sed saepius pateret in die. Hoc iam per sex annos morbo horrido laborabat, sed ad verbum Malachiae perfecte conualuit. Ab illa hora nil tale perpeffus est, nil tale, vt confidimus deinceps perpeffurus, quia Malachias deinceps rediit non est. In ipso ascensu nauis accedunt duo ex his, qui illi familiaris adhaerebant, audentes & petentes aliquid ab eo. Quibus ille. Quid vultis? Non dicimus inquirunt, nisi spondeas te daturum. Spondet. Et illi: Volumus nobis certo promitti à tua dignatione, te in Hyberniam incolumē reuersurum. Instare & ceteri omnes. Tum ille parumper deliberans, poenitere primo quod se alligasset, qua exiret non inuenies. Angustiae vndique, dum nil occurreret ab alterutro tutum periculo, voti videlicet, an promissi. Visum est tandem id potius eligendum, quod in presentiarum plus vigeret,

reliquum supernæ committendum dispositioni. Annuit tristis quidem, sed magis illos noluit contristare, & respondens eis vt voluit, ascendit nauem. Et cum iam fere medium iter æquoreum peregissent, subito cõtrarius ventus nauem repellit, & reducit in terram Hybernix. Descendens de nauì in ipso portu in quadã sua Ecclesia pernoctauit. Et lætus gratias egit diuinæ consilio prouidentix, quo factum est vt iam fecerit satis pro sua promissione. Mane vero intrans nauem, ipsa die prospero cursu transfretauit, & venit in Scotiam. Die tertia peruenit ad locum, qui Viridestagnum dicitur, quem fecerat præparari, vt ibi statueret Abbatiam. Et relicto illic de filijs suis fratribus nostris monachorum cõuentu, & Abbate (nam fecum ad hoc ipsum eos adduxerat) vale dicens ei profectus est. Et cum transiret, occurrit ei rex Dauid à quo receptus cum gaudio & retentus per aliquot dies, multaq; operatus placita Deo, inchoatum repetit iter. Et pertransiens Scotiam, in ipso introitu Angliæ diuersit ad Ecclesiam Gifsburnensem, vbi habitant viri religiosi canonicam degentes vitam, ab antiquo familiares ei pro sua religiositate, & honestate. Ibi adducta est ad eum mulier patiens morbum, quem cancrum visigo appellant, ipso horrendū visu, & saquirit eam. Nã vbi aqua cui benedixit, aspersa sunt vlcera, tota, dolorem nõ sensit. Die vero sequenti vix vlcera apparebãt. Abiens inde ad mare venit, sed negatur trãsitus. Causa, ni fallor, fuit orta similitas quedam inter summum pontificem, & regē Angliæ, q; rex nescio quid mali suspicaretur de bono illo homine si transiret. Nam neque alios Episcopos transire sinebat. Quod quidem impedimentum etiã fuit contrariū Malachix voluntati, sed nõ voto. Dolebat differri à desiderio suo, nesciens magis per hoc impletum iri. Nam si incontinenti transisset, oportebat transire etiam Claramuallē, vt summum pontificem sequeretur. Iam enim abierat, & erat Romæ, aut prope Romanam. Nunc vero intercedente dilatione factum est vt tardius transfretans, ad locum, & horam sanctissimi sui obitus opportune occurreret.

Qui à nobis susceptus est tamquã verus ab occidente veniens, visitans nos oriens ex alto. O quantum nostræ Claræ ualli irradians sol ille, claritatis adauxit, quã inuicundus ad eius introitum dies festus illu-

xit nobis. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultatum, & lætatum in ea. Quã celer, & saliens tremulus, ac debilis mox ipse occurri. Quã lætus in oscula rui, quã lætis brachijs missam cõlitus mihi amplexatus sum gratiam. Quã alacri vultu, & animo mi pater, introduxi te in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Quã festiuos deinde tecum duxi dies, sed paucos. Quid vero ille vicissim nobis? Nempe hilarem, nempe affabilem peregrinus noster omnibus se præbebat, omnibus incredibiliter gratum. Quã bonum, & quã iocundum agebat hospitem, apud eos, quos nimirum videre venerat à finibus terræ, non auditorus Salomonem, sed exhibiturus. Denique audiuius sapientiã eius, tenuimus præsentiam eius, & tenemus. Iam quattuor aut quinque dies huius nostræ solennitatis defluerant, cum ecce die solenni beati Lucae euangelix missa in conuentu sua illa sancta deuotione celebrata, febre correptus lecto decubuit, & nos cum illo omnes. Extrema gaudij nostri moror occupat, moderatior tamen, quòd leuior interim febris esse videretur. Videres discurrere fratres, dandi auidos, vel accipiendi. Cui non dulce videre illum? cui non dulcius ministrare illi? Vtrumque suaue, vtrumque salutare. Et humanitatis erat præbere obsequium, & profectus cuique sui, cum gratiam reportaret. Assistere omnes, omnes solliciti erant circa frequens ministerium, medicamenta perquirere, adhibere fomenta, vrgere facpius ad gustandum. Ad quos ille sine causa inquit, hæc, sed caritate vestri facio quidquid iniungitis. Sciebat enim imminere tempus suæ migrationis. Cumque fratres, qui cum eo venerant, fidentiùs instarent dicentes non oportere diffidere de vita, nec enim signa mortis in eo aliqua apparent, oportet, inquit, hoc anno Malachiam exire de corpore. Et infert. Ecce appropinquat dies, quem (vt optime nostis) optauì semper ipsum fore diem resolutionis meæ. Scio cui credidi, & certus sum, non fraudabor reliquo desiderij mei, qui partem iam tenco. Qui me sua misericordia perduxit ad locum quem petij, terminum, quem æquẽ volui, non negabit. Quod ad hoc corpusculum attinet, hic requies mea, quod ad animam, dominus prouidebit, qui saluos facit sperantes in se. Nec parum spei repositum mihi in die illa, qua mortuis tanta à viujs beneficia

impen-

impenduntur. Nec longe aberat dies ipsa cum talia loqueretur. Interea iubet se sacro oleo ungi. Exeunte conuentu fratrum vt solemnitater fieret, non sustinuit vt ad se ascenderent, ipse descendit ad eos. Iacebat siquidem in solario, domo superiori. Ungitur & sumpto viatico fratrum se orationibus, & fratres commendans Deo, ad lectum reuertitur. A lecto de solio descendebat pedibus suis, & rursus nihilominus suis pedibus ascendebar, & dicebat mortem esse in ianuis. Quis hunc hominem crederet moriturum? Solus ipse, & Deus id scire poterat. Non vultus pallidior non macilentior videbatur, non rugata frons, non reconditi oculi, non nares extenuatae, non contracta labia, non adusti dentes, non collum exesum, & gracile, non curui humeri, non caro exinanita in corpore reliquo. Haec erat gratia corporis eius, & haec gloria vultus eius, quae non euacuatur ne in morte quidem. Talis quoad vixit, talis, & mortuus apparebat, viuenti similior.

Currimus vsque huc, sed modo haeremus, quia Malachias cuiusmodi consummavit. Stat ille, & nos pariter stamus cum eo. Alioquin quis libenter currat ad mortem? Praesertim tuam pater sancte quis referre possit, quis velit audire? Attamen dileximus nos in vita, in morte non separabimur. Fratres, non relinquamus in morte, quem in vita persecuti sumus. Ab vltiori Scotia vsque huc cucurrit ille ad mortem eamus, & nos, & moriamur cum eo. Oportet dicere quam cernere necesse fuit. Adest omnium sanctorum clara vbiq; celebritas, sed iuxta veterem sententiam, Musica in luctu importuna narratio est. Adsumus, canimus, vel inuiti. Flendo cantamus, & cantando fleamus. Malachias etsi non cantat, non plorat tamen, Quid enim ploret, qui appropinquat ad gaudium? Nobis qui relinquimur, relinquuntur luctus, solus Malachias festum facit. Quod enim non potest corpore, facit mente, sicut scriptum est: Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi. Deficiente illi corporis instrumento, silente organo oris, officio vocis cessante, reliquum est, vt mentis iubilo solemnitaret. Quid nisi solemnitaret sanctis, qui sanctorum ducuntur ad solemnitatem? exhibet illis quod mox tibi debetur. Adhuc modicum, & ipse vnus ex ipsis est. Sub noctis crepusculo cum iam vltimumque dixisset a nobis expleta celebritas foret, Malachias

appropinquauerat non crepusculo, sed aurora. An non illi aurora, cui nox praecessit dies autem appropinquauit? Itaque febre inualecente, cepit ex intimis ardens per omne corpus erumpere sudor, vt quodammodo transiens per ignem, & aquam educeretur in refrigerium. Iam defugerat de vita eius, iam quisque suum iudicium reprehendit, iam nulli dubium Malachiae sententiam praualere. Vocamur, adsumus, & ille oculos leuans in circumstantes. Desiderio desideravi, inquit, hoc Pascha manducare apud vos. Gratias ago supernae pietati, non sum fraudatus est desiderio meo. Vides hominem securum in morte, & necesse mortuum, iam certum de vita. Nec mirum. Videns adesse noctem, quam expectauerat, & in ipsa die scire sibi, quasi de nocte triumphans, videtur insultare tenebris, & quodammodo loqui. Iam non dicam, forsitan tenebrae conculcabunt me, quia haec nox illuminatio mea in delicijs meis. Et blande nos consolans: Habete, inquit, curam mei, ego vestri si licuerit non obliuiscar. Licetbit autem. Credidi in Deum, & omnia possibilis credenti. Amaui Deum, amaui vos, & caritas numquam excidit. Et suspiciens in caelum, Deus (inquit) serua eos in nomine tuo. Non solum autem eos, sed & omnes, qui per verbum, ac ministerium meum in tuo se mancipauerunt seruitio. Deinde imponens manus singulis, & benedicens omnibus, pausat ire iubet, quia nondum venerat hora eius. Imus, redimus circa medium noctis, nam ea hora lux lucere in tenebris nunciatur. Impletur domus, adest congregatio tota. Abbates quoque multi qui conuenerant. Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus prosequimur amicum repariantem. Anno aetatis suae quinquagesimo quarto, loco & tempore quo praelegit & praedixit, Malachias episcopus, & legatus sanctae apostolicae sedis, velut et manibus nostris assumptus ab angelis, feliciter obdormiuit in domino. Et vere obdormiuit. Vnitus placidus, & placidi exitus iudicium fuit. Et quidem omnium oculi fixi in eum, quibus tamen qui eum quando exiit aduertere potuisset. Mortuus viuere, & viuens mortuus putabatur, adeo nil intercidit quod alterutrum determinaret. Eadem viuacitas vultus, serenitas eadem qualis apparere solet in dormiente. Diceres morem aut horum tulisse, magis auxilii plurimum. Non est mu-

Eccl. 22.

75. b

p. 30. b

M.

Ad ipse mutauit omnes. Mirum in modum luctus, & gemitus omnium subito conquiescit, mutatur in gaudium mœror, planctum cantus excludit. Effertur, feruntur in caelum voces, infertur oratorio Abbatum humeris. Vicit fides, triumphat affectus, res in suum deuenit statum, cuncta geruntur ex ordine, cuncta ex ratione procedunt.

ET re vera quid rationis habet immoderatus plangere Malachiam, quasi non sit preciosa mors eius, quasi non sit magis somnus, quã mors, quasi non sit mortis portus, & porta vitæ? Malachias amicus noster dormit, & ego lugeam? Luctus iste vsu se, non ratione tuetur. Si Dominus dedit dilecto suo somnum, & talem somnum, in quo hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris, quid horum videtur stetum indicare? Egone fleam illum, qui stetum euasit? Ille triphudiat, ille triumphat, ille introductus est in gaudium Domini sui, & ego cum plangam? Cupio mihi hæc, non illi inuideo. Interim parantur exequiæ, offertur pro eo sacrificium, consummantur ex more omnia cum summa deuotione. Stabat eminus puer cui emortuum pendebat à latere brachium, magis illi impedimento, quã vsui. Quo comperto, innui vt accederet. Et apprehensam frigidam manum applicui ad manum episcopi, & iuificauit eam. Nempe vivebat in mortuo gratia salutatum, & manus eius fuit mortuæ manui quod mortuo homini Heliseus. Puer ille de longe venerat, & manum, quam pendentem attulerat, sanam in patriam reportauit. Iam omnibus rite peractis in ipso oratorio sanctæ Dei genitricis Mariæ, in quo sibi bene complacuit, Malachias traditur sepulturæ, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo octauo, quarto nonas Nouembris. Tuum est Iesu bone depositum, quod nobis creditum est: tuus thesaurus reconditur penes nos. Seruamus illum resignandum in tempore quo reposcendum censueris, tantum, vt absque contubernali-

libus suis non egrediat, sed quem habuimus hospitem, habeamus ducem tecum, & cum ipso pariter regnaturi in sæcula seculorum.

Amen.

Sermo S. Bernardi Abbatis in festiuitate sancti Malachia, qui legitur pro octo primis lectionibus eiusdem festiuitatis.

LIquet dilectissimi, quod dum corpore retinemur, peregrinamur à Domino: ac per hoc luctu magis, quã gaudium miserandum nobis indicit exilium, & conscientia delictorum. Quia tamen apostolico ore gaudere cum gaudentibus admonemur, in omnem nos suscitari lætitiã, tempus, & causa requirit. Nam si vere (quod propheta sensit) exultent iusti in conspectu Dei: exultat sine dubio Malachias, qui in diebus suis placuit Deo, & inueterus est iustus. In sanctitate, & iustitia corã ipso ministravit, placuit ministerium, placuit & minister. Quid ni placuerit? Posuit sine sumptu euãgelium, repleuit euãgelio patriã, suorum maxime ferale edomuit barbarie Hybernorum, leui iugo Christi gladio spiritus exterarum subdidit nationes, vsque ad extrema terrarum restituit hæreditatē suam illi. O ministerium fructuosum, o ministerium fidelem. Numquid non per ipsum filio est pater adimpleta promissio? Numquid non hunc olim intuebatur pater cum ad filium loqueretur. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrarum? Quam libes saluator recipiebat quod emerat, & emerat precio sanguinis sui, ignominia crucis, horrore passionis. Quam libens de manibus Malachia, pro eo quod gratis ministraret. Ergo in ministro quidem gratum erat munus gratuitum, in ministerio autem placita conuersio peccatorum. Grata, inquam, & placita in ministro simplicitas oculi, in ministerio autem salus populi.

Quamquam etsi ministerij quidē minor efficientia sequeretur, nihilominus tamen ad Malachiam & ad opera eius ille merito respexisset, cui amica puritas, cui familiaris simplicitas, cuius iustitiæ est de intentione pensare opus, & de oculi qualitate totius æstimare corporis statum. Nunc vero magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates, & studia Malachia magna, & multa, & bona valde, etsi pro bona casta intentionis origine meliora. Quod opus pietatis præterijt Malachiam? Pauper sibi, sed diues pauperibus erat. Pater orphanorum, maritus viduarum, patronus extitit oppressorum. Hilaris dator, petitor rarus, acceptor verecundus Pacis reformanda inter discordantes

tes fuit illi cura maxima, & efficacia multa. Quis æque pius ad cōpatiendum ad subueniendum promptus, ad corripendum liber? Nam & zelans erat, nec deerat scientia zeli ipsius moderatrix. Et quidem infirmus infirmis, sed nihilominus potentibus potens, superbis resistebat, tyrannos verberabat, regum magister, ac principum. Ipse est qui regi orando visum, & malignā tulit, & humiliato restituit. Ipse est, qui pacis, quam fecerat violatores spiritui erroris traditos frustratus est in malo, quod facere cogitabant, ac denuo coegit ad pacem, cōfusus quidem & stupefactos in eo, quod sibi contigerat. Ipse enim est, cui aduersus alios pacis æque prauaricatores riuus officiosissime affuit, miro modo obiectu sui euacuans molimina impiorum. Imbres non erant, non illuuias aquarum, non concursus nubium, nō liquefactio niuium, cum subito factus est in fluiuium magnū, qui riuulus erat, & riuus ibat & intumescere in undans, & negās omnino transitum volentibus malignari. Quāta audiuius, & cognouimus ea de zelo viri, & vltione inimicorum, cum tamē esset suavis, & mitis, & multæ misericordiae omnibus necessitate patientibus? Qui quasi vnus omnium parens, vivebat omnibus, quasi gallina pullos suos, sic fouebat omnes, & in velamento alarum suarum protegebat. Non sexus, non ætas, non conditio discernebatur aut persona, deerat nemini, expanse omnibus gremio pietatis. De quacūque tribulatione clamaretur ad eum, propriam reputabat, nisi quod in sua patiens in aliena cōpatiens erat, plerumque & impatiens. Nonnumquam si quidem repletus zelo pro alijs in alios mouebatur, vt eripies inopes, & reprimens fortes, consulere proinde omnibus in salutem. Itaque irascebatur, sed ne irasendo peccaret, iuxta illud de Psalmo: Irasce mihi, & nolite peccare, non ira illi, sed ipse animo dominebatur. Erat suimet potis. Sane victor sui, ira superari non poterat. Ira eius in manu eius. Vocata veniebat exiens non erupens, nutu non impetu ferebatur. Non vivebatur illa, sed vtebatur. Magna illi iam in hoc, quā in cunctis vtriusq; hominis sui motibus regendis, vbi cohibendis cura diligenter, & cunctispectio multa. Non enim ita omnibus intendebat, vt se solū expeiret, solū curā expeiret generali. Erat & sui solus heres. Se ipsum custodiebat. Ita deniq; totus suus, & totus orationum

D

Psal. 4. a

erat, vt nec caritas à custodia sui, nec proprietatis ab vtilitate communium eum impedire, vel retardare in aliquo videretur. Si videres hominē medijs immersum turbis, & implicitū curis, diceres patriam natam, non sibi. Si videres hominē solū, & secum habitantem, putares soli viuere Deo, & sibi. Si ne turbatione versabatur in turbis, sine otio tempus, quod otio dederat trāsfigebat. Quomodo otiosus, quando exercebatur in iustificationibus Domini? Nam et si habebat tempus libeum à necessitatibus plebium, non tamē à sanctis meditationibus feriatū, non orandi studio, non ipso otio contemplanti. Sermo illi in tempore otij, aut ferius, aut nullus. Aspectus eius, aut officiosus, aut demissus, & cohibitus intra se. Nempe (quod nō mediocri laudi inter sapientes ducitur) oculus eius in capite eius, nusquā auolans, nisi cum virtuti paruisset. Risus, aut indicās caritatis, aut prouocans, rarus tamen & ipse. Equidem interdum eductus, excussus nunquam: qui ita nuncia ret cordis lætitiā, vt ori gratiam nō minueret, sed auget. Tam modestus, vt leuitatis non possit esse suspectus, tantillus tamen, vt hilarem vultum ab omni tristitia neuo, vel nubilo vindicare sufficeret. Omnis perfectum, & holocaustum pingue, & obsecrum gratiam mente & manu. Quā bonus odor Deo in orationibus otiosi, quā bonus hominibus in sudoribus occupati. Pro huiusmodi ergo dilectus à Deo, & hominibus nō in merito hodie Malachias in confortium angelorū recipitur, re adeptus quod nomine dicebatur. Et quidem ante angelus erat, nō minus puritate, quam nomine: sed nunc felicitus gloriosus in eo interpretatio nominis adimpletur, quando pari cum angelis gloria, & felicitate lætatur. Congratulemur, itaque fratres, congratulemur, vt dignum est, patri nostro: quia & pium est de sanctum plāgere Malachiam, & pium magis Malachiae cōgaudere vident. Numquid non vult? Et beate. Nimirum visus est oculis insipientium mori. Ille autem est in pace. Deique iam concius sanctorum, & domesticus Dei psallit pariter, & agit gratias dicēs. Transimus per ignem, & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Transiunt plane vtiliter, & feliciter pertāsiunt. Verus Hebræus Pascha celebravit in spiritu, & nobis transiens loquebatur: Desiderio desiderari hoc Pascha manducare apud vos. Transiunt per ignem, & aquam

Ps. 63. b

equam quem nec iustitia frangere, nec de-
 trahere mollia potuerunt. Latemur & ange-
 lus noster ascendit ad ciues suos pro filijs ca-
 ptiuitatis legatione fungens, corda nobis
 concilians beatorum, vota illis inimans mi-
 serorū. Latemur, inquit & exultemus, quia
 celestis illa curia ex nobis habet cui sit cu-
 ra nostris qui suis nos protegat meritis, quos
 reformauit exemplis, miraculis confirmauit.
 Sanctus pontifex, qui in spiritu humilitatis
 hostias pacificas cælis frequenter inuexerat,
 hodie per semetipsum introiuit ad altare
 Dei, ipsa hostia, & sacerdos. Migrante
 sacerdote, sacrificij ritus in melius mutatus
 est, fons lacrymarum siccatus est, holocaustum
 omne conditur in lætitia, & exultatione.
 Benedictus Dominus Deus Malachie
 qui tanti pontificis ministerio uisitauit ple-
 bē suā, & nunc assumpto eo in sanctam ciui-
 tatem tantæ recordatione suauitatis nostrā
 non desinit consolari captiuitatem. Exultet
 in Domino spiritus Malachie, quod leuatus
 pondere corporeæ molis, nulla iam seculē-
 ta, vel terrena materia prægrauatus, quomi-
 nus tota alacritate, ac uiuacitate corpoream
 omnem, & incorpoream transiens creaturā
 pergat totus in Deum, & adhærēs illi vnus
 sit cum eo spiritus in æternum. Domum
 istam decet sanctitudo, in qua tantę frequē-
 tiæ memoria sanctitatis. Sancte Mala-
 chia serua eam in sanctitate & iustitia, mi-
 sertus nostri, qui inter tot, & tantas misē-
 rias memoriam abundantię suauitatis suę
 eructamus. Magna est super te diuinę di-
 spensatio pietatis, qui te paruū fecit per
 te, saluans patriam tuam, magna fecit tibi,
 introducens te in gloriam suam. Festiuitas
 tua, quæ merito tuis uirtutibus uotua im-
 peditur, tuis nobis efficiatur meritis, & præ-

cibus salutaris. Gloria sanctitatis tuę, quæ
 à nobis frequentatur, continuatur ab ange-
 lis, sic erit nobis digne iucunda, si fuerit, &
 fructuosa. Liceat nobis, aliquas te migrante
 retinere reliquias de fructibus spiritus, qui-
 bus onustus ascendis, qui in tuo hodie tam
 delizioso conuiuio congregamur. Esto no-
 bis quæsumus Malachia sancte alter Moy-
 ses, vel alter Helias, impartiens & tu de tuo
 spiritu nobis, ipsorum siquidē in spiritu, &
 uirtute uenisti. Vita tua lex uitę, & discipli-
 nę, mors tua mortis portus, & porta uitę,
 memoria tua dulcedo suauitatis, & gratię,
 præsentia tua corona glorię in manu Do-
 mini Dei tui. O oliua fructifera in domo
 Dei, o oleum lætitię ungens, & lucens, so-
 uens beneficijs, coruscans miraculis, fac nos
 eius, qua frueris lucis, suauitatisq; partici-
 pes. O odoriferum lilium in æternum ante
 Dominum germinans, & floreus, & spar-
 gens ubiq; uiuificum suauitatis odore, cuius
 apud nos memoria in benedictione est,
 apud superos præsentia in honore, da canē-
 tibus te, tantę plenitudinis participio non
 fraudari. O luminare magnum, & lux in te-
 nebris lucens, signorū radijs, & meritorum
 illuminans carcerem, lætificans ciuitatem,
 fuga de cordibus nostris uirtutum splendō-
 ribus tenebras uirtiorum. O stella matutinā
 eo ceteris clarior, quo Dei uicinior, similior
 soli, dignare præire nobis, ut & nos in lu-
 mine ambulemus quasi filij lucis, & non filij
 tenebrarum. O aurora diescens super ter-
 ram, sed superiores cali plagas lux meridiana
 perlustrans, recipe nos in consortio lu-
 minis quo illuminatus, & late foris luces, &
 intus suauiter ardes, præstante Domino nō-
 stro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu
 sancto uiuit, & regnat Deus per omnia sæ-
 cula sæculorum. Amen.

AD LECTOREM DE ADIECTA
 huic operi D. Bernardi uita, Præfatio.



Quere fortassis nonnullos poterit, cur D. Bernardi uitam non a se utique com-
 postam sui ipsius addiderimus operibus, præsertim cum id modo cuiq; tribuen-
 dum ueniat, quod ipse confecerit. Verumtamen quia (Gregorio teste) in ore
 eius dulcis est sacra scriptura, cuius uita uiscera madatis illius replentur, eiusq;
 suauis est ad loquendum, cui interius impressa ad uiuendum fuerit. Accommodatissimū igitur,
 satisq; congruū uisum fuit huic operū suorū recollectioni, etiā eius gesta, moresq; ac uitā ap-
 ponere, ut illius deuotionis, mās ueridinis, caritatis & humilitatis uotua ad eadem scripta
 libentius perlegēda, amplectēda, animoq; tenacius imprimēda, studiosorū alliciat affectus.
 Perge itaq; pie lector, & eiusdem uitę annotator sedulus, ac pius imitator precor existas.

INCIPIT PRAEFATIO

D. GVLIELMI ABBATIS,

IN VITAM S. BERNARDI PRIMI

CLARAEVALLIS ABBATIS.



Scripturus vitam serui tui, ad honorem nominis tui prout tu dederis, Domine Deus ipsius, per quem Ecclesiam temporis nostri in antiquum apostolicam gratiam, & virtutis decus voluisti restituere, cum inuoco adiutorem, quem iam olim habeo incontentorem amorem tuum. Quis enim de amore tuo quantumcumque spiraculum vitae habens, & videns testimonium gloriae, & honoris tui tam praclarum, & tam fidele mundo insolitum effulsisse, non det operam quantumcumque potuerit, ne lumen à te accensum, tuorum quempiam lateat, sed quantum humano fieri stylo potest, (quod melius ipse tamen per virtutem operum facis) manifestatum, & exaltatum luceat omnibus, qui sunt in domo tua; In quo cum ego iam olim vellem qualecumque ministerium agere vicis tuae, seu timore, seu verecundia prohibitus sum usque adhuc, modo quidem supra me iudicans esse dignitatem materiae, & dignioribus opificibus reservandam modo etiam post obitum eius quasi supervivens ei, melius hoc, & competentius deliberans actitandum, cum iam homo non graualetur laudibus suis, & tutius id fieret à conturbatione hominum, & contradictione linguarum. At ille vigens, & valens quanto infirmior corpore, tanto fortior sit. & potens, non cessans agere digna memoriae, & magna maioribus semper accumulans, quae ipso tacente scriptorem requirant. Ego vero iam delibor virginitatibus infirmitatibus corporis mortis huius, & meis omnibus incipientibus habere responsionem viciniae mortis, sentio instare tempus resolutionis meae, plurimumque timco, ne sero me peniteat

tandiu distulisse, quod priusquam peressuam velim omnimodis peregisse. Sed & me fratrum quorundam pia benevolentia plurimum ad hoc impellit, & cohortatur, qui cum viro Dei iugiter assistent omnia eius nouerunt, ingerentes quaedam diligenti inquisitione vestigata, plura etiam quibus cum ipsis interfuerunt, & viderunt, & audierunt. Qui cum multa suggerant, & praecleara, quae per seruum suum Deus ipsis praesentibus operatur, & nota eorum religio, & schola magisteri ab omni me liberet suspitione falsi, adhuc etiam ad testimonium sibi asciscunt probabilitum auctoritatem per sonarum, episcoporum, clericorum, & monachorum, quibus fidem non habere nulli fidelium licet. Quamquam id superfluo dixerim, cum totus ea nouerit mundus, & virtutes eius naret omnis Ecclesia sanctorum. *Qua propter atque diuinae laudis muricam materiam omnibus se offerentem, neminem vero insipientem, dissimulantibus eis, qui melius hoc, ac dignius poterant, suscepi in ea agere ipse quae potero, non vanitate praesumentis, sed fiducia diligentis. Nec tamen ipsa quae scribo, quasi accuratius digerenda, sed saltem in vnum congerenda, & reponenda suscepi, nec edenda ipso viuentem, sicut nec scribuntur ipso sciente. Confido autem in Domino quoniam post nos, & post ipsius consumptionem, exurgent, qui melius, ac dignius perficient quod nos conati sumus, & dignam dignam vestiet elocutione materiam, sed & poterunt pretiosam in conspectu Domini mortem eius vitae simili continere scribendo, ac de morte vitam, & de vita mortem commendare. Iam ergo adiuuante Domino propositum aggregamur.*

Finit praefatio.

INCE

INCIPIT TABVLA CAPITVLORVM

LIBRI PRIMII.

CAPITVLVM PRIMVM.



Elaudibus, & patria, & parentibus sancti Bernardi, & bonis operibus matris eius educantis filios Deo, & de consulto diuino oraculo super filio suo

tertio Bernardo. Cap. 2

Quod adhuc puerulus dedignatus sit curari maleficiis carminibus, & de apparente sibi Domino ipsa hora, qua natus est, & quomodo creditus sit in lege diuina, & de morte matris eius. Cap. 3

Quomodo libidinem extinxerit, & mulierem à se repulerit amator virginittatis. Cap. 4

De conuersione illius, & sociorum eius, & apparente matre, & prænucciato vulnere fratri Gerardo, & pluuia orando adducta, & iterum subtracta, & quid reuelatum sit de non perseuerantibus. Cap. 5

Quo anno incarnationis, & Cisterciensis ordinis, & sue ætatis ingressus sit Cistercium cum socijs xxx. Cap. 6

De mira parsimonia, & communi conuersione, & de assidue illius in oratione. Cap. 7

Quomodo in aqua & pane ex hordeo & milio & uita confectio, & cibis ex folijs fagi confectis, coapta & enutrita creuit, Claraualis, & de multitudine de montibus descendente, & necessarijs orando impetratis, & angelica auctoritate & puritate per puerum illi diuinitus concessis, & conuersione sororis eius. Cap. 8

De consecratione uiri Dei & tugurio illius, & sagimine pro butyro ab eo sæpius comestio, & oleo pro aqua bibito, & celestibus choris ubi nunc est Claraualis, ab eo bis diuinitus uisus, & pane surfurco terroq; & diuis fratrum aboribus, & mo-

nachis farina uisitantibus. Cap. 9

De magisterio & caritate illius, & clico occulto, & debilitate corporis, & corrupto stomacho, & innumerabilibus bonis à Deo per illum hominibus concessis, & signis, & prodigijs, & uirtutibus. Cap. 10

Quomodo Iosbertum & alium paruulum sanauit, & de iuenculo à fistula sanato signo crucis. Cap. 11

Quod multi fratrum post mortem apparent ei indicantes quomodo se haberent bene, an male. Cap. 12

De epistola in codice epistolarum ob miraculum prima, & de fratre contra uentum communicante, & muscis excommunicatis, & puero per osculum sanato, & clauo erepto, & militibus propinatis & conuersis, & puero Uualthero. Cap. 13

De alteratione sancti Bernardi & diaboli, & quomodo beata Dei genetrix contrahendo sanauit illum, comitantibus sancto Laurentio & sancto Benedicto, & de abbate Gulielmo ab ipsa morte reuocato. Cap. 14

Quomodo uallis prius Absinthialis, nunc Claraualis, & ultra Alpes & maria deserta repleuerit, & quod absens uidebat sanctus quæ corrigenda alijs mandabat, & quod orati multa reuelabantur, & de Stephano de Vitreyo non perseueraturo, & equo orando, reducto, & demone expulso, & de mirabili somno, & mirabili potestate supra omnem uirtutem diaboli sancto Bernardo à Deo concessa, & rescripto Burgardi Abbatis Balernæ, & postea Bellaualis.

*Finis Tabula Capitulorum
Primi Libri.*

INCIPIT VITA

S. BERNARDI ABBATIS.

CAPITVLVM PRIMVM.



Bernardus Burgundiæ partibus, Fontanis, oppido patris sui oriundus fuit, parentibus claris secundum dignitatem sæculi, sed dignioribus, ac nobilioribus secundum Christianæ religionis pietatem. Pater eius Tecelinus vir antiquæ, & legitimæ militiæ fuit, cultor Dei, iustitiæ tenax. Euangelicam namque secundum instituta præcursoris Domini militiam agens, neminem conuertebat, nemini faciebat calumniam, contentus stipendijs suis, quibus ad omne opus bonum abundabat. Sic consilio, & armis feruiebat temporalibus dominis suis, vt gratiam Domino Deo suo non negligeret reddere, quod debebat. Mater Alethi ex castro, cui nomen Mons Barrus, & ipsa in ordine suo apostolicam regulam tenens subdita viro, sub eo secundum timorem Dei domum suam regebat, operibus misericordiæ insistent, filios enutrens in omni disciplina. Septem, quippe liberos genuit non tam viro suo quam Deo, sex mares, foeminam vnam, mares omnes monachos futuros, foeminam sanctimoniam, Deo namque (vt dictum est) non sæculo generas, singulos mox vt partu ediderat, ipsa manibus proprijs Domino offererebat. Propter quod etiam alienis vberibus nutriendos committere illiustis foemina refugiebat, quasi cum lacte materno materni quodammodo boni infundens ei naturam. Cum autem creuissent, quamdiu sub manu eius erant, cremo magis quam curiæ nutrebat, non patiens delicatioribus assuescere cibus, sed grossioribus, & communibus pascens, & sic eos preparans, & instituens Domino inspirante, quasi cõtinuo ad cretum transmittendos. Hac cum in ordine filiorum tertium Bernardum haberet in vtero, somnium vidit præsigium futurorum, catellum, scilicet totum candidum, in dorso subrufum, & latrantem in vtero se habere. Super quo territa vehemeter cum religiosum quendam virum cõsultisset, continuo ille spiritu prophetiæ concipiens, quo Dauid de sanctis predicatoribus Domino di-

cit: Lingua canum tuorum exiit, & ve-
pidanti & anxie respondit. Ne timeas, bene resagitur. Optimi catuli mater eris, qui domus Dei custos futurus, maguos pro ca-
contra inimicos fidei editurus est latratus. Erit enim egregius prædicator, & ita quæ bonus canis, gratia linguæ medicinalis in multis multos morbos curaturus est animarum.

Quo responso mulier pia, & fidelis quasi à Deo suscepto, læta efficitur, & iam tunc in amore non vndum nati tota transfunditur cogitans sacris eum litteris erudiendum tradere secundum modum visionis, & interpretationis, qua ei de illo tam sublimia promittebantur. Quod & factum est. Mox enim vt felici partu edidit, non modo obtulit eum Deo, sicut de alijs agere consueuerat, sed sicut legitur de sancta Anna matre Samuelis, qua petitum à Domino, & acceptum filium in tabernaculo eius destinauit perpetuo seruiturum: & sic & ipsa eorum in Ecclesia Dei acceptabile obtulit munus. Vnde & quæcunq; potuit in Ecclesia Castellionis, qua postmodum ipse Bernardus optata à seculari conuersatione in ordinem regularium canonicorum promota cognoscitur, magistris litterarum tradens erudiendum, egit quidquid potuit vt in eis proficeret. Puer autem & gratia plenus, & ingenio naturali pollens, cito in hoc desiderium matris impleuit. Nam in litterarum quidem studio supra ætatem, & præ coætaneis suis proficiebat, sed in rebus secularibus iam mortificationem futuræ perfectionis velut naturaliter inchoabat. Erat namq; simplicissimus in secularibus, amans habitare tecum, publicum fugitans, mire cogitatus, parentibus obediens, & subditus, omnibus benignus, & gratus, domi simplex & quietus, foris rarus, & ultra quam credi posset verecundus, nunquam multum loqui amans, Deo deuotus, vt puram sibi pueritiam suam conseruare, litterarum etiam studio deditus, per quod in scripturis Deum disceret, & cognosceret. In quo etiam quantum in breui profecit, & quæ perspicacem in discernendo induerit sensum, ex eo quod subiungimus, aduerri potest.

Capitulum

Capitulum secundum.

Cum adhuc puerulus graui capitis dolore vexaretur, decidit in lectum. Adducta autem ad eum est muliercula quasi dolore mitigata carminibus. Quam cum ille propinquam sentiret eum carminibus instrumentis, quibus hominibus, de vulgo illudere consueuerat, cum indignatione magna exclamans se repulit & abiecit. Nec defuit misericordia diuina bono zelo sancti pueri sed continuo sensit virtutem, & in ipso impetu spiritus surgens ab omni dolore liberatum se esse cognouit. Ex quo cum non parum in fide proficere, adiecit ei Dominus apparere, sicut olim puero Samueli in Silo, & manifestare ei gloriam suam. Aderat namque solennis illa nox Natiuitatis Dominice, & ad solemnes vigilas omnes, vt moris est parabantur. Cumq; celebrandi nocturni officij hora aliquantisper protelaretur, contigit sedentem, expectantemq; Bernardum cum ceteris inclinato capite paululum soporari. Affuit illico puero suo se reuelans pueri Iesu sancta natiuitas, teneræ fidei suggerens incrementa, & diuinæ in eo inchoas mysteria contemplationis. Apparuit. n. velut de thalamo procedens spūs s. è thalamo suo. Apparuit ei quasi iterum ante oculos suos nascens ex utero matris virginis verbum in fans, speciosus forma præ filij hominum, & pueruli sancti in se rapiens minime iā pueriles affectus. Persuasum autē est animo eius, & nunc vsque fatetur quod eam credat horam fuisse Dominicæ natiuitatis. Sed & facile est aduertere ijs, qui eius auditoriū frequentauerunt, in quanta benedictione ea hora prouenerit cum Dominus, cura vsque hodie in ijs, quæ ad illud pertinet sacramentum, & sensus ei profundior, & sermo copiosior suppere videatur. Vnde & postmodum in laudem eiusdem genitricis, & geniti, & sanctæ eius natiuitatis in signe edidit opusculum inter initia operum suorum seu tractatum, sumpta materia ex eo euangelij loco vbi legitur, Missus est Gabriel angelus à Deo in ciuitate Galilee, & cetera, quæ ibi sequuntur. Neque illud tacendum, qd ab ipsis iā puerilibus, annis, si quos poterat numeros habere, clandestinas faciens elemosinas, & verecundiæ suæ morem gerebat, & pro ætate, imo supra ætatē pietatis operam se-ctabatur.

Oper. D. Bern. Tom. I.

Cum autem aliquanto tempore euoluto, proficiens ætate, & gratia apud Deum, & homines puer Bernardus de pueritia tranfret in adolescentiam, mater eius liberis fideliter educatis, & vias sæculi ingredientibus quasi peractis omnibus, quæ sua erant, feliciter migravit ad Dominum. De qua nequaquam prætereundum est, quod cum multo tempore vixisset cum viro suo honeste, & iuste secundum iustitias, & honestates sæculi huius, & legem, fidemq; coniugij, per aliquot ante obitum suum annos, in eo, ad qd nutrire filios videbatur, prout potuit, & licuit mulieri sub potestate viri cõstitutæ, nec habenti proprij corporis potestatem, omnes ipsa præuenit. Etenim in domo sua, & in professione coniugali, & in medio sæculi cæremiticam seu monasticam vitam non paruo tempore visa est æmulari, in victus parcitate, in vilitate vestitus, delicias, & pompas sæculi à se abdicando, ab actibus, & curis sæcularibus, in quantum poterat se subtrahendo, insistendo ieiunijs, vigilijs, & orationibus & qd minus assumptæ professionis habebat, elemosynis & diuersis operibus, misericordie redimendo. In quo de die in diem proficiens ad extrema deuenit, perficienda in futuro, in eo, in quo proficiens de hoc sæculo migravit. Obdormiuit autem pfallentibus clericis, qui cõuenerant, & ipsa pariter pfallens, vt in extremis quoque cum iam vox eius audiri non posset, adhuc moueri labia viderentur, & lingua palpitans Dominum confiteri. Demum inter litanæ supplicationes, cum diceretur, per passionem, & crucē tuam, libera eam Domine, cleuans manum signauit se & emisit spiritum, ita vt manum non posset deponere, quam leuarat.

Capitulum tertium.

EX hoc Bernardus suo iam more, suo iure vicitare incipiens, elegante corpore, grata facie prægeminis suauissimis ornatus moribus acri ingenio præditus, acceptabili pollens eloquio, magnæ spei adolens prædicabatur. Cui tamquam ingredientij sæculum, plures se vitæ sæculi ipsius offerre coeperunt & in omnibus assurgere prosperitates vitæ huius, & magnæ spes vndique aridire. Oblidebant autem benignum iuuenis animi sodalium dissimiles mores, & amicitia procellosæ, similem sibi efficere ge-

LII 3 stien-

fientes. Quæ si ei dulcescere perstitissent, necesse erat amarescere illi, quod in hac vita dulcius cordi eius infederat, castitatis amorem. Cui præcipuè inuidens coluber tortuosus, spargebat laqueos tentationū, ac variis occurribus calcaneo eius insidiabatur. Cum enim aliquando curiosius aspiciendo defixos in quandam oculos aliquamdiu tenuisset, continuo ad se reuersus, & de se met ipso erubescens apud semetipsum, in seipsum vltor feuerissimus exarsit. Stagno quippe gelidarum aquarum, quod in proximo erat collotenus infiliens, tamdiu inibi permāsit, donec pene exanguis effectus per virtutem gratiæ cooperantis etiā à calore carnalis concupiscentiæ totus refriguit, induens illum castitatis affectum, quæ induerat qui dicebat: Pepigi sedus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.

Iob. 32.

Circa idem tempus instinctu dæmonis in lecto dormientis, iniecta est puella nuda. Quam ille sentiens, cum omni pace, & silentio partem ei lectuli, quam occupauerat, celsit, & in latus alterum se conuertit, atque dormiuit. Misera vero illa aliquandiu iacuit sustinens, & expectans, deinde palpās, & stimulan. Nouissime cum immobilis ille persisteret, illa licet impudentissima esset, erubuit, & horrore ingenti, atque admiratione perfusa relicto eo surgens aufugit. Contigit item vt eū socijs aliquantis apud matronam aliquā Bernardus hospitaretur. Considerans autem mulier adolecentē decorum aspectu, capta est laqueo oculorum suorum, & in concupiscentiam eius exarsit. Cumque tamquam honoratori omnium seorsum ei fecisset lectulum præparari, surgens ipsa de nocte impudenter accessit ad eum. Quam Bernardus sentiens, nec consilij inops, clamare cepit, latrones, latrones. Ad quam vocem fugit mulier, familia omnis exurgit, lucerna accenditur, latro quæritur, sed minime inuenitur. Ad lectulos singuli redeunt, fit silentium, fiunt tenebræ sicut prius, pausant ceteri, sed non illa misera requiescit. Exurgit denuo, & Bernardi lectulum petit, sed denuo ille proclamat, latrones, latrones. Quæritur iterum latro, latet iterum, nec ab eo, qui solus nouerat, publicatur. Usque tertio improba mulier sic repulsa, vix tandem seu metu, seu desperatione vultu cessauit.

Cum autem die sequenti iter agerent, arguentes Bernardum socij, quosnam toties ea nocte latrones somnauerat, perquirebant

quibus ille, Veraciter, inquit, aderat latro, & mihi castitate hospita miscebatur auferens, vt reparabile thesaurū. Inter hæc tamē cognas & perpendens, quod vulgo dicitur, non effectutū diu cohabitare serpenti, fugā meditari coepit. Videbat, n. mundum & principem eius exterius sibi multa offerentem, magnas res, spes maiores, sed fallaces omnes, & vanitatem vanitatum, & vanitatem omnia, veritatem vero ipsam interius iugiter audiebat clamantē ac dicentē: Venite ad me oēs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Perfectus vero relinquere mundum deliberans cepit inquirere & inuestigare, vbi certius, ac purius inueniret requiem animæ suæ sub iugo Christi. Inquirenti autem occurrit Cistercij in nouatē monastice religionis noua plātatio, messis multa, sed operarijs indigēs, cum vix adhuc aliquis conversionis gratia illuc declinaret, ob nimiam vitæ ipsius, & paupertatis austeritatem. Quæ tamē cum animam vero Deū quærentē minime terreret, posthabita omni hesitatione ac timore, illuc vertit intentionē, posse se assistmans oīno ibi delitescere, & abscondi in abscondito faciei Dei ab omni conturbatione hominum, maximeque ad effugium vanitatis seu de seculari generositate, seu de actoris ingenij gratia, seu et forte de alicuius notitiam castitatis. Vbi vero de conversione tractantem fratres eius, & qui carnaliter eū diligebant, persenserunt, oīmodis agere ceperunt, vt aīum eius ad studiū possent diuertere literarū, & amore scientiæ secularis, sæculo artius implicare. Quam nimium suggestiones (sicut fateri solet) propemodū retardati fuerant gressus eius, sed matris sanctæ memoria importune animo eius instabat, ita vt sepius sibi occurrentem videre videretur, conuerentē, & impropertentē, quia non ad huiusmodi nugacitatem tenere educauerat non in hac spe erudierat eū, Demū cum aliquando ad fratres pergeret in obsidione castri, quod Granceiū dicitur, cum duce Burgundiæ constitutos, cepit in huiusmodi cogitatione vehementius anxari. Inuenitque in itinere medio, Ecclesia quadam diuertit, & ingressus orauit cum multo imbri lacrymarum expandens manus in cælum, & effundens sicut aquam cor suum ante cōspectum Domini Dei sui. Ea igitur die firmatum est propositum cordis eius. Nec vero surda aure percepit vocem dicentis: Qui audit, dicat veni. Siquidem ab illa

Matth.

11.

M

1722.

ab illa hora sicut ignis, qui comburit lyuā,
 sicut flamma comburens montes. Nunciū
 de prius viciniora quæq; corripies, postmo-
 dū in vterioꝝa progrediens, sic ignis quem
 miserat Dominus in cor serui sui volens, vt
 arderet, primo fratres eius aggreditur, solo
 minimo ad cōuersionem adhuc minus ha-
 bili seniori patri ad solatium derelicto, de-
 i de cognatos, & notos, socios, & amicos, de
 quibuscumq; poterat esse spes cōuersionis.
 Primum omnium Galdricus auunculus eius
 absq; dilatione, aut hæsitatione pedibus (vt
 aiunt) iuit in sententiam nepotis, & consen-
 sum cōuersionis, vir honestus, & potens in
 sæculo, & in sæcularis militiæ gloria nomi-
 natus. Dñs castri in territorio Hedueſi, quod
 Tuillium dicitur. Continuo etiam Bartho-
 lomæus occurrit iunior ceteris fratribus,
 & necdum miles, sine difficultate eadē ho-
 ra salutaribus monitis dedit assensū. Porro
 Andreas Bernardo etiam ipse iunior, & no-
 uus eo tempore miles verbum fratris diffi-
 cilis admittebat, donec subito exclamauit.
 Video, inquit, matrem meam. Visibiliter si-
 quidem ei apparuit, serena facie suoridens,
 & congratulans proposito filiorum. Itaque
 & ipse continuo manus dedit, & de tyrone
 sæculi factus est miles Christi. Nec solus vi-
 dit Andreas tantorum matrem filiorum læ-
 rantem, sed confessus est, & Bernardus can-
 dem iuniliter se viderisse. Guido primogeni-
 tas fratrum, coniugio iam ligatus erat, vir
 magnus, & præ alijs in sæculo radicatus.
 Hic primo paululum hæsitans, sed cōtinuo
 rem perpendens, & recogitans, cōuersioni
 consentit, si tamen coniux annueret. Verū
 id quidem de nuencula nobili, & paruulas
 filias nutriente, penē impossibile videbatur.
 At Bernardus de misericordia Domini spē
 concipiens certiorē, incunctanter ei spo-
 pondit, aut cōsensuram fœminam, aut cele-
 riter morituram. Demum cum omnimodis
 illa renuerēt, vir eius magnanimus imō ea
 iam præuentus virtute fidei, in qua postmo-
 dum excellenter enituit, virile cōsiliū Do-
 mino inspirate concepit, vt abiciens quid-
 quid habere videbatur in sæculo, vitam in-
 firmi erant agere rusticā, laborare. s. mani-
 bus proprijs, vnde suam sustentaret, & vxo-
 ris vitam, quam inuitā dimittere non lice-
 bet. Interea superuenit Bernardus, qui vni-
 diq; alios, atq; alios colligens discurrerat.
 Nec mora flagellabat p̄dicta Guidonis vxor
 infirmatē graui, Et cognosceus, quia dura

sibi esset contra stimulum calcitrare, acer-
 fito Bernardo veniā deprecabatur, & prior
 & ipsa cōuersionis petit assensum. Deniq;
 iuxta morem ecclesiasticum separata à vi-
 ro, interueniente parili voto castitatis in cœ-
 tum sanctimonialium transit fœminarum,
 religiose vsque hodie seruans Deo.

Secundus natus post Guidonem Gerar-
 dus erat miles in armis strenuus, magnæ pru-
 dentię, benignitatis eximię, & qui ab om-
 nibus diligebatur. Qui ceteris, vt dictum est,
 primo auditu, & prima die acquiescentibus
 (vt mos est sapientiæ secularis) leuitatē re-
 putans, obstinato animo salubre consiliū, &
 fratris monita repellabat. Tum Bernardus
 fide iam igneus, & fraternæ caritatis zelo
 mirū in modum exasperatus, scio (inquit)
 scio, sola vexatio intellectum dabit auditum.
 Digitum lateri eius apponens, veniet (in-
 quit) dies & cito veniet, cum lancea lateri
 huic infixā, peruium iter ad cor tuum fa-
 ciet consilio salutis tuę, quod aspernaueris, &
 timebis quidem, sed minime morieris.

Sic dictum sicque factum est. Paucissi-
 mis interpositis diebus circouallatus ab ini-
 micis, & captus, & vulneratus iuxta verbum
 fratris, lanceam gestans ipsi lateri, eidemq;
 infixam loco, cui ille digitum applicauerat
 trahebatur, & mortem quasi iam præsentem
 metuens clamabat, Monachus sum, mona-
 chus sum Cisterciensis. Nihilominus tamen
 captus, & reclusus in custodia est. Vocatus
 est Bernardus per celerem nunciū, sed non
 venit. Sciebam, inquit, & prædixeram quòd
 durum esset ei contra stimulum calcitrare,
 nec tamen ad mortem ei vulnus hoc, sed ad
 vitam. Et factum est ita. Si quidem de vulne-
 re præter spem cito conualuit, propositum
 vero seu votum quod uouerat nō mutauit.
 Cumque iam liber ab amore sæculi hostili-
 bus adhuc vinculis teneretur, & hoc solum
 esset, quod cōuersionis eius propositum re-
 tardaret, in hoc etiam cito assuit ei miseri-
 cordia Dei. Venit frater eius laborans, vt
 erui posset, sed non profecit. Et cum nec lo-
 qui ei permitteretur, accedens ad carcerem
 clamauit. Scito frater Gerarde, quia ituri sum-
 mus in proximo, & monasterium introitur-
 ri. Tu vero quandoquidem exire non licet,
 hic monachus esto, sciens quod vis, & non
 potes, pro facto reputari. Cumque Gerar-
 dus magis ac magis anxietur, paucis in-
 terpositis diebus audiuit vocē in somnis in-
 centēon sibi, Hodie liberaberis. Erat autem

saerum quadragesimæ tēpus. Circa vesper-
tinam itaq; diei horam cogitans quod au-
dierat compedes suas tetigit, & ecce ex par-
te crepuit in manu eius ferrū, vt minus iam
teneretur, & aliquatenus incedere possiet.
Sed quid ageret? Erat ostium obseratum, &
præ foribus pauperum multitudo. Surrexit
tamen, & non tam spe euadendi quā tædio
iacendi, seu curiositati tentandi accedens ad
ostium subterraneæ domus, in qua vincētus

D & clausus erat: mox vt pessulum tetigit, fe-
ra totaliter manus eius collapsa est, & ostiū
domus apertum. Exiensque pedetētium, si-
cut homo compeditus, ad Ecclesiam vbi ad-
huc vespertina celebrabant officia, præten-
debat. Porro, mendici, qui præ foribus do-
mus astabant, videntes quod fiebat, & diui-
nitus exterriti, in fugam versi sunt nihil cla-
mantes. Cumque iam Ecclesiæ propinqua-
ret, egrediens quidam de familia domus ca-
ptiuitatis suæ, germanus illius, à quo custo-
diebatur, vidensque eum ad Ecclesiam pro-
pigrantem, tarde (inquit) Gerarde venisti.
Expauescente illo, festina ait, adhuc super
est, quod audias. Oculi quippe eius tenebā-
tur, nec profus quid ageretur intelligebat.
Demū ad altiores gradus Ecclesiæ cū adhuc
compeditum data manu Gerardum suble-
uasset, in troeunte illo Ecclesiam, tunc pri-
mum quid ageretur agnouit, & conatus cū
retinere non potuit. Hoc modo Gerardus
à captiuitate amoris sæculi huius, & capti-
uitate filiorū sæculi liberatus, votum quod
uouerat fideliter exsoluit. In quo potissimū
notum fecit Dominus à quanta perfectione
sanctæ conuersationis gratiā iste Dei famu-
lus ceperit, qui in eius spiritum, qui fecit que
futura sunt, quod erat futurum videre po-
tuit quasi iam factum. Præsentialiter quip-
pe in latere fratris ei lancea apparebat quā-
do digitum applicuit loco vulneris mox fu-
turi, sicut postmodum ipse confessus est cū
ab his interrogaretur, quibus celare non po-
terat. Cum autem ceteri (vt diximus) pri-
ma die in eodem essent cum Bernardo spiri-
tu congregati, mane intrantibus eis Ecclesiā
apostolicam illud capitulum legebatur.

E Fidelis est Deus: quia qui cepit in vobis
opus bonum, ipse perficiet vsque in diem Ie-
su Christi. Quod deuotus iuuenis haud se-
cus accepit, quā si de celo sonuisset. Exul-
tans itaque spiritualis iam pater regenera-
torum in Christo fratrum suorum, & manū
Domini intelliges secum operantem, cepit

ex hoc prædicationi insistere, & quoscumq;
poterat aggregare. Cepit nouū induere ho-
minem, & cūm quibus de litteris sæculi, seu
de sæculo ipso agere solebat, de serijs, & cō-
uersione tractare, ostendens gaudia mundi
fugitiua, vitæ miserias, celerem mortem, vi-
tā post mortē seu in bonis seu in malis per-
petua fore. Quid multa? Quotquot ad hoc
præordinati erāt operāte in eis gratia Dei
& verbo virtutis eius, & oratione, & instan-
tia serui eius, primo cunctati, deinde com-
puncti, alter post alterum credobant, & con-
sentiebant. Inter quos adiunctus est ei etiā
Dominus Hugo Matisconēsis, qui hodie rap-
tus à Pontiniacēsi cenobio, quod ipse ædi-
ficauit, Altissiodorensi Ecclesiæ præest me-
rito, & honore pontificis: hic audiens de cō-
uersione socij, & amici carissimi, flebat qua-
si perditum, quem sæculo mortuum audie-
bat. Vbi autem primo data est vtriq; facul-
tas mutui colloquij, post dissimiles lacry-
mas, & gemitus dissimilium dolorum, ver-
ba verbis ceperunt conferri, & res rebus cō-
parari. Cūmq; inter ipsa verba familiaris
amicitiæ Hugoni infunderetur spiritus ve-
ritatis, aliā iā faciē hęc ceperunt verba mu-
tue colloctionis. Datis itaq; dextris in so-
daliū nouæ vitæ, longe dignius, veriusque
facti sunt cor vnū, & anima vna in Christo,
quā in sæculo ante fuissent. Post paucos
autē dies nūciatur Bernardo, subuertum ad
alijs socijs. Hugonem à proposito reslire.
Qui opportunitate inuēta, quod magnus qu-
dam episcoporum cōuentus illis in partibus
haberetur, festinat, vt reuocet pereuntē, ite-
rumq; parturiat. Obseruantes autem præ-
dicti sodales, & subuerentes Hugonis, viso
eo prædā ambiunt suam, & omnē ei loquē-
di adimunt facultatem, omnē aditum inter-
cludunt. At ille cum ei loqui nō posset cla-
mabat pro eo ad Dominum. Quo orante cū
lacrymis subita, & vehemens inundatio
pluuiæ mox erupit. Confederasti autem in
cāpo, quod aer serenus esset, & nil tale spe-
rarent. Dispersi igitur oēs ad repentīnū im-
brem, vicum proximum petunt. At Bernar-
dus Hugonem tenēs, mecum ait sustinebis
huius pluuiæ guttas. Cumque soli reman-
sissent, nō fuerunt soli, sed Dominus fuit: cū
eis reddēs eis continuo, & aeris, & animi se-
renitatem. Ibi renouatum est fœdus, & pro-
positum confirmatū, quod non potuit dein
cep. violari. Videbat ista peccator, & irasce-
batur, dentibus suis fremebat, & tabescebat;

iustus autē cōfidens in Domino gloriose de
 sæculo triūphabat. Tamq; eo publico & pri-
 uatim prædicante matres filios abscodebant,
 uxores detinebant maritos, amici amicos
 auertebant, quia uocatus Spiritus sanctus
 tanta dabat uocē uirtutis, ut uix aliquis ali-
 quē teneret affectus. Crescente siquidē nu-
 mero eorū, qui in hac cōuersionis unanimitate
 confenserant, sicut de primitiuis Eccle-
 siæ filijs legitur multitudinis eorū erat cor
 vnū, & aia vna in Domino, & habitabāt vna
 nimitē simul, nec quisquam aliorum aude-
 bat se coniungere eis. Erat. n. eis Castellioni
 domus vna propria, & cōis omnium, ubi con-
 ueniebant, & cohabitabant, & colloquebā-
 tur, quā ingredi vix aliquis audebat, qui non
 esset de cœtu eorum. Sed & si quis intrabat
 videns, & audiens, quæ ibi gerebantur, & di-
 cebantur, sicut de Christianis Corinthijs
 Apostolus dicit, oibus, quodammodo pro-
 phetantibus cōuincebatur ab omnibus, diju-
 dicabatur ab oibus, & adorans Dñm, & cō-
 fitens, quod vere Deus esset in eis, aut ipse
 vnanimitati eorum adhærebat, aut recedēs
 flebat semetipsum, illos autem beatificabat.
 Hoc. n. illis tēporibus, & in illis erat partibus
 inauditum, ut alicuius adhuc in sæculo cō-
 morātis cōuersione præficeretur. Ipsi uero quasi
 mēsihus sex post primum propositū in sæcu-
 lari habitu stabāt, ut proinde plures cōgre-
 garetur, quā quorūdam negotia p id tēpo-
 ris expediebantur. Cum autē iam suspecta
 inciperet esse multitudo, ne quæ de nume-
 ro eorum subriperet is, qui tentat, placuit
 Deo super hoc reuelare quid futurum esset.
 Aspicebat enim quidā corū in visu noctis
 & videbat, quasi eos omnes cōsedisse in do-
 mo vna, & per ordinē singulos quasi cōmu-
 nicare de cibo quodam miri cādoris, & sa-
 poris. Quem ceteris omnibus optime susci-
 piētibus, & cū gaudio magno duos ex omni
 numero illo notabat à cibi illius salutaris
 participatiōe vacuos remansisse. Alter nā-
 que eorū nec sumebat, alter sumere quidem
 videbatur, sed tamquam minus caute sume-
 ret, spargebatur, utrumq; uero postea pro-
 bauit euāctus. Alter enim priusquam ventū
 esset ad rem, conuersus retrorsum in sæcu-
 lum redijt, alter cum ceteris cepit quidem
 opus bonum, sed non perfecit. Vidi ego eū
 in sæculo postea vagum, & profugum à fa-
 cie Domini sicut Caim, quantum animad-
 uertere potui hominem humillimū, & mi-
 serabilis contusionis, sed nimie pusillanimi-

tatis. Qui tamen in vltimis Clara muallem
 redijt infirmitate corporis & inopia cogen-
 te, cum homo bene natus ab omnibus cog-
 natis, & amicis proijceretur, ibiq; proprie-
 tati renuncians, sed non omnino propriæ
 voluntati obijt non quidem intus, sicut fra-
 ter, & domesticus, sed foris misericordiam
 postulans sicut pauper, & mendicus.

Iam uero adueniēte die reddendi voti, &
 complēdi desiderij egressus est de domo pa-
 terna Bernardus pater fratrū suorū cū fra-
 tribus filijs suis spiritualibus, quos uerbo vi-
 tæ Christo genuerat. Videns autem Guido
 primogenitus fratrum suorum Niuardum
 fratrem suum minimum, puerum cū puer-
 ris alijs in platea, Etia (inquit) frater Niuar-
 de, ad te solum respicit omnis terra posses-
 sionis nostræ. Ad quod puer non pueriliter
 motus, vobis ergo (inquit) cælum, mihi ter-
 ra? Non ex æquo diuisio hæc facta est. Quo
 dicto abeuntibus illis, tunc quidem domi-
 cum patre remāsit, sed modico post euolto
 tempore fratres secutus, nec à patre, nec
 à propinquis, seu amicis potuit retineri. Su-
 pererat de Deo dicata domo illa, pater se-
 nior cū filia, de quibus etiam suo loco dice-
 mus. Eo tēpore nouellus, & pusillus grex Ci-
 stericiensis sub Abbate degens, viro venerabi-
 li Stephano, cum iam grauiter tædio ei esse
 inciperet paucitas sua, & omnis spes poste-
 ritatis decideret, in quā sanctæ illius pau-
 pertatis hæreditas transfunderetur, venerā-
 tibus omnibus in eo vitę sanctitatem, sed re-
 fugiētibus austeritatem, repente diuina hac
 uisitatione tam læta, tam insperata, tam su-
 bita lætificatus est, ut in die illa responsum
 hoc à Spiritu sancto accepisse sibi domus il-
 la videretur. Latere sterilis suæ non parie-
 bas, erumpe & clama, quæ parturiebas: quia
 multi filij desertæ magis, quā eius, quæ ha-
 bet virum, de quibus postmodum uisura es
 filios filiorū vsque in multas generationes.

Capitulum IIII.

A Nno ab incarnatione Dñi 1113.
 à constitutione domus Cister-
 ciensis 15. seruus Dei Bernardus
 annos natus circiter 22.
 Cistercium ingressus, eū socijs amplius qui
 30. sub Abbate Stephano, suauis iugo Chri-
 sti collum submitit. Ab illa autem die de-
 dit Dominus benedictionē, & vinea illa Do-
 mini Sabaoth dedit fructum suū, extendens
 palmi-

K palmites suos vsque ad mare, & vltra mare propagines suas. Hac quidem fuere viri Dei conuersionis sanctæ principia. Conuersationis autem eius insignia, quomodo vitam angelicam gerens in terris vixit, neminem enarrare posse puto, qui non viuat de spiritu, de quo ille vixit. Solius quippe donantis & accipientis est nosse quantum ab ipso mox conuersionis exordio, prauenerit eum Dñs in benedictionibus dulcedinis suæ, quanta repleuerit gratia electionis, quomodo ab vbertate suæ domus inebriauerit eum. Ingressus est autem domum illam pauperem spiritu, & eo adhuc tempore absconditam, ac pene nullâ intentione ibi moriendi à cordibus & memoria hominum, & spe delitescendi, & latendi tamquam vas perditum, Deo aliter disponente, & eum sibi in vas electionis preparante, non solû ad ordinem monasticum confortandû, ac dilatandum, sed etiam ad nomen suum portandû coram regibus, & gentibus, & vsque ad extremum terra. Ipse vero nil tale de se aestimans, aut cogitans, potius ad custodiam sui cordis, & propositi constantiam, hoc semper in corde, sæpe etiam in ore habebat. Bernarde Bernarde, ad quid venisti? Et sicut de Domino legitur, quia cœpit Iesus facere, & docere: à prima die ingressus sui in cellam nouitiorum, ipse cœpit agere in semetipso, quod alios erat docturus. Postmodum enim cum iam Claraualis Abbas esset ordinatus, aduentantibus nouitijs, & festinatibus ingredi, audire eum soliti sumus prædicantem ac dicentem: Si ad ea, quæ intus sunt festinatis, hic foris dimittite corpora, quæ de seculo attulistis. Soli spiritus ingrediantur, caro non prodest quidquã. Quod cû nouitijs ad nouitatem verbi perteritis, parcens teneritudini eorum clemētius exponendo quod dixerat, carnalem concupiscentiam prædicare solebat foris dimittendam. Ipse cum nouitus esset, in nullo sibi parcens instabat omnimodis mortificare non solum concupiscentias carnis, quæ per sensus corporis sunt, sed & sensus ipsos, per quos fiunt.

L Cum enim iam in interiore sensu illuminati amoris dulcius, ac frequentius sentire inciperet deorsum spirantē sibi suauitatem, sensui illi interiori tunens à sensibus corporis, vix tñ eis permittebat quantum sufficeret, ad exterioris hoibus conuersationis societatem. Quod cum continui vsus instantia in consuetudinem mitteret, conuersionis suæ

quodammodo vertebatur in naturam. Totusque absorptus in spiritum, spe tota in Deum directâ intentione, seu meditatione spirituali tota occupata memoria, vidēs nō videbat, audiens non audiebat, nihil sapiebat gustanti, vix aliquid sensu aliquo corporis sentiebat. Iam quippe annū integrum exegerat in cella nouitiorū, cū exiens inde ignoraret adhuc an haberet domus ipsa te studinem, quàm solemus dicere celaturam. Multo tempore frequentauerat intrans, & exiens domū Ecclesiæ, cū in eius capite vbi tres erant, vnam tantū fenestrā esse arbitraretur. Curiositatis enim sensu mortificato, nil huiusmodi sentiebat: vel si forte aliquando eum contingebat videre, memoria (vt dictum est) alibi occupata non aduertebat. Sine memoria quippe sensus sentientis nullus est. Natura quoque in eo non dissentiebat à gratia, vt in eo quoque quodammodo impletum videretur esse, quod legitur: Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animā bonam: & cum magis essem bonus, veni ad corpus incoquinatum. Ad contemplantā quippe spiritualia quæque seu diuina, & cum graua spirituali, naturali quadam virtute pollebat ingenij, sortitusq; etiā in hoc erat animam bonam, sensualitatem non curiose lasciuam, nec superbe rebellem: sed congruentem spiritualibus studijs, & in eis cū ad Deū sunt sponte subdita spiritali, & seruientem. Corpus enim nullius contaminatum consensu flagitij, & si nō minus neglectum sicut oportebat curaretur, ad seruendum spiritum in seruitio Dei aptissimum instrumentum. Sed cum caro in eo ex dono præuenientis gratiæ, & aditorio subsequētis nature, & vsu bono spiritualis disciplinæ vix iam aliquid concupisceret aduersus spiritum, hoc est quod spiritum læderet, spiritus supra vires, supra virtutē carnis, ac sanguinis, tanta aduersus carnē concupiscebatur, vt infirmum animal cadens sub onere vsq; in hanc diem non adijciat, vt resurgat. Quid enim dicam de somno, qui in ceteris hominibus solet esse resectio labori, & sensuum, aut mentium recreatio? Ex tunc vsque hodie vigilat: vltra possibilitatem humanam, nullum enim tempus magis se perdere queri solet, quàm quo dormit, idonea satis reputans comparationem mortis, & semper vt sic dormientes videatur mortui apud homines, quomodo apud Deum mortui dormientes. Vnde etiam si quem forte religiosus

M

A

sum in dormiendo, seu durius stertente audire, seu minus compositè iacente in viderit, patenter ferre vix potest, sed carnaliter eū seu seculariter dormire causatur. In ipso namque tenue victum tenuis somnus comitatur. In neutro enim vllam indulget corpori suo societatem, nisi quod in vtroq. suppleat aliquid sat ei est. Quantum enim ad vigilias, vigiliarum ei modus est non totam noctem ducere in somnem. Porro ad comedendum vsque hodie vix aliquando voluptate trahitur appetitus, sed solo timore defectus. Etenim comesturus priusquam comedat, sola cibi memoria satur est. Sic accedit ad sumendum cibum quasi ad tormentum. A primo siquidem conuersionis suæ anno, seu egressionis de cella nouitiorū natura eius cum teneræ nimis semper, & delicatæ complexionis fuisset, ieiunijs multis, & vigilijs, frigore, & labore, durioribus, & continuis exercitijs attrita, corrupto stomacho, crudum continuo per hos solet rejicere quoq. ingeritur. Quod si quid naturalis decoctione digestū transfunditur ad inferiora, ibi nihilominus partibus illis corporis non minoribus infirmitatū incōmodis obsessis, non nisi cum graui tormento egreditur. Si quid autem residuum est, ipsum est alimentum corporis eius qualecumque, nō tam ad vitam sustentandam, quàm ad differendam mortem. Semper autem post cibum quasi pensare solitus est quantum comederit. Si quando vel ad modicum mensuram solitā excessisse se deprehenderit, impune abire non patitur. Sed & vsus parsimonie sic ei in naturam versus est, vt etsi aliquando corporalis sibi cuiuslibet refectionis plus aliquid solito velit indulgere, vix possit. Sic autem ab initio fuit inter nouitios nouitius, monachus inter monachos, spiritu validus, corpore infirmus, nil indulgentie circa corporis quietē seu refectionem, nil remissionis de communi labore, vel opere fieri sibi aliquando acquiescens. Ceteros namq. sanctos esse arbitrabatur, & perfectos, seueros sicut nouitium, & incipientem, nequamquam Emeritorum perfectorumq. indulgentijs, & remissionibus indigere, sed feruore nouitio, & ordinis disciplina.

Propter quod communis vitæ seu cōuersationis feruentissimus æmulator, cum opus aliquod manuū fratres aditarent, quod seu minor vsus ei, seu imperitia denegabat sodiendo, seu ligna cadendo, & proprijs hu-

meris deportādo, vel quibuslibet laboribus æque laboriosis illud redimebat. Vbi vero vires deficiebant, ad viliora quæque opera confugiens, laborem humilitate compensabat. Et mirum in modum is, qui tantam in contemplatione rerum spiritualium ac diuinarum acceperat gratiam, circa talia non solum occupari patiebatur, sed & plurimum delectabatur. Sed mortificata (vt dictū est) sensualitate, cuius seu curiositate, seu infirmitate in huiusmodi laborem corporalium distractionibus, perfectorum etiam quorūcumque mentes sæpe necesse est, etsi nō intentione, certe memoria, & cogitatione, ab interiore vnitatis spiritus aliquam pati dissolutionem, ipse priuilegio maioris gratiæ in virtute spiritus simul, & totus quodāmodo exterius laborabat, & totus interiori Deo vacabat: in altero pascens conscientiam, in altero deuotionem. Laboris ergo tempore, & intus orabat, seu meditabatur absque intermissione exterioris laboris, & exterius laborabat, absq. iactura interioris suauitatis. Nam vsque hodie quidquid in scripturis valet, quidquid in eis spiritualiter sentit, maxime in syluis, & in agris meditando & orādo se confiteatur accepisse, & in hoc nullos aliquando se magistros habuisse nisi quercus & fagos, loco illo suo gratiosus inter amicos dicere solet. Messis tempore fratibus ad secundum eū feruore, & gaudio sancti spiritus occupatis, cum ipse quasi impotens, & nescius laboris ipsius, sedere sibi, & requiescere iuberetur, admodū cōtristatus, ad orationem confugit, cum magnis lacrymis postulans à Deo donari sibi gratiam merendi. Nec fecellit simplicitas fidei desiderium religiosi. Cōtinuo namq. quod petijt, impetravit. Et ex illo die in labore illo præ ceteris peritum se esse cum quadam iucunditate gratulatur, tanto in hoc opere deuotior, quāto se in hoc ipso facultatem ex solo Dei dono reminiscitur accepisse. Feriatus autem ab huiusmodi labore, vel opere iugiter, aut orabat, aut legebat, aut meditabatur.

Ad orandum si se solitudo offerret vtebatur, sin autem, vbicumque, seu apud se, seu in turba esset solitudine cordis ipse sibi efficiens, vbique solus erat. Canonicas autem scripturas simpliciter, & seriatim libentius ac sapius legebat, nec vllis magis, quā ipsarū verbis eas intelligere se dicebat: & quidquid in eis diuinæ sibi elucebat veritatis, aut virtutis, in primis sibi originis suę fonte ma-

gis, quàm in decurrentibus expositionum riuus sapere testabatur. Sanctos tamen, & orthodoxos earum expositores humiliter legens, nequaquam eorum sensibus suos sensus æquabat, sed subijciebat formandos, & vestigijs eorum fideliter inhærens, sæpe de fonte, vnde illi hauserant, & ipse bibebat. Inde est, quod plenus spiritu, quo omnis sancta scriptura diuinitus est inspirata, tam confidenter & vtiliter ea vsq; hodie (sicut Apostolus dicit) vtitur ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum. Et dum prædicat verbum Dei, quidquid de ea offert in medium, sic patens, & placens efficit, & circa id, vnde agitur efficax ad monendum, vt miterentur omnes tam seculari, quam spirituali præditi doctrina in verbis gratiæ, quæ procedunt de ore eius.

Capitulum quintum.

Cum autem cõplacuit ei qui eum segregauit à sæculo, & vocauit, vt ampliore gratia reuelaret in eo gloriã suã, & multos filios Dei, qui erant dispersi, per eum congregaret in vnũ, misit in cor Abbatis Stephani ad ædificandã domum Claraualis mittere fratres eius. Quibus abeuntibus ipsum etiam Dominum Bernardum præfecit Abbatem, mirantibus sane illis tamquam maturis, & strenuis tam in religione, quàm in sæculo viris, & timentibus ei tum pro tenerioris ætate iuuentutis, tum pro corporis infirmitate, & minori vsu exterioris occupationis. Erat autẽ Claraualis locus in territorio Lingonensi, nõ longe à fluuio Alba, antiqua spelunca latronũ: quæ antiquitus dicebatur vallis absinthialis, seu propter abudãtis ibi absinthij copiã, seu propter amaritudinem doloris incidentium ibi in manus latronum. Ibi ergo in loco horroris & vastæ solitudinis confederũt viri illi virtutis, facturi de spelunca latronum templum Dei, & domum orationis. Vbi simpliciter aliquanto tempore Deo seruierunt in paupertate spiritus, in fame, & siti, in frigore, & nuditate, in vigilijs multis. Pulmentaria sæpius ex folijs fagi conficiebant. Panis inftar prophetici illius, ex hordeo, & millio, & vicia erat, ita vt aliquando religiosus vir quidam appositum sibi in hospicio, vberum plorans clam asportauerit, quasi pro miraculo omnibus ostendendum, quod inde viuerent homines, & tales homi-

nes. At virum Dei minus ista mouebant. Summa ei sollicitudo de salute multorum, quæ à prima die conuersionis suæ vsque ad hoc tempus, tam singulariter sacrum illud pectus noscitur possidere vt erga omnes animas maternum gerere videatur affectũ. Erat ergo vehemens in præcordijs eius, sancti desiderij, & sanctæ humilitatis cõstitutus. Modo enim seipsum deiciens, fatebatur indignum per quem fructus aliquis proueniret: modo oblitus sui æstuabat flagrantissimo ardore, vt nullam nisi ex multorum salute consolationem posse admittere videretur. Sane fiduciam caritas pariebat, sed eam dem castigabat humilitas. Contigit autem inter hæc vt aliquando temporis solito surgerent ad vigiliã. Quibus peractis cum vsque ad matutinas laudes aliquãto lōgius superesset noctis interuallũ, egressus foras, & loca vicina circueiens, orabat Deum vt acceptum haberet obsequium suum, & fratrũ suorum, in eo quod diximus spiritualis fructus desiderio cõstitutus. Subito vero stans in ipsa oratione modice intercedis oculis, vidit vndique ex vicinis montibus tantã diuersi habitus & diuersæ conditionis hominũ multitudinem in inferiorem vallem descendere, vt vallis ipsa capere non posset. Quod quid significauerit, iam omnibus manifestum est. Hac igitur vir Domini visione magnifice consolatus, exhortatus est etiam fratres suos, commonens eos de misericordia Dei numquam desperare.

Capitulum sextum.

Cum vero ante instantem hyemem Gerãrdus frater eius celiarius domus, apud eum durius quæreret ad necessariã domus, & fratrum multa deesse, nec habere se vnde ea coemeret, & vigente necessitate iam nullam verborum reciperet consolationem, res autem in promptu non esset quæ daretur, vir Dei quantum interim ad præsentem angustias sufficere posset, inquisiuit. Ille vero vndecim libras respondit. Tum dimittens eum, ad orationem confugit. Post paululum vero rediens Gerãrdus, mulierem quamdam de Castellione foris esse, & velle ei loqui nunciauit. Ad quam cum egrederetur, procidens ad pedes eius eadem mulier duodecim librarum benedictionem ei obtulit, orationum.

tionum suffragia implorans viro suo periculose ægrotanti. Quam breuiter & locutus dimisit a se. Vade inquit, sanum inuenies viuum tuum. Illa vero abiens in domum suam sicut audiverat, sic inuenit. Abbas vero consolans pusillanimitatē cellarij sui, ad suffragandum Dominū de cetero reddidit fortiozem. Nec tantum semel hoc ei contigisse certū est, sed sepe cum huiusmodi necessitas instaret repente, vnde nō sperabatur auxiliū ei a Dño affuisse. Propter quā viri prudentes intelligentes manum Domini esse cum eo, teneritudinem mentis eius a delicijs paradisi nuper egressi rerū exteriorum sollicitudine grauiore cauebant, eas ipsi intra semetipsos, vt poterant digerentes, & tantummodo de interioribus conscientijs suis, & causa animarum suarum eum confu- lentes. In quo tamen pene hoc ei contigit quā filijs Israel legimus olim de Moyse contigisse, cum diu cōuersatus cum Domino in monte Syna, & de caligine nubis egredere- tur & descenderet ad populū, ex colloquio Dñi facies eius cornuta appareret, & terri- bilis, adeo vt fugeret populus ab eo. Egres- sus enim vir sanctus a facie Dñi, qua in soli- tudine Cistercij, & sublimioris altitudine contēplationis in silentio aliquamdiu frui- rus erat, quasi de cælo asserens inter homi- nes miraculum quoddam, cōquisite sibi a- pte Deum plusquam humana puritatis ho- mines, quos regere, & inter quos conuersari veniebat, posse omnes a se absteruiri. Si- quādo nāque de spiritualibus, & edificatio- ne animarum sermone in ad eos habebat, lo- quebatur hominibus lingua angelorum, & vix intelligebatur. Maxime autē in his, quæ ad mores hominum pertinebant, ex abun- dantia cordis sui tam sublimia eis propone- bat, ita perfecta eligebat ab eis, vt durus videretur sermo, tantum non capiebāt quæ dicebantur. Rursum eum sigillatim eos au- diret consentes sibi, & semetipsos accusan- tes super diuersis illusionibus, cogitationū communium humanarum, quas nullus in carne viuens homo penitus vitare pōt, hoc

H potissimum tunc, in quo loci illi ad tenebras illas conuentio esse non potuit, quod homines inueniebat, quos in hac parte ange- los æstimabat. Angelicam enim magna ex parte degustans puritatem, & ex cōscientia iam olim acceptā a Deo gratiæ singularis, simpliciter præiudicans vniuersæ conditio- ni humana fragilitatis, in tentationes seu

inquinaciones cogitationum harum nullū religiosum posse incidere, vel si incidere- ret, vere religiosum non esse æstimabat. Sed vi- ri vere religiosi, & pie prudentes, & in præ- dicatione sermonum eius venerabantur et- iam, quæ non capiebant, & in cōfessionibus suis licet ad nouum itaperent audire, eo quod seminarum quoddam desperationis præ- ferre videretur infirmis, tamen iuxta Sen- tentiam sancti Iob putabant contradicere sermonibus sancti, non excusantes sed ac- cusantes infirmitatem suam in conspectu hominis Dei, in quo nemo viuens iustificari potest in conspectu Dei. Vnde factum est vt fieret magistra magistri pia humilitas di- scipulorum. Cum enim ad nutum arguen- tis humilarentur qui arguebantur, capite- tiam spirituali magistro aduersus fratres hu- miles, & subiectos zelus suus esse suspectus, intantum vt ipse iam potius accusaret igno- rantiam suam, & desisteret necessitatem, quod scire non liceret, cum nesciret loqui, quod nō tam alta ad homines, quàm indigna ho- minibus loquendo laderet conscientias au- ditorum, quod tam scrupulose perfectionē a fratribus simplicibus exigebat, in quo se nondum inueniret ipse perfectum. Cogita- bat namque eos multo meliora, & vicini- ora salutis in silentio suo meditari, quàm ab ipso audire, deuotius & efficacius salu- tem suam operari, quàm ex eius exemplo ac- ciderent, ex prædicatione vero eius scanda- lizari potius, quàm aliquid concipere ædifi- cationis.

Cumque super hoc vehementius turba- retur & contristaretur, & diuersæ cogitatio- nes ascenderent in cor eius, post multos cogitationū fluxus, & cruciatus cordis, decre- uit ab exterioribus omnibus ad interiora sua recolligere se, ibique in solitudine cor- dis & secreto silentij continere, & præstola- ri Dominum, donec quocumque modo mi- sericordia suæ super eum ei suam reuelaret voluntatem. Nec tardauit misericordia Dei auxilium in tempore opportuno. Paucis si- quidem euolutis diebus vidit in visu noctis puerum cum claritate quadam diuina allā- tem sibi, & magna auctoritate præcipitē fiducialiter loqui quidquid ei suggereretur in apertione oris sui, quoniam non ipse ef- fet, qui loqueretur, sed spiritus, qui loque- retur in eo.

Et ex tunc manifestius in eo, & p̄ eū lo- quens Spūs sanctus, & sermonem ei potētio- rem

K

rem & sensum in scripturis abundantius suggerens, in apertione oris eius apud auditores quoque ei gratiam addidit, & auctoritatem, & in electum super egenum, & pauperem, peccatorem poenitentem, & veniam postulantem. Cumque iam aliquatenus didicisset inter hoies conuersari, & humana agere & tolerare, iamque inter fratres suos, & cum eis inciperet frui fructibus, conuersionis suae, pater quoque qui solus dominum rem auxerat, veniens ad filios suos appositus est ad eos. Qui cum aliquantum tempus ibi fecisset, obijt in senectute bona. Soror quoque eorum in saeculo nupta, & saeculo dedita, cum in diuitijs, & delicijs saeculi periclitaretur, tandem aliquando inspirauit ei Deus vt fratres suos visitaret. Cumque venisset quasi visita venerabilem fratrem suum, & adesset cum comitatu superbo, & apparatu, ille detestans & execrans eam tamquam rete diaboli ad capiendas animas, nullatenus acquieuit extra ad videndam eam. Quod audiens illa confusa, & compuncta vehementer, cum ei nullus fratrum suorum occurrere dignaretur, cum a fratre suo Andrea, quem ad portam inuenerat monasterij, ob vestium apparatum sterens inuolutum argueretur, tota in lacrymas resoluta, Et si peccatrix sum (inquit) pro talibus Christus mortuus est. Quia enim peccatrix sum, ideo consilium, & colloquium bonorum requiro. Et si despiciat frater meus carnem meam, ne despiciat seruum Dei animam meam. Veniat, praecipiat, quidquid praeeperit, facere parata sum. Hanc ergo promissionem tenens exijt ad eam cum fratribus suis frater eius. Et quia eam separare a viro non poterat, primo verbo omnem mundi gloriam in cultu vestium, & in omnibus, saeculi pompis, & curiositatibus interdixit, formam vitae matris suae in qua multo tempore vixit cum viro, ei indicxit, & sic eam a se dimisit. Illa vero obediens summe parens praeepto, redijt ad propria, mutata repente secundum omnipotentiam dexterae excelsi. Stupebant omnes adolescentulam nobilem, delicatam, subita mutatione in habitu, & victu, in medio saeculi vitam ducere eremiticam, in stare vigilijs & ieiunijs, & continuis orationibus, & ab omni saeculo prius se facere alienam. Biennio postea sic vixit cum viro suo, illo sane secundo maxime anno dante Deo honorē, nec temerare ulterius praesumente templum Spiritus sancti. Qui etiam tandem virtutem

te eius perseverantiae victus, liberamque a se dimittens iuxta ritum Ecclesiae, facultate, ei concessit feruendi Deo, cui se probauit. Illa vero optata libertate potita, monasterium Iulleium adiens, cum sanctimonialibus ibi Deo seruientibus reliquit vitam Deo vouit, vbi tantum ei Dominus gratiam contulit sanctitatis, vt non minus animo quam carne illorum probaretur virorum Dei esse germana.

Capitulum. VII.

Cum autem missus nouiter Clarauallensem Bernardus ordinatus esset in monasterium ad quod assumptus erat, & sedes Lingonensis vacaret, ad quam ordinatio ipsa respiciebat, quaerentibus fratribus qui eum ducerent ordinandum, cito de proximo se obtulit bonae fama venerabilis Cathalaunensium episcopi opinatissimi illius magistri Gulielmi, de campellis, illucque eum transmittendum esse definitum est. Sicque factum est. Abijt autem Cathalaunum assumpto secum Elbodone monacho quodam Cisterciense. Intrauit ergo praedicti episcopi domum iuuenis, exesi corporis & moribundi, habitu quoque despicibilis, subsequente monacho seniore, & magnitudine, & robore corporis eleganti, non identibus, alijs identibus, alijs remissis, interpretando verentibus. Cum autem quaereretur quis eorum esset Abbas, episcopus primum oculos in eum apertos habens agnouit seruum Dei, & suscepit eum sicut seruum Dei. Cum enim primo in priuato colloquio omni melius locutione prudentia iuuenis magis magisque proderet verecundia loquendi, intellexit vir sapiens diuinam visitationem in aduentu hospitis sui, nec desuit hospitalitatis pia instantia, donec vsque ad familiarem fiduciam, & libertatem loquendi producto colloquio ad alterutrum, iam melius eum commendaret conscientia sua, quam verba. Quid multa? Ex illa die, & ex illa hora facti sunt cor vnum, & anima vna in Domino, intantum vt saepe alter alterum hospitem deinceps haberet, & propria esset domus episcopi Claruallensis, Clarauallensium vero efficeretur non sola domus episcopi, sed & per ipsam tota ciuitas Cathalaunensis. Quinetiam & Remensis prouincia, & Gallia tota per eum in deuotionem

nem excitata est ad reuerentiã viri Dei. Ab illo siquidem tantò episcopo ceteri didicerunt suscipere eũ, & reuereri tamquã angelum Dei, ita vt huius temporis præseniisse in eo gratiam videatur homo tantæ auctoritatis, sic affectus erga ignotũ monachũ, & monachum tantæ humilitatis. Modico vero post tempore transacto, cũ eousq; infirmitas Abbatis ingrauesceret vt iã nõ nisi mors eius, aut omni morte grauior vita speraretur, ab episcopo visitatus est. Cumque viso eõ episcopus se non solum vitæ eius, sed & sanitatis spem habere diceret si consilio eius acquiescens, secundum infirmitatis suæ modum aliquem corpori suo curam pateretur impedi: ille vero a rigore vel vsu consuetudinis suæ minus facile flecti posset profectus episcopus ad capitulum Cisterciense ibi coram paucis s Abbatibus, qui cõ uenerant pontificali humilitate, & sacerdotali caritate toto corpore in terram prostratus petijt, & obtinuit, vt toto anno vno in obedientiam sibi traderetur. Quid enim tantæ humilitati in tanta posset auctoritate negari? Reuersus itaque Claramuallem, extra claustra, & terminos monasterij domunculam vnã ei fieri præcepit: ordinans & mandans in cibo vel potu siue in aliquo eiusmodi circa eum nullam ibi teneri ordinem, distinctionem, nullam de tota cura domus ad eum referri sollicitudinem, sed sibi eum viuere secũdum modum ab eo præstitutum. Eodem tempore & ego Claramuallem, ipsumque frequentare cepi. Quem cum ibi cum quodam Abbate altero visitarem, inueni eum in suo illo tagurio quale leprosis in compitis publicis fieri solet. Inueni autem ex præcepto (ut dictum est) episcopi, & abbatum feriatum ab omni solitudine domus tam interiori, quã exteriori: vacantem Deo & sibi, & quasi in delicijs paradisi exultantem. Ingressusq; regum illud cubiculum, cum Considerarem habitationem & habitatorem, tantã mihi, Deum testor, domus ipsa incutiebat reuerentiam sui, & si ingrederer ad altare Dei. Tantaq; affectus sum suauitate circa hominẽ illum, tantoq; desiderio in paupertate illa, & simplicitate cohabitandi ei, ut si optio illa die mihi data fuisset, nõ tam optassem, quã ibi cum eo semper manere ad seruiendũ ei. Cumque & ipse vicissim nos cum gaudio contempneret, & quaereremus quid ageret, quomodo sibi viuere: modo illo suo

roso arridens nobis, optime, inquit. Ego cui hæctenus homines rationabiles obediebãt, iusto Dei iudicio irrationali cuidam bestię datus sum ad obedientiam. Dicebat autẽ de quodam homine rusto cano, & vano nil profusus sciente, ipsumq; ab infirmitate, qua laborabat curaturũ se iactitante, cui ad obediendum ab episcopo & abbatibus & fratribus suis traditus erat. Ibiq; cum eo manducantes, cum arbitra remur hominẽ tam infirmum, tanteq; providentiæ commissum sicut oportebat procurã lum, & uideremus ei agente medico illo suo offerri cibos, quos sanus quis vix præ angustia famis attingeret, videbamus, & tabescebam: vix requirari silentio nos cohibente, quem in illũ quasi sacrilegum, & homicidã ira & contumelijs infurgeremus. Ipse autem, in quem hæc fiebant, in differenter cuncta sumens, & que omnia approbat, sicut qui sensu ipso corrupto, & pene emortuo sapore vix aliquẽ discernerebat. Nam & saginẽ crudam per errorem sibi obatum pro butyro multis diebus noscitur comedisse, oleũ bibisse tamquã aquam: & multa talia contingebant ei. Solam quippe aquam sibi sapere dicebat, eo quod dum fumeret, fauces & guttur ei retrigerabat. Sic ergo tunc eũ inueni, & sic habitabat in illa solitudine sua vir ille Dei. Sed non erat solus, eũ quo erat Deus, & custodia & consolatio sanctorum angelorũ. Quod etiam manifestis indicijs demonstretum est. Nocte enim quadã solito attentius orãdo effuderat super se animã suam, cum tenuiter soporatus uoces audivit tamquã transeuntis multitudinis copiosæ. Euergilas autem & easdẽ uoces plenius audiens, cellã quoque in qua iacebat egreditur, & profectus abeuntes. Haud procul aberat locus densis adhuc spinarum ueprumq; fructibus abundans, sed nunc longe muratus ab illo. Super hunc aliquandiu stabant uelut alternantes chori hinc inde dispositi, & vir sanctus audiebat, & delectabatur. Cuius tamen mysterium visionis nõ prius agnouit, quã translatis post aliquot annos ædificijs monasterij, eodem loco positum oratoriu cerneret, ubi uoces cum eo paucis diebus, quocumque oculos uentebam mirans, quali carolos me uidere nouos, & terram nouam, & antiquorum Aegyptiorum monachorũ partem nostrorum antiquas sentias, & in eis nostrum temporis hominum recentã vestigi-

D

E

gia. Erat enim tunc tēporis videre Clareuallis aurea sæcula, cū viri virtutis olim diuites in sæculo & honorati, tunc in paupertate Christi gloriantes Ecclesiā Dei plantarent in sanguine suo. in labore, & ærumna in fame, & siti, in frigore, & nuditate, in persecutionib. & contumelijs, & angustijs multis, præparantes Clarualli eam, quā hodie habet sufficientiam, & pacē. Neque enim se tā sibi, q̄ Christo, & fratribus inibi Deo seruientib. siue postea seruitutis viuere æstimātes, pro nihilo habebant quidquid sibi deesset: dū relinquerent post se, quod illis sufficeret, & ad subsidij necessitatis, & ad aliquā cōscientiā voluntariā pro Christo paupertatis. Primaq; facie ab introeuntib. Claruallē per descensum montis, Deus in domibus eius cognoscebat, cū in simplicitate, & humilitate ædificiorum, simplicitatē, & humilitatē inhabitantium pauperum Christi vallis muta loqueretur. Deniq; in valle illa plena hominum, in qua nemini otiosum esse licebat, omnibus laborantibus, & singulis circa inuēta occupatis: media die mediæ noctis silentium a supereruentibus inueniebatur, præter laborum sonitus, vel si fratres in laudib. Dei occuparentur. Porro silentij ipsius ordo, & fama tantam ēt apud sæculares homines superuenientes sui faciebat reuerentiā, vt & ipsi nō dicā parua vel otiosa, sed aliquid etiam quod ad rem non attingeret, ibi loqui vererentur. Loci vero ipsius solitudo inter opaca sylvarum, & vicinorum hinc inde montium angustias, in quo serui Dei latebant, speluncam illā sancti Benedicti patris nostri quodammodo representabat, in qua aliquādo a pastoribus inuentus est: vt cuius imitabantur vitā, habitationis etiam eius, ac solitudinis formā aliquam habere viderentur. Omnes quippe etiam in multitudine solitarij ibi erant. Vallē namque illam plenam hominibus orationis ratione caritas ordinatā singulis solitaria faciebat, quā sicut vnus homo inordinatus, etiā cū solus est, ipse sibi turbat: sic ibi vnitatis spiritus & regulans tege silentij in multitudine hominū ordinata, solitudinē cordis in angustijs ei dō ipse defendebat. Domibus vero, & habitaculis suis inibus, victus inhabitantium perinueniebatur. Panis non tam tenuis eius quā terricus videbatur, panis fratrum laboribus vix de terra deserti plus iterū productus, cetera quoque cibaria quaq; vix erant, aliquid saporis habent.

tria, præterquam fames seu amor Dei faciebat. Sed & ipsum nouitij feruoris simplicitas sibi tollebat, cum quasi venenum arbitrantes quidquid comedenter vtrumq; delectaret, recusarent dona Dei propter gratiam, quam in eis sentiebant. Cum enim circa omne genus carnalis tolerantia cū adiutorio gratiæ Dei, studium spiritualis patri hoc in eis effecisset, vt plurima quæ homini in carne cōstituto impossibilia prius videbantur, iam non solum constanter peragerent & sine murmuratione, sed etiam cum ingenti delectatione: ipsa delectatio aliā in eis pepererat murmurationem, eo periculosiorem, quo eam a stimabant quasi remotiorē a carne, spiritui propinquire. Persuasum quippe habentes, & quasi cum testimonio conscientia suæ memoriæ fideliter cōmendatum, inimicam esse animæ omnē delectationem carnis, quidquid carnem cum qualibet delectatione nutrire videretur, sugiendum arbitrabantur. Quasi enim per aliam viam reduci se putabāt in regionem suam, cum præ dulcedine amoris interioris, amara æque ac dulcia delectabiliter edēdo, delectabilis viuere sibi viderentur in eremo, quā prius vixissent in sæculo. Cum que in hoc suspectam aliquatenus haberent spiritualis patris quotidianam correptionem, quasi carni eorum pulsantem spiritui deferentem, aliquando ad iudiciū prædicti Cathalaunensis episcopi, qui tunc forte aderat, res delata est. Super quo vir ille potens in verbo, sermonē ad eos aggressus ad eum finē perduxit, vt omnem hominem quicūq; dona Dei recusauerit propter gratiam Dei, inimicū esse gratiæ Dei, & spiritui sancto resistere pronuntiaret. Adduca siquidem historia de Helisæo propheta, & filijs prophetarum cum eo in desertis locis vitam eremiticam ducentibus quomodo cum aliquando ad horā refectionis ventum esset, amaritudo loquedā mortis in olla decoctionis eorum inuenta, per virtutem Dei, & ministerij prophetæ, per infusionem farinulæ dulcorata est, olla inquit, illa prophetica olla vestra est, nil in se nisi amaritudinem habens. Farina vero amaritudinem in dulcedinem conuertens gratia Dei operans est in uobis. Sumite ergo securi & cum gratiarum actione, quod cum naturaliter minus aptū fuerit visibus humanis, ad hoc per gratiā Dei uestris est visibus aptū, ut vjamini & comedatis. In quo si inobedentes

& increduli permanetis, resistitis spiritui sancto, & gratiæ eius ingrati estis.

Capitulum VII.

Hæc ergo fuit tpe illo sub Abbate Bernardo, & magisterio eius in clarissima, & charissima valle illa spirituali scala studiorum, hic feruor regularis disciplinæ, omnia eo faciente, & ordinante, & tabernaculum Deo in terris ædificante secundum exemplar, quod ei in monte ostensum est, cum in solitudine Cisterciensi, cum Deo in nube habitaret. Et vtinam post rudimenta primæ conuersationis, postquam didicit aliquatenus, & confiteuit homo eum hominibus esse, & intelligere super egenum, & pauperem, compatiendo infirmitatibus hominum, vtinam se circa semetipsum tale exhibuisset, quale erga ceteros, tam benignum, tam discretum, tam sollicitum. Sed continuo cum ab annuæ illius obedientiæ vinculo solutus, & sui iuris effectus est, velut arcus distentus ad pristinum rigorem, & sicut torrens detentus, & dimissus, ad prioris cursus consuetudinem reuersus est quasi repetens à semetipso penas diuisculæ illius quietis, & dâna laboris intermissi. Videres hominem imbecilem, & languidum conari, & aggredi quæcumque vellet, minus considerare quid postuleret sollicitum pro oibus, circa seipsam negligentem, oibus in oibus alijs obedientissimum, sed de seipso vix aliquando, seu caritati, seu potestati obedientem. Semper, non priora sua nulla reputans, maiora moliebatur ad non parcendo corpori, ad studijs spiritualibus robur addendum, corpus suum varijs infirmitatibus per se attenuatum, ieiunijs insuper, & vigilijs, & intermissione atterendo. Orabat stans die, noctuque, donec genua eius infirmata à ieiunio, & pedes eius à labore inflati, corpus sustinere non possent. Multo tpe, & quædam occultu esse potuit, cilicio ad carnem vsus est. Vbi vero sciri adinuenit, continuo illud abiciens, ad cõia se conuertit. Cibum eius, cum pane lac, vel aqua decoctionis leguminum, vel pultes, quales infantibus fieri solet. Cetera vel eius infirmitas non recipiebat, vel parsimoniæ studio ipse recusabat. Vino si bene utebatur, raro, & nimis modico, cum magis aquam, & infirmitati suæ, & appetitui cõpetere testaretur. Sic autem affectus, & confectus à cõi fratrum labore seu diurno, seu nocturno, vix se aliquando patiebatur esse excusatum, seu ab occupationibus, & laboribus smi-

nisterij sui. Videbatur enim, & conuersationem eius homines medici, & mirabantur, tantamque vim eum in seipso cõbantur inferre nature, ac si agnus ad aratrum alligatus arare cogere. Nam cum crebra illa ex corruptione stomachi per os eius indigestæ cruditiæ eruptio alijs inciperet esse molestior, maxime autem in corosallentiis, non tamen illico collectas fratrum deseruit, sed iuxta locum stationis suæ procurato, ac defosso in terra receptaculo doloris illius sic aliquamdiu prout potuit, necessitate illam transiegit. At ubi ne hoc quidem permisit intolerantia rei, tunc demum collectas deserere, & seorsum secum habitare, cõpulsus est, nisi quantum sine colloctionis, siue cõsolationis gratia, siue disciplinæ claustralis necessitate, conuentu eum fratrum aliquando oportebat interesse. Et hæc fuit tristis illa necessitas, qua primo sancta illa fraternitas, sanctæ illius paternitatis iugis cõsortio carere posse coacta est. In quo dolemus quidem & plangimus infirmitatis eius triste effectum, sed sancti desiderij, & specialis feruoris affectum veneramus. Quæquam nec infirmitatis eius effectus vsquequam plangendus sit, & dolendus. Quid, nisi voluit sapientia Dei per infirma potius hominis illius totamque confundere fortiam mundi huius? Quid vero aliquando pro qualibet infirmitate eius remansit infectum, quod per eum secundum sibi datam gratiam fieri oporteret? Quis, nisi nostra ætate quantumuis robusti corporis, & accurata valetudinis, tanta aliquando fecit, quanta iste fecit, & facit moribundus, & languidus ad honorem Dei, & sanctæ Ecclesiæ vtilitatem? Quantum postea numerum hominum verbo, & exemplo traxit de seculo, non solum ad conuersionem, sed ad perfectionem? Quantas ex eis per totum Christianum orbem constituit domos, seu ciuitates refugij, vt quicumque peccauerint ad mortem, & æternam uitam rei iudicati fuerint reminiscantur, & conuertantur ad Dominum, & confugiant ad eas, & saluentur in eis? Quæ schismata Ecclesiæ non sedauit, quas non cõfudit hæreses, quæ pacem inter dissidentes Ecclesias, & populos non restituit? Et hæc quidem cõia sunt. Ceterum quæ bona innumeris hominibus sigillatim præstitit pro causa, pro persona, pro loco, pro tempore, quis enumeret? Porro si nimietas in eo reprehenditur sancti feruoris, habet certe apud pias mentes excessus iste reuerentiæ suæ, qua quicumque spiritu Dei aguntur, multum verentur in seruo Dei reprehendere nimium istam ni-

mietatem. Habet & facilem apud homines excusationem, cum vix audeat quisque eum condemnare, quæ Deus iustificat; tam multa, tam sublimia cum eo, & per eum operando. Felix cui solû reputatur ad culpam, quæ ceteri præsumere sibi solent ad gloriã. Fuerit autem bono iuueni suspecta iuuentus sua (beatus quippe qui semper est pauidus) fuerit ei studiû tantã virtutem plenitudinẽ quam habebat ex gratia, aliaque vitæ laboris conscientia cumgrata. Sed & vita eius, quæ oib⁹ proponebatur imitãda, frugalis continentie exëplo carere nõ debuit. In quo seruus Dei, et si nimietate forsitan excessit, pijs certe mentibus nõ de nimietate, sed de feruore exëplû reliquit. Quid autem eum niritur excusare, in quo ipse quæ veretur omnia opera sua, nõ cõfunditur, vsque hodie se accusare, sacrilegij arguens quæ seruitio Dei, & fratrum suorû abstulit corpus suû, dum in secreto feruore imbecille illud reddiderit, ac pene inutile: Sed cõuauit de infirmitate, & infirmus fortior, & potens factus est. Vir tunc nãque Dei vehementius in infirmitate eius tu'gens, ex tunc vsque, hodie digniorem quãdã apud homines ei efficit reuerentiã, & in reuerentia auctoritatẽ, & in auctoritate obedientiã. Iã tunc. n. ad opus prædicationis diuinitus aptabatur, ad quæ (vt supra dictû est) ex utero matris suæ, cû testimonio diuinę reuelationis olim fuerat præsignatus. Nec tunc tantûmodo, sed oĩ tẽpore cõuersionis, & subiectionis, & prælationis suæ, ipso ordinãte, quo & agere, congruo ordine ad hoc instituebatur, & ignoras quid de se fieret nõ solû monastico, sed & oĩ ecclesiastico ordini in hoc præparabatur. Et primû quidẽ circa resuscitandû in monastico ordine antiquæ religionis feruorẽ, primitias iuuentutis suæ dedicauit, exëplo, & verbo in cõuentu fratrum intra septa monasterij ad hoc oĩ studio vacans. Postmodû autem cum ad aliam vitam, & conuersationis ordinẽ infirmitate corporis conuerteretur, & sicut dictû est, necessitas infirmitatis, & ordo necessitatis à cõi eũ conuersatione conuentus plus solito sequestret, hæc prima cepit esse occasio, vt quasi hominibus de sæculo expositus quorû iam ad eũ multitudo magna consuebat, ipse etiã præsentiam suam liberius eis, ac liberalius cõmodans, verbû vitæ prædicaret. Cũque & longi⁹ aliquãdo à monasterio procauis Ecclesiæ cõbus obedientia traheretur, & quociesque veniret, vnde cumque locum de Deo scire nõ posset, & agere, quæ Dei sunt,

nõ cessaret, sic in breui apud homines innotuit, vt Ecclesia Dei tam vtili mēbro in corpore suo reperto vt ad quodcũque oportebat non dissimularet. Sed & licet à primo flore inuentis cæcis, fructibus spiritus semper abundauerit, ab hoc tñ tpe copiosius ei addita est (sicut Apostolus dicit) manifestatio spiritus ad utilitatẽ, sermo scilicet fecundior sapientie, ac scientie cû gratia prophetie, operationes virtutum, & diuersarû opitulationes sanitatû. Quorum quædam, quæ certa narratione didici, quæ fide à fidelibus mihi viris assignata sunt, eadẽ & ipse legẽtib. resigno.

Capitulum IX.

Primû ergo signum hoc fuit, quod in manu serui sui mûdo celebre Christus effecit. Cũ aliquantos iam in Claraualle expleisset annos, contigit virum nobile, & ipsius quoque secundû carnem propinquum Iosbertû de Firmitate, quæ est oppidû proximû Clareualis monasterio grauius infirmari. Qui subito præoccupatus, amisit penitus intellectû, pauciter & loquelam. Vnde & filius eius Iosbertus iunior, & oēs simul amici eo magis affligebantur dolore, quod sine confessione, & viatico vir magnificus, & magnifice honoratus obiret. Cucurrit nũcius ad Abbatẽ, nequã tũc in monasterio erat. Venit, & inuenit eũ iam triduo sic iacentẽ. Compunctus autem homini, & motus lacrymis filij eius simul, & lugentiũ ceterorû, confisus est de misericordia Dei, & sermonem magnificum protulit dicens ei. Notum vobis est, quod in pluribus hominibus iste grauauit Ecclesias, oppressit pauperes, offendit Deũ. Si mihi creditis, vt Ecclesijs restituatur ablata, & vsurpare in graumen pauperum cõsuetudines dimittantur, loquetur, adhuc, & suorû confessionẽ faciet delictorû, diuina quoque suscipiet sacramenta deuotus. Mirantur oēs, latatur filius, familiaris exultat, quidquid præcipit homo Dei, firmiter ei promittitur, & impletur. Ceterum frater eius. Gerardus, & Galdricus auunculus, non parû terri, & turbati secretus eum super tali promissione cõuentum diuis arguunt, acrius inuehuntur. Quibus breuiter simpliciterque respondens, facile (inquit) facile potest Deus, quod difficile credere vos potestis. Itaque post secretã orationẽ, ad oblationẽ sacrificij immortalis accedit. Quo offerente nũcius superuenit, qui indicaret prælatum Iosbertum libere iam loquentem rogare obsequiũ, vt viri Dei festinaret ad Deum.

Capitulum X.

Cui et post oblatum sacrificiū venienti, cū lacrymis, & gemitu peccata confessus, diuina sacramenta suscepit: & duobus post hæc aut tribus diebus viuens, & loquēs, & maxime quæ præceperat Abbas sanctus cōstituit sine vlla retractione seruari. Sed & disposuit domus suæ, & elemosynas dedit, & sic demū Christiano more in bona spe misericordię Dei aīam exhalauit. Reuertebatur ali quāto Pater sanctus à pratis, & obuiam habuit mulierē paruulū filiū in brachijs deportantē, quē de longe attulerat ad eum, ab vtero matris habentē manum aridā, & brachiū totum: motus aut lacrymis matris, & precibus iussit puerū deponi, factaq; oratione cōtinuo signans puerū, & brachiū, & manum eius, dixit mulieri, vt vocaret filiū suū. Vocauit illa infantē, & ille accurrit. & vtroq; brachio amplexatus matrē suam, sanus factus est ex ea hora. Erāt aut huius beati viri fratres, & filij spirituales mirātes super his, quæ audiebant, & videbant de eo. Nec tamē morē carnaliū in gloriā eleuabantur humanā, sed iuuenili eius ætati, & nouæ adhuc conuersationi, spiritali sollicitudine metuebāt. In quo nimirū zelo Galdricus auūculus eius & Guido primogenitus fratrum ceteros an tebant, vt ipsos tamquā geminos quosdā itimulo carnis suæ, ne gratiarum magnitudo eū extolleret, ac cepisse diuinitus videretur. Neq; in parebant verbis durioribus exagitationes tenerā verecundiā eius, calūniantes et bene gesta, signa oīa annihilantes, & hominem mansuetissimum nihilq; cōtradicentē, frequenter vsque ad lacrymas improprie, & opprobrijs affligentes. Narrare solet venerabilis episcopus Lingonensis Godesfridus, sancti viri, & propinquus sanguine, & conuersione socius, & ex tūc per omnia indiuiduus comes primo miraculo q̄ per manus eius fieri vidit, prædictum germanum eius affuisse Guidonem. Erat enim eis transitus per caltrū Nātonis in territorio Senonum: & iuuenis quidam cuius pedem fistula occu pauerat, prædicti Patris tactum, & benedictionem cum multa supplicatione petebat. Signatus aut statim cōualuit, & post paucissimos dies regressi per idem oppidum, sanū eum, atq; incolumen inuenerunt. Ceterū sæpe dictus beati viri frater ne ipso quidē poterat compesci miraculo, quo minus increparet eum, & præsumptionis argueret, quod acquieuit tangere hominem: tanta siquidem castitate pro eo sollicitus erat.

Circa idē tempus accidit, vt auūculus eius Galdricus, qui & ipse zelo simili eius mansuetudine (sicut prædiximus) duris increpationibus obruebat grauissimis febribus laboraret. Demū in grauefēte morbo, ipsa doloris magnitudine superatus, Abbatē humili obsecratione cōpellat, vt sui misceatur, & opē sibi ferat, quā ceteris consuevit. At ille cuius spiritus super mel dulcis, primū temper, breuiterq; cōmemoras crebras super huiusmodi obiurgationes ipsius, & imponens ei ne forte hæc diceret tentans eū, persistenti tandē manū imponit, & febrē abscedere iubet. Nec mora, ad imperium eius celi quit eū febris, expertū in semetipso, q̄ in ceteris arguebat. Idē quoq; Galdricus cum in Claraualle aliquātos iā perageret annos feruens spiritu, & totius boni æmulationis, ex hac luce in grauit. Qui ante vnā ferē horā mortis, turbatus ad momentū, & toto corpore terribiliter motus infremuit: sed ad pristinā serenitatē reuersus, vultu deinceps placidissimo expirauit. Noluit aut Dominus sollicitū Abbatis aīam huius rei cognitione fraudari. Siquidē post aliquot dies idē Galdricus apparsens ei in visu noctis, & omnia erga se prospera esse sciscitanti responderet, & in magna se gratularetur felicitate locatū, demum interrogatus est, quid nā sibi voluit tam acerba illa in morte tamque repentina cōmotio. Dicebat autē q̄ ea hora duo spiritus nequā velut in puteū horredæ profunditatis eum præcipitare parassent: vnde territus ita contremuit, sed beato Petro accurrente ereptus nihil sensit deinceps lysis. Longū esset cuncta narrare, quæ super his, qui ex hac vita discesserant, & eorū felicitate seu etiā necessitate diuina ei gratia reuelare ab ipsis inijs consuevit. Vnū tamen dixerim, q̄ fratrum cōmonitionem aliquoties etiā ipse cōmemorat. Frater quidē bonæ intentionis, sed durioris erga ceteros fratres cōuersationis, & minus compatiens quā deberet, in monasterio defunctus est. Post paucos autē dies viro Dei apparuit vultu lugubri, & habitu miserabili, significās non ad votū sibi cūcta succedere. Interrogatus aut quid sibi esset, quatuor dilaceratis ferē traditū quærebat. Ad q̄ verbū continuo impulsus est, & quasi præcipitater expulsus à facie viri Dei. Qui grauius ingemiscens post ter-

gum eius clamavit. Præcipio tibi in nomine Domini, ut qualiter tecum agatur, in proximo mihi iterum innotescas. Et conuersus ad orationem pro eo, & oblationem hostiæ salutaris, aliquos et fratrum quorum ampliorē nouerat sanctitatem eidem similiter subuenire monebat. Nec verò destitit donec post sicut præceperat, per aliam reuelationem cognita eius liberatione meruit consolari.

Capitulum X.

G Irca hoc tēporis in regno Galliarum, & finitimis regionibus fames inualuit: seruatorum autē suorū horrea Domini benedictio cumulat. Si quidē vsq; ad annū illi numquā eis laboris sui annona suffecerat. Sed & tūc quoque post messem collectā, diligenter oibus supputatis, vix vsque ad Pascha sibi eā posse sufficere estimabāt: Cū autē emere vellēt, sumptus non inueniunt, q̄ longe carius solito videretur. Itaq; ab ipso tpe quadragesimali, pauperū ad eos maxima multitudo cōfluat. Quibus erogātes fideliter q̄ habebāt, Domino benedicite, ex modica illa annona vsque ad messem ipsi pariter, & qui superueniebāt pauperes alacriter sustentabātur. Virū pauperē non longe à monasterio habitantē, vxor adultera maleficijs cruciabat. Sicut enim ei in ira, & furore fuerat comminata, egerat per malignas incantationes, ut miser homo consumptis carnibus nec posset mori nec viuere sineretur. Sæpius deniq; & vocis vsu & sensu oēm corporis amittebat iterumq; redibat non ad vitam, sed ad mortē prolixiorē crudeliter reuocatus. Adducitur tan lenis homo ad virum Dei in monasterio demorantem, & ei tragœdia miserabilis explicatur. Qui vehementer indignans antiqui hostis malitiam tantū sibi Christianū hominem vsurpasse, vocans duos è fratribus ante sanctum altare hominē depotari, ibique superposito capiti eius vasculo Eucharistiā continente, in ipsius sacramenti virtute, à læsione Christiani iubet dæmonem prohiberi. Factum est, ut præcepit, & miserum hominē post tantos cruciatus fides perfectā per se factæ reddidit sanitatis.

Capitulum XI.

Fater Robertus eiusdem sancti viri monachus, & secundum carnem propinquus, in adolescentia sua quorundam persuasione deceptus coniugiam sese contulerat. Venerabilis autem pater postea quam aliquāliu doli in-

lauit, eundem fratrem statuit per epistolam reuocare. Quo dictante, Venerabilis Guillelmus Riuallis postea monasterij primus Abbas, in mēbrana scribens eandem exornabat epistolā. Erant autē ambo pariter sub die sedentes: ad dictandum quippe secretis septa monasterij egressi fuerāt. Subito autem inopinito imber erupit, & is, qui scribebat (sicut ipso referente didicimus) charta repone voluit. Ad quem Pater sanctus, opus (inquit) Dei est, scribe, ne timeas. Scripsit ergo epistolā in medio imbre sine imbre. Cū in vndiq; plueret, chartam expositam virtus operuit caritatis, & qui dictabat epistolam, schedulam quoque pariter conferuabat. Et hæc quidē epistola ob tam grande miraculum, in codice epistolarum eius à fratribus non immerito prima est ordinata. Agebatur solemnitas quædam præcipua, & frater aliqui, quem pro secreta culpa ab altaribus sacri cōmunionē suspenderat, notari timeans, & ruborem nō sustinēs, ad manū eius cum ceteris nimium præsumptuosus accessit. Intuitus autē eū, quoniā causa latens erat, repellere hominem noluit, sed intimo corde orabat Deum, ut de tanta presumptione melius aliquid ordinaret. Itaq; sumens homo Eucharistiā non poterat ad interiora trajicere: & diu multūq; conatus eū nullo modo præualeret, anxius, & tremulo clausam ore seruabat. Expleta deniq; hora orationis sexta, patre sanctū traxit in partem, cuius pedibus aduoluit, cum multis ei lacrymis, quod patiebatur aperuit, & aperto ore ipsam quoq; Eucharistiā ostendebat. Increpans autē eum confitentem absoluit, & sine difficultate recepit dominica sacramēta. In minimis et rebus magna per eū nouimus contigisse. Venerat aliquando Fusiniacū, quæ est Abbatia vna de primis, & ipse & significauit in Laudunensi territorio sita. Cumq; noui ibidem oratorij dedicatio pararetur, ita illud occupauerat muscarum incredibilis multitudo, ut earū sonitus, improbusq; discursus, grauem nimis in motibus molestiam generaret. Nullo igitur succurrente remedio, dixit sanctus, excōmunicato eas, & mane omnes pariter mortuis inueniunt. Cumq; parimentum omne operuissent, palis eicientes eas, ita demum basilicam mundauerunt. Hoc autem tam notū, & tūc celebre fuit, vnter vicinos quoque, quorum ad dedicationē maxima multitudo conuenit, muscarum Fusiniacū m-

ledictio in parabolâ verteretur. In eo quoque monasterio, cui Charus locus nomen est, puerum quemdâ, qui incessanter flebat & eiulabat, vir sanctus osculo sanauit. Cum enim per multos dies sine intermissione plorans, nullam reciperet consolationem, quod genus morbi medici non ignoraret miserabiliter deficiens tabescebat. Quem seorsum alloquens Pater sanctus monebat, vt suorû confessionem faceret delictorum. Facta autem confessione, subito vultum sereniens, petijt à beato Patre sibi osculum dari. Acceptoq; osculo pacis ex ore sancti, in omni protinus pace quieuit, & lacrymarum fonte siccatò latus, & incolumis est regressus ad propria. Excursi aliquando Abbati post fratres reliquos ad labore m, filium claudum pater obtulit, supplicans vt ei manum imponere dignaretur. Excusabat autem se vir Dei debens, non se esse illius meriti, à quo talia deberet beneficia postulari: claudis reddere gressum, apostolicè esse, non suæ virtutis. Victus tñ patris instantia, signauit puerû, ac dimisit. Qui ex hora cõualuit, & intra paucos dies ab eodẽ iterû patre cum multa gratiarû actione reductus incolumis oblitus est viro Dei. Diuertit aliquñ nobiliû cohors militû ad Claramuallem, vt videret locû ipsum, ac reuerendissimû eius Abbatem. *Proprie* at erat facti quadragagesimo tempus, & *in* oēs fere iuuenes dediti militiæ seculari circumibat quærentes execrabiles nudinas quas vulgo torneas vocant. Cæpit itaq; ab eis petere paucos suos, qui ante quadragesima supererat dies, ne armis interim vterentur. Quibus obstinato aïo renuētibus, nec cõcedere acquiescentiþns, confido, ait, in Dño, q̃ ipse mihi dabit inducias, quas negastis. Et accersito, fratre, iubet eis ceruisiã propinari bñdicens eam, & dicens, vt potione biberēt animati. Biberunt ergo pariter, quidã tñ inuiti præ amore sæculi, metuentes eum, quẽ postea sunt experti diuinæ virtutis effectû. Vt n egressi sunt monasterij fores, mutuis sese ceperunt inflàmare sermonibus, quia cor cotû ardès erat in eis. Inspirãte igitur Deo, & currite velociter verbo eius, eadem hora reuersi, & conuersi à vijs suis, spãli militiæ dextras dederunt. Quorû quidã adhuc militat Deo, quidam autẽ cû eo iã regnant, carnis vinculis absoluti. Quid aut mirum, q̃ deuotis hunc hominẽ colit obsequijs maior ætas, in cuius deuotione diuina virtus ipsã quocque infantia excitat experte adhuc rationis,

& deuotionis ignarã? Norunt multi illustrẽ iuuenẽ Vualtherû de Montemirabili, cuius patruus frater Vualtherus inter eos, quos pdiximus milites, sacra in Claraualle militiã est professus. Hic ergo Vualtheri iuniore cû adhuc infantulus esset, adhuc anniculus & sola posse cognoscere vbera cognoscere. tur mater sua benedicẽdũ obtulit viro Dei, gratulabũda, & exultans, q̃ in domo sua hospite mereretur habere tam sanctũ. Cumque vir Dei, sicut sæper, & in oĩ loco facere consueuerat, de salute, & ædificatione aĩarũ ad circũpositos loqueretur, prædicti mater infantis tenens eum in gremio, sedebat secus pedes ipsius. Accidit at vt inter loquẽdũ aliquñ manum protenderet, q̃ apprehendere eam conabatur infantulus. Aduertitur tandẽ conatus paruuli, cñ sæpius id fecisset, & mirantibus vniuersis datur ei facultas, vt manũ possit apprehẽdere, quã optauit. Tũ vero mira admodũ reuerentia, alterã manũ suam supponens altera tenens eam detulit ad os suum, & osculatus est eam. Neque id semel tantum, sed toties faciebat, quoties beatam manum tenere permixsus est.

Capitulum XII.

Infirmabatur aliquando homo Dei, & velut riulus quidam phlegmatis incessanter ab eius ore fluebat. Vnde exhausto corpore vsquequaquẽ deficiens, paulominus ad extrema deuenit. Cõuenerunt itaque filij, & amici eius velut ad exequias tanti patris, & ego ipse inter ceteros assui, quod me quoque eius dignatio in amicorum numero reputaret. Cumque extremum iam trahere spiritum videretur, in excessu mētis suæ ante tribunal Dñi sibi visus est præsentari, Assuerat & fatan ex aduerso improbis eũ accusationibus pulsans. Vbi vero illẽ oĩa fuerat profecutus, & viro Dei pro sua fuit parte dicendũ, nil terrius, aut turbatus ait. Fateor nõ sum dignus ego nec proprijs postlũm meritis regnũ obtinere cęlorum. Ceterũ duplici iure illud obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet patris, & merito passionis, altero ipse contentus, alterum mihi donat, ex cuius dono iure illud mihi vendicans non confundor. In hoc verbo confusus inimicus, conuentus ille solutus, & homo Dei in se reuersus est. Cumq; ex hoc magis dissolutionem sui corporis imminere speraret, visio altera lon-

ge dissimilis, est secuta. Siquidem velut in littore quodam positus videbatur sibi nauem, quæ se transfueret expectare. Cumque applicuisset nauis ad litus, festinabat ingredi, & illa sedens impingebat in aqua. **B** Vtique tertio ita faciens, tandem relicto eo, nauis ibat, & non reuertebatur. Intellexit autem protinus, necdum tempus suæ migrationis adesse. Adhuc tamē crescebat dolor, eo utiq; magis molestus, quo minus iam cum spes imminētis exitus solabatur. Contigit autē aduersa fœcete iam die, vt ceteris fratribus iuxta consuetudinē accedentibus ad lectiōnem collationum, solus Abbas cum duobus fratribus sibi assistentibus remaneret in diuerso forō in quo iacebat. Cumq; vehementius affligeretur, & supra vires dolor excreceret, aduocās alterū ē duobus iubet citius oratū ire. Excusantē deniq; & dicentem. Non sum ego talis orator, obedientiæ auctoritate cōpellit. Itum est, & oratum ad altaria, quæ in eadem basilica erāt tria. Primum in honore beata Dei Genitricis, duo circūposita in honore beati Laurentij martyris, & beati Benedicti Abbatis. Eadem igitur hora affuit viro Dei prædicta beata Virgo duobus illis stipata ministris, beato scilicet Laurentio, & beato Benedicto. Aderant autem in ea serenitate, & suauitate, quæ eos decebat, & tam manifeste, vt ex ipso introitu cellulæ, personas quoque discerneret singulorum. Impoñentesq; ei manus, & loca, doloris attractu pijsimō lenientes, omne protinus agriuidi nem depulerunt. Siccatus est. n. illico phlegmatis riuus, & dolor oīs abscessit. Cum autē & ego aliquñ agrotarem in domo nostra, & iam me nimium fatigasset, & attriuisset in lōgum nimium se protendens ægritudo, audiens hoc misit ad me fratrem suum virū bonæ memoriæ Gerardum, mandans me venire ad Clarauallē, spondens me ibi cito, aut curandum, aut moriturum. Ego verō quasi diuinitus accepta, vel oblata facultate, seu apud eum mor endi, seu aliquādiu cum eo viuēdi (quorū quid maluerim tunc ignoro) profectus statim sum illic, quamuis cum nimio labore, ac dolore. Vbi factum est mihi, q̄ promissum fuerat, & fateor, sicut volui. Reddita quippe mihi sanitas est a magna & periculosa infirmitate, sed paulatim vires corporis redierunt, Deus. n. bone, quid mihi non contulit illa infirmitas, feriat illa, vocatio illa ex parte ad quod volebam? Nam & cooperabatur necessitati meæ toto illo tē

pore infirmitatis meæ, apud eum infirmitas eius, quæ & ipse tunc tēp̄is detinebatur. Infirmi ergo ambo tota die de spirituali physica auina conferebamus, de medicamentis virtutum contra lāguores vitiorum. Itaque tunc differuit mihi de Cantico canticorum quantumq; illud infirmitatis meæ permittit, mortaliter tantum, intermissis mysteriis, scripturæ illius, quia sic volebā, & sic petieram ab eo. Singulisq; diebus quæcūq; super hoc audiebam, ne mihi effugerent, scripto alligabā, in quantum mihi Deus donabat & memoria me iuuabat. In quo cum benigne & sine inuidia exponeret mihi, & edicaret sentētiās intelligentiæ, & se usus experientiæ suæ, & multa docere niteretur in experientiam quæ non nisi experiendo discuntur, etsi intelligere non poteram adhuc, quæ apponebantur mihi, plus tñ solito intelligere me faciebat, quid ad ea intelligenda deesset mihi. Sed de his hucusq; dixisse sufficiat. Cum autē instante dñica, quæ septuagesima de nominatur, vespere sabbati dñicæ ipsa in præcedētis iam tantum conualuissē, & valerem, vt de lecto per me surgere, & exire, & intrare possem vespere, sabbati ipsam dominicam præcedētis cepi disponere de reditu nostro ad nostros. Quod ipse auditū omnino prohibuit, & vsque ad dominicam quinquagesimæ omnem mihi spem reditus, & non vni interdixit. Acquieui facile, cum quod præcipiebatur, & voluntas non obnueret, & infirmitas requirere videretur. Cum autē vltra dominicam illam septuagesimæ à carnibus quibus, vsq; ad diem illā ipso præcipiēte, & necessitate cogente vescēbar, vellem abstinere, & hoc ipsum prohibuit. Super quo cā nec momentū acquiescerem, nec rogantem audirem, nec obedirem præcipienti, sic vespere illa sabbati ab inuicem discessimus. Ille tacitus ad completorium, ego ad lectum. Et ecce infirmitatis meæ rabies rediuit, quasi resumptis oibus viribus pristinis, cum tanta me vehementia, & ferocitate inuadēs corripuit, tantaq; malignitate tota nocte illa deuastando cruciauit, supra vires, supra virtutē, vt de vita desperans, vix saltem vsq; ad diem, vt vel semel adhuc loquerer viro Dei, crederē me victurum. Cumq; in dolore illi totā noctē dixissem, summo mane, accersitus ille aduenit, non tñ afferens mihi quem solebat vultū patientis, sed quasi arguentis. Subrēdes tñ, quid (inquit) hodie comedisti? Ego verō qui ipso tacente hereternam

sternam inobediētiam certissimē interpretabar causam esse illius afflictionis meae, quidquid inquam praecepisset. Quiescite ergo ait, non mortemini modo. Et abiit. Et quid dicam? Confestim omnis dolor abiit, nisi quod fatigatus nocturno illo dolore meo tota ipsa die vix de lecto surgere praesualui. Quis enim aut qualis fuit ille dolor? Non recolo similem me aliquando fuisse perpeffum. In crastino autem sanus factus sum, & vires recepi. Et paucis interpositis diebus, cum benedictione, & gratia bona boni hospitis mei ad propria reuersus sum.

Capitulum XIII.

Cumque dilectus Deo, & hominibus Bernardus in illa valle sua, & vicinis ciuitatibus, & regionibus, quas aliquoties cum inuisere domesticæ curæ ratio coegebat, tantis floreret virtutibus, & miraculis, cepit et seu communibus Ecclesiae necessitatibus, seu caritate fratrum, seu obedientia maiorum, ad remotas pertrahi regiones, & paces desperatas inter dissidentes Ecclesias, & principes sæculi reformare, eas humano sensui, & consilio interminabiles, auxilio Dei pacifice terminare, & virtute potius sibi, quam spiritu huius mundi de multis hominibus impossibilibus faciendo, quasi montes transferendo magis ac magis in oculis omnium mirabilis, & venerabilis apparere. Maxime vero intantum in eo enitescere cepit virtus prædicationis, ut dura et corda auditorum emolliret, & vix aliquando vacuus domum rediret. Postmodum vero feliciter proficiente, & vsu sermonis, & exemplo conuersationis rete verbi Dei in manu piscatoris Dei, tam copiosas piscium rationalium multitudines cepit concludere, ut de singulis eius capturis, nauicula domus illius impleri posse videretur. Unde factum est ut in breui maiori miraculo præ omnibus, quæ in hac vita gessit, miraculis, per unum hominem laquidum, & seminecem, & tantummodo loqui valentem, obscura usque ad illud tempus illa vallis, & re, & nomine Claraualis efficeretur diuinæ cuiusdam claritatis lumen, quasi de summo quoddam apice virtutum disfundens in deuexa terrarum. Et ex tunc apud vallem illam, quæ prius dicebatur vallis absinthialis, & amara, coeperunt montes stillare dulce nectem. Quæ vacua fuerat, & stentis ab omni bono, cepit abundare spirituali frumento, & de rore ca-

li, & benedictione Dei intantum pinguescere omnia deserta eius, & multiplicata gente magnificare lætitiā, ut impletum in ea videatur quod olim per Prophetam dictum est ad ciuitatem Hierusalem: Adhuc, inquit, dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ: Angustus est locus, fac locum vt habitemus. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis, & non parturiens, & illos quis enutriuit? Iam n. de locis angustioribus vallis illius domus claustralis habitationis non sine diuini quibusdam reuelationibus translata in locum planiorem, & spatiosum, magnificata ibi, & amplificata sunt, & adhuc multitudini inhabitantium ipse locus angustus est. Iam domus ordinis illius, filia domus ipsius citra, & vltra alpes, & maria deserta plurima impleuerunt, & adhuc sunt & quotidie conflunt, quibus locus querendus est. Et petuntur vndique fratres, & mittuntur, cum beatos se æstimant reges gentium & præfules Ecclesiarum, ciuitates, & regiones quæcumque de domo illa, & disciplina iurisdictionis Dei meruerunt contubernium aliquod adipisci. Quid dico? Vltra homines usque ad barbaras nationes, in quibus naturalis feritas naturam quodammodo exiit humanam, religio hæc profecto est, vbi per eam bestiarum sylvarum homines fiunt: & cum hominibus assuetæ conuersari, discunt cantare Domino cantum nouum. Quapropter piscator Dei præcipienti Domino non cessat laxare retia in capturam, & alij abeuntibus, alij succedentibus in locum eorum, numquam sanctæ illius congregationis minuitur plenitudo. Hoc usque nunc egerunt, & quotidie agunt miracula eius capturæ Cathalauniensis, Patisiacensis, Matia, Leodiensis, & aliarum nonnullarum ciuitatum. Fländriæ quoque, & Germaniæ, Italiæ, Aquitanie, & aliarum regionum quas, vniquæ quacumque, necessitate contingit vni Dei visitare. Cooperante siquidem gratia Spiritus sancti quocumque vadit plenus redit, & sua eum plenitudo vbiq; comitatur. Nec dimittit suos, quos a se transmittit, sed vbiq; sunt & ipse semper paterna sollicitudine cum eis est. Et sicut ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, sic ad ipsum quotidie seu lacta seu tristitia filiorum suorum. Saepe et sine omni reuelatione carnis, ac sanguinis, paternæ eius sollicitudinis diuinitus in noscitur, quid circa aliquos eorum longe a se distantes agatur, si quid eis providendum, si quid in eis emendandum, si reuelationes, & excellus eorum, in sum-

tates, & obitus, & quarumlibet secularium tribulationum incurfus. Nam & pro absentium fratrum certis necessitatibus, presentibus circa se fratribus sæpe orationem indicit. Nonnumquam et morientes in locis alijs ad ipsum per visionem accessisse noscuntur, benedictionem eius, & licentiam postulant: nimirum hoc agente, & obedientiam missorum, & caritate mittentis. Veneram aliquando ad eum, & dum loquerer ei vidi, & audiui quod silere non debeo. Aderat monachus quidam Fufiniacensis, continuo ad suos rediturus.

Cumque accepto responso super his pro quibus venerat, iam ab eo egrederetur, in spiritu, & virtute Helix reuocans eum propheta Dei, & nomine fratris cuiusdam de domo illa promisso, de occultis quibusdam me audiente mandauit illi ut ea corrigeret: sin autem super se iudicium Dei in proximo expectaret. Stupefactus ille, quis hoc ei dixerit, requisit. Quisquis, inquit, dixerit mihi, tu vade, & dic quæ ego dico tibi: ne si dissimulaueris, te quoque inuoluat per poena peccati. Mirabar super hoc, sed miranti mihi, in simili penitus causa multo mirabiliora de eo narrata sunt. Guido namque frater eius, maior natu inter fratres suos, cuius grauitatis, & veritatis fuerit vir, omnes sciunt qui cum sciunt. Hic, cum simul aliquando essemus, & de huiusmodi loqueremur, & quærere ego ab eo, sicut iucundæ ad amicos colloctionis esse solebat, fabulæ (inquit) sunt quæ auditis. Cumque suo more, & solito studio fraternas virtutes deprimeret, mihi tamen nollet esse molestus, quæ (inquit) nescio, non dico vobis, sed vnum scio, & expertus sum, multa ei in oratione reuelari. Deinde narrauit mihi, quomodo cum primo melliflua illa spiritualium apum alucaria noua de se examina circumquaque proferre, nouasque ex eis domos ordinis sui ædificare cepissent: petente, & agente Domino Gulielmo episcopo in episcopatu Cathalaunensi eam quæ Trium fontium dicitur, construxerunt. Ad quam, cum abbatem cum monachis emississent Dominum Rogerium virum nobilem secundum seculum, sed nobiliorē sanctitate, & viros quosdam similis formæ cum eo, spiritualis pater filios, quos emisit, non dimisit, sed paterna sollicitudine, & pia affectione cum eis erat. Vnde cum die quadam soli simul essent Abbas & ipse, cuius hoc relatione didici, & de fratribus ipsis ad alterutrum loquerentur, subito altius suspirans, durius aliquid

solito de his corde suo sibi respondente, vadit, ait fratri suo, ora pro eis, & quidquid de eis ostenderit tibi Deus, refer ad me. Ipse enim grauissima valetudine ea hora laborans, in lectulo tenebatur. Ait ille vehementer expauescens, absit, inquit: non sum, qui hoc modo nouerim orare, qui hoc merere impetrare. Per se uerante tamē eo in sententia, itū est, & oratū. Orans ergo quantum præualuit, pro singulis effudit animam suam: tantaque per singulos in orando perfusio est suauitate conscientie, ut impetrandi fiducia, & omni gratia spiritualis consolationis, ut in omnibus certa fide exauditum se exultaret spiritus eius, exceptis duobus, in quibus, oratio titubauit, hæsitauit deuotio, fiducia defecit. Quod cum retulisset ad eum, à quo missus erat, ille statim pronūciauit de illis duobus quæ postea probauit euentus. Abbas autem Rogerius, & aliqui quicum eo erant, ipsi fuerunt, quos vir Dei aliquando de Cathalaunensi traxerat ciuitate, de quibus vel in quibus etiā tunc simile quid fuerat factū. Cum. n. episcopi gratia Cathalaunū frequentaret, rediens aliquando traxit secum multitudinē nobilium, & litteratorū clericorū & laicorū. Quibus adhuc in domo hospitium demorantibus, dum nouellas plātationes cælestibus rigaret eloquijs, superuenit portarius monachus, nuncians Stephanū de Vytreyo magistrum eorū adesse, ad reuocandū seculo, & cum eis commemorandū. Quis alius de talis viri aduentu non exultasset presertim eum vallis illa huiusmodi frumento non multū adhuc abundaret? Ipse verò reuelante sibi Spiritu sancto in insidias spiritualis nequitie, tacitus aliquantulum ingemiscens, erupit in vocem audientibus vniuersis: Malignus, ait, spiritus huc eum adduxit. Solus venit, solus reuertetur. Obstupere omnes qui prius audito eius aduentu, non se capere poterant præ lætitia. Verumtamen ne pusilli adhuc scandalizaret filios, suscepit hominē de perseverantia, alijsque virtutum studijs studiosè commonuit, & sciēs, & prædēs omnia promittentem nihil acturum, cum vere Deum quærentibus, & perseverantibus in cellam nouitiorum probandum intromisit. Sed de omnibus quæ prædixerat, nihil cecidit in terram. Vidit idem Stephanus sicile confessus, cum in cella nouitiorum adhuc demoraretur, maurulum quemdam puerum ab oratorio se extrahentem. Vbi nouerunt mensibus degens nouissime tamē fecit, & ut de eo prædictum fuerat, sicut so-

lus venerat, sic solus recessit. Frustrata au-
tem est, & versuta inimici, & quem nouitiorum parauerat in ruinam, de ipsius potius ruina illi confirmati sunt. Priusquam à Cathalauno recedamus, cum aliquando Pater sanctus inde rediret, frigore, & vento tam ipse, quam qui cum eo erant grauiter laborabant. Cumq; procedentibus multis, qui tunc forte in comitatu eius erant, nec præ angustia frigoris ad eum attendentibus, pene solus ipse sequeretur, contigit equum unum de duobus, qui cum eo erant incaute dimissum euadere, & excurrere per planitiem late patentem. Quem cum apprehendere non possent, & intemperies aeris ad hoc non permitteret vacare diutius, oremus inquit. Flexisq; genibus in oratione cum fratre, qui cum eo erat, vix adhuc dominicam poterant orationem expleuisse, cum ecce equus ille cum omni mansuetudine rediens substitit ante pedes ipsius, & reditus est fessori suo. Et vt à Cathalauno ad Remensem ciuitatem pertransamus, contigit aliquando dissentientibus archiepiscopo, & populo Remensi, ad conciliandos eos adesse virum Dei: Cumque in palatio eiusdem ciuitatis cum Iosleno Suesonensi episcopo cõsederet, & magna cleri, plebisq; frequentia repleta domo de pace tractaretur: ecce coram omnibus misera mulier filium suum plenum (vt putabatur) demone ei offerens, misericordiam precabatur. Siquidem iam ea ipsa die insurgens in ipsam matrem suam, pene eam occiderat, & mutus effectus, & cæcus, & surdus, apertis oculis non videbat, & stupentibus in eo sensibus omnibus etiã sine intellectu permanebat. Compassus vero miseræ matri, quam maxime sensus doloris illius exercebat, misero adolescenti blandiens, & pijs manibus caput eius, & faciem demulcens alloqui eum cœpit, & quomodo in matrem suam mittere manus presumpserit, sciscitari. Ille vero ad se reuersus, continuo peccatum suum recognouit, & deinceps emendationem promittens, incolumis restitutus est matri suæ. In monasterio quoque quod Alpense dicitur, inter ceteros, qui curam requirebat infirmorum, venit ad eum mulier quæ caduco morbo laborabat. Hęc in ipsa hora eum staret coram eo, à repentinò impetu mali illius corruit. Sed apprehensa viri Domini manu eius, cõtinuo crexit eã, nec tantum in illa hora sed pfecto oïno curata est ab infirmitate sua.

Capitulum XIII.

Ducissa Lotharingiæ, femina nobilis, sed non tam nobiliter vitans cum vidisset aliquando in somnis hominem illum Dei serpetes septem horribiles de pectore suo manibus proprijs extrahere: postmodum ad religiose viuendum eius admonitione conuersa, usque hodie se esse de qua septem demonia eiecerit gloriatur. Noui ego clericum quemdam Nicolaum nomine, sæculo pene desperabiliter deditum, sed per eum de sæculo liberatum. Qui cum in Claraualle monasticæ conuersationis habitum, & ordinem suscepisset, videns eos, qui de sæculo naufragio illuc confugerant, naufragij sui damna continuis redimere lacrymis, idemque ipse facere volens, nec valens præ duritia cordis sui, rogabat eum cum magno cordis dolore, vt impetraret sibi à Deo gratiam lacrymarum. Orauit, tantamq; ei, & tam continuã impetrauit cõpunctionem cordis cum gratia lacrymarum, vt vix aliquando vltra inueniretur vultus eius in diuersa commutatus, vel oculi eius sine lacrymis etiam cum comederet, cum irer per viam, vel dum quolibet loqueretur.

Tot sunt, & tantæ, quas in hunc modum de eo audiimus, & vidimus virtutes, & circa diuersas hominum necessitates diuersæ opitulationes, vt si quis omnia velit, vel verbo pronunciare vel scripto, fastidiosus incredulitatem, vel incredulis possit generare fastidium. In omnibus autem operibus suis, quam purus ei sit oculus intentionis, manifestè denunciat corpus lucidæ eius operationis. Summos quippe honores ecclesiasticos quasi dignum eum iugiter persequentes, non iactanter respuendo, religiose, & rationabiliter declinãdo, quid in omni operatione sua semper quæserit, quod ambierit, manifeste declarat. Cuius dignus esset vt cogeretur, nescio quo iudicio Dei, & singulari reuerentia sanctitatis, iam olim apud oes obtinuit ne aliquando ad aliquid contra voluntatem suã cogatur. Sed cum hoc modo mundi huius fugit honorè, omnium bonorã non effugit auctoritatè, dignus in cõscientijs omnium, qui in timore, & amore Dei teneatur, & ametur: quo presente vbicumque fuerit, nil contra iustitiam audeatur, cui vbicumque aliquis loquitur, vel agit pro iustitia, obediatur. Eiusmodi sultus auctoritate in ecclesia Dei, eum obedientia vel caritatis vrget necessitas, nullam refugit incommoditatem labo-

ris sui. Cuius enim voluntati, sic detulit, cuius consilio sic se humiliavit potestas omnis tam secularis, quam Ecclesiastica dignitas? Reges superbi, principes, & tyranni, milites, & raptores sic eum timent, & reuerentur, vt vili leatur in eis impletum quod in euangelio legitur Dominus dixisse discipulis suis: Ecce, inquit, dedi vobis potestatem calcare antra super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Porro inter spirituales, & vbi spiritualia spiritualiter examinantur, longe ei alia auctoritas est. Sicut, n. dicitur per prophetam de sanctis animalibus, quia cum fieret vox supra firmamentum quod imminerebat capiti eorum, stabant, & submittebant alas suas: sic hodie vbi que terrarum spirituales quique loquente eo, seu tractate stant, cedendo precedenti, & sensibuseius, vel intelligentijs submittant sensus, & intelligentias suas. Tanta ergo virum illum sanctum vsq; hodie apud Deum, & apud hoies commendant sacrarum insignia virtutum, testimonia circumvallant sanctitatis, charismata sancti spiritus illustrant, quodque maius his omnibus, & difficillimum est in rebus humanis, hac ei omnia sine inuidia adesse videntur. Comprobat autem ab eo inuidia, quod omni inuidia maior est, in quantum nequitia cordis humani, hoc sepe cessat homini inuidere, quo non potest aspirare, sed & ipse omnem inuidiam, aut mortificat exemplo humilitatis, aut mutat in melius prouocatione caritatis, aut si nequior vel durior est, obruit potestatem auctoritatis. Quis enim tam efficax, & affectuosae prudentiae hodie inuenitur ad fouendam caritatem, vbi est, ad prouocandam vbi non est, tam ad quoscumq; potest beneficium, ad omnes beneuolus, tantam habens gratiam ad amicos, patientiam ad inimicos? Si tamen vllum aliquando potuit habere inimicum, qui nulli aliquando voluit inimicari. Sicut enim amicitia non nisi duorum est, nec nisi inter duos amicos haberi potest: sic nec inimicitia nisi duorum forsan inimicorum. Qui, n. odit vel non diligit diligenter se, non tam inimicus quam iniquus est. Sed qui omnem hominem diligens nullum aliquando inimicum habet virtute sua, non nunquam tamen est quod patiatur, in inuidiam sibi gratis iniquitate aliena. Caritas autem quae totum eum possidet, patiens est, benigna est, & sapientia vincens in aliam patientiam impatentiam, superbiuam humilitate.

Subscriptio operis praecedentis, quam auctore. *Joan. Burchardus. Abbas. Barenensis apposuit*

P Rescriptum opus, quod de vita sanctissimi viri Bernardi Claraualis Abbatis conscriptum est, a venerabili Gulielmo pridem sancti Theodori Abbate, sed tunc iam monacho Signiacensis cenobij, ad quod desilio solitudinis, & quietis sese contulerat, vsque ad tempus schismatis aduersus Innocentium Papam a Petro Leonis confati, digestum esse cognoscitur. Fuit autem praefato fideli viro specialis causa scribendi amicitia, & familiaritas, quibus viro Dei multo tempore coniunctus erat. Vnde & tantam apud illum inuenerat gratiam, vt vix alter magis intimus inueniretur ad secreta mutuae dilectionis communicanda, ad spiritualium mysteriorum conferenda colloquia. Cuius familiaritatis gratia ex eo praecipue vsque modo pro litata manifestationem, quia plures epistolae idem sanctus scripsit ad illum, in quibus quid de eo sentiat, manifeste liquet legentibus illas. Scripsit etiam ad ipsum librum apologeticum, & alterum de gratia, & libero arbitrio. Fuit tamen eidem Gulielmo spirituali valentior generalis causa scribendi, videlicet utilitas totius Ecclesiae Dei, ne cum absconditur vas plenum thesauro desiderabili, ipse quoque thesaurus pariter abscondatur, vnde non immerito loqueretur qui exponi desiderat, dicens: Thesaurus inuisus, & sapientia abscondita, quae utilitas in vtriusque? Exponit iste diuitias salutis, thesaurum desiderabilem, ne lateat cum gleba, quod gleba non est, se si pretiosissima margarita. Accidit tamen ei contra desiderium suum, quia sicut ipse in praefatione sua vereri se denunciarat, praecipue occupatus morte non expleuit quantum a nimo conceperat stylo mandandum. Itaque qui accedit ad lectionem operis huius, facile facit intelliget a quanta perfectione pius puer, & religiosus Bernardus velut alter Benelictus, primordia conuersionis fuerit aggressus, qui & in vtero matris sanctificatione visus est accepisse, de qua cepta sunt praefigia futurae sanctitatis in his vitae pariter, & doctrinae. Quis est adolebens factus agere ceperit in praefato narratur opere ac remepta vsque ad vniuersae perfectionis deo ingratum diligenter quantum (sicut iam distictum est) lauit optimo pastori, sed praecipue.

Explicat liber primus.

Bonæuallis Abbatis in secundum librum vitæ B. Bernardi Claræuallis Abbatis.



Virorum illustrium gesta nonnulli scriptorum laudibus attollentes, verbis ea solemnibus celebrarunt, quantum excellentis ingenij, disertæ linguæ potuere conamina. Cumque tractator, & opus iunctis complexibus pari sunt fœdere coniugati, & ad propositum thema ordinandum ingenium, & eloquentia concenerunt, prospere actum est, & ad quietum tranquillumque portum directo gressu materia digne, ordinateque disposita appulit. Vt vero sublimitas negocij sub imperito artifice naufraga, eliditur scopulis, & succumbente sensus hebetudine, tractatoris lassatur præsumptio, sero de correctione inquit consilium; quia quæ in multos effusa sunt, nec reuocari possunt, nec corrigi, & dissonantiam scripti, & operum venustius esset abradi, quam emendari. Hac ergo mecum reputans, & reuoluens, omnino timeo ne sicut ipse multorum imprudentiæ soleo indignari, qui cum scientia, & facundia carent, ad scribendum præcipites, cum se vehementer emunxerint eliciunt sanguinem, ita & ego si quod supra me est aggrediar, meipsum derisioni exponam. Quis n. ego sum, qui ad scribenda gesta sanctissimi viri Bernardi Claræuallis Abbatis aspirem, qui nostris temporibus singulari religione floruit, & doctrina, cuius odor exinanitus vniuersam replcuit Ecclesiam: cuius gratia, operante Domino, signis, & miraculis declaratur? Quot in monasterium eius litteratos viros, quot rhetores, quot philosophos sæculi huius scholæ miserunt ad conuersationem theoreticam, & mores diuinos? Quæ non ibi

floruit disciplina, vbi erant examina magistrorum, & egregij viri exercitato intellectu insignes, qui diuinis studijs inhzentes, multis gratiarum auctoramentis inuicem seipfos edocent, & accendunt? Debuerant utique viri illi, quibus nihil in aliqua gratia deest, hunc laborem assumere, & venerabilis patris insculpere monumenta, vt esset eorum studio delectabilis pagina, quam quali viuente traderent legendam discipulis, & perpetua fieret consolatio secus positis reliquijs sacri corporis, & sermonis. Sed extrema æmulari, & quæ homines lateant, Claræuallis consuevit humilitas, & proferre in publicum aliqua sui iudicia viri illi nobiles erubescunt, & quietiores facit eos contemptus, & abiectio, quam quælibet oblatio dignitatis, in qua sibi professio humilitatis periclitari videtur. Ob huiusmodi casus sese intra silentij cardines retinentes, magis in sacro eremi, quam in sacro palatij delectantur, nec iam in stilo, sed in cruce gloriam querunt. In hoc ergo sicut & in ceteris eiusmodi negociorum suorum sarcinas alij libenter imponunt. Et nunc sublato venerabilis memoriæ Dño Gulielmo, qui eiusdem viri sancti gloriosa primordia fideliter, & deuote conferij sit, ad meam exiguitatem huius operis deuenit petitio, & imposuit mihi delectæ Ecclesiæ caritas, vt coquam pulmentum filijs prophetarum. In quo si colocynthidas miscuero, negligens, superiecta, vt cōfido farinula amaritudinem condiet Helifaus, & excessus insipientiæ obedientiæ excusabit affectus.

Finit Prefatio.

INCIPIT TABVLA
secundi libri vitæ S. Ber-
nardi Abbatis.

LIBER
SECUNDVS.

Capitulum I.

Capitulum Primum.



Quomodo ad prædicationes
S. Bernardi susceptus sit In-
nocentius Papa, & qua liber-
tate repressit Imperatorem
Inuestituras Episcoporum re-
quirentem, & quod omnia ecclesiastica
negotia per illum tractantur. Cap. 2.
Quomodo à Lothario rege Papa deductus
est in Lateranense palatium, & quomodo
Abbatès Mediolanenses reconciliauit Pa-
pæ, & mulierem à dæmone liberauit, &
aliam paruulam similiter curauit. Cap. 3.
Quomodo dæmonem eiecit opponens in
patena sacramentum, & de alijs multis
curatis. Cap. 4.
De dæmone, qui Iesum in gloria se uidisse,
& cum Lucifero cecidisse fatebatur, & a-
lijs demoniacis curatis, & quoties in Epi-
scopum, & Archiepiscopum electus, nec
contempsit, nec consensit. Cap. 5.
De reditu illius Claramuallem, & immuta-
tione prioris loci, & adiutorijs principis
Theobaldi. Cap. 6.
De malitia schismaticorum, & quodam dæ-
mone vxorem cuiusdam militis incredi-
bili libidine adulterante, & quando Can-
tica canticorum tractat. Cap. 7.
Quomodo iterum reuocatus est Româ, &
per multos labores, & virtutes illius schif-
maticis partim reconciliatis, partim mor-
tuis firma pace vniuersali Ecclesiæ acqui-
sita, & Abbatia sancti Anastasij ibidē con-
stituta Claramuallem rursus ingreditur.
Cap. 8.
Quomodo ad fundanda monasteria ab om-
nibus regionibus inuitabatur, & quanti
de monachis eius tunc Episcopi facti sunt,
& Innocentio defuncto Abbas S. Ana-
stasij Bernardus sancti Bernardi mona-
chus vniuersalis Ecclesiæ Papa Eugenius
efficitur, & comes Theobaldus præ cete-
ris sancto viro coniungitur.

Finis Tabula.



A tempestate Honorius Pa-
pa viam vniuersæ carnis in-
gressus est. Nec mora in
electione dissidentibus car-
dinalibus, & diuisa Ecce-
lesia plures numero, & sanio-
res consilio, vita probabiles, viri virtutum,
presbyteri, diaconi, Episcopi Innocentium
elegerunt, cuius vita, & fama, & ætas, &
scientia digna summo sacerdotio habeba-
tur. At verò pars altera, infames ausus
violencia non ratione corroborans, Petrum
leonis, ad hunc apicem aspirantem, frau-
dulenti machinationibus seorsum, & præ-
cipitanter nominauit Anacletum, & cete-
ris renitentibus ordinauit. Qui vero in
parte catholica erant, electum suum solem-
niter ordinatum collocarunt in cathedra,
& per loca illa, in quibus sessiones habent
ex antiqua consuetudine Romani Ponti-
fices, circumduxere, & pro tempore ho-
nor debitus apostolicæ affuit dignitati. Ex
tunc sanè circa Lateranense palatium mor-
abantur, nec erat iam eis tuta in domibus
proprijs mansio, cum eos acerrime Petri fa-
telites infestarent. Ibi etiam diu resistere
non valentes, per confederatos sibi quos-
dam ex nobilibus Romanis ad tempus in
turribus eorum receptacula habuerunt. Sed
nec in eis perseverauerunt fidelitas. Nam in bre-
ui, aut vi, aut formidine temerariæ multitu-
dinis, aut pretio corrupti sunt. Nam Petro
tam propria generis virtute, quam ad hæren-
tium sibi affinitate multitudo tanta erat,
vt fere tota eum ciuitas sequeretur, vel pec-
unia, vel commodis obligata. Congrega-
uerat sane opes innumeras, tam in exactio-
nibus curiæ, quam in legationum negotia-
tionibus, quas ad expectandas nundinas re-
feruaret. Insuper, & paterni census ampla
congeries eatenus sigillata, modo distribu-
ta in populû, ad fas, & nefas venale plebem
armauerat. Quibus erogatis, donaria regum
in ornamentis Ecclesiæ, ab ipsius euulsit al-
taribus. Et cum calices frangere, & cruci-
fixos aureos membratim diuidere ipsi pro-
fani

fani Christiani vel timerent, vel eubescerēt, Iudæos aiunt esse quæstos, qui sacra vasa, & imagines Deo dicatas audacter cōmīnuerunt. Igitur quisq; pro modo suo secundum maius, & minus, conducti ad scelus sacramentis generalibus publice Petro venderunt assensum, & in oēm sanguinem manus exposuerunt, & arma, & quotidianis cōgressibus partem, quæ cum Innocentio erat maledictis insectabantur, & gladijs. Habuerunt igitur serui Dei consilium, & quia vi humana se tueri non poterant, cedere elegerūt. Et procuratis clam nauigijs, de ore leonis, & de manu bestie, per Tiberim in Tyrrenum mare elapsi, prosperis ventis carbassa impellentibus, in portū Pisanum feliciter appulerunt. Præmissi in Gallias fuerant nūcij, qui Gallicanæ Ecclesiæ intimarent negocij veritatem, & hortarentur episcopos, vt in vltionem præsumptionis accingerentur, & damnata parte schismata subscriberent vnitati. Necdum vero ad plenū tenor operis innotuerat episcopis, nec priuatim quiscquam cōmodare præsumpsit assensum, donec collecto apud Stampas generali cōuentu in cōmune decernerent quid reciperent, quid damnarent. Neque enim Francia, ceteris regionibus procliuibus ad schismata, aliquando tali factione sedata est, nec malignorum acquieuit erroribus, nec fabricata in Ecclesia idolum, nec venerata in Petri cathedra monstrum. Nec enim talibus in causis principalia aliqua eo eos terruerunt edicta, aut generalibus vilitatib; priuata comoda prætulerunt, nec declinantes in partem personis detulere, sed causas.

Conuocato igitur apud Stāpas concilio, Abbas sanctus Claræualleſis Bernardus specialiter ab ipso Francorū rege, & præcipuis quibusq; pōtētib; accersitus, sicut postea fatebatur, non mediocriter pauidus, & tremebundus aduenit, periculū quippe, & pōdus negocij non ignorans. In itinere tamē cōsultatus est eum Deus, ostendens ei in visu noctis Ecclesiam magnam cōcorditer in Deistatibus conuenientem, vnde sperauit pacē sine dubio prouenturam. Vbi vero ad locum ventum est, celebrato prius ieiunio, & precibus ad Deum fuis, cum de eodem verbo tractaturi, rex, & episcopi cum principibus confederissent, vnum omnium consilium fuit, vna sententia, vt negotium Dei, Dei famulo imponeretur, & ex ore eius causa tōta penderet. Quod ille timens, licet, & tremēs

monitis tamen virorum fidelitū acquiescens suscepit, & diligenter profecutus electionis ordinem, electorum merita, vitam, & famā prioris electi, aperuit os suum, & Spiritus sanctus impleuit illud.

Vnus ergo oīum ore locutus, suscipiendum ab omnibus summū pontificem, Innocentium nominauit, & ratum esse oēs pariter acclamarunt. Et decantatis ex more laudibus, Deo obedientiam deinceps polliciti, electioni Innocentij oēs pariter subscripserunt. Interea Dominus Papa multis in Pisis & in Tuscia, & in alijs prouincijs potestatiue dispositis, vale faciens Pisanis, & gratias agēs, in prouinciam nauigio delatus est, & Burgundiam transiens, Aurelianum peruenit. Vbi occurrentibus episcopis à rege pijsimo Francorū Ludouico alacriter, & honorifice susceptus est. Inde à Guifredo Carnotensi episcopo magnarum virtutum viro Carnotum deducitur, vbi etiam gloriosus Anglorum rex Henricus, ei cum maximo episcoporum, & procerum comitatu occurrit. Hunc quoque regem venerabilis Abbas ad eum præmissus adduxit. Cui vix persuasit Innocentium recipere, ab episcopis Angliæ penitus dissuasum. Cum enim omnimodis recalcitraret, & detrectaret, quid times ait? times peccatum incurere si obedias Innocentio? Cogita, inquit, quomodo de alijs peccatis tuis respondeas Deo, istud mihi relinque, in me sit hoc peccatum. Ad quod verbum persuasus rex ille tam potēs, extra terram suam Domino Papæ occurrit vsque Carnotum. Reuersi interim de Germania legati Domini Pape tam Episcoporum quam Regis assensum, & litteras detulerūt, & deprecationem publicam, vt ad eos transiens, suam eis desideratam exhiberet præsentiam. Facile, n. persuasi sunt recipere eū, quem iam ceteri receperissent. Sed detinuit eū dilectio, & deuotio Ecclesiæ Gallicanæ, & singuli, & omnes visitationem apostolicam expetebant. Perlustrata igitur Francia, Remis conuocauit concilium: in quo multis ad honorem Dei dispositis, regem Ludouicum viuentem patre pro Philippo fratre coronauit in regem.

In omnibus his Dominus Papa Abbate à se separari nō patiebatur, sed cum Cardinalibus rebus publicis assidebat. Sed & priuatim quotquot habebant negocia, virum Dei secretius consulebant. Ipso verò audito deferrebat ad curiam, & oppressis patrioci-

nia exhibebat. Igitur soluto concilio, Leodii Dominus Papa Romanorū regi occurrit. Et honorifice quidē susceptus est, sed velociter obnubilata est illa serenitas. Siquidē importune idem rex institit, tempus habere se reputans opportunū episcoporum sibi restitui inuestituras, quas ab eius prædecessore Imperatore Henrico, per maximos quidē labores, & multa pericula Romana Ecclesia vendicarat. Ad quod verbum expauiere, & expalluere Rōmani, grauius sese apud Leodium arbitrari periculū offendisse, quā declinauerint Romā. Nec consilium suppetebat donec murum se opposuit Abbas sanctus. Audacter enim resistens regi, verbum malignū mira libertate redarguit, mira auctoritate compefcuit. Rediens autem Leodio. Clarissimē Dominus Papa per seipsū voluit visitare. Vbi à pauperibus Christi, nō purpura, & bysso ornatis, cum deauratis euangelij occurrentibus, sed pānosis agminibus scopulosam baiulantibus crucem non tumultuantium clariorum tonitruo, non clamosa iubilatione, sed suppressa modulatione affectuosissime susceptus est. Flebant episcopi, flebat ipse summus pontifex, mirabantur cōgregationis illius grauitatē, quōd in tā solēni gaudio oculi omnīū humi defixi, nusquam vagabunda curiositate circumferretur: sed complosis palpebris ipsi neminem viderent, & ab omnibus viderentur.

Nihil in Ecclesia illa vidit Romanus quod cuperet, nulla illi supplex eorū sollicitauit aspectum, nihil in oratorio nisi nudos viderunt parietes. Solis moribus poterat inhiare ambitio, nec damnosa poterat esse fratribus huiusmodi præda, cum minui non posset asportata religio. Gaudebant oēs in Domino, & solemnitas non cibis, sed virtutibus agebatur. Panis sibi opus pro simula, pro careno sapa, pro rumbis olera, pro quibuslibet delicijs legumina ponebantur. Si forte piscis inuentus est, Domino Papæ appositus est, & aspectu non visu in cōmune profecit. Inuidit diabolus, & feruorum Dei gloriam quos tanti hospitis nobilitabat presentia terre non valens, dū in choro alacriter psallerent, & deuote, presentibus etiam non nullis ex cardinalibus, qui in audiu, & aspectu eorum delectabantur, aliquantos fratrum horribili pauore turbauit.

Nam & vnus præ ceteris occupatus blasphemā quædā verba locutus est. Dicite, inquitens, ego sum Christus: & alij p̄sentes ter-

riti, & tremebundi, ad beati Patris vestigia confugerūt. At ille cōuersus ad ceteros, orate inquit, ac deinceps sub silentio eos, qui turbati videbantur eduxit, atque compefcuit: vt nequissimus ille, qui conuentum pietatis transferre conabatur in theatrum, & scholam innocentiam in derisum, non vt putabat exultationem religiosorum hominū corrumpere posset, sed se proderet, & conatus suos experiretur infirmos. Tanta siquidem celeritate omnia sunt sedata, vt personas illas quæ prope astabant oīno latuerit quod acciderat, & malignus hostis velociter inuēpatus, non modo scandalum eis, quod parabat, inferre nequiuit, sed nec ad illorum notitiam rem perferre. Factumque est ex eo, vt amphori sese custodia fratres mureret, & merito, & numero, & possessionibus deinceps cresceret Clarauallis, & multiplicatis conuentibus, fere per omnem latitudinem loci illius dilataretur religio, ipse etiam Abbas sanctus ex tunc amplius solito miraculis clareret, & signis.

Capitulum II.

Longas in Gallijs facere moras Dominus Papa non potuit, sed sicut cum Lothario rege conduxerat Romam ei occurrit: & exercitus in Lateranense palatium deductus est. Multi etiam ex nobilibus Romanis fideles Ecclesie, cum honorifice susceperunt. Verum Petrus Leonis non pontes Deum audirent suum, sed confederatorum stipatus malitia, in editionibus, & turribus turribus manens, Lotharij iudiciū aut virtutem, & interdicens suis congressus publicos, nec sibi securitatis suæ fecit periculum, nec causam: consistens hostibus dedit sed tām liberum eorum discursum machinis superioribus, & obstaculis varijs impeduit. Vitauit etiam obstinatissime Imperator colloqui nec minis, nec blandimēis flexus est, nec de statu suo cōsiliū cuiuslibet personæ admisit. Relicto igitur Romæ Innocentio, alias imperator digreditur. Petrus vero post eius discessum crebros moues per urbem excursus, fidelium cordibus inhiabat. Intellegens ergo Innocentius Romæ sibi infunduosā co tempore moram, ne presentia sua illius blasphemie rabie essetaret, rursus Pias reuertitur, ibique aggregans totus Q. eidentis episcopos, aliisque religiosi viris, in signa glorie. F.

Synodus celebrata. Affuit per omnia, & cōsilijs, & iudicijs, & definitionibus omnibus sanctus Abbas, impondebaturque ei reuerētia ab omnibus, excubabant ante eius limina sacerdotēs, non quod fastus, sed & multitudo cōmunem prohiberet accessum, & alijs egredientibus alijs introibant, ita vt videretur vir humilis, & nihil sibi de his honoribus arrogans non esse in parte solitudinis, sed in plenitudine potestatis, Actiones concilij longum est prosequi: summa tamen in cōmunicatione Petri, & irregressibili fautorum eius defectione cōstitit, & vsque hodie hæc sententia perseverat. Solito concilio ad reconciliandos Mediolanenses Dominus Papa Abbatem Clarauallis quem multi supplicationibus expetierant, & Guidonē Pisanum, & Matthæum Albanēsem Episcopū à latere suo direxit, qui schisma per Anselmum in eadem vrbe factum ablueret, & ad vnitatem Ecclesiæ deuios reuocaret. Abbas igitur cum prædictis viris, quos à Domino Papa collegas acceperat, addidit confortio, & communi consilio virum venerabilē Gausfredum Carnotensem Episcopū, cuius innocentiam, & sinceritatem in multis probauerat. Et visum est cardinalibus bonū, vt tanto adiutore negociū tanti ponderis fulciretur. Transcens itaque Apennino, vbi audierunt Mediolanenses Abbatem desideratum suis finibus propinquare, longe à ciuitate miliaribus septem, omnis ei populus obuius, nobiles, ignobiles, equites, pedites, mediocres, pauperes, quasi de ciuitate migrarent, proprios lares deserunt, & distinctis agminibus incredibili reuerētia virum Dei suscipiunt. Omnes pariter delectantur aspectu, felices se iudicant, qui possunt frui auditu. Deosculantur pedes eius vniuersi, & licet hoc ille moleste acciperet, nulla potuit pronos, & deuotos ratione compescere, nulla interdictione repellere.

Vellicabant etiam pilos, quos poterāt de indumentis eius, & ad morborū remedia, de pannorum lacinijs aliquid detrahebāt, omnia sancta iudicantes, quæ ille tetigisset, & se sanctificari tactu eorū, vel vsu. Præcedentes itaque & subsequentes, lætabundis, ac clamatoribus applaudebant Abbati, diu intra agminū spissameta detentum, tandē soleni reddidere hospitio. Et cū tractatū esset in publico de negotio propter quod tam vir Dei quàm Cardinales aduenerāt, oblita fortitudinis suæ ciuitas, omni ferocitate de-

posita se ita abbati subtrauit, vt obediētia eorum nō incongrue ille posset aptari poetæ versiculus. Iussa sequi tā velle mihi quàm posse necesse est. Pacatis omnibus reconciliata Ecclesia, firmatis inter plebes concordia: pactionibus, alia ceperūt nasci negocia, & insanienti diabolo, & in quibusdā obsessis corporibus debacchāti, opositū est Christi vexillum, & increpante viro Dei, de possessis atrijs superueniente eminentiori virtute, territa, & tremebunda diffugere demonia. Ecce noua legatio, non Romanum prægma circūferēs, sed diuinis legibus fidei prægma allegās, prolati in mediū litteris sanguine Christi cōscriptis, & bulla crucis impressis, quæ figura auctoritate sua terrestria, & inferna sibi subdit, & curuat. Inaudita est nostris temporibus tanta populi fides, tāta in homine virtus, inter quos religiosa erat contentio, cum signorū gloriā Abbas credulitati eorū, illi vero sanctitati Abbatis adferberent, & hoc de eo indubitanter sentirēt, vt quidquid à Domino peteret, impetraret.

Adducunt igitur ad eū nihil hæsitantes mulierem omnibus notam, quam annis septem immundus vexauerat spiritus; & postulant supplices, vt in nomine Domini dæmoni imperet fugā, & mulieri restituiat sospitatem. Quæ populi fides non minimam verecundiam viro Dei ingerebat, & humilitate magistra inconsuetæ experiri nō præsumebat, & instāte petitione populi erubescere si caritati postulantium obstinatus resisteret, & videbatur ei, quod offenderet Deum, & omnipotentiam eius diffidentia obnubilare videretur, si à fide populi fides propria dissentiret. Ac stuat igitur secum, & licet signa non fidelibus, sed infidelibus fieri oportere assereret, ausus suos spiritui sancto committit, & orationi incumbens, cælitus elapsa virtute satanam in spiritu fortitudinis increpat, & fugat, mulieremque reddit incolumem, & quietam. Lætatur, qui aderant, & leuantes manus ad sidera, Deo qui de excelso eos visitauit, gratias agunt.

Auditum est hoc verbum, & percipit fama, & repete totā perculit vrbe, per Ecclesias, per prætoria, per cōpita omnia conueniunt vndique, de viro Dei sermo vbiq; habetur, dicunt publice nihil ei impossibile esse, quod à Dño postulet, & ad preces eius apertas Dei aures dicunt, & credunt, & prædicāt, & affirmant. Nec possunt aspectu eius

vel auditu vilo modo fatiari. Irruunt alij in presentia eius alij donec exeat pro foribus prætolantur. Cessatum est ab officijs, & artibus, tota ciuitas in hoc spectaculum suspensa manet, concurrunt, postulant benedicti, & tetigisse eum singulis salutatur. Tertia die ad Ecclesiam sancti Ambrosij diuina celebraturus mysteria, seruus Dei procedit. Vbi expectante innumera populi multitudine, inter ipsa missarum solennia, dum clericis canentibus ipse secus altare sederet, puellam ei paruulum offerentes, quam vehementi imperu vexabat diabolus: orant vt misericellæ subueniat, & diabolum in ea debacchārem elidat. Audita supplicatione astantium, & intuitus personam freudentem dentibus & stridentem, vt etiam intuitibus esset horrore: compassus est ætati, & vehementiæ anxietatis illius condoluit. Patenam igitur calicis, in quo diuina celebraturus erat mysteria, accipit: & digitis laticæ superfuso orans intra se, & de Domini virtute confidens, ori puellæ salubrem potum applicat, & corpori eius stillam medicinale m infundit. Nec mora quasi videretur satanas infusionis illius virtutem ferre non potuit, sed vrgente intrinsecus crucis antidoto, festinanter egrediens vomitu sordidissimo tremebundus erupit. Sic purgata persona, diabolo profugo, & confuso, laudes debitas Deo canit Ecclesia, & post acclamationes letabundas alacer populus ibidem donec diuina compleantur mysteria immobilis perseuerat, Sub aspectu itaque omnium incolumis puella à suis domum reducitur, & vix tandem à populo dimissus ad hospitium viri Dei reuertitur. Diuino iudicio ea tempestate in Mediolano iuxta illud Isaie verbum, pilosi clamabant alter ad alteram, & occurrebant onocentauris demonia & effrañatis decursibus plurimos infestabant, nec erat, qui insolentiæ eorum resisteret, cum diu sub Anselmi schismate, qui Petri fautor Mediolanensem occupauerat cathedram, sacerdotes gementes, virgines squallida, sanctificationes maledictæ, altare pollutum, iram Dei in populum prouocassent. At vero in aduentu viri Dei abdicatis Anselmi præstigijs, & in sedis apostolicæ obedientiam sub Innocentio reuocata Ecclesia, impedita est illa demonum licentia, & quotidie dabat locum, & ad preces viri Dei diffugebat diabolus: & si quando resistere conabatur, in ipso conflictu succumbens, gloriose vincebatur.

INter eos igitur, qui vexabantur, mulier grandæua ciuis, Mediolanensis, & honorata quondam matrona, vsque ad Ecclesiam B. Ambrosij post beatum virum à multis tracta est. In cuius pectore pluribus annis diabolus federat, & iam ita suffocauerat eam, vt visu, & auditu, & verbo priuata, frendens dentibus, & linguam in modum promuscidis elephantinæ protendens, monstrum non formina videretur. Sordida ei facies, vultus terribilis, flatus foetidus, inhabitatoris satanæ colluuiā testabantur. Hanc cum aspexisset vir Dei, nouit inhaerentem ei, & inuisitatum diabolum, nec facile egressurum de domo, quàm tanto possederat tempore. Conuersus ad populum (cuius innumera aderat multitudo) orare iubet attentius, & clericis, & monachis secum iuxta altare consistentibus, mulierem ibidem iubet constitui, & teneri. Illa vero reluctans, & vi diabolica non naturali virtute recalcitrans, non sine aliorum iniuria, ipsum Abbatem pede percussit. Quem diaboli ausum mansuete ille contempsit, ad expulsionem non indignatione iræ, sed pacifica, & humili supplicatione Deum inuocat adiutorem, & ad immolationem hostiæ salutaris accedit. Quoties tamen eandem sacram hostiam signat, toties ad mulierem quoque conuersus, eodem signo crucis edito spiritum nequam athleta fortis impugnat. Nam & ille malignus quoties aduersus eum signum crucis intenditur, percussum se indicans acris scruit, & recalcitrans contra stimulum quidnam toleret, prodijt inuitus. Expleta autem oratione dominica, efficacis hostem aggreditur vir beatus. Patenæ siquidem calicis sacrum Domini corpus imponens, & mulieris capiti superponens, talia loquebatur: Adest inique spiritus, iudex tuus, id est summa potestas, iam resiste si potes. Adest ille, qui pro nostra salute passus est: nunc, inquit, princeps huius mundi eijsietur foras. Hoc illud corpus, quod de corpore virginis sumptum est, quod in ilipite crucis extensum est, quod in tumultu iacuit, quod de morte sur-
 M
 rexio, quod vidētibus discipulis ascendit in caelum. In huius ergo manetatis terribili potestate, tibi spiritus maligne percipio, vt
 ab hac

ab hac ancilla eius egrediens, collingere eam deinceps non præsumas. Cumque eam inuitus desertis, & manere vitio non valens atrocius affligeret, tam magnam iram, quam modicum tempus habens, rediens pater sanctus ad altare, fractionem hostiæ salutaris rite compleuit, diffundendamque in populum pacem ministro dedit, & confessim pax, & salus integra reddita est mulieri. Sic ille nequam, diuina mysteria quantæ sint efficientiæ, & virtutis, non confessione, sed fuga coactus ostendit. Fugato diabolo mulier quam in tantorum sanguine tormētorū carnifex pestilens tanto tempore frixerat, mentis suæ compos effecta, redditis sensibus, & ratione reuoluta intra fauces lingua, Deum confessa gratias egit, & intuita curatorem suum pedibus eius aduoluta est. Ingens per Ecclesiam attollitur clamor, omnis ætas iubilat Deo, personant aramenta, benedicitur ab omnibus Deus, excedit ueneratio modum, & seruum Dei supra hominē (si dici fas est) liquefacta caritate ciuitas ueneratur. Audiebantur hæc, quæ Mediolani fiebant, & per totā Italiam uiri Dei discurrebat opinio, & diuulgabatur ubiq; surrexisset propheta magnus potens in opere, & sermone, qui inuocato Christi nomine, & infirmos curaret, & obsessos à dæmonibus liberaret. Maximā, quidem ei in curationibus ægritudinum gratia, sed in dæmonibus eliminandis frequentior operatio erat, quia cōpiosior vexatorum numerus ad experta subsidia concurrerat, & maiorum operatio virtutum minores obscurabat affectus. Iam uero præ frequentia populū, qui à mane usque ad uesperam foribus assidebat, oppressio nem vulgi præ corporis imbecillitate nō ferēs, ad fenestras domus procedens, se eis cōspiciendum præbebat, & eleuata manu benedicebat eis. Panes quoq; & aquā deucebant secum, quibus benedictioni eius suppositis, pro beneficijs ea sacramentalibus ferebāt. Ex vicinis sane castellis, & vicis, & urbibus multi cōfluxerant, & cōia tā aduenarū, quā ciuiū in Mediolano studia erāt profecti qui sanctū, expetere beneficium, audire uerbum, uidere signum, & doctrina, & miraculis vltra quā credibile est, delectabantur.

Aderat inter eos quidam ex suburbanis, qui puerum dæmoniacum illuc aduexerat.

B Qui repente coram omnibus ad signū crucis, quod uir sanctus edidit, de baiuli sui brachijs ruit, & elisus humi quasi mortuus sine

Oper. D. Ber. Tom. I I.

ullo sensu immobilis uisus est, neq; vox neque halitus erat in eo, tantum circa præcordia exiguus ei supererat vapor. Dant igitur ceteri locū, ut posset procedere, & admitti ad uirum Dei seminecis pueri baiulus, & attonita multitudo tam miserabilis casus præstolabatur euentum. Ingressus igitur ad uirum Dei homo est, & puerum stupidum nec aliquid sentientem, ante pedes Abbatis exposuit, & ait. Puer iste Domine Pater, quem ante tuos posui pedes, iam per triennium à dæmone acerrimè vexatus est. Et quoties uel Ecclesiam ingreditur, uel salibus exorcizatis aspergitur, uel signum ei crucis imponitur, uel euangeliū audire compellitur, uel diuinis inter est sacramentis, offenditur habitator eius diabolus, & torquetur atrocius. Dumque modo cū ceteris ego pro foribus, expectarem, signū sanctæ crucis figurate te, & extendente in populos manum, sacramentalium signorum uirtute exacerbatus diabolus, uehementius solito totus ad ueri vexationem se contulit, & sicut uides totum corpus eius occupās, fere ei ēt uitale spiritum intercludit. Sed & ipse puer cum audita esset apud nos gratia, quam à Deo accipisti opinio, ex aliorū curationibus suam sperās salute, rogauit me ut eū ad te adducerē. Obsecro igitur per misericordiam Dei, ut & laboribus meis, qui in eius custodiam operā damnosam, & periculosam impēdo, & illius miseræ, quæ tanta est, quantam ipse oculis probes, pio & cōsuetu affectu subuenias, & rabiem dæmonis non usquequam procedere patiaris. Flebat igitur, lacrymis ora persusus præsentis quosq; commouit, ut omnes pariter supplicarent. Tum uir Dei confidere eos in Dei misericordia iubēs, baculo cui innitebatur, collum pueri leniter tangit. Sed & frater eius Gerardus uolens experiri, quæ ab homine dicta fuerant, latēter dorso eius signum crucis impressit. Cumque prius sine motu & sensu, nec uidentem, nec audientem ante pedes Abbatis diu extensus pauimentō hæssisset, ad tactum baculi, & ad signum crucis infremuit, & turbatus ingemuit. Iubet igitur Abbas super proprium lectulum eum poni. At ille quasi ex iniuria offensus reiecit se in pauimentū, & stridebat dētibus, & mordebat procuratorem suū, & capillis eorum, qui aderat manus iniiciens, quo poterat conatu se ab eorum manibus attrahebatur, & ab eis uix teneri poterat. Eia, inquit, Abbas, ad lectum nostrum eum reducite.

Nnn

Orante

Orante itaq; Abbate, & fratribus in oratione prostratis, quasi ardentibus paleis, quæ in lecto continebantur diabolus vreretur, tormenti æstuatis, vt diuina propinquate, passionem clamoribus testabatur. Iubet igitur vir sanctus aquam benedictam in os patientis infundi. **Q**uam ille pressis labijs, & dentibus non admittens, vix tandem cuneo infixio dissolvente pressura, vellet nolle intra fauces, & guttur recepit. Confestimq; vt penetrans sanctificatio ad interiora descendit quasi infuso antidoto vis maligna erupit, & vomitu sordidissimo quasi torrentis impulsu, festina præcipatione rotatus, cū ingenti cōtumelia demon exiuit. Repete qui videbatur mortuus, viuit, & de lecto Abbatibus quietus, & incolumis surgēs, patrumq; suū amplexatus, Deo gratias, sanus sum, inquit. Gratias agunt oēs communiter Deo, & qui modo flebant, lætatur. Foras clamor effunditur, res intus gesta super tecta solēniter prædicatur, tota ad spectaculū cōuenit. **Q**uanta, benedicitur Deus, gaudet populus, in Abbate tanti operis patratore totius plebis requiescit affectus. Fabricatibus multis idem sanctus manus imponens, & aquā benedictam porrigens ad bibendum sanitatē obtinuit. aridas manus, & membra paralyti dissoluta tangens incolumitati restituit, cæcietia sub multorum testimonio in eadem ciuitate, vt viderent, imposito signo crucis, à patre luminum potēter obtinuit. Per idem tempus hospitium Albanēsis episcopi (quē dominus Papa in eadem legatione sibi collegam dederat) gratia tractandorum negotiorum intrauerat, & de ijs, quæ iniūcta fuerant conferebant, cum repente irruit super eos adolescēs, cuius arida manus erat, & re-torta ad brachiū, & aduolutus pedibus eius suppliciter postulat sanitatem. Ille alijs occupatus, benedixit quidem, & abire præcepit, & ne amplius sibi molestiam faceret, verbis solito seuerioribus interdixit. Recedebat ille non consecutus quod quæsierat, cum venerabilis Episcopus sub omni celeritate cū regredi iubet, & manu arreptum tradit Abbati; Huic (inquit) qui minime beneficium consecutus tibi, vt discederet obediuit, tu ne claudas viscera misericordie, quin potius tu obedi, & virtute obedientie me iubere strictus fac, q̄ postulat, largire, q̄ petit, & cōfidents in eius virtute per quem expecti sanitatem, postula, & impetabis, vt & nos de Dei munere, & ille de optata glorie-

tui saluti. Ad præceptum Episcopi Abbas apprehensa pueri manu inuocauit Dominum, & exaudiuit eum, & signo crucis edito, nerui qui obriguerant, extēsi sunt, & caro, quam assidens congelauerat moribus, redeunte sospitate ignita, mobilis facta est, & flexibilis, & dicto citius languidum diu membrum conualuit. Obstupuit episcopus tam repentinae virtutis admirans effectum, & ampliori etiam ex tunc veneratione virum Dei coluit, & miraculorum illius ipse testis extitit, & relator.

Compulsi autē eum, vt ibidem ea nocte cenaret. Cuius rei assensum cū magna difficultate obtinuit ea dūtaxat ratione suauem q̄ intolerabilis vndiq; populus expectaret, nec sine periculo posse egredi videretur. Inter cœnandū vero paropsidē in qua Abbas comederat, episcopus ministro familiari seruandam tradidit, & præcepit vt eorum recondita, cū omni diligētia custodiret. **E**lapsis exinde aliquot diebus, Episcopus idē febrīū vehementi ardore corripitur. Et recordatus hominis Dei, familiarem iubet accersiri ministro. Discū (inquit) Abbas quē nuper tibi tradidi conferuandum, huc afferre non cuncteris. Cūque ille obtulisset allatum. Infunde, inquit, aquam in eo, & panis exiguas buccellas conscinde. **Q**uod cum factum esset, confidens in Domino, & Abbatibus precibus se commendans, comedit, & bibit, & absque vlla dilatione conualuit. Augebatur aduentantium numerus, & miracula opera ad se populos inuitabant, nec vsquam viro Dei dabatur requies, dum ex eius latitudine alij sibi requiem procurarent. Abeuntibus occurrebant aduenientes, succedebat sibi beneficia medicantes. Inter quos miles quidam in vlnis suis puellulam ad virū Dei attulit, quæ ita exosam lucē habebat, vt semper clausis palpebris, etiam brachium opponeret oculis, ne aliquo modo aliqua lucis particula se ei ingereret. Auellabantur aliquando opposita brachia violenta, & cum se ei lumen infunderet clamabat, & fiebat, & erat ei claritas pro cruciatu, & lux visa quasi aculeos eius cerebro insigebat. **B**enedicit infantulæ vir Dei, & signaculum crucis faciens super eam, tranquilliorē dimittit, & dum domum referretur, vltro aperit oculos, & pedes sine vectore ipsa reuertitur. Et ipso in loco, mulieri damonij vexata, multis instantibus à patre misericordiarum idem sanctus obtinuit sanitatem.

Capitulum IIII.

G Am Papiam aduenerat, & fama virtutum aduentum eius præcesserat, & cum debito gaudio, & apparatu tantæ gloriæ virum ciuitas lætabunda suscepit. Et ne diu populi desiderium dilatio suspenderet, qui sicut Mediolani miracula facta audierat, signum ab eo optabat videre, aduenit repente post eum rusticus quidam qui de Mediolano secutus eum fuerat, vxorem dæmoniacam secum adducens quam ante pedes eius lacrymabili voce intrinsecas protestans anxietates deposuit. Nec mora, in contumeliam Abbatis per os miseræ mulieris diabolus locutus est, & irridens seruum Dei, non, inquit, me de canicula mea hic porculos edens, & brassicas deuorans pellet. Multa in hunc modum in virum Dei iaculabatur conuicia, vt blasphemijs prouocatus, impatienter ferret opprobria, & confunderet in præsentia populi, cum indignis se audiret sermonibus lacefferi. Sed vir Dei astum eius intelligens, irrisorem irrisit, & vltionem non ipse expetens sed ad Deum remittens, ad Ecclesiam sancti Syri dæmoniacam duci præcepit. Voluit quippe curationis illius gloriam dare sancto, & primitias operationum virtuti eius ascribi. At verò sanctus Syrus ad hospitem suum remisit negocium, nec in Ecclesia sua quippiam sibi deferens, intactum opus reduci voluit ad Abbatem. Reducitur igitur mulier ad Abbatis hospitium, garricte per os eius diabolo, & dicente: Non me Syrus eiecit, non expellet Bernardus. Ad hæc seruus Dei respondit: Nec Syrus nec te Bernardus eiecit, sed Dominus Iesus Christus. Et conuersus ad orationem, pro salute mulieris Domino supplicabat. Tum vero spiritus nequam, velut priori improbitate mutata, quam libens, inquit, egrederer ab hac canicula, grauitè molestus in ea, quam libens egrederer, sed non possum. Interrogatus causam, quia necdum vult magnus Dominus, ait. Cui sanctus: Et quis est magnus Dominus? Et ille: Iesus Nazarenus. Ad quæ rursum vir Dei: Vnde enim Iesum nosti, aut si vnquam vidisti eum? Vidi, inquit. Vbinam eum vidisti? In gloria. Et tu in gloria fuisti? Fui quidem. Et quomodo inde exiisti? Cum Lucifero (inquit) multi cecidimus. Hæc autem omnia voce lugubri per os vetulæ audientibus omnibus loquebatur.

Respondente autem Abbate sancto, Numquid non in illam redire gloriam velles, & restitui in gradum pristinum? Rursum voce mutata, & mitto modo cachiannans, hoc, inquit, tardatum est. Et nihil ultra locutus, orante attentius, viro Dei, nequissimus ille victus abcessit, & mulier sibi reddita, quantas potuit gratias egit. Reuertitur igitur vir cum muliere, & per totam viam incolumitati eius congaudens, expectantibus amicis domui suæ redditur. Lætabantur omnes, qui ordinem rei gestæ audierant, sed repente gaudium vertitur in metorem, quia vbi domus suæ limina mulier attingit, rursus eam intrat diabolus, & infestior solito, miseram discerpit atrocius. Quid faceret miser maritus? quo se verteret, nesciebat. Colhabitare cum dæmoniacâ molestissimū, relinquere impium videbatur. Surgit igitur, & assumpta secum muliere rursum Papiam reuertitur. Vbi cum virum Dei non inuenisset, vsque Cremonam profequitur abeuntem. Indicat quod factum sit, & gratiam inueniat, lacrymabiliter deprecatur. Nec deest piæ petitioni Abbatis clementia, sed præcipit vt Ecclesiam ciuitatis illius ingrediatur, orans expectet donec ipse sequatur. Itaque memor promissi, circa noctis crepusculum ceteris dormitum euntibus, ipse vno tantum profequente Ecclesiam ingreditur, & tota nocte illa orationi vacans, obtinuit a Domino quod petebat, & impetrata mulieri sanitate, iubet eam securam redeuntiam ad propria. Sed cum illa reditum ad se diaboli sicut iam experta fuerat, formidaret, collo eius alligari chartulam hæc verba continentem, præcepit: In nomine Domini nostri, Iesu Christi præcipio tibi dæmon, ne hanc amodo mulierem præsumas contingere. Quod mandatū sic expauit diabolus, vt mulieri regressæ ad propria, nūquam deinceps appropinquare præsumpsit. Erat enim in eadem ciuitate dæmoniacus quidam, cuius passio multos ad risum mouebat, cum alij, qui seuerioris animi erant, clementissimo ei compaterentur affectu. Hic ita latrabat, vt si audires nec videres personam, canem crederes. Quem sibi exhibitum vir Dei cum latrantem audisset, ingemuit, qui eo modo latrabat quo solent percussus, vel obruti canes nasci, & ringere in percussores. Sed & in præsentia viri Dei anhelans, & latras, acrius solito turbabatur. Incepit itaque diabolo, & in virtute Christi expulso, ho-

mini imperat, vt loquatur. Purgatus homo intrat Ecclesiam inter est sacramentis, crucis signo se munit, audit euangelia, confitetur, & orat, & cetera sana mentis officia Deo reddit, & consecrat. Cum secundo per Mediolanum eodem anno pater sanctus transiret, & oblata est ei daemoniaca mulier.

Nam eo tempore aberat quo primū vir Dei ciuitatem praedictā sua illustrauit praesentia. Hanc possidebat daemonium, quod modo Italica, modo Hybera lingua loquebatur, nec satis certum vtrum vnus esset bilinguis, an duo sui quisque sermonis idiomate vtens, sed tam proprie modo hęc, modo illa sonabat, vt diceret hic, qui loquitur, Ligur est, hic Hispanus. Hęc etiam genu passione, & poplitis tremore perturbabatur. Quę cū ad virum Dei adducta fuisset, saltu concito scamnum in quo sedebat, inopinata celeritate transiit. Reducta, & interrogata quid sibi vellet, & salus, & vnde ægrotanti, & vetula tanta virtus, & velocitas aduenisset, respondit hanc sibi agilitatē ex praesentia inesse diaboli, vt currentes comprehenderet equos, & eorum dorso sine vllo adminiculo insiliret. Hęc sequenti die dum in Ecclesia diuinis, qua ille celebrat officijs interesset, crudelissime, & diutissime coram omnibus vexata est. Compassus Abbas mulieri, iam saepe in talibus expertus Dei clementiam imperat diabolo, vt recedat. Ille ad imperium serui Dei tremebundus cuanuit, mulier vero nō solum à vexatione, sed etiam à nernorum contractione in momento conualuit. Hęc intra alpes constitutus operatus est vir Dei, & diuersa loca perustrans, benefaciebat ijs, qui infirmabantur, illuminando cæcos, erigendo debiles, curando febricitantes, maxime oppressos à diabolo diligentiori studio purgans, & quę malignos scilicet dæuauerat spiritus pectora, & templa Deo acceptabilia consecrabat.

Plurima autem in eū probabilia, & laude digna concurrunt. Alij namq; doctrinā, alij mores, alij mirantur miracula. Ego quidem cōgruum his omnibus honorem deferro, sed prę omnibus quātum in me est, hoc sublimius duco, hoc propensius praedico, quod cum esset vas electionis, & nomen Christi coram gentibus, & regiois ferret intrepidus, cum obedirent ei principes mundi, & ad nuzum eius in omni natione starent episcopi, cum ipsa Romana Ecclesia singulari priuilegio eius veneretur cōsilia, & quasi

general. legatione concessa subiecisset e regentes, & regna, eū etiam (quod gloriose indicatur) facta eius, & verba confirmarentur miraculis, numquam excessit, numquam supra se in miraculis ambulauit, sed de se semper humiliter sentiens, venerabilium operum nō se auctorem credidit, sed ministrum, & cū esset omnium iudicio summus, suo sibi iudicio constitit infimus. Soli Deo quid quid fecit, ascripsit, immo se nihil boni aut velle, aut posse nisi inspirante, & operante Deo, & sensit, & dixit. Sed aderat vis diuina in tempore accepto, & in die salutis, segregans in euangelium suum seruū suū, cuius humilitatem respexerat, cuius animā Spiritus sanctus ornauebat, & quia synceritatem eius nulla maculabat duplicitas, nec interrompebat bonum eius quælibet conspersio falsitatis, in loco suo idem spiritus manebat immobilis.

Qui vt semper splendidior esset, & purior, quotidie in fornace probabatur, & ne quid ei rubiginis obreperet, crebris malleorum ictibus in incude tundebatur, flagellabatur, & arguebatur, non ad poenam pro crimine, sed ad gloriam pro virtute. Numquam ei defuit stimulus ægritudinis. Et cum sciret virtutem in infirmitate perfici, sufficientem sibi in hoc experiebatur gratiam, quod videret suos omnes quantumcumque extraordinarios motus lima illius quotidianæ afflictionis abradi. Erat quidē caro infirma, sed spiritus proptus, & quominus in corpore poterat delectari, amplius delectabatur in Domino, nec aliqua saeculi huius ambitione pulsabatur, qui solis caelestibus inhiabat. Quos Ecclesie destitutæ pastoribus, cum sibi in episcopum elegerunt? Elegit eum domestica Lingonensis Ecclesia, elegit Cathalaunensis. Intra Italiam ciuitas lanuens, & Mediolanum Metropolis Ligurum, hunc optauerunt pastorem, & magistrum. Remi nobilissima Franciæ ciuitas, secunda Belgicæ prouinciæ, caput eius dominationē ambiit. Omnibus his uocationibus postpositis nō sollicitauit animam eius honor oblati, nec motus est per eius, vt inclinaret se ad gloriam, nec magis eum delectabat tyara, & annulus, quā pastor, & sarculus. Petentibus se nec annuēs aliquando, nec insolenter aut impio reuoluens, dicebat se non esse suum, sed aliorum seruicio deputatū. Quę res cum referretur ad fratres, respondebant. Nos omnibus quę

posside-

possidebamus venditis, inuentam preciosam margaritam comparauimus. Ad patrimonium distrahe redire nō possumus. Quod si & precium, & appreciatum nobis perierit, & substantijs, & margarita priuati fuerimus expectationi nostræ, male prouisum est, si oleo nostro effuso, clausis ianuis sicut statui mendicemus. Prouiderant etiam sibi ex consilio sanctissimi fratres, & Domini Papæ auctoritate muniti erant, ne quis gaudium suum tollere posset ab eis, & aliorum consolatio eis fieret tribulatio, & eorum inopia aliorum plenitudinem cumlaret. His alijsque rationibus, serui Dei expugnauerant petitores, & iam diuulgatum erat ubique Abbatem sic statutum in Ecclesia à Deo, sicut in Hebræorum populo Moyses fuit, cum non esset pontifex, Aaron tamen vnxit, & sacrauit pontificem, & dispositionibus eius tota Leuitica omni tempore successio paruit.

Capitulum quintum.

IAm alpes transcenderant, & descendeabant in occursum eius de summis rupibus pastores, & armentarij, & agreste hominum genus, & conclamabant à longe benedictionem petentes, & reptabant per fauces montium, regredientes ad caulas suas colloquentes adinuicem, & gaudentes, quod sanctum Domini vidissent, & manu eius super se extensa optatæ benedictionis gratiam accepissent. Tandem Chrysolim veniens, vsque Lingones solemniter deducitur, circa quos fines fratres eius Claraualles occurrunt. Prouoluti genibus surgunt ad osula, & vicissim ei colloquentes, Clarauallem eum deducunt alacriter. Adsunt fratres congregati in vnum, & mira deuotione dilectum patrem suscipiunt.

Agitur sine tumultu cum omni grauitate lætitia. Facies quidem purior hilaritatem dissimulare nō poterat, sed castigatus actio nūm, & locutionū modus, metas proprias non transgrediebatur, & cohibebant se affectiones ipsæ, ne quid agerent, in quo dissolutionis nota, religionis maturitatem offenderet. In tanta Abbatis mora nihil in Claraualle potuit diabolus texere, nihil interim rubiginis sinceris affricuit mentibus, nec in aliqua parte domus Dei supra petram fundata, mota est. Ita opus suum seruus Dei ab

Oper. D. Bern. Tom. 1 1.

fens corpore, præfens spiritu, orationum instantia munierat & solidarat, vt nec prima aliqua in tātis cōstructionibus dehiscere videretur. Nullæ in aduentum eius lites seruatae sunt, non odia enutrita in præsentia iudicis eruperunt. Nihil iuniores de austeritate vel duritia, nihil priores aduersus iuniores de dissolutione aliqua, vel remissione cantu. Integer vniuersorū status, concors societas, mera vnitas, omnes vnus moris in domo Dei, in pacē & sanctimonia inuenti sunt ascendentes scalam Iacob, & festinantes ad intuitum Dei, cuius delectabilis aspectus in superioribus eminebat.

Abbas itaq; non immemor eius, qui ait, Videbā satanā sicut fulgur cadētem de cælo eo humilior erat, & subiectior Deo, quo intelligebat desiderijs suis Deū adesse propitiū. Nec hoc in se gloriabatur, q̄ subijcebatur ei dēmonia, quin potius in domino gaudebat, q̄ nomina fratrum suorum scripta videbat in cælo, quorum vnanimitas immaculatā se ab hoc sæculo custodiret. Aderant ei in cōsilijs venerabiles fratres sui, aderat Gaufridus prior eiusdē loci, propinquus eius in carne, & spiritu, vir sapiens, & constans, qui etiā religionis, & prudentiæ merito postea in Ecclesia Lingonensi factus episcopus, & sanctitatis formam retinens, & dignitatis, in qua est honorem non minuens, vsque hodie ingrediens, & egrediens laudabiliter perseuerat. Hic ergo atq; alij plures viri prouidi, & de communi vtilitate solliciti, virum Dei, cuius conuersatio in cælis erat, aliquando descendere compellebant, & indicabant ei, quæ domus necessitas exigebat. Insinuāt itaq; ei locum angustum, & incommodum in quo confederant, nec capace tantæ multitudinis, & cum quotidie cateruatim aduentantiū numerus augetur, non posse eos intra constructas recipi officinas, & vix oratoriū solis sufficere monachis. Addunt etiā se considerasse inferius aptam planitiem, & opportunitatem fluminis, q̄ infra illabitur, ibique locum esse spaciosum ad oēs monasterij necessitates, ad prata, ad colonias, ad virgulta, & vineas, & si sylue videatur deesse clausura, facile hoc parietibus, lapideis, quorum ingens ibi copia est, posse suppleri. In primis vir Dei non acquieuit consilio, Videtis (inquit) quia multis expensis, & sudoribus, iā domus lapideæ consummatae sunt, a quæ ductus cū maximis sumptibus per singulas officinas traduci. Si hec oīa cōfegeri-

N n n 3 mus

mus, poterunt homines sæculi malè de nobis sentire, & aut leues fumus, & mutabiles aut nimia (quas tamen non habemus) diuitiæ nos faciunt insanire. Cumque certissimum vobis sit, penes nos non esse pecunias, verbo euangelico vobis dico, quia ædificaturo turrim, futuri operis necesse est supputare expensas. Alioquin cum cœperit, & de fecent, dicetur. Hic homo fatuus cœpit ædificare, & non potuit consummare. Ad hæc fratres respondent. Si consummatis ijs, quæ ad monasterium pertinent, habitatores cessasset mittere Deus, stare posset sententia, & cessandum ab operibus rationabilis esset censura. Nunc vero cum quotidie gregem, suum Deus multiplicet, aut repellendi sunt quos mittit, aut providenda mansio, in qua suscipiantur. Nec dubiū est, qui parat mansores, quin præparet mansionem. Absit autem vt pro dissidentia sumptuum confusio nis huius incurramus discrimina. Audiens hæc Abbas, fide, & caritate eorum delectatus est, & aliquando tandē consilij acquieuit, plurimis tamē prius super hoc ad Deum precibus fufis, nonnullis quoque reuelationibus præostensis. Gausi sunt fratres vbi es fufum est verbū in publicū. Audiuit hoc sanctæ memoriæ nobilissimus princeps Theobaldus, & multa in sumptus dedit, & ampliora sponndit subsidia. Audierunt episcopi regionum, & viri inclyti, & negotiatores terræ, & hilari animo sine exactore vltio ad opus Dei copiosa cōtulere suffragia. Abundantibus sumptibus, conductis festinanter operarijs, ipsi fratres per omnia incumbebant operibus, alij cædebant ligna alij lapides cōquadrabant, alij muros struebant, alij diffusis limitibus partiebantur, fluuium, & extollebant saltus aquarum ad molas, sed & fullones & pistores, & coriarij, & fabri, alijque artifices, congruas aptabant suis operibus machinas, vt scaturiret, & prodiret, vbicumque opportunum esset in omni domo subterraneis canalibus deductus riuus vltero ebulliens, & domum congruis ministerijs per oēs officinas expletis, purgata domo ad cardinale alueum reuertentur, que diffusa fuerant, & flumini prius redderent quantitatem. Inopinata celeritate consummati sunt muri, totum monasterij ambitum spatiosissime complectentes Surrexit domus, & quasi animam viuente atque motabilem haberet, nuper nata Ecclesia, in breui profecit, & creuit.

Laborabat ea tēpestate sub schismaticorū oppressione tota Burdegaleſis prouincia, & nō erat in Aquitania, qui posset resistere principi cuius animū indurauerat Deus, qui annuente Girardo Engolismēsi episcopo, & instillate in cor eius dissensionis femina, factus erat schismatis defensor, & author. Quicumq; susceptioni Petri Leonis nō subscribebāt, persecutionibus expositi, alij dānis, alij proſcriptionibus multabātur. alij à sedib. proprijs pulsi exulare cōpellebātur. Sibilabat in auribus comitis illius crebris suggestionib. quasi serpens antiquus veterator ille, qui diu in partibus illis sedis apostolicæ fuerat legatus & à magistratu tanto deiectus, non poterat se pati suæ solius Ecclesiæ episcopum, qui se viderat totius Aquitanix principē, & magistrū. Erubescēbat. n. ad primā domū redire, cuius potentatui & Turonica & Burdegaleſis, & Anxiensis prouin. iæ subditæ fuerant, & quidquid à collibus Iberorū vsq; ad Ligurim cōplectitur, & claudit Oceanus, paruerat eius imperio. Conſuetus igitur prædari prouincias, & sub titulo iustitiæ de causis emergētibus facere quaestū, aggregarat pecunias, quæ erant sibi in idolum, & in apostasiā simulachrum. Videns itaq; perijsse sibi exactio nis auctoritatem, & solā domum quæ nuper multis stipata clamoribus iā carebat ararijs, impatienter ferens, q̄ manus eius nō impleretur muneribus homo repetinæ astutiæ festinato ad Petrū Leonis misit, vt ei legationē concederet, & ipse ei fidelitate iurata obediret, insuper & principem terræ, & quoscumq; posset ad eius imperiū inclinaret. Gausius homo perditionis quia locum in quo dilataret malitiam suā se inuenisse putauit, cito annuit, & libenter ēt in astipulatione erroris, Gilonem Tusculanum cardinale episcopum, qui solus de Romanis cum Petro Portuensi episcopo ei, ad hæserat, celeriter delegauit. Porro Girardus ipse, qui prius se mulatum dolebat, resumpsit cornua, & deinceps cepit securior, & audacior apparere. Nam & quante non fecerat, publice procedebat mitratus, vt ipsa sacri officij insignia amplio rem ei reuerentiā in populos vendicaret. Aggreditur igitur Comitem multis pecunijs, inuadit animam eius

eius per suasionibus venenatis, & hominem
 leuem seducit leuiter & corrumpit. In pri-
 mis ab vrbe Pictauesi Gulielmus episcopus
 vir honestus, homo catholicus, in socie-
 tate, & defensione vniuersalis Ecclesie sta-
 bilis, violenter expellitur, & à Girardo, &
 Cardinali adiutore suo, quia Petrum abdi-
 cabat, damnatur. Erant & alie familiares
 cause, pro quibus ei Comes infensus, data
 occasione libentissime eum persequitur &
 abirat. Visum est autem tam Girardo, quàm
 Comiti, vt ad confirmationem partis sue, si-
 ne mora Pictaui crearent episcopum. Et in-
 uenerunt hominem ambitiosum, nobilem
 quidem genere, sed degenerem fide, quem
 vt genus suum cum eo in causa ponerent,
 quibusdam ex clericis consentientibus ele-
 gerunt, & profanas ei imponentes manus,
 execrabile eius caput non tam vixerunt,
 quàm cõtaminauerunt. Simile huic môstrum
 in Lemouicensi Ecclesia intruserunt. Ran-
 nulfum quemdam Doratensem Abbatem,
 què non multo post vltio diuina secuta est,
 qua cades resupinus de equo in via plana,
 vno tantum lapide vltore, qui ad hoc ibi e-
 rat relictus, infixio capiti eius, & quassato ce-
 rebro expirauit. Audiens hæc & huiusmo-
 di vir venerabilis Gaufridus Carnotensis
 episcopus, cui à Papa Innocentio Aquitanie
 legatio fuerat commedata, vehementer in-
 soluit, & succurrendum periclitanti Eccle-
 sie postpositis alijs negocijs sine vlla dila-
 tione decreuit. Abbatem igitur Claraual-
 lensem petiit, & obsecrat, vt sibi ad tanta ma-
 la eliminanda succurrat. Assensit vir Dei, &
 se in proximo congregationem monacho-
 rum in Britanniam in locum, quem iuxta
 Nannetum Comitissa Ermengardis paraue-
 rat, ducturum intimat, & promittit disposi-
 ta illa domo secundum genus, & species suas,
 se cum eo in Aquitaniam profecturum. Ibant
 igitur simul: & ne multis ambagibus vtar,
 simul Nannetum venerunt. Erat autem in
 regione illa misera mulier, quæ à quodam
 petulante diabolo vexabatur. Habebat au-
 tem virum, huius tamen tam execrabilis
 commercij prorsus ignarum. Abutebatur
 igitur ea, etiam in eodem lecto cubante ma-
 rito inuisibiliter impurissimus ille adulter,
 & incredibili vexabat libidine. Sex annis
 tantum lauit malum, nec detexit mulier
 perdua tanti criminis probum. Septimo
 vero anno confusa est in seipsa, & expanit,
 tum propter colluuiem tam cõtina tur-

pitudinis, tum propter timorem Dei, cuius
 iudicio singulis momentis timebat interci-
 pi, & damnari. Consurgit ad sacerdotes, pia-
 culum confitetur. Peragrat loca sancta, &
 sanctorum implorat suffragia: sed nulla ei
 confessio, nulla oratio, nulla eleemosinarum
 largitio suffragatur. Quotidie vt prius &
 importunius à damone infestatur. Deni-
 que in publicum, scelus tantum effusum est,
 quo audito, & cognito, maritus eius contu-
 bernium execratur. Interea ad locum præ-
 dictum vir Dei cum comitatu suo aduene-
 rat, cuius vt audiuit aduentum in felix mu-
 lier, se ad pedes eius tremebunda proiecit.
 Aperit ei lacrymis perfusa horribilem pas-
 sionem, & ludificationem inueteratam, &
 quod nihil ei profecissent quæcunque fecis-
 set sibi à presbyteris imperata. Addit sibi
 ab oppressore suo aduentum eius prædictum,
 & minaciter interdictum, ne ante eius ve-
 niret præsentiam, quia nihil ei prodesset. &
 ipsa (recedente Abbate) qui fuerat amator,
 crudelissimus fieret persecutor. Audiens
 hæc vir Dei, blandis verbis consolatur mu-
 lierem, & de celo promittens auxilium, præ-
 cepit, vt die altera (jam enim nox instabat)
 conficiens in Domino reuertatur. Reuerta
 mane, cum viro Dei, blasphemias, & minas,
 quas eadem nocte ab incubo suo audierat,
 retulisset, ne cures (inquit vir Dei) minas
 eius, sed vade, tolle baculum hunc nostrum,
 & pone in lectulo tuo, & si quid potest,
 agat. Egit mulier quod iustum fuerat, & re-
 cubans in lectulo suo, signo crucis munita
 iuxta se baculum ponit. Adest ille conti-
 nuo, sed nec ad consuetum opus, nec ad ip-
 sum cubile præsumit accedere: minatur ta-
 men accerrimè, quod discedete viro Dei ip-
 se in eius supplicia reuenteretur. Instabat
 dies dominica, & voluit vir Dei per dictum
 episcopi populum in Ecclesiam accersiri.
 Cumque ipsa die maximus populus ad Ec-
 clesiam conuenisset, inter missarum so-
 emnia comitantibus episcopis, Gaufrido Car-
 notensi, & Bricio Nannetensi, ipse ad am-
 bonem cõscendit, & vt omnes, qui in Eccle-
 sia erant accensas candelas in manibus te-
 neant, locutus edicit. Quod & ipse cum epi-
 scopis, & clericis faciens, inauditos diaboli
 ausus publice aperit, & fornicatorem spi-
 ritum, qui in tam horrenda inquinamenta
 etiam contra naturam suam exarserat, cum
 omnium fidelium, qui aderat subscriptione
 anathematizat, & auctoritate Christi tan-

ad illā, quā ad omnes mulieres deinceps
interdicit accessum. Extinctis itaq; sacramē
talibus illis luminib; extincta est deinceps
tota virtus diaboli, & mulieri post confes
sionem communicanti numquam postea ap
paruit inimicus, sed irregressibiliter elimi
natus aufugit. His ita patratissimul Abbas,
& legatus ingrediuntur Aquitaniam. Inter
im Gerardus assensu comitis Burdegalen
sem archiepiscopatum occupauerat, & si
mul Burdegalensem, & Engolismensem de
tinebat Ecclesiam. Sed affluentib; pecunijs
quas in assentatorū manus iniecerat, & ma
gis ac magis cognita veritate, iam deflue
bant ab eo subsidia principum, & perfidiā
eius timebant existere defensores. Moraba
tur itaq; in locis illis in quibus securiorem
se putabat, nec iam facile publicis sese con
uentib; praesentabat. Vt. n. prius gesta breui
ter repetamus, vbi primum coepit audiri
quid aduersus Ecclesiam Dei Gerardus ille
machinaretur, ab Innocētio Papa adhuc in
Galijis demorante missi sunt Abbas noster
Claraualensis, & Ioffenus venerabilis epi
scopus Suesionensis, & Pictauium vsque ve
nerunt, vt tam ipsum, quā prae dictū prin
cipem conuenirent. At ille iam eodem prin
cipe persuaso, impudenter in Ecclesiam cat
holicam, a qua se pēdebat, cōnitia iaculari,
& pollicitā prius Innocentio subtrahere
obedientiam, Anaetum suum electum di
gnius, & quicumq; non obedirent, erroneos
& acephalos praedicare. Vnde factum est, vt
animati, & armati in insaniam clerici, pub
licē ex ea die persecutionem catholicis in
tentarent. Prius tamen, quā sic eorū pro
palata fuisset, & obfirmata perfidia, obtule
rat Abbas sanctus in eorum Ecclesia sacrifi
cium Deo. Post cuius discessum de canis e
iusdem Ecclesiae altare, in quo diuina mys
teria celebrarat, impie quidem, sed non im
punē confregit. Siquidem post breue tem
pus percussus a Deo, cum animam exhala
ret, domum in qua moriebatur plenam vi
dit dæmonib;. & se a dæmonio iugulari cla
mitans, sustellum a circumstantibus postula
bat, quem immergeret gutturi suo, vt ex
tracto dæmone viaceret. Sed diabolus, cui
datus erat, cum inter haec verba extinxit, &
pessilentem aīam in infernum demersit. Ar
chipresbyter quoq; qui Petri inuasoris Pi
ctauenſis Ecclesiae synodum denunciabat, co
ram ipsis, quos ad conuentum perfidiā inui
tabat a diabolo correptus est, Sed & alios

multos, qui in schismate illo feruentiore,
extiterant, manus diuina manifestam excru
cuerat vitionem. Propter haec, & alia huius
modi, ante homines confundi coepit Ger
ardus, & timens opponi sibi, quae negari
non poterant, conuentus publicos euade
bat. Significatum est in eodem Comiti per vi
ros illustres, qui ad eum securius audebant
accedere, q; abbas Claraualensis episco
pus Carnotensis, alijq; episcopi & religiosi
viri colloquium eius expeterent, quorum
erat studium, vt secum de pace Ecclesiae, &
de malo remouendo tractarent. Peruisum
que est illi ne tantorum virorum deuaitate
colloquium, quia poterat fieri vt commu
nicato cum eis consilio, & facile esset, quod
modo putabatur difficile, & quod videba
tur impossibile, repentino prouentu posibi
le redderetur. Itaque apud Pertinacum
hinc & inde conueniunt, & in primis de di
uisione Ecclesiae, & de scissurae obstinatione,
quae infra alpes in sola Aquitania quasi ne
bulae corruptela confederat, multis modis
rationibus a seruis Dei Comiti iustitiam
est, quod Ecclesia vna est, & quicquid extra
eam est, quasi extra arcem iudicio Dei ne
cesse est interire, & dilui. Adducta quoque
exempla Dathan, & Abyron, quos reara
scissinatis terra viuos absorbit, nec tanto
malo vindictam Dei aliquando de fuisse suo
stratum. His auditis Comes ex parte sancti
vsus consilio, respondit se in obedientiam
Innocentij Papae posse dare consensum, sed
in restitutionem episcoporum, quos de se
dibus suis expulerat, nulla ratione induci,
quoniam implacabiliter eum offenderant,
& iurauerat se eorum pacem nullo tempo
re suscepturum. Diu per internuntios pro
tractus est sermo, & dum vicissim verbis se
mutuo occupant, vir Dei efficacior arina
corruptiens, ad altare sanctum oblaturus, &
supplicaturus accepit. Intrauerant Ecclesia
quibus licebat diuinis interesse mysterijs,
Comes sustinebat pro foribus. Peractis igitur
consecrationib; & pace data, & diffusa
in populum, homo Dei iam nō se agens vt
hominem, corpus Domini super patenam
ponit, & secum tollit, atque ignea facie, &
flammeis oculis, non supplicans sed mi
nax foras egreditur, & verbis terribilibus
aggreditur Ducem. Rogauimus te, inquit,
& spreuisti nos. Supplicauit tibi in alte
ro, quem iam tecum habuimus, conuente
seruorū Dei ante te adunata multitudo, &

contempſiſti. Ecce ad te proceſſit Ilius Vir-
ginis, qui eſt caput, & Dóminus Eccleſiæ, quē
tu perſequeris. Adeſt iudex tuus, in cuius
nomine omne genu curuatur, cæleſtium,
terreſtrium, & infernorum. Adeſt iudex
tuus, in cuius manus illa tua anima deue-
niet. Numquid & ipſum ſpernes? Numquid
& ipſum ſicut ſeruus eius contemnes? La-
crymabantur vniuerſi, qui aderant, & ora-
tionibus intenti præſtolabantur exitum rei,
& omnium ſuſpenſa expectatio. neſcio quid
diuinum fieri cælitus expectabat. Videns
comes Abbatem in ſpiritu vehementi proce-
dētē, & ſacraſſimum Domini corpus fe-
rentē in manibus expauit, & dirigit, mem-
brisq; tremebundis metu, & diſſolutis, quaſi
amens ſolo prouoluitur. Eleuatus à mili-
tibus ruſum in faciem ruit, nec quippiam
aliciui loquens, aut intendens in aliquem
ſalius per barbam deſluētibus cum preſun-
dis effluans gemitibus epilepticus videbatur.
Demū vir Dei ad eū propius accedit, & pe-
de pulſans accliuem furgere iubet, & ſtare
ſupra pedes, & Dei audire ſententiam. Præ-
ſens eſt, inquit, Piſtauenſis episcopos, quem
ab Eccleſia ſua expulſiſti, vade & reconcilia-
re ei, & in oſculo ſancto, pacis cum eo iungi-
to ſedera, & ipſe ad ſedem ſuam cum redu-
cito, & ſatiſfaciens Deo, redde pro contu-
melia gloriā, & in vniuerſo principatu
tuo diuiſos, & diſcordes ad caritatis reuo-
ca vnitatem. Subdere Innocentio Papæ, &
ſicut ei vniuerſa obedit Eccleſia, tu quoque
electo à Deo tanto pare pontifici. Audiens
hæc Comes, auctoritate Spiritus ſancti, &
ſanctorum ſacramentorum præſentia victus,
nec audebat reſpondere, nec poterat, ſed
ſtatim occurrit, & in pacis oſculo recepit E-
piſcopum, & eadem, qua cum abiurauerat,
manu, cum totius exultatione ciuitatis ad
propriam ſedem reduxit. Sed & deinceps
Abbas cum comite iā familiaris, & ſuauis
loquens, paternè eum monuit ne ad tã im-
pios, & tam temerarios auſus vltra exurge-
ret, ne Dei patientiam in tantis irritaret fla-
gitijs, ne pacem factā in aliquo violaret. Pa-
ce itaq; omni Aquitania Eccleſiæ reddita,
ſolus Gerardus perſeuerat in malis, ſed non
multo poſt adueniente die iræ in dome ſua
miſerabiliter extinctus eſt. Et cū dicat ſcri-
ptura: Eſt peccatum ad mortem, pro eo non
dico vt roget quis, impignitēs & ſubito mor-
uus ſine confessione, & viatico, de corpore
egredientem ſpiritum ei reddidit, cuius mi-

niſter vſque in ſinem extiterat. Corpus eius
à nepotibus ſuis, quos in Eccleſia illa hono-
ribus ſublimauerat inuenitum in lectulo ſuo
exanime, & enormiter tumidum, in baſili-
ca quadam humatum eſt, ſed poſtea à Gau-
frido Carnotenſi episcopo ſedis apoſtoli-
cæ legato inde extractum eſt, aliasq; proie-
ctum. Nepotes quoque eius ab eadem Ec-
cleſia poſtea eliminati ſunt, & omnis proge-
nies, & plantatio à radice auulſa, per extera
regna tanti iudicii circumſerens querimo-
nias exulauit. Tanto igitur malo obruto, &
ſchiſmate Gerardi redacto in cineres, vir
Dei cum gaudio magno Claramnallem re-
uertitur. Adſunt fratres circumſuſi pedi-
bus eius, gratias agunt Deo, qui bonis ini-
tijſ feliciores prouentus accumulatur, & ſerui
ſui humilitatem vbiq; glorificat, & exaltat.
Nactus verò vir Dei aliquod quietis tem-
pus, alijs ſe negocijs occupauit, & ſecedens
in caſulam præſatijs torquibus circumtex-
tam, ſolus meditationibus diuinis vacare
diſponit. Et repente occurrunt ei in diuer-
ſorio humili quaſi ad præſepe Domini con-
ſiſtenti amatoria cantica, & ſpiritualium
fercula nuptiarum. Conſiderat, & expau-
ſcit quòd ille ſpecioſus forma præ filijs ho-
minum, in quem etiam angeli proſpicere
deſiderant, fuſcam adamauerit ſponſam,
& decoloratam à ſole tanto extollat præconio,
vt dicat eam totam formoſam, nec vllam in
ea maculam eſſe. Ipſam quoque ſponſam
dilectione languere miratur, & inquit dili-
genter quæ ſit illa caritas cuius oſcula dul-
ciora ſunt vino, ad quorum delibationem
tanto affectu anima impatienter anhelat.
Cumque ſponſus multis laudibus ſponſam
attollat, non tamen in omnibus plenam ei
ſui copiam præbeat, nec vſq; ad plenitudi-
nem ſatietatis ſe ſponſæ deſideranti concedat,
quæſitus aliquando non inueniatur, &
poſt longos circuitus repertus, teneatur ne
fugiat, multo tempore in harum rerum me-
ditatione animam ſuam effudit. Et multi-

placiter hæc exponens, quantum in ſe
profecerit, qui quotidie in illis
epulabatur delicijs, quan-
tum nobis profuerit,
quibus euſdem
benedi-

ctionis reliquias in ſcriptura
ſeruauit, manuſcriptum
eſt legentibus

capitulum

Capitulum

INterea litteræ apostolicæ virum Dei vocant, & vt adfit laboianti Ecclesiæ; supplicat Cardinales. Intermittuntur studia, & quæ modo continua erant, interpolatis discursibus resumuntur. Nulla vacatio superest, seruus Dei aut orat, aut meditatur, aut legit, aut concionatur. Videns igitur excusationes frustra expendi, conuocatos à multis partibus, fratres, diu, profundeque discursibus affatur. Videtis fratres, in quantis tribulationibus laboret Ecclesia. Pars quidem Petri, & in Italia, & in Aquitania auctore Deo elisa iam non pariturit, sed abortit. Enfatì sunt in his regionibus scismatis defensores, Romæ magna pars nobilium Innocentium sequitur, & fauent ei multi fidelium, qui tamen temerariæ multitudinis impetum formidantes, nõ audent publice confiteri quem Innocentio firmare consensum. Coniuratos habet Petrus homines perditos, quos corrupti pecunia, & munitionibus eorum occupatis non Simonis Petri fidem, sed Simonis Magi representat præstigia. Contra vnã gentem occidente edomito superest lucta. Orantibus vobis, & iubilantibus Hierico ruet, & cum extenderitis ad Deum cum Moyse manus, Amalech victus aufugiet. Iosue pugnat, & vt ad consummationem victoriæ dies sufficiat protelata, soli vt stet non tam orat, quàm imperat, & meretur fides tam solis obedientiam, quàm de hoste prostrato victoriam. Nobis igitur pugnantibus vos forte præsidium, & auxilium de cælo supplicibus animis implorate. Agite quæ agitis, & state in gradu quo statis, & licet nihil vobis conscij sitis, iudicio tamen vestro non æstimetis vos iustos: quia solus Deus, quos iustificat iudicat, & perfectissimus quisq; iudicij diuini districtum examen ignorat. Iudicari autem ab humano die non multum curetis, neque vestra propria, neque aliena iudicia approbantes, sub timore Dei sic state, vt nec vos quempiam iudicantes aliquando extollamini, nec aliorum curantes iudicia excidatis in nugas, singula verò prosequentes vos seruos inutiles reputetis. Eundem est autem quo nos obedientia vocat, & huius domus paternitate, & vestri custodiã Deo, pro quo hunc laborem assumimus, confidentes de eius clementia tradimus, & commendamus. Hinc discas & benedicens fratribus vniuersis, discesse, & cum multa reuerentia vbiq; susceptus, demum Romam peruenit. In cuius aduentu tam Dominus Papa, quàm fratres lætati sunt, & communicatis eum eo consilijs secundum rerum prouentus, & statum causatum Abbas alia via opus aggregitur, nec in curribus, nec in equis spem ponens, sed colloquia quorundã suscipiens seiscitatur, quæ sit eorum facultas, qui sanctorum animi, vtrum errore, an malitia seducti tantum scelus protrahant, & protelent. Intelligit ex secretis eorum, qui cum Petro erat, de statu suo sollicitum, scire quidem peccatum, sed non audere reuerti, ne perpetua notatus infamia vilis inter ceteros haberetur, & male sub ymbra honestatis interim sic esse, quàm expellat a sedibus suis, & publicæ medicitati exponi. Eorum, qui de Petri pro sapia erant, hæc erat responsio, quæ iam credi eis à nemine posset, si demembrarent genus suum, & cum relinqueret qui cognationis suæ caput esset, & Dñs. Ceteri iuramento fidelitatis excusabant perfidiam, nec aliquis ex sana consciëntia parti illi conferebat suffragia. Denunciabat itaq; abbas eis colligationes impietatis esse sacrilegas, & profanas conspirationes legibus, & canonibus condemnatas, iuramentis non posse muniri, nec posse, nec debere veritatis sacramenta mendacio suffragari. In sanire autem eos, qui se illicitam sacramenti patrocinio consistere existimant, cum oporteat extraordinarias actiones quocumque religionis obtentu sanctitas reuocari in irritum, & auctoritate diuina dissolui. Auditis his, alijsque viri Deo sermonibus defluebant à Petro, & quotidie partis illius dissociatis agminibus vincula iubeantur, ipsius quoq; Petri animus tabescebat, quia se quotidie minui: Innocentius verò crescere minimè dubitabat. Desererant pecuniæ, contabuerat curiæ amplitudo, aruerant ministeria domus, rarus mensam eius frequentabat conuiuia, deliciae in plebeia cibaria cõmutate, cultus obsequentium vetustate obscurus, stipendiarum ære alieno oppressi, & tota domus effigies pallida dissolutione proximã indicabat. Interea rex Siciliae Rogerus, qui solus iam ex principibus obedire Papæ Innocentio decretabat, ad eum mittit petens, vt Americum cancellarium suum, & Abbatem Claravallis ad se mitteret, nihilominus à Petro Leonis idem petens vt Petrum sibi Pisanum a suo latere delegaret. Abbat autem se dissolutionis huius, quæ iam indu-

ruerat velle scire originem, & cognita veritate aut corrigere errorē, aut sancire scientiā. Mittebat autē in dolo. Audierat. n. Petrū Pisanum eloquentissimū esse, & in legum, & canonum scientia nulli secundū, putabatq; si eloquentiæ eius in publico consistorio audientia præberetur, declamationibus rethoricis simplicitatē Abbatis posse obrui, & silētiū ei, vi verborum, & pondere rationum imponi. Ne diu morer, venit pars vtraq; Salernum, sed militauerat vltio, & præuenerat tanti sceleris machinamentum. Parato namque ad bellū innumerabili exercitu aduersus Rannulphū ducem, idem rex in campū armatas produxerat acies: cum subito viso duce audacter obuiā procedēte, territus fugit, effusumq; exercitum prædæ, & cædibus exposuit, & innumeris militibus captis, & interfectis, inuitus ducē ditauit opibus, gloria sublimauit. Quæ quidē ei iuxta verbum viri Dei omnia contigerunt. Cum enim primus eorū, qui vocati fuerāt Abbas sãctus adueniens, regē in castris positum inuenisset, per multos dies vicinas acies ne præliū committeret, impediuit; denūciās regi, quia si cōflictū inieris, victus, & confusus abibis. Nouissime vero cum eisdē regis plurimū creuisset exercitus, ignorās, quod nō in multitudine foret euēngus belli: virum sanctū quæretem eā, quæ pacis erat vltieris audire cōtempfit. At ille ducem Rannulphum, & catholicorum aciem verbis potentibus adhortatus, sicut regi fugam, sic illis victoriā pollicitus est & triumphum. Cumq; ad proximam villusam declinasset, & instaret orationi, repente fugientium, & insequentium clamor auditur. Siquidem per eundem locum fugientem regis exercitū Rannulphus persequabatur. Egressus itaque frater quidam ex his, qui cū abbate erant, vni ex militibus occurrit, & quid accidisset, interrogabat. At ille, siquidom litteras nouerat. Vidi, inquit, impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Nec mora, Dux ipse secutus, vt monachum vidit, sicut erat armatus equo desilijt, & eius pedibus aduolutus, gratias, inquit. Ago Deo, & fidei seruo eius, quia non nostris viribus, sed eius fidei collata hæc victoria est. Iterumque insiliens equo hostes insequabatur. Nec tamē hac plaga sibi in sicca caluitis correctus est animus regis, nec deuimuit procella, quā conglomerarat prauæ mentis elatio: sed post fugam reuersis, qui euaserant,

simulans alacritatem, regio se ornato attollēs stipata militibus curia vtrāq; partē præcipit accersiri, & prius instructo Petro, & multarum promissionum authoramētis accenso, de causâ suâ rationibus e'oqui iubet. Prior itaq; Petrus electionē Domini sui canonicam probare contendit, & verba sua multis legum, & canonū assertionibus munit. At vero vir Dei non in sermone, sed in virtute regnum Dei esse intelligens, scio inquit, Petre te virum sapientem, & litteratū esse: & vtinam sanior pars, & honestiora te occupassent negocia. Vtinam te patronum causâ felicior obtineret, & sine dubio rationabilia allegantem, nulla posset impedire facundia. Et nos quidem aggresses, ligonibus magis, quā declamationib; assueti, si causa fidei non virgeret, institutū silentiū teneremus. Nūc autem cogit nos caritas eloqui, qui tunicâ Domini, quā in tempore passionis, nec ethnicus præsumpsit scindere nec Iudæus, fautore hoc Dño Petrus Leonis laecerat, & dirumpit. Vna est fides, vnum Dominus, vnum baptisma. Nos neq; duos dominos, nec geminam fidem, nec duo baptismata nouimus. Vt ab antiquis ordiar, vna arca tēpore diluuij fuit. In hac octo animę ceteris omnibus pereuntibus euaserūt, & quot quot extra arcā inuenti sunt perierunt. Arcā hanc typū habere Ecclesiæ, nemo est qui ambigat. Arca alia nuper fabricata est: & cū sint duæ, alteram necesse est esse adulterā, & in profundū demergi. Arca, quam regit Petrus, si ex Deo est, necesse est vt arca, quā regit Innocentius obruatur. Peribit ergo orbitalis Ecclesia, peribit occidentis totus, peribit Francia, peribit Germania. Iberi & Angli, & Barbara regna in profundum pelagi demergentur. Religio Camaldresis, & Cartusienfis, & Cluniacensis, & Grandmontēsis, & Cisterciensis, & Præmōstratensis, aliaque innumerabilia seuorum, & ancillarum Dei collegia necesse est, vt sub vno turbine corruant in abyssum. Episcopos, & abbates, & reliquos Ecclesiæ principes collo præcipiti mola asinaria alligata pelagus vorax excipiet. Solus ex principibus mundi arcam Petri intrauit iste Rogerius, & cæteris omnibus enecatis solus ipse saluabit. Absit vt torius mundi religio pereat, & ambitio Petri, cuius vita palam est qualis extiterit, regnum calorum obtineat. Ad hæc verba non vltra se poterant, qui præsentēs ad eiat, continere, sed abominati sunt, & vitā Petri, & causam.

Abbas •

Abbas autem tenēs manum Petri cleuauit eum, & simul ipse surrexit, tutiorem, in-
 quiens, si mihi credas intrabimus arcam. Et
 sicut iam pridem mente conceperat, saluta-
 ribus illum aggrediens monitis cooperante
 gratia Dei protinus persuasit, vt ad urbem
 rediens Innocentio Papæ reconciliaretur.
 Soluta cōncione rex necdū voluit obedire,
 quia sancti Petri Patrimonium quod in Cas-
 sinensi & Beneuentana prouincia amplissi-
 mum est, cupidus occupauerat, putabatque
 huiusmodi suspensionibus aliqua à Roma-
 nis extorquere priuilegia, per quæ in ius pro-
 prium deinceps sibi stabiliretur hæreditas.
 Sic Herodes visum saluatorem contempsit,
 & quem desiderauit absentem, contempsit
 præsentem. Sic omnipotens Deus claritatē
 quā accepit à Patre, dedit hominibus, & con-
 temnētes se facit inglorios, & erigit in subli-
 me humiliatos. Igitur circa curationem cu-
 iusdam viri nobilis, & in vrbe Salernitana
 notissimi succumbentibus medicis, quorum
 ibi præcipue ars viget, & studium, eidē viro
 de medicorū auxilio desperanti, noctu qui-
 dem per somniū apparens intimauit adue-
 nisse Salernum virum sanctum, & in cura-
 tionibus efficacem. Hūc inquirere iubetur,
 & de lauacro manuum eius bibere. Quæsi-
 uit, inuenit, aquam petijt, bibit, conualuit.
 Hoc verbū per totam urbem diuulgatū ad
 aures regis, & procerū eius peruenit. Cum
 omniū igitur populorū fauore solo rege in
 malitia permanēte Abbas Romā reuertitur,
 prædictum quoque Petrum, & Pisanum, &
 quosdam alios reconciliat Ecclesiæ, & Inno-
 centio Papæ conföderat. Aduenērat tēpus
 in quo completa Amorræi malitia, angelus
 percutiens gladiū iam vibrabat, & pertran-
 siens domos quarū superliminaria sanguis
 agni imbuerat, ad domum Petri Leonis ve-
 niens, salutare in ea non reperit signū. Per-
 cussit igitur miserū, nec tamen illico defun-
 gitur, sed datur per triduum penitentiae lo-
 cus. Ille patientia Dei abuitur, & in pecca-
 to suo moritur desperatus. Miserabili pōpa
 corpus eius effertur, cadauer eius in latebris
 sepelitur, & vsq; hodie fouea illa à catholi-
 cis ignoratur. Attamen pars ipsius Papam
 sibi pro illo alterum statuerunt: non tam ex
 pertinacia schismatis, quā vt opportunius p
 aliquam temporis moram Papæ Innocen-
 tio reconciliarentur. Quod sine mora per
 manum serui sui Christus effecit. Nam, &
 ipse ridiculus Pontifex Petri Leonis hæres

ad eundem virū Dei nocte se contulit, & il-
 le eum nudatum quidem vsurpatis insigni-
 bus ad Domini Innocentij pedes adduxit.
 Quo facto ciuitas gratulabunda lætatur, In-
 nocentio Ecclesia redditor, Romanus popu-
 lus, vt pastorem, & Dominum Innocentiū
 veneratur. Abbas Clarauallis in mira reue-
 rentia habetur ab omnibus auctor pagis, &
 pater patriæ prædicatur. Procedentem viri
 nobiles profequitur, acclamat populus, ma-
 tronæ sequuntur, & omnes ei prompto ani-
 mo obsequuntur. Sed quamdiu ille gloriam
 tolerauit? Quamdiu pace fruius est post tā
 diuturnum laborem? Nec diem pro anno
 recipere acq̄uit. Sedatis omnibus, & com-
 positus vix quinque dies teneri potuit, qui
 septem annis, & ultra pro refarcienda eadē
 scissione sudauit. Exeuntem Roma profe-
 quitur, deducit clerus, occurrit populus, vni-
 uersa nobilitas comitatur. Nec poterat sine
 communi mœore dimitti, qui colebatur
 amore communi. Igitur firmata pace vir
 Dei regreditur, & duplex exhibens gaudiū
 cum exultatione vniuersæ terræ suscipitur.
 Interea Romæ Innocētius potestatiue agē-
 da disponit, yndique visitatores occurrunt.
 Alij cum negocijs, alij tantum gratia con-
 gaudendi adueniūt: processiones per Eccle-
 sias solemniter celebrantur: depolitis armis
 ad audiendum verbū Domini plebs accu-
 runt. Post multifarias egestates, in breui
 ciuitas opulēta refloret: quæ discordiæ tem-
 pore distracta fuerant, pax solidata reuocat
 & reducit. Arantur solitudines, & deserta
 pinguescunt. Requiescūt singuli sub vitæ, &
 ficulnea sua, no surne silēt excubiæ, & aper-
 tis ianuis omnis timor excluditur. Dato tē-
 pore Innocētius Ecclesiæ ruinas restaurat,
 recolligit exules, Ecclesijs antiqua seruitia,
 depopulatas Colonias expulsis restituit,
 insuper, & cōgrua dona largitur. Monaste-
 riū etiā apud aquas saluas in sancti Anasta-
 sij martyris honore constituit: quod quidē
 ibi prius fuerat, sed hoc tempore sola Eccle-
 sia, decrat habitator. Constructis itaq; cœ-
 nobialibus māsonibus, & reformata Eccle-
 sia, assignatis etiā ad alimonias domus agris
 & vineis à Claraualle Abbatē, & conuentū
 fratrū sibi mitti Dominus Papa petijt, & ob-
 tinuit. Mittitur igit Bernardus Pisanæ olim
 Ecclesiæ secundominus, & religiosi cū eo fra-
 tres, qui fecundum beati Benedicti regulam
 in eodē loco Domino deseruerūt. Cito pro-
 fecit illa plantatio, & associatis sibi viris
 indi-

indigenis, seruū Dei multiplicatus est numerus: & pascenti agrua nutrimentis multiplex in breui aduocare peculium.

Capitulum VIII.

Abbas sanctus ad studia sua reuersus, dilectum amplectitur epitalamium. E diuersis etiam regionibus odore religionis illius ubiq; diffuso, fratres ad fundanda monasteria inuitantur. Fundata quoque, & statuta ditioni eius sese subiiciunt, & arctioris ineunt regulas disciplinae. Sed & diuersarū regionū ciuitates ex hoc collegio meruerē episcopos. In primis Roma summo ornatur pontifice. Praeneste Stephanum habuit totius gloriæ virum. Ostia virum magnum Hugonem. In ipsa quoque Romana curia Henricus, Bernardus alter presbyter, alter diaconus ordinati sunt cardinales. Prope urbem Romam Nepa sub Hoberto refloruit. In Tuscia Pisis natalis soli gloria, & magnum Ecclesiae lumē Balduinus effulsit. Citra alpes Lausannæ datus est Amadeus, Sedano Garinus. Lingonensis Godefridus. Antisiodoro Alanus. Namnetis Bernardus, Beluaco Henricus. Tornaco Gualdus. Eboraco Héricus. In Hybernia duo episcopi, re, & nomine Christiani. In Alemannia ciuitate Curia Algotus, sapientia, ætate, & gratia reuerendus. Hæc luminaria de Claualle assumpta fulgore puro prædictas vrbes sua illustrauere præsentia, & pastoralis officij elucidantes gloriam, exemplum ceteris episcopis facti sunt, & in altitudine sua humiles constituerunt, Defuncto siquidem Innocentio Papa, & successoribus eius, Cælestino, & Lucio, quàm velociter consummatis, Bernardus quem prius apud sanctū Anastasium Abbatem diximus ordinatum, Papa vrbe efficitur. Hic seditione orta in populo, puluerem pedum in litigantes excussit, & relictis eis in Franciam venit. Cūque Romæ se comederent, ac morderent, & adnuicem confunderent, expectant in pace donec fatigati conflictibus, & dānis afflicti eius præsentiam cuperent, & optarent.

DQui interim celebrato Remis cōcilio Claramuallem humiliter uisitat, & gloriam pōtificatus Romani pauperū præsentat aspectibus. Mirantur omnes in tanta altitudine humilitatem immobilem, & in tā excellenti culmine propōsiti sancti permanere uir-

tutē, vt altitudini sociata humilitas pro officio exterius splendet, & pro uirtute nequaquā interius inanescat. Adhærebat carni eius lanea tunica, & diebus, & noctibus cuculla uelutis, sic ibat, sic cubabat. Intus monachi habitū retinens, extra se pōtificem & moribus, & uelutis exhibebat: rē difficile agens, diuersarū in vno homine proprietatē exprimēs personarū. Segmētata ei circūferebātur Puluuina. Læst^o ei paleis operatus, cortina ambebatur purpurea, sed si reuolueres operimenta, inuenires superiectis laneis complota stramina, & paleas cōglobatas. Homo in facie, Deus uidet in corde ipse uerō bona coram Deo, & hominibus prouidebat. Alloquitur fratres non sine lacrymis, miscens sermonibus auulsa à corde suspiria, hortatur, & consolatur, & se inter eos fratrē, & sociū nō Dominū exhibet, uel magistru. Cumq; eum ibi morari diutius non pateretur, magna cum prosequens comitantiū multitudo, salutatis fratribus iter in Italiam diriges abcessit, & ad urbem peruenit. Scripsit ad eundem Papā uir sanctus librum multę utilitatis, qui appellatur liber De cōsideratione, in quo acutissima indagine tā ea, quæ circa eū, quàm quæ infra sunt prosequens, etiam ad ea quæ supra ipsum sunt ascendēs, tāta de natura diuina differuit, vt uideatur in tertiū cælum assumptus audisse quædam uerba, quæ non licet homini loqui, & regem in decore suo uidisse. In his quæ infra, & quæ circa ipsum sunt, morum societas, naturæ æqualitas, officiorum distantia, cōsideratio meritorum, dijudicatio pro uectum subtilissimè distinguitur, & singulis in suo genere sui cognitio intinatur. In his, quæ supra hominē sunt, speculatur cælestia, non eo modo, quo angeli, qui semper adhærēt Deo, cōsiderant, sed eo modo quo potest homo puri animi, & mentis sinceræ diuina cōtingere, & conformari hierarchiæ cælesti sacerdotium temporale. Cum enim in cælesti militia cōstet alios alijs præcipari, & ministeriales spiritus ad nutum superiorum potestati ad diuersa officia delegari, quidam uicinijs assistentes ab ipso accipiunt quæ alijs uel agenda, uel intelligenda insinuent. Cumque exigat homo pia posturæ suæ reuerentiam exhiberi, ad honorem summæ potestatis cōtra referri necesse est: quia cum sit subditus homini homo, uel spiritui spiritus: subdi maxime oportet Deo, de cuius munere ista datur prælatio, &

quo docete fit vt pateat homini tam cog-
 nio sui, quā per fidem, & spē ad diuinā cōtē-
 plationis pro modo dato indulta accessio.
 Dicitabat vir Dei, & nōnunquā scribebat in
 F tabulis cereis mella restituens, & quidē gra-
 tiora prioribus. Sedabat lites Ecclesiarū, &
 appellationes importunas quas inter se dis-
 cordes clerici concitabant, blando spiramine
 componebat. Interdum etiā durius increpante
 eo redibat trāquillitas, & detumescen-
 tibus procellis qui seditiosi ante eū vene-
 rant, & bile diffusa scaurientes declama-
 tionibus, pacifici reuertebantur. Adhæsit ei
 præ ceteris quidam ex principibus comes
 Theobaldus, & dilectioneni opere profecutus,
 se & sua in subsidia Claræuallis expo-
 suit, & in manibus Abbatis posuit aīam suā
 deposita altitudine principali se inter ser-
 uos Dei conferuam exhibens non Dominū
 vt obediret ad omnia, quæ domus illius infi-
 mi postulassent. Emebat igitur fundos, con-
 struebat domos, abbatij nouis præbebat im-
 pensas, & vbiicumque serui Dei extēdissent
 propagine, delegabat pecunias: non vnam
 domū sicut Salomō Hierosolymis statuens:
 sed vbiicumque huius schematis cōfēdissent
 personæ, satagebat eis ministrare necessa-
 ria, quasi Christo in terris præsentī propriā
 faceret mansionem. Sed & hoc in arbitrio
 viri Dei posuit, vt quibuscumque egentibus
 eo mandante ad opus Dei sumptus præberet.
 Videns igitur Abbas promptus principis
 animū pietatem pietate accendit, & ma-
 ximē quidē domesticis fidei voluit eum esse
 obnoxium, & immortalia templa fundare
 cōsuluit, & eleemosinas ea sagacitate dispo-
 nere, vt sēper fructificantes rediuiuis, & re-
 nascētibus accessionibus nouas semper ele-
 mosinas parturirent. Deinde egenis quos
 hac atq; illac quasi vespæ pungentes stimu-
 li paupertatis exagitant, omnimodis docuit
 misereri, alijs indumēta, alijs alimenta lar-
 giri. Monuit, & suggestit vt per seipsum xe-
 nodochia visitaret, nec horreret aspectus
 languentium: quia in hoc duplicaretur ele-
 mentia bonū, si & videret, & foueret, si con-
 solaretur, & reficeret. Humiliare pauperum
 oppressores, defendere pupillum, & viduā,
 misereri, & commendare sermones in iudi-
 cio disponere, prouidere quieti Ecclesiæ, ra-
 tionem gladij intelligere quasi elemētarij
 instruxit: summam principalis officij ei in-
 iungens, & hoc à principe exquiri ex debito,
 vt laudi honorari, & vindicta malorum in-

tendat. Hæc, & alia huiusmodi salubria mo-
 nita homo rationalis moderenter accipiens,
 luxum curiæ, & fastū altitudinis in humilita-
 tem, & honestatem cōuertit, nec erat, qui
 in præsentia eius auderet aliquid indecens
 vel agere, vel loqui: sed in hoc etiam ei placere
 studeret, siue ficto, siue puro animo, ea
 in quibus Dominū suum de electarij videbāt
 ipsi quoq; sapius factitabant. Introducebāt
 igitur ad eum, qui familiarius ei assistebāt,
 pauperes patientes calumniam, nunciabant
 languentes in plateis iacentes, & quosq;
 in amaritudine, & miseria cōstitutos: & ipse
 oblata sibi occasione clemētiæ lætatur
 & altiori gratia amplectebatur, quos de hu-
 iusmodi rebus videbat magis esse sollicitos:
 & quia suorum neminem vel in illa curia, vel
 pro causa illa viri Dei passus est demorari,
 duos religiosos viros de Præmonstratēsi or-
 dine euocatos eleemosynæ suæ præposuit,
 ad quorum curam spectaret circue castella,
 & vicos, in quibus ipse maneret, & de pro-
 pria mēsa languētes, & leprosos qui ibi ma-
 nebant, & quamdiu in illis locis esset abun-
 danter refecti iussit. Sed & alijs pauperibus
 largas, & cōgruas personis eleemosynas si-
 ue in cibis, siue in vestibus eorū, ministrari
 eorum donari instituit. Et illis quidem ten-
 tum in domo sua voluit esse Dominū vt po-
 testatiue pincernis, & pistoribus, & coquinis
 & reliquis ministerialibus quæ veller, iube-
 rēt quæ placerēt, tolerēt nec esset, qui aliquid
 prohiberet, vel referret ad comitē si in al-
 quo prodigi viderentur. Sed & viri ipsi timen-
 tes Deum, & tā ei placere, quā comiti
 cupientes, nec magnificentiā principis mi-
 nuebant quæ caritatis plenitudinem de suis
 impleri præceperat, nec Deo ingrati esse ve-
 lebant, si inuenirentur desides, & auari, vbi
 eos promptos, & expeditos dispēsatōres esse
 tam volūtas, quā principis sufficiens boni-
 tas iniunxisset. Erat præterea horum officio
 deputatum, vt monachis, & religiosis viris
 quos ad curiam diuersa mittebant negōcia
 hospitia prouiderent, & de penu, & hominū
 comitis necessaria ministrarent. Circumfere-
 rebant etiā rigente bruma aptatis factis
 pauperum indumenta, & pelles, & birros, &
 calceamenta, in quibus nec æxungia deerat,
 quæ per vicos indigis erogabant. Nullum in
 comitatu illo clemētia deerat opus, ad por-
 tum illum naufragi omnes tutum habebāt
 relugium. Temporibus famis non sicut
 Pharaon frumenta venunde de populo nec

in seruitutem sibi erogatis annonæ subiecit
 Aegyptum: sed Abbate sancto quasi altero
 Ioseph diuinsore vsus consiliario, gratis ege-
 nis aperuit horrea, nec exauisit pecunia popu-
 lum, nec astu circūuenit afflictos, nec re-
 publica ad se translata, priuatos in terra cu-
 mulauit thesauros, sed in cælo potius the-
 saurizans infatigabilis distributor cum ma-
 gna alacritate, & pecunia distribuit, & anno-
 nas. Nec defuit viro inhiantī celestibus ma-
 gni ponderis, & horrendi tentatio, sed ag-
 gressus est eum tam rex, quam principes, &
 commota est, & contremuit terra, & quasi
 iratus esset ei Deus, rapinis, & incendijs fere
 omnia ad eū pertinentia de populatoribus
 exposita erant: & operuit faciem terræ regis
 exercitus, & passim omnia vastabatur. Nec
 erat ei tutū resistere, vel obuiare persecuto-
 ribus, quia & sui deseruerant cū manifeste
 infestantes: & qui remanserant, in insidijs
 non ad subsidia erāt, vndique angustia gra-
 ues, quia nec domi sibi cauere, nec extra po-
 terat congrua prouidere, cum omnino, qui
 sui essent, nesciret, & tam de perfidia refuga-
 rum, quām de duplicitate suorum profusus
 diffideret. Inter has autē angustias conuer-
 sus ad Dominum, de cælo quæsiuit auxiliū,
 & accito viro Dei (cuius cōsilio maxime ute-
 batur) nec desperans de clemētia Dei, hoc
 ex eius responsione accepit, vt intelligeret
 quia flagellat Deus omnem filium, quē re-
 cipit, & huiusmodi correptiones, vel purgāt
 vel probant animam, & gloriosiores fuisse
 Iob cum sederet in sterquilinio, quām fuis-
 set cū circumstante exercitu sedisset illæsus
 in folio. Ostendit ei vir sanctus Salomonem
 peccasse in otio, & abusum bono pacis de flu-
 xisse in vitia, cum Dauid pater eius Absalō
 Filio persequēte, & vniuerso Israele aduer-
 sus eū animato permansisset in gratia. Inti-
 mauit etiam quomodo ipsum satanas colaphi-
 zarit apostolum, in qua tribulatione im-
 mobiliter perseverans meruit audire, quia
 virtus in infirmitate perficitur, & quia in
 præsentī vita seniores nos faciunt prospera,
 & circumspēctiores aduersa. Audiens hæc
 venerabilis comes magnificē aīatus, duo im-
 mensi pōderis, & miri operis vasa aurea, in-
 quibus preciosissimæ gemmæ habebantur
 inclusa, quæ in solēnitate coronæ suæ rex
 Anglorū Henricus auūculus eius ad osten-
 tationem diuitiarum suarum, & gloriæ suæ
 in mensa coram se habere cōsueuerat, sub
 omni celeritate proferri iussit in medium

& à corde suo delectationē huiusmodi auel-
 lens, gemmas à retinaculis suis iussit ab-
 strahi, & aurum confringi præcepit, vt ven-
 derentur, & de precio eorum dilecta Domi-
 no super aurū, & topazion tabernacula fun-
 darentur. Nec desisteat Amalech ab inse-
 statione Israel, sed Moyses eleuatis in cæ-
 lum manibus potitus est victoria, & retra-
 hentibus se hostibus Abbas sanctus seque-
 ster sollicitus clamantibus ad Deum, & do-
 mi plorantibus fratribus irrupit in acies, &
 in tempore iracundiæ factus est reconcilia-
 tio, & allegationibus diuinis intercurrenti-
 bus detumere procellæ, & reuersa est in-
 ter regem & principem tranquillitatis, &
 pacis desiderata serenitas.

Finit liber secundus de vita S. Bernardi
 Claraualis Abbatis.

INCIPIT PROLOGVS
 Domini Gosfridi monachi Claraualen-
 sis in vltimos tres libros de
 vita eiusdem.

Clarissimi patris nostri Bernardi
 Claraualensis Abbatis memo-
 riam, viri insignes ad laudem
 Christi, & multorum edificatione-
 nem litteris commendarunt. Inuenta sane
 materia vberi, prout cuique licuit, & certior
 ei gestorum innouit veritas, non eam to-
 tam, sed partes aliquas digessere. Videtur
 autem nonnullis quod multominus eum
 filere debeat puer sanctitatis ipsius, digna-
 tionis filius, benignitatis alumnus. Quē ab
 eius vberibus post annos circiter 13. (quod
 sine singultu nec meminisse debeo, nec pro-
 ferre queo) sola tādē, quæ sola potuit, mors
 auulsit. In quo tibi vtinam sic complacere
 etiam nunc Pater sancte, sicut aliquando vi-
 debatur, & aliquamdiu complacere. Et quis
 alter tibi tam debitor, quis tam obnoxius,
 quis tā tuus? Modordit, fateor, & dure mo-
 mordit mors improba, sed non totum pa-
 triter deglutuit. Amputauit, non extir-
 pavit, sine misericordia portionem, quæ se
 contingebat accepit. Tulit aspectum, tulit
 eloquium corporale etiam tulit obsequiū,
 sed non rapuit fidem præsentis etiam nunc
 opitiationis, non absorbit spē futuræ ali-
 quando visionis, non deniq; in præteritorū
 memoria alius radicātū filialis absumpsit
 deuotionis affectū. Ceterum mihi quidem
 vt

M vt optimè noui, præsertim tãto idonea operi, nec scientia, nec eloquentia suppetit. Sed tua sane magnalia, & tuas dignè eloqui laudes, non Origenis ingenium, non Ciceronis lingua sufficeret. Nec desperandum tamen, quòd tuorum magis operum fructus carpere prudens lector, quàm verborũ nostrorum, folia indigna debbit: vt illorum magis suauitate gustata, quàm istorum ariditate culpata, non tam nequiter ista mordeat, quàm illos delectabiliter edat. Nam & securius, & sincerius visa solent, quàm audita narrari, & in tertium vas transfusa facilius coalescunt. Sed & dulcius ea bibitur aqua, quæ ab exiguo licet alueo fontis hauritur, quem confestim repleuerit vena scaturiens, quàm quæ ex riuo tollitur longius iam progresso, vel ex flumine etiam copioso. Inde est quòd intactis eorum libris, qui de eiusdem beatissimi patris nostri iniurijs, seu etiã medijs conscripserunt, ne tamquam super alienum ædificasse videar fundamentum, circa ea potissimum noster sermo versatur, quibus plene omnibus præsens affui, interdum etiam licet pauca interferens, quæ fidelissima fratrum, qui aderant relatione cognoui. Verum tamen opus istud libellis tribus partitum lector inueniet, Quorum primus quidem ea maxime quæ ad habitum, mores, atque doctrinam huius beati patris videntur pertinere prosequitur. Secundus autem virtutes multa per cum factas eloquitur. Tertius in eiusdẽ bono fine completur. Illud etiam admonendum, in rerum narratione gestarum coherentium similitudinis magis, quàm temporis obseruari. Siquidem nec signa ipsa, nec opera quædam eo ordine scripta, quo facta sunt: sed interdum aliqua prout occurrere locis opportunioribus videbantur inserta. Firmior enim videtur, & haberi acceptior solet oratio, quæ suis innitur, & illustratur exemplis, velut fabrica quædam idoneis

fulsa columnis. Nonnulli quoque transposita sunt, vt similibus alijs iungerentur, & quæ erant eiusdem generis, sibi aptius cohærent. Verum hæc in duobus quidem libellis prioribus, nam in tertio pene per omnia ordini ipsi ipsius temporis series narrationis obsequitur.

Finit prologus vltimorum trium librorum.

Sequuntur capitula libri tertij.
Capitulum. 1.



Quod præ ceteris miraculis, que fecit ipse, primum, & maximum fuit in moribus, visu, & habitu, & aspectu oculorum, aut nec sellam super quam in equo sedebat, sed ne clacum super quem tota die equitauerat, considerauerit.

Cap. 2
Qualis in vestitu, in incessu, in risu, & locutionibus fuerit.

Cap. 3
Qualis in nugis aliorum, & quòd sanctam scripturam totam sub se expositam viderit, nec cathedram affectauit, & alia plurima.

Cap. 4
Quæ, & qualia de itinere Hierosolymitano, & dixerit, & fecerit.

Cap. 5
Quantus, & qualis in catholicis corrigendis, & schismaticis cõprimendis, & hæreticis, & nominatim Petro Abailardo, & Gilberto Porretano, & henrico.

Cap. 6
De clerico sanato, & mira interpretatione suorum miraculorum, & quod totius orbis vota in eum concurrebant.

Cap. 7
Quos libros, & quibus de causis scripserit, omnium pater, & omnia eius magnalia non posse scribi.

Finis Tabula Capitulorum
Libri Tertij.

INCIPIT LIBER PRIMVS

QVI ET TERTIVS.

Capitulum Primum.

Numeris quidem signis atque miraculis, vt orbis comperit vniuersus fidelem famulum Deus Bernardum Claraualensem glorificauit Abbatem sicut gloriosus semper in sanctis suis, & in sua mirabilis est maiestate. Ceterum sicut Malachiam sanctum idem ipse commendat, primum, maximumque miraculum, quod exhibuit, ipse fuit, serenus vultu, modestus habitu, circumspectus in verbis, in opere timoratus, in sacra meditatione assiduus, in oratione deuotus, & sicut alios ipse monebat, crebra siquidem experientia persuasus, de omni re magis fidens orationi, quam industriæ propriæ, vel labori Magnanimus in fide, longanimis in spe, profusus in caritate, summus in humilitate, præcipuus pietate. In consilijs prouidus, in negocijs efficax, numquam tamen minor, quam in otio otiosus. Iucundus ad opprobria, ad obsequia verecundus. Suauis moribus, meritis sanctus, miraculis gloriosus, affluens denique sapientia, & virtute, & gratia apud Deum, & homines. Cuius sanctæ animæ adiutorium simile sibi fecerat Deus, & speciali præuentum benedictione corpus aptauerat. Apparebat in carne eius gratia quædam, spiritualis tamen potius, quam carnalis in vultu claritas præfulgebat, non terrena vtique, sed cælestis, in oculis angelica quadam puritas, & columbina simplicitas radiabat. Tanta erat interioris eius hominis pulchritudo, vt euidentibus quibusdam indijs foras erumperet, & de cumulo intertæ puritatis, & gratiæ copiose perfusus homo quoque exterior videretur. Corpus omne tenuissimum, & sine carnibus erat, ipsa etiam subtilissima cutis in genis modicè rubens. Illo nimirum quidquid caloris inerat naturalis, assidua meditatio, & studium sacre compunctionis attraxerat. Cæsaricus ex flauo colorabatur, & candidos Barba subrufa, citra finem vitæ eius resperfa canis. Statura mediocritatis honestæ, len-

gitudini tamen vicinior apparebat. Aliàs autem thesaurus iste in vase fictili erat, contrito penitus, & vndiq; conuassato. Laborabat siquidem caro eius multiplicibus infirmitatum incommodis, vt in eis virtus animi perficeretur. Quarum periculosior quidem in meatu arctissimi gutturis, nil penitus siccum, vix solidum aliquid admittentis, molestior erat defectus stomachi, viscerumque corruptio. Hæc continuæ illi præter alias sæpius incidentes. Summum erat huic famulo Dei studium fugere admirationem, & tamquam vnum sese agere ceterorum. At prosequabatur gloria fugitantem, sicut è regione captantes sese alios fugere consuevit. Prouerbiū illud in ore ei frequenter semper in corde. Qui hoc facit, q̄ nemo mirantur omnes. Quo nimirum intuitu vitam, regulamq; communem amplius æmulabatur, nil in suis actibus præferens obseruantia singularis. Ob hoc denique & cilicium, quod pluribus annis occulte gestauerat, ponere maluit, quam vt ferre sciat, minus illum latere velle contestans, qui cum ceteris eiusdem professionis sibi cõia nõ sectatur. In ipsis tamen cõmunibus erat illi singularis puritas, & deuotio non cõmunis. Nihil negligens, & minima quæque cum studio, & intentione tractabat, ex propria siquidẽ experientia definire solitus sapientem, cui quæque res sapiunt prout sunt. A primis ferre annis sic euasit illecebras gula, vt ipsam quoque saporum discretionẽ ex magna parte perdidit. Quoties sibi pia ministrantiã fraude deceptus liquores pro alijs alios suscipit? Nam & oleũ sibi per errorẽ aliquando propinatum bibit, & penitus ignorauit. Nec prius id cognitũ, quam superueniens quidã labia eius miraretur inuncta. Cibis eius huc cella panis in aqua calida penitus emolliti cũ exiguis forbitiunculis erat. Modicus ille quidem, sed non modicam eius partem crudam reiciebat stomachus, ne qua illi foret in cibo voluptas, quæ sumere periculũ, sumptũ tenere dolor, reijcere miseria, Sic nimirum fideli seruo iuxta desiderium cordis sui

dispensatio superna prouiderat, vt nec fructus ei deesset abstinentiæ singularis, & oisiosam semper admirationem declinaret sub ymbra necessitatis. De vino quidem sapius nobis ipse dicebat, dicere monachum quando sumere oporteret, sic gustare illud ne exinanisse calicem notaretur. Quod sic ipse seruabat quoties sibi vinum patiebatur apponi, vt nō modo post vnum potum, sed post totum quaecumque prandium suū vasculum, in quo ei propinabatur, vix aliquando videretur minus plenum, à mensula reportari. Minus quidem stare poterat, sed erat sedens pene iugiter, & rarissime mouebatur, quoties subtrahere se negocijs poterat, aut orans, aut legem, aut scribens, aut insilens doctrinā, & fratrum ædificationi, aut in sacra meditatione persistens. In quo nimirum studio spirituali obtinuerat gratiam singularem, vt non tædium in illo, nō difficultatem aliquam sustinere, liberè secum habitantes, & deambulans in latitudine cordis sui, & ibidē exhibens Christo (vt monere alios ipse solebat) cænaculum grande stratum. Omnis ad mediandū hora breuis, locus omnis congruus erat. Frequenter tamen licet sic affectus diuino vrgēte metu, imo vrgente spiritu, studium hoc lucris vberioribus postponere, doctus quærere non quod sibi erat vtile, sed quod multis. Alioquin in quo libet cætu hominum, vel tumultu, nisi eius intentionem causa deposceret, tota facilitate animū colligēs, interiori quadam, quam vbiq; ipse sibi circumferebat, solitudine fruebatur, nil prorsus arte tendens, q̄ sonaret, vel appareret exterius. Cum iā Dei famulus annos aliquot in Claraualle peregisset, subiit animū eius, vt sanctum Hugonem Gratianopolitanum episcopū, & Cartusienſes fratres deuotionis gratia visitaret. Quē prædictus episcopus tam gratanter, & tam reuerenter suscepit, diuinam intelligens in eiusdem hospitis visitatione presentiam, vt prostratus solotenus adoraret. Videns autem seruus Christi episcopum atate grandætuū, celebrem opinionē, sanctitate conspicuū, coram se procedentem, vehementer expauit, ipse quoque pariter corruens ante eum, & ita demum susceptus in osculo pacis humilitatem suam tanti viri veneratione confusam, non sine graui gemitu causabatur. In cuius pectore singularem obtinuit ex eo tempore locum, vt fieret deinceps duo illi filij splendens cor vnum

& anima vna, & se inuicem fruerentur in Christo. Sicut n. regina Saba de Solomon testatur, vterq; in altero longe amplius quā fama vulgasset inuenisse gratulabatur. Cartusia quoque à viro reuerēdissimo Guidone priore, & à ceteris fratribus eodem affectu, & eadē veneratione susceptus est seruus Christi, exultantibus illis in gaudio, quā qualē eum per epistolam prius nouerant, talem inuenerunt, & presentem. Ceterum cū in reliquis omnibus ædificarentur, vnū fuit, quod prædictum priorem Cartusienſem aliquatenus mouit, stramentum videlicet animalis, cui idem vir venerabilis insidebat, minus neglectum, minus præferens paupertatem. Nec silentio pressit a mulator virtutis, quod mente conceperat, sed locutus vni ē fratribus aliquatenus super hoc moueri se se confessus est, & mirari. Cumq; ille ad patrem sanctum, quod audierat retulisset, non minus ipse miratus, quale illud esset stramentum quærebat, q̄ ita scilicet ē Claraualle Cartusiam, vsq; venisset, vt numquam illud vidisset, numquam considerasset, & vsq; in horam illam quale esset omnino nesciret. Neque n. suum erat animal istud, sed à quadam monacho Cluniacensi auunculo suo & in sua vicinia demoranti fuerat commodatū, & erat sicut sibi itegere ille solebat. Quod verbum sæpe dictus prior audiens, eo potissimum mirabatur, quod sic ille Dei famulus foris oculos circumcidisset, intus animam occupasset, vt q̄ ipse primo offenderat visu, hoc ille tanti itineris spatio non vidisset. Iuxta lacum etiam Laufannensem totius diei itinere pergens, penitus eum non vidit, aut se videre non vidit. Cum enim vespere factō de eodē lacu socij colloquerentur, interrogabat eos, vbi ille lacus esset, & mirati sunt vniuersi.

Capitulum 11.

Desiderauerat tamen ab initio omnimodo subtrahere se negocijs, & nusquam egredi, sed in monasterio residere. Quod & postmodum ex defectu corporis occasionem inuenisse se reputans opportunam, aliquando statuit, & aliquandiu tenuit donec illum exitu coegit necessitas grauis Ecclesie Dei, & summi Pontificis, atque omnium Abbatum sui ordinis iussio, quibus per omnia tãquā patribus debebat ipse oīum pater. Et quorum

quorum etiam mandato nouissimis quide
 annis preter cucullam, & tunicam lanceo pa
 sto in modum chlamydis decurtatae, & pi
 leo simili utebatur, inter tantos laeuores cor
 poris, & labores nullis unquam uti pellibus
 acquiesces. In vestibus ei paupertas semper
 placuit, fordes numquam. Nimirum animi
 uore indices aiebat, aut negligentis, aut ina
 xiter apud se gloriantis, aut gloriam foris
 affectantis humanam. Incessus eius, & habi
 tus omnis modestus, & disciplinatus, prae
 rens humilitatem, redolens pietatem, exhi
 bens gratiam, exigens reuerentiam, solo vi
 su latificans, & edificans inuuentes. De risu
 dicimus quod ex ore eius frequenter audi
 uimus, dum cachinnos religiosorum homi
 num miraretur, non meminisse se a primis
 annis suae conuersionis aliquando sic risis
 se, ut non potius ad ridendum, quam ad re
 primendum sibi vim facere oporteret, & ri
 sui suo stimulum magis adhibere, quam fra
 nu. Vocem illi in inualido corpore validam
 satis intelligibilemque contulerat, qui in
 opus praedicationis segregauerat illum ex
 utero matris suae. Sermo ei, quotiens oppor
 tuna inueniebatur occasio, ad quascumque
 personas de aedificatione animarum, prout
 tamen singulorum intelligentiam, mores
 & studia noueras, quibusq; congruens au
 ditoribus erat. Sic rusticanis plebibus loque
 batur, ac si semper in rure nutritus, sic cete
 ris quibusq; generibus hominum, velut si
 omnem vestigandis eorum operibus opera
 impendisset. Litteratus apud eruditos, apud
 simplices simplex, apud spirituales viros per
 feditionis, & sapientiae affluens documetis,
 omnibus se coaptabat, omnes cupiens luci
 facere Christo. Cautus erat artificiosissime
 obseruare quod ad Papam Eugenium scri
 bens, de sui cordis plenitudine eructauit.

• *Capitulum III.*

K **N**vga si incidant interdum (in
 quit) ferendae fortassis, referen
 dae numquam. Interueniendum
 caute, & prudenter nugacita
 ti. Prorumpendum sane in seriu quid, quod
 non modo uiliter, sed & libenter audiant,
 ut supersedeant ociofis. Quam uero placabi
 lem, & persuasibilem, quamq; eruditam
 linguam dederit ei Deus, ut sciret quem &
 quando deberet proferre sermonem, quibus
 uidelicet consolatio vel obsecratio, quibus

exhortatio congrueret, vel increpatio, nos
 se poterant aliquatenus qui ipsius legerint
 scripta, et si longe minus ab eis, qui uerba e
 ius saepius audierunt. Si quidem distulsa erat
 gratia in labijs eius, & ignitum eloquium
 eius uehementer, ut non posset ne ipsius qui
 dem stylus licet eximius, totam illam dulce
 dinem, totum retinere feruorem. Mel & lac
 sub lingua eius, & nihilominus in ore eius
 ignea sex, iuxta illud Cantici canticorum:
 Sicut uirtu cocinea labia tua, & eloquium
 tuum dulce. Inde erat quod Germanicis et
 iam populis loquens, miro audiebatur affe
 ctu, & ex sermone eius quem intelligere ut
 pote alterius lingua homines non ualebant,
 magis quam ex peritissimi cuiuslibet post
 eum loquentis interpretis intellecta locu
 tionis, aedificari illorum deuotio uidebatur, &
 uerborum eius magis sentire uirtutem. Cui
 us rei certa probatio tunfio pectoru erat, &
 effusio lachrymarum. Utebatur sane scri
 pturis tam libere commodeq; ut non tam se
 qui illas, quam procedere crederetur, & du
 cere ipse, quo uellet, auctorem earum duce
 spiritum sequens. Quem nimirum ut in me
 dio Ecclesiae aperiret os eius, sic impleuerat
 Deus spiritu sapientiae, & intellectus, ut se
 cundu, q; in libro Iob legitur, profunda quo
 que studioru scrutaretur, & abscondita pro
 ferret in lucem. Na & confessus est aliqua
 do sibi meditant, uel oranti, sacram omne
 uelut sub se positam, & expositam sibi appa
 ruisse scripturam. Ceterum, quam gratis
 euangelizauit, quis digne praedicet, quis di
 gne miretur? Minus fore credidit nullas sibi
 ab auditoribus transitorias petere facultates
 nisi oblatas saepius refutaret ecclesiasticas
 dignitates. Paru illi fuit nulla quaerere sti
 pendia militante ac insignia quidem recipere
 acquieuit. Deniq; uelut alter Dauid pro
 cessurus ad bellum, bellica arma sibi grauio
 ra caufatus est, quibus multos suos eo praefertim
 tempore cerneret pregruari, & in sim
 plicitate sua gloriosius triumphabat. Tan
 ta, n. gratia uirtus ei diuina contulerat, ut li
 cet abiectus esse elegisset in domo Dei, ue
 rius tñ fructificaret in ea, quam alij quilibet in
 sublime porretri, & lucis amplius illustra
 ret Ecclesiam uelut de sub modio suae humili
 tatis, quam ceteri super candelabra constituti.
 Nimiru quo humilior, eo semper uilior
 fuit populo Dei in omni doctrina salutaris,
 in quo tamen noluit locu tenere doctoris.

Beatus plane, qui sicut ipse de quoda san
 M
 Ooo 2 atorum •

torum ait, legem dilexit, & cathedram nō affectavit. Quā felicius siquidem in virtutum cathedra federe meruit, dum noluit præsidere in cathedris dignitatum. Deniq; sicut iustus, & fortis in prædicatione euangelica laboravit, sicut prudens, & temperans cavuit vbi semper ab ecclesiastica prælatione. Nec. n. contumaciter numquam renuit, sed frequenter, & ad maximos electus honores, prudenter egit, diurna sibi cooperante gratia, ne aliquando cogeret. Moyses quidem sanctus cessit Aaron fratri suo pontificium, sed linguæ erat impeditioris. Bernardum nostrum non ab opere euangelicæ necessitas reliqua, sed ab honore solo sola humilitas reuocavit. Merito proinde apud Deum, & homines obtinuit gratiam singularem, qui non modo sine sumptu temporalis facultatis, verumetiam sine gradu ecclesiasticæ dignitatis, non autem sine fructu fraternæ salutis euangelium posuit, & populo Dei semper prodesse studuit, numquam præesse sustinuit. Rarè tamen nisi forte ad loca proxima, vt prædicaret exiit, sed quoties eum necessitas aliqua traheret seminabat super omnes aquas, publice, & priuatim annuncians verbum Dei. Quod tamen ipsum ex mandato summi Pontificis aditabat, ad nutum quoque præsulum ceterorum vbiicumq; eorum aliquem cōtigisset adesse. Nimirum quanto magnus erat humilians se in omnibus, eo magis sacerdotibus deferebat, quo plenius intellexerat, que ministris Christi reuerentia deberetur.

Capitulum IIII.

NEc tacendum, quod ex prædicatione itineris Hierosolymitani, graue contra eum, quorundam hominum, vel simplicitas, vel malignitas scandalum sumpsit quod tristior sequeretur effectus. Quod tamen verbum dicere possumus ab eo quidem initium nō sumpsisse. Cum enim multorum iam animos permouisset audita necessitas, à rege Francorum semel, & iterum propter hoc expectatus, apostolicis etiam litteris monitus nec sic acquieuit super hoc loqui vel consilium dare, donec per ipsius tandem summi Pontificis generalem epistolam iussus ab eo est tamquam Romanæ Ecclesiæ lingua exponere populis atque principibus. Cuius epistolæ tenor fuit, vt in penitentiam, & re-

missionem peccatorum iter arripere, aut liberaturi fratres, aut suas pro illis animas posituri. Hæc & huiusmodi super hoc poterant veraciter dici, sed dicendum potius id potius fuit. Evidenter enim verbu hoc prædicauit Domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis. Sed quantis, & quam multiplicibus signis? Quanta venenere, necdum narrare difficile foret. Nam & eodem tempore scribi cœperat, sed ipsa demum scriptorem numerositas scribendorum, & materiam superauit auctore, nimirum cum aliquādo vna die viginti seu etiam plures ab incommodis varijs sanaretur, nec facile ab huiusmodi dies vlla vacaret. Deniq; plures eo tempore Christus per serui sui tactu, & orationem ex ipsis etiā matrum vteris cecos videre, claudos ambulare, aridos conualescere, surdos fecit audire, & mutos loqui, mirabilis restituente gratia, quod minus præstitum fuerat à natura. Nec tamen ex illa profectioe Orientalis Ecclesia liberari, sed cælestis meruit impleri, & latari. Quod si placuit Deo tali occasione plurimorum eripere si non Orientalium corpora à paganis, Occidentalium animas à peccatis, quis audeat dicere illi, quid fecisti sic? Aut quis recte sapiens, illorum sortem magis non doleat qui ad p̄iora, vel peiora forte prioribus scelera redierunt, quam eorum mortem, qui in fructibus penitentis, purgatas varijs tribulationibus Christo animas reddiderunt? Alioquin quælibet dicant Aegyptij, dicant filij tenebrarum, qui veritatem nec videre valeant, nec proferre, calidè eduxit eos, vt interficeret in deserto patienter tolerat saluator opprobrium, quod tantarum animarum salute compensat, Meminit huius vbi ipse quoque venerabilis pater inter cetera dicens: Si necesse sit vnum fieri de duobus, malo in nos murmur hominum, quàm in Deum esse. Bonum mihi si dignetur me vti pro clypeo, libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, & venenata spicula blasphemorum, vt non ad ipsum perueniant. Non recuso in gloriosum fieri, vt non irruat in Dei gloriam. Hæc quidem ille in libro de consideratione secundo. Accidit autem vbi primum de eiusdem exercitus dissipatione lamentabilis intra Gallias insonerat ruina, vt illuminandum Dei famulo filium cæcum offerens pater, multis precibus vinceret excusantem. Et imponens

sanctus puerò mēnum orabat ad Dominū quatenus si ab eo verbum prædicationis illius exierat, si prædicanti spiritus eius affuerat in illius illuminatione ostendere dignaretur. Dum vero post orationem, orationis præstolaretur effectum, quid facturum sum? ait puer: Video enim, attollitur illico clamor astantium, plures. n. non modo è fratribus verumetiam è secularibus aderant, qui, vt puerum videre videntem, multipliciter consolati Deo gratias referēbant. Sed de his hæctenus.

Capitulum quintum.

NAm & illud propter posteros memorandum, quàm multipliciter Ecclesiæ sancti viri Dei doctrina profuerit in catholicorum furoribus comprimendis, in hæreticorum erroribus confutandis. Siquidem præter eos, quos docuit sobrie, & iuste, & pie vivere in sæculo, quantos etiam perfectos valde dicere sæculo persuasit, vel ex hoc liquet, quod non cessauit quamdiu vixit deserti sæculi, sæculi desertoribus implens. Cuius ministerio videtur propheticum illud etiã corporaliter exhiberi. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes, & constituerunt ciuitates habitationis, & seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis, & benedixit eis, & multiplicati sunt. Sane in diebus schismatis generalis, quàm fideliter seruus Domini stetit in contractione in conspectu eius, vt auerteret iram eius, quàm efficaciter stetit, & placauit, & cessauit quassatio, quàm denique euidenter in tempore iræ factus est reconciliatio, non modo laetus profectendum. Sufficere interim potest, si ipse super hoc scribens ad eum. Innocentij Papæ verba ponamus. Quàm firmam ait, perseuerantique constantiam causam beati Petri & sanctæ matris tuæ Romanæ Ecclesiæ, incandescente Petri Leonis schismate feruor tuæ religionis, & discretionis suscepit defendendam, & se murum inexpugnabilem pro domino Dei opponens, animos regum, ac principum, & aliarum tam ecclesiasticarum, quam secularium personarum ad catholicæ Ecclesiæ vnitatem, & beati Petri, ac nostram obedientiam frequenti-

Oper. D. Bern. Tom. 1. l.

bus argumentis, & ratione munitis inducere laborauerit, magna, quæ Ecclesiæ Dei, & nobis prouenit utilitas manifestat. In quibus at pro fide quoque; quàm magnifice egerit seruus fidelis, & prudens, breuiter intimandum. Fuit in diebus illis Petrus Abailardus magister in signis, & celeberrimus in opinione scientiæ, sed de fide perisæ dogmatizans. Cuius cum blasphemias plena grauissimis volitare vndique scripta cepissent, profanas nouitates vocum, & sensuum viri eruditiorque, fideles ad Dei hominē retulerunt. Qui nimirum solita bonitate, & benignitate desiderans errorem corrigi, hominē non confundi, secreta illum admonitione conuenit. Cum quo etiam tam modeste, tãque rationabiliter egit, vt ille quoque; compunctus ad ipsius arbitrium correcturū se promitteret vniuersa. Ceterum cum recessisset ab eo Petrus idem, consilijs stimulatus iniquis, & ingenij sui viribus plurimòque; exercitio disputandi infeliciter fidens, resiliit & proposito saniori Expetēs denique; Senonensem metropolitanum, quoniam in eius Ecclesia celebrandum foret in proximo grande concilium, Claræuallensem causatur, Abbatem suis in occulto detrahere libris. Addit quoque paratum se esse in publico sua defendere scripta, rogās, vt prædictus Abbas dicturus, si quid haberet, ad concilium vocaretur. Factū est vt postulauit. Sed vocatus Abbas venire penitus recusauit, suū hoc non esse, renunciāns. Postea tamen magnorū virorū monitis flexus, ne videlicet ex ipsius absentia scandalum populo, & cornua crescerent aduersario, demū pergere acquieuit, tristis quidem, nec sine lacrymis annuens, sicut in epistola ad Papā Innocentium ipse testatur in qua plenius, lucidiusque; negocium oē prosequitur. Assuit dies, & Ecclesiæ copiosa conuenit, vbi à Dei famulo Petri illius in mediū scripta prolata sunt, & erroris capita designata. Demū illi optio data est, aut sua esse negandi, aut errore humiliter corrigendi, aut iudicandi si posset obijcendis sibi rationibus pariter, & sanctorū testimonijs patrū. At ille nec volens respicere, nec valens resistere sapientia, & spiritui, qui loquebatur, vt tempus redimeret, sedem apostolicam appellauit. Sed & postea ab egregio illo catholice fidei aduocato monitus, vt vel iam sciens in personam suam nihil agendum, responderet tã libere, quam secure audiendus tantum, & ferendus in omni patientia,

non sententia aliqua feriendus, hoc quoque omnimodis recusauit. Nā & cōfessus est postea suis (vt aiunt) quod ea hora maxima quidem ex parte memoria eius turbata fuerit, ratio exiguauerit, & interior fugerit sensus. Nihilominus tamen Ecclesia, quæ conuenerat dimisit hominē, multauit abominationem, à persona abstinens, sed dogmata praua condemnans. Quādo vero Petrus ille refugium inueperit in Sede Petri, tā longe distidens à fide Petri? Et ipsum ergo auctorem eadem sententia cum erroribus suis apostolicus præful inuoluens, scripta incendio, scriptorem silentio condemnauit. Fuit item Gilbertus quem cognominauere Porretanum, Picta uorum episcopus, in sacris litteris plurimū exercitatus, sed sublimiora se etiam ipse scrutatus ad insipientiam sibi. Siquidem de sanctæ trinitatis unitate & diuinitatis simplicitate non simpliciter sentiens, nec fideliter scribens discipulis suis pangs proponebat absconditos, furtiuas propinabatur aquas, nec facile quid saperet, innotum desiperet, personis authenticis fatebatur. Timebat enim, quod apud Senonas Petri ei dixisse ferūt: Tūc tua res agitur, paries cum proximo ardet. Nouissime tamē cum iam fidelium super hoc inualesceret scandala, crederet murmur, uocatus ad mediū est, & librū tradere iussus, in quo blasphemias euomuerat graues quidem, sed uerborum quodam inuolucro circumseptas. Igitur in concilio quod in vrbe Remorum Papa uenerabilis Eugenius celebrauit, egit cominus aduersus hunc Gilbertum Ecclesiæ sanctæ suo tempore singularis athleta Bernardus primo quidem totum quod illa uerborū cauillationibus occultare nitetur eliciēs, deinde uerū tā suis ratiocinijs, quā sanctorū testimonijs biduana disputatione redarguens, considerans sanē nōnullos ex his, qui præsidebant, iam quidem animaduertentes blasphemiam in doctrina, adhuc tamē auertentes iniuriam à persona, accensus est zelo & domesticam sibi Ecclesiam seorsum conuocat Gallicanam? Communi denique consilio à patribus decem prouinciarum, alijs autem Episcopis, & Abbatibus plurimis, dictante uiro Dei, nouis dogmatibus opponitur symbolum nouum. Cui etiam subscribuntur nomina singulorum, vt eorum uide licet omnium sicut irreprensibilis, sic irreprensibilis zelus ut ceteris innotescat. Ita demum apostolico iudicio, & auctoritate

uniuersalis Ecclesiæ error ille dānatur, episcopus Gilbertus an eidem damnationi consentiat interrogatur. Consentiens, & publice retatans, quæ prius scripserat, & affirmauerat, indulgentiam ipse consequitur. **H** maxime quod ab initio cautus fuisset ea lege eamdem ingredi disceptationem, vt promitteret sine ulla sese obstinatione pro Ecclesiæ sanctæ arbitrio correcturum libere suam opinionem.

In partibus Tholosanis Henricus quidam olim monachus tunc apostata uilis, pessimæ uitæ, perniciosæ doctrinæ, uerbis persuasibilis gentis illius occupauerat leuitatem, & ut prædixit apostolus, de quibusdam, in hypocritis loquens mendacium, fideis uerbis de eis negociabatur. Erat autē hostis Ecclesiæ manifestus, irreuerenter ecclesiastica derogans sacramenta pariter, & mysteria. Nec mediocriter in ea iam malignitate profecerat. Sic enim de eo scribens pater uenerabilis ad principem Tholosanū inter cetera ait: Passim inueniebantur iam, Ecclesiæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reuerētia, sine Christo denique Christiani. Paruulis Christianorum Christi uita intercludebatur, dum baptismi gratia negabatur. Ridebantur orationes oblationesq; pro mortuis sanctorum inuocationes, sacerdotum excommunicationes, fidelium peregrinationes, basilicarum adificationes, dierū solemnium uacationes, charismatis, & olei cōsecrationes, & omnes deniq; institutiones ecclesiasticæ spernebantur. Hac necessitate uis sanctus iter arripuit, ab Ecclesiæ regionis illius sæpius iam ante rogatus, & tunc demum à reuerendissimo Alberico Ostensi Episcopo & legato sedis apostolicæ persuasus pariter, & deductus. Veniens autem cum incredibili deuotione susceptus est à populo terræ, ac de celo angelus aduenisset. Nec morā facere potuit apud eos, irruentium turbas reprimere nemo posset, tanta erat frequētia diebus ac noctibus aduentū benedictionē expetentium, flagitantium opem. Prædicauit tñ in ciuitate Tholosa per aliquot dies, & in ceteris locis, quæ miserabile frequentasset amplius, & grauius infecisset, multos in fide simplices instruens, nutantes roborās, errantes reuocās, subuersos reparās, subuersores & obstinatos auctoritate sua p̄gens & opprimēs, ut nō dico resistere, sed ne assistere quidē & apparere, presummerent. Ceterū eū tunc fugit hereticas ille, &

le & latuit, ita tamen impedita sunt via eius & semita circumseptæ, vt vix alicubi postea tutus, tandem captus, & catenatus episcopo tradereutur. In quo itinere plurimum etiam signis in seruo suo glorificatus est Deus, aliorum corpora ab erroribus impijs reuocans, aliorum corpora a langoribus varijs solans.

K Est locus in regione eadem, Sarlatum nomen est illi, vbi sermone completo plurimos ad benedicendum panes sicut vbiq; fiebat, Dei famulo offerebant. Quos ille eleuata manu, & signo crucis edito in Dei nomine benedicens, in hoc, inquit scietis vera esse, quæ à nobis, falsa quæ ab hereticis, san dentur, si infirmi vestri gustatis panib; istis adepti fuerint sospitatem. Timens autem venerabilis episcopus Carnotensiu magnus ille Gaufridus, siquidem præsens erat, & proximus viro Dei, si bona (inquit) fide sumpturint, sanabuntur. Cui Pater sanctus de Domini virtute nihil hastitans, non hoc ego dixerim, ait, sed verè qui gustauerint, sanabuntur, vt proinde veros nos, & veraces Dei nuncios esse cognoscant. Tam ingens multitudo languentium gustato eodem pane conualuit: vt per totam prouinciam verbu hoc diuulgaretur, & vir sanctus per vicina loca regrediens, ob concursus intolerabiles declinaueroit, & timuerit illo ire.

Capitulum VI.

Primum sane miraculum quod per famulum suum in vrbe Tholosa Christus exhibuit, paralytici cuiusdam clerici curatio fuit. Hunc in domo regularium clericorum sancti Saturnini, quorum vnus ipse erat, ad petitionem Abbati, & fratrum circa noctis crepusculum visitans homo Dei, moribundum inuenit hominem, qui extremum spiritum trahere videretur. Consolatus itaq; miserum, & data benedictione egrediens, sicut postea confessus est, loquebatur in corde suo fidei seruus ad Dominum tam fiducia liter, quàm fideliter, dicens: Quid expectas Domine Deus? Generatio hæc signa querit. Alioquin minus apud eos nostris proficimus verbis, nisi abs te fuerint confirmata sequentibus signis. Eadem hora exiit paralyticus de grabato, & accipiens secutus, & consecutus est eum, sacra vestigia deuotione, qua debuit amplexatus. Cui

subito procedenti obuians ex concanonicis vnus expauit, & exclamauit, siquidem phantasma putabat. Quando. n. de lectulo eum crederet surgere potuisse? Egrestiam magis à corpore eius animam phantasticè sibi apparuisse arbitratus aufugit. Sed ipsa demum tamen ei, quàm ceteris rei veritas fidè fecit. Egreditur exinde sermo inter fratres, curritur ad spectaculum tam iucundum, ipse etiam inter primos accurrit episcopus, & legatus, inde pergitur ad Ecclesiam, eo ipso qui conualuerat præcurre conclamatur in laudes Dei, eodem pariter concinente, ruit vndiq; populus, benedicuntur Christus, triumphat fides, infidelis quisq; cofunditur, exultat pietas, & impietas contabescit. Porro vir Dei celam vbi manebat ingressus, diligenter omnes obseruari aditus, obseruari, inuas iubet, ne quis pateat introitus populo concurrenti. Cum autem pro totum ab eadem prouincia reditum, viri sancti magis magisque signa crebrescerent, & multiplicarentur in dies, non prætereundum quidnam ipse inter hæc animi gereret, quæ à Christo humilitatem cordis, & mansuetudinem didicisset. Disputans enim secum in cogitationibus suis, & ex ipsa demum locutus abundantia cordis sui, domesticis sibi religiosis quibusdam fratribus aiebat: Plurimum miror quidnam sibi hæc miracula velint, aut quid visum sit Deo talia æditare per talem. Nil mihi videor in sacris paginis super hoc genere legisse signorum. Siquidem facta sunt aliquando signa per sanctos homines & perfectos facta sunt, & per fictos. Ego mihi nec perfectionis confusus sum, nec fictionis. Scio enim sanctorum mihi nõ suppetere merita, quæ miraculis illustrentur: confido autem nec ad eorum sortem me pertinere, qui virtutes multa in nomine Domini operantur, & à Dño ignorantur. Hæc & huiusmodi crebrius, secretiusq; cum viuis spiritualibus conferebat. Nouissimè verò opportunum sibi met visus exitum reperisse, scio (inquit) huiusmodi signa nõ ad sanctitatem vnus, sed ad multorum spectare salutem, & Deum in homine, per quem talia operetur, non tam perfectionem considerare, quàm opinionem, vt in eo commendat hominibus, quæ illi creditur in esse virtutem. Neque enim pro eis fiunt hæc per quos fiunt, sed pro eis magis qui videt illa, vel sciunt. Nec eo sine per eos ista Dñs operatur, vt ipsos probet ceteris sanctiores, sed vt ceteros magis amatores, &

æmulatores faciat sanctitatis. Nihil ergo mihi, & signis istis, quando quidem mea illa fama magis quam vitæ nouerim exhiberi, nec ad meam fieri commendationem, sed ad commonitionem potius aiorum. Satis, ni fallimur, huius viri mirabitur animum quisquid hoc diligenti consideratione pensauerit, nec præstantius reputabit æstimatorem quisque fidelis, signa atque prodigia mirabiliter operari, quam perpetrata taliter interpretari. Sibi quoque non minus utile iudicabit imitandos eius affectus, quam mirandos actus, & moxum insignia, quam operum signa cognoscere. Sed ad hæc quis idoneus? In huius siquidem pectore viri Dei, pari fœdere puritas, suauitasque confederant: satis quidem utraq; mirabilis, sed mirabilior utriusque complexus. Inde nimirum tam singulariter in vnum hominem totius orbis vota pariter concurrebant, & puritatem suauitas amabilem faceret, suauitatem puritas acceptabilem: vt difficile fuerit æstimare, gratiæ, an reuerentiæ amplius obtineret. Quis a tam rigidiæ conuersationis, qui Claraualensem non sublimiter reuereretur Abbatem? Quis tam dissolutus, qui non erat eumdem dulciter afficeretur? Dulcissimis enim affectibus plenum pectus ipse gerebat, sed quam libere eos quoties causa deposcere cogerebat, humanissimus in affectione, magis tamen fortis in fide.

Et vt breue aliquod huius rei proferamus exemplum, sicut ipse quoque testatur in sermone super Cantica canticorum vicessimifexti, sicis oculis germani sui, & germani tam necessarij, tam dilecti Gerardi videlicet celebravit exequias, sicis oculis corpus eius tradidit sepulturae, ne affectus fidẽ vincere videretur. Nam extraneum quelibet vix aut numquam sine lacrimis sepeliuit. Talem sibi illum vberius perinde fructificaturum manus diuina formauerat, vt austeritatem suauitas morum tolleret, auctoritatem sanctitas conferuaret. Cui enim vel tanta benignitas esset oneri, vel tanta bonitas nõ esset honoris? Legimus de Salomone quod omnis terra desiderauit videre vultum illius. Grande præconium, sed forsitan, in hac parte non minus quam Salomon hic. Neque enim satis credibile est Salomonem, illum in omni gloria sua tam vniuersale orbis obtinuisse formam, quam hunc in sua humilitate. Imo verò difficile omnino videretur ex historijs aliquibus inuenire hominem vnum

conuersantem adhuc cum hominibus in vniuersa terra, tam celebre & amabile obtinuisse nomen a Solis ortu, & occidu, ab aquilone, & mari. Vt enim illas memoriam provincias, ex quibus vsque hodie monumenta certiora superesse noscuntur, & in Ecclesia orientali, & apud soles occiduos Hybernorum, & ad meridie in remotis finibus Hispaniarum, & ab Aquilone in insulis, quæ procul sunt Daciae, Sueciaeque celeberrima eius opinio fuit. Crebras vndique recipiebat epistolæ, & reddebat. Vndique ei xenia mittebantur, vndique eius benedictio petebatur. Postremo quasi vitis abundantissima suos vndique palmites propagauit, excepto quod in terram Hierosolymitanam, quamuis locus esset à rege paratus, ob incursum paganorum, & aetis interperiem non acquirere mittere fratres suos. Neque verò episcopus ille incongruum aliquid vsurpasse videtur, qui post factum eius obitum dum fratres consolaretur, inter cætera hoc quoque in ipsius prosequutus est laudem, quia in omnem terram exiit sonus eius, & in fines orbis terræ verba illius. Vincebat tamen sublimitatem nominis, humilitas cordis, nec tam poterat vniuersus eum mundus erigere, quam se ipse deicere solus. Summus reputabatur ab omnibus, infimum ipse se reputans, & quem sibi omnes, ipse se nemini præferebat. Denique sicut nobis sæpius fatebatur, inter summos quosque honores, & fauores populorum, vel sublimium personarum, alterum sibi mutuatus hominem videbatur, seque potius reputabat absentem, velut quoddam somnium suspicatus. Vbi vero simpliciores ei fratres, vt assolet, fiducialius loquerentur, & amicitia semper liceret humilitate frui, ibi se inuenisse gaudebat, & in propria re dijsse personam. In nata ei a puero verecundia, vsque ad diem perseuerauit extremum. Inde erat, quod licet tam magnus esset, & excessus in verbo gloriæ, numquam tamen sicut sæpe eum audiuimus protestantem, in quamlibet humili cœtu sine metu, & reuerentia verbum fecit, tacere magis desiderans, nisi conscientie propriae stimulis urgeretur, timore Dei, caritate fraterna. Patientiam eius maxime quidem flagellis dominicis exercitatum nouimus, & probatam: qui nimirum ab ipse suæ conuersionis initio, vsque ad eam sacra depositionis tanta sustinuit, vt vita eius his qui nouerant, non nisi quædam, moeroris pietatisque pietatis.

rum erga homines quoque et si rarior ei occasio minorā forsitā patientiæ potuit experimēta præstare, dicendum tamē vel breuiter, ne huius quidē appareat cum virtutis fuisse immunem. Et quia genus hoc patientiæ solitus erat dicere tripartitum, videlicet ad verborum iniurias, ad damna rerum, & corporis læsionem, de singulis saltem singula proponamus exēpla, quæ interim nobis occurrunt. Scripserat aliquando Dei famulus ad episcopum aliquem de curia, & consilio regis, monens eum super quibusdam verbis regi suadere, & cōsulare meliora. At ille vehementer exacerbatus, amarissimam ei reddidit epistolam, dicens in ipsa salutatione prima, salutem, & non spiritum blasphemix, tamquam videlicet vir sanctus (quod horror est dicere) ex blasphemix spiritu illa scripsisset. Ad quod verbum mansuetissimus Christi seruus, memor Domini cæ responsionis: Ego dæmonium nō habeo sicut hodie extans eius epistola continet. Minime quidem, ait, spiritum blasphemix habere me credo, sed nec maledixisse cuiquam, aut maledicere velle me scio, præsertim principi populi mei. Nec minus postea cænarum, nec minus familiarem eundē episcopum habuit, sed elogium illud prædictū apud eum sic fuit quasi non dictum. Abbas Farcensis conuentum fratrum à Claramualle vocauerat, monasterium eis ædificaturus: sed Romanus impediuit antistes, & sibi tollens eos in loco altero ordinauit. Vnde plurimum dolens prædictus ille vir magnus, & magnæ deuotionis, collectam pecuniā sexcentarum fere marcarum argenti deposuit sub chirographo, quas ad Dei hominem veniens obtulit ei, rogās vt quod non meruerat in partibus suis, vel citra alpes nouum exinde cœnobium conderetur. Missum est pro argento, & totum profusus amissum. Nec respondit aliud homo Dei cum ei nunciaretur, quàm benedictus Deus, qui nobis p̄percit ab onere. Nam & illis, inquit, qui tulere, leuius indulgentur. Sunt enim Romani, & pecunia videbatur inmanis, ac vehementens fuit ipsa tentatio. Gratulari etiam consueuerat decem circiter monasteria, vel ædificandis monasterijs loca congrua numerans fraudulenter, & violenter sibi ablata, dum contendere nollet, & magis cum vincit, quàm alios vincere delectaret. Veniens aliquando Claramualle clericus quidam ex his, quos regulares vocant, impor-

tune satis instabat, vt in monachum reciperetur. Suadente patre sancto vt ad suam reuerteretur Ecclesiam, nec acquiescente recipere eum, vt quid ergo (ait ille) in libris tuis tantopere perfectionem commendasti, si ea desideranti, opem renuis exhibere? Et maligno spiritu iracundiæ vehementius instigatus, sicut postmodum euidenter apparuit, iam (inquit) si illos tenerem, discerperem libros. Cui vir Domini, puto, ait, in nullo eorum legisti non posse te in tuo claustro esse perfectum. Morum correctionem, non locorum mutationem, si bene memini, in libris omnibus commendauit. Tum vero impetu faciens homo velut insanus in eū, percussit maxillam eius, idq; tam grauitè, vt succederet statim rubor ictui, tumq; rubori. Iam qui aderant, in sacrilegum inuolabant, sed præuenit eos seruus Domini clamans, & adiurans per nomen Christi nullatenus eum tangere, sed educere caute, & curam eius habere, ne ab aliquo ei, vel in aliquo noceretur. Quod tam districte præcepit, vt miser ille timens, & tremens absque omni iniuria educus sit, & deductus. Et quidem in libertate spiritus Dei famulus excellenter enituit cum humilitate, & mansuetudine, vt quodammodo videretur, & vereri neminē, & omnem hominem reuereri. Increpatione rarius utebatur, monitis potius, & obsecrationibus agens. Quam vero inuitus, & nō ex cordis amaritudine verbum proferret amarum, ex eo maxime animaduertebatur, quod per facile huiusmodi impetum cohiberet. Siquidem mirabatur hominum improbitatem, quos aliquando forte turbatos, excusationem quamlibet rationabilem, satisfactionem quamlibet humilem admittere grauat, quod ipsa suæurbationis passio miseros sic delectet, vt odeant omne remedium, vt contineant aures, claudant oculos, abijciant manus, & omnimodis satagāt ne semel orta cōmotio sedari valeat, & sanari. Eius tamē obiurgationē nō minus facile aliquando cōpescere grauis & turbulenta responsio, quàm humilis & modesta, vt ab aliquibus proinde diceretur cedenti insistere, cedere resistenti. Dicebat enim vbi resonat vtrinque modestia, dulce esse colloquium: vbi vel ex parte altera, vile: vbi ex neutra, pernitiosum. Vbi enim hinc inde duritia sonat, iurgium est non correctio, nec disciplina, sed rixa, vt decet magis interim, dissimulare prælatū, & com-

& commotione nata vtilius castigare subiectos, aut certe si ita res exigit, obseruare consilium sapientis, quia stultus non corrigitur verbis. Loquitur ipse de increpationibus minus vtiliter, minus patienter acceptis, in sermone super Cantica canticorum quadagesimo secundo inter cetera dicens Vtinam neminem obiurgare necesse sit. Hoc enim melius. Sed quonia in multis offendimus omnes, mihi tacere non licet, cui ex officio incumbit peccantes arguere, magis autem vrget caritas. Quod si arguero, & fecero quod meum est, illa autem procedens increpatione minimè quod suum est, faciat, neq; ad quod mihi illam: sed reuertatur ad me vacua tamquam iaculum feriens, & resiliens, quid me animi tunc habere putatis fratres? Nonne angor? nonne torqueor? Et vt mihi vsurpè aliquid ex verbis magistri, quia de sapientia non possum, profus coactor è duobus, & quid eligam nescio, placere ne mihi in eo, quod locutus sum, quonia quod debui, feci: An poenitentiam agere super verbo meo, quia quod volui, non recepi. Et infra: Dic as forsan mihi quidd bonum meum ad me reuertatur, & quia liberaui animam meam, & mundus sum à sanguine hominis, cui annunciaui & locutus sum vt auerteretur à via sua mala, & viueret. Sed etsi innumera talia addas, me tamen minimè ista consolabuntur, mortem filij intuentem. Quasi verò meam illa reprehensione liberationem quaesierim, & non magis illius. Quæ enim mater etiam si omnem quam potuit curam & diligentiam agrotanti filio adhibuisse sciat, si demum se frustratam viderit, & omnes labores suos esse penitus inefficaces, illo nihilominus moriente propterea vmquã à fletibus temperabit? Et hæc hæcenus. De cetero tantus æmulator erat mansuetudinis: & pacis: vt si forte improbus quisque petitor durius extorsisset à negate responsum, haud facile deinceps cum eadem repulsa dimitteretur inanis. Siquidem velut naturaliter vt fatebatur oderat omne scandalum, & grauamen cuiuslibet hominis sustinere, ei admodum graue, non sentire impossibile erat. A deo neminem spreuit, nullius hominis scandalum parumpendit: & si veritatem Dei, iustitiamque prætulit. Nam & quoties oporteret noxios aliquorum, vel reprehendere actus, vel impedire conatus, tam considerate fiebat, vt abundanter ipsi quoque qui læsi viderentur, haberent vnde

sibi pro eo satisfaceret in cogitationibus suis. Sane vidimus ex ipsis quoque non nullos, & de quibus minus id videbatur posse sperari, ampliori deuotione eius postmodum, vel obsequijs decessisse vel etiam adhæsisse vestigijs. Dicitur tamen & inuidos habuisse, vt haberet meritum, & ex eis. Ceterum tam singulariter eminebat gloria nominis eius, vt pestis illa magis desperatione quam liuore tabesceret, & timeret agnosci. Quinetiam humilitate eius, & mansuetudine videbatur, beneficijs suffocatur, obruebatur obsequijs. Nimum doctus erat vincere in bono malum, sicut ad quosdam fratres scribens, inter cetera ait: Adhærebo vobis etsi nolitis, adhærebo etsi nolim ipse. Inuitus præstabo, ingratis adiciam, honorabo & contemnent me vsque adeo siquidem omnes homines germano amplectebatur affectu vt eorum scandalo (sicut ipse fatentur solebat) grauius veretur, quibus nullam videretur occasionem scandali præbuisse. Plus enim piissimum pectus, grauitum affligebat alterius scandalum, quam proprio immunitas conscientie solabatur. Siquidè minus sperabat posse sanari, quod vnde procederet non videbat, magnum sibi è regione solatium fore perhibens quoties inueniret vnde satisfacere posset, vel homini pro se, vel Deo pro homine non sine occasione turbato. Erga omnium quidem hominum spirituale commodum in eorum modum ve amplius afficiebatur, & summum ei desiderium, summum gaudium erat animarum fructus, conuersio peccatorum. Et corporeas tamen necessitates piissimo miserabatur affectu. Cuius tanta erat humanitas, vt non modo omnibus, sed irrationabilibus etiam animantibus, aibus compateretur & feris, nec compatiens deerat virtutis effectus. Contigit enim aliquoties vt iter agens, fugitantem, & vt videbatur protinus capiendam, vel lepuleculam à canibus, vel auiculam ab accipitribus, signo crucis edito mirabiliter liberaret, diceretq; sequentibus frustra sese conari, nec vllatenus se presente eiusmodi exercere posse rapinam.

Hæc nos quidem de sacris moribus patris nostri, pro modulo nostro sub breuitate perstrinximus.

Capitulum VII.

Ceterum longe eminentius in suis ille libris apparet, & ex litteris proprijs innotescit. In quibus ita sua videtur expressisse imaginem, & exhibuisse speculum quoddam sui, ut illud quoque Ambrosianum merito illi posse videatur aptari. Laude ipse se sonet, & laureatus spiritu, scriptis coronetur suis. Si quis enim nosse desiderat, quam sollicitus ab initio sui ipsius diiudicator, & scrutator extiterit, primum opus illius de gradibus humilitatis inspiciat. Inde si quaeritur pie mentis religiosa deuotio, transeundum ad homilias in laudibus virginis matris, & illum, quem de diligendo Deo edidit librum. Si feruens contra suorum, vel aliorum vitia zelus, legatur is, quem apologeticum vocat. Si iugis in zelo cordis, & circumspecta discretio, de praecepto, & dispensatione differens audiatur. Quam vero fidelis cuiuslibet pie conuersationis commendator fuerit, & adiutor, exhortatorius ad milites templi sermo declarat. Quam non ingratus gratia Dei, ex his liquet, quae de gratia, & libero arbitrio tam fideliter, quam subtiliter disputauit. Quam liber in sermone, quam disertus, & in rerum superiorum pariter, inferiorumque scientia loquax, in his, quae ad Papam Eugenium de consideratione scripsit, diligens considerator agnoscat. Quam deuotissimus praedicator alienae sanctitatis, tam diligenter episcopi sancti Malachiae vitam prosecutus ostendit. Nam in sermonibus super cantica, & indagator mysteriorum, & morum aedificator magnificus innotescit. In epistolis, quas ad diuersas personas ob negocia diuersa dictauit, prudens lector aduertet, quo sermone spiritus iustitiam omnem dilexerit, omnem aequae oderit iniustitiam. Fidelis etenim seruus Christi non quaerebat aliquid suum, quidquid tamen erat Christi, sic curabat ut suum. Quae enim scelera non arguit, quae schismata non extinxit, quae scandala non compefcuit, quae schisma-

ta non refarciuit, quas haereses non confutauit? Quid vero sanctum, quid honestum, quid pudicum, quid amabile, quid bonae famae, quid virtutis, aut laudabilis disciplinae suis ortum in quolibet regione diebus non roborauit eius auctoritas, non fouit caritas, diligentia non promouit? Quid ante pro motum dilatari amplius non optauit, quid forte collapsum non totis pro loco, & tempore viribus egit, ut repararetur? Quis malitiam quamcumque; disponens, eius zelum, & auctoritatem non timuit? Quis proponens quodcumque bonum eius si potuit non consuluit sanctitatem, non desiderauit fauorem, operam non flagitauit? Quis ad sacrum in eius pectore habitantis templi diuinitatis, de quacumque tribulatione fideliter clamaturus accessit, & inefficaciter liberauit? Molestus ab eo solatium, afflicto auxilium, consilium anxius, aeger remedium, pauper subsidium reportabat. Ita sese omnium fecerat seruum, ac si toti genitus orbuita tamen liber ex omnibus conscientiae suae curam gerens, tamquam foli edictus curae, & custoditae cordis sui. Oliua speciosa, vitis fructuosa, palma florida, cedrus multiplicata, platanus exaltata. Vas electionis, vas honoris in domo Dei, vas aurum solidam, ornatum omni lapide precioso, fide, & similitudine solidum, sed & varijs charismatibus tamquam gemmis preciosis ornatum. Quo praesente omnis sanctitas exultabat, omnis erubescibat impietas, iuxta illud. Videbunt recti, & laetabuntur, & omnis iniquitas operabit os suum. Quo praesente celebris quisque, conuentus velut quodam sole resplendit, absente caliginosus, & quodammodo mutus apparuit. Cuius denique medicinalis manus & lingua morbos vtraque curabat, illa corporum, ista morum. Et nunc iam super his quae in signis exterioribus, & virtutum multiplici exhibitione consistunt, secundus (ve promissum est in praefatione) libellus aliquanta narrabit.

Finit liber primus, qui est tertius.

INCIPIT LIBER SECVNDVS,
QVI ET QVARTVS.

Sequuntur Capitula Libri Quarii.

DE reliquijs sanctorum, & dente S. **A** Casares, & miraculo per tunicam S. Bernardi facto, & quod spiritu circuliit choros psallentium, & de his qui per illum absentem sanati sunt. Cap. 2
De multis quae praedixit, & praedixit, & de illis qui post mortem illi apparuerunt, & de multis alijs. Cap. 3
De pace insperata comitis Theobaldi, & conversione cuiusdam clerici, & Henrici fratris regis qualia praedixit. Cap. 4
Quod sanctum Malachiam dum missam celebraret, sanctorum catalogo aggregatum vidit, & collectam mutavit quae dicitur de sanctis, & de alijs pluribus miraculis. Cap. 5
De illis curationibus sibi praestentis, & alijs animi virtute praesentis, & alijs ad quas non rogatus accessit, nec posse uniuersa scribi, vel enumerari.

Capitulum Primum.

Sicut sermone super Cantica canticorum vicesimo quarto seruus Domini Bernardus Claraualensis gratulatur, & gratias agit illi, tertio quidem ab urbe reditum suum clementior e caelo respexit oculus, & serenior tandem vultus arrisit, quod quiescisset rabies leonina, accepisset finem malitia, recepisset Ecclesia pacem. Tanta vero exultatione Ecclesia illum Gallicana recepit, ut non minorem videretur de suo reditu exhibere, quam de pace reddita nunciare letitiam. Unde etiam mirari ipse, saepiusque causari quod dum sibi post tam graues frequentias hominum, & tumultus velut ab exordio valescendum saeculo iudicaret, & tamquam de nouo adueniendum sacrae propositum conuersationis, tunc potissimum vbenioribus exciperetur gaudijs, obsequijs coleretur. Rediens autem Pater sanctus ab urbe, ex sanctorum apostolorum, martyrumque corporibus venia secum retulit preciosa, haud modicum hunc sibi reputans fructum esse laboris. Inter quae beati Casarii dentem quoniam modo recepit, memorandum. Cum enim integrum

ei praedicti martyris caput exhiberetur, ut tolleret inde quod vellet, dari sibi petit dentem unum. Frustra vero aliquamdiu fratres qui cum eo venerant laborantes, concedere sibi trahere penitus non valebant. Fractus enim cultellis duobus, aut tribus, quos applicuerant, nihilominus ad huc dens immobilis permanebat. Tum ille, orandum nobis, ait. Nec enim habere possumus nisi martyr ipse concedat. Facta denique oratione reuerenter accedens, incredibili facilitate duobus tulit digitis, quod ferreis ante motum non poterat instrumentis. Fratres autem Hierosolymitani templi fidelis militiae professores cum nouam habere eo tempore domum in urbe cepissent, redeunte praedicto patre, speciali que patrono suo, tunicam eius pro eximia benedictione seruabant, apud quos eodem anno sacerdos quidam grauissima sebie correptus desperabiliter aegrotabat. Vnde cum omnino deficiens deuenisse visus est ad extrema, portari sese in oratorium, & praedictam beati viri tunicam supponi sibi fecit, in sola positus expectatione exitus mortis cum subito raptus in quemdam mentis excessum, ac veluti iam carne solutus, videre sibi visus est corpus suum eodem, quo iacebat in loco, exanimem iam circumdatum multitudinem sacerdotum apertos tenentium libros, & celebrantium exequias ex more solemnem. Nec mora in vultu, habituque praedicti patris sancti reuerenda quaedam persona prodians ex altari manu illis innuit vt taceret, voce patris prohibens ne mortuum repeteret, cuius vitam Claraualensi Abbati donauerat Deus. Cosestem denique ad se rediens, sanctum se reperit, & quae viderat, fratribus indicauit. Qui quidem, ut a fidelibus vix nuper accepimus hodieque superstes, & in partibus Aquitaniae degens, beneficium, quod accepit, seculo consistetur, ipse praecoratio cuius merito viuens. Si quis hoc minus miratur, animaduertat de beato Nicolao ex numeris, quibus est decoratus, miracula in natalis eius annua commemoratione tamquam eximium commendari, quod Imperatorem Constantium ab interi-

interitu quorum dā longe cōstitutus per visum deflexit. Nec illud dissimile est, quo l' nnectimus. Abbas Gerardus de MORIS (quod est monasterium proximum Clarauali) estatus est nobis, vidisse se cum aliquando psallentium fratrum circuire choros, & sicut frequenter agebat, excitare torpentes, ita vr affectuosus, & virilius psalleretur, quod reliquum fuit vigiliarum. Cum quē die sequenti apud eū familiariter causaretur tardus illū, quā opportuerat ea nocte visitasse psallētes, ego, ait, nocturnis horis corporeo occupabar incommodo, sed quo nō potuit corpus, spiritus venio. Expauit ille audiens non affuisse in corpore, quē tandiu ipse se corporeo spectasset obtutu circumeuntē utrumque chorum, & vt consueuerat singularis manum imponentem. Ad multorum aures famam credimus peruenisse viri venerabilis Gulielmi, qui olim Montis Pessullani Dominus nūc verus Christi pauper, & humilis monachus degit in cenobio, quod Grādissylua vocatur. Ipsius relatione didicimus quod dicitur sumus, sicut ab eius ore, cui contingerat, se accepisse dicebat. In ciuitate Anxitanorū, quæ metropolis est Vasconiæ, miles quidam infirmabatur. Cuius cum infirmiores corporis parte a renibus, & deorsū morbus leuiens occupasset, et diebus multis lectulo decubans, non modica parte præ mortuus. Compunctus denique, & confusus de misericordia Dei, ad seruum eius cuius circum quaq; tam celebris sese virtutum fama diffuderat, quocūq; labore se præcepit deportari. Iam per dies aliquot processerat, profeceratq; non minus in fide, & deuotione, quā in itinere ipso, cū miseratus hominē Deus miserabiliter satis, & infirmitati eius subuenire dignatus est, & parcere fatigationi. Occurrens, n. quidā in via, quis nā esset, aut quo tederet, inquisiuit. Accepitq; itineris eius necessitate, ego, ait, ex parte sancti illius tibi præcipio, vt reuertaris, sciens quod vbi domum veneris, sanus eris. Persuasit illi Deus vt crederet, cuius nimirum dispositione omnia gerebantur. Redijt, rediensque paulatim recepit eā, quæ sibi promissa fuerat misericordiam, vt non prius domū pertingeret, quā plenariē donum perciperet sospitatis. Verum ille quoties tale aliquid contigisset audire nō minus humiliter, quā iucunde refutans dicere consueuerat: Hoc enim mihi sic imputandum, sicut ei, qui cōsciens omnino non fuit, In monasterio cui

nomen est Bellauallis, prope vrbe Chrysopolim, homo quidam a dæmone vexabatur, mira eo instigante faciens, mira loquens. Post multas igitur orationes fratrum cum improbe persisteret illa nequitia spiritualis, recordatus est venerabilis Abbas loci illius Pontius, hodieque superstes habere se stola, qua beatus Pater aliquandiu vsus fuerat in oblatione hostiæ salutaris. Nec cūstaret tulit protinus arma potentia Deo, & fiducialiter aggressus est inimicū. Vix limen attigerat celluæ, in qua miser homo iacebat, cū subito ille inalignus horrendis vocibus victū se prosternens, en, inquit, egredior, recedo protinus, manere vltra non possum. Respondente aut Abbate, per nomē Domini, & ipsius beati viri meritū cuius hæc stola fuit, tibi præcipio, exi citius, ne moreris: cōtinuo dæmon fugatur ab homine, homo liberatur a dæmone. Quis alter non periculose forsitan exultasset vsque adeo sibi spiritus esse subiectos, vt cederent, & absenti? Verum ille Abbate ipso nunciante nil motus, magisq; subfannans eos, quos videbat magna super hoc admiratione moueri, hæc eadem verba respōdit: Quidni facile nos duo præualuissemus in vnum? Leuiter illū eijcere potuit Deus præsertim cum ego ei focus datus sim, & adiutor. Huiusmodi nempe responsis, in huiusmodi rebus sæpius utebatur. Nouerat siquidem verus, & verax non ostentator, sed æmulator humilitatis efficacius dissuaderi posse in hominibus, quod studebāt, obliqua quadā, & artificiosa obediōne, quā aperta excusatione, quæ humilitatem magis prædicabilem præferendo assimationem non minueret hominum, sed augeret. Vnde quodam loco, ex propria loquens experientia. Verus, inquit, humilis, vili vult reputari, non humilis prædicari.

Capitulum II.

Illud quoque notissimum fuit, quod adhuc in carne degens, apparens autem in spiritu fratri cuidam obitus sui prænuiciauerit diem. Infirmabatur nouitius quidam frater in Claraualle bonæ conuersationis, & bonæ indolis adolescens. Nec longè aberat dies, qua post annuam ex more probationem nouum indueret hominem, si non prius hominem exuisset. Siquidem consummatus in breui expleuit tempora multa: placita.

cita enim erat Deo anima illius. Quinto igitur die ante vltimum diem suum, visitante se fratre quodam idē nouitius exhilaratus plurimum, inter alia spiritualis gratiæ verba, ecce (inquit) quinta moriar die. Hodie enim mihi Pater noster Dominus Abbas apparuit cum multitudine monachorum, & blanda consolatione refouens, quinto die moriturum me esse dicebat. Exijt sermo inter fratres, & antequam impleretur, diuulgatum est verbum. Expectabatur ab omnibus dies illa, sed præ omnibus ille beatus in expectatione sua fuit. Iam dies quinta inclinabatur ad vesperam, illius autē spiritus magis, ac magis eleuabatur ad Dominum. Domum circa vndecimam horam in ipso mortis agone positus, obducto prorsus, vt assolet, lumine oculorū, & nemini iam intendens, ad exitum festinabat. Interim visitans cum Pater sanctus velut ab alto somno reuocat, & quasi retrahit commeantē, nec insalutatū abire permittit. Ad cuius vocem aperiens oculos, & mirum in modum facie serenata, aliquamdiu intendebat in eū. Mirabantur omnes mortalem hominem, imō iam morientē eatenus triumphare de morte vt in ipso mortis articulo exultaret in gaudio, pulcherrime nobis exhibens illud Poetæ: Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Tum verò consolans eum pater sanctus, nihil timere iubet, sed recto protinus cursu pertingere ad Dominum Iesum Christum, & offerre ei humilem pauperis suæ familiaritatis salutationem. Ad hanc vocē qua potuit capitis inclinatione, & motu annuens laborum, iterum clausit oculos, & eadem hora in pace quieuit.

H

Multa quidem huic famulo Dei reuelata per spiritum, multa sine præcedenti reuelatione mirabiliter ab eo prædicta cognouimus. Ex quibus exēpli gratia pauca subnectimus: Cum esset aliquando pater sanctus in vrbe Nouiomensium in domo episcopi Simonis, adductus est ad eum Herueius de Baugenceio, puer admodū gratiosus, ortus ex regio sanguine, & ipsius episcopi nepos. De quo sequenti nocte famulo suo Christus ostendit, quod erat post tempora lōga futurum. Siquidem videbatur sibi tanquam in missarum celebratione angelo cuidā pacis osculum dare, quod ad puerum deferretur. Nec dubius de reuelatione eundem Herueium renunciaturum sæculo, & futurum aliquando deuotum Christi famulum promit-

tebat. Quæ promissio tam celebris extitit & vulgata vt ipse quoque Herueius nobis postea fateretur adolefcenti sibi ad omnes arguentis consentientiæ stimulis semper occurrere, impossibile esse, vt post viri sancti talis promissum, in sæculari habitu moreretur. Nec fraudatus est à spe sua. Siquidem venerabilis Galeranus Vrsicampi cenobij primus Abbas monachum illum fecit, & angelico functus officio, pacem quam ex ore patris sancti ipse susceperat communicauit Herueio. Cuius talis postmodum apparuit conuersatio, vt tali dignus osculo videretur. Nā & prædicto Gualerano in regimine monasterij Vrsicampi ille successit, & nouissimè obitum suum imminentem sanus adhuc, & incolumis eodem Gualerano per reuelationem sibi annunciantem præsciuit, atque prædixit.

Et quod addimus, huic simile fuit: Pater sanctum fines Parisiorum aliquando peragrantes, vt ad ipsam diuerteret civitatem episcopus Stephanus, & ceteri omnes, qui pariter aderant obnixè rogantes non poterant obtinere. Magno siquidem zelo nisi causa grauis vgeret, conuictus publicos declinabat. Cuique vespere iter suum alias ornasset, mane vbi quidam locutus est fratribus, dicere iubet episcopo, quia Parisios ibimus, vt rogasti. Conueniente igitur clero admodum copioso, sicut semper ab eo solebant expetere verbū Dei, continuo tres ex illis cōpuncti sunt, & cōuersi ab inanibus studijs ad vere sapientiæ cultum, abrenunciantes sæculo, & Dei famulo adhaerentes. Quorum ille primum intuens, cum subito inter loquendum surgeret, peteretque vestigia eius, inclinauit se modice, & fratri cuidā propius assidenti in aure locutus est, dicens: Istum ego sicut nunc video venientem nocturna visione præuidi, propter quem etiā Dominus nos adduxit. Qui nimirum nouitius in multa postmodum puritate, & deuotione conuersatus, plurimumque acceptus Deo, & hominibus in Clarauasse post annos aliquot beato sine quieuit.

Apparuerunt aliquando viro Dei in Frencensium vrbe posito venerabiles eius sibi, iam quidem carne soluti, Galdricus, & Gerardus, quorum etiam secundum carnem alter germanus, alter auūculus eius extiterat. Cumque velut accelerantes ocius pertransirent, reuocanti, & retinere, volenti respondebant excundū sibi pro fratre Gaufrido

I

K

frido monachos qui eorum dē à prima cōuer-
sione socius strenue fuit in multis egnobis
extruendis militauit ad Deo. Continuo pa-
ter sanctus excitatis fratribus accelerari iu-
bet, & ad monasterium veniens ipso die si-
cut eis prädixerat eūdem Gaufridum iam
positum reperit in extremis.

Capitulum IIII.

Fidelissimum principem comitem
Theobaldum in magna tribula-
tione probatum non minus mi-
rabiliter, quam misericorditer Do-
minus liberauit. Is nimirum potentissimus
in regno, & secundus à rege, totus tamen
elemosynis deditus, & studio pietatis in-
tentus, omniumq; seruorum Dei, sed specia-
liter Bernardi Claraualensis amator de-
notissimus erat. Quem eatenus impugnari,
& affligi passus est Deus, vt rege pariter, &
vicinis potentibus, fere cunctis aduersus eū
conurantibus vsque adeo de eius euasione
desperaretur, vt publicè quoque iam insulta-
retur religioni, pietati detraheretur, elec-
mosynis derogaretur. Monachi & conuersi
inutiles eius milites, & balistarj diceban-
tur. Nec modo apud ceteros, sed in ipsis
quoq; eius ciuitatibus, & castellis eiusmodi
in blasphemiam personabant. Deniq; con-
gregatis aliquādo episcopis pluribus, alijsq;
personis, presentē etiam viro Dei dum su-
per his agerent, & colloquerentur, episco-
pus quidam eo tempore auctoritate, & opi-
nione prudētia celeberrimus aiebat. In ma-
nu regis est comes Theobaldus, non est qui
possit eum tenere. Respondente alio quodā
antistite. Est qui possit liberare eum, multū
ille miratur, quisnam crederetur posse quæ-
rebat. Demum audiens, quia potest cum eri-
pere, qui omnia potest Deus, non parū sub-
stomachatus. Potest, inquit, si manifestus ap-
pareat, si clauam teneat, si hinc inde percu-
tatur, sed hæc ista non fecit. In tanta igitur
desperatione cum prædictum principē
vehementer yrgerent extranei, grauius ta-
men impugnarent, qui ab eo defecerāt vni-
uersi pene potētes homines sui, nec minus
eū affligerent pauci, qui residui videbantur
ex aliorū defectu, ipsi quoque suspecti, Lin-
gonensis episcopus Godofridus frequenter
& familiariter Dei hominem consulebant,
quidnam sibi Dominus super his reuelaret.
Cui ille, cum iam sæpius respondisset nihil

sibi apparere, nisi tribulationem, demū ali-
quando sciscitanti ait, quia quinto mense
pax erit: Sane vltima die quinti mensis re-
formata est pax, ipso quidem & orante, &
operante, vt non esset ambigū eius potissi-
mum studio, & merito piissimum illum prin-
cipem à tam grauibus imminentibusq; peri-
culis liberatum. Ingressus aliquando seruus
Christi Germania regnum, festinabat ad
partes Moguntinorum, pacem reformatu-
rus inter regem Lotharium, & prædecesso-
ris eius Imperatoris Henrici nepotes, Con-
radum, s. qui Lothario postea successit in re-
gnum, & Fridericum patrem huius Frideri-
ci, qui post Conradum electus obtinet ho-
die principatum. Venerabilis autem metro-
polititanus Moguntinorum Albertus hono-
rabilem quemdam clericum, nomine Masce-
linū viro Dei obuiam misit. Hic igitur Ma-
scelinus, cum à Domino suo missum se dice-
ret ad seruiendum ei, paulisper intuitus il-
lum vir Dei: Alius, inquit, Dominus ad sibi
seruiendum te misit. Expauit Teutonicus,
& miratus quid dicere vellet, firmius asse-
bat à Domino suo Moguntino sese Archiepi-
scopo destinatum. E contra seruus Christi:
Falleris, ait, maior est Dominus, qui misit
te, Christus. Tunc demum intelligens homo
quorsum vellet vibrare sermonem, putas,
inquit, q; monachus fieri velim? Absit à me,
non cogitavi, nec ascendit super cor meum.
Nihilominus tamen reuente illo, dei sa-
mulus affirmabat omnimodis fieri oportere
non quod ipse de se cognouerat, sed de
eo disposuerat Deus. In eodem deniq; iti-
nere cōuersus ad Dominum sæculo valesce-
cit, & cum alijs pluribus litteratis honora-
tisq; personis, quas collegit eo tempore ser-
uus Christi, ipse quoq; sicut sibi prædictum
fuerat, secutus est eum. Henricum quoque
germanū regis Francorū, qui Beluacensem
hodie cathedrā ornat, non dissimili Domi-
nus conuersione mutauit. Accidit n. vt ve-
niens idem Henricus ad hominē Dei super
quodam seculari negotio locuturus, conue-
tum et fratrum visitans, eorum sese oratio-
nibus commendaret. Cui pater sanctus in-
ter verba sanctæ exhortationis. Confido, ait
in Dño, nequaquam in eo te moriturum, in
quo nunc positus es, sed velociter experimē-
to proprio probaturum quantum tibi isto-
rum prosit oratio, quā experisti. Quod eorū
postmodum die non absq; multorum
admiratione cōpletū est, & de tanti iuuenis
con-

B conuersione cœnobium omne exultatione repletum. Lugentibus autem socijs, & familia tota, ac si mortuum illum cernerent, eiu-
lant præ ceteris. Andreas quidam Parisien-
sis, Henricum ebrium, Henricum vocifera-
batur insanum, nec cõnitijs, nec blasphem-
ijs parcens. Econtra sane idem Henricus
pro illius potissimũ conuersione Dei homi-
nem dare operam precabatur. Cui vir san-
ctus audientibus multis, dimitte, ait, homi-
nem: modo afa eius in amaritudine est, nec
pro eo multũ sollicitus sis, quia tuus est ille.
Cumq; amplius spe concepta, Henricus in-
staret, & loqueretur Andream, seuerius intui-
tus eũ vir Dei, quid hoc est? ait. Nũquid nõ
iam dixi tibi, tuus est ille? Audiens hæc An-
dreas (astabat enim & ipse) sicut plurimũ
improbis erat, & à sacra cõuersione vehe-
mẽter abhorrens, talia secum, vt hodie, quæ
fatetur, tacita cogitatione voluebat. In hoc
nunc scio falsum te esse prophetam. Hoc. n.
certus sum, quia locutus es verbum, & non
fiet. Hoc tibi ego coram rege, & principibus
in celebri quocumque conuẽtu impropera-
re non parca, vt tua omnibus falsitas inno-
tescat. Ceterũ quã mirabilis Deus in consi-
lijs super filios hominum, ridens eorum va-
na conamina, vt propositum suum quando
& quomodo ipse voluerit impleatur. Siqui-
dẽ die altera ibat Andreas mala omnia im-
precãs monasterio, vbi Dominum dimitte-
bat, ipsam quoque desiderans vallem fundi
tus subruui cum habitatoribus suis. Nec pa-
rum moti sunt & mirati, qui prædictum viri
sancti de ipso audierant verbum, eũ taliter
videretur abire. Sed non diu pusillanimita-
tem eorum, & fidem modicã tentari passus
est Deus. Illa tãtum die procedens, & repel-
lens quodammodo gratiã Dei nocte proxima
victus, & quasi vincens trahere se & vim
faciẽte spiritu Dei, die expectare nõ potuit,
sed exurgens ante diluculũ, velociterq;
rediens ad monasterium, alterum nobis Sau-
lum, vel magis de Saulo altero Paulum al-
terum exhibebat. Inter ceteros, quos de va-
na conuersione huius sæculi per ministre-
rium serui sui Christus eripuit, de partibus
Flandriæ multi aliquando nobiles, multi sa-
piẽtes, & literati viri sub ipsius magisterio
sacram professi sunt seruitutem. Quorũ pri-
mus videbatur Gaufridus ille de Perona,
qui postmodũ in Claraualle prioris officio
functus est, & defunctus in eo. In quibus e-
uidẽter satis euãgelicũ illud impletum est:

multi dicẽt vobis, ecce hic est Christus, ecce
illic. Plurimis. n. persuasionebus, actũ est cum
eis, vt aliam magis eligere professionem, &
loca alia debuissent, donec occurrir Dei fa-
mulus iam prope dispersis: & in verbis gra-
tiæ, quæ procedebant de ore eius, pristina
omnis hẽsitatione facta de medio, & omnium
pariter in ipsius consilio irrefragabiliter est
firmata voluntas. Quod quidem non sine
subita, & penitus inspirata quorũdam ex ip-
sis mutatione factum est animorum. De-
que cum iam Dei hominem sequeretur præ-
dictus ille Gaufridus, grauissima cœpit tea-
tatione pulsari. Intuitus autem illũ vnus
fratribus, quid est (inquit) quod facies tua
exterminata, & tristitia quodam nubilo gra-
uiter obuoluta videtur? Cui Gaufridus: Scio
(inquit) scio, quod numquã amplius lætus
ero. Quod verbum cum ad Dei famulum
idẽ frater satis anxius retulisset, videns ille
basilicã prope viam, per quam gradiebatur
diuertit, & ingressus orabat. Ceteris autem
de foris præstolantibus, Gaufridus, ille graua-
tus tædio super lapidem obdormiuit. De-
mum cum ambo pariter surrexissent, ille de
oratione, iste de somno, apparuit idem Gau-
fridus tantũ iucundior & hilarior ceteris,
quãtum tristior prius. Cumq; ei prædictus
frater verbũ mœstitiæ, quod locutus fuerat
amicabiliter improperaret, etsi tunc, inquit,
dixi numquã amplius lætus ero, sed nunc di-
co numquam amplius tristis ero. Idem quo-
que Gaufridus primo tempore tyrocinijs sui
pro patre suo viro nobili, & potenti, quẽ in
sæculo reliquerat filiali pietate sollicitus, pa-
trem sanctum pro eius conuersione rogare
Dominum affectuosius exorabat. Cui vir
Dei, ne timeas (inquit) ego illum probatũ
monachũ manibus meis in hac Claraualle
sepeliã: vtrumq; secutum est, & perfectus
monachus factus est, & à patre sancto (sicut
ipse prædixerat) in Claraualle sepultus. Tã-
quam enim mori illo absente non possit,
quinq; mēsis infirmatus, & celeberrimũ
imò continuum respõsum mortis in seipso
habens sustinuit donec Pater sanctus redi-
ret, qui vt olim promiserat, eum traderet se-
pulturæ. Dominus Abbas Rainardus Cister-
ciensis, quem ex Claraualle assumptum pa-
ter sanctus, & amplectebatur vt filium, &
venerabatur vt patrem, ob quorundam mo-
nasteriorum ordinationem prouinciæ par-
tes intrauerat. De quo vir Dei Claraualle
consistens dũ fratri cuidã loqueretur, subita
inspira-

inpiratione per motus Dominus, ait, Cisterciensis aut mortuus est, aut in proximo moriturus. Nec parum fater ille miratus est audiens verbum, magis tamen obstupuit cum eiusdem Abbatis obitum post dies paucos audiret nunciari. Pernoctabat aliquando Dei famulus in oratione in suo Claraualle. Si cenobio constitutus, & solita intentione Dominum precabatur. Contigit autem eadem hora pauperem quemdā, & vere pauperem spiritu, in cella hospitum mori. Cuius animam eum vocibus caroris in cælum deferri Pater sanctus audivit, & interrogatis mane fratribus, qui affuerant, illam fuisse horam obitus eius comperit, qua prædictas audierat in sublimē tendentium voces.

Capitulum IIII.

Cum beatus episcopus Malachias, cuius vitā virtutibus plenam vir sanctus studiose descripsit, iuxta desiderium cordis sui in Claraualle beatam cælo animam reddidisset, offerens pro eius transitu venerabilis Abbas hostiam salutarem, gloriam eius Dño reuelante cognouit, & eodem inspirante, sacrificio iam expleto formam mutauit orationis & collectam intulit, quæ ad sanctorum Pontificum celebritates, non ad commendationes defunctorum pertinet, ita dicens: Deus, qui beatum Malachiam Pontificem sanctorum tuorum meritis coæquasti, tribue quæsumus, vt qui pretiose mortis eius festa agimus, vitæ quoque imitemur exempla. Deinde reuerenter accedens sacra eius vestigia deuotissime osculabatur. Modum tamen, & Teriem visionis nec cuiquam aperire, nec in eiusdem episcopi vita scribere acquieuit, hoc tantum respondens cum plurimum rogaretur, nimis ad propriam sui ipsius pertinuisse personam. Super ijs, quæ ad gratiam pertinent sanitatū, multa insignia per hunc famulum suum operatus est Christus, vt in eo quoque videretur exhibere quoddam de ipso Ioannes euangelista testatur. Si omnia scriberentur, ne ipsum quidem mundum capere eos, qui scribendis fuerant libros. Ceterum nos saltem pauca de pluribus exempli gratia proferamus: Castrum Villanum accolæ vocant, quoddam Claraualle (vt aiunt) sex miliarijs distat. Vbi mulier prægnans tempus omne transierat pariendi, & aliquantibus mensibus iam decursis cum needū

pareret amplius mirabatur. Cuius vsque eo dilatus est partus, vt morbus potius videretur, nec iam crederetur esse prægnans, sed tumēs. Quis enim credere posset infantulum anno integro intra viscera posse materna teneri? Desperata igitur mulier ad monasterium viri Dei ducitur sic se habens. Sistrur ad portam misera, & portatio fratri causa, tam miserabilis intimatur. Rogatus ille, & inaudito compallus incommodo, supplex adijt patrem sanctum, fideliter ei necessitatem indicans mulieris, fideliter explens negotium susceptæ legationis. Et o mira diuinæ virtutis operatio, mirabiliter tardabatur. Tamquam enim hoc solum tanto tempore nasciturus infans expectauerit, hora eadem femina peperit, & præcurrere remedio, ad portam rediens frater ille incommodum quod nunciauerat, non inuenit. Alio tempore in territorio Antisiodorensi apud oppidum quod Cona vocatur, mulier quædam peccabat multas diebus, quod venisset filius vsque ad partum, & vires non haberet parturiens. Cumque superuenisset interim seruus Christi, postulanti benedictionem, aquam benedictam misit. Gustauit mulier, & confestim natus est, puer, quem venerabilis episcopus Cartonensis Gaudridus baptizauit, Bernardi ei nomen imponens. In eodem itinere, & in territorio eodem, dum febricitantiū multitudo sicut ubique solebat à Dei homine panem peteret benedictū, Girardus quidam clericus ex castro, cui nomen est Clamiccium, male sciulus, & subannans fidem populi blasphemabat. In ipsius autem verbis blasphemiae grauissima febre correptus vsque Antisiodorum abeuntē sequi coactus est virum Dei, & poenitentiam agens apud eum ipsam cui detraxerat multis obtinuit precibus benedictionē. Tam multis vero gustata eiusmodi benedictio reddidit sanitatem, vt solius Dei cuius hæc virtute fiebant, posset notitia comprehendere. Vidimus in Meldensi territorio militē deuotissimas referentem gratias viro Dei, quod ad primum gustum panis ab eo benedicti, plenam receperit sospitatem à febre quartana, qua sic grauius laborauerat mensibus ferme decem, & octo, vt in hora accessionis quasi phreneticus nec matrem agnosceret suam. Vni quoque venerabilem Gerardum Lemouicensem episcopum testantē audiuius, iuuenē quendam de familia sua lethaliter in capite faucium cum iaceret spumās, & imposmētis imissa sibi os

Bucellula panis, quem benedixerat homo Dei, tam celerem sensisse virtutem, vt incolumis surgeret ipsa hora. Neq; illud tacendum, quod ipsam quoque substantiam panis ab omni corruptionis iniuria ea tem benedictio vëdicabat, adeo vt plures viderimus qui per septennium, & vltra eisdem serua- uerit panes, nec colore, nec sapore mutato. Ante hos paucos dies venerabiles Abbates Girardus, & Henricus de Suecia partibus venientes, dum super his conferremus, testati sunt nobis panem ante annos xj. eius benedictione signatū manere adhuc apud se penitus incorruptū. Nec dissimilem apud aliquos nostrum vsque hodie nouimus, & apud alios multos credimus esse repositum. Et nunc idoneum satis, & euidentis huius rei testimonium proferamus. Vir magnus, & magnifice honorandus Danorum archiepiscopus Helkilus patrem sanctum vnico venerabatur affectu, vnica deuotione colebat. Nec contentus est in filiis eum videre, cum nouum cœnobium exstruxisset, & impetrasset ab eo desideratum sacre congregationis examen. Præualuit apud eum desiderium vehemens, vt homo tantæ auctoritatis, & in insulis illis tã ecclesiastica, quàm seculari auctoritate singulariter potens expositis suis omnibus, etiã semetipsum periculis multis traderet, & labori. Nam de expensis dicere non est magnum, quãuis eundem audiuius protestantem, quod expenderit in itinere ipso argenti marcas amplius quàm sexcentas. Venit ergo Claramuallem tã humilis, & sublimis, quem à finibus terræ non curiositas audiendæ sapientie, sed fidei zelus, & plenitudo deuotionis attraxerat. Vbi quantum stuerit, qualē sese nō modo erga eū, quem tam vnice suspiciebat, sed etiam erga minimos quoslibet fratrum exhibuerit, nō est facile dictū. Domum rediturus ad propria vt benedictum à Dei famulo panē referre posset, & diutius conseruare, humano sensu præcipit, vt in clibano recoquatur, sicut solent, qui maria transeunt panem fere biscoctum. Audiens at sanctus non est passus errare hominē tam deuotum, sed amicablem arguens in hac parte si lem eius modicam inueniri, itane (inquit) non poterit panem ipsum benedictio magis quàm recoctio cōseruare? Et non acquieuit benedicere illum sed communem sibi panem præcipiens exhiberi, benedixit. Ecce hunc tolle tecum, nihil deinceps de corruptione sollicitus? Tu-

lit, & ad suos rediens vsque hodie gloriatur fidei suę defectum euidenissima rei veritate conuincit. Nec etiam passus est patris sancti non visitare sepulchrum, nec minus erga eum nunc afficitur, nec minus quàm olim in viuente confidit, nimirum que verius viuere omnino non ambigit. Confessus est et nobis de pane, quē retulit, quod nūc vsque cum iam tertius annus transierit, illatum cum beati viri fides, & benedictio custodiu- it. Narrauerunt etiam nobis viri religiosi, qui cum eodem archiepiscopo venerant raraculum dignum memoria nuper factum in cœnobio, quod vt supra meminimus, in terra sua ipse fundauit. Erat enim (inquit) in regione eadem adolescens nobilis, ipsius quoque archiepiscopi secundum carnē propinquus, sed ob multa sua flagitia minus charus. Corruptus autem grauissima ualitudine, uisitationē eius vix impetrauit, & per manum eius ad monasterium quod fundauerat ille se cōtulit. Vbi & cum maxima cordis cōpunctione renunciatis sæculo, per dies aliquot in humili, & fidelissima confessione perstitens, magis ac magis eadē agitudine laborabat. Qua demum inualescente, exitum sibi imminere cognoscens, Abbatē, & fratrum presentem mui amplectebatur affectu, mira eos deuotione monebat, vt spiritalia arma corripere, egressuram protinus animā sibi commendatam efficaciter protecluri, & exhibituri fideliter necessarium prorsus inter imminentiū hostiū crudelissima tela conductum. Cumque in huiusmodi supplicatione diuinis iam sacramētis munitus, & de eorumdem seruorum Dei patrociniū, & Domini miseratione piissima deuotione præsumens, ac proinde circumstantibus omnibus multam suę salutis relinquens fiduciam expirasset, offerrebant fratres pro cōmendatione anime eius, quā deuotissime poterāt dominici corporis hostiam salutarem. Tum subito inimicus humana salutis, ex eiusdem (sicut indubitabile esse videtur) liberatione animæ, quam ex multis diebus irreparabiliter sese occupasse credebat, iram magnam cōcipiens, & eādem permittente Deo crudeliter satis exercens, vnum ē fratribus repētino furore peruasit. Clamabat igitur horrendis vocibus miserabilis homo, & vix multorum manibus tenebatur. Demum cum maximo quidem labore asportatus, & in lectulo religatus, tam sua, quàm astantium membrā dentibus appete-

appetens dirisſime verabatur. Nec illa quā prius noſſet lingua, ſed noua quadam (quā hæc aſtantiū quiſquū nouerat) loquebatur. Et cum nihil quod diceret, intelligeret, Libere tamen, & ſine offendiculo non incōcinnas eum audiebant edere voces, vt indubitanter crederent, quod lingua aliqua loqueretur. Poſt aliquantas igitur horas, cum vehementer conuſi fratres, quid agere poſſent anxie cogitarent, & ſtudioſe conquirerent, vnus ex iſis ſalubre conſilium Domino inſpirante concipiens, ſacra pignora ab ipſo Archiepiſcopo eodem anno iſtic depoſita, videlicet de capillis, & barba, & dentem vnum beati patris noſtri Bernardi afferri monet, & eius peſtōri ſuperponi.

Quod vt factum eſt, Germanica lingua per os eius cepit horrendis vocibus nequæ ſpiritus exclamare, tollite, tollite, amouete Bernardum. Et dicebat: Heu, quā ponderoſus factus es Bernarde, quā grauis, quā inrolerabilis factus es mihi. Cumque hæc, & ſimilia aliquam diu clamitans loqueretur, factum eſt breue ſilentium, & ſubito frater idem Domino miſerante purgatus, aperuit oculos, ac velut de graui ſomno euigilans, circumſtantes fratres, & ſua plurimum vincula mirabatur, verecūde ſatis quid nam ſibi velleſt hæc, vel quid accidifſet interrogans. Ex ea igitur hora priſtinam ſanitatē, ſmētis, & corporis per beati patris merita ſancta recepit, nil penitus, q̄ in illo tam graui caſu fecerit, aut locutus fuerit, recordatus. Hæc quidem à nobis de teſtimonio viri reuerendiſſimi Heſkili Danorum Archiepiſcopi ex occasione panis à Dei homine benediſti, non ſine quadā anticipatione ſunt dicta. Non modo aut hominibus, ſed pecoribus et, & armentis tam frequēter eius benediſtio profuit, vt monaſterij ſui cellarium durè aliquando increparit, q̄ ſibi non indiſcās, mori animalia permiſſiſſet, vnde fuerant pauperes ſuſtentādi. De hinc vt ſolitus erat benedixit ſal, & animalibus iuſſit apponi, ac protinus lucē orta ceſſauit. Quod in alijs quoq; monaſterijs vidimus, & cognouimus, vt audiens fratrum animalia mori, interdum etiam non rogatus, ſed ipſe prior admonēs eos eodem remedio ſubueniret. Gaudium dicitur locus quidam Gaziacaniſum monachorum. Vbi vir ſanctus aliquando pernoſtaret, exhibitum ſibi iuuenem claudum oratione, & benediſtione ſanauit: Ita vt poſt diēs pauciſſimos per eūdem locum re-

deunti, incolumis & deuotus aſtaret. In eīdem partibus vico cui nomen Algorium, mulierem phreneticā populus obtulit tranſeunti. Cui manus imponens, & orans, ſanā dimiſit, & abiit. Hanc in eodem vico poſtea vidimus viro Dei cum gratiarum actionibus occurrentem. In remotis etiam regionibus quocumque cum Eccleſiæ ſanctæ neceſſitas traxit virtus eſt proſecuta ſignorum. Apud Viridefolium (ſic enim dicitur caſtrum territorij Tholoſani) q̄ vt ſuperiore libro meminimus, aliquando pater ſanctus introiens, multis ibidē virtutibus claruit: puer mancus, & claudus ex vtero matris ſuæ, ad cuiuſdam martyris, vtriuſque pedis alterius manus receperat ſoſpitem. Huius alterā manum adhuc inualidam tamquam diuinitus ſeruata ſibi Pater ſanctus benedicendo ſanauit, vt ſanctorū innotefceret particeps eſſe virtutis. Caturcium dicitur ciuitas Aquitanie, per quam viro Dei ipſo tempore tranſitus fuit. Ibi præter alia beneficia, quæ præſtuit inſirmantibus multis, vnus de piſteris epiſcopi ciuitatis ipſius, qui ex vulnere graui alterius oculi lumē amiſerat, ſub manu eius viſum recipit. In pago quoque Engoliſmenſi loco, cui nomen eſt Caſtelle, poſt oblationē hoſtiæ ſalutaris, aſtantiſus venerabilibus epiſcopis Lamberto Engoliſmenſi & Gerardo Lemouiceniſi, puerum ex matris vtero claudū, & mancū, cuius in modum pilæ cubiti cum genibus vmbilico, pedes autem natibus adhaſſent. Dei famulo offerebant. At ille ſingula membra edito prius ſigno crucis attractans, mira facilitate extēdit protinus, & ſanauit. Apptchēdēs denique manū eius erexit illum, & dimiſit liberē gradientē. Populus autē pro tantis nimirum virtutibus magnis vocibus Dominū collaudabat. Nam & die ſequenti in pago Lemouiceniſi, in vico, quem ſancti Gemani nomine vocant, ſigna per eum plurima claruerunt. Vndique enim conſuebant, qui inſanabilibus varijs laborabant, & virtus erat Dñi ad ſanandum eos Vbi inter ceteros puer ferme decennis, cæcus ex vtero matris ſuæ, coram omni populo oblatus eſt viro Dei. Qui in digitos ſuos expuens, & liniens oculos eius, breuem fecit orationem, & in nomine Chriſti aperuit oculos cæci nati. Regnum quoq; Germaniæ cū introiſſet aliquando vir beatus, tam excellenter enituit in gratia ſanitatū, vt nec verbis exprimi, nec credi valeat ſi dicatur. Nā & reſta-

sunt, qui affuere in tetritorio. Constantien-
 si, circa vicum quem Doinguent nominat:
 ex ijs, qui diligentius vestigarunt, & viderunt
 oculis suis, vna die illuminatos ad eius im-
 positionem in manus cæcos vndecim, sanatos
 et mancos decem, & claudos erectos decem
 & octo. Ceterum ne saltem nos inopes co-
 pia videatur, ex innumera multitudine fe-
 cisse patuca memoria commendamus, quar
 in locis celebrioribus facta noscuntur. Cum
 venisset Constantiam homo Dei, & vndiq;
 se virtutum eius fama diffunderet, Abbas
 Augensis (quod intra Lemana lacum an-
 tiquum exstat, & nobile monasterium) ho-
 minem (quem suis elemosynis sustentabat)
 cæcum misit ad eum, & confestim vidente
 illū recepit. Heryreseim dicitur locus ad
 eiusdem diocesim pertinens ciuitatis, sed
 plurimum à ciuitate remotus. Ibi quoque si-
 cut & in ceteris illius prouincia, per quæ
 transijt, locis, multis in seruo suo miraculis
 glorificatus est Deus. Vbi etiam cæcus natus
 sub manu eius visum recepit. Item alteri à
 natiuitate surdo, & muto auditus redditus
 est, & loquela. In ciuitate et Basilea cum ex
 more sermone habuisset ad populum, vt im-
 pleretur in eo, quod de sanctis apostolis legi-
 tur, qui videlicet profecti prædicauerunt
 vbiq; Dño cooperante, & sermonem confir-
 mante sequentibus signis, blonata est ei fœ-
 manta muta, & confestim orante eo locuta
 est. Oblatus est claudus, & ambulauit, obla-
 tus est cæcus, & vidit. Apud Spirensium ciui-
 tatem, præsentem Romanorum rege Conra-
 do, qui Dei hominem ab Ecclesia ad hospi-
 tiū deuotissime deducebāt, offerrebat pue-
 rum claudū, rogantes, vt ei manum impone-
 re dignaretur. Quem signatum protinus eri-
 gens, super pedes itauit, & libere gradiebatur,
 in Dei laudem acclamantibus vniuersis.

In capella episcopi ciuitatis ipsius, rege
 ipso vidente, visum reddidit cæcæ cuidam
 mulieri, & claudo nato gressum donauit.
 Multa quidem, & alia in manu eius ibidem
 Christus effecit, sed ad exemplū pauca suf-
 ficiāt. Nonnullos et pauperuculos, et pueros
 rex ipse deuotus suis illi manibus offerens,
 de multorum curatione meruit gratulari.
 Nec mō apud prædictam Spirensium urbē
 sed apud Francoadum Maguntinæ diocesis
 locum, vbi innumeris virtutibus iuueni
 Dei seruus effulsit. De tota siquidē regione
 quotquot patiebantur, efferebant ad eum:
 & tantus erat concursus, vt prædictus rex

cum aliquando populum comprimentē coe-
 cere non pollet, deposita chlamyde virum
 sanctum in proprias vnas suscipiens. de ba-
 silica asportauit. Inter plurimos tunc qui ibi-
 dem adepti sunt sanctitatem, senex quidam
 paralyticus de vicinia illa. homo notus &
 honoratus, multis suorum precibus, nō sine
 multo labore introductus est ad hominem
 Dei, à quo post breuissimam, vt solebat, ora-
 tionē erectus, protinus & sanatus non mo-
 do incolumis, sed & formosus apparuit, vt pos-
 ses credere, si videres, non tam alteratum
 hominem esse, quā alterum. Iamq; eo vi-
 riliter procedente, parabant alij tollere le-
 ctum eius in quo adiectus erat, cum reuo-
 cans eum vnus ex circumstantibus Hugo Tul-
 lensis Ecclesiæ archidiaconus euangelici il-
 lius paralytici memor non sic, ait, non sic va-
 cuus reuertes, tolle grabatū tuū, & ambu-
 la. Et imponens in humeros eius dimisit eū
 libere procedentē, sed omnis plebs, vt vidit
 dedit laudem Deo. Ibidem etiā puer furdus
 & mutus ex vtero matris sue, subleuatus per
 scalam, & in fenestra accedens ad vnum Dei
 sub manu eius auditum recepit pariter, &
 loquelam. Sed & paralytica quedam mulier
 de eadem regione diues, & honorata, ibidē
 recepit amissam ex multo tempore sospita-
 tem. Dumq; exiliēs ambularet, omnes qui-
 dem lætati sunt qui videbant, sed præ ceteris
 exultauere milites, qui attulerant, & ob-
 tulerant eam. Nam & ipsius sibi particeps
 esse virtutis, religiosa deuotio videbatur. Per
 idem tempus transeunte sancto prope vi-
 cum in littore Rheni positum, quē Bobar-
 dum vocant, & varios per vniuersam pro-
 uinciam curante languores, oblati est pa-
 ralyticus in grabato. Audita quidem forma
 virtutum è prædicto vico in occursum eius
 se fecerat apportari. Cui in medio populi
 manus imponens erexit hominem, incolumemq;
 remisit ad propria. Eodem anno in-
 gredienti urbem Treuerensium seruo Chri-
 sti, ex more obuiam fuit populus vniuersus.
 Offerunt autem ei forores duas, quæ ab an-
 nis quattuor, amborū lumē amiserāt oculorū.
 Quartum ille vniq; impingens signum
 crucis, visum reddidit lucis, & videntes vi-
 rum Dei cum ceteris sequebantur. In ciui-
 dem basilica ciuitatis eum ad altare beati
 Petri Apostoli vie apostolicæ gratiæ immor-
 talem hostiam immolasset, oblati est ei
 claudus, & ambulauit, oblati est cæcus, &
 vidit, oblata est surda mulier, & audiuit.

Hæc in somnis admonita se esse dicebat, vt Dei hominem petere, cuius beneficio recuperata esset auditum. Apud Confluentiam Treuerensis diocesis nobile castrū Mosellā fluium, qui ibidem in Rhenū labitur, Dei famulus pertransibat. Cumq; paululū processisset, oblatum sibi, & signatum hominē claudum deponi iussit, & ambulare, & non fuit, qui obediret. Nec mora, claudus idem retractum femoris neruum clamat sponte laxari, & dum ne se sit extendit, eluit ab altero genu suum, quod quamlibet ante conatus nullo modo potuisset. Mirantur omnes, probatur sub omni velocitate quod dicitur deponitur illico, illico graditur, illico sanus, & incolumis innotescit.

Non est nobis Colonia transeunda. Magna est ciuitas, magna illic Dei famulo virtus affuit, magna illum deuotio coluit populorum. Ostenditur vsq; hodie in claustro beati Petri (sicut à personis veridicis nuper accepimus) adolescens olim claudus, nunc libere gradiens, qui oblatum viro Dei, ad impositionem manus eius gressum recepit, vnde etiam filius eius publice cognominatur. Abbas Henricus de Suecia (cuius nos supra fecimus mentionē) nuper retulit nobis formam nobilē germani sui olim vxorem, cui post obitum viri sui p̄ dolore plirensim incurrisset, & multo tempore sic se habēs in vinculis teneretur, eidem patri sancto in præfata vrbe oblatam, & vix tenuiter in turba circumstrepente signatam, dum ex more ligata reuehitur, mentem priusnam atque integram recepisse salutem. In eadem etiam ciuitate filiam surdam eidem patri sancto parentes nobiles obtulerant. Hanc aiebant à pueritia traditam sanctimonialium monasterio foeminarum, ibidem amississe profus auditū, & annos plures in eodem incommodo peregisse. Cuius aures signo crucis edito pater sanctus atrectans protinus, & auditum ei, & parentibus eam reddidit audientem. Accedens inter hæc mulier honorata Coloniensis itidem ciuis, quæ alterius oculi lumen amiserat, plurima iam per quinquennium inutiliter se in medicos expendisse dicebat. Et ipsam quoque continuo per signum crucis illuminans vir beatus, quod gratis acceperat gratis dedit. Sed & matronam alteram in beati Petri basilica oblatam in lectulo, idem Christi seruus erexit protinus, & incolumem suis pedibus abire præcepit. Huius ex

multo tempore nerui femorū fuerant sic retracti, vt nec erigi vllatenus posset, nec cōsistere pedibus suis. Nā ex personis alijs perhibebant qui studiosius obseruarunt, ad eiusdem viri sancti orationē, & manus impositionē in ciuitate prædicta infra triduum, q̄ ibi fecit, duodecim claudos erectos, mancos duos sanatos, quinq; cæcos illuminatos, loquelam reddidit mutis tribus, & decem surdis auditū. Aquæ sgranæ sede regia, dum in illa famosissima toto Romanorū orbe capella vir beatus missarum tolemania celebraret, claudum homini gressum, & cæcis quattuor visum sub manu eiusdē serui sui. Rex regū, & Dominus dominantū potenti virtute restituit. Eodem etiam tempore intra Leodiensiu fines, præter innumera alia, quæ breuitatis studio præterimus, iuxta oppidum, quod Fōtanus vocant, orate eo, aperuit Dominus oculos cæci nati. Huius non modo oculi cæci, sed et ipsæ quoq; palpebræ clausæ, & emortuæ erant. Quas sacratissimis digitis suis aperiens vir beatus, diuino munere & vigorem palpebris, & pupillis præstitit claritatē. Confessum deniq; idē puer, lucem miratus ignotam, maxima cum exultatione clamabat. Video diem, video omnes homines, video capillos, Plaudens quoq; manibus, & tripudians Deus (inquit) ex hoc iam non offendam ad lapides pedes meos. In vrbe etiam Cameraco celebranti missarum tolemania viro Dei surdum, & mutū à natiuitate puerū offerebant, quem audientē protinus, & loquentē, qui propius aderant, su per gradum ligneum statuere, vt de loco eminentiori nouo sermone populum saluaret. Nec mirū q̄ mira plebis deuotio, mira protinus vociferatio sit sequuta. Et hæc quidē super ijs, quæ in regno Germaniæ in manu serui sui mirabiliter operatus est Deus, è pluribus pauca sufficiant. Nam & in Hispanijs vbi præsens ipse nō fuit, sanctitatis eius indicia claruerunt. Cum enim fidelis seruus & prudens, preciosum dñicæ crucis fructum vndiq; colligeret, atq; iterū propagaret vbi que, cōtigit vt de filijs suis in Hispaniā mitteret, in illis quoq; sicut in ceteris gentibus, fructū aliquē habere desiderans. De quorū numero Albertus quidam faber in loco, cui nomen est Superadū, grauissima valetudine occupatus p̄ multū iam tēpus iacebat paralyticus in grabato. Interim per abbatē suum incommodum suū nunciat patri sancto, & vt sui miseretur exorat. Eadem autē die, qua

vir beatus in Claraualle pro eodem paralytico ad petitionem sui illius Abbatis orauit currente velociter verbo virtutis, & virtute orationis, ille in Hispania repente conuuluit tamquam vas plenum aqua suo sentiens capiti superfundit. Regressus siquidem Abbas cum predictum fratrem incolumen reperisset, diligenter seiscitatus ab eo modum, & tempus sue liberationis, certissime eoperit extante in Gallijs Dei famulo; illum in Hispanijs esse curatum. Et quia semel ad Hispanias vertimus styllum, illud quoque quod contigit de viro Dei reuerendissimo Petro Asturiensi episcopo, prosequamur. Is quidem Petrus nobili genere, nomenachus professione, pietate deuotus, in cenobio quodam, quod eo tempore ipse regebat, tam vehementi dolore capitis laborabat, ut nec regulam obseruare ieiunij, nec sine pelliceis posset pileis stare. Audiens autem celeberrimam virtutum famam, quae per Dei hominem efficiebatur, per quemdam fratrem legationem mittit suae supplicationis, & opere flagitat suae intercessionis. Cui vir sanctus lanicum quo ipse utebatur pileum misit, & promisit egro capiti de Domini virtute remedium. Suscepit ille missam sibi benedictionem maxima cum reuerentia, & deuotione. Constatens namquam solite potuit delicta sua, & stola sese iduens sacerdotali: ita demum velut Christi simbriam tangens, serui Christi pileum sumpsit, & imposuit capiti suo. Nec tardauit sibi fructus & benedictionis effectus, sed miratus, & ipse est celerem protinus sentiens medicinam, & ex tunc usque, hodie ab homini languore sanus, & incolumis annuntiat omnibus, quam experiri meruerit ipse, virtutem. Nam & episcopus factus xenia illa diuisit, partem mediam suis secum in serinijs honorificentissime ferens mediam in monasterio sub eadem veneratione deponens, nec locum, s. vnde vocatus, nec sedem cui praelatus est, volens tanta benedictione fraudari. Ex hoc nobis ad ea quoque quae mirabiliter egit in regione propria, redeundum. Nam in eo forte etiam plusquam propheta dici posse videtur, quod propheticus ei non defuerit honor, ne in patria sua quidem, Mussium dicitur villa super Sequanam fluiuium, paucis a Claraualle miliaribus distans. Ex hac virum hypochondricum ad Dei hominem adduxerunt. Cui manus imponens & orans, proprio quoque; cingulo tumentem enormiter vterum eius accinxit, praecipiens ut incolumitate recepta, praestitum sibi cingulum reportaret. Nec tardauit sanitas, sed

paulatim tumor abcessit. Denique circa vicinum diem gracilis, incedumisque reuerfus, cingulum simul, & gratias multas suo reulic curatori. Exeuntialio tempore monasterij claustra, senem paralyticum ex proximo viculo (qui Mundiulla dicitur) obtulerunt. Subsistens autem modice, & breuiter orans tetigit hominem & incolumen suis pedibus abiire praecipit. Quo abeunte, populus multus, qui in occursum viri Dei confluxerat, non sine lacrymis Dominum collaudabat, non sine deunti aliquando de via, praeforibus monasterij oblatu est puer surdus, & mutus. Exuens igitur tetigit linguam eius, & digitos immisit in aures. Protinus autem aurium eius obstacula facta de medio, & solutum est vinculum otis eius. Malem villa dicitur vicus tribus circiter miliarijs a monasterio distans. Hunc quandoque pertransiens vir beatus, maneam puellam tetigit, & curauit, quam nunc usque superstitem, & incolumem esse nuper accepimus. Per idem tempus in finibus illis apud castrum, quod nomen Burde montem, duo milites de beati patris virtutibus conferebant sed minus credulus alter, si hunc, inquit, sanauerit puerum, ex tunc firmius credam. Dicebat autem surdum quidem, & mutum, qui apud eos nutritus, nec locutus fuisse aliquando nec audisset. Postea paucos transeunte propius Patre sancto, ambo pariter puerum tollunt & offerunt ei. Praeposita igitur manu puero, & signatos illius, & aures allocutus est ei, & loquentem protinus, & audientem dimisit. Apud Rislelmum oppidum regionis eiusdem usque modo cernere est adolescentem Simonem nomine satis notum, qui praefato Dei famulo claudus oblatu est, & sub eius manu gressum recepit. Barrum super Albam dicitur oppidum tribus ut aiunt, leucis distans a monasterio Clarualis. Ibi quoque saepius per hunc hominem Dei diuinam virtutis opera claruerunt. Siquidem praeter ea, quae minus diligenter curauimus vestigare, quod omnis nostra curiositas signorum multitudine vinceretur, quattuor illic claudos ad ipsius orationem, & manes impositionem diuersis temporibus Christus erexit, caecos duos illuminauit, duobus aequie surdis & mutis auditum praestitit, & loquelam. Sed & iuxta alterum Barrum super Sequanam ad eius tactum illuminatus est caecus, conuuluit etiam paralyticus gressum recepit puer claudus ex vtero matris suae.

Cum reuerendissimus Papa noster Eugenius

genius tertius ex mo. i. Clauellensi, abbatē S. Anastasi, in vrbe Roma ad apostolicam assumptus cathedram, Gallias introisset, ibat eum q̄ vir sanctus, nec minus apostolica virtus in illo, quam in illo dignitas præconinebat. Tantus n. ad beatum virum concursus erat incommodis varijs laborantium, vt cum aliquādo summus Pontifex basilicam vbi ille missarum solēnia celebrabat deuotus intrasset, expleto sacrificio ex more accedētibus eis, qui curam desiderabant, passim inuadentem Papa compræteretur a turbis, & vix potuit per ministrorum manus educi. Ex plurimis sane, q̄ in eiusdem apostolici viri facta sunt comitatu, duo scribimus, quæ nos obliuisci ipsa quam vidimus magnitudo lætitiæ non permittit. Chaleta d̄r vicus inter Prouignum castrum & Sequanam fluium cōstitutus. Vbi puer ferme decennis ab anno priore paralyticus sic iacebat vt nec ipsum caput iecteret, nisi ab altero moueretur. Quem afferentes in culcitra mater eius, ceterique propinqui oferebant viro sancto prope eundem locum per stratum publicam transeunt. At ille signatum erigens statuit supra pedes suos, & ire præcepit. Nec mora, exiit puer, & ambulabat, magnificans Deum, qui tam diu sanctum profectus erat acutem, donec ille inuitum licet, & renitentem redire præcepit. Vbi nō immerito quidem magna admodū facta est admiratio, magna exultatio omnium qui viderant, sed præ ceteris frater iunior in ipso tamquā rediuiui oscula ruens, multos eorum ad lachrymas vsque permouit. Hunc quidē puerū, & post annos quattuor in eodem vico beato viro mater eius offerens sacros monebat osculari pedes. Hic est inquit, pater tuus, qui tibi vitam reddidit, & te mihi. Eodem anno apud Cisterciū iuxta morem abbatibus congregatis, prædictus Papa venerabilis affuit, non tam auctoritate Apostolica præsidens, quam fraterna caritate residens inter eos quasi vnus ex eis. Vbi cum ad cellulam in qua iacebat factio respiceret, & conuentu soluto Dei famulus diceret, surdum ei puerū obtulerunt. Erat aut puer ille de vicinia eadē, & sicut postea didicimus ex longo ante tpe vigilans in custodia gregis sui subito terrore percussus, amiserat profusus auditum. Orās naq; pater sanctus, & puero manus imponens, vt inuadiat seisciturus. At ille mira deuotione proclamans, audio dñe, audio, tam summes

plexatus est eū, vt uix ab eo posset auelli. Auditum est verbum, oblatu est puer summo pontifici, alijsque personis, celeberrimumq; hoc miraculum fuit. Venerat pater sanctus ad monasterium in diocesi Bisuntina cui nomen est Catus locus, & erat eū eo ex Abbatibus sui ordinis multi, vbi matrona quædam de finibus illis ex multo iam tempore elauda, in carro allata, & oblata est ei. Orans uerbo breuiter, & signans eam in nomine Dñi erexit, & sanauit, vt eadem hora incolumis remearet a propria. Eodē tempora in monasterio Moribundo, quæ est Cisterciensis ordinis Abbatia vna de primis, monachus quidam iacebat vsq; ad eam paralyti dissolutus, vt omnibus pene membrorum officio proprio destitutus, non manuum posset mouere, non pedem. Interea superueniens vir beatus paralyticum uisitat, manum postulatus imponit, & continuo op̄sensit ægrotus. Vt tamen gratius esset miraculum, velut gradatim prius alteram manū secundo alteram reuaparauit. Exinde profecturus pallio suo operuit postulantem, & subito in breui obtinuit etiam reuocum corporis sospitatem. In monasterio Albertæ monachus quidam adolefcens vsu uocis amiserat, vt nec psallere inrer fratres, nec à quoquam (nisi multum proximo sibi) intelligi posset, quod loqueretur. Cui vir sanctus dum idem monasteriū uisitare, aquam cum uino benedicens potum dedit, & post paululum frigidus ex eius pectore miram cūsuauitate sudor erupit. Deinde ipso die ab eodem incommodo liberatus psallere cepit quasi vnus de ceteris fratribus, & hoc illi beneficium vsque hodie perseuerat. Cū uenisset aliquando Pater Sanctus ad monasterium trium fontium, oblatu est ei clericus quidam, ex his, q̄ regulares nominantur, homo grandæuus & cæcus. Imposuit ei manum, & breuem ex more fecit orationem, & eadem hora uidentem illum renusit ad Ecclesiam suam. In Trecentium vrbe, multa per hunc Dei famulum miracula claruerunt. E quibus duo, quæ præsentibus episcopis Godefrido Lingonensi, & Henrico Trecenti facta sunt, memoramus. Puellam curuam in prædicti Trecentis episcopi domo, propinqui, & noti cū multis ei precibus offerebant. Tantus uero concursus erat, vt cum eam signatam Dei famulus, ac si molle lutum intra sacras manus mirabiliter formans exessisset, & erecta incedere p̄-

cepisset, locus non potuerit inueniri. Demū super mensam magnam, quæ prope posita erat, statuerunt illam, & erecta libere gradiebatur, magnifice Dñm collaudātibz vniuersis. Hanc quoque adhuc superstitem ab his, qui eam nouere, nuper audimus. In eadem vrbe filiam mutam patri sancto obtulit mater, cui morbus epilepsia loquendi ademerat facultatē. Nec mora, seuo Christi imponente ei manum solum est vinctulum oris eius, & loquebatur recte. In eiusdem vrbis digessi loco, cui nomē Domnamans, cū vir sanctus missarum solēnia celebrasset, cęcū illi filiū obtulit pater. Expuens ait in digitos suos, & palpebras eius linies, eadē hora videntem illū reddidit patri suo. Nec longe ab eodem vico apud oppidum Argilleras post missarum similiter celebrationem feminam claudā, quæ ibidē multo tempore mendica viuēbat, cum basilicam egrederetur, signans, & sanans, populū multum, qui vndiq; fuerat cōgregatus, admiratione, & exaltatione repleuit. In exitu quoque oppidi, q̄ Rosnauū vocant, paralyticum hominē sic extenuatum corpore vt solā cir cumferre videretur pallidæ mortis imaginem, impossitū plaustrum transeunti viro Dei offerūt. Is quoq; vbi signatus est, deponi, & incedere iussus, plaustrum suum suis pedibus incolumis sequebatur, vehementer stupentibus, & in Dei laudem exclamantibus vniuersis. Alio tpe proximum castrum Brenam transiens, obuiā habuit populum multum, sicut vbiq; semper, & vndiq; in ipsius occursum confluebat innumera multitudo. Vbi cernentibus cunctis, feminam claudam ex eodem oppido tetigit, & erexit, quam & ibidem postea vidimus occurrentē eicum ceteris, & præ ceteris gratias referentem.

In pago Senonico apud castrum quod Triangulum vocant, inter missarum sacra solemnia, femina cuius ibidem per annos decem cęcitas omnibus innotuerat, sub manu viri Dei mirantibus omnibus usum recepit. Apud monasterium quoq; vbi Yonna & Sequana cōfluunt, præsentē pijsimo principe Comite Theobaldo, alijsq; altantibus nō paucis potētibz viris, offerēti diuina sacrificia viro Dei paralyticam feminā obtulerunt, quam expletis solēnijs tangens & erigens, ipsa hora sanam remisit ad propria ita vt suis illa pedibus abeunte, grabatum, in quo fuerat apportata, in eadē basilica va cuum remansisse uiderimus. Eisdem quo-

que dicecensis castrum Louiniacum trāseuntē eidem famulo Christi, in strata publica cæcam scēminam offerebat: subitit, & breuiter orans eidem femine manus imposuit & Dominus aperuit oculos eius. Vt autē videre visā est, exultatio magna secuta est omnium, qui aderant, & clamātes alter ad alterū, Anna videt, Anna videt (hoc enim eidē scēminæ nomen erat) copiosius vndique confluebant. Interea vir sanctus accelerans declinabat turbas, & egrediebatur, cum iuuenis quidam altero oculo cæcus ab vtero matris suæ, secutus est, & consecutus est eum. Qui quidem & ipse continuo ob eius benedictionem visum recepit, & geminata est letitia populū prosequentis. Chableia nomen est vice qui insignem beati Martini basilicā habet. Nam & fundus ipse ad possessionem spectat Ecclesiæ Turonensis, & eiusdē gloriosissimi confessoris. Hunc vero vicum Dei famulo transeunti, claudum adolescentem populus offerebat. Quem ad eius orationē erectum protinus, & libere gradientem, ad prædictam B. Martini basilicam deduxerūt, magnifice Dominum collaudātes, qui Martini sui spiritum suscitauerat in Bernardo.

Capitulum V.

Nonnullas etiam sanitates, quas iamann fidelis seruis mirabiliter Christus effecit, per visum ei mirabilius præostendit, multas ipse cum fierent animi virtute persensit, ad aliquas etiam spiritu suggerente non rogatus accessit. E quibus ne videatur in immensum processisse narratio, exempla pauca subieciimus. Illud etiam è regione monētes, ne quis forte tam breuiter scribi opera tanta miretur. Siquidem multa ex his in tam breui fieri vidimus, vt tam celeriter ea proloqui nequeamus. Et cum dici soleat nihil esse facilius dictū, huic tamē Dei famulo per gratiam, quā accepit, signa facere magis faciliē videtur, quā nobis facta narrare. Egredienti aliquando monasterium patri sancto, homo quidam de sinibus illis occurrens, sanandum filium offerebat. Nam intra monasterium quidem infirmis imponere manum difficilius acquirēcebat, sic videlicet si concursus illic hominum fieret, quies cœnobij turbaretur, & disciplina periret. Erat autem prædictus puer ille fatuus, & mentis inops, claudus quoque, &

furdus & mutus. Qui eodem hora per ipsius orationem, & manus impositionem, ab omni sordis incommodo liberatus audiebat, loquebatur & ambulare, & sanæ mentis effectus à priori penitus inquietu sine & furore cessabat. Cuius cum de iam incolumè filium pater deuotus ad oratorium beata Dei genitricis cum gratiarum actione deduceret, loquebantur mutuo fratres, de tam multiplici vnus incommodo pueri conquiritentes. Ad quos pater sanctus flagellum, inquit, Dei erat, & maligni spiritus diu vexatio. Vidi enim nocte præterita hoc eodem in loco, erat autem iuxta fluuium Albam vbi sanatus est puer, hic, inquit, vidi oblatum mihi puerum talem, excute ab eo spiritu nequâ, omnem protinus recipere sospitatem, vsuque membrorum. Addit etiã vi beatas, de eadem scilicet visione. Cumque paululum processissem in eodem itinere, quo nunc pergimus iuxta proximũ vicum, dicebat autem de eo, quem nominant Longum campum, offerebatur mihi puella clauda, & Dominus ei gressum reddebat. Audierunt & mirati sunt fratres, futuri magis attoniti expectatione miraculi, quàm recordatione præteriti. Quid enim vniquam simile mundus audivit? Ventũ est ad locũ, inuenta est ibi protinus puella clauda, expectans Deum nomen transiturum, & à simul trãseũtibus iuxta verbum, quod ipse dixerat expectata. Oblata igitur ab eis qui attulerant eam, signata ab homine Dei, ex Dei munere gressum recepit, & ibat gratias agens. Anno altero causa exiit vi vir sanctus Lingonas peteret, inter episcopum & clerum ciuitatis illius orta graui admodum similitate. Vbi cum prima die inefficaciter laborasset, & mane factò pararet abire, dicebat fratribus, quia vidi per visum noctis introcũti mihi Ecclesiam offerri claudam feminam, & sanari. Post vnã fere horam cum iterum clerici conuenissent, præter spẽ omnium reformata pace, multis precibus coegerũt illũ beati Mammetis martyris intrare basilicã, & quia fames inualuerat, populum ad elemosynam exhortari. Vbi inter loquẽdum (sicut prædixerat) oblata est ei clauda mulier, & erecta, mirantibus quidẽ omnibus, sed eis amplius, q̄ sicut videbãt factũ, ita sese recordabantur audisẽ futurũ.

In pago Treuerensi antiquum extat conobium, quod Rutinense vocatur: vbi celebrante aliquando missarũ solẽnia viro Dei, innumerabilis aderat multitudo, Inter ea

Guntrannus de Sura, quod est oppidũ eidẽ proximum monasterio, claudam feminam fecit afferri. Hęc ex multo iam tempore repens humi erigi penitus nõ valebat, sed scabellula tenens manibus, renes emortuos post se trahere consueuerat. Cum autẽ præ multitudine populi ad Dei hominem introduci femina nõ valeret, in basilica media repẽte conualuit, & exiliens ambulabat, non sine lacrymis agens gratias Deo. Cuius scabellula populus iubilaus tulit protinus ad altare, vt siterent ea Domino, & Bernardo seruo eius. De cuius nobis curatione cõfessus est pater sanctus quod præcedenti nocte sibi præoltesa fuisset. Videbatur enim sibi in eadẽ basilica in medio populi circumstantis clandestinus, & ignotus eiusmodi feminam tangere, & trãsire, ac protinus eadem videre sanatã, plurimum sibi ipse congratulã & exultans, quod agnitus nõ fuisset. Eadem etiam die rutilauit Rutinũ in beati viri præsentia lux cœlestis, cuius benedictio alijs quoq; claudis duabus sceminis gressum, visum reddidit cæcis æquẽ duobus. Sæpissime vera contigit, vt inter orandũ indubitanter Dei seruos agnosceret virtutem adesse diuinã. Cuius tamẽ modũ cognitionis, nullis se posse verbis exprimere ferebatur. Nonnumquam vero cum signasset aliquos, & trãisset, sanatos esse dixit, & regressus aliquis ex his qui audierant, sicut dictum erat, inuenit. Egressus aliquando Basileam urbem, surdũ quemdam signauerat, & transferat. Cumq; paululum processisset, vocans Alexandrum Coloniensem: reuertere, ait, quære vtrum audiat homo: redijt ille, & illum reperit audientem. Similiter ipso die cum signasset alium cæcum altero oculo, & abiret, Deus, inquit, aperuit oculum eius. Hoc etiam prædictus Alexander cum ad inquirendũ reflexisset iter, ita esse cognouit. Iste est Alexander, qui in eisdẽ diebus ad viri Dei sacra monita, ostensionemque virtutum cum alijs ferme triginta sæculo valescit, & secutus est eum. A quo etiam post modicum tẽpus Abbas est ordinatus in monasterio Tholosanæ diœcesis, quod Grandisilua vocatur.

In Constantiensi quoque diœcesi prope castrum Frieburg cum homini cæco in via manum imposuisset, remisit qui videret eũ, & inuentus est videns. Quod de duobus alijs cæcis in plago Colonienfi prope monasterium, quod Brauillare dicitur, similiter fecit, & cum videre nunciarentur, confessus est se

est se quoque sensisse virtutem. In territorio etiam Senonensi in oppido, quod sancti Florentini nomine vocant, oblata est viro Dei mulier surda, cui manus imponens per spiritum sensit virtutis effectum, cum illa adhuc stupida, & tumultuosa (ut est genus illud) & ut ipsa ante solebat, nihil se audire clamaret. Mane autem facto, cum nec illa rediret, nec alter aliquid iudicaret de ea, sciens sanctus diuinam illi misericordiam affuisse, accersiri foeminam iubet. Inuenta igitur auditum recepit, venit glorificans Deum, & Dei famulo gratias agens. Egrediebatur idem pater Metensium ciuitatem, & ex more deuotus eum populus deducebat, cum episcopo eorum Stephano, & fratre eius Reinaldo Barrensi comite, alijsque personis tam ex clericali, quam ex militari ordine multis. Interim causa exitit ut rogaret nobile virum Henricum de Salinis super verbo quodam, quod ipse ei episcopus, & alij, qui conuenerant suggererent: ut videlicet Metensi ciuitati, & populo pacem sciret, cui grauius inimicabatur. Ille vero renuere penitus & abiurare, nec ullis precibus flecti. Inter haec superuenientes alij offerebant beato viro hominem surdum, obsecrantes, ut ei manum imponere dignaretur. At ille fidei zelo succensus, sicut interdum ob causas necessarias terror quidem, & auctoritas supra hominem in eius facie rutilabat, conuersus ad militem: tu nos, inquit, audire contemnis, quos continuo coram te audiet surdus: & imponens manus homini, signauit eum, & in aures eius digitos misit. Quo protinus audiente, pauens Henricus, & tremens ruit ad pedes hominis Dei, humiliter satisfacens & liberè annuens quidquid fuerat postulatus. Transiens aliquando seruus Christi Brenam oppidum, mendicantem in platea vidit foeminam caecam. Quam aliquantisper intuitus, cum ex more à transeuntibus eleemosynam flagitaret: tu inquit, petis argentum, & Deus tibi visum donabit. Accedens ergo tetigit eam, & oculus eius aperuit. Quae beneficiū sentiens in speratum, non minus misericordiae magnitudinem, qui lucem insolitam mirabatur.

Inter primas propaggines quas haec abundantissima vitis emisit, in Remorum parocchia monasterium Igniacense plantatum feliciter radicauit. Quod aliquando visitans idem sanctus, vicum Maternae fluuio proximū, quem Rioulium nominant, pertraiebat. Vir quoque magnificus, & deuotissimus eius amator Sancti Remorum archiepiscopus conuocatus

illum, solita veneratione deducens. Senex autem claudus ad mendicandum positus erat in via, cui vnus de fratribus eleemosynam dedit. Secutus Abbas sanctus, eum tam nomen pertransisset, conuertit se: & patrisper intendens in eum, quid patiat interrogat circumstantes, & sibi illum praecipit exhiberi. Suspiciati homines pro esset ei amplius aliquid ipse daturus: Dñe, inquit, claudus est, nec moueri potest, nos ad eum feremus quod uoueris dare. Quo respondente verbum, & dicente tollite eum, & afferite ad me: primo quidem pra admiratione mutuo sese intuebatur, ignorantibus quid esset facturus. Demum agnoscentes eum, clamabant adiuuicè, Abbas est Clarauallis, & protinus illum sanabit. Nimirum solitus erat quoties poterat operam dare ne in vicis agnosceretur, & interdicere focijs ne cui ex occurrentibus manifestaret eum, aut de eo aliquid loqueretur, sed quaerentibus quis transiret, diceret monachos esse, aut aliquem de personis simul euntibus nominarent. Igitur agnito Dei famulo ruunt vndique, & leuantis hominem ferunt & offerunt ei. Qui imponens utraque manum capitulum eius, & in caelum suspiciens, ac breuiter orans, deponi illum iubet, & ambulare. Excusante eo, & dicente, non possum ego tibi ait, in nomine Domini, & eius virtute praecipio, vade & sanus esto iam ab hac hora. Quid plura? Statim depositus, statim sanatus est, statim liberè gradiebatur repletus stupore, & extasi in eo, quod contigerat sibi. Sed & vicini eius & noti pariter congratulantes Domini collaudabant, qui miserabilis hominis, & meritum simul, & votum abundantiam suae pietatis excessit. Vnde etiam vsque hodie locus ab incolis demonstratur vbi signum tam euidentis diuinae virtutis affulsit, vbi fenex claudus ex multis annis tota inferiori corporis sui parte per mortuus, & à renibus deorsum omni prorsus membrorum destitutus officio, dum stupore postulat, sanitatem recepit. Hic fuit viri sancti nouissimus in Remorum partes ingressus: siquidem factum est hoc ante sacram eius depositionem corporis anno vno. De qua felicitate eius actuum felicissima consummatione erit nobis iam, sed sub alia narratione habendum. Nimirum fallitur si quis arbitrat huius sanctissimi viri facta miracula posse certa narrari, & tam necesse est multa sleri, quam impossibile omnia comprehendere.

Explicit liber secundus, qui est quartus.

INCIPIT LIBER TERTIVS,
EX I ET QVINTVS.

Capitula Libri Quinti.

Cap. I.

Vod S. Bernardus transitum suum
proficiit, & de pace Metensium,
& successum ibidem factis. Cap. 2
transiit Clarauallembus nunquam se
eis aliquando defuturum, & quo modo,
& quo anno transierit, & quo regnante
rege. Cap. 3
De revelationibus, & miraculis post eius
transitum factis.

Capitulum primum.

Um post multos iam labore Domi-
nus dilecto suo Bernardo Clare-
uallensi Abbati, diu desideratum
preciosa mortis somnum dare disponderet,
& fidelem seruum in requiem introducere
suam; cepit magis ac magis promptus in
ipsum proficere spiritus, caro infirma defi-
ceret. Cognosceret enim vir sanctus prope
esse iam brauunt, solito currebat alacrius,
& terrestris suae habitationis dissolutionem
sentiens imminere, votis vberioribus aspi-
rabat ad habitationem ex Deo, domum
non manu factam aeternam in caelis. In cuius
purissimo pectore sacri sese desiderij flama
non capiens, crebris erumpebat indi-
cij, & ignitum eloquium vehementer fer-
uoris interni vehementiam declarabat, si-
cut in sanctis animalibus per prophetam
inter cetera describuntur scintilla quasi as-
pectus aeris candentis. Corpus lectulo decu-
bens varijs exercebatur incommodis, ani-
mus tamen nihilominus liber, & potens,
que desiderant exercebat inuictus, non ces-
sans in medijs quoque doloribus meditari
sacrum aliquid aut dictare, orare actuosius,
fratres studiosius exhortari. In oblatione
hostiae salutaris, quam vsque ad defectum
vltimum vix aliquando intermisit, artus sibi
vix coherentes vigore spiritus sustentabat:
semetipsum pariter offerens acceptabilem
hostiam Deo in odorem suauitatis. Quo
tempore ad auunculum suum Andream mi-
litum templi, qui & regionis Hierosolymi-

tanæ maxima columna habebatur, episto-
lam scribens inter cetera ait. Ego eam de-
libor, nec puto me longum facere super ter-
ram. Cum adhuc sanctus in suo Claraual-
lensi cenobio licet lectulo decubans cursum
vitæ viriliter consummaret, grauis admo-
dum plaga Metensi populo superuenit. E-
gressi enim in multitudine graui aduersus
vicinos principes, à quibus præter morem
laceffitam se esse tanta ciuitas indignabatur,
tradii sunt multi in manus paucissimorum.
Conclusi denique inter Frigidi montis (sic
enim eum appellant) & Mosellæ amnis
angustias, ac mutuo sese impetu collidentes,
vna hora (sicut dicebatur) plusquam duo
millia corruerunt, quidam gladijs trucidati,
plures amne submersi. Vehementi igitur
indignatione concepta, nobilis illa ciuitas
totis ad vltionem viribus parabatur, cum è
rgione aduersarios quoque & fortiores
præda copiosa, & audaciores fecisset euen-
tus. Imminebat totius provinciae certa
vastatio, cum venerabilis eorum metropo-
litanus Illinus archiepiscopus Treuerensis,
dolens anxie de præteritis, sed adhuc gra-
uiora formidans, vnicum in tanta necessi-
tate refugium petit, & expetijt virum Dei.
Veniens ergo Clarauallem, ipsius atque
omnium fratrum vestigijs tota humilitate
prostratus, rogabat & obsecrabat vt se tan-
tis dignaretur opponere malis, quibus alter
nemo posse modum ponere videretur. Do-
minus ante, sicut semper fidelis serui sui di-
rexerat vias, & in præcipuis quibusq;
aptissimo vsus fuerat instrumento, ex pau-
cis ante diebus ægritudinem corporis eius
aliquatenus releuaret. Quibus diebus cum
ad litteras venerabilis Hugonis Ostiensis
episcopi rescriberet, ait. Verum est quod
auditis. Infirmatus sum vsque ad mortem,
sed interim vt sentio reuocatus ad mortem,
atque hoc vt me sentio non diu. Vitam
quippe mortalem, mortem magis, quam
viram reputans, non à morte, sed ad mor-
tem reuocatus se sentiebat, cum ab exitu re-
uocaretur, licet sentiens haud diutius reti-
nendum. Quod quidē sapius erga eū prouidi-
dentia

dentia diuina disposuit, in cuius manu erat
 ei placita anima illius, vt quoties eum gran-
 dis aliqua necessitas euocaret, vincente om-
 nia animo vires corporis nõ deessent, mirā-
 D tibus, qui videbat eum, & robustos homines
 intolerantia superare. Expletis namque ne-
 gocijs velut in se rediens, multiplicibus in-
 firmitatibus laborabat, vt vix viuere feriat-
 tus, qui occupatus deficere nesciebat. Cui
 in opere nouissimo tam manifeste tamque
 magnifice diuina affuit virtus, vt ex labori-
 bus vires capere videretur. Accidit autē cum
 in prædicti Mosellæ fluij littore residenti-
 bus, hincinde partibus mediator fidelis ro-
 garet, quæ ad pacē erāt, vt pars altera, ex tan-
 ta siquidē hostiū strage ferocior, quod exi-
 gebatur obstinata animositate renueret. Su-
 bito denique tamquā agitati furij discesse-
 runt, virum Dei insalutatū, solā vero ceteris
 omnibus relinquētes desperationem pacis.
 Nec sane ex contemptu aliquo, sed ex metu
 reuerentiæ eius iniere fugam: siquidem vē-
 rebatur, ne præsentium mentes (quamlibet
 improbas) facile flecteret, minus considerā-
 tes, quid ille per spiritum nusquam absentē
 posset etiam in absentem. Iā conuētus in ma-
 gno turbine soluebatur, sola vtrinque medita-
 bantur arma, sola inibant consilia malignan-
 di, cū vir sanctus eos qui secū venerant con-
 solatur fratres: ne turbemini, inquit, licet e-
 nim per multas difficultates, omnino tamē
 pax desiderata proueniet. Quibus etiam vn-
 de id nosset innotuit dicēs: Videbar mihi p
 nocturnū soporem missam celebrare solem-
 nem. Cumque expleta paulominus oratio-
 ne prima recordarer angelicū ex more cāti-
 cum (id est Gloria in excelsis Deo) præcedere
 debuisse, erubui, & quod oblitus omiserā cā-
 ticum inchoans, vobiscum pariter ad finem
 vsque compleui. Iam medium noctis trāsie-
 rat, cum vii sanctus de prædictorū pœnitū-
 dine principum legatione suscepta, iucundē
 salus cōuersus ad suos: agnoscite, ait, promif-
 sã nobis canendã gloriã, & cātici pacis præ-
 paratione. Interim ergo partibus conuocatis,
 E per dies aliquot de pace tractatum est, &
 ob maximas difficultates occurrentes vtrin-
 que sæpius desperatū, nisi q̄ omnes iã cōso-
 labatur q̄ omnibus innotuerat Abbatis san-
 cti tā certa de reformandã pace pmissio. Nec
 parum ipsa dilatio profuit, his præsertim qui
 varijs incommodis laborantes remedia con-
 sequebantur in carne, seu etiã, qui videntes
 adhibebatur in fine, Tantus enim conuē-

sus erat, vt multitudinē pariter atq; impor-
 tunitate sua ipsum quoque negocium cōpo-
 nendæ pacis pene desperabiliter impediret,
 donec quæsita tãdem in medio flumine in-
 sula, partis vtriusque primarij in nauiculis
 accesserunt. Vbi compositis omnibus secun-
 dum q̄ fidelis arbiter diffiniuit, datis sibi in-
 uicem dextris reconciliati sunt in osculo pa-
 cis. Inter omnes sane, quas per manum ser-
 uij sui ibidem præstitit Dominus sanitates,
 celeberrima fuit cuiusdam curatio mulieris.
 Hac ab annis octo pessima ægritudine labo-
 rabat, vehementi tremore, & valdis moti-
 bus vniuersã pariter membra concutiens.
 Cum autem videretur grauioribus ortis dif-
 ficultatibus propemodum excidisse spes pa-
 cis domino disponente venit mulier ita tre-
 mens, nec minus horribilis, quam miserabilis,
 & omnes pariter ad spectaculum conue-
 nerunt. Orante denique Dei famulo, sub
 oculis omnium pauatim cōcussione sedata
 perfectam ad epiã est protinus sospitatem.
 Quæ res in tãtam admirationem etiam du-
 rissimos quoque permouit, vt percutientes
 pectora sua, per horam fere dimidiã cum
 lacrymis acclamarent. Tantus denique factus
 est impetus, & concursus procidentium,
 & deosculantium viri Dei sacra vesti-
 gia, vt prope modum comprimerentur, do-
 nec tollentes eum fratres, & imponentes in
 nauiculam à terra modice subduxerunt.

Cumque accedentes ad se principes (vt
 cœperat) pro pace rogaret, suspirantes dice-
 bant: Oportet nos libenter audire eum
 quem (vt ipsi cernimus) Deus diligit, &
 exaudit, & audit eo multa facere, pro
 quo tanta facit in oculis nostris. Quibus
 ille (vt semper cautus erat competeter hu-
 iusmodi gloriã declinare) õ propter me,
 inquit, sed propter vos facit. Simili quoque
 miraculo & in simili opportunitate, ipsa e-
 riam die Metesum animos Dominus inclina-
 uit ad pacē. Ingressus enim sanctus Me-
 tensium ciuitatem, episcopum simul & po-
 pulum ad ea, quæ pacis erant, vehementer
 vrgebat. Grauius autem vrgebat illos vul-
 nus acceptum: quibus enim valide satis re-
 ponere cogitauerant, secus quàm vellēt re-
 mittere cogebantur. In ipsa hora oblata est
 ei mulier paralytica, de ciuitate eadem. Cui
 manus imponens, & orans, dignatus est pal-
 liolum quoq; propriū quo vrgebatur ipse, su-
 perextendere ei, tenendumq; episcopo tra-
 dere prope altanti, & sub eodem venamine
 debi-

G debilia tangere membra. Expleta autē oratione, & benedictione data erexit illam: o m nibusq; mirantibus per medium illorū incolumis ibat, quam attulerāt in grabato. In flumine quoq; Mosella dum ob intolerabilem concurrentium multitudinē vir beatus nauicula ueheretur, viuis ex his, qui curati desiderabant cæcus clamabat in littore obsecrans, vt duceretur ad eum. Cumq; ille iam petransiret, audiens homo nauigārem post eū in nauicula altera piscatorem, dissimulatā protinus chlamydem, qua erat operatus, porrigens dabat illi, vt in nauicula reciperetur. Factum est, & vt peruenit ad sanctū, iuxta suā fidei magnitudinē magna velocitate sub manu eius visu recepto miratus clamabat videre se colles, videre homines, videre arbores, & cetera vniuersa. Paucis ab eodem loco milliarijs distat cœnobium, quod sancti Benedicti noīe vocāt. Vbi puer claudus, & à renibus infra omni profus membrorum desitutus officio, solis ad mouendū manibus utebatur, & renibus, pedes emortuos post se trahens. Quem ex Burgundia partibus pater aduectum ante annos quattuor ibi reliquerat, & ex tunc fratrum elemosynis alēbatur. Itaq; cum beati patris aduentum, & virtutes quas Dominus operabatur in ipso, per omnem circa prouinciā celebris fama vulgaret, impositum plaustro eūdem puerum fratres prædicti cœnobij adduxerunt ad eum, rogātes vt solita pietate misero subueniret. Acquieuit imposuit manus, orauit, & eadem hora sanum reddidit, firmiter stātem, firmiter ambulātem. Denique sicut ab eiusdem loci Abbate nuper accepimus, vsque hodie fratrum pecora idem puer incolumis sequitur & custodit, & si quis desiderat scire, Ioannes est nomen eius. Alter etiam claudus in eiusdem monasterij vicinia degens, eodem tempore ad prædicti patris sancti benedictionem sanatus est, & gressum recepit. Sed & prope Leucorum urbem, loco cui nomē est Gunderuilla, idem vir Dei feminam cæcam illuminauit sub oculis plurimorum, qui de tota contulerant regione. Ceterum nimis difficile, aut omnimodis impossibile foret itinēris illius magnalia vniuersa cōplecti. Sed neq; propositi nostri est eiusmodi modo prosequi signa, & narrandis virtutū operibus operam dare. Hic. n. viarum tuarum pater dulcissime finis beatus, & hic labor vltimus fuit. In hoc opere non minus vtili,

quam difficili, nec minus desperatē, quā necessaria pacis, labores tuos gloriose compleuit, qui magnifice semper honestauit te in laboribus tuis, te in suo nomine, & nomen suum in te glorificans, Rex gloriæ Dominus Deus tuus.

Capitulum II.

AT expleta Metensium reconciliatione, & prouinciæ illi pace reddita Abbas sanctus ad monasterium redijt, graui admodum, namiamq; deficiētis incōmodo corporis occupatus, in tanta animi suavitate, & dulcedine spiritus quotidie propinquabat ad exitū, ac si in portu nauigās paulatim vela deponeret. Euidēter quoq; fratribus aiebat: Hæc sunt verba, quæ loquebar ad vos cū præterita hyeme ægrotarem, non vobis esse, quod adhuc timerētis, astate proxima imminere me mihi credere huius corporis dissolutionem. At quam euidenter propitius didicimus experimēto, quod de sanctis apostolis euangelia sacra testantur, quod dum suam illis prædiceret Dominus passionem, erat verbum absconditum ab eis, & capere non valebant. Nimirum quod tam vehementer horrebat animus, minus facile persuadebatur vt crederet, presertim cum & ipse compatiens filijs eiusmodi verba supprimeret. Ceterum factis quodammodo clamans, opera consummaui, quæ dedit mihi pater vt facerē, magis ac magis actus omittere, affectus retrahere, & sacrorum funibus desideriorum sedula intentione præcæcis, vicino iam littori harere firmius, & cōmodius applicare. Denique cum venerabilis antistes sedis Lingonicæ Godefridus de quibusdā eum sollicitaret agendis, & miris apponere animum miraretur, ne mireris, inquit, ego enim iam non sum de hoc mundo. Videns autem pater sanctus compassiōnis & misericordiæ visceribus affluens charissimos sibi fratres, & filios miserabiliter admodum tabescentes, & arecentes præ timore, & expectatione superuenientis dissolutionis grauissimæ, & lamētabilis orbitatis, dulcissimis eos consolationibus resouebat. Et monens eos in tuto diuinæ clementiæ sinu spei, fideique suæ ancoram per inconuulsibilem caritatem firmius radicare, se quoq; promittebat nec post mortē aliquando desaturum. Propensius autem, quā

nosceri queat exprimere sermo, rogans obsecransque per multas lacrymas, timorem Dei, & sacre puritatis, ac totius perfectionis amorem nostris imprimere animis conabatur. Sed & monebat, & cum lacrymis obtestabatur, vt si quid forte virtutis, aut exemplo nobis aliquando commendasset, aut verbo, id emularemur, id firmiter teneremus, & proficeremus in eorundem verbis, sed eodem spiritu illud apostolicum loquens: rogamus vos, & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo vos oportet ambulare, & placere Deo per omnia, sic & ambuletis vt abundetis magis. Atque vtinam tam efficaciter persuaserit, quam affectuofe suasisit. Modum autem aegritudinis eius, si quis posse desiderat, exstat epistola, quam ad amicum quemdam paucissimis diebus ante sacram à nobis perfectionem suam ipse dictauit: quam nimirum huic nostre narrationi duximus inferendam, quod videlicet etsi aliena quoque de ipso, amplius tamen nos ipsius de se verba delectent.

Epistola ad Arnaldum Bonauallis Abbatem, qui & quedam xenia mittens, de Valetudine eius fuerat sollicitatus.

L



*V*scipimus caritatem vestram in caritate, & non in voluptate. Quia enim voluptas, ubi scilicet totum vendicatur, ritudo? Nisi quoddam solū nihil comedere, utcumque delectabile est. Somnus recessit à me, ne vel beneficio sopiti sensus dolor umquam recedat. Defectus stomachi, fere totum quod patior est. Frequenter in die, & nocte exigit confortari modico admodum qualicumque liquore. Nam ad solidum omne inexorabiliter indignatur. Hoc parum quod dignatur admittere, non sine graui molestia sumit, sed timet grauiorem se sese vacuū omnino dimiserit. Quod si plusculum quid interdum admittere acquiescat, id grauissimum. Pedes, & crura intumuerunt, quemadmodum hydropici contingere solet. Et in his omnibus ne quid lateat amicū de statu amici sollicitum, secundum interuicem hominem (vt minus sapiens dico) spiritus promptus est in carne infirma. Orate saluatorem, qui non vult mortem peccatoris, ut tempore peccatorum iam exitum non differat, sed

custodiat. Curate manire votis calcaneum nudum meritis, vt is, qui insidiatur, inuenire non possit unde figat dentem, & vulnus infligat. Hac ipse dictauit, se me habens, vt per notam vobis manum agnoscatis differtur. Hoc exemplar epistolæ, quam vt nos diximus, & ipsa quoque eundem verba declarant, pater sanctus exitu iam imminete dictauit. Et cuius tenore possit nimirum diligens lector sacri illius, vel ex parte aliqua peccus agnoscere, quanta illi in ipsa sui ruina corporis, tranquillitas mentis, serenitas animi, suauitas spiritus: quanta sub fluctu culmine radix humilitatis. Sed & nostros et inter hæc animos, aliquatenus æstimare hæc sibi exhibere licebit, vultus exangues, singultus graues, crebra suspiria, anxias cogitationes. Nimirum cum thesaurus tantus, & tam amabilis adhuc nobis esset in manibus, & tam nec spes esset diutius retinendi, nec facultas pariter commendandi. Nec lugendum nobis vllatenus super illum, qui in gaudium Dñi Dei sui feliciter inuaitus intrabat, sed super nos vtrique: quibus erat iam vita tadio, & adhuc mors timori. Iam enim tibi ferue bone, bonum illud euge dicebatur à bono Domino: sed nostra grauis erat in hac separatione conditio, post misericordiam tuam horrore magis tenebras subintrantes, post aurea sæcula grauius ferre ferret, quod successit. Igitur ante patris huius excelsum accedentes ad eū filii, quos per euangelium genuerat, plurimum eius animam lacrymabili supplicatione pulsabant, & hæc atque huiusmodi loquebantur. Numquid non miseris huic monasterio pater? nūquid non cōpateris nobis, quos tanto pietatis affectu maternis lactasti vberibus, paterna consolatione fouisti? Quomodo sic exponis labores tuos, quos in loco hoc laborasti? quomodo tam dilectos hæcenus filios sic relinquis? Tūc vero flens ipse cū flentibus, & eorum oculos in cæli porrigens, ac mente tota apostolicum illum concipiens spiritum, testabatur coarctatum se à duobus, & quid eligeret ignorantem, diuinæ totum tribuere arbitrio pietatis. Nam & hinc paterna illum urgebat caritas filiorum votis annuere, vt maneret, & inde trahebat Christi desiderium vt migraret. Cui tūc ab eodem iam atque altius radicatum in pectore eius humilitas persuaserat, vt ex intimo cordis affectu seruū inutile se esse diceret, & arborē sterilem reputaret, ex cuius vita nullus sibi fructus, nullus aperi, cui

quærit

quam proueniret. Nā & solitus erat in fami-
liari colloquutione fateri, vix credere se ho-
minibus. Sic eū sibi vtilem crederēt, vt di-
cebant. Sed nec parū sese in suis super hoc
cogitationibus perhibebat aliquando susti-
nuisse cōsidium, quod nec tā veraces homi-
nes fallere velle, nec tam prudēs falli posse
varianis videretur, cum alterutrū excusa-
re non posset. Quem n. totus mirabatur or-
bis, solus ipse (quod erat mirabilis) non vi-
debat, suæ videlicet operationis opinionis
v. splendorem, sicut ille quondam vir sim-
plex, & rectus nec solem, cū fulgeret, nec lu-
nam incedētem clare vidisse se memorabat.
Nouissime cū exterioris habitaculi vndique
iam soluta cōpago, desiderantia animæ libe-
rū præstaret egressum, magnus ille dies illu-
xio, quo perpetuus illi ortus est dies. Ad cu-
los exitum vicini episcopi cum Abbatum, &
fratrum copiosa multitudo fuerāt cōgre-
gati. Hora autē diei pene tertia singularis
lucerna suæ generationis sactus, ac vere bea-
tus Abbas Bernardus à corpore mortis in
terrā viuēntium feliciter Christo duce mi-
grauit. Inter filiorū manus circumstantiū: &
inter graues ungultus, ac lacrymas vberes
vtenq; psallentiū choros, ad multorū, quos
ipse præmiserat, gregis transiens et tabūdos
ad sanctorum cū eos gratulantes, ad obuia
agmina angelorū. Felix anima, quā sic leua-
bant excelsa suorum priuilegia meritorum,
quā sic pia filiorum prosequēbātur inferio-
rum vora, sic quoq; superiorū desideria sa-
era trahebāt. Felix illi, & vere serenus dies,
quo plenus ei meridies Christus illuxit.
Dies cūctis vitæ suæ diebus tantis ab eo ex-
pectatus desiderijs, expetitus suspirijs, fre-
quentibus meditationibus, orationibus præ-
munimus. Felix transitus de labore ad refri-
gerium, de expectatione ad præmium, de ago-
ne ad brauiū, de morte ad vitam, de fide ad
notitiam, de peregrinatione ad patriam, de
mundo ad patrē. De quo transitu eius mul-
ta nouimus apparuisse quā multis, & quidē
nō indigna relatu, sed difficile nimis singu-
la vestigare, & scribere omnia nimis longū.
Nā, & vsque modo multifarie multisque
modis paternus erga filios amor, vore etiā
nunc, immo nunc verius viuens quæris re-
uelationibus eorum dignatur solari lacry-
mas, releuare mæstitiam, vt quod dulcius ei
gaudent minus anxie doleat sibi. Si qua tñ
ex his manus prolixā desiderantia narratio-
nē lectos scire desiderat, proprio magis, &

nouissimo credimus reseruanda capitulo.
Interim cetera prosequentes, quanta possū-
mus violentia animos auertamus ab illo tā
gravi gemitu, & rugitu, quo nimirū grex mi-
serabilis pastore migrante personuit. Par-
camus paginæ, & quantū possumus stringa-
mus oculos, palpebras cōplodamus aduer-
sus lacrymas, quibus in illo suæ claritatis
abscessu vallis nostra fluebat, Ecclesie protin-
us vniuersæ calicē sui p̄opinatura maro-
ris, cui hæctenus cōsueuerat stillare dulcedi-
nē, gaudia fundere, fluere cōsolationes. Cū
fidelis minister, & sacerdos altissimi felici-
ter ingreditur in locū tabernaculi ad mira-
bilis, ad altaria Dei, sacræ ei acceptabilē ho-
stia sui spiritus oblaturus: corpus ē rite pa-
ratum, & ornātū sacerdotibus indume-
ntis, oratorio beatæ Dei genitricis infertur.
Plurima quoq; nobiliū, & ignobiliū de vici-
nis quibusq; locis gemebunda protinus tur-
ba conuenit, & vallē totam ploratus, & vlu-
latus multus implebat. Amarius tamen pro-
foribus monasterij lamentabatur sexus mi-
serabilior mulierū, quod accedētibz ad bea-
ta vestigia viris, monastici ordinis discipli-
na inexorabiliter eis ēt tūc negare ingres-
sum. Biduo mansit in medio gregis pastor
extinctus dum pristina illa dulcissimi gratia
vultus nil minorata, sed aucta magis, oīum
in se figeret oculos, animos traheret, sepe-
ret affectus. Crescebat autem supra modū
ruens vndiq; populū multitudo, & intolera-
bilis iā fiebat impetus concurrentiū, ac de-
siderabiles tenentiū pedes, osculantium ma-
nus, applicantiū panes, baltheos, nummos,
& alia quæq; seruanda sibi pro benedictio-
ne, & varijs necessitatibus profutura. Maxi-
me aut parati in diem tertium solemnē per
loca proxima præstolabantur reponendū sa-
cri corporis eius horā, copiosius vndiq; cō-
uenturi. Nā, & secunda die tantus circa me-
ridiē populū fuerat congregatus, & tanto
pietatis zelo stipati vndique sacrum corpus
obsederant, vt nulla pene episcopis reuerē-
tia, nulla fratribz haberetur. Vnde veriti
ne quid simile, aut forte grauius accideret
die tertia, præoccupantes horam, & mane
diuina ex more sacrificia consummantes, si-
cut, & biduum iam in celebratione missarū
& iugi fecerant psalmodia, purissimum il-
lud balsamum suo vasculo commiserit, in
lapide reponentes lapidem pretiosum, opti-
mam margaritam. Consummatis ergo fe-
liciter vitæ suæ diebus, & annis circiter 63.
expletis.

expletis, dilectus Domini Bernardus Clara-
uallensis cœnobij primus Abbas, aliorum quo-
que amplius, quã centũ 60. monasteriorum
pater. 13. kalend. Septēbris inter filiorũ
manus obdormiuit in Christo, sepulcus est aut̃.
11. kalend. eiusdē mēsis ante sanctum altare
B. Virginis matris, cuius fuerat deuotissimus
ipse sacerdos. Sed & pectori eius ipso in tu-
mulo capsula superposita est i qua B. Thad-
dæi apostoli reliquæ cõtinentur. Quas eodē
anno ab Hierosolyma sibi missas, suo ius-
serat corpori superponi, eo vtique fidei, &
deuotionis intuitu, vt eidē apostolo in die
cõis resurrectionis adhæreat. Facta sunt hæc
eodē anno, quo beatus Papa noster Eugē-
nius tertius, eiusdē patris sancti in conuersa-
tione sancta filius, ab hac luce, vel ab hac
magis caligine migravit ad lucē, cuius me-
rita in ipsa cui insigniter præfuit vrbe, mira-
culis pluribus illustrata corruscant: succes-
sore eius Anastasio Romano Ecclesiæ præsi-
dente, regnãtibus aut̃ in Romanorũ impe-
rio Friderico illustri, in Francorũ regno pijs-
simo Rege Ludouico filio Ludouici. Princi-
patũ Ecclesiæ vniuersæ, ac totius creaturæ
visibilis, & inuisibilis monarchiã tenēti Dei
filio Iesu Christo. Anno ab incarnatione sua
1153. Qui cum patre, & Spiritu sancto viuit &
regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Capitulum III.

IAm de supra memoratis reuelationibus
paucã dicturi, ab eo sumamus initiũ, qđ
prædictũ est anno septimo antequã fieret.
Erãt duo fratres in monasterio, de sacra bea-
ti patris vita, & felicitibus eius actibus collo-
quētes. Quorũ alter ab incũte adolescentia
educatus ibidē, ad alterũ ait: Nosti quot an-
nos sit victurus hic beatissimus pater no-
ster? Cui ille. Nescio, inquit. Et alter: Ego
ait noui eũ sex aut septē annos adhuc in car-
ne victurũ. Hoc aut̃ vnde sciret, minime iã
scire possumus, quia nec tũc indicauit, & an-
te patrē sanctũ ipse decessit. Porro alterius
hodieq; superstitis relatione hoc verbũ no-
bis innotuit, qui tunc magis miratus est se
audisse, quãdo vt ab olim audierat, ita vidit.
Talis vero ille est, de cuius testimonio nec
nos ambigimus, nec cuilibet alteri, qui eum
nouerit credimus dubitandũ, neq; id solũ,
sed quod non minori dignum admiratione
videtur nomē quoq; & personã successoris
ipsius indicante sibi eodē fratre, ex tũc inno-
tuisse testatur. Manifeste. n. eadē hora fra-
ter ille prædixit, quia Dñs Robertus qui ho-

die Abbas est de Dunis, post hunc beatũ pa-
trē Abbas futurus est Claraualis. Nã quod
disiunctiue sex, vel septē annos victurũ di-
cebat, ad hoc pertinuisse videtur, qđ inuentus
sive terminus idem vltra sextum annũ, intra
septimum tamē. Prope erat iã tempus, & fe-
stinabat pater sanctus ad metã. Infirmabatur
.n. sicut in huius libelli principio memorau-
mus, adeo vt illa iã infirmitate ipsius perficeret
virtus, iã imminere exitus videtur. Intē-
rea fratres instare supplicationibus, & obse-
crationibus, quibus poterant apud Deum

Vnde etiam sanctus ipse cognoscens eo-
rum precibus desiderium suum differri, perũ
aliquanto melius secundum corpus habere
cepisset, congregatis fratribus hæc eadem
verba loquutus est. Quid tenetis miserum
hominem? Fortiores estis, & inualuistis.
Parcite quãso, parcite, sinite me abire. G
Prius tamen cum in summo periculo, & ti-
more fratres omnes in orationibus humi-
liarēt animas suas, vni eorũ visio talis appa-
ruit. Occurrebat eũ multa exultatione viro
Dei extrema monasterij claustra innumera-
bilis multitudo. In qua tamen processione,
solos quattuor præcētes idem frater qui vi-
debat agnouit, magnum illum dilectorem
eius atque dilectam, cuius, & ipse in libro
quarto De cõsideratione eam laudē memi-
nit, Gaufridum episcopum Carnosensem,
Humbertum quoq; qui Igniacensis cœno-
bij fuerat primus Abbas, & duos eius fra-
tres germanos, Guidonē. f. & Gerardũ. Exce-
ptus itaq; reuerentē, & post osculũ pacis a-
mica diu colloquia miscēs pater sanctus, ac
beatus eũ his quatuor stabat, expectante se-
orsum multitudine ceterorũ. Nouissime salu-
tantes eũ prædicti viri ex hoc sibi iam re-
deundum esse dicebant. Tunc vero expal-
luit ille, & circumfusa sibi mœstitia internũ
declaras animi dolorē, qđ ergo, ait, sine me
vultis abire? Et illi: Non potest adhuc tuo, &
nostro satis fieri desiderio, donec veniat tē-
pus nouorũ, quo fruges nouę colligerētur, si
cut euidenter postmodum probauit euētus,
iã in Augusto mēse decessit. Mane ergo fra-
ter ille, cui hoc ostensum fuerat, consolatus
est ceteros velut iã imminētē patris obiũ
formidatē, & quod viderat, & audierat in-
dicauit. Adhuc aut̃ tē hyems erat. Eodē tēpore
altera quoq; visio prioris confirmatio fuit:
nisi qđ euidentius iã vtriusq; cõpleta veritas
probat, quã euidenter in vtraq; qđ futu-
rum erat Dominus reuclauit. Videbat enim
fra-

frater quidam. & ecce parabat vir beatissimus ascendere Hierosolimam. iamque in provincia itineris erat. Ad quem venerabilis Pater, qui a primis fere annis strenue satis, & laudabiliter conuersatus in monasterio absente conuerserat praepositorum suppleret vices reuerenter accedens, dicebat se praesensurum.

Cuius visionis sic ostensa est veritas, ut praedictus vir Deo dignus ad celestem Hierusalem, ubi vera visio pacis, parante iam egredi, & paulo post secuturum patrem sanctum, feliciter functus legatione praerit Sed & Abbas quidam factus in habitatione vicinus, nec minus affectu deuotus, paucis diebus, ante felicissimum patris huius excessum, videbat eum preciosissimum ornatum, sacerdotibus indumentis & excellenti perfusu gloria, cum ingenti solennitate ad altare deduci. Ad cuius introitum Ecclesia magna magis resolutas vocibus exclamabat. Puer natus est nobis. Vere etenim puer ipse erat, mitis & humilis corde; & sicut paruulus accipiens regnum Dei, in cuius merito gratulabamur natali angelica multitudo, & ois pariter sanctorum Ecclesia, dum nobis videretur mori, sibi illum nasci, dum hic consummaret, ibi inciperet, non tam sonoris vocibus, quam votis paribus concinens exultabat. Si ad vniuersam penitentiam peccatoris tota illa celestis regio in latitudinem suam, quae nam illi gaudia contulisse credendus est, per quem gaudia tanta receperat de tam multorum conuersione, & penitentiam peccatorum? Quis enim valeat assignare quantis in saeculari habitatione, & conuersione manentibus, quantis et ad alias virorum seu feminarum congregaciones transfugentibus, per huius fidelis famulaminum dedit Dominus penitentiam ad salutem? Aut quis numeret eos, qui sub eius cura in centum sexaginta monasterijs per Dei benignitatem ad penitentiam sunt adducti? Nam ex his solis, qui speciales eius filij videbantur praeter eos qui iam cursum vitae feliciter consummauerant, praeter eos, qui per alia loca fuerant propagati, ea die qua felicissimus pater ex Claramualle montem ascendere meruit clariorem, reliquit habitantes in ea septingentas ferme animas Domino seruientes. Quid igitur mirum si gratia curiae, si acceptus regi, si exceptus cum laetitia, & exultatione credatur, in quo gratia Dei usque adeo vacua non fuit, qui tam feliciter, tam efficaciter plus omnibus sui temporis, & multarum retro generationum laborauit, qui tale tum sibi traditum tam copiose multiplicauit, tanta denique lucra retulit de negotio?

Sed de his haecenus, ne quis nos arguat eoque quam polliciti sumus metam excedere breuitatis. Sane in monasterio praedicti illius Abbatis qui sic eius natale prauiderat, ea nocte quam nobiscum pater sanctus mane profecturus ultimam fecit, venerabili eius praeposito apprensus, valescit illi, & ait. Noueris quia iam migro, nec ulterius hic inquam labor.

Quod ut ille indicauit Abbati, acceleras Abbas, & Claramuallem veniens, ipso die Abbatem sanctum sicut dixerat, reperit iam migrasse. Frater Gulielmus de Monte Pessulano, cuius & supra fecimus mentionem, vir magnificus olim in saeculo fuit, sed magnificentior in saeculi fuga. Hic in monasterio Gradis siluae monachus factus, patrem sanctum deuotissime visitauit. Redurus autem lacrymabiliter querebat, quod non esset cum vltima visurus Cui uir Dei, ne timeas ait, adhuc sine dubio me videbis. Huius affectum promissionis deuotissimus ille Gulielmus expectans, ipsa nocte cum beatus pater ex hac vita deceisset, in monasterio Gradis siluae apparentem sibi uidere meruit, & dicentem, Frater Gulielme Et ille, Ecce ego Domine. Veni inquit mecum libant igitur pariter, & ad montem, quae altissimum peruenerunt. Interrogabat autem sanctus, an sciret quod uenissent. Ille uero se nescire professus est. Cui ipse, Ad radices inquit montis Libani uenimus. Et nunc manebis hic, ego autem ascendam in montem. Interrogatus qua de causa uellet ascendere, discedere uolens inquit. Miratus ille, quid inquit, uis discedere pater, quem nulli hodie in scientia credimus esse sanctum? Ad quem sanctus: Nulla ait, hic scientia, nulla uera cognitio fursus scientiae plenitudo, fursus uera notitia ueritatis, & in hoc uerbo dimittens eum, in montem altissimum subiit coram illo. Cumque intueretur euntem illum, ex pergefactus est, & occurrit protinus ei uerbum illud, quod ad Ioannem olim de caelo sonuit, Beati mortui, qui in Domino moriuntur, ut ergo mane locutus est Abbati suo, & fratribus patrem sanctum ex hac uita migrasse dicebat. Et notantes diem, ac diligentius inquirentes, ut audierant inuenerunt. Euge praesens sancte, qui ascensionem in corde disposuisti in ualle lacrymarum, feliciter iam ascendisti de Claramualle in monte Libani, montem candidationis, plenitudinem lucis, celsitudinem claritatis. Innocens manibus. & mundo corde ascendisti in montem Domini, ad diuitias salutis, ad thesauros sapientiae, & scientiae peruenisti, ubi pure puram uideas

veritatem, vbi vnus tibi cū omnibus sanctis magister est Christus, vbi omnes iam docibiles Dei. Trahe nos post te quæsumus, & de monte excelso misericorditer respice vallem tuā. Ad isto laborātibz, subueni periclitantibus, ascēdentibus manū porrige. Da fiducia tuā nobis ab olivis experta, nec exinanita modo, sed amplius cumulata benignitas.

Quis etiam visio, quam subnectimus ab eadē nostrā præsumptione non discrepat. Proxima nocte postquam factum corpus sepultura traditum fuerat, quātam adhuc profilijs sollicitudinem gereret pater sanctus, & quomodo suos, quos in mundo dilexerat, in sinem quoque diligere, euidenter ostendit.

M Apparens enim eundam fratri in multa gloria, & fulgore cū magno vestis, ac vultus, & desiderantem tenere cito pertransiens. aiebat, quia pro quodam fratre simplice veni. Audierunt hoc fratres, & mirabantur, sed circa horam diti tertiam veritas comprobata est visionis. Defunctus est enim quidam frater laudabilis admodum simplicitatis, & sicut omnino credibile est, animam eius tanto duce felicem, qui pro eo se venire dixerat, secum tulit. Paucis quoque expletis diebus, alteri cuidam fratri magnifice satis apparens, & arguens de suo nos doluisse discessu, post verba multæ consolationis, & promissionem felicitatis aeternæ in sua perseverantibus obedientia, & doctrina, hoc etiam scito ait, & dico fratribz, cuiusdam vere sancti corpus, cuius & ego habeo vestem, in oratorio esse sepultum. Dicebat autem episcopum Malachiam, ipsius enim tunicam, in qua sanctus ille feliciter obdormierat, ad missarum sibi seruauerat celebrationem, & moriturus in ea sese iusserat sepeliri, sicut & sanctum illum in sua sepelierat veste. Quod tamen verbum & ipsi fratri, & quam pluribus alijs vsque ad hanc visionem profus erat ignotum. Felix pontifex, cuius merita pater sanctus & viuens prædicauerit, & defunctus. Felix caritas, quæ in morte non excidit. Felix societas, quam nec illud diuortium tam crudele dirimit. Gloriosi siquidem patres quemadmodum in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Nam & post dies circiter 40. Abbas quidam ex maioris Britanniae insula, sacra illius societatis virtutem feliciter experiri meruit in seipso. Qui eo-tem tempore cum ceteris coalibatibus suis ex more Cistercium petens, in

Claraualle remāserat gemino quodam desperabiliter occupatus incommodo, pleuritis scilicet, & febris quotidianæ. Tamque eatenus longa vexatione desecerat, vt solus animæ eius exitum fratres, qui nunquam deerant obseruarent. Cumq; animam eius angeret nō tam desiderium vitæ presentis, quam absentiu desolatio filiorū, quod peregre moreretur, obnixè petijt vt ad tumultū sancti deportaretur Abbatis. Vbi cum orasset tota deuotione, qua potuit, beati quoque episcopi Malachiae in Aquilonali ipsius oratorij latere positum cognauit vultum christum, auxilium flagitare, sed fatigatum em veritus, & quasi iā securus de incolumitate cogitauerat nō impleuit. Die altera iterū fratres aduocans, vt ad oratoriū veniāt, opē sibi postulat exhiberi. Causatibus illis (periculum siquidem verebatur) omnimodis, inquit, oportet vt sancti Malachiae tumultum petam. Cū enim nocte præterita vix tenuiter obdormissem, experge factus subito audiebam vocem dicentem mihi. Sanatus iam ab egritudine tua, si ab altera vis sanari episcopum pete. Fecerūt illi vt ille voluit, & continuo factum est sicut dictum erat ad illum.

Eadē die sanus factus, post paucissimos dies iter arripuit, & incolumis reuersus est ad suos. Eadem in hoc opere spirituum, tuum agnoscimus pater dulcissime xzum, tuam considerationem. Tuum hoc opus sic deferre collega tuo, vt hunc quoque ei communicares honorem, & amorem, cum quo verius, & felicius honorificaris in calis. Imo vere tui sunt hæc opus, tui muneris Deus noster. Tu enim omnem replesti ab initio temporis terram præsentia diuinitatis, omnem aliquando repleturus gloria maiestatis, cuius tamen partes interim quædam, & æterno prælecta loca consilio excellentius visitans reples speciali gratia sanctitatis. Fac Domine spirituali semper abundare frumento vallem, quā vt faceres re, quā nomine clariorē, dignatus es tam eximie claritatis sideribus illustrare duobus. Custodi domum in qua tibi gemitum hoc tam pretiosum depositum custoditur. Fiat nobis denique iuxta verbum tuum, vt vbi est thesaurus tuus, ibi sit & cor tuum, ibi gratia & misericordia, & respectus assidue pietatis omnibus adsit in tuo ibidem nomine congregatis, quod est super omne nomen, sicut & tu super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

C A N O N I Z A T I O

S. BERNARDI ABBATIS.

PER ALEXANDRUM PAPAM TERTIVM,
ANNO CHRISTI MCLXIII.LITTERAE APOSTOLICAE DE VITA, ET
*commendatione S. Bernardi, quanto praenotio excipiendus sit.
Et primo ad praelatos Ecclesiae Gallicanae.*

Alexander Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus uniuersis archiepiscopis, episcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, aliisque Ecclesiarum praelatis in regno Franciae constitutis salutem, & apostolicam benedictionem. Contigit olim, dum essemus Parisiis constituti, ut magni quidam, ac venerabiles viri de canonizando sanctae recordationis Bernardo quodam Claruauallesi Abbate facerent mentionem, optantes utiq; & pijs nobis precibus suggerentes, ut in concilio, quod de proximo erat praenotandum, argno huic, & laudabili voto celerem daremus effectum. Cumq; nos eidem negotio fauorabili satis intederemus affectu, superuenit multitudo, & frequentia petitorum, qui in diuersis prouincijs rem similem postulabant. Vnde cum videremus non posse congruenter omnibus satisfieri, statutum fuit pro sancta deuitando etiam in hoc differri, quod sportebat pro tempore ceteris denegari. Nuper autem ex instantia, & deuotione Claruaualis fratrum, & aliarum sublimium personarum, eisdem apud nos precibus innouatis reduximus ad memoriam nostram eiusdem beati viri sanctam, ac venerabilem vitam: qualiter ipse singularis gratiae praerogatiua suffultus, non solum in seipso sanctitate, ac religione praefulserit, sed etiam in uniuersa Ecclesia Dei fidei, & doctrinae lumine radiauit. Fructum vero, quem in domo Domini, & verbo operatus est, & exemplo, nullus ferè terminus sanctae Christianitatis ignorat, cum vsque ad exteras quoque, & barbaras nationes sanctae religionis instituta transmiserit, atque monasteriorum fundationem extenderit, & infinitam multitu-

dinem peccatorum per vitae saecularis latitudinem incedentem, ad spiritualis vitae rectitudinem reuocavit. Specialiter autem sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cui auctore Deo praesidemus, ita quondam sub grauis persecutionis turbine laborantem, tam merito, quam datae sibi caelitus sapientiae studio sustentauit, ut digne quidem, & nobis, & omnibus eiusdem Ecclesiae filiis in memoria habendus sit, & deuotione perpetua venerandus. In afflictione vero corporis sui usq; adeo sibi mundum, seque mundo reddidit crucifixum, ut confidamus martyrum quoque eum merito obtinere sanctorum, quae confessionis ordine, & parsimonia vitae, tam longum constat duxisse martyrium. Quibus omnibus pia consideratione pensatis, & in concilio fratrum nostrorum expositis, confissi de misericordia Dei, cui perseueranter, & fideliter militauit, necnon & de beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, & eiusdem beatissimi confessoris meritis praesumemes, eum apostolice sedis auctoritate catalogo sanctorum adscribi mandauimus, & commemorationis suae festum decreuimus amodo publice celebrandum. Vos ergo qui, & eiusdem sedis Apostolicae instituta suscipere, & Deum in sanctis suis consueuistis gloriosius honorare, sic memoriam sancti huius celebretis in terris, ut precibus eius, & mentis digna praemia recipiatis in caelis. Datum Anagninae. 15. Kalend. Februarij.

*Item Apostolica littera ad Regem
Franciae unde supra.*

Alexander Episcopus servus servorum Dei illustri Francorum regi Ludouico salutem, & apostolicam benedictionem. Nouit (ut credimus) regalis tuae magnificentiae celsitudo, quod ea quae cum honore Dei gratia

Canonizatio

tibi, acceptaq; cognouimus ad vtilem semper effectum magno, & volenti animo promouemus Maxime autem hoc in illis operibus obseruamus, in quibus specialiter, & honor Dei, & suorum gloria sanctorum declaratur: scientes, quoq; tibi fore gratissimum quidquid ad decorem Ecclesie, & superni Regis honorem auctoritate fuerit apostolica constitutum. Vnde quoniam sancte recordationis Bernardus quodam Abbas Clarauallis, & Deo semper charus, & tam tibi, quam vniuerso regno tuo gratus extitit, & acceptus, cum ad gloriam Dei, & exaltationem Ecclesie, ac totius regni tui canonizandum decreuimus, & inter beatissimos confessores festiua celebritate colendum tam de misericordia Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius confisi meritis, quam sue conuersationis, & sanctimonie non ignari. Monemus igitur Christianissime serenitatis tue regiam pietatem, vt hoc celestis gratie donum regno tuo te regnante collatum, late deuotionis brachijs amplectaris, eique iam celesti beatitudine perfruenti solita pietate deuotus existas, quem pro sua venerabili sanctitate adhuc in terris positum diligebas. Claruallense vero monasterium quod fundauit, in quo etiam corpus eius venerabile requiescit, ita te ob reuerentiam eius habere volumus commendatum, vt cum semper merearis habere patronum. Datum Anagninae 15 kalendas Februarij.

*Item eiusdem ad omnes abbates
Cisterciensis ordinis.*

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Cistercij, de Firmitate, & Pontigniaci, & Claruallis, & Morimundi, atque vniuersis abbatibus Cisterciensis ordinis, salutem, & apostolicam benedictionem. Quotiens honesta nobis opportunitas exhibetur, vt fidei, & deuotioni, quam circa Ecclesiam Dei nostris temporibus habuistis, possimus in aliquo pro meritis respondere, opportunitatem ipsam libenter amplectimur: & in his maxime, quae speciale noscuntur redolere virtutem, vestris occurrere profectibus non moramur. Contigit autem hoc tempore, vt verbum quod ab olim fuerat de beati Bernardi quondam Claruallis Abbatis canonizatione propositum, & pro quorundam similia postulatum

scan lalo à Turonensis concilij celebratione dilatatum, ad nostram reduceretur Deo volente memoria n, & faciente nobiscum signum in bonam partem pietatis opus nostris seruauit in manibus collatam. Nos, vitam, & sanctitatem eiusdem beatissimi confessoris recordatione sollicita memorantes, quomodo felicitet, & in seipso religiosus, & sanctimonie prerogatiua magnificus, & vniuersae Ecclesie Dei, specialiter autem ordini vestro fide, & doctrina utilis exstiterit, & copiosissime fructuosus, confisi de misericordia Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, necnon de eiusdem sancti confessoris meritis praesumantes, cum (fratrum nostrorum communicato, consilio) auctoritate Apostolicae sedis sanctorum catalogo duximus adscribendum, & diem depositionis ipsius in Ecclesia publice celebrandum. Vnde quoniam hoc ita in gloriam, & honorem summi conditoris exuberat, vt in vestra quoque edificationem consolationemque refuldet, vestra potissimum interest omnipotenti Deo gratias agere, qui modernis temporibus virum perfectae, & praedicabilis sanctitatis in vestro ordine voluit suscitare. Vos igitur munificentiam donum, specialis deuotione suscipite, & Deum in sanctorum suorum glorificatione misericorditer in huius celebratione specialiter honorate. Datum Anagninae 15 kalendas Februarij.

Item eiusdem ad Claruallenses.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Serardo Abbati, & vniuerso conuentui Claruallis salutem, & Apostolicam benedictionem. Sicut de religione, & pietate, quam circa Deum geritis, nihil nobis restat ambiguum, sicut exhibitae circa nos robur deuotionis, & fidei clara semper est certitudine manifestum. Non enim poteritis, sed nec deinceps Deo auctore poteritis à gratia sanctitatis apparere degeneres, quos tanti patris constar esse haeredes: cui, & gratia spiritualis abundauit ad meritum, & operum efficacia non defuit ad exemplum. Sanctis namque, & pia veneratione recolitis, qualiter beatae memoriae Bernardus conuicij vestri primus Abbas praecipuusque fundator, Deo quidem pro virtute religionis acceptus, & Ecclesiae Dei pro plenitudine deuotionis, & fidei exstiterit gratiosus, ita

ut merito deberetis haberi culpabiles, si imitationis & venerationis ipsius essetis in aliquo negligentes. Placuit ergo nobis, quod pro eo tamquam pro pio patre sollicitudinem habuistis, & canonizationem ipsius a se laudabili postulastis. Nos quibus cordi semper est pro multis (fili Abbas) tuæ devotionis obsequijs, & totius domus vestrae studijs religiosi, & pijs, vestris iugiter obtemperare precibus profectibus aspirare, voto huic dementer annuimus, vt nostram circa vos gratiam, & benevolentiam comprobemus. Ita igitur eiusdem beatissimi confessoris ad memoriam reuocata, quomodo feliciter fide & religione atq; doctrina præfulserit, quantoq; in Ecclesia Dei perspicue claritatis lumine radiarit, eum (fratrum

nostrorum consilio habito) consili de misericordia Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, atque de eiusdem sancti meritis præsumentes, catalogo sanctorum duximus adscribendum, diemq; depositionis eius festiuum de cetero & celebrem obseruandum. Vnde quia vestra potissimum interest, eius & imitari vitam, & gloriam venerari, satagite in omnibus, & studet ipsius sancti patris, & inherere vestigijs, & festum excolere sanctitatis, vt cuius conuersationis inuicem esse participes digni habeamini eiusdem beatitudinis fore consortes. Datum Anagninæ. xv. Kalendas Februarij.

*Explicit canonizatio sancti Bernardi
primi Clarauallis abbatis.*

EPIGRAMMA; SEV EPITAPHIVM

BEATI BERNARDI ABBATIS

Claræuallis per modum Dialogi.

M

Ira loquar: sed digna fide.
Bernarde quid hoc est?
Viuus adhuc (viuo.)
Non ergo es mortuus?
(Immo.)
Et quid agis? (requiesco)
taces, an faris? (vtrumque)

Cur retices? (quia dormio) cur loqueris?
(quia viuo.)

Quid loqueris? (sacra mystica.) cui? (inca scri-
pta legenti.)

Num cunctis? (non.) ergo quibus? (qui dul-
cia quærunt.)

Nomen habes? (ita.) Quod? (Bernardus.)
Num sine causa?

(Non.) Dic ergo quid hoc est? (Bernardus, bo-
na nardus.)

Cur nardus? (ga fragro.) quo fragramine? (dulci.)
Cui fragras, & vbi? (lectori codice sacro.)

Quæ cognomen habes (de Claraualle) manes hic?
(Mansi, sed modo nõ) vbi nũc? (in vertice montis.)

Qualis eras i valle manes? (humilis.) mō quantus?
(Maior nũc sursum, quãto minor ante deorsum.)

Nonne tui quidquã vallis tenet? (ossa.) quousque?
(Donec cæleste fiat terrestre cadaver)

Hoc quando fiet? (omnis caro quando resurget.)

*Aliud epitaphium editum à domino
Adam de sancto Victore.*

Claræ sunt valles, sed claris vallibus Abbas
Clarior, his clarum nomen in orbe dedit.

Clarus auis, clarus meritis, & clarus honore,
Claruit eloquio, religionis magis.

Mors est clara, cinis clarus, clarumq; sepulchrum:
Clarior exultat spiritus ante Deum.

Aliud epitaphium.

Ecce later Claræuallis clarissimus abbas,
Qui summis summus, qui sibi paruus erat.

Religionis apex, lux mundi, laus monachorum,
Vox verbi pacis sanctio, iuris amor.

Instructus, velox, sublimis, pauper, abundans,
Artibus, ingenio, sanguine, veste, bonis.

Laudis egit titulo, cuius laus non fit ad omnes.
Cuius honor, cuius crescere fama fuit.

Nunc vero quæ plangit adhuc, quæ prædicat orbis

Si laudare velim, laus mea laude caret.
Dura, malum, cunctos, tulit, horruit, ædificauit,
Vana, Deum, requiem, spreuit, amauit, habet.

Aliud epitaphium.

Ardens Bernardus, aut ardens, aut bona nardus
Iure vocatur, pp quodnã nũc crebra tur.

Ardens feruore, vita sublimis, odore,
Nardus, quæ veræ virtutis signa fuerit.

Iste fuit per quem datur doctrina sophiæ
Præco Dei, doctor fidei, citharista Mariæ.

Aliud epitaphium.

Culto iustitiæ Bernardus, & arca sophiæ
Incolit hunc tumulũ, & regnat, & ante Deũ.

Sacrum namq; loco corpus requiescit in isto,
Obtinet excelsum spiritus atque polum.

Christiferam matrem, cui viuens purus adæsit,
Consequitur moriens associandus ei.

Ipsa nam in se, quæ scandit virgula Iesse,
Conscendit pariter hic super astra pater.

Aliud epitaphium.

Mellifluus doctor Bernardus, pacis amator
Hoc iacet in tumulo magnificãdus homo.

Ipsa iacet, sed fama suæ probitatis in auro
Virtutis merito non ruitura manet.

Vexillum fidei, populi candelã, sophiæ
Pulvinar, laudis summa vir iste fuit.

Cui tria post obitum vitam conferre laborant
Mens humilis, blandus sermo, pudita caro.

Mens bona disposuit, sermo docuit, manus egit:
Hinc bonus, hinc melior, optimus inde fuit.

Insignis, pollens, largus, deuotus, abundans,
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis.

Præbuit, instruxit, dispersit, respuit, emit,
Exemplum, fratres, danda, cauenda, polum.

Aliud epitaphium.

Hoc in sacrophago pausat virtutis imago,
Cui de Fontanis carnis origo fuit.

Sic quadravit eum virtutis regula, nullam
Compulit in partem quælibet aura virum.

Fratibus ipse suis vita præluxit, honore
Præfuit, exemplo profuit, ordo fuit.

Hinc

Hinc sursum sedes Bernardus, & infima linquēs.
Vallibus x claris fulgida regna subit.

Epitaphium.

Semonum victor, morū decus, instar honesti
Fulsi Bernardus, quem tegit hic tumulus.
Pridem Iupiter, virtutum signifer, artis
Clauifer, Ecclesiæ lucifer ipse fuit.
Eloquij splendor, manus obuia, frons sine nube:
Alloquio mitis, consilioq; bonus.
Læta verborum & illati floribus, ore
Percelebris, titulos eius ubiq; canunt.
Illic mysterij preciosa monilia fulgent,
Illic eloquij balsama yera fluunt.
Peruus, & liber stylus eius ad omnia sculpsit,
Pinxit, inaurauit omne, quod egit opus.
Præter tot titulos quibus ille refertur, in eius
Floruit illæsa carne pudoris ebur.
Et sic pro meritis, laudis vexilla reportans,
Cælica, quæ meruit præmia victor habet.

Nicolaus Haquenille, sacri Senatus Parisien. præses acquisitimus, de laudibus Bernardi & situacione Clarauallis.

Abdita vallis erat, medijs in montibus, alto
Et nemore, & vridi tunc circumdatus rubo.
Hæc Claram vallis, merito dixere priores,
Mutarunt nomen vallis amara tuum.
Quem licet xmbrosi circumdant vndiq; montes,
Nulla tamen toto clarior orbe fuit.
Hanc Alba irriguus mediam perlabitur amnis,
Fons tibi perpetuo munere donat aquam.
Ad quam diu pater primum Bernardæ colendæ
Mitte, sillo iam tempore tantus eras.
Nondum difficilis iuueniles liquerat annos,
Mens tamen in tenera carne femilis erat.
Tunc fuit incultis hæc vallis consista dumis,
Tunc ibi non domitæ delitueræ feræ.
Illo syluestres produxit tempore fructus,
Viticulæ silli, nullus arator erat.
Nullæ hominū sedes, vetus hæc spelunca latronū.
Nullus in hac poterat capere tutus iter.
At postquam Claram valem Bernardæ petisti,
Et statuis sedes fratribus ipse tuis.
Tunc subito antiquam mutarūt omnia formam:
Aspera quæ fuerant, fertilia facis.
Vallis & in medio cellas, Christi q; dicatam.
Ecclesiam, adductis fratribus ædificas.
Instruis angelicam hos in terris ducere vitam,
Pallere diuinis nocte, dieq; preces.
Protinus igitensum discurrat fama per orbem,
Bernardusq; pater cuncta per ora volat.

Vndiq; concurrunt pueri, iuuenesq; senesque
Flectere ad imperium colla superba tuum.
Non illos retinent matres, non mollior ætas,
Non timet austeras alba senecta vias.
Non illos remorantur opes, non de niq; vana,
Quæ venit à claro sanguine, nobilitas.
Ipseq; mundanos spernens Henricus honores,
Cuius erat frater Gallica sceptrā tenens.
Qui licet ipse foret regali sanguine pretus.
Se tamen imperio subdidit ille tuo.
Omnia regna tuo nutu Bernardæ regebas:
Tantum virtuti tunc adhibetur honos.
Si qua inter magnos fuerat discordia reges,
Omnia sunt voto conciliata tuo.
Tunc etiam infanti rabies væfana Leonis
Vexabat rapidis dentibus Ecclesiam.
Sed tua pestiferas fregit prudentia vires,
Et finem tantis cladibus imposuit.
Testis Aquitanas regnans Gulielmum in vrbes:
Dum Bernardæ tuos concidit ante pedes.
Tu quoq; fraternas acies dispergis in orbem.
Nullaq; terra tuis fratrius absq; patet.
Sive ea purpureos telus quæ tendit ad ortus,
Quæq; sub occiduo sole relicta iacet,
Quæcūq; aut gelidas terræ flectitur ad Arctos,
Quæ ve sub australi noscitur esse polo.
Aut ea, quæ extremos nutrit populosa Britanos.
Insula, quæ Oceano cingitur ampla mari:
Quam longe Europæ tenduntur deniq; fines,
Exquirunt fratres omnia regna tuos.
Omnia non possunt nunc carmina nostra notare:
Hæc pauca ex multis diseruisse sat est.
Nam grauis hæc nostras superat, prouincia vires,
Veni cui fluitat suauior, ille canat.
Hæc mihi sufficiat raptim tetigisse canendo,
Non facit ad tantum nostra camœna vium.

Ad Clarauallenses.

Post præcepta patris præfens dū vita superstes
Pergite, cum tacito nam fugit illa pede.
Nec vos pœniteat mundi spreuisse ruentis
Tractandas paruo tempore delicias.
Tristia, quæ mō sunt quæcūq; & amara videntur,
Gaudia post mortem non peritura parant.
Post lacrymas gemitus, longa, & suspiria vallis,
In montem excelsum vos trahet ipse Deus.

Philothæi monachi de vita & moribus D. Bernardi Abbatis Clarauallis congregationis Cisterciensis, ex ordine beatissimi patris Benedicti, carmen encomiasticon.

Inclita dum tenui molimur gesta sussurro
Dicere, Mœonijs emodulanda sanis,
Quid nisi Trinacros renouare ad litora fluctus

De Vita S. Bernardi.

Nititur, & modicis impofuisse cadis?
 Scilicet ipse rudes necdum formare loquelas
 Doctus, & agresti concrepiffe lyræ,
 Principis ætherei titulos, qui laudibus omnem
 Excessere modum, sacraq; gesta canam?
 Quis ferat exili Codrum temerasse camœna
 Acta Sophocleæ condecoranda sono?
 Non secus ac phœbo si persequar addere lumen,
 Hinc atq; hinc sanæ ihi nocerontis erunt.
 Non igitur Bernardæ tuas mihi promere laudes
 Fas erit, & tremula concinuisse cheli.
 Candida laurigeri referant tibi carmina vates,
 Nos inopes animum corda, præcesq; danus.
 Talia iam positis agitaram mente tabellis,
 Arguerantq; animos crimina nostra leues,
 Cum mihi blanda quies victis subrepfit ocellis,
 Et tenuit placidus pectora lassæ sopor,
 Tunc dea, cui telus, calum, cui militat omne,
 Virgo mihi est tales funderè visa sonos:
 Stulte tui nobis prohibes quid carminis vsum?
 Quid ve sacerdoti munera grata meo?
 Incipe Bernardi (si nescis) gloria nostra est.
 Quidquid habet, nostro riuus ab amne trahit.
 Hoc mihi Ioannes numquam fuit arctior ille,
 Qui datus est vitæ, duxq; comesq; mea.
 Ille quidem dulces mecum permansit in annos
 Virginis intuitu, colloquioq; fruens.
 Hic autem celi cum iam data sceptrâ tenerem,
 Promeruit vultus cernere sæpe meos.
 Ille erat intacti castos mihi corporis vnus,
 Hic nostri curam nominis vsq; gerit.
 Sed quid plura? animis parib; mihi iunctis vterq;
 Nec minus ille mihi, nec minus iste placet.
 Vixit vterq; parem veneris sine crimine vitam,
 Virginitas bini pectoris vna fuit.
 His Deus æquilocas sublimi in vertice sedes
 Contulit, & lateri iussit adesse meo.
 Eia age, quosq; pater tribuit mihi laudis honores
 Sumat, & alternas detq; feratq; vices.
 Aspicias egregia quos coadidit arte libellos,
 Quo referant cantu nomen in astra meum?
 Spiritus illa animis bene profectura malignus
 Scripta tulit laudes, quæ cæcinere, meas.
 Proque pio Iliadem, Danaosq; induxit Iesui,
 Abdideratq; mei mystica dicta senis.
 Dumq; homines nugæ miseri sectantur inanes,
 Hæc pene in nullis scripta fuisse locis.
 Non tulit hoc summi temerata potentia sceptri,
 Per fidus vt nonnisi hostis haberet opes.
 Ipsa etenim tacito monui spiramine quemdam,
 Qui mihi præcipuo munere vinculus erat.
 Vt pia dispersos reuocaret cura libellos,
 Scriptaq; sidereat, quæ docuere vias.
 Illis, utq; die cadent ne excisa vetullos.

Imprimeret breuib; sculptor, vixilla notis,
 Et quæ tam longo fuerat vitata recessu
 Littera, iudicij tergeret ante suis.
 Hæc ego, quæ tantos illum tolerare labores
 Hæc ego te faciles hortor hinc modos
 At metuis ne forte rudi peraræ, cothurno
 Liuor edax terice carmina ante petat.
 Atq; supercilio tua respuit ora iunctu.
 Contendatq; leues ista decere viros.
 Nec ferar Aonia monachum reuocare sonos
 Quas semel inuiso iussit abire pede.
 Euge superuacuis horum lâratibus obstat
 Perpetuo vates iunctus amore iunxi.
 Qui ferrugineis niueos superaddit amictus
 Inclyta Carmeli tegmina montis habens.
 Qui mea dulcisono celebrauit, carmina gestæ,
 Stridentesq; truci Costidis ære rotas.
 Ille dabit faciles auras, portusq; secundos
 Hoc duce Scyllæos transgrediere canes.
 Aspicias vt clara stolidos ratione reuandat?
 Garrulaque opposita clauserit ora manu?
 Hic mihi de mundi reuocatus turbine plaudit,
 Atq; meum dulci concinit ore decus.
 Fare age, virtutum cumulis, & laudes honore
 Quem deceat vati præposuisse meo?
 Nam si grandiloquo liceat conferre Maroni
 Carmina, q; paribus cantet vterq; modis.
 Hic tamen æternis tantum virtutibus illo
 Clarior est, quantum nobis hinc bona dies.
 Nam quæ dona meo potui prestare clienti
 Quæ minus illi tam conster habere vitam?
 Quaritur eloquio quantum videri me nuntio
 Talis Aristoteles Meteorisq; fuit.
 Quaritur in noua quædum probitate ceruicæ
 Helias ardenti rals in axe fuit.
 Hic docet angustum virtutis scandere calmen
 Et celerem vitij impofuisse modum.
 Nil nisi quod rigidi possint laudare Catones,
 Nil nisi sacro Christus in ore sonat.
 Hic mea dum celebri repetit præconia cantu,
 Mille mihi æterno iunxit amore viros.
 Huic ego sideream tanto pro carmine sedem
 Constitui, & regni gaudia summa mei.
 Hunc tamen assiduo Bauus luore fatigat,
 Ingenio æquarit cœlica testæ licet.
 At tibi, quem nullo decorauit schemate Christus
 Desuerit auidi murmura torna canis?
 Celsior humanos pessum dabit ille fauores,
 Solaq; perpetuæ præsumia lucis aet.
 Illius exemplo nugæ contemne loquaces.
 Namq; magis virtus præcæ mitare solet.
 Intentes omnibus florenti laude verendos
 Inuidiæ facibus succubuisse viros.
 Gaude igitur tanto, q; te dignamur honore.

Vt tibi sit noster causa ruboris amor.
 Accipie iam tali ductus stratagemate quamvis
 Vaniloquus nullam donet Apollo lyram.
 Noster recunda lat cursus cynosura patentes,
 Vt cuius cœcūm perficiat iter.
 Nulla lux est, necor nulla est facundia linguæ,
 Nec Deus obquium sed pia corda probat.
 Graminibus decedes pascuntur, rore cicadæ,
 Quadrupedum tygris sanguine, corde Deus.
 hic igitur propero tenuem de littore cymbā,
 Deducunt cursus flamina nostra tuos.
 Et æ creas fuerat iam lapsa per auras,
 Cœperunt sensus cum vigilare mei.
 Cræde oppus aggredior, veniã date iussa sequenti,
 Cogitur inuito currere musa pede.
 Quæq; leui quodam latitant epigrammata lusit,
 Nunc grauiore meat Callioppæ gradu.
 Non tamen acta suo digesta ex ordine dicam,
 Pauca sed è plena margine mira loquam,
 Interea nostro pater ð venerande labori
 Annue, & ð sacri doctor amoris ades.

*Dini Bernardi pro instauratione monastica religio-
 nis prolata supplicatio, & accepta à Deo
 promissio.*

Astra decem celeri, & cæterant secula cursu,
 Bis totidemq; pari lustrata, & pede.
 Exoritur hibernæ ins contragia morbi
 Christus ab intacta virgine natus erat,
 Cum genus omne boni facinus mortale fugarat,
 Fœdaque terrogenis gaudia nomen erant.
 Vidique liuor edax, feritas, discordia, lites,
 Pellis, bella, fames, & metus hostis erat
 Omnibus, occiderat superum reuerentia terris.
 Et decem præser religionis amor.
 Quinervis ruptis errabat pauper habenis
 Sancta per anfractus grex Benedicte tuus,
 Rarus, & incertus monachus statione peragrans,
 Non dabat auctori debita vota suo.
 Tunc opprias Benedictus oues miseratus, Olympi
 Dicitur hisce regem sollicitasse modis.
 Maxime rex, parent cælum cui terra, fretumque,
 Omnia qui nutu dasque regisque tuo:
 Aspicias vt longo probitas male frigeat quo?
 Aspicias vt toto ferueat orbe scelus?
 Cernis vt aduersis agitur fluctibus omnis,
 Religio, & nullo milite sulca cadat?
 Ille meus quondam teneris bene cultus ab annis
 Quo fugit antiquæ religionis honor?
 Quemque ego tam lata moriens ditione reliqui
 Ordinis heu nosti die mihi feruor vbi est?
 Nam mea progenies tandem, nisi protinus illi
 Prospicis è summo culmine pulsa cadit.

Surge age, iamq; hominū forte miseratus acerba
 Erue de tantis pignora nostra malis.
 Dixit, & ex alto totum qui temperat orbem,
 Occœpit tales, protinus ore sonos,
 Optime dux vario cœlum qui millite complex,
 Qui fueras nostræ pars modo prima tueris:
 Parce pio Benedicte metu, nam morte tuorum
 Mœnia sunt ducibus restituenda meis.
 Mœnia quæ tantis agitata furoribus ardens,
 Mœnia quæ Patri iacta fuere manu.
 Respice quæ teneris pueri mihi mater ab annis
 Obtulit, & patriam Gallica terra dedit,
 Spiritus hunc pleno radiatum pectore sanctus
 Efficiet Moyse religione parem.
 Cernis vt ille mei stimulis agitat us amoris
 Iam terat assiduo limina sancta pede?
 Aspicias vt pulchro rutilet sub pectore virtus?
 Inspice venturum, vt testificatur opus.
 Niligenas tanto monachorum principe cœtu
 Restituent septis tempora lata tuis.
 Angelicis postquam compleuerit omnia turmis
 Deserijtque tuam composuisse domum,
 Tunc etiam Petri nimium iactata quiescit
 Huius ab auspicio tuta carina viri.
 Solus hic ingentes monachus tractabit habenas
 Orbis, & extremo iura sub axe dabit.
 Quæq; vides tumidis consurgere viribus arma
 Pax erit illius conciliata fide.
 Aurea tunc placidis confurget moribus ætas,
 Et mea terrigenis gratia maior erit.
 Quinetiam extremi bonitas cum tempore seclis
 Nulla erit, & roto fugerit orbe fides.
 Aureus ecce tuo surget de vimine palmes.
 Siccaque nectareus perfluet ora liquor.
 Vrbs Patani illustres præbebit palmitis ortus,
 Hinc feret auxilijs germina læta meis.
 Ipse etiam tanto producet fœnore fructus
 Vt fateare tua non eguisse manu.
 Quare age, tam clari proles ne germinis vmq; a
 Deficiat, nullo sollicitere metu.
 Hæc ait, & summo paraclatum mittit ab axe,
 Bernardumque suo concremat igne Deus.

*Bernardus quattuor germanis fratribus in eam-
 dem sententiam adductis, religionem
 ingredi statuit.*

Ille Deo plenus, faciem, moresq; pudicos
 Induit, & mentis improba sensa fugat.
 Iamque puer tenet claudere pectore numen,
 Et decor egregij maximus oris erat.
 Hunc qui solerti spectabat lumine, dixit,
 Et speciem, & mores virginis iste genit,
 Candida cui roseo facies suffusa rubore,

De Vita S. Bernardi Abbatis.

Et grauitas dulci mixta lepore fuit.
Prima iuuenta graui voluebat serua sensu
Quæ solet in faciles luxuriare iocos.
Terra fixa acies, modici sine murmure risus.
Ista verecundi signa pudoris erant.
Grata quies animi fuerat, solusque peragrans.
Sepe dabat querulo talia corde puer:
Cur mea mens breuibus, miserisque; exercita curis
Excipis humana irrequieta faces?
Quando erit ut posita variorum male laborum,
Discat in auctorem vita redire suum?
Si cupio, excelsi spectare cacumina cæli
Deprimis innata conditione caput: (dales
Hinc pater, hinc genitrix, atque hinc mea cura so-
Diltrahit & sensus quæque fauilla tuos
Sed Deus ipse via, qua sit mihi monstrat eudem,
Et referat sacrae religionis iter.
Nuper structa humilis latitat sub paupere tecto
Sancta quidem, sed non ambitiosa domus:
Cisterei; patres habitant ea limina pauci,
Instituunt leges qui Benedictæ tuas.
Hic ego cælitibus figam mea lumina regnis,
Hæc requies nostri sola laboris erit.
Si mihi nostra ferant peregrinos arua lapillos,
Sitque meum toto quidquid in orbe pater.
His tamen æternos pudeat conferre triumphos,
Gaudiaque extremum non habitura diem.
Quid moror ah demens, vel quid data tpa perdo?
Plurima commissis addidit vna dies.
Talia flammata liberrat pectore dicta,
Propositisque grauem fixerat inde pedem,
Cum iuuenis tenera superatus imagine fratrum
Fleuit, & hæc dixit præda petenda mihi est.
Dixit, & in superum germanos regna ciebat,
Sic repetens animo gaudia, nata suo.
Nuper in aduersis errabam naufragus vndis,
Nunc mihi cælestis meta reperta via est.
Meta reperta mihi est quæ cælibis ocia vitæ
Explicat, & tutum religionis iter.
Hanc igitur mecum celeri contendite cursu
Arripere, & tanti lucra referre boni.
Et Deus & cæli nostri sunt causa laboris,
Efficient pugnam præmia tanta leuem.
Quis furor est opibus animo seruire, caducis.
Quos Deus in superum regna beata vocat?
Cur igitur fratres, cur vos terrena morantur.
Hospitia? infesto soluite colla iugo.
Nec morata tam facili germanos voce coegit
Annueret, & proprios deseruisse lares.
Tunc, modo suppreslus, vicina inuoluere tecta
Incipit, & lato spargitur ore focus:
Namque pares sancta socios ut quæreret arte,
Aggeretque, suo regna superna grege.
Conspiciam, parua, uentem, decus omni peritura,

Non puduit medio spargere verba foro
Et modo cælestes populis memnare triumphos,
Et modo Cerberei regna tremenda canis,
Artifici innumeras gentes seruire trahat
Sola docens summi castra sequi iocis.
Illic condensas glomerabant agmina cæcis.
Quocumque optatos verterat ille pedes.
Tunc comiti illustri numerofo ex agmine cæcis
Hæsit, & huic firmo federe iunctus erat.
In quocumque uelut pedibusque; animisque; parata
Deduxit bonum religionis opus
Vna omnes parili socios feruore voluntas
Iunxerat, immensum compuleratque gregem.
Omnibus vna domus fuerat, cibus omnibus vnus,
Vitaque diuini plena timoris erat.
Utque petens sparsa in gelibus gladiator arena nam
Apta prius vacuis dibus arma probat,
Sic iuuenes validis morantur telis lacertis
Torquentis vitijis, æta bella mouent.
Sicque prius sacras posito quam murice vestes
Induerent, ueteres de seruire vias.

Diui Benedicti habitum Bernardus cum socijs amplius quæ nxxx in Cisterciensi caenobio induit, ibique breui sanctissimus efficitur.

I Amque dies uouita uiderat, qua sancta renasci
Erat animo pectora iuncta uulgi;
Cum puer ipse, visum cæcis, dicitur, a cæcis
Sydereumque polo iam resonare melos,
Clauditur in septis, veteremque exitus amictum
Tegmina iam sanctæ iusticiæ habet.
Cellula parua nouæ sapiebat tempora vitæ,
Cellula iudicis semper amata suis.
Hic didicit summi penetrare cacumina cæli.
Hic didicit cultu quidquid ab ore uenit.
Hic didicit curare nouo æromate mortuos,
Solu & extingui uis uiticare idem.
Munera tanta quid modicos bene culta per annos
Donat amator cella beata suo.
Dicite vos auido tritis qui computa passu,
Qualia clamose lucra reperta foro?
Non ille ingenium vario problemate cepit
Obrueret, aut studijs illa queare nouis.
Cura prior stimulos ueneris domitare furentes,
Atque animi motus composuisse fuit.
Cura prior, tristi luerent uermina plantu
Quam caperent tumidum pectora lata sophos.
Cura prior superum nitida caligine, pectus
Induere, & sensus mortificare suos.
Christus ob id tanto repleuit honore clientem
Sæpe ut cælestes cerneret ille choros.
Quid referam quoties summi regina theatri
Nectareos illi uisa mouere tonos?

Sæpe suam virgo famulum venerata solebat
 Visere, & ambrosias sæpe referre dapes.
 Nunc age, qualis erat meditati in pectore virtus
 Accipe, nam breuius persequar ipse modis.
 Ante iutare curuato poplite Christi
 Effugiem lacrymas, vota, precesque dabat,
 Conspicere strac spectabat vulnere plantas,
 Quaque distinctis dinumeranda notis.
 Iamq; gemens tremula fundebat voce querelas,
 Verbaq; montanas apta mouere feras.
 Necus, o nostri lenimen Christe doloris,
 mihi tam duro parta labore salus.
 Quas in me conuertere poenas,
 Et miserio sic mihi posse mori.
 Ipse immuros ausim decerpere fructus:
 Christe tamen dentes obstupere tui.
 Sydera, terra, fretum, domini miserescite vestri,
 Flete meos casus, sydera, terra, fretum.
 Talia dum memorat, domini pendente imago
 Soluit in amplexus brachia mota suos.
 Talis in excelso regnabat principe virtus,
 Talis in ardenti pectore feruor erat.
 Sic nouus interno gaudebat nectare miles,
 Intimaq; æternus strinxerat ossa calor,
 Vt mortale nihil sapere, terrenaq; semper
 edificens, Christi raptus amore foret.
 Noctibus in lacrymas faciles soluebat ocellos,
 Et nulli durus criminis vltor erat.
 Carnibus abstinuit, maniq; ab omine piscis,
 Se ababatq; cum simplicis humor aque.
 Artibus his summatim vitatum venit in arcem
 Sic peragens lætos prima iuuenta dies.
 Vixerat hic dulces iam dudum inglorios annos,
 Tempora nec vera plena quietis erant;
 Cum Deus ipse pio dispoens omnia nutu,
 Bernardum ex humili iussit abire loco.
 Nomine clara quidem, sed clarior omine vallis
 Conspicua vicina sub regione fuit.
 Missus hanc sacras referens pater optimus artes,
 Concedit imperio claustra regenda suo.
 Perfidus, & scelerum defessus mole suorum.
 Huc veniens, posito crimine tutus erat.
 Quique peregrino rutilabat murice quondam,
 Hic didicit cultu pauperiore tegi.
 Nec pudor hic cuius agitare ligonibus arua,
 Et trahere inuitis sub iuga panda boues.
 Hic spes vera, fides, probitas, reuerentia, cultus,
 Et decor antiquæ religionis erat,
 Vestis dura, cibus tenuis, rigidique labores
 Semper & exhibitis condita claustra feris,
 Vix dabat, assiduo defessus vomere fructum,
 Sic locus hic sterilis pauperiorque fuit,
 Quaque solent miseris præstare cubilia frondes,
 Hæc etiam monachis fercula læta dabant.

Omnis odoratis populus virtutibus ibat,
 Gaudebatque leui subdere colla iugo.
 Nunc ego, quæ latitans claustro miracula sanctus
 Ediderit populus concelebrata canam.
 Non procul inde virum nimio circumdedit æstu
 Febris, vt extremam crederet ire diem.
 Non ille Acemonio potuit medicamine morbus
 Curari, aut medica conualuisse manu
 Atur ad excelsi veneratas militis ades,
 Auxiliumq; humili poscitur ore psum.
 Ille ierat, lacrimisque Deum, precibusq; rogatus,
 Vt celerem moriens sumeret æger opem.
 Protinus ex alto languens resiliere cubili
 Cernitur, & valido quolibet ire pede.
 Hinc iam Bernardus toti innotescere mundo
 Cœpit, & ex illa clarior esse die.
 Vndique vicinas volitabat fama per vrbes,
 Miraturq; noue quisq; salutis opus.
 Audit, & læto properat Germania cuius,
 Quiq; colunt fines Betica terra tuos.
 Ille oculis captam matrem, nunc ille parentem
 Aduhit, extremo currit ab orbe miser.
 Spirituum tetro vexatus quisq; furore
 Pergit, & infesto liber ab hoste redit.
 Loripedes etiam plures lætica vehebat,
 Vt pia naturæ dextra nouaret opus.
 Ille crucis tantum decorabat pectora signo,
 Sic poterat placita quisq; salute frui.
 Aeger Apollineas doctiq; Machaonis artes
 Qui coleret, toto nullus in orbe fuit.
 Tanta inerat facili sermone potentia sancto,
 Tam celeris sacro venit ab ore salus.

*Bernardus Innocentium Pontificem maximum
 à Petro Leonis expulsus sedi apostolice
 mirabiliter restituit.*

INterea Latias gladijs stridentibus vrbes
 Exagitat Stygio missus ab amne furor,
 Romaque tartareis nimium vexata colubris
 Frenidit, & insana seditione furit.
 Quodq; Panomphæi lacerabat templa tonantis
 Fœdi fragum Petri schisina Leonis erat.
 Hic male dum veterum titulis & laude superbit,
 Pontificis summos pugnat ad ire gradus.
 Cumq; alius, sacro procerum distantie senatu,
 Debuerat sedem Christe tenere tuam.
 Ille tamen diro prosternens omnia ferro,
 Immeritum templi ius dabat omne tui.
 Iamq; sacerdotis præstanti laude verendos
 Expulerat, sancta solus in vrbe potens.
 Quiq; Leonigenas renuerunt sumere partes,
 Proh facinus gladio succubere truci.
 Ensibus hic tumido bacchantibus agmine, Christi
 Viscera,

Viscera, Romanæ diripiuntur opes.
 Nec furor hæc belli pestem intra mœnia clausis,
 Gorgoneum toto virus in orbe fuit.
 Nam qui legitimas pastor retinebat habenas,
 Multa dabat meritis templa regenda viris.
 Perfidus at contra temeratis legibus alter
 Tempa sacerdotes iussit habere suos.
 Ergo hinc Chriscicolas volitabat bella per vrbes
 Dum cupit alterno quisque subesse duci.
 Sicque per ambiguas errabat cyma procellas
 Vt foret in certo iam peritura mari.
 Ipse pater veræ fidei, pœcorisque magister
 Vix poterat propria delituisse domo
 Quid faciat, tum do repetat si remige portum,
 Certat in aduersas ire magister aquas.
 Deferat ipse ratem medijs Palinurus in vndis?
 Hoc prohibet sanctæ religionis amor.
 Sed tandem rapidi defessus Marte Leonis
 Cedit, & Hetrusco vestus ab amne fugit.
 Sic tamen interea lacrymis affatur obortis,
 Quos dederat profugæ Christus incesse rati.
 O socij aduersa felices forte futuri.
 Dum modo syderei sunt rata dicta ducis,
 Auxilium sancto, nisi sit spes victa, labori
 Sidite celesti semper ab arce venit.
 Maximus ille pater, Gallorum gloria regnis
 Cuius iam toto nomen in orbe micat.
 Ille quidem lapsis poterit succurrere rebus,
 Hæc requies longis sola reperta malis.
 Hunc etenim virtute virum signisque potentem
 Quis nescit facili voluere regna manu?
 Hic ego securo statuum sub sydere puppim,
 Hic poterit placido tuta lætere vado.
 Nec mora, Tyrreno spumantibus æquore rostris
 Excepit profugum Gallica terra ducem.
 Sicque peragrato Gallorum limite, summus
 Candida per sylvas pastor ad antra venit.
 Occurrunt longo venientibus ordine patres,
 Præmia Christifere signa fuere crucis,
 Psallentesque pio mulcebant nubila cantu,
 Talis in abiecto milite pompa fuit.
 Hos Romanus eques nimium nimiumque beatos,
 Quos videt in tanta degere pace, vocat.
 Et modo continuis celebrata silentia claustris
 Et modo parthenij laudat honoris opes.
 Nil ibi quod rapida cuperet nouus aduena mète,
 Nil nisi præcipui candor amoris erat.
 Panis, poma, nuces, hortensisque herba, legumen,
 Deliciæ abductis ista fuere viris.
 Maximus interea Christi sua fata sacerdos
 Tam longæ causas exposuitque vias.
 Tunc pater ipse sui venitus mandata magistri
 Accepit profugæ vela tuenda ratis.
 Non ego multiloquo septem tolerata per annos

Carminè fata notans singula quæque es nam
 Nec referam longos quos pertulit ille labores
 Dum cuperet laceram composuisse fidem.
 Summa sequar tantum celebris fastigij facti
 Atque inerat chartis exaratisque meis
 Imperium tenuit Romano in culmine summum
 Lotharius tanti tempore diffusij.
 Ille virum merito sanctum celebrabat honore
 Congaudens lateri semper adesse suo.
 Hunc adiit, rogatque senex vt forthus armis
 Restituat patriæ sacra deosque sua.
 Annuat, & valido glomeratis agmine turmas
 Aggreditur sanctæ rex pietatis iter.
 Hinc precibus meritisque pater Bernardus opimis
 Atque hinc Lotharij castra fuere ducis.
 Sic graditur summus Romana ad testa sacerdos.
 Hinc atque hinc duplici tutus ab arce sedens:
 Vt tum erat ad summi celeberrima tēpla tonans.
 Vera loquar, facili sed grauiora fide.
 Non lituos, non castra duci, non bella mouere,
 Non opus ardentem conseruisse manum.
 Vnius (ò foelix) monachi reuerentia tantum
 Terruit audaces sæua per arma viros.
 Ipse autem tanti fuerat qui turbinis auctor,
 Audijt hos humili, tristis ab ore sonos.
 Petre tuam subito licuit mihi scindere vitam,
 Et Phlegethontæo præcipitare lacu.
 Tu tamen, vt gemitu veniam merearis a corbo,
 Tres tibi prægrandi munere fume dies.
 Dicta fides sequitur, iam tunc ducit digne Thronum
 Fulserat, extremum claudit, & ille diem.
 Protinus expansis referantur ouilia vallis,
 Et refouent sparfos læta per arua greges.
 Quod fuerat rabidi sanctum Rege Leonis,
 Deiecit hoc summa præful in vrbe sedens.
 Iam poterant læti exsultare negocia ciues,
 Et rigidam tandem vertere arator humum.
 Omnibus hic igitur placida sub pace letatis,
 Sanctus in optatos se tulit inde sinus

*Bernardus Romana ecclesia scilicet pace donata, in
 Galliam honorifice redijt, ibique sancti-
 mam domino animam reddidit.*

Pater eo eximij tacitus miracula patris.
 Quæ fuerint longæ tempore facta via.
 Felices etenim nimium nimiumque fuere.
 Hospitio illustrem qui tenuere virum.
 Quique sacrum voluit populus retinere parente
 Obuius in longas ibat ab vrbe vias.
 Gaudia quisque nouo gradiens testatur amictu,
 Occurritque pio virque puerque seni.
 Luctus abiit, lætis resonat contentibus æther,
 Festaque depositis artibus hospes agit.
 Vndique

Vndique purpureos spargūt per compita flores,
 Et redolent sacris thura perusta focis.
 Perque vas pueri ramos strare virentes,
 Compita sub rectis tecta fuere rogis,
 Sic quibus in solymis, in opum quem vexit acellus,
 Expulsi redolentem grata caterua Deum.
 At postquam optati confedit limine tandem
 Hospitij, plaudens vndique turba ruit.
 Vndique turba ruit tanto glomerata tumultu,
 Ut nequeat lassum limine ferre pedem.
 Et queque difficili languentia corpora morbo
 Obstulerant, facili restituenda manu,
 Ut male vel modici fuerit data copia somni,
 Nec tulerit properas mensa peracta dapes,
 Sicque peragratis Gallorum sinibus, abbas
 Contigit optato claustra beata pede.
 Tunc nemora, & patrij lapidosa cacumina mōtis
 Aspiceres domino plaudere cuncta suo.
 Vtque solet multo non visam tempore matrem
 Expetere, & plaudens basia ferre puer,
 Sic hilares viso monachi pastore resulant,
 Oculaque alternis dantque feruntque genis.
 Tūc, modo qui fuerat titulus super æthera vectus,
 Cernere quem magni concupiere duces,
 Et de virum posito spectares præfule sanctum
 Sarcula iam manibus corripuisse sacris.
 Et quibus ipse humeris lassus confederat orbis,
 Chripitur intexto vine ferre iugum.
 Bis tantum ære plaudebunt agmina regi,
 Quæ bonus ex omni traxerat orbe pater.
 Hæc fuerat tanto populis celebrata fauore,
 Sic coluit sanctum virque puerque gregem,
 Et totus ut ex illo resonans contenderet orbis
 Sacratum pariter detinuisse ducem.
 Tunc Romana suo decoranda antistite templa
 Eugenius iam ex humili surripere domo.
 Tunc etiam innumeræ diuersis partibus vibes
 In se sibi sacrum constituere caput.
 Tabulis acta viris nulla exagitantæ charybdii,
 Sancta super teges cymba fluebat aquas,
 Aureæ iam posito currebant sæcula fastu:
 Temporaque hæc nullis nigra fuere malis,
 Omnia diuinæ resonabant compita laudes,
 Iam dabat angelicum terra, fretumque melos.
 Hæc tamen ante alias longe celebratima vallis
 Quam coluit magni duxque, paterque gregis.
 Iamque decem senos lustris properatibus annos
 Claustrat extremo curua senecta pede,
 Atque senescenti titubantia corpora membra
 Pondere continui fracta laboris erant.
 Nec tamen austeri laxauit fræna senectus
 Culminis, aut celeres sistere visa rotas.
 Sed velut in viridi properabat fortius æuos,
 Ut leuis ad palmæ præmia currit equus,

Vtque soler cantu modulus iterare canoro
 Dulcius ad mortis limina ductus olor.
 Sic dedit ille sonos supremo in limite dulces,
 Scriptaque decrepiti mira fuere senis.
 Nam pater æternos senio confectus amores
 Exposuitque sacris oscula lata modis.
 Iamque instare videns cælestis gaudia vitæ
 Imposuit vili languida membra toro.
 Grex bonus ingemuit, circumfusisque iacenti
 Talia sollicito murmure dicta dabat:
 Ergo ne iam miseris pater ò venerande nepotes
 Fert animus medio deseruisse mari?
 Quis nam igitur tristes vel quis solabitur agros
 Pastor, & æthere calcet amoris erit?
 Quis pater attonitos, inopesque tuebitur agnos
 Ne laudent auido viscera dente lupi?
 Quis poterit miseris nodos aperire latentes
 Legis, & eloquij mystica verba sacri?
 Quis nunc torpentes animos, & frigida, corda,
 Curabitque leui vulnere nostra manu?
 Ah nimium properata tuæ cita tempora vitæ,
 Ah nimium lathifata seuera tui.
 Quid iuuat assiduis defessum vocibus, olim
 Clauigerum nobis consuluisse patrem?
 Ne quis forte suo populus pro præfule nostrum
 Surriperet sancta calliditate caput:
 Inuida si nostros nimium populata labores
 Audeat honoratum tollere Parca ducem.
 Tu tamen ò facili nutu qui sytera torques
 Necte iterum vitæ fila resecta tuæ.
 Vt cum fulta tuo fuerit domus ista labore,
 Lætior acceptum cernat abire patrem.
 Motus erat dictus senior, paulumque leuatis
 Luminibus tenui retulit ista sono;
 Iam mihi summa quies, iā præmia lata parantur,
 Dulcis ad est tandem funeris hora mei.
 Sed vos fœmineo quid funditis ore querelas?
 Quid iuuat emeritum detinuisse senem?
 An ne prius toties, dixi mea funera vobis,
 Ne subitus nimium læderet ossa dolor?
 Christus Olympiaca fuero cum sede locatus,
 Auxilium nostrò maius ab ore pluet.
 Nunc meus hic luteo circumdatus regere sensus
 Vix habet vnde suas contocatur opes.
 Vos tantum superi retinentes iussa parentis,
 Ite per arreptum religionis iter. (vnumquam
 Non vos blandus honor, non vos labor improbus
 Non reuocet toto quidquid in orbe patet.
 Quid mihi si lituos inter facilesque choreas
 Duxissent latus tempora nostra dies?
 Quid mihi præteriti prodesse gaudia fastus,
 Vrgerent Stygias si modo ferre faces?
 Sed tandem tremulum vocat in sua regna clietæ
 Christus, & hinc celerem me iubet ire pede.

Vos igitur fratres, nati, patresque valete.
 Et mea sub memori condite dicta sinu.
 Talia vix breuibus dederat mandata loquelis,
 Saucia follicita, corda dolore leuans,
 Cum niueus lacrymas, inter gemitusque suorum
 Spiritus, abiecto corpore, celsus abit.
 Ipsa per acrios virgo nudissima tractus
 Visa est caelestes ducere lata choros.
 Purpureamq; trahēs animam super arce locauit
 Empyrea, lateri composuitque suo.

*Sanctus Bernardus non tantum antiquis Heroi-
 bus, sed Christianis quoque martyribus
 iure optimo proponitur.*

Hæcenus excelsi mirabar Casaris arma,
 Cui dedit æthereū Martia Roma decus.
 Hannibalisque trucē Romano in sanguine dextrā.
 Et Macedum clari gesta superba duris.
 Mirabar patria pro libertate furentes
 Scipiadas, Decios, Aemiliosque graues.
 Non minus ingenti decoratum laude fatebar
 Qui celerem rapido torruit igne manum.
 Cui dedit clarum generoso ex ordine nomen
 Aethiæ, quo felix consule Roma fuit.
 Et qui sublicium tutatus pectore pontem
 Tyberis rapidas desilit altus aquas.
 Quique Quirinalis positus modo consul aratro
 Arma triumphato victor ab hoste tulit.
 Et qui vectus equo rutilans fulgentibus armis
 Se potuit scisso præcipitare foro.
 Quiq; per adiunctas primæuo iu Marte catenas
 Ionias Tyrio sanguine tinxit aquas.
 Illum etiam titulis rebar super æthera vestum
 Qui tenuit Phrygios obsidione lares,
 Illicq; inter proceres, qui Marte superbo
 Inclytus, Aemonio tractus ab axe perit.
 Quique gigantæos superauit robore monstra,
 Vnde Molochææ signa leonis habet.
 Hos ego credideram nimium nimiumq; beatos
 Qui tulerant forti non in altra manu.
 Hos puer egregio simplex venerabar honore,
 Cum legeret numeris prima iuuenta leues.
 Nunc si Bernardo veteris præconia famæ
 Contulerimque meo fortia facta seni.
 Quæ modo Threicio fuerant celeberrima cætu
 Visa puellari nunc mihi digna sono.
 Fama verus taceat, cedat veterumque triumphis
 Christigenam meritis follicitare virum.
 His etenim si hæc fuerit virtutis imago,
 Hæc arete pleno pectore vera fuit:
 Hic Marti, & Phæbo gelidis libamina saxi
 Obtulit, hic verb candida corda Deo.
 Illi terrificis do muerunt barbara bellis

Mœnia, & ingenti tecta superba manu.
 Hic vasa tartarei domuit Phlegetonis, & omnes
 Spirituum steterant ad data vasa tori.
 Hi varios celebri subierunt Martia mores
 Pro patria pulchrum succubuntur aratro.
 Hic tulit a sua gelidos sub morte labores
 Scenificaticam cupiens conciliare fidem.
 Illis falsus honos & inanis gloria famas,
 Solus at huic Christi causa laboris amor.
 Forte triumphatis illi regionibus, amplexa
 Thesauros patria dona dedere suæ.
 Hic autem miseris moriens datur habere nepos.
 Munera, quæ nullo sunt moritura die,
 Munera, quæ mores instaurare pulicos.
 Hæc sunt, quæ sacra scripserat ille manu.
 Sed quid ego Herculeas Pygmaei carmine vires
 Assimilō? & Phario flumina parua mari?
 Optima mutato repetam præconia cœntu,
 Et pater exemplo te meliore canam.
 Nam tibi cur vanos ausim conferre Quirites,
 Qui melior quouis martyre sanctus eras?
 Grande quidem fuerat ferro flammisque necari
 Nec tamen æterna deseruisse fidem.
 Maius opus summo versari in calamine cerum
 Nec tamen vlla animos ambitione premis.
 Maius opus vitæ rigidum tenuisse cæumen
 Semper, & angustum religionis iter.
 Bellaque spirituum telis editata malignis
 Maius opus tibi corde tulisse tibi.
 Fulmineos alij mirentur martyris arcus,
 Laurentique auidos quos tulerunt rogos.
 Vulnere Chryfogoniae sunt, Paphlagonie carinas,
 Euphemique truci memoria, totosq; manas,
 Mirenturque graues sanctorum si vera, pennas,
 Beila, crucem, gladios, verbera, tela, faces.
 Solus inexhausto mirabor corde laboris
 Quos pater æterno raptus amore tuos.
 Nam si Christigenum cædes, tormenta, & mores
 Colligis, & tui sanguinis omne decus:
 Cedent cuncta oneri quod pertulit ille beato,
 Lapsuram cupiens sustinuisse domum
 Namque alij lacera senserunt carne dolores,
 Hic autem medio vulnere corde tulit.
 Ergo animus quatum membris generosior ipsi,
 Martyribus tantum celsior ille fuit.

*Commendatio muneris à sanctissima Dei genitricem
 Maria nobis collati, cum nuper D. Bernar-
 di di opuscula imprimi curauit.*

Postquã sancta polos cœliq; decemplex orbis
 Transcenditq; noue virgo, parēsque choros,
 Aethereamque petens socijs spectantibus arcem
 Regna tenet nullo destituenda die:
 Humanis

Humanis numquam precibus, nostæque saluti
Defuit, aut luteas spernere visa domos.

Sed potius summi moderata est principis iras,
Spiculaeque in nostros ciaculanda lares.

Auxilium petri visa est præstare nefando

Humiles conciliaffe reos,
Illa deus omnes veniam, totumque per orbem
Suis ex muni depluit ore fauor.

Innumeros etiam populos vix ægra trahentes

Ossa famæ, immodicas iussit habere dapes.

Quæq; fossa Latias pestis male iacta per vrbes,
Uratur stygijs viscera missa vadis.

Optatos totiens experta fauores

Testis adest tanti Brixia nostra boni.

Brixia, quæ quondam populis lacerata malignis
Turgebat, medica non aedeunda manu.

Brixia, quæ capitis mediõ confecta gerebat.

Vlcera, quæ subitæ causa fuere necis.

Nunc autem Mariæ precibus adiuta triumphat,

Et peragit lætis ocia grata choris.

Pulchraque præcipuum Mariæ testantia munus

Templa locat, Parij marmoris instat opus.

Hæc & plura parens Christi sanctissima nobis

Contulit, in miseris officiosa preces.

Hoc tamen audenti liceat dixisse camœna,

Atque animi sensus exeruisse mei.

Humano nunquam generi, nostrog; decori

Per te tantum muneris alma dedit,

Quæ gratia suo nuper cum mure re nobis

Ulic hæc orebus scripta legenda notis.

Proinde ipsa quidem, proprio nam diua clienti

Iudit ut regij quereret ossa senis.

Iulius & ceteri, quæ sparsa per orbem

Scripta volens vno margine cuncta leges.

Scripta triumphales cæli referantia valuas.

Scriptaque communi suscipienda manu.

Omnis patet, que datis ætas sexuque libellis.

Perfatur, Latio si tamen ore sonat.

Quisq; ades, si forte tuæ tibi cura salutis,

Hæc fuerint animæ grandia dona tuæ.

Si cupis optata conubia ducere prole,

Atque maritali succubuisse iugo.

Hic potes egregios morum decerpere fructus,

Qui tribuant natis nomina rara tuis.

Si tamen eloquij tantum tibi cura nitentis.

Hic fuit eximio non Cicerone minor.

Quod si forte pio iuvat indulgere labori.

Et populos Christi iusta docere rudes.

Hic documenta tibi varias spargenda per vrbes

Collige, quæstis hic meliora dabit.

Cum voluit placido demulsit pectora sensu,

Cum voluit rigido terruit ore reos.

Quod si cælitibus iuvat indulgere tuendis,

Tutius atque humili delituisset casa:

Hic tibi præcipuo semper venerandus honore

Auctor, & æterno dignus amore cæli.

Hunc relegens summo lætus spatia bere cælo,

Et poteris stygijs tristis adire lacus.

Ante oculos nostri pinget tibi principis ortus.

Et pastorali numina rara domo.

Hinc atq; hinc dulci resonat modulamine Iesus,

Et Mariæ illustri nomina culta sono.

Candida tartareo statuisse ex hoste trophæa,

Anguigerum que docet discuisse caput.

Et quibus ille dolis miseris, quibus artibus alter

Decipiat pascens sancta per arua pecus.

Qui legit, expleri nequit, ardescitque legendo,

Et dolet assueti cum venit hora cibi.

Efficiant animos aliorum scripta tumentes,

Et nimium sparsis luxuriare comis.

Hæc autem mundo paracletum in pectore condent

Accendentque nouis frigida corda focis.

Hæc tibi marmoreo lacrymas de pectore ducens

Elicient, animæ gaudia summa tuæ.

Denique cuncta noui veterisq; volumina sensus

Solus hic eximia continet arte liber.

Huc igitur toto monachi contendite cursu

Arridere, & tacito condite dicta sinu,

Vt vos sidereum faciant conscendere culmen

Cælestes que inter regna tenere choras.

Vos quoq; Christigenæ, genus immortale clientes

Parthenicum medio agite corde senem:

Vt cæli, terræque graues eliminet iras,

Et referet clausi limina celsa poli.

Beati Bernardi metricum testamentum.

Et primo sui Prioris interrogatio.

Quæ vitæ forma, qui mores, quæ sacra norma,

Quid deceat, quid non instrue sancte pater?

Responsio ipsius Bernardi.

Quæ feci primo, vobis facienda relinquo.

Nullam turbavi, discordes pacificauï.

Læsus sustinui, nec mihi complacui.

Venetijs 1616.





